Universidad de Deusto
Biblioteca

IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 1
Estante 8
Plúteo 7

3913

Universidad de Deusto
Biblioteca
5-5-1

SECVNDVS TOMVS OPERVM DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI.

EA COMPLECTENS, quæ faciunt ad elucidationem Matthæi, Marci, & Lucæ, quatenus haberi potuerunt.

HORVM INVENIES CATALOGUM proxima pagina.

***

Psfi' nstam [illegible] expurgatoriam
[illegible] edit. an. 1632. et 1640.
Martinez Ibarra

Dongan. de Gogaliren &

spes eius: & non respexit

Beatus uir, cuius est dominus

in uanitates, & insanias falsas

SOCIETATIS JESU * BIBLIOTECA COLLEGII LEGIONENSIS

VENETIIS AD SIGNVM SPEI
M D XLVIII.

Ex bibliotheca Collegii Legionen

Eldela Canela Sumpt de Rhodes Hz contra

Universidad de Deusto
Biblioteca

CATALOGVS OPERVM
secundi tomi.

Commentariorum Chrysostomi in euangeliũ Matthæi, Homiliæ. LXXXIX. fo.3.a
Commentariorum in Euangelium Matthæi, Incerto authore. Homiliæ. LIIII. fo.153.g
FRAGMENTORVM EX EVANGELIO Matthæi Homiliæ. XXVII. hoc ordine digestę.
Ex cap. II. Cum natus esset Iesus in Bethlehem Iudęę in Epiphania domini. fo.243.g
Ex eodem ca. super illud, Angelus domini apparuit in somnis Ioseph &c. In festo Innocẽtiũ. fo.244.c
Ex eodem, de natali sanctorum Innocentium. Ibidem.l.
Ex eodem cap. In illud, defuncto Herode, ecce apparuit angelus &c. In uigilia Epiphaniæ. fo.245.b
Ex cap. IIII. Ductus est Iesus in desertum &c. In dominica prima quadragesimæ. ibidem.e.f
Ex cap. V. Cum uidisset Iesus turbas, ascendit in mõtem. fo.246.d
Ex eodem cap. Qui fecerit & sic docuerit, maximus uocabitur in regno cœlorum. fo.247.h
Ex eodem, audistis quia dictũ est antiquis, Diliges proximum tuum &c. In festo sanctorum Ioãnis & Pauli. ibidem.m
Ex cap. VI. super oratione dominica, Pater noster qui &c. fo.248.g
Ex eodem cap. Cum ieiunatis', nolite fieri sicut hypocritæ. In feria quarta cinerum. fo.249.c
Ex eodem cap. super eodem, ibidem.I.
Ex cap. VII. In illud, cauete à pseudoprophetis. folio 250.d
Ex cap. IX. Ascendens Iesus in nauiculam transfretauit &c. Dominica. VXIII. Post Pẽtecostes. ibi.I.
Ex eodem super illud, transiens inde Iesus, uidit hominẽ sedentẽ &c. De conuersione Matthęi. ibi.m
Ex cap. XIIII. Herodes apprehensum Ioannẽ posuit in carcere. In decollatione sancti Ioannis Baptistæ. fo.251.f
De eodem. fo.252.i
Ex ca. XV. Egressus Iesus secesit in partes Tyri & Sidonis &c. De muliere Chananæa. fo.153.b.c
Ex cap. XVIII, Væ mundo ab scãdalis, necesse enim est ut ueniant. fo.254.l
Ex eodem, supet illud, Domine si peccauerit in me frater meus, quoties dimittam ei. fo.255.e
De eodem dicto euangelico. ibidem.h
Ex cap. XIX. Si licet homini dimittere Vxorem suã quacunque ex causa, In Inuentione sanctæ crucis. fo.257.a.b
Ex eodem cap. In illud, ecce nos reliquimus omnia &c. In commemoratione sancti Pauli. fo.258.d
Ex cap. XXI. Cũ appropinquasset Hierosolymã &c. Dominica prima aduentus domini fo.259.d
Ex eodem cap. De arbore ficus à domino arefacta. fo.260.g
Ex cap. XXII. Abeuntes pharisæi, consilium inierunt &c. Dominica. XXII. post Pentecost. fo.261.c
Ex eodem cap. Accesserunt ad Iesum Pharisæi & interrogauit eum unus &c. Dominica. XVIII. post Pentecostẽ. ibidem.f
Ex cap. XXV. Quandiu fecistis uni ex minimis meis &c. De diuite & paupere & de Eleemosyna facienda. fo.262.f

MARCVS
In Euangelium Marci, Homiliæ. XIIII. fo.263.b.c

EX EVANGELIO LVCAE
fragmenta
De natiuitate sancti Ioannis Baptistæ. Sermo. Ex cap. I. fo.271.f
Ex cap. II. Et reclinauit eum in præsepio &c. De natiuitate domini Homilia fo.273.b
Ex cap. X. De eo qui incidit in latrones. Sermo. ibidẽ
Ex cap. XV. De patre & duobus filijs, Homi. 274.e.f
Ex cap. XVI. De diuite, Homilia. fo.275.g
Ex eodem cap. De Lazaro & diuite, Homiliæ. IIII. fo 276.l.
Ex cap. XIX. De Zacchæo. fo.87.g

SOCIETATIS JESU BIBLIOTECA PROFESSA MATRITENSIS

ANIANI IN EXPOSITIONEM DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, EPISCOPI Constantinopolitani, super Euangelium beati Matthæi

PROLOGVS.

DOMINO uerè sancto, et beatissimo Horontio episcopo, Anianus. Pijssimi patris affectum, & sapientißimi artẽ magistri in me pariter exerces, quem inter has quas pro fidei uobiscum amore perpetimur tentationum procellas, & à mœrore, simul & à torpore subducis, animumq; anxietate marcentem ad studium scripturarum remittis. Iubes enim beatißime, ut commentarium sancti Ioannis Constantinopolitani episcopi, quẽ in Matthæo euãgelista nonagnta & uno libro explicuit, in Latinã linguam, quo poßim sermone, transfundam. Quod utinam tam à nobis commode fieri poßit, quàm à te & opportune, & utiliter imperatur. Quid enim uel ad prudentiam eruditius, uel ad exercitationem ignitius, uel ad dogma purgatius nostrorum auribus offeratur, quàm præclara hæc tam insignis animi, ingenijq; monumẽta? Et hoc maxime tempore, quo per occasionem quarundam nimis difficilium quæstionum ædificationi morum, atque ecclesiasticæ disciplinæ satis insolenter obstrepitur. Pro qua certe Beatus Ioannes cum in alijs operibus, tum in hoc quoque tantus ferè ubique, tamq; alacer assurgit, ut euangelistæ dicta interpretando, pro euãgelica perfectione nobiscũ pugnare uideatur. Quid enim ille magis hominibus inculcat, quàm uenturam suam* nobilitatem, quæ aduersus Manichæi rabiem omniũ recta sapientium consensu, cõcentuq; laudatur? Laudatur autem uel in admirabilis gloriam conditoris, uel ob concitanda studia uirtutis, uel ad castigandа uitia uoluptatis. Quid inquam preßius ille cõmendat, quàm ingenitæ nobis à deo libertatis decus, cuius confeßio præcipuum inter nos gentiles q; discrimen est? Qui hominem ad imaginem dei conditũ, tam infœliciter fati uiolentia, & peccandi putãt necessitate deuinctum, ut is *etiam pecoribus inuidere cogatur. Quid ille aduersus eosdẽ magistros potius insinuat, quàm dei esse poßibilia mandata, & hominem totius uel quę iubetur, uel suadetur à deo capacem esse uirtutis? Quo quidem solo, & iniquitas ab imperante propellitur, & præuaricanti reatus affigitur. Iam uerò iste eruditorũ decus, cum de dei gratia disserit, quanta illã ubertate, quanta etiã cautione concelebret. Non enim est in alterutro aut incautus, aut nimius, sed in utroque moderatus. Sic liberas ostendit hominum uoluntates, ut ad dei tamẽ mandata facienda diuinæ gratiæ necessarium ubiq; fateatur auxilium: sic continuum diuinæ gratiæ auxilium commendat, ut nec studia uoluntatis interimat. Cum autem in cunctis ferè doctrinæ partibus, tum præcipuè in exhortatione morali, atq; in omnibus ecclesiasticæ regulis disciplinæ: ita nostrorũ concinit per uniuersa sententijs, ut eos penè quos nunquam uidit, omnino ad omnem scripturarum intelligentiam informasse credatur. Quanto enim exhortandi, id est emendandi, uel etiam exornandi homines amore teneatur, hoc præcipuè opere declarat. In quo cum susceperit commentatoris officium, certam uniuscuiusque libri partem expositione complens, reliqua amica sibi, & quàm perfectißima potest exhortatione, producit: in ipsis quoque expositionum locis, quæ quidem plena sunt acuminis, ponderis, consequentiæ, eruditionis, me dullæ, nihil magis intendit aliud, quàm ne uel exigua moralitatis puncta prætereat, quasi qui omnino penè solus consilium diuinæ legis inspexerit. Quæ cum innumeris sit intexta causis, ad unum tamen finem omnia reducit, ut scilicet homines, quibus data est, ad amorem dei studiumq; uirtutis accendat. Quòd uerò istud non ad ostentationem quandam faciat, & fœtentem illam gloriæ uanitatem, cũ tota & doctrinæ illius, & morum, qui etiam in scriptis eius relucent, continentia, tum etiam uitæ finis ipse testatur. Nempe omni ille sermone non solummodo emendat, sed etiam armat auditoris animum. Nempe tota eius & principalis intentio est, non tam priuatam istã, & inter prosperorum opaca latitantem honestatem docere, quàm illam quotidie tanquam in acie dimicantem, & quæ absque ullo dispendio sui tribulationum & cædatur imbribus, & uratur ardoribus, instituere uirtutem. Hanc ipsam ita ille insignis ecclesiæ magister, & uerus Christi discipulus impleuit, ut illa omnia quæ de asserenda etiam per mortem uirtute disseruit, nõ tam alijs, quàm sibi omnino soli inculcasse uideatur. Denique uitam illam omni ab adolescentia sanctitate fulgentem, & in sacerdotio mille insignibus perfectionis ornatã, etiam paßionibus pro iustitiæ amore decorauit. Quod certè alicui ecclesijs in pace degenti prouenire, ingentis animi, procul que ab omni hominum gloria remotæ mentis, raræq; omnino uirtutis est. Quod autẽ in septi-

*naturæ suæ.

*ut in his.

SOCIETATIS JESU BIBLIOTECA PROFESSA MATRITENSIS

Gmo iſtius libro operis indicatur, adhuc Antiochiæ preſbyter hæc, quibus illam tunc eccleſiam ædificabat, ſcripta compoſuit. Ex quo magis magisq; perſpicitur, illum non temeritate quadam, aut diſſonante à ſuis moribus libertate, in regali poſtea urbe pontificatum tenentem, nota illa & maxima aduerſum ſe cõmouiſſe certamina: ſed ita ſe inſtituiße ſemper, tamq; conſtanter atq; firmiter contra omnes iniquorum cateruas, pro ueritatis ac iuſtitiæ parte iuraſſe, ut quamlibet aduerſus eum uel ſacerdotum nomina, uel regum arma concurrerent, depellere quidem illum ſacerdotali poßent throno, nunquam tamen depellere poſſent ueritate. Optimam itaq; meditationem in occaſione rebus exequens, maluit pontificis honorem confeſſoris dignitate cumulare, quàm adulatoris fœditate corrũpere. Iam uerò illud, quaſi peculiare quoddam cuſtodit, ac proprium, unde à te præcipuè pro ſimilitudine ſtudij poßit adamari,
H quòd ſcilicet ſemper ſolicitus, ſemper uiglans, ſemper noxiæ ſecuritatis, uel potius mortiferi ſtuporis inimicus, ubique utilitatem compunctionis cõpunctus ipſe commendat. Quocirca forſitan eius oratio nuſquam ferè in pompam eleuatur dicentis, ſed tota ad utilitatem aptatur audientis. Eſt enim ſtylus ipſe, quod quidem in ſuo opere magis animaduerti poteſt, eccleſiæ auribus accomodatißimus, priſcũ illud, ſed eruditum dicendi genus exprimens, medius, æqualis, maturus, pudicus, alienus omni ab incuriæ culpa, pompaq; luxuriæ. Non ſqualidus quidem, nec tamen floridus: non impolitus, ſed neq; nimia ſubtilitate limatus: non aſperitate horridus, nec tamen amœnitate laſciuus: maximam ubique copiã, admirabilemq; indicans facultatem, nuſquam tamẽ ambitionem loquẽdi: eò ſit, ut illum magis ſimplex I
lector intelligat, & laudet diſertus. Certè quod ab alijs quoq; plurimis audire potuiſti, omnes iam eccleſiaſticæ Græcorum bibliothecæ poſt tam uarias ueterum ſcriptorum, ſplendidasq; diuitias, poſt tot inſigniũ magiſtrorum tam clara lumina: huius præcipuè uoluminibus ornantur. Deniq; & ſancti Baſilij admirabilem illam curam loquendi, & Antiochi plauſibilem pompam, & ſublimem illum Gregorij cothurnum, facilè intelligas hac Ioannis medietate ſuperata. Ita enim ſtylum ſuũ inuiolata, ut diximus, facultate regnantem, ſcripturarum ubiq; & ſapore imbuit, & tingit colore: ut illi quidem de apparatu eloquij remittere, iſte uerò de maieſtate ſcripturarũ coruſcare uideatur. Solæ ab eo fortaſſis adoleſcentulorum minus blandè mulceantur aures, quibus in ludo poſitis literarum, non tam placent ſolida, quã picta, quiq; pulchra potius, quã utilia ſectantur, nec tam agentia diligunt, quàm ſonantia, magisq; gau- K
dent florum amœnitate conſpergi, quàm frugum ubertate nutriri. Hunc igitur ſi ſatis minorem ſe in Latino apparere feci, non tam mihi domine uenerabilis, quàm tibi imputare debes: qui me ad eũ transferendum tanto & authoritatis imperio, & blandimento charitatis hortatus es, ut illi aliquid, immo uerò plurimum de honore duntaxat ſtyli auferre mallem, quàm crimen in te diutius recuſando committere. Sanè pro qualicunque hac mea opera ampliſſimum orationum tuarum munus repoſco, quo ſcilicet nos, ut exemplo, ita etiam precibus tuis iuues, ut aliquid de illius uiri uirtute poßimus imitari. Memor noſtri eſto ſemper in Chriſto domine meritò beatiſſime.

DIVI

ADIVI IOANNIS CHRYSOſtomi Epiſcopi Conſtantinopolitani ſuper Matthæum homilia primà commentarij, Aniano interprete.

PORTVERAT quidem nihil nos indigere auxilio literarũ, ſed tam mundã in oĩbus exhibere uitam, ut librorum uice gratia ſpiritus ſancti uteremur: & ſicut atramento illi, ita corda noſtra inſcriberentur à ſpiritu. Quia uerò hãc à nobis excuſimus gratiã, agè uel ad ſecundã nauigationẽ animũ adijciamus. Equidẽ quòd primum illud fuerit profectò ſublimi⁹, & ex uerbis ſuis deus, & ex operibus oſtẽdit. Nã & Noë & Abrahæ, eiusq; poſteris, & Iob & Moſi, non p literas, ſed p ſemetipſum locutus eſt, quia ſ. munda eorum corda pererat. Poſtq; uerò omnis populus Iudęorũ in uitiorum ima delapſus eſt, neceſſariò iam inde literæ dantur, ac tabulæ & ea q per has adminiſtratur admonitio. Et hoc nõ tantũ ueteris teſtamenti ſanctis, ſed ẽt nouis accidiſſe perſpicimus. ¶ Siquidẽ nec Apoſtolis ſcriptũ aliqd tradidit Chriſtus, ſed pro literis, ſancti ſpiritus ſe illis daturũ gratiã repromiſit: Ille, inquit, docebit uos oĩa. Atque ut diſcas, quia hoc multò ſit illo melius, audi dominũ per prophetã loquentẽ: Et diſponã, inquit, uobis teſtamẽtũ nouum. Dabo leges meas in mente eorũ, & in corda eorũ perſcribã eas, & erunt oẽs docibiles dei. Paulus quoque hanc eminentiã deſignãdo; dicebat ſe accepiſſe legẽ, nõ in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Quia uerò progrediente iam tpe, alij quidem pp dogmata, alij uerò propter uitam & mores grauiter impegerunt, ea rurſus quæ conſtat literis, admonitione fuit opus. Iam ergo cõſidera q̃ ſit extremæ omnino demẽtiæ, ut qui tanta deberemus uitę perfectione polere, ut nihil prorſus literis egeremus, ſed ſcribẽda ſpiritui ſancto corda pro paginis pręberemus: quale inquam eſt, ſi, quia primã illam perdidimus dignitatẽ, & minoribus indigemus, ne ſecundo quidem remedio ad noſtrã utamur ſalutem. Si. n. illis egere, & nõ gratia ſpiritus ſancti ſplẽdere culpabile eſt, uide quã ti ſit criminis, nec per illud auxilium uelle proficere, ſed quaſi fruſtra, ac uanè poſita cœleſtia ſcripta deſpicere, & maius abſque dubio ſubire ſupplicium. Qd ne accidat, diligẽter hæc, q̃ ſcripta ſunt, põderemus, & diſcamus quẽadmodũ uetus lex promulgata ſit, quemadmodũ ẽt nouum conditũ ſit teſtamẽtum. Quónam igitur tunc modo illa lex data eſt, & ubi, & quando? Poſt Aegyptiorũ profectò perniciem, in eremo, in mõte Syna, & fumo & igne aſcẽdente de monte, & tuba terribiliter inſonãte, & tonitruo crebrius cõminante, & coruſcãte fulgure, & Moſe in ipſam caliginem nubis intrante. In nouo uerò nõ ita. Nõ. n. neque in eremo, neque in mõte, nõ cũ fumo & caligine, non cum tenebris & procellis: ſed lucẽte prorſus die, in domo ſedentibus cũctis, multa cum manſuetudine, uniuerſa fiebant. Siquidem adhuc illis ferocioribus, & effrenioribus humano quodam terrore opus erat, ut ſolitudine, monte, igni, fumo, tubarum ſono & cæteris talibus: ſublimiores uerò, ac perfectiora doceri faciles, & qui iam corporalium intellectum uſu uirtutis exceſſerant, horum quæ diximus, non egebant. Quòd ſi & ſuper Apoſtolos factus eſſe ſonus refertur, non propter ipſos D
tantum, ſed ob præſentiam factus eſt Iudæorũ: pp Acto.2.
quod & diuiſus ille in ſpecie linguarũ ignis apparuit. Si. n. poſt hęc ẽt mirabilia dixerunt, quia pleni eſſent muſto Apoſtoli: quãtò magis ſi nihil tale uidiſſent? Et in ueteri quidẽ teſtõ cum Moſes aſcẽdiſſet in mõ E.
tem, deſcẽdit deus. In nouo uerò cũ noſtra in cœlũ, imo in ipſum regalẽ thronũ eſſet eleuata natura, ſpiritus ſanctus deſcendit de cœlo. Qui ſi eſſet minor, ut ẽt blaſphemat impietas, nunq̃ illa q̃ aduentu eius facta ſunt, maiora eſſent, magisq; miranda. Nã & tabulæ iſtę ſunt abſque dubio meliores, & uirtutũ merita clariora. Nõ. n. deſcẽderũt Apoſtoli de mõte, tabulas lapideas aſſerentes in manibus: ſed ſanctũ ſpiritũ mente portãtes, & theſaurũ quendã dogmatũ, donorũq; geſtantes, cũctorũq; fontẽ ex ſe effunden
tes bonorũ, oĩa circuibant, uiui quidã libri, uiuæq; leges effecti p gratię largitatẽ. Sic tria milia, ſic etiam Acto.2.g
quinque milia hominũ, ſic innumerabiles populos toto terrarũ orbe ceperũt, deo p illorũ linguã audiẽtibus differente, à quo ẽt Matthæus repletus ſpiritu iſta cõſcripſit: Matthæus utique publicanus. nõ. n. à
profeſſione ſua illũ erubuerim nũcupare, nec illum E
oĩno, nec reliquos. Hoc eſt. n. qd maximè oſtẽdit ſpiritus ſancti gratiã, eorũq; uirtutẽ. Euãgeliũ uerò, nõ abs re qdem, ſcriptionẽ ſuam uocauit. Siquidẽ pœnarũ ſublationẽ, ueniã peccatorũ, ſanctificationẽ, atque iuſtitiã, redẽptionem, adoptionẽ ẽt filiorũ, & cœlorũ hęreditatem, & cum dei filio fraternitatem, oĩbus inimicis dei & in tenebris ſedẽtibus nũciauit. Nunqd poſſit eſſe ęquale his tam bonis nũcijs: Deus in terris, homo in cœlo; facta eſt omniũ una permiſtio, angeli cũ hominib⁹ iungebãt choros, hoies choris addebantur angelicis, atque cœleſtibus alijs, ſupernisque uirtutibus. Erat cernere antiquum repentẽ prælium diſſolutũ, deum hominibus reconciliatum, diabolum uerò confuſum: dæmones cum tremore fugientes, mortẽ peremptam, paradiſum apertum, maledictionem remotam, peccatũ de medio ſublatum, exagitatum errorẽ, ueritatem reuerſam, pietatis ſermonem ubique ſeminatum, ubique creſcentem, cœleſtem conuerſationem in terræ regione plantatam, uirtutes ſupernas familiariter nobiſcũ loquentes, & ad terras ſæpe angelos uẽtitantes, exque his hominibus ſpem firmam certiſimam futu- F
C rorum. Propterea igitur euangelium iſta uocatur hiſtoria, quaſi ſcilicet omnia alia uerba inania docentur, ac uacua, quibus ſolent præſentia iſta promitti: ut copia diuitiarum, ut potẽtiæ magnitudo, ut principatus & glorię, uel honores, & quantacunque alia bona eſſe homines arbitrantur. Quæ uerò piſcatorum ſunt annunciata uerbis, propriè ac uerè euãgelia nominantur, non tantum quia firma ſunt, ac penitus immobilia, ſupráque noſtram eminentia dignitatem: ſed quia cum omni etiam facilitate nobis donata ſunt. Non enim laboribus noſtris, atque ſudoribus, non doloribus & ærumnis: ſed per dei in nos tantummodo charitatem, tam grandia hæc promiſſa ſuſcepimus. Sed principiò requirendũ eſt, quænã illa cauſa ſit. quòd ex tam multis diſcipulis, duo tantũ ſcribunt Apoſtoli, & duo eorũ qui Apoſtolos ſũt ſecuti: unus. n. Petri, alter Pauli diſcipulus, poſt Ioannẽ atque Matthæũ euangelia cõdiderunt. Quia. ſ. nihil oĩno pro humanę glorię, ſed cũcta pro diuinę gratię amore faciebãt. Quid igitur? Non ſuf-

Gficiebat unus euāgelista cuncta memorare? Sufficiebat quidē, sed cum quatuor sint, qui euāgelia conscribāt, nec eisdem certè temporibus, aut in eisdem locis, neque pariter congregati, neque mutuò colloquentes, & tamen quasi uno ore pronunciant: fit hoc, sine dubio, ueritatis grande documentum. Verum econtrario, inquis, ista res accidit: in multis.n. diuersi inter se inueniuntur, ac dissoni. Immo hoc ipsum maximum est testimonium ueritatis. Si enim ex toto, & in omnibus consonarēt, & cum nimia diligētia, atque cura, atque ad tēpora, ac loca omnia, usque ad singula æqualiter uerba concurrerent, nemo inimicus credidisset unquàm: sed eos communi ad decipiendum consilio congregatos, quasi ex humana quadam cōspiratione euangelium cōdidisse. Non enim simplicitatis fuisse tam solicitam cōsonātiā iudicarent. Nunc uerò quæ uidetur ex rebus exiguis dissonātia, ab oī illos suspitioe defendit, & satis clarè scribētiū existimationē tuetur. Si uerò aliqd de tēporibus ac locis uariè dixerūt, nihil qdem dictorū prēiudicat ueritati. Sed tamē prout donauerit deus progrediētes, ēt istud quale sit, declarare tētabim°:
H illud post hęc q̄ diximus postulantes, ut diligēter notetis: qa in illis principalib° causis, in qbus & uita nostra & p̄dicatiois summa cōsistit, nusq̄ aliquis illorū uel in minimo discrepare cōuincitur. Quæ uerò ista sunt? Quia deus hō factus, qa mirabilia opatus, quoniā crucifixus, quoniā sepult' est, quoniā resurrexit, quoniā ascēdit in cœlū, quoniā iudicaturus est, quoniam salutaria p̄cepta cōstituit, quoniā non contrariam legē intulit priori, qa filius dei est, qa unigenit°, quia eiusdē cū patre substātiæ & quantacūque sunt talia. In his quippe oībus maximā illorū inuenimus esse cōcordiā. Si uerò in mirabilib° eligendis nō oēs eadē cuncta dixerunt: sed hic qdē illa, alter uerò alia narrauit, nihil te oīno conturbet. Siue.n. unus qlibet uniuersa dixisset, superfluus iam fuisset numerus cæterorum: siue uaria oēs inter se scripsissent, ac noua oīa, nullū potuisset cōuenientię apparere documentū. Propterea & cōiter multa dixerunt, & nihilominus qsque propriū aliquid, ac speciale conscripsit, ut neque supfluè & iportunè aliqd uideretur adiectū, si nihil adderetur noui, nec tota rerū fides adduceretur in dubiū, si oīa diuersa dixissent. Lucas igitur ēt
I causam ponit, pp quam uenerit ad scribendū: Vt habeas, inquit, eorū uerborū, de qbus eruditus es, ueri
In proœmio beati Lucæ. tatem. i. ut sæpe cōmonitus in eadē meditatione pmaneas. Ioannes uerò, ipse quidē causam scriptionis tacet: ut aūt loquitur superius sermo repetitus, & patrū ad nos traditione delatus, nec ipse ad scribendū absque certa rōne descēdit. Sed qa illa iam trium fuerat intentio, ut in suscepti morarentur hois sacramēto, & de ipsa deitate dogma periclitabatur taceri, ad scribendū Xp̄o inspirante motus accesit: qd ex ipsa certa historia, & de euāgelij declaratur exordio. Neque.n. ab inferiorib. cœpit, ut cęteri: sed ad superiora cōtinuò, ad q̄ urgebatur, ascendit, pp q̄ libru ipsum profectò cōposuit. Neque.n. solis inuenitur differre principijs, sed p totius ferè euangelij textum grādior cęteris ingreditur, atque sublimior. Matthæus accedēribus his, qui ex Iudæis Xp̄o crediderant, & rogātibus, ut q̄ uerbis docuisset, hæc eis in literis seruāda dimitteret, Hebræo dicitur euangelium scripsisse sermone. Marcus quoque in Aegypto idipsum rogātibus traditur fecisse discipulis. Et idcirco Matthæus quidē, utpote Iudæis scribens, nihil amplius studuit K
ostēdere, quàm quia ex Abrahæ & Dauid Christus stirpe descenderat. Lucas uerò, quippe qui omnibus in commune loqueretur, sermonem superius extendit, ad ipsum usque Adam generationes retrorsum numerando perueniens. Et ille quidē statim ab ipsa generatione Christi sumit exordium. Nihil enim magis delectare Iudæum poterat, quàm si Christū Abrahæ, Dauidis, nepotem esse diceret: hic uerò diuerse. Nam prius multa commemorat, & tunc demum generationū catalogum texit. Horum igitur omniū consonantiā, orbe quoque ipso teste monstramus: qa ea quæ sunt dicta susćepit, testibus quoque ipsis ueritatis inimicis. Siquidem multæ post illos hæreses pullularunt, contraria his quæ scripta sunt, opinantes. Et earum quidem aliæ, omnia quæ euangelistæ scripserant, receperunt: aliæ uerò quibusdā sententijs à reliquo opere amputatis, sic apud se scriptas conseruant. Quòd si pugna aliqua esset in dictis, neque istæ quæ ex aduerso loquūtur hæreses, omnia recepissent: sed tantummodo illam partem, quam sibi cernerent cōuenire: neque istæ quæ partem aliquā receperūt: de eadē aduersus alias disputassent. Ita neque ipsa quidē cōmata, q̄ uelut detruncata mēbra abscisis alijs remāserunt, possunt latere: sed apertè clamant, maximā sibi germanitatem esse cū corpore. Vt.n. si partē aliquam sumas ex latere, & in exigua portione cuncta respicias, ex quibus totū cōstat animal. i. & carnē, & ossa, & neruos, & uenas, & totius, ut ita dixerim, massæ uim atque naturā ex ipsius parte cognoscas: sic ēt in scripturis, in unaqua que particula dictorū, totius potes cernere affinitatē. Si uerò inter se euangelistarū sniæ dissonarēt, nec tāta cōcordia posset ostēdi, & olim iam ipsum dogma fuisset destructū: omne.n. regnū, inquit, diuisum aduersus sese desolatur. Nunc uerò uel hoc ipso sancti spiritus clarius maiestas refulget, suadēs hoibus, ut erga principalia illa, magis q̄: necessaria uacātes, nihil de exigua portione lędantur. Vbi aūt eorū unusquisque degens scripserit, nō ualde est cur contendamus: quòd uerò aduersus se non scripserint, ex toto operis cōtextu docere tentabimus. Tu uerò tale est qd facis semper hmōi dissonantia cōquirēdo, quale esset, si illos iuberes per oīa eisdem uti elocutionum modis, eadēq̄ uerba semper proferre. Taceo quòd hi ipsi, qui ad oēm pompā de rhetorica, & philosophia gloriantur, multos, & plurimos, & de eisdē causis scribētes libros, nō modò simplr discreparūt, sed etiā sibi cōtraria pleraque dixerūt. Et certè aliud est diuerso modo qd dicere, aliud aduerso. Nlhil inquā horū loquor. Procul à me absit, de illorū insipientia pro euangelistis satisfactionē parare. Neque.n. uolo de mēdacio adstruere ueritatē. Illud sanè libenter rogarim, quo nā modo authoritatem dissona meruissent: quo nā pacto falsa adstruendo obtinere possent? unde admirationi essent pugnātia iter se, atque aduersa dicēdo? Credebatur inaudita loquentib°, toto orbe laudabātur docētes. Cumq̄ multi testes eorum p̄dicationis existerēt, tum ēt inimici, hostésque plurimi: nō.n. in uno aliquo scribentes angulo, ea q̄ scripserāt, occultauerunt: sed terrās, mariāque lustrātes, in cōspectu & auribus oīum uolumina sacra replicabāt: q̄ sicut ēt nunc fieri uidemus, ipsis quoque præsentibus legebātur inimicis: nec quicq̄ tamen ex his q̄ dicta sunt, quenquā offendit: nec imeritò. Erat M

A enim diuina uirtus quæ aderat ubique, & apud oēs cuncta peragebat. Cęterùm si non istud fuisset, unde publicanus unde piscator, unde illiteratus quiuis set unquā tam sublimiter philosophari? Quæ enim sapientes seculi, ne per somnum quidem aliquando imaginari potuerūt, hęc isti cum assęueratione manifesta annunciant, atque persuadent, subiugātes fidei non solum nostrę ętatis homines, sed etiam eos qui ante nos defuncti sunt: & non duos, nō uiginti, non centum aut mille, aut decem milia: sed urbes, & gentes, & populos, & terram prorsus, ac mare, Græciam simul ac Barbariā, & habitabiles partes orbis, ipsumque desertum. Et certe ea persuadebant, quæ naturā nostrā lōgè probantur excedere. Siquidē relinquentes oīno terrā, de cœlestibus differebant, docētes nobis aliā supereśe uitam, aliāq̄; mortē, alterū mūdū, & cōuersationem nouam, oīaq̄; mutata. Nō
Philosophiæ gentiliū & apostolorū differentia. sicut Plato ridiculā illā cōdidit rem publicā, aut Zeno, uel siquis alius de repub. conscripsit, legesq̄; cō posuit. Siquidem hęc ipsa sunt, quibus facilè mōstratur, quoniam malignus spiritus, & dæmon quidē serus, hostisque naturæ, & impugnator castitatis, totiusq̄; honestatis inimicus, oīa sursum, deorsumq̄;
B pmiscēs, eorum mētib. inspirauit. Cū.n. cōes oībus faciāt coniuges, nudasq̄; ad palęstram uirgines ducāt, ad spectaculum hoium & libidinis irritamentū, cū occultas conciliēt nuptias, oēs i unū ex cōsensu luxuriæ pecunias conferentes, ac puertētes leges, finesq̄; naturæ: quid de his aliud pronunciari pot? Nā quòd oīa illa inuēta sint dęmonū, & contra naturā probētur esse q̄ dicunt, poterit nobis esse testis, ipsa natura, q̄ talia audire nō patitur: cū certa non sub psecutionū metu, non cū periculis & prælijs, sed cum oī securitate docētiū, licentiaq̄; dicantur, multa insup cura, ambituq̄; magno sermonis ornata. Hæc uerò q̄ à piscatorib. p̄dicata sunt, exagitatis undique, ępius uerberatis, inter pericula iugiter constitutis: absque ullo loquentibus cultu & arte uerborum, & ipe riti & eruditi, & serui & liberi, & reges & milites, &
C Gręci & Barbari, oī cum reuerētia susceperūt. Neque uerò dicere poteris, parua hęc esse, nimisq̄; humilia, & ideo facilè à cūctis susćepta: cum utiq; multò hæc sint illorum dogmatibus celsiora. Virginitatis.n. illi nec i somnio imaginati sūt dignitatem, nec cōtęptū habendi atq; ieiunia, nec quicq̄ aliud de sublimiore doctrina. Nostri autē magistri nō solum opus turpe cōdemnāt, neq; tantūmodo concupiscentiam prohiberi contenti sunt: sed & uultū ipudicū, & inhonesta uerba, risumq̄; lasciuum, sed & habitum iordinatum, incessum inconditum, atque clamorem, & omnino usque ad humilia præcepta deducut diligentiam disciplinæ. Itaque uniuersum prorsus orbē uirginitatis plantatione complerunt, & de deo, rebusque cœlestibus ea philosophari docent, quæ illorū nullus aliquando potuit uel mēte concipere. Vnde. enim sapere hæc illi possent, q mōstrorum atque serpentium, aliorum etiam uiliorum imagines, deitatis nomine consecrarunt? Attamē tam sublimia illa nostrorum dogmata et susćepta, & credita sunt, & floręt quotidie, atq; succrescunt: eorum uerò exagitata sunt, passimq̄; dispdita, & aranearū telis facili° dissoluta. Qd ualde cōsequēter factū est: siqdē dęmones illa p̄dicabāt. Propter qd ibi, p̄ter lasciuiā, morū, multa ēt dictorū obscuritas & caligo est, & ad intelligēdū grādis afflictio. Quid.n. inisione magis dignū q̄ D
illa est disciplina, in qua, ut cętera omittā, cum innumeris uersibus philosophus disputauerit, multa oratione suam cumulat proxilitatem dicēdi, ut quid sit iustum, posit ostēdere? Ita etiam ut si utile quid haberent: tantæ tamen obscuritatis titulo, ualde id uitæ hominum esset incommodum. Si enim uel agricola, uel ærarius, si faber aliquis, uel nauta, aut quispiam cæterorū qui manuum suarum opere pascuntur, uelit quidem ab arte propria, iustóque labore discedere, ut consumptis tot annis studeat scire quid iustum sit, & forte antequam discat interimatur fame: obibit profectò propter hoc iustum, neque aliquid aliud utile addiscens, & uitam uiolenta morte dissoluens. At non etiam nostra sunt talia, sed iustū, honestū, omnémque omnino uirtutē in paucis syllabis, in breuibus uerbis, atque manifestis nos Christus edocuit: tū dicēdo, quoniā i duob. mādatis tota lex pēdet & prophetæ: id est i dei & proximi charitate: tū iubendo, Quæcūq; uultis, ut faciant uobis hoies, hęc & uos facite illis. Hęc est.n. lex & prophetę. Quæ certè & seruo rustico, & uiduæ, & puero, & erudito, & satis rudi facilia ad itelligēdū sunt, & prorsus exposita. Tales qppe sunt sentētiæ ueritatis. ad q̄; E
exitus rerū ipse testatur. Siqdē omnes ferè quæ sunt agēda didicerūt, nec didicerūt modò, uerumetiā q̄ didicerāt, efficere curarūt: & nō i urbibus solū atque plateis, sed in ipsis quoq; uerticibus montiū. Etenim ibi maximè euāgelicā uideas florere philosophiā, & angelorū choros in humano corpore refulgere, cōuersationēq; oīno cœlestē i terris micare. Nobis siq dē piscatores disciplinā scripsere uiuēdi, nō à puero eligi aliquos ad discēdū iubētes, ut philosophis moris est neque certū numerū annorū pfinētes ad cōsummāda studia uirtutū: sed cūctis generaliter ętatibus differētes. Illud.n. puerorū ludus est, hoc ueritas rerū. Locū quoque disciplinę huic certū dederūt, cœlū profectò: & iformatorem eius deū proculdubio esse docuerūt. Qui etiā leges, quibus utimur, dedit, quales & oportuit. Præmia uerò uirtutū, nō ramus oleæ, nec corona oleastri folijs imista, nec publicè apparata cōuiuia, nec æreæ statuæ, nec imagines coloribus adūbratæ, & friuola ista atq; uanissima. sed uita nullo unquā fine claudenda, & filiorū dei collata nobilitas, cūq; angelorū choris iūgēda lętitia, & ante regalē thronū secura præsentia, & perpetuū esse cū Christo. Doctores uerò istius disciplinę ac principes publicani sunt, & piscatores, pelliumq; sutores: non qui exigua ætate uixerint, sed adhuc uiuant, in æternúmque permaneant. Et idcirco defuncti quoque multū ualent prodesse discipulis. Huic itaq; disciplinæ nō cū hominibus bellū est, sed aduersus sæuissimos dæmones, cōtraque incorporeas potestates. Propter quod & rex ✲ talis exercitus nullus est ho- ✲*dux*
minū, nullus est angelorū, sed ipse procul dubio de°. Arma quoq; istorū militū, naturā ipsi° belli cōsequēter imitātur. Nō enim ex ferro parantur ac pellibus, sed ex ueritate, fide atque iustitia, cæterisq; uirtutibus. Quoniā igitur de huiusmodi disciplina & liber est conscriptus, & nobis de ipsa disputare propositū est, diligentius audiamus euāgelistā super eadē differentē. Non.n. sunt eius dicta, sed Christi, qui ipsius informator est disciplinæ. Hāc ergo solicitè cōsidere mus, ut in illa etiam mereamur adscribi, & in eorum fulgere numero, q prius eā seruādo nituerūt, & imarcęsibiles illas meruerūt coronas. Et multi qdē hunc F

G librum satis apertũ esse opinantur, ac planum, solos propheras intellectu putantes esse difficiles. Sed hoc quoque eorũ est, qui altitudinẽ icõpertarũ sibi rerũ prorsus ignorãt. Propter quod obsecro, ut multo cũ studio sequamini ista quæ dicũtur, & ipsum euãgelij pelagus ẽtremus, Christo nobis prębẽte in hoc itine re principatum. Vt autẽ sit facilior iste ad inteilligen dum liber, rogamus (quod in alijs quoque scripturis facere cõsueumus) ut prẽueniatis animo, atque uol
Actu.8.c. uatis eũ q à nobis elucidãdus est locus, ut ẽtellectui lectio uiã parans, quod etiã in Eunucho illo factum est, multam uobis cõferat facultatem docendi. Ete nim plurima sunt quæ inquirũtur, ac uaria. Conside ra igitur quanta in ipso euãgelij principio quęstionũ sylua nascatur. Primò quidẽ, cuius rei gratia per Io seph generationũ ordo decurrat, de quo non nascitur Christus. Secũdò, unde manifestũ sit, quòd à Da uid originẽ ducat cũ parẽtes Mariæ, ex qua certè na tus est, habeãtur icogniti: neque.n. generationes ex uirginis parte numeratur. Tertiò quã ob causam Io seph quidẽ generatio, qui certè nihil ad generationẽ contuilt Christi, tã diligenter asseritur: urgo autem, quę etiã mater eius effecta est, nõ ostẽditur ex quib⁹
H parentibus, auis, proauisque nascatur. Post hęc ẽt illud inqrẽdũ esse uidetur, qua de causa generationes p uiros nominãs, meminerit etiã fœminarũ. Et quia semel id fieri placuit, cur nõ oẽs fœminas nominarit. Nã meliores quasque trãscurrẽs, ut Saram & Rebeccã, earúmque similes: eas tatũmodo quæ de ali quo uitio celebratæ sunt, eduxit in mediũ: id est, si qua adultera, uel meretrix: siquis ẽt ex nuptijs nõ le gitimè copulatis, de alienigena est ortus, ac barbara. Siqdẽ nõ mõ Vrię uxorẽ, sed ẽt Thamar & Ruth euãgelista cõmemorat: quarũ alia quidẽ erat alienigena, alia uerò cõmixta, nõ tãtũ nõ lege illi cõiũcta cõiugij, sed furata cõcubitũ, & intra habitũ meretricis abscõdita. Vriæ quoq; uxorẽ nullus ignorat, sed pp factũ illud insignis audacię: Et tamẽ omnes alias euãgelista prẽteriẽs, tãtũmodo istas generationũ ca talogo cõprehẽdit. Quòd si meminisse oportuit fœ minarũ, cũctæ debuerãt nominari: si uerò non oẽs erant, sed aliquæ proferẽdæ, eas magis poni decuit, quæ nõ de peccatis, sed de uirtute celebrãtur. Vidisti nẽpe quãta nobis attẽtione opus sit, ẽt iter ipsa prin cipia. Et certè supra cætera esse manifestũ illud uide batur exordiũ, fortè autẽ aliqbus ẽt superfluũ, quia
I solũ ibi numerũ putabãt nominum cõtineri. Supra hęc etiã illud inquisitione dignum est, quæ causa cõ pulerit, ut tres reges i enumerãdis generationib⁹ prę teriret. Si enim quasi nimis impiorũ nomina reticere maluit, nec aliorũ quidem similiũ meminisse debue rat. His additur etiã illa quęstio, quòd tertiò genera tiones quatuordecim esse dicẽs, numerũ in extrema parte non tenuit. Deinde quæ nam illa ratio persua serit, ut Lucas quidẽ aliorum faceret nominum mẽtionẽ, & nõ modò non eorundẽ omnium, sed mul tò etiã plurũ. Matthæus uerò non paucorũ modò, Verumetiã diuersorũ, cùm utique aduque genera tionẽ Ioseph numerũ ẽt ipse perducat, in quo finẽ fe cit & Lucas. Iã ergo perspicite quãta nobis opus sit uigilantia, non solùm ad exponendum euãgelium, uerumetiam ad discernẽdũ quę nã illa sint, quę ex positione idigeãt. Siquidẽ scietiæ pars est, quæ sunt obscura cognoscere. Illud quoque inter occulta numeratur quomodo Elisabeth de Leuitica existens tribu, Mariæ cognata dicatur. Verũ ne multa pariter K
colligẽtes, memoriã uestrã subitò quæstionũ onere mus aggestu, hic sermoni nostro terminũ reqram⁹. Sufficit.n. nobis, & ual de sufficit ad audiendi iterim studium susciandũ, ut quę in quæstionẽ solent ue nire, discantur. Si uerò etiã solutionem ipsam deside ratis addiscere, & hęc nobis dicentibus, in uestra est potestate. Si.n. uos itellexero susciatos, & audire cu pientes, etiã absolutionẽ afferre tentabo. Si uerò o scitantes uidero, & ab intentione laxatos: absc̃dã non absolutionẽ solùm, uerumetiã quæstiones, di uina lege cõmonitus: Nolite, inquit, sanctũ dare ca nibus, neque proijciatis margaritas uestras ante por cos, ne fortè cõculcẽt eas pedibus suis. Quis est mo Matt.7.a
do, inquis, q ista cõculcet; Ille utique, q nõ ea pretio sa credit esse, atq; præclara. Et quis est, iquis, ita infe lix, q nõ hæc pretiosiora esse omnibus, & clariora fa teatur? Ille sine dubio, q nõ uel tanto studio eis ua cat, quãto in diabolicis illis theatris meretricibus oc cupatur. Ibi.n. Plurimi totos etiam dies peragũt, pro ptérque illã occupationẽ uanissimã multa ẽt domi detrimẽta patiũtur. Et tamẽ cũ omni diligentia, qđ audierint, memoriæ cõmẽdãt, eáque ad animæ suæ perniciem penitus infixa custodiũt. Hîc uerò, ubi lo L
quitur deus, ne exiguũ quidẽ patienter tempus ex pectant. Cur hoc? quia nihil commune habemus cũ cœlo, sed omnis nostra religio uerbotenus peragi tur. Et certè propter hoc deus gehẽnã minatur, non ut eã nobis iferat, sed ut fugere persuadeat illã grauis simã cõsuetudinem. Nos uerò econtrario cuncta a gimus, & quotidie in illã uiam quæ illuc ducit, irruimus. Nã præcipiẽte nobis deo, non modò ut audiamus quæ dicũtur, uerũ ut cũ omni etiam deuotione faciamus, nos nec audire curamus. Quãdo igitur ea quæ dicũtur, implebimus? Respõde, quæso, quan do incipiemus operari, cũ nec sermonẽ qdẽ sup his patiẽter audiamus, sed indignemur offendamurque hac exercitatione tametsi breuissima. Deinde nos q dẽ de friuolis sæpe rebus loquẽtes, nisi eos q nobis cũ sedent, uiderimus attentos, icuriã illorũ nostrã ar bitramur esse iniuriam. Deũ uerò nõ putamus offen di, quando eo de tantis rebus loquẽte contẽnimus, faciléque ducimur ad alia oino, atque cõuertimur? Et sæpe qdẽ si aliquis è senibus multas circuerit ter ras, marísque regiones, nõ solũ stadiorũ numerum, sed & urbiũ situs, & ornat⁹ domorũ, & portus, atq
plateas diligẽter nobis enarrat: nos uerò nec q̃ pro- M
cul simus à cœlesti urbe cognouimus. Nã profectò ad iter hoc superãdũ properassemus, si nota esset di stantia. Nõ.n. tãtũ à nobis illa ciuitas abest, quãtum iter cœlũ, terrámque discrimẽ est: sed multò ẽt longius distat, si utique negligamus: ut ecõtrario, si stu diũ cõmodemus, ẽt in exiguo tẽpore ad ipsas eius ianuas peruenire poterimus. Nõ.n. locorũ loginquitate, sed istituto morũ hæc spatia metiẽda sunt. Sed tu præsentis qdẽ gesta uitæ diligenter tenes, nosti & noua & uetera, ac etiã prorsus antiqua potes enume rare, nõ solũ principes sub q̃ ab⁹ diuersis tẽporibus militasti, sed etiã omnes militiæ duces: sed etiam edi tores munerũ, & eos qui in spectaculis certauerunt, quíque uicerũt, nihil utque ad te ptinentia, nihilque tuis utilitatib⁹ profutura. Quis uerò i hac, de q̃ loqui mur, sit ciuitate príceps, qs apud eũ primus, aut secũ dus, aut tertⁱ⁹: uel q̃to quisque tpe, uel qd sit uirtutis opatus, nũq̃ uel p somniũ cogitasti. Quę uerò leges

A in hac urbe sunt positę, nec alijs quidem dicentibus pateris audire, Qua ergo fiducia, dic mihi, illis te ali quando speras bonis potiturũ, ad quorũ magnitu dinem nec quando promittuntur, intendis? Sed & si antè nunq̃, saltem nùc id facere curemus. Etenim si concedatur à deo, aureã ingrediemur urbem, ĩmo facilè omni auro ptiosiorem. Nunc ergo discamus fundamenta eius, & portas ex sapphiro margaritis que cõpositas: habemus quippe optimũ ducẽ, Mat thęum profectò. Per ipsius nanque portã nunc cupi mus introire, multóque nobis studio est opus sequẽ di. Siquidẽ.n. aliquẽ nõ intentũ uiderit, continuo eũ à ciuitate propellit. Est siquidẽ urbs ipsa regia, & to ta prorsus illustris, & nõ sicut uidemus apud nos, in palatia, domos, plateásque distincta: sed quicqd est illius urbis, aula cœlestis est. Pãdamus igitur portas animi, aperiamus aditũ, cúmque tremore plurimo primas æternę urbis ianuas intraturi, oi subnixũ ma iestate regẽ suppliciter adoremus. Etenim primus ip se cõgressus pòt cernẽtibus terrorẽ incutere. Modò quidẽ nobis portę istę penitus occluse sunt: cũ uero
B eas referatas uiderimus (hoc.n. est solutio qónum) tunc plurimũ oino poterimus intus fulgore aspice re. Etenim spiritus te oculis ducens, oia tibi publica ius iste promittit. quòd uidelicet ostẽdat ubi rex ip se sedeat, quorúmque illi militũ assistant cohortes, ubi angeli, ubi uero habeantur archangeli, & qs uo
& et quis nobis ciui bus i hac &c. bis ✠ in hac urbe sit deputatus locus, & quonã illuc itinere pergatur: & quanto honore donãdi sint hi, q primi illius ciuitatis ius fuerint consecuti: quãto quo que hi, qui illos sedo sequuntur loco: quanto ẽt hi q tertio, & quot sint illorũ ordines ciuiũ, q̃q̃ diuersi in illo gradus distinguãtur senatu, & q̃ uariæ ibi splen deãt differentię dignitatum. Nõ igitur cum tumultu ingrediamur, nõ cum turbatione, neque cũ strepitu sed cũ silentio atque reuerentia, q̃ tãtis est exhibẽda mysterijs. Si.n. in theatro, cum multũ silẽtium antè pręcesserit, tum demum literę regis leguntur: multo magis in hac urbe oẽs cohiberi oportet, & cõprimi, & erectis auribus, atque animis adstare solicitis. Nõ enim terreni regis, sed angelorũ domini scripta recitanda sunt. Si.n. ita nos uoluerimus aptare, ipsa nos
C spiritus sancti gratia cũ omni diligẽtia ad penetralia interiora pducet, atque ad ipsum regis peruenie mus thronũ, ac bonis oibus perfruemur, gratia & miseri cordia domini nostri Iesu Xpi, cui gloria & imperiũ, cum patre & spiritu sancto, in secula seculorũ, Amẽ.

Homilia secunda ex capite. I.

Iber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij
I *Abraham.* Igitur meministis admonitionis eius qua ad uos superiori die sumus usi, cũ hortaremur ut summo cum silentio & quiete, tãtis congruente mysterijs oibus euangelij uerbis cõmo daretis auditũ. Siquidẽ iam incepimus cœlestes adi re ianuas, pp quod uos ptẽritę denũciationis admo nui. Etenim si Iudæi accessuri ad montẽ, & ignẽ, & caliginem, & tenebras, ac procellas, ĩmo nõ acceſſu ri ad illa, sed ea & audituri eminus, & uisuri, triduum antè se continere iubebantur à fœminis, ac uestes abluere: & tamen in timore erãt maximo, tremorẽ que, cũ certè illos plurimum Mosi p̃sentia confoue ret: multò magis nos, qui talia incipimus audire uer ba, & nõ procul à mõte fumante cõsistere, sed in ip sum oĩno introire cœlum, maiorẽ philosophiam de bemus ostendere, nõ indumenta corporis abluen- D
tes; sed stolas animæ candidãtes, nósque ab oi secu li huius cõmistione purgantes. Non.n. caliginẽ hic, nõ fumum uidebitis, non procellã, sed regẽ sedentẽ super thronum illius ineffabilis glorię, & angelos ei, atque archangelos pariter assistentes, & sanctorum populos innumeris illis angelorũ cohortibus copu latos. Talis quippe est ciuitas dei, habens ecclesiam primitiuorũ, & spiritus iustorũ, & frequẽtias angelo rum, & sanguinem asperſionis, p quem reconciliata sunt oia. Nam & cœlum ea q̃ in terra sunt accepit, & terra ea q̃ in cœlo: & desiderata olim angelis atque sanctis pax aliquando donata est. In hac urbe tro phæum cõstitit crucis, clarum. & atque cõspicuũ. In hac itẽ spolia sunt Christo parta, humanæ. & naturæ exuuiæ, regis nostri præda: q̃ omnia diligenter euã gelij lectione discetis. Et si cũ silẽtio & moderata se quaris quiete, circunducere tẽp cuncta poterimus, ac diligenter ostendere, ubi qdem mors iaceat cruci fixa, ubi peccatum suspẽsum, ubi plurima illa atque præclara ex hoc bello fulgeãt monumẽta uictoriæ. Videbitis & hic tyrannũ reuinctum, & multitudinẽ captiuorũ sequentẽ, & arcem, ex qua sceleratus ille E
dæmõ omni retro tpe in perniciem hominũ procur rebat, repentè subuersam. Videbitis ẽt reuulsas latro nis spelúncas, antráque patefacta: nã ibi quoque p̃ sentia regis affulsit. Sed nihil est dilectissime, qđ ho rum fatigeris auditu. Neque.n. siquis istius tpis uictorias tibi, trophæaque recenseret, ulla unquã cape rere satietate, sed neq; cibum, neque potum illi nar rationi aliquãdo præponeres. At uero desiderabilis illa narratio, quantò potius est audienda? Cõsidera enim q̃ sit audire magnificũ, quòd deus surgẽs de se de regali, è cœlo uenit ad terras, & ad ipsum descen dit infernũ: in acie dimicãs stetit. Quemadmodum aũt illi diabolus repugnauit? immo non ipsi manife stè, ac nudè, sed deo in natura hominis abscondito. Quódque mirabile est, uidebis mortẽ morte perem ptam, & maledictum esse maledicto extinctũ: & p quę diabolus iam antè maximè ualebat, p eaipsa ty rannidem illius esse destructã. Exurgamus igitur, & somnũ animi longius repellamus. Ecce enim uideo portarum nobis claustra reserata: sed tamen cũ om ni moderatione & tremore mentis ipsas cõtinuo ia- F
nuas intremus. Quæ uero sunt istę ianuæ? *Liber gene rationis*, inquit, *Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham.* Quid ais? De unigenito dei filio dicturum te esse pro miseras, & Dauid mentionẽ facis, eiúsque illum filiũ esse cõmemoras hominis, qui post mille generatio nes natus traditur, ipsúmque esse & patrẽ Christi di cis, & proauum? Verũ cohibe te pauliſper, & compri me, nec uelis repente oĩa, simúlque discere, sed sen sim atque paulatim. siquidẽ adhuc in uestibulis cõ stitisti, ante ipsa prorsus initia portarum. Quid igitur ad penetranda interiora festinas? Necdum bene om nia, q̃ foris sunt, consideraſti. Neque.n. nunc tibi ip sam generationem domini conor exponere, ĩmo ue ro nec cum ista narrauero, est.n. inexplicabilis tota, neque ulli prorsus effabilis: & hoc tibi ante me Esa ias propheta denũciat. Siquidẽ ipsius p̃dicãs passio nem, & plurimã pro toto orbe terrarum pijssimamque cruẽ, atque admiratus q tum esset, q factus sit, quóue descederit, maximo sono uocis exclamauit, & dixit: Generationẽ eius qs enarrabit? Verũ nobis *Esa.53.c*
nõ de diuina generatiõe nũc sermo est, sed de hac in feriore, q̃ in terra facta est, quęque testibus celebra-

G tur inumeris. Sed ſuper iſta quoque prout accipientes ſancti ſpūs gratiam, potuerimus effari, ita profectò narrabimus. Neque hāc enim perſpicuè ſatis explicari poſsibile eſt, quippe cum ſit etiam ipſa maximè ſtupeſcenda. Non igitur exigua te aliqua opineris audire, cum hanc generationē audis ediſſeri: ſed totam in te mentem prorſus exuſcita. Et continuò totus horreſce, cum deū ueniſſe audis ſuper terras. Vſqueadeo enim iſtud mirabile erat, & nulli antè
Baru. 3.d prorſus auditum, ut etiam prophetæ porrò antè cū admiratione prędicerēt: Quoniam ſuper terram uiſus eſt, & iter hoies cōuerſatus eſt. Valde etenim audire mirabile eſt, quòd ineffabilis deus, & qui nec ſermonibus explicari pōt, nec cogitationib. cōprehendi, patrique p oia coæqualis, per uirginis ad nos uenit uterum, & fieri ex muliere dignatus eſt, & habere progenitores Dauid & Abrahā. Et quid dico, Dauid & Abrahā? etiā illas, quod horribilius eſt, fœminas, quas paulò antè memoraui. Hæc igitur audiēs, mente conſurge: uerum nihil humile ſuſpiceris, ſed potius propter hæc ipſa maximè mirare, quia cū filius
H ſempiterni eſſet dei, etiam filius Dauid eſſe dignatus eſt, modò ut te filium faceret dei: ſeruum patrē habere dignatus eſt, ut tibi ſeruo patrem faceret deū. Vides arbitror ab ipſo ſtatim principio, quàm læta ſint hęc nuncia. Quòd ſi ambigis de his, quę ad tuū ſpectāt honorē, de illius humilitate diſce credere ēt quæ ſuper tuam dignitatē dicūtur. Quantum enim ad cogitationes hominum pertinet, multò eſt difficilius deum hominem fieri, quàm hoiem dei filium conſecrari. Cùm ergo audieris, quia filius dei, filius ſit, & Dauid, & Adæ: dubitare iam deſine, cū tu qui filius es Adæ, ſis filius dei. Non enim fruſtra, nec uanè ad tantam humilitatē ipſe deſcēdit, ſed ut nos ex humili ſublimaret. Natus eſt enim ſecundum carnē, ut tu naſcerēre ſpiritu: natus eſt ex muliere, ut tu deſineres filius eſſe mulieris. Propterea duplex facta generatio eſt, hæc. ſ. noſtræ ſimilis, illa noſtram eminēter excedēs. Quòd. n. natus ex fœmina eſt, & nobis cōpetit: quòd uerò nō ex uolūtate carnis & uiri, ſed ex ſpiritu ſancto, aliā nobis ſublimiorē: futurāque & ſpiritu cōſequēdam generationē promittit. Sed alia
I quoque oia ex ſimili diuerſitate cōſtabāt. Nā & baptiſma profectò tale ſuſcepit, qd haberet qdē aliqd ueteris, haberet & noui. Quòd. n. baptizatus eſt à propheta, expreſsit uetus: quòd aūt deſcendit ſpiritus, adūbrauit nouū. Nā ut ſi qſpiā i arena cōſiſtēs, duos aliquos inuicē diſsidētes, extenta manu utraque coniugat: ita fecit & Xps ueteri nouū, diuinam naturā humanę, ſuis noſtra iungēdo. Vides nūc puto fulgorē urbis procul coruſcantis, uides quāto inter ipſa principia ſplēdore lucet, qūo tibi regē ipſum humana ſpecie, ſic mortalibus, uelut exercitui admiſtum oſtendit. Neque. n. in bello ſemper propriā habere rex cernitur dignitatē, ſed purpura & diademate relictis, militis habitū frequēter induitur. Sed illic, ne cognitus hoſtes in ſe cōuertat: hic contrà, ut ne ante cōgreſſum ſubito oēs auertat, ſuósque maieſtatis fulgur cōturbet: ſaluare. n. nō terrere ſtuduit. Et idcirco illum hac appellatione cōtinuo nomina-
Ieſus. uit, Ieſum utique nuncupādo. Ieſus enim nō eſt Græci ſermonis uocabulū, ſed Hebraica lingua Ieſus dicitur, quod eſt in noſtro ſermone, ſaluator: ſaluator aūt ab eo, quòd ſalutem populo ſuo pſtaturus aduenerit. Iāne igitur intelligis, quēadmodū euāgeliſta auditorē in excelſa ſubuexerit. & ea certè q̄ in uſu eſ- K
ſe uiderentur locutus, per quę tamen ipſa ſonge nos maiora, quàm omnes ſperare poteramus, edocuit. Vtriuſque igitur iſtius nominis apud Iudæos erat celebrata notitia. Quia enim incredibilia erāt, quę promittebantur, futura: etiam nominum præceſſerunt figuræ, ut porrò antè omnis ex inuidia nouitatis tumultus orituus extingueretur. Ieſus nanque etiā Ioſue. 1. a
ille dicitur, qui poſt Moyſen populum in terrā repromiſsionis induxit. Vides figuram, perſpice ueritatē. Ille in terram repromiſsionis, hic uero introduxit in cœlum, & ea quę ſunt in cœlis bona. Ille poſtquàm Moyſes mortuus eſt, iſte poſtquā lex per Moyſen lata ceſſauit. Ille ducis dignitate pollens, iſte uerò regis maieſtate præfulgēs. Sed ne Ieſum audiēs, de ſocietate noium patereris errorē, cōtinuo ſubiūxit & Chriſtū. *Ieſu Chriſti*, inquit, *filij Dauid*. Ille. n. non erat ex Dauid, ſed ex alia tribu. Cuius uero rei gratia librū ipſum generationis Chriſti uocat, ubi non ſola utiq; generatic, ſed tota prorſus ipſi⁹ myſterji diſpēſatio cōtinetur? Quia totius. ſ. diſpēſationis caput &
radix, at q; principiū oium nobis in hoc cōſiſtit bo- L
norū. Vt. n. Moyſes librū cœli appellauit, ac terrę cū Gene. 1. a
certè non de cœlo ſolū, terráque loqueretur, ſed de cūctis q̄ inter ipſa ſubſiſtūt: ita ēt euāgeliſta ab ipſo oium fonte & capite bonorū librū uocauit. Omni ſiquidē admiratione pleniſsimū eſt, & ſuper ſpē expectationem q; mortaliū, quòd deus domo factus eſt. Hoc autē impleto, illa oia quę ſequūtur: iuxta ordinē & rationē cōſequūtur. Qua uero de cauſa non eum antè filiū Abrahæ, & poſtea filiū Dauid nūcupauit? Nō, ſicut opinātur aliqui, ab inferioribus uolēs ad ſuperiora cōſcendere. Cæterū feciſſet quod fecit & Lucas, nūc autē ecōtrario facit, cur ergo cōme morauit priorē Dauid? Quia ipſe proculdubio ī omniū uerſabatur ore, ob inſigne honoris & glorię, ob ipſius quoque tpis ſpatia iunctiora. Nō. n. olim defunctus fuerat: ſicut Abrahā. Etſi enim utrique promiſerat deus, ſed tamē illud quaſi antiquū reticebatur, hoc uero quaſi nouū, & recēs ab oibus celebrabatur. Ipſi nāque Iudæi dicunt. Nōne ex ſemine Dauid, & Bethlehē caſtello, ūde erat Dauid, uenit Chri
ſtus? Nemo igitur illū filiū Abrahæ, ſed oēs filiū Da- Ioan. 7. f.
uid nominabāt. Etenim propter tēpus, ut dixi, pro- M
ptérque regnum hic magis in hominum memoria uigebat. Qui etiam honorabiliores quoſque de ſanctitate reges, qui poſt Dauid fuiſſe referūtur, ab illo omnes uocabant. Nec ipſi ſolū, uerūetiā deus. Nam & Ezechiel, & alij prophetæ dicūt Dauid ſurrecturū: eſſe, atque uenturum: non de illo utique mortuo iā loquētes, ſed de his q illius uirtutē erāt imitaturi. Et Ezechię quidem dicit: Protegam ciuitatē iſtam pro- 4. Re. 19.
pter me, & propter Dauid puerū meum. Salomoni g. et 20. b
uero dicebat: Quoniam propter Dauid regnū eius 3. Re. 11. f
ipſo uiuente nō dirumperet. Multa enim illius uiri & corā deo erat, & corā hominibus gloria. Propterea igitur à notiore interim, & celebratiore perſona ſumit exordium: & tum demū ad antiquiorem recurrit parētē, ſuperſtuū, quātùm ad Iudæos ſpectat, eſſe iudicans, ſermonē ſuperius ordiri. Iſti enim erant præcipuè maximēque mirabiles: ille qdē quòd eſſet rex & propheta, hic uero, quòd propheta & patriarcha. Et unde, iquis, manifeſtū eſt ex Dauid eſſe Chriſtū? Si. n. nō ex uiro, ſed tātūmodo eſt natus ex uirgine, de cuius certè generatiōe reticetur, quomodo

A ſcire poterimus illū ex Dauid ſtirpe deſcēdere? Duo ſunt enim quæ pariunt quæſtionē. Vnū, quæ cauſa ſit, ut in generationum catalogo uirgo ſileatur: alterum, uero, qua ratione Ioſeph memoretur, cui certè nihil cum Chriſti generatiōe eſt commune. Videtur enim & unum abundare, & alterum deeſſe. Quid ergo dicemus? Quòd utique primum illud neceſſe fuerit memorari, quemadmodum ex Dauid uirgo de-
Luc. 1. c ſcenderit. Vnde hoc itaque diſcemus? Audi ad Gabriel loquētem dominum: Vade ad uirginem deſpōſatam uiro, cui nomen Ioſeph, ex domo & familia
Deut. 7. a Dauid. Quid igitur uis audire manifeſtius, cū ex domo & familia Dauid illam uirginem eſſe cognoſcas? Vnde patet quòd inde utique erat etiā Ioſeph. Fue-
Gene. rat quippe in lege præceptum, ex diuerſis tribubus
49. b non licere uſurpari coniugium. Et propheta Iacob de Iudæ ſtirpe illum uenturum eſſe prædixit: Non deficiet, inquit, princeps de Iuda, nec dux de femoribus eius, donec ueniat cui paratum eſt: & ipſe erit expectatio gentium. Hæc ergo prophetia ex tribu quidem Iuda illum fuiſſe declarat, non tamen quòd
B ex Dauid genere deſcendat. Putásne igitur ex tribu Iuda, unius familiæ tantum. i. ſolius Dauid, propagatū genus? Immo cū multę eſsent ex tribu Iuda familię, nō utique oēs à Dauid genus trahebāt. Sed ne iſtud hic diceres, p̄ueniēs euāgeliſta prorſus excluſit ſuſpicionē tuā, non ſolū ex domo, uerūetiā ex familia Dauid illū eſſe cōfirmās. Si uero nūc aliunde quoque uis iſtud addiſcere, nec altera probatione deſeri mur. Non ſolū. n. de alia tribu, ſed ne de familia q dē altera fas erat cōiugia copulari. Ita iſtud qd dicitur, ex domo eē et familia Dauid, ſiue uirgini copuletur, conſtabit dictū: ſiue ipſi Ioſeph potius aptetur, illud idē cōficitur. Si. n. ex domo Dauid at q; familia erat, nō aliunde acciperet cōiugē, niſi ex ea tribu, de qua ēt ipſe deſcēderat. Quid uero, inquis, ſi legē ille tranſgreſſus eſt? Sed idcirco euāgeliſta p̄ueniēs, Ioſeph iuſtū eſſe teſtatus eſt, ne tu ei temere crimē ipingeres: ſed ut uirtutē eius potius agnoſcēs, ſuſpicionē tranſgreſsiōis abijceres. Ille ſiquidē tam modeſtus, & prua cupiditate liber, ut ne ſuſpicione cogēte uellet in uirginis inquirere ſuppliciū: quo pp libidinem præce-
C pta legis uiolaſſet? Qui. n. ſupra legē ſapiebat: dimittere. n. & occultè dimittere, ſine dubio erat ſupra legē profecti: quo contra legē aliqd admitteret? & hoc nullius cauſę neceſsitate cogente. Sed quoniā quòd ex genere Dauid fuerit hęc uirgo ex his q̄ dicta ſunt, manifeſtū eſt: neceſſariū eſt dicere, cui⁹ rei gratia Ioſeph in generationib⁹ euangeliſta memorarit, cū uirginē prorſus omiſerit. Quænam igitur hęc cauſa eſt? Nō erat mos apud Hebræos generationū catalogū per fœminas texere. Vt ergo & morē cuſtodiret, ne in ipſo ſtatim principio uideretur antiq̄ deſtruere, & nobis uirginē certius indicaret, parētes eius reticens atque maiores, de Ioſeph generatione nō tacuit. Siue. n. hęc feciſſet in uirgine, nouitatis nō effugiſſet in uidiā: ſiue Ioſeph reticuiſſet, nō agnouiſſem⁹ ex qua tribu uirgo ſubſiſteret. Vt ergo & nos diſcernerem⁹, quę eſſet Maria, uel unde, & cōſuetudo legis permaneret imobilis, generationū catalogū uſque ad ſpōſum ei⁹ perduxit, ac de domo illū Dauid eſſe mōſtrauit. Hoc. n. declarato, illud quoque pariter oſtendit, quòd. ſ. inde eſſet & uirgo: quia utique nequaquā iuſtus iſte pateretur uxorē ſibi aliunde, q̄ unde lex pciebat eligere. Poſſum⁹ uero aliā quoque, & altiorē quidē proferre rationē, ob quā parentes uirginis prę termiſsi ſunt, qd nūc exponere minus opportunū uidetur, eò quòd multa iam dicta ſunt. Et idcirco hic iam ſermonē de q̄ſtionibus terminantes, teneamus interim diligēter ea q̄ nobis abſoluta patuerūt: quā ob cauſam Dauid nominauerit priorē, deinde qua rōne librū ipſum, librū generationis uocarit, uel ēt cur dixerit, Ieſu Chriſti: deinde qūo generatio eius & cōis ſit, & non ſit per cuncta cōis: tum, unde Maria ad Dauid pertinere mōſtretur: ad extremū, quā ob rem Ioſeph quidē generationum catalogo collocetur, Marię aūt parentes oīno ſileantur. Si. n. cuſtodieritis iſta, prōptiores nos facietis ad reliqua: ſin uero hoc reſpueritis & expuleritis è mētibus, pigriores erimus in cęteris. Neque. n. terrę q̄ ſemina priora corruperit, curā adhibere delectabit agricolam: pp quod obſecro, ut hæc q̄ ſeminata ſunt, uerſetis. De tali. n.
ſtudio, talique cura ingēs quoddā animabus bonū, V tilitas
ac ſalutare conquiritur. Nā & deo placere poſſumus ſacrarum
iſta curando, & ab iniurioſis obſcœnisque ſermoni literarū.
bus mūda ora ſeruabimus, dum ſpiritualibus exercemur eloquijs: & dęmonibus terrori eē poterimus, E
linguam noſtram taliū armis muniēdo uerborum, & tunc maiorem dei gratiam ualebimus promereri. Hinc enim mentis ueſtræ & acumen augetur, & lumē. Nam & oculos, & os, & auditum propterea poſuit i nobis deus, ut omnia ipſi membra ſeruirent: ut quæ ipſius ſunt audiamus: quę ipſius, loquamur: quæ ipſius, ſemper opemur: eique laudes canamus aſsiduas, & gratias per cūcta referamus, pérque hęc omnia conſcientię noſtrę ſecreta mundemus. Sicut enim corpus, quod aēris puritate perfruitur, ſanius fit: ſic profecto etiam anima fit ſapientior, tali meditatione innutrita. Nonne uides etiam corporis oculos, cum in fumo forte remorantur, lachrymas ſęmper effundere: ſi uero potiantur aēre purgato, & florentibus pratis, & hortis uirētibus, & fontibus inter amœna fluētibus, & ſaniores eſſe, multóque maiore aciei fulgore rutilare? Talis profectò eſt & mentis oculus. Si in pratis ſpiritualis paſcatur eloquij, erit totus ſine dubio purus ac lucidus, & acutius cūcta perluſtrans: ſi uero in fumum ſecularium negotiorum fuerit ingreſſus, ad innumera prorſus mala lachry-
mabitur, ac flebit, & in hoc quidem ſeculo, ſed mul- F
tò amarius i futuro. Fumo. n. ſunt humana negotia
cōparāda. Propterea & ille ait: Defecerūt ſicut fum⁹ Pſal. 101.
dies mei. Sed ille qdē de breuitate hoc, & fuga q̄dam a
hui⁹ dixit ętatis. Ego uero non ad hoc ſolu, uerūetiā ad turbulentiā rerū p̄ſentiū dici poſſe iſtud accipio. Nihil. n. ita oculos animę cōtriſtat ac turbat, ut ſęculariū conditio curarū, & quaſi obuolitantia quædā multiplicis cupiditatis examina. Hęc. n. ſunt iſtius fumi ligna. Nā ſicut ignis iſte cōis ubi humidā corripit conſperſam q̄ materiam, plurimū ſine dubio fumū ſuſcitat: ſic ēt concupiſcentia uehemens illa prorſus, ac flāmea, quando humentē alicuius ac paluſtrem ſuccendit animā, multum in ea fumū gignit, ac nutrit. Propter hoc ēt rore opus eſt ſanctiſpiritus, & potentis illius auræ flatu, ut hmōi extinguat ignem, fumúmque diſpergat, & cogitationē noſtrā expeditā reddat, ac uolucrē. Non poteſt. n. quis omnino, non poteſt tantis prægrauatus, atque in terrā defixus malis, ad cęlorū euolare faſtigiū. Et ideo ſtudendū nobis eſt, ut parati ſemper, & accincti iter hoc cōficere poſsimus: imo nec ſic qdē poſsibile eſt, niſi alis ſpi-

Gritus subuehamur. Si igitur mente ab oibus libera, & spirituali opus est gratia, ut excelsum illud ualeam⁹ ascendere: qui nihil horū, sed & omnia quotidie aduersa colligit, & diabolico se pondere opprimere festinat: quonam, quæso, pacto uolare poterit, tam importabili onere depressus? Etenim si quis ut in quibusdam iustis stateris nostros uelit cogitatus sistere, inter mille seculariū sermonum talēta uix centū denarios spiritualium poterit inuenire uerborū, imo nec decē quidē obolos. An uero non turpe maximéque ridiculum sit, res necessarias certásque magna plerūque parte, seruis quos habemus demādare: ori uero qd propriū nostrūmque possidemus, uiliora q̄ man cipijs, nempe inutilia quædā & superuacua cōmitte re: utinam uero superuacua tantū, non et damnosa & noxia, nihilque profutura. Quòd si meliora loqueremur, et deo proculdubio uerba nostri orispla cerent. Nūc uero quascunque hostis antiquus sugge rit, locutiones loquimur, tum qdē ridentes ipsi, tum uero in aliorū risum faceta aliqua & urbana dicētes. & nunc quidē maledicta iaculātes, & iniurias inferē H tes: nunc uero mētientes, iurantes: & nunc quidē de rebus friuolis cōquerentes, nūc uero multiloqua uanitate delirosoēs delirásque superantes, ea q̄ ad nos omnino nō pertinent, absque ulla in mediū ratione proferimus. Quis.n.uestrū, respondete. quæso, q aſsi stitis, unum, si exigatur, psalmū pōt memoriter edicere, aut scripturarū ullā aliam portionē? Nullus om nino est: nec tamen solū istud est malū, sed quoniā ad spiritualia desides ac remissi, ad diabolica prōpti, ignem ipsum ardore superatis. Etenim siquis uos de theatralibus aliqd uoluit interrogare canticis, & me retricios illos, fractósque modulos audire: multos qui illa et diligētissimē didicerint, poterit inuenire, & qui ea cū maxima et pronunciēt uoluptate. Sed est ne horū criminū tandem aliqua defensio? Nō sum, inquit, ego monachus, uxorē habeo, & filios, & cu- ram domus. Hoc.n.est, qd omnia quasi una quadā peste corrūpit, quoniam lectionē diuinarum scriptu rarū ad solos putatis monachos pertinere, cū mul- tò magis uobis q̄ illis sit necessaria. Qui.n.uersantur in medio, & uulnera quotidie accipiunt, magis indi- gēt medicamine. Itaque multo est grauius atque de 1 terius superfluam esse legē dei putare, q̄ illam oīno nescire. Hæc.n.uerba sunt, quę de diabolica prorsus meditatione promuntur. Nō audis Paulum loquen *Rom.15.a* tē: Quoniam ad correptionē nostram hæc omnia scripta sunt? Tu uero euangelium etiamsi illotis, ut aiunt, manibus cōtrectare daretur, ne attingere qdē cupias: tantū abest, ut penitus penetrare iudices ope ræpretiū: itáque fit ut sursum hodie deorsum oīa ferantur. Quòd si discere cupis quātus ex scripturis di uinis nascatur profectus, temetipsum diligenter exa mina: qualis quidē efficiaris, cū psallis deo: qualis, cū diabolo: & quemadmodum quidē affici soleas, cū in ecclesia steteris, quemadmodū uero si steteris in theatro, & uidebis quā sit grande istius animę, illiús- que discrimen licet una semper in te anima sit: Idcir- *1.Cor.15.d* co.n. Apostolus ait: Corrūpunt mores bonos colloquia mala. Itaque assiduè potētibus spiritus dei carminib⁹ egemus. Etenim istud est quo irrationalibus præstamus animātibus, cū certè inferiores simus in cæteris. Hoc est.n. nutrimentū animæ, hoc ornamē tū. ut è regione, dei non audire uerbū, fames atque *Amos.8.d* internecies. Dabo, inquit, eis, nō famē panis, neque sitim aquę, sed famē audiendi uerbum dei. Quid igi K tur infelicius esse possit, q̄ ut qd deus in pœnam mi- natur, hoc tu iam sponte in caput tuū attrahēs cor- roges malū, & inferens animæ tuæ sæuissimam fa- mem, atque pestiferam, per quā miseriorem illā cun ctis omnino rebus efficias? Verbis.n. nunc sanari illa solet, nūc corrumpi. Nam & sæpe in irā sermone suc cenditur, & ab ipso incēdio alio rursus sermone re- stinguitur: & ad concupiscentiam sermo illā obscœ nus inflammat, & ad pudicitiam uerbū honestatis reducit. Si aūt hoc facit sermo iste cōis, respōde, qua re tu scripturarū eloquia contemnas? Nam si admo nitio sola tantū ualet, quantò magis si ēt per spiritus sancti gratiā ipsa admonitio proferatur? Ex scriptu- ris nāque diuinis Matthæi sermo prolatus, ipso igne uehementius animam audientis accendit, atque in omnium illā præparat usum bonorū. Sic ēt Paulus Corinthios, quos inflatos esse cognouerat, ac tumē tes, castigatione sermonis reddidit mitiores. De qui- bus.n. erubescere, seque occultare potius debuerāt, ob ea ipsa superbū quiddam sublimēque sapiebant: sed postq̄ Pauli epistolā susceperunt, audi quāta illo L rum sit facta mutatio, de qua ipse certè illis testimo- niū reddit magister: Hoc ipsum, inquit, scdm deū cō *2.Cor.7.e* tristari uos, quantā in uobis operatur solicitudinē, imo defensionē, imo indignationē, imo timorem, immo desideriū, immo æmulationē, imo uindictā. Ita ergo & seruos, & filios, & coniuges moderemur, & amicos: ita & de inimicis quoque amicos facere curemus. Sic ēt illi quōdā admirabiles uiri, postq̄ ad amicitias uenerūt dei, facti sunt profecto meliores. Nam & Dauid post peccatū, quoniam sermonē au diuit dei, ad salutarem illam pœnitentiā cōuolauit. Et apostoli eodē pacto facti sunt tales, quales eos fuisse miramur: eodem pacto uniuersum illi mundū attraxerunt. Et quid, ais, lucri est, quādo quis audit, & non accedit ad implenda, q̄ dicta sunt? nō paruus *2.Regū.* est ēt ex ipso profectus auditu. Nam qui audit, & se- *12.d* metipsum reprehendit, sæpe & altius ingemiscit, & eò quādoque peruenit, ut studeat ēt implere quod dicit. Qui uero nec quia peccauit intelligit, quando à peccatis recedet? quando seipse culpabit? quādo ēt emendare conabitur? Nō igitur contēnamus scriptu M 1 ras audire diuinas. Hęc.n. diabolicæ inspiratiōis ope ratio est, non sustinentis nos aspicere thesaurū, ne di uitias acquiramus. Propterea ille suadet, nihil oīno esse cōmodi diuinas audire leges, nequando ex au- ditu sequi ēt uideat actionem. Deprehendentes ita- que hanc illius artem malignā, undique nos muro scientię muniamus, ut spiritualib⁹ circūstipati armis, & ipsi permaneamus intacti, & caput deijciamus ini micis: sicq̄ uictoriæ insignibus adornati, futurorū gaudio potiamur bonorum, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria cum patre, & sancto spiritu, in secula seculorum, Amen.

Homilia tertia ex cap. I.

Iber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham, &c. Etæ iam tertia disputatio uertitur, & necdū à nobis sunt euangelij absoluta principia. Nō frustra ergo prędi 1 ximus, quoniā hmōi intellectuū natura multa conti net profunda. Agè uero hodie sequētia differamus. Quid ergo nūc i qōne uersatur? Cui⁹ uidelicet rei gra tia Ioseph in generationū catalogo ponatur: & unā quidē cām recēsuimus, necesse uero & alterā magis

arcanam

A arcanā illā, edocere. Sed quæ ea est? Noluit euangelis- ta recenti adhuc tēpore noui illius admirandiq̄ par tus Iudæis esse manifestū, quod Christus natus fuis set ex uirgine. Sed nemo quasi de inusitata expos- itione turbetur. Neq̄ enī proprius noster hic sermo est, sed à nobis de patrū, atq̄ insigniū uirorū tradi- tione susceptus. Si.n. ipse dominus multa in primis obumbrauit atq̄ operuit, filiū se hominis uocans: nec illā quā cū patre possidet æqualitatē, ubiq̄ no- bis ad liquidū reuelauit, quid miraris si hoc quoque interim texit, magnū qddā atq̄ mirabile dispensān- do? Et qd nā hoc est mirabile, iquies? Vt. s. & saluare- tur uirgo, & maligna suspicio pelleretur. Si.n. ab ini- tio Iudæi ista audissent, lapidassent uirginem indi- gnē pp eā famā tractātes, & adulterij illam crimine condenassent. Qui enim etiā illis operibus, quorū sæ pe in ueteri testamēto exēpla præcesserāt, manifesta impudētia repugnabāt, nūc dæmonia eijciētē, dæ- *Ioan.8.f* moniū habere dicētes: nūc in sabbato signa faciētē, *Mat.12.a* quasi dei aduersariū iudicātes, cū certe liquidò con- *et Io.7.c* staret sabbatū sine crimine frequēter solutū: qd illi B hoc audito dicere, qd facere aliquādo dubitassent, cū utiq̄ omni occasione, quanq̄ nullā ille præbuis- set, ad huius calumniā abuterētur? Si.n. etiā post tot signa adhuc illū Ioseph filiū nuncupabant, quomo dò ante signa natū ex uirgine credidissent? propter- ea igitur Ioseph in generationib⁹ ponitur, uirginēq̄ ducit. Nam si iste quoque, uir certe admirādus & iu- *Hic in-* stus, multis rebus indiguit, ut quod factū erat, uerū *frà. c* esse susciperet, admonitus ab angelo, admonitus re- uelationibus somniorū, & prophetico testimonio cōfirmatus: quādo illi praui animo, & corrupti, tāq̄ hostiliter Christo repugnātes, hāc opinionē probas- sent? Quinimmo rē nouā, atque iter admirabilia cū- cta peregrinā, & quæ nunq̄ prioribus accidisse sec- ulis diceretur, omni cōtentionū tumultu cōfundere, ac perturbare curassent: Nā ille qdē q eum dei filium semel credidisset, nihil de hoc posit ambigere: q uer- ò seductorē illū, deoq̄ putaret esse contrariū, quo- modo nō ex hoc scandalizaretur magis, atq̄ ad sus- picionē illā turpissimā duceretur? Propterea, & apo- stoli inter initia euangelij prædicādi, non continuò istud annūciāt, sed fidē resurrectionis pręcipuè incul cāt, cuius iā in prioribus præcesserant exēpla tēpori- C bus, etsi nō per omnia fuisse doceātur æqualia: quo niā uero natus sit ex uirgine, parūper occultant, sed *Luc.2.g* nec ipsa qdē hoc mater temerè est ausa proferre. Ita- que cōsidera qd etiā ad ipsum loquatur: Ecce, iquit, ego & pater tuus quærebamus te. Cæterum si hæc passim fuisset opinio uulgata, nequaq̄ illum Dauid filiū credidissent: quod si nō putaretur, mala ēt hinc plurima nascerētur. Idcirco istud ne angeli qdē, nisi ipsi Ioseph tātūmodo loquūtur & Mariæ: euangeli- zātes uero pastoribus, cū dominū esse natū palā nū ciēt, quo tamen sit natus modo, prorsus occultāt. Cuius uero rei gratia cū meminisset Abrahæ, atq̄ di xisset, quia genuerit Isaac, & Isaac Iacob, nec fratris eius mētionē facere curasset, ad Iacob ueniēs, nō so lū Iudā, sed etiā fratres eius annumerat? Quidā sanè pp malignitatē morē Esau & aliorū id factū esse uo luerunt ego uero istud omnino nō dixerim. Si enim hoc obseruandū putauit, qua ratione paulò pòst ta lū meminit fœminarū? Hic autē à cōtrario refulget dignitas Xpi: nō qa magnos progenitores habeat, ac potētes, sed qa potius exiguos, ac uiles Sublimiū qppe illa maxima, & amicabilis gloria est, humiliari D sponte submissius. Qua ergo de causa non meminit cæterorū? quia scilicet nihil habebāt cū Israelitarum genere cōmune, Saraceni & Hismaelitæ, & Arabes, & quotquot sunt ex illorū patribus procreati. Pro- pterea igitur illos qdē reticuit: festinat uero ad eos, ex qbus nascitur Christus, & unde propagatur po- pulus Iudæorum. Propter quod ait: *Iacob autē genuit Iudā & fratres eius.* Hic iā Iudæorum designatur ge- nus, *Iudas aūt genuit Phares & Zarā de Thamar.* Quid agis ò homo? qd nobis talis recordationē infers hi- storiæ, q̄ adulteriū turpe continetur? qd hoc uero rei est? qa si nudi tātunmodo hominis describeretur ge nus, meritò hęc reticuisset. Quia uero de incarnati mysterio scribimus dei, nō modò nō tacere ista, ue- rū ostētare debemus: sic.n. magis uirtus eius, ac pie- tas refulgebit. Venit.n. non ut nostra fugeret oppro bria, sed ut ea potius extingueret. Sicut.n. admirabi- lis iudicatur, nō quia mortuus tātū, uerūetiam quia crucifixus, ac sepultus est: quanq̄ est certè res ista per se exprobratione plenissima: sed quantò magis ex- probabile istud est, tātò magis illū ostēdit de miseri E cordia gloriosum: Sic ēt in generatione illius dici po test, quòd non solū, quia suscepit carnē, & homo fa ctus est, admiratione sit dignus: sed quia ēt natus ta les progenitores habere dignatus est, nihil de no- stris uilitatibus erubescēs. Idq̄ ex ipsis nascendi pri- mordijs ostendit, quā nil hunc pudeat oīno nostræ carnis assumptæ: p ista proculdubio docens, ut nos quoq̄ nunq̄ erubescamus de uitijs parentū: sed unū quæramus illud, atq̄ oībus studijs assequamur, no- bilitari propriarū honore uirtutū: huiusmodi. n. etiā si alienigenā habeat matrē, ēt si fornicatione pollu- tā, uel quolibet eiusmodi dedecore sordidatā, nihil tamē de ius aut uilitate fuscabitur, aut crimine pol- luetur. Quòd si fornicatorē ipsū ad meliora cōuer- sum, nequaq̄ prior uita commaculat: multò magis è meretrice nat⁹, & adultera, si propria uirtute decore tur, parentū suorū nō decoloratur opprobrijs. Neq̄ uero, ut tantummō nos doceret hoc fecit, sed ēt ut reprimeret Iudæorū tumorem. Quia.n. illius nobili- F tatis, q̄ ad animam pertinet, insignia negligebant, ni miumq̄ insolenter de Abrahæ stirpe gloriabantur, uirtutem parentū defensionem suorū rati esse uitio rum. idcirco in ipso euāgelij principio docet, nō alie nis, sed proprijs esse gloriandum uirtutib. Simul etiā illud agit, ut ostendat oēs quoq̄ progenitores eorū subditos esse peccatis. Siquidem patriarcha eorum ipse ille, à quo nomen accipiunt, non exigiuū aliqd legitur admisisse delictum. Vrget.n. Thamar forni- cationem accusans. Dauid quoq̄ Salomonē ex mu liere, q̄ illi est adulterio iūcta, suscepit. Quòd si a ma ioribus custodita lex nō est, multò potius à minori- bus. Si ergo non est impleta lex, oēs utiq̄ peccaue- runt, & satis necessaria facta est Christi p̄sentia. Pro- pterea igitur & duodecim patriarcharū intulit men- tionē, ut hinc quoque humiliaret immodicā de pro genitorū nobilitate iactātiam. Multi enim eorum ex ancillis matribus nati sunt, nec tamē differētia parē- tum fecit differentiam filiorū. Siquidem illi omnes similiter & patriarchæ, & tribuū principes extiterūt: priuilegium enim ecclesiæ ista iā designabat æquali tas. Hæc qppe nostræ nobilitatis est prerogatiua, cu ius olim figura p̄cesserat, ut siue seruus sit aliquis, si ue nobilis, nihil huic plus minús ue accedat. Sola.n.

G hic requiritur uoluntas, mentísque generositas. Supra hæc uero quæ diximus, etiã aliud adiungit, propter quod ipsam cõmemorauit historiã. Siquidẽ nõ otiosẽ ad Phares addidit, & Zarã. Erat.n. abundãs, atque omnino superfluũ, cõmemorato Phares, per quẽ Christi erat decursura generatio, Zaræ quoque facere mẽtionẽ. Qua igitur illũ ratione memorauit? Paritura istum cũ esset Thamar, iámque partuũ doloribus concussa proferret, prior Zara emisit manũ ex utero. tunc obstetrix uidens, quòd iam se primogenitus idicasset, cocco eius alligauit manũ, quã ille uinctã retraxit. quo toto iã itra aluũ recepto processit Phares, & tũ demũ Zara. Quos cũ obstetrix natos uideret, dixit ad Phares: Quare pp te incisa est sepes? Vidistine signatissimam mysteriorũ figuram? Non.n. incassum hæc tãto antè scripta sunt, sed neque sacra dignũ fuisset historia dicere, qd obstetrix fuisset loquuta: nec huiusmodi narrationẽ decebat notã facere, quòd manum ille protulerit, q secundò egressus est. Quid igitur hoc iterum ænigmate designatur? Prius de ipso pueri uocabulo quod latet in
Phares. quæstione, discamus. Phares.n. cõcisio est, atque di
H uisio. Secũdò autẽ ex ipsa nouitate facti. Neque.n. erat cõsequẽtiæ naturalis, ut is q emisisset manũ, eãdẽ postquã esset uincta, reuocaret. Neque.n. cõsueti motus hoc fuit, ordinisue naturæ. Nã præmissa qdẽ huius manu, alterũ egredi, naturale fortasse sit: retrahi uero istam, & transitũ alteri cedere, non iam sit le ge nascentiũ, sed profectò ex dei gratia, quæ tũc pueris aderat, ista dispensans, & nobis quãdam imaginẽ futurorum in eorũ natiuitate depingẽs. quid igitur? aiũt quidam, diligenter ista pẽsiculati, duorũ populorũ typum esse puerulos: eoq; pertinere, ut intelligas, posterioris populi rẽpublicã præluxisse ortui prioris. Manũ prætentã habẽs, haud uniuersum spectandũ se præbet puerulus, sed eam corripit rursus. Mox fratre toto effuso, apparet ipse quoque totus: quod ipsum in utroque cõtigit populo. Nã republica illa spirituali, quæ tẽporibus Abrahæ fuit, illucescẽte, & medio cursu subitò reuocata, Iudæorũ populus uenit & legalis respublica: rursus post legẽ, nouus ille totus iam prodit popul⁹: quod ẽt obstetrix exclamat, Cur rupta p te sepes ẽ, qd cœptã spũ liber tatẽ subingressa legis sepes, intercluserit dissecũtque;
I Sepẽ.n. scriptura uocare legẽ solet. Sic propheta, in-
Psa.79.b quit: Sustulit sepẽ eius, carpũntque quotquot hac fa
Mat.21.d ciũt iter: Itẽ, sepẽ circũposui. & Paulus, interstitiũ ma
Ephe.2.e ceriæ diruit. Alij uero totũ hoc cur rupta per te sepes est, de nouo legémque sequuto populo itelligũt: ue niens.n. ille, legẽ sustulit. Vides, quia non ob exigua quædã & uilia, eã quæ de Iuda est, commemorauit historiã. Nã Ruth & Raab nõ frustra itulit mẽtionẽ, quarũ unã alienigenã, aliã ẽt meretricẽ fuisse cõstat: sed ut disceres idcirco uenisse Christũ, ut nostra mala deleret oĩa. Nõ. n. quasi iudex, sed quasi medicus aduenit. Sicut igitur illi cõiuges accepere meretrices: sic ẽt fornicatricẽ hominũ naturam sibi copulauit. Quod prophetæ quoq; olim in synagoga dixerũt factũ esse: sed illa quidẽ cohabitatori suo fuit ingrata semper: ecclesia uero semel à malis suis liberata, i spõsi amore permãsit. Itaq; cõsidera etiã ea quæ i Ruth facta sunt, nostri figurã fuisse. Hæc enim erat alienigena, & in extremã delapsa pauperiẽ: sed uidẽs eam Booz, nec ob ipsius paupertatẽ desperit, nec ob impietatẽ gentis exorruit: sicut ẽt & Xps ecclesiã susci-

piẽs, & alienigenã, & magnorum oppressam egesta- K
te bonorũ, suo consortio copulauit. Sed quẽadmodũ Ruth illa ex alienigenis mulier, nisi pri⁹ reliquisset parentes, nisi domũ cõtempsisset, & gentẽ & patriã, atq; cognatos, nunq; profectò tali fuisset nobilitata cõnubio: ita ecclesia etiã nõ antè amabilis efficitur spõso, quã priorẽ cõuersationẽ relinquat. Quod pro
pheta quoq; ad ipsam loquẽs, ait: Obliuiscere popu Psa.44.c
lũ tuũ & domũ patris tui, & concupiscet rex decorẽ tuum. Hoc enim Ruth etiã fecisse legitur, & idcirco in ecclesiæ similitudinẽ mater regum effecta est. Ipsius enim ex stirpe, Dauid, aliiq; reges fuerũt, q de ea dẽ familia germinarunt. Vt igitur his omnibus eos, qui ex Iudæis crediderãt, hortaretur, nõ sapere super bũ: & generationũ catalogũ texuit, & mulieres istas produxit i mediũ. Nã Dauid regẽ certè illũ magnũ, alienigena ista per suos posteros genuit: neq; tamẽ ille ignobilitatem eiusmodi matris erubuit. Non est enim omnino, nõ est nec de uirtute, nec de uitio parentũ, aut laude aliquis dignus, aut culpa: nemo inde uerè aut obscurus, aut clar⁹ est: imo ut quod ĩcredibile uidetur, dicamus, nescio quomodo magis ille resplẽdet, q ex parentibus à uirtute prorsus alienis, ip
se tamẽ fuerit de uirtute mirabilis. Nullus igitur in su L
perbiã de gloria parẽtũ eleuetur, sed cõsiderãs progenitores domini, omnẽ reprimat mẽtis tumorẽ, & de solis uirtutibus glorietur, immo nec de ipsis qdẽ. Sic enim etiã Pharisæus publicano deterior effectus Luc.18.e
est. Si autẽ uis sublime ostẽdere uirtutis, noli sapere sublimè: & tũc illud quod egeris, esse mõstrabis excelsius. Noli te putare quicq; feciſſe cũ feceris, & plenissimè cũcta feciſti. Si.n. etiã cũ peccatores simus, hoc nos arbitrãdo quod sumus, iustificamur, sicut etiã publicanus: quãtò magis si cùm iusti fuerimus, esse nos peccatores tantũ putemus? Siqdẽ ex peccatoribus quoque iustos humilitas facit; cũ tamẽ non sit illud humilitas, sed uera cõfessio. Si igitur tãtùm ualet in peccatore cõfessio, cõsidera quãtũ humilitas posit in iusto. Noli itaq; ipse tuorũ corrumpere fructus laborũ, noli sudores tuos in uacuũ effundere, noli cursum in inane dirigere, ne post mille circuitus mercedẽ laboris amittas. Nouit.n. dominus tuus, & qdẽ lõgè te meli⁹, tuarũ merita uirtutũ, ẽt si calicẽ aq̃ frigidæ dederis, nec hoc qdẽ irremuneratũ relinquet. Numum quoque si dones unũ, uel si etiã cũ Matt.10.
nihil, omnino donare poteris, ingemiscas: oĩa cum d.
ingenti benignitate suscipiet, ac mercedem pro his M
largã parabit. Cuius aũt rei gratia tua diiudicas, nobisq; ea studes frequenter igerere? An ignoras quòd si te ipse laudaueris, nequaq̃ laudaris à deo? ita è regione, si te ipse q̃si miserũ lugeas, nũq; te ille p̃dicare cessabit. Nõ uult. n. laborũ tuorũ fructũ perire, qnimmo oĩa in tuũ cõmodum facit, tibiq; rem augere festinat, ut etiã pro exiguis te coronet, undiq; occasiones reqrens, p quas te de gehennę possit liberare supplicio. Et idcirco etiãsi undecima diei operis hora, itegrã tamen tibi est mercedem daturus. Et si nulla, inquit fuerit tibi salutis occasio, pp meipsum facito, ne nomen meũ utiq; polluatur. Et si igemueris solum, atq; lachrymaueris, rapit ista cõfestim in tuæ occasionem salutis. Nõ igitur in superbiã intumescamus, sed dicamus nosmetipsos inutiles, ut i partem utiliũ trãseamus. Si.n. te laudandum esse dixeris, reprob⁹ effect⁹ es, etiãsi fueras antè laudabilis. Si uero inutilẽ te esse fatearis: fact⁹ es utilis, etiãsi fueras antè

A culpabilis: pp qd necessaria nobis est pteritarũ oblitio uirtutũ. Et qũo, inquis, possumus ignorare qd nouimus? Quid ais tu, cũ quotidie offendas domi-
nũ, nihilominus delitiaris ac rides, & iter magna pec
cata nec te peccasse nosti, obliuioni cũcta tradẽdo: sola uerò nõ potes rectè factorũ abijcere memoriã? Et certè cũ multo sit fortior pars timoris, nos econtrariò quotidie offendentes dominũ, nec reuocam⁹ quidẽ ad memoriã peccata q̃ fecimus. Si uerò paruã aliquã inopi porrigamus stipẽ, sursum id, deorsũq; iactamus: qd extremæ oĩno dementiæ est, grãde illius, q spiritualia debet colligere, detrimẽtũ. Satis certus.n. thesaurus, rectè factorum obliuio. Quia sicut aurũ, uestẽq; ptiosam cum in publico ponimus, plurimos ad insidias prouocamus: si uerò ea recondamus atq; occulamus domi, in tuto cuncta seruabimus: sic sunt ẽt diuitiæ uirtutũ, si eas in memoria q̃si uenales assiduè portemus, armamus hostẽ, irritam⁹ inimicũ, & dolosum inuitamus ad furtum. Sin uerò nemo alter id scierit, nisi quem nulla occulta latere possunt, tutissimo in loco ptiosa cõsistent. Nequaq̃
B igitur hmõi bona frequenter euẽtiles, ne qs ea fortè
Luc.18.c diripiat. Quod ẽt Pharisæus passus est, In lingua illa circunferens: unde ea & diabolus rapuit, q̃q̃ certè illa cũ quadã gratiarũ actione memorabat, atq; ad dominũ cuncta referebat. Sed ne hoc qdẽ profectò suffecit ei. Non.n. gratiarũ actio est alijs exprobrare delicta, sibi à plurimis gloriã quærere, & super eos q peccauerũt iactanter insurgere. Quòd si gratias agis deo, sufficiat tibi ipse pro cunctis, nec uelis eas in ho
minũ proferre notitiã, neq; proximum iudicare. Nõ
Agere est nãq; istud actio gratiarũ. Vis aũt quemadmodũ
gratias. ueræ deo gratię referãtur, agnoscere? Audi tres pue-
Daniel.3 ros in medio ignis loquẽtes: peccauimus, iniquè gessimus, iustus es domine i oĩbus q̃ fecisti nobis, quoniã in uero iudicio oĩa induxisti sup nos. Hoc est. n. referre gratias deo, peccata ei propria cõfiteri, ut cũ mille se aliquis reum fateatur malorũ, nulla tamen pro his magna satis se arbitretur ferre supplicia. Caueamus igitur de nobismetipsis dicere glorioſa: hoc enim nos & hominib⁹ & deo abominabiles facit. Et idcirco quãto maiora fecerimus bona, tanto de no
C bis minora dicamus. Hoc.n. modo maximã & corã deo & corã hominibus gloriã cõsequemur: nec solũ gloriam q̃ à deo est, uerumetiã mercedem, retributionemq; plenissimã. Noli ergo mercedem reposcere, ut merearis accipere. Tu saluari te dei gratia cõfitere, ut se ille tibi debitorem fateatur, nec modo pro operib⁹ tuis, uerũetiã pro hac gratia, humiliq; snia. Quãdo.n. aliqua fecerimus, habemus eum procul dubio debitorem: quãdo uerò nihil arbitramur nos operatos, amplius ẽt de tali mereamur affectu, q̃ pp opera ipsa q̃ facimus. Minimũ itaq; de se sensisse, tam magnum est, q̃ maximas res feciſſe: qd si non adsit, nec illæ poterunt esse laudabiles. Nam nos quoq; famulos habentes, tunc eos maximè cõprobamus, quando cum bona gratia in oĩbus obsecuti nihil se grãde arbitrantur egisse. Itaq; si bona tua magna uis facere, noli ea magna putare: aliter.n. magna esse nõ
Mal.8.b possunt. Sic.n. Centurio dixit: Nõ sum dignus, ut intres sub tectum meum: & propterea dignus effectus
1.Co.15.b est, supraq; oẽs Iudæos iure mirabilis. Sic etiã Paulus
Mat.3.c ait: Non sum dignus uocari apostolus: & oĩum pri-
& Io.1.d mus inuentus est. Sic & Ioãnes: Non sum, inquit, idoneus soluere corrigiã calceamẽti eius: & idcirco ami

cus factus est sponsi. Et manum Xps q̃ se indignam D
calceamentis esse ducebat, à pedum obsequio ad ca
put suũ subleuauit. Sic ẽt Petrus ait: Exi à me domi- Luc.5.b
ne, quia homo peccator sum: & propterea fact⁹ est ecclesiæ fundamentũ. Nihil.n. sic est amicum deo, q̃ siquis se mininis annumeret: hoc est. n. caput totius philosophiæ atq; fastigium. Qui.n. humiliatur corde, atq; cõteritur, non efferetur in gloriã. nõ inuidiæ liuore, nõ iracundiæ furore uexabitur: non ullis alijs uitijs subiacebit. Nanq; ut contritã manum ẽt si mil lies in altum leuare uelimus, non possumus: ita etiã si animã conteramus, quamlibet innumeræ illã inflando eleuare uoluerint passiones, ne tantulum qdem poterit extolli. Si.n. ẽt qui externarum luget dã na rerum, oẽs à se fugat animæ lãguores; multo magis q hoc pro peccato facit, plena philosophiæ sanitate potietur. Et quis inquis, ita conterere cor suum põt? Audi uerò Dauidem, qui p hoc precipuè refulsit, & uide q̃ eius anima cõtrita sit. Nã post uirtutes innumeras, cum domo excidisset & patria, & uitam ipsam postremò periclitaretur amittere, cum tpe ipso discriminis sui militem uilem, & prorsus abiectũ, E
insultantem sibi & maledicentẽ uideret, non modo ipse nõ retulit maledictionis uicem, sed ẽt quendam militum suorum uolentẽ eum interimere, non siuit, dicens: Dimitte ut maledicat, quoniã dominus man 2.Regũ.
dauit ei: forsitan respiciet deus humilitatem meã. Et 16.b
rursus, cum sacerdotes rogarent ut cũ illo circumferretur arca, non passus est: sed Stet, inquit, in templo: 2.Regũ.
& si liberauerit me deus de instãtibus malis, uidebo 15.f
pulchritudinẽ eius: si uerò dixerit mihi, Nolo te. ecce ego, faciat mihi qd placet in cõspectu ei⁹. Illud uerò erga Saulem semel iterumq; & multoties factũ, nõ- 1.Regũ.
ne cumulum philosophiæ ingentis ostendit? Veterẽ 24.et.26
quippe supereminet legẽ, & propè ad apostolica prę cepta peruenerat. Idcirco q̃ dei erant, per oĩa diligebat: nõ ipse se de his quęq; fecerat laudãs, sed unum & solũ studet sequi ab ipso positas leges, eisq; in omnibus obedire. Quod post tot certè illa merita uirtutum, cum illum tyrannum, fratricidã, patricidã, iniurioſum atq; furioſum pro se regnantem uideret, nec sic qdem scandalũ mente cõcepit: sed si, inquit, hoc uisum fuerit deo, me qdem exagitari & errare semp F
ac fugere, illũ uerò regnare, amplector atq; suscipio: & habeo pro innumeris, q̃ à deo mihi inferuntur, tribulationibus gratiã. Longè aliter plurimi impudẽtes pariter & arrogantes, q cùm ne minimã quidẽ partẽ de illius uirtute posideãt, si inter prosperitates suas uel parum quid uiderint admissum esse tristitię, mille animã suam nõ metuunt uulnerare blasphemijs. At non ẽt Dauid talis fuit, sed inter maximas tribulationum procellas, oẽm modestiã ac patientiã mẽtis ostendit: pp quod dixit deus: Inueni Dauid, filium Psa.88.d
Iesse, uirum scdm cor meum. Talem igitur etiã nos posideamus animã: & quicquid patimur, facilè feremus, ac fortiter: atq; ante regnũ futurum, hic quoq; fructum de humilitate capiemus. Discite (inquit do- Mat.11.d
minus) à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animab⁹ uestris. Vt ergo hic & ibi optata requie multa cum gloria perfruamur, humilitatem (matrem bonorum) nostris penitus mentibus inseramus. Sic enim & istius uitæ pelagus absq; ullo tumore fluctuum transire poterimus, & ad trã quillissimum illum portum enauigare, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui est glo-

Gria & imperium, cum patre & sancto spiritu, in sempiterna secula seculorum, Amen.

Homilia. IIII. ex cap. I.

O *Mnes igitur generationes ab Abrahã usq; ad Dauid, generationes quatuordecim: & à Dauid usq; ad transmigrationẽ Babylonis, generationes quatuordecim: & à transmigratione Babylonis usq; ad Christum, generationes quatuerdecim.* Oẽm ab Abrahã usq; ad Xpm generationũ seriem tres in partes Euãgelista diuisit: ostẽdens quòd nec cõmutatis qdem disciplinę modis, ille unquã populus sit melior effectus: sed ẽt sub uario genere plurium, in eadẽ tamen morũ prauitate permanserit, & neq; cũ ducum, neq; cũ regum, neq; cum sacerdotũ potestate regeretur, ad studium uirtutis accesserit. Qua nã igitur rõne suadẽte, tres pariter reges in media generationũ parte prętĕrijt: in ultima uerò cum duodecim solũmodo posuisset generationes, quatuordecim eas esse memorat? Horũ unũ uobis potius itelligẽdũ relinquo: neq;.n. omnia expositа atq; H absoluta debetis accipere, ne uobis ex nostro nasca tur labore desidia. Alterũ uerò ipsi expedire tentabi mus. Mihi.n. uidetur hoc loco ẽt captiuitatis tẽpus in generationũ ordine collocatũ: sed & ipse Christ⁹ unius numerũ generationis implere, ut qui in oibus uerus homo exprimitur, hoc quoq; nobis titulo co puletur. Bene aũt ẽt captiuitatis Babylonicæ recordatur, ut.s. doceat, populũ Iudęorũ ne illa qdem castigatione correptum, modisq; oibus necessariam fuisse Christi pśentiam. Marcus uerò aliũ scribendi ordinẽ tenuit: nec.n. generationes quibus Christũ annumeret, explicuit: quinetiã reliqua narrando, ma ximo perstrinxit cuncta cõpendio. Ego igitur existi mo, primũ omniũ Matthęum Euãgeliũ edidisse: pp quod etiã generationum catalogum diligenter enu merat, & plenè cuncta atq; instanter exequitur. Mar cus aũt cõpendiosa post illum cucurrit uia, utpote q iam ab alio dicta & manifestata replicaret. Lucas sa nè nõ modo texit generationum catalogum, uerũ etiã plurib⁹ eũ texit extendendo nominibus: quippè I qui Matthæi scriptione præuentus, amplius aliquid docere nos studeat. Suũ.n. quisq; diuerso modo est imitatus magistrum. Marcus quidẽ Petrum, uerbo rum parcitate gaudentẽ: Lucas uerò Paulum, flumi num copiã ubertate loquendi superantẽ. Cur uerò Matthęus in ipso sermonis exordio non dixit quod prophetę solebant, Visio quã uidi: uel, sermo qui ad me factus est? Quia illis scribebat profectò, q cũ bona oia uoluntate susciperent, quicq; plurimũ ab illius authoritate penderent: quinetiã facta p ipsum sæpe miracula testimoniũ dictis ferebãt: & hi qbus Euan gelium cõdebatur erant in fidei ratione firmissimi: Sub prophetis aũt, nec tanta erat multitudo signo rum, per quã eorum merita lucerent, & maxima tũc pseudoprophetarũ increbuerat ęgritudo, quibus ẽt promptius Iudæorũ populus obedire consueuerat. Propter qd necessaria tunc erat prophetis formula ista principij. Si uerò aliquando ẽt signa facta esse re feruntur, occasione facta sunt gentiũ Barbararũ, ut multi ex eis proselytorũ numero iungerentur, & ut opportuno in tpe diuinę maiestatis insigne clarescę ret, ne scilicet dei populũ aduersarij subiugantes, po tentia deorũ suorũ uicisse se crederent. Idcirco enim & in Aegypto signa facta sunt, quãdo cũ Israelitico exercitu magna illi⁹ populi profecta est multitudo: & postea in Babylone, & in fornacis ignibus, & in- K terpretationib⁹ somniorũ maxima effulsere mira cula. Copiosius uerò signa micuerunt, cũ essent in ere mo à cunctis gentibus oĩno separati. Verũ hæc non utiq; rariora etiã tpe nostrę uocationis ostensa sunt. Nã tum quoq; cum primũ Euãgelio coruscante, uel Iudæi uel gentes ad ueritatẽ ab errore trãsirent, plu rima eos & maxima mirabilia prouocabant q̃ certè nõ ante cessarunt, q̃ annunciata in Xpm fides toto diffusa orbe regnaret. Quod si ẽt post eremũ facta *Ios.10.e* sunt pauca illa q̃ legimus, & rara, ut cũ sol à suo cur- *4.Regũ.* sũ destitit, uel cum ẽt retrorsum cucurrit. nec nostra *20.b* quidẽ, si recordemur, ætate mirabilia defuerunt. Si- *Iulianus.* quidẽ sub principe Iuliano, qui oẽs impietate supera uit, signa frequẽter ostensa sunt. Iudæis.n. templum Hierosolymis reædificare cupientib⁹, de fundamen tis ignis exiliẽs, à cœpta illos ædificatione deterruit. Et cum idẽ prophanus sacrata deo uasa temerãdo, ebrietatẽ suę mentis ostendit, quæstor regalis ęrarij per mediũ repentè diruptus est. Tunc ẽt eiusdem re gis auunculus, nominis quoq; illi cõione cõiũctus, uermibus exesus interijt: quãdo fontes quoq; langoro rum prius fluminũ more manãtes, pollutis p sacrifi- L cia regionibus aruerũt. Tunc ẽt intolerabilis fames toto prorsus orbe cũ ipio rege dominata est. Quis neget signa hęc fuisse manifesta? Mos siquidẽ dei est iste certissimus, ut cũ mala ad cumulũ suum uenerint, cumq; uiderit grauiter & suos affligi, & aduersarios tyrãnide quadã cõtra se impietatis extolli, uel potius mentis ebrietate bacchari, diuinitatis suę po tentiã per signa declaret. Quod etiam pp Iudæos in Babylone legitur ipleſse. Quia uerò non frustra, nec absq; certa ratione oĩno tres in partes progenitores Christi Euangelista diuiserit, ex his q̃ dicta sunt, per spicuum est. Diligẽter itaq; perpende, & unde ipse ge nerationũ numerus icipiat, & ubi finiat: ab Abrahã nimirũ usq; ad Dauid, & à Dauid usq; ad transmigra tionem Babylonis, ab hac uerò usq; ad ipsum perue nit Xpm. Nã in ipso exordio duos patriarchas cõiũ ctẽ posuit, Dauid.s. & Abrahã. Acrursus p ordinem *Gen.22.d* dirigẽdo, suo nihilominus loco utrũq; memorauit. *2.Re.7.c* Siquidẽ, ut antè iam diximus, ad ipsos specialiter fue *3.Re.2.f* rat facta promissio. Cur aũt sicut Babylonię captiui *1.Para.* tatis meminit, non ẽt de Aegypto? Quia hanc nõ ti- *17.b* mebãt, Babylonios uerò audire sine timore nõ po- M terãt: quippe cum illud esset antiquum, hoc uerò re- *Psal.17.g* cens, atq; oculis semper occurrens: illuc quidem nõ *Gene. 46* propter peccata ingressi fuerãt, huc uerò ob scelera *4.Regũ.* trãslati. Quòd siquis noium interpretationẽ discute *24.&.25* re conetur, maximas in his quoq; diuitias sensuum *&.2.Pa-* latere mirabitur, & non parum ad intelligentiã nou *ralip.ulti.* proficere testamenti, ut in ipso Abrahã, ut in Iacob, ut in Salomone, ut in Zorobabel. Nõ.n. ociosè, nec uacuè, hæc illis noia reperimus impo ita; Sed ne lõ gius protrahendo sermonẽ, molestiã uobis inferre potius, q̃ cõferre scientiã uideamur, relinquẽtes ista, ad magis necessaria trãseamus. Cũ igitur progenito res nominasset oẽs, & usq; ad Ioseph enumerationẽ ueniſſet, nõ tamẽ in eo fuit stare cõtentus: sed addi dit, uirum Mariæ: procul dubio declarans, pp illam istam quoq; generationum catalogo cõprehẽsum. Deinde ne cum audires, uirũ Mariæ, cõi eos putares cõiunctos lege cõnubij: cõsidera quemadmodũ id qd̃ secus poterat intelligi, sequenti statim narratione curauerit. Audisti uirum, inquit, audisti matrem, audisti quoq;

A disti quoq; puero nomen impositum: audi nunc ẽt generationis, de qua nũc agitur, dignitatẽ. *Iesu Christi autem generatio sic erat.* Respõde quæso, super qua generatione nunc disseras: q̃q̃ iam id ipsum ex parte indicasse uidearis, progenitores superius nominando. Sed uolo, inquit, modũ ipsum generationis exponere. Vides certè quemadmodum auditoris animum suscitarit, dum se nouum aliquid dicturũ esse promittit. Sed cosidera, quæso, dictorum admirabilem consequentiã. Neq;.n. continuò ad ostendendã generationem eius accesit, sed in primis quotus ab Abraham, quotus à Dauid, quotq; generationũ gradibus à trãsmigratione Babylonis distaret edocuit: per qd̃ studiosum auditorem ad temporũ supputationem remisit: ostendẽs quoniam ille sit Christus, qui à prophetis est prędicatus. Cum.n. generationũ numerum percurreris, & didiceris à tpe ipsum esse q porrò antè promissus est, facilè suscipies & signũ qd̃ in generatiõe eius impletum est. Quia.n. magnum quid locutus erat, atq; mirabile, quod.s. natus esset ex uirgine: priusquam tempus notet, obumbrat my B sterium, uirum Mariæ nominando: quin & generationis seriem ĩmiscet, & præterea annos enumerat, admonẽs auditorem, quoniam hic ille sit quem patriarcha Iacob promisit, deficientibus ex Iuda principibus affuturũ, quem ẽt Daniel propheta post mul- *Ge.49.b* tas annorũ hebdomadas uenturum esse prædixit. *Dan.9.* Quòd si aliquis illos hebdomadis annos, qui Danie *f.g* li ab angelo numerati atq; prędicti sunt, ab instaura tione Hierusalẽ uoluerit supputare, & ad ipsum usq; Christũ numerando descendere: uidebit hos annos illis, qui à Daniele signati sunt, cõuenire. Qũo igitur natus est? *Cum esset, inquit, despõsata mater eius Maria.* Nõ dixit, uirgo: sed simpliciter, mater: ut sermo nihil in primis noui afferens, absq; difficultate caperetur. Propter quod prius præparans auditorem, quasi ad aliquid eorum q̃ ex more ueniunt, audiendũ, & hac eum interim sibi expectatione deuinciens, tunc demum infert, quòd iure oẽs queãt & de nouitate rei, & de maiestate mirari. *Priusquam conuenirent*, inquit, *inuenta est in utero habens de spiritu sancto.* Non dixit, priusquã in sponsi adduceretur domũ: intus.n. iam erat. Hunc quippe morẽ tenebat antiquitas, ut spon sæ in sponsorum domibus haberentur: Quod nunc C quoq; fieri interdũ uidemus: ut.n. generi Loth apud socerũ leguntur habitasse, cũ sponsis nõdum sibi co *Ge.19.c.d* pulatis lege coniugij: sic habitabat ẽt Maria cũ spon so. Et cuius tandem rei gratia non antequam sponderetur, uirgo concepit? ut uidelicet, quod inter ipsa quoq; initia significauimus, mysteriũ inrerim quasi obumbratũ lateret, & ut uirgo oẽm prorsus occasionem malignæ suspitionis effugeret. Quando.n. ille qui præcipuo zelo posset ardere, cernitur non so lum nõ abijcere sponsam, nec eam ignominiæ deno tare, sed ẽt recipere in consortium, & honorare post partũ: profectò manifestũ est, quod nisi apertè nos set ex operatione sancti spiritus illum extitisse conce ptum, nunq̃ uel apud se illã retinuisset, uel ei in omnibus quorum indiguit ministrasset. Satis aũt propriè posuit, *Inuenta est in utero habens de spiritu sancto.* Inuenta est, inquit: quo sermone res quæ contra cõsuetudinem, & præter oẽm spem expectationemq; proueniunt, notare consueuimus. Nequaquã igitur euageris ulterius, nec supra ea q̃ dicta sunt, hinc quic quam requiras, neq; dicas: Quemadmodũ spiritus ex uirgine istud operatus est? Si.n. etiam cũ solemni D homines formãtur more naturę, impossibile est tamen modum formationis edicere: quo nam istud pacto, spiritu sancto inusitatè atq; ineffabiliter operante, eloqui aliquando poterimus? Ne.n. tu Euãge listã importuna sæpius inquisitiõe pulsares, néue illi molestiã parares sæpius scisciãdo, dixit quis mirabi le istud effecerit, seq; à cunctis pariter qõnibus compẽdio liberauit. Nihil. n. inquit, noui amplius, q̃ à sancto spiritu factum esse qd̃ natum est. Erubescãt hoc loco, & confundantur oẽs qui superiorem illã generationẽ temeraria curiositate rimantur. Si enim istã quæ mitle celebrata testibus, & ex multis est p̃dicata temporibus, q̃ oculis inspecta, manibusq; contrectata est, interpretari tamen nullus põt: quem cumulum nõ excedunt furoris, qui ineffabilem illã generationem dei humanis uel cogitationibus inuestigari putant, uel uocibus indicari? Non.n. Gabriel archangelus, nõ Euangelista Matthæus amplius huic quippiam significare potuerunt, nisi tantũmodo quòd esset ex spiritu. Qualiter uerò ex spiritu, & quo nam modo, horũ certè nullus exposuit: neq;.n. erat oĩno possibile; neq; enim existimes, cum ex spiritu conce- E ptum audiueris, continuò ẽt omnia te didicisse. Etenim adhuc multa nescimus, & etiamsi illud percepe ris. Cuius generis est, i utero qui sit, qui est infinitus: quemadmodũ qui cuncta cõtinet, à muliere gestetur: quemadmodũ pariat uirgo, quemadmodũ tem plum illud formauerit spiritus, quemadmodum nõ totã carnẽ ex matre susceperit, sed partẽ huius, eãq; auxerit & figurauerit. Nã quòd ex uirginis carne pro cesserit, demonstrauit ille qui dixit: quod enim in ea *Gal.4.a* natum est. Et beatus Paulus: Factũ, inquit, ex mulie re, factũ sub lege: os quodãmodo obstruens impiorum, qui autumant quasi per quendam cannalẽ, ita alterius naturę Christum transisse per Mariam. Si.n. ita res se haberet, quid ei opus fuisset utero uirginis? si ita est, nihil ei nobisq; cõe est. Alia igitur illa caro est, non ex nostrę cõione naturæ. Quemadmodum ergo de radice Iesse processit? quem ad modũ uirga, quem ad modum flos, quem ad modũ filius hominis? quem ad modũ mater est Maria? quem ad modum ex Dauid factus est semine? quem ad modum formam serui dominus accepit, quem ad modũ uerbum caro factũ est? quem ad modũ ad Romanos F Apostolus ait: Ex quibus Christus scdm carnẽ, qui *Rom.9.a* est super omnia deus? Quoniam igitur ex nobis, id est, ex nostra sit omninò natura, & ex utero uirginali: & per ista q̃ diximus, & per alia plura monstratur. Noli igitur tu quicquã ulterius inquirere, sed suscipe quod relatum est, & noli indagare quod tacitũ est. *Ioseph autem cum esset iustus, & nollet eam traducere* (inquit) *conatus est occultè dimittere.* Postquã dixit, quia esset ex spiritu, & absq; ulla mistione sexuum: sermonem suum ẽt aliunde confirmat. Ne enim aliquis diceret: & unde hoc põt esse manifestũ? quis uidit? quis audiuit aliquãdo tale aliquid cõtigisse? neq; putares discipulũ, quasi gratificatum magistro, ista cõfingere. introducit Ioseph ex his q̃ passus est, fidem dictis per cuncta facientem, ut planè hinc dicere Euangelista uideatur: Si non credis mihi, & testimonium tibi meum fortè suspectum est: crede igitur uel marito. Ioseph aũt uir eius, inquit, cum esset iustus. Iustũ hic, in omni uirtute dicit esse perfectum. Est enim iustitia specialis quædam: & ex parte iustitia, auaritiæ

G uitio non teneri: est uerò iustitia altera generalis, q̄ ex cunctis omnino perficitur: iuxta quem præcipuè modum scriptura solet appellare iustitiam: ut cū dicit, homo iustus, uerax. & rursus: Erāt iusti ambo in conspectu dei. Cum igitur esset iustus: hoc est, frugi bonusq; uir: uoluit occultè dimittere eā. Propterea uerò Euangelista dixit, quid iusto illi acciderit ante notitiam, ut nequaquam de his q̄ post notitiam rei sunt facta, dubitares. Et certè si Maria talis fuisset, qualem illam suspitio fingebat, nō modo publicari meruerat, uerumetiā ex legis authoritate, puniri sed ioseph non solū maius, uerū id quoq; quod erat minus, pariter indulsit. Non.n.tantum eam damnare noluit, sed ēt publicare. Vidisti nempe uirū sublimiter philosophantem, & tyrānicæ illius affectionis immunem. Nostis.n.profectò nostis, q̄ impotēs res sit zelotypia. Propter quod ille bene huius rei nō ignarus, aiebat: Plenus est enim zelo furor uiri eius: non parcet in die uindictæ. Et rursus idem: Inexorabilis, inquit, est sicut infernus zelus. Et nos quidē pleroſq; nouimus uelle animam potius amittere, q̄ in tormētum zeli, atq; hmōi suspitionis incidere. Quanquam hic quæ tandem diceretur esse suspitio, ubi ipse uteri tumor uidebatur arguere suspectam? sed tamen ita erat ille uir ab hmōi passione mundus ac liber, ut ne in minimis quidē uirgini uellet inferre mœstitiam. Quia ergo & apud se illā retinere iniquum putabat, & publicare, atq; in iudicium trahere, nihil esse aliud q̄ in mortem trahere uidebat: neutrum horū facit, sed adhuc sub lege uiuens, supra legem philosophatur. Siquidē aduentante iam gratia, multa sublimioris disciplinæ documenta fulgere oportebat. Vt.n. sol nondum radijs ostensis, eminus tamen splēdore suo maximam partē orbis illuminat: ita & Christus ex utero uirginis iam iamq; progrediens, uniuerso orbi, etiam priusquam oriretur, illuxit. Denicq; ante illum quoq; uirginis beatæ partum, & prophetæ in spiritu tripudiabāt, & mulieres in spiritu prædicebāt futura, & Ioannes nondum claustra egressus uteri, gaudia sua tradebat & matri. Propterea igitur & Ioseph tantā philosophiam mentis ostendit. Neque.n. aut in iudicium tradidit spōsam, aut ipse saltē ei manifestum uteri exprobrauit tumorē, sed tantummodo à se illam separare conatus est. Cum in his ergo omne negocium uerteretur, atq; in summa res difficultate consisteret, aduenit repentè angelus, q̄ omnia simul mœsta & aduersa dissolueret. Inquisitione dignum uidetur, cur nō priusquā intelligeret uir gra uidam uirginē, unde esset grauida angelus edocuerit: sed posteaquàm ille suspitione cruciatus est, tunc iste id quod acciderat, indicauerit. *Hæc, inquit, eo cogitante, ecce angelus domini.* Et certè uirgini ante conceptum denūciat quod futurum est: quod quidem ipsum nō effugit quæstionem. Nam & si angelus nō dixit uiro, qua tamen ratione id uirgo celauit? quæ enim & ab angelo audierat, & uirum turbatum uidebat, cur tantum mœrorem sermone nō abstulit? Quanam ergo ratione non antequam turbaretur, hæc ei angelus reuelauit? Oportet enim ut quę prius proposita sunt, priora soluantur. Cur hoc, inquam, angelus antè non dixit? ne scilicet Ioseph de rei nouitate dubitaret, & tale quid forsitan pateretur, quale Zachariam legimus pertulisse. Facilè quippe est credere uerum esse qd dicitur, quando iam res ipsa oculis offertur: antequam uerò incipiat fieri quod promissum est, laboriosè prorsus dicta, & p̄sertim inusitata creduntur. Propterea istud nec angelus indicauit, & uirgo id qd & audierat & sentiebat, abscōdit. Neq; enim sibi ullo modo à sponso credendū putauit, si ad eum rem nimis nouam, suspectamq; deferret, quinimmo magis eum in iram credidit concitandum, si quasi crimen admissum hoc uideretur obūbrare figmento. Si enim ēt ipsa uirgo, cui tanta erat gratia conferenda, aliquid tamen patitur humanū, & dicit: Quo istud erit, quoniam uirum non cognosco? Quanto magis ille dubitasset, maximè cum id audiret ab uxore suspecta. Idcirco ei de hac re uirgo quidem ipsa nil loquitur, angelus uerò tpe aduenit congruente. Et cuius inquies, rei gratia nō idipsum custodiuit in uirgine, ut ad illam quoq; post conceptum ueniret? Ne scilicet stupentis ac uerecundantis animum anxietas, mœstitiaq; consumeret. Valde.n. fieri potuit, ut tāti ignara secreti, aliquid de se crudele decerneret: & quantū honestatis amans, tantū famæ turpis intolerans, uel ad laqueum subitò, uel ad gladium cōuolaret. Erat.n.illa uirgo per cuncta mirabilis, cuius uirtutem Euangelista Lucas declarās, refert: quòd cum ab angelo uerba satis honorificæ salutationis audisset, non semetipsam continuò, ut fit, in gaudium relaxauit, nec nimis credula noua dicta suscepit: sed honesta ac decēti trepidatione permota, cuiusmodi esset salutatio illa quæsiuit. Virgo igitur tanti & pudoris & p̄deris, uel exanimari mœrore potuisset, si tam grāde sibi imminere cogitasset opprobrium: cum præsertim neminem sibi quamlibet multa dicenti crediturum putaret, quòd ille conceptus, qui de coniugio non erat, non de adulterio contigisset. Ne igitur ista sequerentur, uenit angelus ante cōceptum. Oportebat quippe imperturbatum illum esse uterum, quem hominum ingressurus erat creator. Decebat illā profectò animā ab omni esse immunem cogitationum tumultu, q̄ tanti electa est ministra mysterij. Propterea uirgini quidē ante conceptum, uiro aūt ipso iam instantis partus tpe nunciatur. Quod pleriq; parum intelligentes, ad Euangelistarum discrepātiam retulerunt, quasi. s. Lucas Mariæ, Matthæus uerò Ioseph asserat nunciatum: ignorantes profectò utrunq; id esse cōsequenter effectū, quod per omnē hanc historiam obseruare nos conuenit, ut una hac regula multa, in quibus uidentur Euangelistę dissonare, socientur. Venit itaq; angelus ad Ioseph satis anxium, satisq; turbatum. Nā & pp illa quæ diximus, & ut magis iusti uiri philosophia claresceret, dilata est præsentia nunciantis. Aduenit autem cum res ipsa iam esset implenda. Hæc autem eo cogitante, ecce angelus domini in somnis apparuit ei. Consideras certè modestiam, ac maturitatē uiri: non modo non puniuit aliunde grauidam, sed nec cuiquam mœroris sui causam retexit, ne illi quidem ipsi de qua eum suspitio mordebat: sed secum ipse cogitationum suarū fluctibus æstuando, ab ipsa etiam uirgine studuit absc̄ondere tanti causam doloris. Neq; expellere eam de domo uoluit, sed à se tacitè dimittere. Tam māsuetus ille uir erat, tamq; moderatus. Hæc ergo eo cogitante, in somnis apparuit ei angelus. Cur in somnis, & non potius apertè, sicut & pastoribus, & Zachariæ apparuerat, & Virgini? Quia. s. erat uir prorsus fidelis, & manifestiori reuelatione non indigens. Nā uirgo qdē, quippe cui tam & noua nūciarentur, & magna, multoq; maiora, q̄ Za-

Luc.1.a

Prou.6.d

Luc.1.e

A charię fuerant nūciata, & ante rem ipsam doceri debuit, & per apertissimā reuelationem doceri. Pastores quoq; tanto debuerūt instrui manifestius, quanto magis ab eiusmodi eruditione per agrestem erāt uitam remoti. Hic uerò post uteri indubitatū tumorem, cū iam mœrore animi, & maligna suspitione tabesceret, & ad expectationem iam iamq; meliorem aliqua optaret ratione transferri: hoc iam erat in animo, ut si fortè appareret quispiam, qui mœrentē in uiam spei lætioris induceret, & facilè reuelationē susciperet, & libenter. Et idcirco postquam suspitione cruciatus est, uisione recreatur: ut hoc ipsum quod post suspitionē docetur, ea q̄ dicuntur uera esse demonstret. Cū.n. quod nulli fuerat ipse confessus, sed inclusum tantummodo mente uoluebat, id etiā loquēte sibi angelo recognoscit, certissimum & absq; ulla ambiguitate prorsus documentum est, quòd à deo ad illū missus aduenerit. Ipsius.n. est solummodo, cordis arcana prospicere. Cōsidera igitur quāta in hac dilatione compleantur. Nam & admirāda uiri philosophia monstratur, & expectata opportunitas tpis ad fidei proficit firmitatem, & historiæ ueritas insuspecta seruatur: q̄ ostendit iustum uirum ea esse perpessum, q̄ illum pati consequentia rerum ipsa cogebat. Quemadmodum igitur angelus ei fidem suggerit ambigenti, audi, atq; mirare quanta in hoc philosophia sermone resplendeat. Cū enim uenisset, dixit ad eum: *Ioseph, fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam.* Principio satis necessario Dauid intulit mentionem, unde utiq; Ioseph Christū didicerat nasciturū: deinde tum non sinit eū conturbatione uexari, dum nomine progenitoris ingesto, illius eū promissionis admonet, q̄ ad omne facta est genus Iudæorum. Cæterum cuius rei gratia Dauid eum filium nūcuparet ostendens: Noli, inquit, timere. Et certè alicubi deus nō idem facit, sed rege quodam de muliere secus q̄ oportuerat cogitante, castigatorio sermone utitur, & comminationis plenissimo, cum tamen ibi quoq; ignorantia excusaret admissum. Neq; enim sciens ille Saram alij copulatā in usum uxoris acceperat, & tamen cū crimine careat uerberatur: hic uerò multo mitius agitur, ac lenius: quippe ubi & maximarum rerū dispensatio continetur, & ingens inter uirum utrunq; discrimen est. Propter quod nequaquam hmōi cogitatio correptiōis indiguit. Dicendo.n. noli timere: proculdubio eum demonstrat timentem, ne scilicet offendat dominū si adulteræ copuletur. Per quod ostēditur, quia nisi hic interfuisset metus, nec ille de eius dimissione aliquid cogitasset. Ex his igitur omnibus illud profectò declarat, quòd dei ad Ioseph uenerit missus imperio, cuncta quæ cogitauit, quæq; perpessus est in medium proferendo. Nec uero nomen uirginis memorasse cōtentus, addidit coniugem, haud ita uocaturus si corrupta fuisset. Coniugis aūt nomine sponsam intellexit, sicut eos quoq; qui adhuc spōsi sunt, generos appellare scriptura consueuit. Quid aūt est, accipere? Domi profectò retinere. Iam.n. illam mēte dimiserat: sed dimissam, inquit, deus tibi copulat, nō parentes: copulat uerò non in fœdus solēne coniugij, sed in consortium communis habitaculi, & copulat per meę uocis officium. Sicut enim illā postea commendat Christus ipse discipulo, ita etiam nunc angelus sponso, solatium tantummodo eius habituram absq; fœdere nuptiarum. Deinde etiam rem ipsam exprimens, qua plurimum urebatur maritus, de maligna quidem suspitione tacuit: honestius autem, multoq; dignius causa partus exposita, suspitionis quoq; prorsus restinxit: ostendens quoniam propter quod solum sponsam, & secum habere metuebat, & à se dimittere cogitabat, ob hoc ipsum magis illam accipere debeat, secumq; retinere, si incœpta uelit permanere iustitia, per quod affatim trepidationem eius mœstitiamq; dissoluit. Nō modo, inquit, illicito non est uiolata complexu, uerūetiam supra naturam moremq; fœcūda est. Nōli igitur de tam felici partu sponsæ attrahere mœrorem, imò uerò in maiorem prorumpe lætitiam. *Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est.* Nouum dictum atq; mirabile, & humanis cogitationibus supereminens, supra leges uadēs omnino naturæ. Quo nam igitur modo hęc ille uir crederet, qui nihil prius tale sermone conceperat? Ex eorum q̄ iam peracta erant reuelatione, Idcirco enim omnia quę celabantur in eius animo, angelus reuelauit: memorādo certè q̄ patiebatur, quę uerebatur, quæq; etiam meditabatur efficere. ut cum cognouisset ista, ēt illa susciperet. Neq; uerò de præcedentibus solum ad fidem ducit ambiguum, uerumetiam de futuris. *Pariet enim, inquit, filium, & uocabis nomen eius Iesum.* Non.n. quia ex spiritusanc̄to est, idcirco te à ministerio tantæ existimes dispensationis extraneum. Nam etsi nihil habeas in hac generatione cōe (uirgo quippe permansit intacta) tamen quod est proprium patris, quodq; nihil infuscat uirginis dignitatem, hoc tibi facilè cōcedo, ut scilicet nato nomen imponas: tu enim illum primum uocabis. Quanquam enim non sit filius tuus iste qui nascitur, tu tamen curam erga illum, & solicitudinem ostendes parentis: & propterea te illi ab ipsa statim nominis impositione cōiungo. Deinde ne quis illum ex hoc uerè patrem uocaret, audi q̄ cautè, quamq; solicitè ea quæ dicuntur addiderit. *Pariet, inquit, filium.* Non dixit, pariet tibi: sed posuit illū suspensum. Non enim illi, sed uniuerso prorsus orbi peperit Christum. Propterea & nomen eius de cœlo angelum detulisse Euangelista memorauit, ut hinc quoq; ostenderet illum mirabilem esse partum, quo eius nomen ad Ioseph, & per angelum, & à deo missum doceret. Nam & ipsum uocabulum non inaniter positum est, quod certè mille cōtinet thesauros bonorum. Propter quod illud etiam angelus interpretatur, bonis mœrentem spebus animādo, & hoc quoq; illum modo ad credendū quod loquitur, inuitat. Facilè nanq; solicitamur ad prospera, & promptius fidem accommodamus secundis. Cum igitur ex omnibus construxisset fidem, à præcedentibus, à præsentibus, à futuris, ab honore eius quem promiserat nasciturum, introduxit opportunè ēt prophetam de Christo loquentem: & singularia per ipsum bona uniuerso orbi cōferenda prænunciat. Quænā igitur bona sunt? Remissio scilicet, interitusq; peccati. *Ipse, inquit, saluum faciet populum suum á peccatis eorum.* Hic quoq; beneficij nouitas indicatur. Nō enim à bello uisibili, neq; à gladio Barbarorum: sed quod his longè maius est, à peccato suo populū suū nunciat liberandum: quod præstare nulli fuit hominū aliquādo possibile. Et cuius, inquies, rei gratia quasi signatè populum suum, & non etiam omnes gētes pariter nominauit? Ne scilicet de manifesto & inusitato nuncio scrupulum pateretur auditor, quan-

Gen.12.d
&.20,a

Ioā.19.e

Quam rectè hæc præcepturo ēt gentes designantur. Populus.n. Christi non tantū natio Iudæorū est, sed oēs quoq; qui ad eum ueniunt, eiusq; donātur agnitione. Cōsidera uerò quemadmodū nobis ipsam ēt Christi patefecerit dignitatem, primò populum eius appellans, quē per ipsum à peccatis dicit esse saluandum. Nihil.n. hoc aliud est, q̄ ostendere dei filiū esse qui nascitur, nec se de aliquo homine rege hūc proferre sermonē. Neq;.n. potest peccata dimittere, nisi solūmodo diuina natura. Tanta igitur cœlestis muneris liberalitate donati, cuncta omnino faciamus, ne tam grandibus beneficijs irrogemus iniuriam. Si enim ēt antequam hæc caperemus dona, merebamur tamen pp peccata puniri, quanto magis postq̄ tam ineffabilia sumus beneficia cōsecuti? Et hoc nō frustra, nec absq; certa nunc ratione cōmemoro: sed quòd uideo perosq; desidiosius post acceptum baptismatis uiuere sacramentum, q̄ eos qui nondum sunt illo mysterio consecrati. In plurimis enim nulla omnino signa Christianæ inuenio disciplinę: non in publicis locis atq; cōmunibus, non in ipsius ecclesię conciliabulis facilè reperias, per quod inter fidelem infidelemq; distinguas. Solo.n. hoc celebrandi mysterij tpe dignosci potest, cum uidelicet alios excludi uideris, alios uerò intus teneri. Oportebat autem uniuscuiusq; fidem non locis, sed moribus indicari. Nam secularium quidem decora dignitatum, consequenter ab extrinsecus positis cernūtur insignibus: nostra uerò intelligi oportet ex mentibus. Fidelis.n. nō modo à cōtione mysterij, uerumetiā de nouitate uitæ debet agnosci. Fidelem enim sal esse cōuenit, & luminare mūdi. Sin uerò ne tibi quidē ipse luceas, & ne propriam quidem putredinem fœtoremq; detergas, quibus te indicijs ego fidelem potero agnoscere? An quia sacrati aquas fontis ingressus es? At hoc ipsum quod datum tibi fuerat ad salutē, fit tibi grauioris causa supplicij. Honoris siquidē magnitudo his qui non dignè uiuunt honore, cumulus incipit esse pœnarum. Igitur fidelem non ab his tantum q̄ accepit à deo, uerumetiam ab his quæ obtulerit ipse deo, conuenit refulgere, & undiq; esse notum atq; manifestum, & ab incessu, & ab aspectu, & à ueste, & à uoce. Et hæc dixerim, non ut nosmetipsos ad ostentationem nostri, sed ad ædificationem cæterorum utiq; aptemus uidendos. Nūc uerò undecūq; uoluero te dignoscere, inuenio te à cōtrarijs publicari. Si te ex loco scire curauero, procul dubio in circo te theatroq; prospiciam, totos prorsus dies in uanissimis illis cœtibus exigentē, uel in foro corruptis hominibus pestiferisq; coniunctū. Sin uerò ex ipsis motibus corporis notitiam tui habere quęsiuero, uidebo te horrentibus cachinnis, & fœdissima iucūditate resolutū, ut fluxam quandam perditamq; meretricem. Sin aūt te à ueste considerem, nihil te à scenico habitu distare cognoscā. Iam si te uoluero à comitibus addiscere, inueniam te adulatoribus stipatum, atq; parasitis. Si à sermone, nihil te audiam oīno sanum, nihil serium, quodq; ad disciplinam nostrā spectet, loquentem. Si à cibo, maior hinc profectò materia accusationis orietur. Vnde igitur, respondе mihi, fidelem te esse potero cognoscere, cū omnia ista quæ diximus, contrariā de te ferant fāmam, tecq; apertissimè infidelem esse conuincant? Et quid dicam, utrū fidelis? nec si homo uerè sis, possum euidenter agnoscere. Quando enim ut asinus calcitras, ut taurus superbis: libidine incensus sic hinnis ut equus: quādo in epulis ursorū imitaris uoratū, & pinguedine corpus mulorū more distendis: cū exercenda simultate, camelū, lupum imiteris rapina: cū irascaris ut serpens, & atrocitate scorpionū percutias: cū sub dolè insidieris ut uulpes, cuq; ueneno malignitatis armeris ut coluber & uipera: cū quasi diabolus ipse aduersus fratres crudelia bella suscipias: quo nā unquam modo, qua ratione in hominū te possum numero collocare, nulla in te cernēs humanæ signa naturę? O rem plenā doloris atq; lachrymarum: fidelis & catechumeni distinctionē reperire cupiebam, sed nec inter homines & feras qd̄ sit discrimen inuenio. Quid.n. te appellare debeo? feram? Sed illæ uno aliquo horū uitio tenentur, tu uerò simul in te omnia colligendo longè ferarū irrationale stultumq; transgrederis. An diabolū te potius appellem? sed ille nec pecunias concupiscit, nec tyrannidi uentris obsequitur. Cū igitur plura in te uitia sint, q̄ in bestijs atque dæmonibus, respondе obsecro, unde te possum iure hominem nuncupare? Si uerò te hominē appellare nequeo, quo tandem modo potero fidelē uocare? Verū hoc est multo deterrimum, quòd tamen cū omniū uitiorū squalore turpemur, nec intelligimus quidem nostrę animę fœditatē, nec eius prorsus deforme cognoscimus. Nā tu quidem apud tonsorem residens, diligenter capitis tui attendis comā. Sumpto siquidem speculo, multo cum studio, summaq; cura æqualitatem consideras, & nitorem capilli: nec tamen in imagine tui temeipse inspexisse contentus, tum ipsum artificem, tum alios adstātes solicitè homo iam senex non uereris iuuenili stultitia insanus, interrogare, an alicubi incomptius manus properātis operata sit, an satis deceat frōtem leniter attonsa cæsaries: Animæ uerò nostræ, q̄ nō solum deformis est, uerumetiam ferarum oīno conformis, & q̄ Scylla aliqua, uel Chimæra (ut fabula celebrat) effecta est, nulla nos cura, nulla solicitudo unquam remordet: cū certè hic quoq; speculum sit paratū, procul dubio spiritale, & longè illo utilius speculo, longeq; lucidius. Nō.n. ostendit tantūmodo suam unicuiq; fœditatem, sed eam in maximū quoq;, si uolumus, conuertit decorem. Hoc est enim uirorū memoria sanctorum, ac beatæ illorū conuersationis historia, & generaliter diuinarum lectio scripturarū, positeq; à deo legis agnitio. Si uolueris saltem fixè, intenteq; cordis oculo fulgētes illas sanctorum imagines intueri, totum continuò mentis tuæ deforme conspicies. Cumq; istud agnoueris, nullius profectò rei indigebis alterius, per quā ab hmōi turpitudine libereris, tam nobis utile istud est speculū, tamq; nos facili transformatione cōuertit. Nemo igitur diutius in ferarum effigie perseueret. Si.n. seruus nequaquā domum patris ingreditur: cū bestia ēt fueris effectus, quando poteris ipsum saltem introire uestibulū? Et quid dico bestia, quando unusquisq; uitiosus omni bestia cōprobetur immanior? illæ quippe, q̄q̄ naturaliter sæuiant, si humana tamen arte palpentur, plerunq; mansuescunt: tu aūt qui illarum profectò naturalem feritatem, in eam q̄ contra naturam est mā suetudinem sæpe commutas: tuam mansuetudinē naturalem in feritatem, quæ naturæ tuæ est inimica, conuertis: cumq; naturaliter feram ad mansuetudinē trahis, te naturaliter mansuetū in ferarū rabiem natura repugnante perducis. Et leonē qdē mitigas, reddisq;

A bestijs uitia mutuata.

Amplificat locum eundem comparatione.

reddisq; tractabilem: furorem uerò animi tui omni prorsus efficis leone sæuiorem. Et certè cum ibi sint duo impedimenta uel maxima, quòd fera ipsa & ratione priuatur, & lōgè omnium alterius generis animalium excedit furorē: tu tamen de copia donatæ tibi à deo sapientiæ, ipsam superas arte naturā. Qui igitur naturā uincis in bestijs, cur in temetipso naturæ obfuscas bonū, dum malū adamas uoluptatis? Itaq; si te, ut alium hominē mansuefaceres, iuberē, nihil hic quidē impossibile uiderer imponere: q̄q̄ ex cusare posses, non te esse dominū uoluntatis alienę, neq; cuncta iu tua potestate consistere. Nunc uerò tua hæc propriè fera est, & cui certissimo iure domineris. Quam igitur habes apologiam, quémue reperies honestū excusationis colorem, qui cū solerti studio hominem quodammodo facias de leone, tu tamen negligens leo efficiaris ex homine? Nam illi qui dem donas supra suam aliquid habere naturā, tibi uerò nec naturales quidē affectus reseruas. Et q bestias feras ad mansuetudinis prouehis dignitatē, temetipsum de throno deijciens & honore regali, ad irrationalium cogis furorem. Ponamus.n. si placet, iram quoq; bestiam esse quandā: quātum igitur ab alijs erga mitigandum leonem studium commodatur, tantam tu erga iracundiam impende curam, & effice hmōi cogitationē mitem atq; mansuetam. Siquidem hæc fera & unguibus sęuissimis armatur, & dentibus: & nisi illam solicitè mansuefeceris, cuncta simul disperdet, atq; lacerabit. Nullus enim leo, nulla sic uipera uiscera queūt humana laniare, ut hominis iracundia ferreis quibusdam unguibus uniuersa cōfodiens. Neq; enim solūmodo corpori nocet, sed ipsius ēt corripit animæ sanitatem: cunctas siquidē ei⁹ omnino uires discerpit ac deuorat, eamq; ad omnia inutilem facit. Nōnulli hominum uermes quosdam in interioribus corporis nutrientes, ne respirare quidem sinuntur, uexatis profectò adesisq; uisceribus: nos tamen uenenatam hanc in nobis alentes uiperam, iram dico, quę oia interiora hominis depascitur: quid unquā sanum, aut forte possumus cogitare? Quōnam igitur modo ab hac tam noxia pestе fugiemus? si illam utiq; potionē bibamus, q̄ omnes intra nos uermes serpētesq; mortificet. Et quod nam, inquies, istud est poculū? Pretiosus scilicet Xpi sanguis, si cū fiducia utiq; sumatur. Omnis.n. hoc remedio morbus extinguitur: post hoc sanctarū quoque scripturarum diligens & deuotus auditus, & misericordia auditui copulata. Per hæc enim oēs mortificari illæ possunt, quæ animā nostram tabefaciūt passiones. Et tūc uerè uita ac sanitate potiemur, qui certè nunc nihil ferè à mortuis discrepamus: Neque enim possibile est nos uerè uiuere, nisi in nobis uitia omnino moriantur. Hæc necessariò nos perimūt in futuro, si nos uiuere hic illa patiamur, quinimmo etiā ante illam mortem hic exigunt à nobis horēda supplicia. Siquidem uniuersa hęc uitia & crudelitatis plena sunt, & auiditatis, nosq; quotidie deuorare non desinunt. Itaq; & dentes eorum non immeritò esse dixerim dentes leonum, immo & iam sæuiores. Nam leo quidem simul ut fuerit expletus, semesum continuò cadauer relinquit: hæc uerò uitia nec satiantur aliquando, nec ab anima nostra usquā recedunt, captumq; à se hominem diabolo simillimum faciūt. Quorum certè tanta uis est, ut seruitiū quod Christo Paulus inferum superumq; tutius securiusq;

exhibuit, idipsum à suis exigant captiuis ēt. Nam si uel amore corporum, uel cupiditate pecuniarū, uel gloriæ aliquis delectatione capiatur, superos inferos continuò contemnit, dummodo uitijs obsequatur. Nequaquam igitur dicenti Paulo fidem adhibere dubitemus, qui tanto Christi amore flagrauerit. Quādo diuites inueniuntur aliqui ita desiderijs suis ac uitijs seruiētes, cur ita Paulum seruisse Christo incredibile iudicetur? Idcirco.n. nos imbecilliorem in Christum habemus affectū, quia omnis nostra uis in uitiorum amore consumitur. Nam & auaritię deseruimus, & aliena diripimus, & inani gloriæ libēter obsequimur: qua seruitute quid unquam esse uilius, aut cōtemptius dicendum est? Etsi.n. millies clarus habearis atq; conspicuus, nihil hinc tamen inglorio aliquo melior existis: immo hoc ipso multo inhonorator, multoq; despectior. Quando.n. illi ijdem tui amici, qui te glorificare certatim student, clarumq; monstrare, propter hoc teipsum rursus irridēt quòd gloriam ab ipsis requiras: quo non tibi in contrariū huiusmodi studia uertuntur? Vsqueadeò autem uitium istud notatur, ut ficut laudamus oēs eum qui non fornicationem, non adulterium cōcupiscit: ita etiam prædicemus istum, magisq; miremur, q amorem refugit gloriandi: cū è regione accusare potius q̄ laudare soleamus eos, qui hominum laudes requirunt? Quid igitur istam magnopere sectaris, cuius uice contraria eius tibi semper occurrit? Si enim glorificari cupis, gloriam despice, & eris omnibus gloriosior. Nunc uerò idipsum pateris omnino quod Nabuchodonosor legimus pertulisse. Nam ille statuam quondam erexit, a ligno & mortua corporis imagine magnam. s. famā aucupaturus, uiuus (si dijs placet) à rebus mortuis claritatem mutuaturus. O ingē tem insaniam, quo se honorare est uisus, deridendū præbuit. Nam qui re mortua nixus, magis quàm seipso & mentis suę uiribus, lignum supra se dignatur, qui non sit ille (obsecro) risu maximè dignus? Vt si aliquis de magnitudine ac pulchritudine domus, de scalis potius gradibusq; marmoreis se esse honorabiliorem putet, quàm quòd homo genitus, & ratio nis nobilitate donatus est. Hunc itaque plurimi etiā nunc inueniuntur imitari. Vt.n. ille tunc de imagine aurea, sic modo alij de uestе ptiosā, de equis alij uel curribus, de amplitudine columnarum, & picturis parietum, opinantur se esse meliores. Quia enim qđ erant homines, perdiderunt, solicitè huc illucq; circumeunt, aliunde sibi gloriam colligentes, omni sanè irrisione dignissimam. At non ēt illi fortes dei & laudabiles famuli, huiusce modi rebus: sed illis, quibus oportebat maximè, refulserunt. Siquidem cum adhuc adolescentes essent, & peregrini, immo ēt serui atq; captiui, ac necessariarum rerum penitus indigentes, multo his clariores fuerūt, quos oīs copia rerum, simul ac pompa comitatur. Et illi quidē Babylonio regi, non illa ingens & auro fulgēs imago, nō præfecti regionum, ducesq; militiæ, nō innumerabilis ac bellator exercitus, non auri argētiq; stupenda congestio, eius ambitioni, & ad magnū illū efficiendum aliquid prodesse potuerūt: his uerò cunctorū taliū possessione nudis sola philosophia sufficit. Et hæc nimirū fuit q̄ illos omnibus, nō diuitibus solū, uerūetiā diademate purpuraq; fulgentibus reddidit clariores, quāto amplè terrimo aliquo cœno solis flāma resplēdet. Ducebātur ad totius penè orbis spe

G Spectaculum adolescētes, serui, ij demq; captiui. Qui cū ante regē intrepidi cōstitissent, in conspectu eorum ignem continuò iussit accendi, & duces militum, & satrapæ, præfectiq; regionum, & omne illud diaboli circūstabat theatrum, & uox undiq; fistularum, & tibiarum cantus, & clangor tubarū, totiusq; musicę artis sonus ferebatur in cœlū, sanctorumq; auribus ostrepebat, & fornax in immēsam altitudinē fuerat accensa, ipsasq; iam nubes flamma tangebat. Verū illos nihil horum oīno deterruit: sed quasi pueriles quosdā frīuolosq; conat⁹ridendo despicerent, ita securē fortitudinem animi modestiamq; mōstrabāt: & emittentes uocem omnibus illis buccinis clariorem, tota cum libertate dicebant: Notū tibi sit rex, quoniam dijs tuis nō seruimus, & imaginē auream quam statuisti non adoramus. Et considera in ipso tanti feruore certaminis modestiam relucentē, Notum tibi sit rex. Non.n. uerbis quoq; despicere regē atq; inhonorare uoluerunt: sed suam tantummodo erga deum monstrare pietatem, pp quod nec in longum extendere sermonem. Nā in breui cūcta declarāt. Est, inquit, deus in cœlo, qui potest liberare nos de fornace ignis ardentis, & de manibus tuis rex eripere nos. Quid nobis igitur ostendis diffusas militū copias? quid fornacem inusitatis flāmarum ardentē globis? quid micantes gladios? quid terribiles hastatorum cateruas? His nanq; omnibus lōgē sublimior est deus noster, ac fortior. Deinde intelligentes fieri posse, ut eos deus permittat interim passioni subijci: ne si id accideret, uideantur illi temerè dei omnipotentiam prædicasse: consequēter adiungunt, Quòd & si istud non fiat, notum tibi sit rex quòd dijs tuis non seruimus. Si.n. dixissent, pp nostra peccata non liberat, & fortè non liberasset, illis tamen creditum non fuisset: existimassent quippe impij non potuisse deum magis, q̄ noluisse defendere. Propterea hic interim istud tacent, quod certè in fornace sæpe cōgeminant, peccata sursum ac deorsum humiliter confitentes. Apud uerò regē nihil tale prorsus cōmemorant, sed quòd ēt si donētur incendio, nequaquā tamen à pietate discedant. Non.n. hic pro retributione atq; mercede, sed pro sola totum dei charitate faciebant. Nā & seruitutis premebantur iugo, & grumnas captiuitatis gemebant, & nulla rerū prosperitate fruebantur. Siquidem & patria, & libertate, & omnibus quibus antè potiebantur, excīderant. Non.n. mihi illas in regali aula cōmemores dignitates: sancti illi quippe cum essent atq; iusti, millies in regione propria stipem petere maluissent, modo ut consecrati deo tēpli iucunditate gauderēt. Elegi, inquit, abiectus esse ı domo dei mei, magis q̄ habitare in tabernaculis peccatoı ū. &, Melior est dies una ı atrijs tuis, super millia. Multo igitur magis elegissēt abiecti esse in ciuitate dei, q̄ in Babylonia regnare: idq; præcipuè ex uocibus illis approbatur, quas inter flammas frequenter emittunt, habitatione illius regionis grauati. Etsi enim ipsi ante hanc tentationis procellā plurimo apud illos honore fruerentur, cernentes tamē uaria ciuium suorū & magna discrimina, uehementi nimirum mordebātur dolore. Quod utiq; proprīi solet esse sanctorum, non.s. gloriam propriam, non honorem, non quicquam aliud omnino anteferre proximorum saluti. Considera igitur q̄ diuersus ab illis sit noster affectus. Illi.n. in medijs quoq; ignibus constituti, pro uniuerso populo dei supplicant: nos uerò ne in securitate quidem maxima meminimus K
proximorum. Sed & ad interpretandum regis somnium requisiti, non propria aliqua cōmoda proposita habebant, sed quod ad cunctorū utilitatem ciuium pertineret: mortem uerò q̄ facilè contemnerent, clarissimi experimenti probatione docuerunt. Vbiq; autem se pie pro cunctis, atq; humiliter opponunt, deum per omnia placare cupientes. Deinde quoniam semetipsos ad impetrādū populo ueniam sufficere non credunt, ad patrum merita confugiūt: ipsi uerò nihil se amplius profitentur afferre, q̄ humiliatum spiritū, ac dolōre contritum. Horū igitur uirtutem nos quoq; debemus imitari. Siquidē ēt nunc aurea imago proposita est, pecunia.s. in qua tyrannica quædam mammonæ formatur effigies, & ad seruiendum sibi cupidorum corda solicitat. Sed nequaquam nos aut sonitus tubarum, aut tibiarum, citharæq; concentus, aut reliqua diuitiarum incentiua commoueant, ut imaginem adoremus auaritię: sed etiamsi ardentem fornacē intrare cogamur, pauL
pertatem dico, eam tamen & inter ignes positi diligamus: tunc enim nos in medio flammarum blāda circundabit roris aspersio. Ne igitur pauperiei formam horrescamus. Nam tum quoq; in ignem coniecti, per ipsum ostensi clariores sunt: qui uerò imaginem adorauerunt auream, subitò ignis perierūt uoratu. Sed tunc quidem omnia pariter impleta sunt: nunc aūt alia quidem in hoc seculo, alia uerò in futuro sunt implenda iudicio. Hic quippe qui ne māmonam adoret, eligunt sentire pauperiem: & hic quidē magna, sed multo maiori in futuro claritate fulgebunt. Qui uerò hic imaginem adorātes auream, de iniquitate ditantur, tunc profectò extrema supplicia persoluent. De hmōi enim fornace Lazarus non Luc.16.d
minus q̄ illi tres uiri, clarus egressus est: at contrà ille dines purpuratus, ac splendidus, qui in parte adorātium iure numeratur, gehennæ est deputatus incendio. Quæ igitur superius dicta sunt, figuram manifestè exprimunt futurorum. Sicut enim ibi in ignē missi, nihil aduersi omnino senserunt: qui uerò foris steterunt, subito ac uehementi incendio concremati sunt: sic etiam tūc futurū est. Nam & sancti etiam si
M
flumen igneum transeant, nihil prorsus triste patientur, sed apparebunt absq; dubio clariores: adoratores uero imaginis uidebūt ignem omni in se fera sæuius irruentem, seque ad pœnarū interiora rapientem. Siquis ergo non credit gehennam, ad fornacis illius flammam mente respiciat, & ex contēplatione præsentiū credat futura, nec paupertatis, sed iniquitatis fornacē expauescat. Hic.n. & ignis & dolor est: ibi uerò & ros sentitur, ac requies. Et in illa quidem flamma diabolus medius assistit, in hac uerò angeli incendia repellentes. Audiant igitur ista diuites qui fornacem iniquitatis accendunt, & qui pauperibus nihil nocent, diuina illis uirtute rorante: se uerò in illius horribilis flammæ prædā sponte præcipitant, quā proprijs certè manibus accendunt. Tunc itaq; angelus descēdit ad puerō, nūc uero nos descendamus ad eos q̄ in egestatis fornace torrētur, eisq; refrigeria de misericordię rore p̄stemus. ut ab illis flāmā inopiæ repellentes, posimus coronarū quoq; eorū esse participes. Atq; ita flammā gehēnæ Xp̄i à nobis uox illa depellat, q̄ dicit: Esurientem me uidistis, & Mat.25.e
potuistis: sitientē, & potū mihi dedistis. Hæc.n. tum nobis uox, roris loco (fratres) erit, p mediam ad nos

Dan.3.c

Psal.83.c

Ibidem.

A flammam relata. Descendamus, inquam, cum misericordia in fornacem inopiæ: intueamur illos qui securi per hmōi gradiuntur ignem eiusq; fidentes uerticem calcant. Considerēmus nouum quiddā atq; mirabile, hominē in fornace gratias suppliciter agentem, hominem in fornace dulci modulatione cantantem, hominem in extrema inopia colligatum, & plurimam tamen deo gloriam, laudesq; referētem. Illis siquidē pueris inueniuntur æquales, quotquot paupertatem cum gratiarum actione patiuntur. Est enim terribilior pauperies igne, & amplius ferire cōsueuit. Verum ut illos non adusit ignis, sed quoniā gratias domino retulerunt, ēt uincula eorum continuò dissoluta sunt: sic etiam tibi, si paupertatem cū gratiarum actione sustinueris, uincula resoluuntur, & ignis extinguitur: si uerò non extinguatur, multo maiore miraculo fontis naturam ignis imitabitur, quod in his certè conspici potest qui iuxta Euangelium philosophantur, quiq; libentius in paupertate, q̄ in suis opibus diuites gloriantur. Nam & tunc illi qui in ardenti fornace constiterant, purissimo rore fruebantur: & licet non fuerit ignis extinctus, in meB
dio sui tamen stantes, omnino non attigit. Nequaquam igitur extra fornacem positi uramur incēdio, necessitates pauperum immisericorditer negligēdo, ne patiamur quod illi tunc regis pertulere ministri. Si enim in fornacem pauperū sponte descendas, cū tribus illis pueris profectò consistes, nihilq; in te aduersi ignis operabitur. Sin uerò in egestatis ardore positos, quasi de confessu superiore despicias, continuò te flamma uorax consumet. Descende igitur in ignem, ne te horribilior ignis inuoluat: neque extra ignem sederis, ne te subitus flāmæ uoratus arripiat. Si enim te cū pauperibus uiderit, à læsione tui prorsus absistit: sin uerò à pauperibus separatum, aduolabit repētè, teq; rapiet ad pœnam. Non.n. [illegible] ago ab eis
quia omnino discedere, sed cū diabolus imperauerit eos in fornacem inopiæ contrudi, qui aurum cōtempserint adorare: noli tu ex illorū parte esse ici, qui conijciūt: sed potius ex eorum, qui in tale conijciuntur incendiū. ut efficiaris quoq; ex his qui saluantur, non ex his qui ad supplicium cōgregantur. Etenim ros magnus est, nequaquam amore diuitiarum ab inopum miseratione reuocari: suntq; omnibus ditioC
res, qui diuitijs contemptis uirtute claruerunt. Nam & illi tunc cōtemnendo regem, rege ipso effecti sunt clariores. Et tu itaq; si mundi opes fideli mente despicias, toto eris mūdo pretiosior: sicut ēt illi sancti, quibus dignus nō erat mūdus. Vt igitur dignus cœlestibus efficiaris bonis, deride præsentia. Hoc siquidem modo & hic claritate uirtutū, & in futuro præmiorum honore fulgebis, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium cum patre & sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

Hebr.11.g

Homilia. V. ex cap. I.

Oc autem totum factum est ut adimpleretur quod dictum est à domino per prophetam, dicentem: Ecce uirgo in utero concipiet, & pariet filium, & uocabunt nomen eius Emmanuel. Multos audio qui dicunt, quòd præsentes quidem & Euāgelicæ ueritatis eloquijs perfruentes, dignum tantis rebus cōmodent auditum: egressi uerò ecclesiam, cum loco & animum repentè mutēt, extinguentes prorsus totum illum deuotionis ignē, quem sermo in eis prædicationis accenderat. Quid-

b

Esa.7.c

nam igitur adhiberi congruit, ne istud eueniat? Si sciD
licet considerēmus in primis unde contingat. Vnde itaq; uobis accidit tanta mutatio? De conuersatione nimirum parū attenta, & uitiosorum hominum assiduo pestifero q̄ colloquio. Nō enim oportebat omnino à cœtu ecclesiæ recedentes, contrarijs huic studio negocijs implicari: sed domū continuò reuertentes, sacros replicare libros, & coniugem pariter liberosq; ad eorū q̄ dicta sunt collationē uocare, hisq; altius animo ac penitus insertis, tum demum ad ea quæ huic uitæ sunt necessaria curanda procedere. Si enim balneum egressus, publica cōuenticula euitas, ne beneficiū forti fomento negocia molestiora corrumpāt: quanto magis cū ab ecclesiæ cōgregatione regrederis, hoc te oportet [illegible] ficere? Nunc uerò cōtraria agentes, cuncta disperdimus: nondū quippe utilitate sermonis firmiter in mente defixa, plurimus irruens secularium impetus actionum, omnia pariter euellit. Quod ne accidat, quoties à sancta congregatione discēditis, nihil magis necessariū iudicate, q̄ ea quæ audiendo didicistis, cōseruare meditando. Nimia.n. oīno indeuotio, & prorsus extrema est, ut quinq; & sex dies quidem in rebus carnalibus consumentes, unum spiritalibus diem, imo exiguam diei partē nolitis ipendere. Nōne quotidie cernitis filios nempe uestros, ea q̄ discenda suscipiunt, totius ferè diei continuatione meditari? qutāo id magis nos in spiritalibus studijs præstare debemus, alioqui nihil huc nos proderit conuenire, haurientes uasE
undiq; hiante rimis, atq; undiq; perfluente: & ne tantū qdē studij in horū quæ diximus conuersatione ponētes, quantū, erga aurum, argētumq; solemus adhibere. Paucos. n. plerunq; numos cum aliquis accipit, & solicitè reponit in sacculo, & diligēter obsignat [illegible] lo: nos uerò nostā [illegible] longe auro, gemmisq; pretiosiora suscepimus eloquia, & inæstimabiles spiritaliū opes bonorū, nequaquā ea in thesauro animæ recondimus continenda, sed passim atq; negligenter mētes nostras effluere permittimus. Quis nā igitur nostri aliquando miserebitur, cū ipsi nobis tam apertè inueniamur inimici, atq; in tantā nos pauperiē sponte cogamus? Ne igitur ista cōtingant, legem hāc nobis scribamus immobilē, nec nobis modo, sed coniugibus ēt liberisq; nostris, ut unū huc totius hebdomadis diem, quo ad audiendū cōcurritur, totum in eorum q̄ dicūtur meditatione ponamus. Sic.n. & multo diligentiores nos ad ea q̄ sunt dicēda uenietis, & ipsi minus experiemur laboris. Sed ēt scientiæ nobis lucrū profectò maius eueniet, quando memoriter prius audita retinentes, paratius atq; instructius ad recentia conuolatis. Non.n. parum ad eorum q̄ dicuntur proficit intellectū, diligenter nosse sensuum cōsequentiam, q̄ à nobis iuncto lectionis tenore cōtexitur. Quia igitur impossibile est uno die cuncta transcurrere, idcirco multis ea uobis cōmendamus diebus, contextu memoriæ interrupta iungentes, & lōgam seriem rerū, quasi resticulam quandā nostræ circumligantes animæ, ut integrū scripturarum corpus appareat. Recordantes igitur diligenter q̄ à nobis antea memorata sunt, pergam? ad reliqua. Quænam uerò illa sunt, de quibus hodie differendū est? Hoc autem, inquit, totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est à domino per prophetam, dicentem. Digna prorsus tantū uoce signauit miraculū, dicendo: Hoc autem totum factum est. Quia enim quoddā pela-

gus immensum,& inæstimabile misericordiæ dei uidit profundū,atq; in rem subitò prodisse quod antè in spe nō fuerat,ac repētè naturæ leges solutas, reconciliationē dei, hominumq; factam, superiorem cunctis ad inferiorē descendisse substantiam, & destructū maceriæ interstitiū,& impedimenta submota,multoq; his plura esse completa, uno ferè uerbo magnitudinē exprimendo miraculi,ait:Hoc aūt totum factum est, ut adimpleretur qđ dictū est à domino.Ne,inquit, æstimes quia istud modo primum placuerit impleri.olim hoc ordinatū à deo, atq; dispositū est. Quod & Paulus ubiq; studuit ostēdere. Iam uerò ipsum Ioseph ad Esaiam remittit, ut si uerborū illius fuerit oblitus,q̄ recēs & in somnis audierat:saltem prophetæ dicta,in quorum meditatione nutritus est,mente cōtineat.Et uirgini quidē nihil tale est prorsus locutus, nimirū q̄ adhuc puella cum esset horū notitiam nō haberet:uiro aūt, ac præsertim iusto,& prophetica assiduè scripta meditāti,cōsequēter hinc disserit.Et superius quidē ait, Mariam coniugem tuā: hic uerò postq̄ prophetam adduxit
H in mediū,tum demū ei credidit nomen uirginitatis. Neq;.n.antè imperturbato quietoq; animo & uirginem illā audisset & matrem esse: a propheta uero nihil erat auditurus noui, sed certè id quod longi erat temporis meditatione detritū. Verum ut hoc qđ dicitur facilè credatur,in mediū angelus adducit prophetā.Sed nec teste quidem tam claro cōtentus, ipsum sermonē ad dei authoritatem reducit.Nō enim Esaiæ,sed dei illud dictū esse confirmat. Idcirco nō
Esa.7.c ait,qđ dictum est ab Esaia:sed,quod dictū est à domino.Os quippe fuerat Esaiæ,ip qđ sermo ipse erat egressus: responsum uerò diuinum. Quid ergo hoc oraculo prędictū est?*Ecce uirgo in utero habebit,& pariet filiū,& uocabunt nomen eius Emmanuel.* Et cur,inquies,non est hoc noie,id est,Emmanuel : sed Iesus Christus uocatus?Quia.f.non dixit,uocabis:sed,uocabunt:populi sine dubio,& ipse exitus rerū. Hic.n. ab affectu nomen imponitur.Est enim mos scriptu
I pturę,euētus rerū ponere nominū loco.Quid enim est aliud,uocabūt nomen eius Emmanuel : nisi,uidebunt oculi mortaliū deum inter homines uersantem:qui etsi antè cū hominibus fuit,non tamē tam apertè,tamq; manifestè? Quòd si hoc loco Iudęi impudenter repugnēt,rogabimus eos , qui igitur puer uocatus est,uelociter spolia detrahe, citò præclare? nequaquā.n.hic habent quod respondere possint.
Ibidē.8.a Cur igitur ad prophetā,uoca nomen eius,inquit,uelociter spolia detrahe,citò pdare ? Quoniā illo utiq; nato, detractio spoliorum facta est, atq; populatio. Meritò igitur res q̄ sub eo tam clara contigit, ipsi nomē imposuit.Et ciuitas,inquit,uocabitur ciuitas iustitiæ,mater ciuitatē fidelis Sion.Nec tamen inuenimus quòd aliquando ciuitas iustitiæ nominata sit, sed in Hierusalē semper appellatione permansit. Verū quia istud euenit in melius populi more cōuerso, ciuitatē ita prædixit uocandā.Cum.n.tale aliqd acciderit,ut homo per quem accidit,ex facto ij ex nomine clarius iudicetur , nomen eius appellat ipsam rei,quæ per illum facta est,ueritatē.Si uero hinc cōfutati, atq; convicti,aliter appellationē uirginis intelligere conantur,aliosq; nobis interpretes proferentes,atq; dicentes:non dixerunt,uirginem : sed,puellam.Primò quidē dicemus illud,quoniam ad faciendam ueræ translationis fidē , omnibus alijs iure Septuaginta interpretes sint digniores . Siquidem alij K
post aduentū domini interpretati sunt,Iudæi siquidem permanentes,meritoq; suspecti:quippe qui inimicè & subdolè multa corruperint, & data prorsus *Septuaginta interpretes.*
opera à prophetis mysteria prędicta cęlauerint . Septuaginta uero ante centū, & aliquādo amplius dominici aduētus annos ad interpretandū tot ac pariter accedentes, ab omni suspitione hmōi uindicantur,tum ob ipsum tpis interuallum, & illorū numerum:tum ex ipso,quod super oia debet ualere, consensu.Sin aūt illorum qui postea interpretati sunt testimoniū proferre maluerint , sic quoq; à nostra pueniet parte uictoria. Siquidē scriptura adolescentulæ,uel puellæ noie,uirginē appellare consueuit. Idq; nō in fœminis solū, uerumetiā in uiris sæpe signatū est.Iuuenes,inquit, & uirgines , senes cū iunioribus.
Ac rursus de puella loquens , q̄ uirginitatē corporis *Psal.148.*
uiolenter oppressa perdiderit.Si,inquit,proclamaue *b*
rit adulescentula.i.uirgo . Et ea quidem q̄ superius *Deu.22.*
dicta sunt,hunc sensum facilè confirmant.Nō enim *c.d*
frustra posuit,Ecce uirgo in utero habebit: sed cum
ante dixisset,ipse dominus dabit uobis signū: conL
tinuo subiecit,Ecce uirgo in uterò habebit.Et certe si puella quidem in utero esset habitura,sed hoc tamē cōi fieret lege connubij,quod tandē id signū fuisset? Signum quippe oēm prorsus consequentiā,& ordinem rerū debet excedere, & nouū debet esse in omnibus,atq; à solēni more diuersum.aliter uero signū esse non poterit. *Surgens autem Ioseph à somno,fecit sicut præcepit ei angelus domini .* Vidisti certe obedientiam,uidisti animū facile sacris fidē sermonibus accommodantē,uidisti mentē omnino uigilātem, ac nulla prorsus corruptione uiolatam. Neq;.n.saltē ipso suspitionis suæ tpe triste aliquid est molitus in uirginem : & nunc quoq; cū eadem illa suspitione releuatus est,nō modo illam nō conatur expellere, sed & secum retinet,& totius dispensationis minister efficitur. *Accipe,*inquit, *Mariam coniugem tuam.*Nempe consideras q̄ frequenter Euangelista hoc uirgini nomen imponat, nolēs interim mirabile illud reuelare mysteriū,sed tamen iam extinguens suspitionē maligNam. *Cum autem accepisset,non cognouit eam,donec peperit filium suum primogenitum.*Donec, hic posuit, nō M
ut suspiceris qa uel postea aliquādo cognouerit: sed ut discas quòd ēt ante partū intacta permānserit.Cuius igitur,inquies,rei gratia,donec,hic positum est ? Sæpe scriptura diuina hac uti elocutione consueuit: ut dicēdo,donec,nō definitū aliquod tps includat, Nam & cū à Noē coruus ex arca esset emissus : non *Gene.8.a*
est,inquit, reuersus donec siccaretur aqua. Et certe nec postea inuenitur rediisse. De ipso ēt loquēs deo: A seculo,inquit,& usq; in seculū tu es . Sed nullū hic *Psal.89.a*
profectò terminū posuit. Rursus altitudinem pacis annūcias:Orietur,inquit iustitia eius , & multitudo *Psal.71.a*
pacis,donec auferatur luna: non tamen ut post illā pacem finē statuat huius,qđ spectamus,elemēti.Ita etiā hoc loco,donec, posuit,ut à suspitione illud qđ ante partū tempus fuit,absolueret . Postea uero qđ sequitur,tibi iam æstimandū reliquit.Quod.n.ab eo tibi discendum erat,hoc ipse dixit,quòd intacta fuit usq; ad partū uirgo.qđ uero apertum erat atq; manifestum, tuo intellectui dereliquit : ut est certe istud. Quoniā nec postea quidē eam quæ Xpi mater effecta est,& nouo illustrata partu,nouoq; cōceptu,ille iustus aliquando fuerit ausus attingere.Si.n.cogno-

A uisset eam,& loco habuisset uxoris quō illam dominus quasi absq; solatio,& nihil penitus habētem,di-
Ioā.16.c scipulo cōmendare curasset,iubens ei ut eam recipe
Luc.8.c ret in suā?Vnde igitur,inquies,fratres eius dicūtur Iacobus & Ioannes?Nō aliter omo, q̄ quo ipse Ioseph Marię putabatur maritus.Multa quippe sunt ad opacandū illius partus mysterium obducta uelamina,
Ioan.7.a propter qđ ita ēt eos Ioannes uocabat dicens: Neq; enim fratres eius credebant in eū. Sed tamen hi ipsi
Gala.2.a qui parū antè crediderant, clari postea in fide, ac mirabiles extiterunt . Quando.n.Hierosolymā Paulus ingressus est,ut cū cęteris apostolis de dogmatū uaIecobus. rietate conferret,cōtinuò intrauit ad Iacobū . Tam enim fuit ille mirabilis,ut episcopatum primus acciperet.Aiunt enim genua eius obduruisse callo , tantamq; in eo fuisse carnis incuriam,ut adhuc uiuentis omnia ferè mēbra morerentur:atq; assiduitate orationis, iugiq; ad pauimentū prostratione corporis, frontem quoq; eius callo similiter obductā,ut nihil ferè à cameli genibus discreparet.Hic ēt Paulum, cū
Act.21.d propter eum Hierosolymā uenisset, maturitatis suæ
B sermone moderatus est,dicēs:Vides frater quot millia sunt credentium ex Iudæis,&c. Tantus illius erat pro ædificatione ecclesiæ zelus , tantaq; prudentia, imo dei in illo gratia de Christi uirtute resplendens. Qui enim obtrectabant domino in carne constituto, adhuc in carne passibili , ita eū & admirati sunt, & coluere post mortē,ut cum multa pro illo cupiditate morerentur: q̄ certè maximè effectum resurrectionis ostendunt. Propterea quippe ad ultimū clariora seruauit,ut absque ullo esset ambiguo uirtutis tam grande documentū . Si.n.nos eos quoq;,quos admiramur uiuos , tamen obliuiscimur mortuos: quō illi quem audebant irridere uiuentem , deū esse post mortem putarent,si eū nihil aliud esse q̄ hominem credidissent? Quō autē pro illo elegissent mortem ēt subire , nisi manifestum in ipso cognouissent resurrectionis exemplū? Hæc uerò dicimus , non ut audiatis solūmodo,uerumetiā ut quæ auditis imite
mini,fortitudinē scilicet,constantiam,omnemq; iustitiam:ut nemo sui desperatione moriatur,etiam si antèa desidiæ torpore languebat,ut unusquisq; nos-
C trum nulla in re alia spem suam, nisi post dei misericordiam in morū sanctitate constituat. Nam si istis omnino nil profuit uel patria,uel domo,uel propinquitate Christo fuisse coniunctos , antequā de propria fulgerent uirtute : quā nos dignos uenia putamus,q̄ de iustis propinquis, ac fratribus gloriamur, nisi eos ipsos fuerimus imitati?Nā & propheta idip-
Psa.48.b sum significans,ait:Frater non redimit,redimet homo:ēt si Moses fuerit,ēt si Samuel,etiā si Hieremias,
Hier.11.c audi tamē quid ad illū loquatur deus : Noli, inquit, orare pro populo isto: quoniam non exaudiam te. Quid igitur miraris, si non exaudiat supplicantem? Etiamsi ipse,inquit, Moses adesset, atq; Samuel , me tamen eorū pro talibus deprecantiū non placaret
Exe.14.d oratio.Sed Ezechiel saltē si supplicet,audietur.Verū ipsi quoq; dicit dominus:quoniā si assistat Noē , & Iob,& Daniel,filios suos & filias nō liberabunt.Etiā si Abrahā patriarcha pro his supplicet,q̄ in suis uitijs permanēdo imedicabiliter ægrotant,abibit deus relinquens rogantē, ne uocē pro talibus interueniētis
1.Re.16.a exaudiat. Et si Samuel rursum exorās pro aliquo indigno deprecetur, cōtinuò ad ipsum clamabit deus: Vsquequo tu luges.Saul?Etiā si pro sorore quispiam incōpetenter orauerit,audiet qđ Moses:Si cōspuens D
cōspuisset pater eius in faciem ipsius , nōne esset im-*Nu.12.c d*
munda? Non igitur quasi oscitantes & desides, ex aliorū meritis pendeamus.Habēt.n:uim pro nobis, & quidē maximam, orationes supplicationesq; sanctorum: sed tunc profectò cū nos quoq; idipsum pœnitentiam postulamus,& ad studia meliora confugimus. Alioquin ēt Moses ipse,qui & fratrē suum, *Exo.32.g*
& sexcenta illa millia armatorum ab imminenti dei liberauit ira,sororem tamen suam nequiuit eruere. Et certè non erat æquale peccatū.Illa iniuriosius de Mose fuerat quiddā locuta: at uerò ois illa multitudo, quā diximus , rectam in dominum impietatem cōmiserat.Sed hanc tamen uobis cōnem potius relinquo,ipse uerò id qđ multo est difficilius,conabor absoluere.Quid.n.iam de sorore dicamus,quādo tā ti ille dux populi sufficere sibijpsi quoq; deprecādo non ualuit,sed post mille ærumnas laborū, & quadraginta annorū cōmendatum sibi à domino principatū, prohibitus est à domino terrā repromissionis intrare, quā toties ei diuinus fuerat sermo pollicitus?Quid igitur in causa est?Nequaquam utilis in il- E
lam terram sancti Mosi fuisset ingressus,& qui omni no plurimos Iudæorū in maximā erroris ruinā supplantare potuisset.Si enim quia per illū fuerāt de sola Aegypto liberati,relicto deo, tantūmodo Mosen requirebant, ipsius esse prorsus cuncta illa beneficia credentes:hunc si introductorē quoq; in terram repromissionis habuissent,in q̄ non illi impietatis prę-
rupta cecidissent? Vt igitur omnis hmōi amputare-*Deu.34.d*
tur occasio,ipsum quoq; eius est occultatum sepulchrum . Et Samuel quidē Saulem ab ira dei liberare *1.Re.16.a*
non potuit,Israel ✱uerò sæpe populū saluauit. Hie-*In Exodo*
remias quoq; Iudæos nō eripuit ultioni, aliū tamen *& Numeris.*
quenda saluasse memoratur.Daniel ēt sapientes Babyloniæ ab interitu liberauit, nec tamen Iudęos iu-*✱Forsan, Moses legendum.*
go captiuitatis absoluit.In Euāgelio uerò cernimus, nō in alijs, atq; diuersis:sed in eisdē ipsis fieri utrunq; *Dan.2.bc*
personis,& unum eundēq; hominem,nunc quidem sufficientē ad liberationē sui, nunc uerò ipsum propriæ salutis effici proditorē. Nam ille quidē mille ta-*Mat.18.d*
lentorū debitor,multis precibus supplicādo semetipsum periculo liberauit,postea uerò idipsum impetra- F
re nō ualuit:alter uerò econtrariò, cum prius perditioni semetipsum totū dedisset,postea tamē sibi plurimum profuit.Quis uerò iste est? qui.f.bona patris *Luc.15.e*
absumpserat.Ex qbus profectò redolet,quòd si negligentes fuerimus ac desides , nec per aliorū quidē possumus merita saluari.Si uerò mente uigilemus,ēt per nosmetipsos istud ualeamus efficere , & multo magis nostro,q̄ alieno tuti esse suffragio. Nā & deus salutē nostram,non tam alijs rogantibus pro nobis uult donare,q̄ nobis:ut hoc ipso quo irā in nos eius placare cupimus,ad studia meliora migremus,& fiducia bonæ cōscientię colligamus.Sic.n.Chananęā *Mat.15.b*
illam aliquando miseratus est: sic ēt meretrici dona *Luc.7.a*
uit salutem,sic latronem à cruce in paradisum trans- *Ibidem.*
tulit, nullius patroni, nullius precibus mediatoris in- *23.f*
flexus.Et bene dicimus,nō ut pro peccatoribus supplicādū esse sanctis negemus, sed ne nosmetipsos inociū,ac desidiā resoluamus, & dormientes ipsi alijs tantummodo nostra curanda mandemus.Nam cū
dixisset,facite uobis amicos:nō hic restitit,sed adie-*Luc.16.b*
cit,ex iniquo mammona,ut.s.tuum id esset ac proprium . Nihil quippe hic aliud q̄ misericordiæ opera

G signauit: quodq; mirādū est, nequaquam nos, si uelimus assurgere, de ipsa possessionis iniquitate condemnat. Quod.n. dicit, hmōi: acquisisti antea malè, impēde iam bene: collegisti hactenus iniquè, dispergе nunc iustè: & certè quæ tandem ista uirtus est donare de talibus? Sed tamen amans hominem deus, eousq; descēdit, ut si ista faciamus, bona nobis magna promittat. Verū nos in tantū stultitiæ amētiæq; processimus, ut nec ex iniqua aliquid possessione tribuamus sed & cū rapinis mille ditati uel minimam partē fortè dederimus, oīa nos iam impleſſe credimus. An nō fortè audisti Apostolū pronūciantem,
2.Co.9.b quoniam qui parcè seminat, parcè & metet? Qua, quæso, enim ratione parcis ac retines? Non est istud impēdere, sed augere: neq; fructus ac negociatio impensa dicenda est. Vbi.n. semen est, ibi ēt multiplicatio fructuum consequitur. Tu uerò si terrā quidem pinguem ac fertilem coleres, & q̄ plurimū esset opportuna seminibus, non tantū illam propria horrea seminando uacuares, uerūetiam mutuaueris aliūde quod sereres. Maximū nanq; detrimentum putares,
H in re tali diligere parcitatem. In cœlo uerò operans, atq; ibi fructū requirens, ubi nulla aëris inæqualitas, corruptio nulla uentorū est: sed plurimo ubiq; cum fœnore semine iacta prouenīūt, cunctaris atq; dissimulas, nec intelligis quia posīmus & parcēdo perdere, & spargendo colligere. Sparge ergo, ne perdas: noli retinere, ut magis cogreges, sed fructuosissimo eroganda genere ut lucreris ipende. Et si seruare illa oportet, noli ea ipsa seruare (hoc.n: modo uniuersa dispereunt) sed deo potius cūcta cōmitte, & nemo quicquā poterit inde diripere. Noli igitur tu hic uelle negociari: neq; enim nosti lucra colligere, sed eū potius fœnerare, qui longè maiorē fœnore reddit usūram: ibi (inquam) potius fœnerare, ubi nulla inuidia prorsus, nullus timor, nullæ uersantur insidiæ: fœnerare nullius rei penitus indigentē, sed pp te tamē tan quam necessaria postulantē. Da pascenti oēs, & pp te esurienti, ne ipse egestate moriaris. Da ei qui idcirco pauper effectus est, ut te diuitem faceret: fœnera re unde posīs non mortē fructificare, sed uitam. Istę nanq; usuræ regnum, illæ aūt acquirunt gehennam? illæ enim auaritiæ sunt, istæ uerò philosophiæ: & illę quidē crudelitatis, istæ uerò pietatis. Quā ergo satisfactionem parare poterimus, qui cum & amplius, & tutius, & opportunius posīmus accipere, & cum libertate omni, & absq; formidine, absq; obtrectationibus ac periculis possidere, à talium lucrorū studio recedentes, uilia ista sectamur ac turpia, cōtinuò peritura, ac maximū nobis paritura supplicium? Nihil.n. præsenti usura turpius, nihilq; crudelius. Siquidē huiusmodi fœnerator negociatur aliena discrimina, & uberiores (ut putat) quæstus de alterius infœlicitate cōsequitur, atq; insuper quasi pietatis mercedem reposcit, uelut metuens ne imisericors fortè uideatur: cum profectò prętextu miserendi, atq; opem ferēdi, maiorem misero foueam crudelitatis effoderit, specie iuuandi atterens inopem, ac manū porrigendo deijciens: & quasi in portū ex tempestate suscipiens, sed improuiso turbine in multo magis crudele naufragiū, uelut inter scopulos ac latētia saxa demergēs. Quid igitur, inquis, hic præcipis? ut.s. pecunia congregatam, mihiq; utilem in usus alterius cōmodem, nec
I ullam inde prorsus mercedē reposcam? Absit. Non ego istud dico, sed satis cupio ēt te pro illa accipere mercedem: non hanc sanè uilem, & prorsus exiguā, K sed longè utiq; maiorem. Vsuram.n. tuam, non aurum uolo esse, sed cœlū. Cur ergo in paupertate teipsum cōcludis? Cur terræ totus affigeris, nimiumq; in ea sordidè uolutaris, & repetis exigua pro magnis? Hoc.n. illorum est, qui ditari prorsus ignorāt. Cum enim deus pro paruula quadam pecunia, bona tibi cœlestia & æterna promittat: tu uerò dicas, cœ ū mihi non det, sed pro cœlo largiatur aurū, quod profectò periturū est: hoc est uelle in pauperie remanere. Qui aūt ueras opes ac diuitias cōcupiscunt, ea quæ mansura sunt potius eligunt, q̄ illa quę pereūt: hmōi enim præponunt magna paruis, & tēporalibus sempiterna, fiuntq; digni qui utraq; percipiāt. Qui.n. cœlum terræ amore cōtemnit, ēt ista profecto perdet: qui uerò huic illud præponit, utriusq; potietur: & multo certè tutius, multoq; iucūdius. Quod ut ēt nobis fiat, despicientes cuncta oīno præsentia bona, potius eligamus futura. Ita.n. & illis, & istis fruemur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria cū patre & sancto spiritu in secula seculorū, Amē.

Homilia. VI. *ex cap.* II. L

C *Vm autem natus esset Iesus in Bethlehem Iudæ, in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriē te uenerunt Hierosolymā, dicētes: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? uidimus enim stellā eius in Oriente. & reliqua.* Multa nobis opus est uigilātia, multa prece, ut p̄sentis difficultatē loci possimus absoluere: & qui nā isti sint Magi, & unde uenerint: & quōnam modo, quóue suadēte discesserint: quænam ēt illa fuerit stella, q̄ magos ad Xp̄m usq; perduxerit. Quinimmo si placet, ea primū proferamus in mediū, quæ de hoc loco disputant ueritatis inimici. Siquidē tantū amentię illis diabolus inspirat, ut hinc quoq; se contra uirtutis rationē opinentur armari. Quidnam ergo proponunt? Ecce, inquiunt, ēt Iesu nato sydus apparuit: qđ certè grande documētum est, certissimā astronomiæ eē rationē. Porrò id apertè falsum cōuincitur. Si.n. secundum legē est natus astrorum, quo astronomiam soluit, fatumq; destruxit, ac totū omnino exclusit errorē, omnemq; uanissimā artis huius obruit officinam? Quonam ēt pacto Magi ex stella illa Iudæorū regem illū esse didicerunt, cū certè non istius regni ille rex esset, sicut etiā M
Ioā.18.g ipse respondit: Regnū, inquit, meum nō est de hoc mūdo? Nihil quippe tale monstrauit, quale mūdi huius reges habere conspicimus. Neq;.n. hastatas ille atq; clypeatas ostēdit militū cateruas, nō equos regalibus phaleris insignes, nō currus auro ostroq; fulgentes. Non.n. istū, nec alium quempiā simile circa se habuit ornatum: sed uilem hanc prorsus uitam egit, ac pauperem: duodecim tātūmodo homines, eosq; despicapiles secum trahendo. Sed & si regē illū esse Magi nouerant, cuius rei tamen gratia ad eū uenirent? Neq; enim istud ad astrologię spectat artem, ut eos qui nascuntur, cognoscat stellis: sed ut è regione de hora, punctoue nascentū, ea quæ illis sunt euētura, prædicat. Isti uerò ne q; parienti adstiterant matri, neq; tempus quo rex noster natus esset agnouerāt, ut hinc uideātur pœnendi futura sumpsisse principiū: sed è cōtrario, cū multum antè tp̄s in regione sua stellā apparere uidissent, uenerunt ad eū qui erat natus, uidēdū. Quod quidē ipsum, quantū ad rationem spectat humanam, multo esse inconsequentius cōprobatur, q̄ id qđ pauloante præmissum est. Quę

A nam enim Magos ratio commouit? Quęnā ēt spes impulit præmiorū, ut ad regem adorandū uenirēt, tam uasto præsertim à se terrarum spatio separatū? Quod etsi super ipsos regnaturus fuisset, nec sic qdē haberet peregrinatio tam longa rationē. Nam si in regali fuisset aula natus, ac patre regnante: cōsequenter fortè quis diceret istos in honorem patris puerū adorare uoluisse, & hoc sibi ad conciliandū regis animum suffragiū comparasse: nunc uerò cùm illū nec suum regē sperent futurū, sed gētis alienæ, magnoq; spatio ab illorum regione diuisę, neque patrē eius regem esse uideāt: qua ratione tāti iter laboris arripiūt, & adorāt paruulū in matris gremio pauperis collocatum, & offerunt munera, maximo certè cū periculo ista facientes? *Audiēs.n. hæc ab eis Herodes, pariterq; populus, turbatus est.* Verū hæc, inquis, minimè p̄scie bāt. At oī prorsus ratione nuda hæc probatur obiectio. Nā etsi ualde insipiētes fuissent, istud tamē nequaquā ignorare potuissent, quòd ingressi urbē in qua rex alter habitaret, talia prędicando, aliūq; illius populi regē esse monstrando, nō mille contra se gla
B dios commouerent. Cur ergo etiā adorarūt pannis adhuc infantiæ colligatum? Nam si uirilis iam fuisset ætatis, dicere quis fortè potuisset, quia aliquod ab eo auxiliū præstolantes, i apertū se periculū tradidissent. Quod tamē ipsum extremæ omnino fuisset dementiæ, ut Perses aliquis ac Barbarus, nullūq; habēs cum Iudæorū gēte consortiū, uellet à domo sua patriaq; discedere, relinquere etiā famulos, amicos, propinquos, regnoq; se alterius subiugare. Si uerò id stultū fuisset, multoq; id quod sequitur, esse stultius cōprobatur. Quid uerò istud est? quòd scilicet tā longi spatia itineris emensi, cū adorassent puerū, multosq; aduersum se excitassent tumultus, continuò sunt reuersi. Quę uerò ēt regni uidisse ferūtur insignia? Humile profectò tuguriū, squalidūq; p̄sepiū, & paruulum pannis uilibus inuolutū. Cur uerò ipsa obtulere munera? quāue de causa? Putásne lex erat, aut mos aliquis, ut ubicūque terrarū regibus natis huius tribueretur deuotionis obsequiū: & isti totum prorsus circūeuntes orbē, eos quos scirēt ex uilibus, atq; pauperibus reges futuros, suppliciter adorarent, & hoc anteq; illi soliū regale conscenderēt? Sed oīno nullus
C id dixerit. Cuius ergo illū adorauerūt rationis intuitu? Sed & si de præsentibus aliquid beneficijs cogitabāt, quid tandē remunerationis à paruulo & matre inopi sperare potuerūt? An ut i posterū sibi apud regē gratiā collocarent? Et unde scire illi poterāt quia ille nō obliuisceretur tam properatę adorationis iam maturus in regno, q̄ i ipsis adhuc fuisset incunabulis adoratus? Quod si illū crederent à matre admonendum, illi tamē supplicio essent quàm p̄mio digniores, qui eum in tam apertū periculū, non tam adorando, quàm prodēdo tradiderant. Hinc siquidē Herodes profectò turbatus, oī puerū cura quærebat, omniq; eū iterimere cupiditate properabat. Ita enim se res habet, ut ubi quispiā regnante alio alterum regem dixerit futurū, mille eū periculis exponat, atq; in apertū tradat interitū. Vidésne quanta hic absurda nascantur, si iuxta humana cōsequentiā, morēq; communē hæc esse intelligēda credamus? Nec tamē ista solum, sed plura etiā alia proferre possumus, maiorem habentia quęstionē, quàm ista quę diximus. Sed ne obscuris obscura nectentes, fastidiū uobis, laborēq; faciamus: agè iam ad ea q̄ proposita sunt ex

D planāda ueniamus, ab ipsa sumētes stella absolutionis exordiū. Cū enim didicerimus quæ nam sit illa stella, uel qualis: & utrum una de multis, an prorsus noua, & ab alijs discreta syderibus, & utrū naturaliter stella uideatur: cū (inquā) didicerimus ista, facilè sciemus & reliqua. Vnde ergo manifestius poterunt ista cognosci? De ipsa profectò Euangelicæ lectionis historia. Quòd.n. non una fuerit hæc stella de pluribus, imò (ut ego arbitror) nec stella oīno, sed quędā inuisibilis uirtus in specie syderis figurata, ab ipso primū itinere monstratur. Nō est.n. stella, omnino non est, quę per hāc cœli plagā cursum tenere doceatur: sed siue dixeris solē, siue dixeris lunā, astraq; cætera ab Oriēte ferri omnia in Occidentē uidemus. Hæc uerò à Septētrione in Meridiē stella ueniebat. Sic.n. secundū locorū situm Palæstina spectabat ad Persidem. Secundò uero etiā de tēpore istud probari possibile est. Neq; enim i nocte cernitur, sed lucēte prorsus die, ac sole fulgente. Quā lucendi uim nō modo stella nulla, sed nec ipsa quidē luna sortita est: quæ licēt multo clarius omnibus coruscet astris, cōtinuò E tamē ortu solis absconditur: & quę prius illustrabat omnia, sub multo clariore syderе uix ipsa cōspicitur. Hæc uerò stella ipsos ēt solis radios proprio quodā, p̄cipuoq; fulgore superabat, clari⁹ illis profectò apparēs, atq; i tāto eorū lumine magis ipsa resplēdens. Tertiò autē ab ipsa interpolatione lucēdi: stellæ huius nouitas indicatur. Nunc.n. occultabatur omnino, nūc toto prorsus fulgore radiabat. Nā usque ad Palæstinā uenientibus Magis, quasi dux itineris semper apparuit: cū uerò Hierosolymam introissent, sese rursus absconditꝫ. Deinde cū Herodi causam itineris indicassent, eoq; relicto ad puerum pergerēt adorādum, iterum se illis eadē stella monstrauit. Hoc autē nō agit motus syderis, sed uirtus quædā plena rationis. Neque enim propriū quēpiam illa tūc stella cursum tenebat, sed cū eos uideret pergere, etiā ipsa pergebat: cū uerò eos stare conspexerat, stabat, ad uolūtatem prorsus uiantium & utilitatē cūcta dispēsans: sicut etiam illa quondā in eremo nubis colūna pro opportunitate rerū nūc stabat loco, nūc progrediēs *Exo.13.d* mouebat exercitū. Quartò etiam ab ipso demōstra *& 33.b* tionis modo, facilè istud lucideq; perspicitur. Nō.n. F in excelso constitua cœli, eū qui inquirebatur à Magis ostendit locum, neque enim sic discere illi aliquā do potuissent: sed descendēs, & inferiorē aeris partē tenens, istud effecit. Nostis enim, quia tā exiguum & humilem locum, ac breue tuguriū, quod (ut ita dixerim) corpusculū illud paruuli continebat, nequiuerit de cœlo stella monstrare. Neque.n. tātam illius breuitatem loci, tā inæstimabilis altitudo designare potuisset, quod certè perfacile à lunari potest orbe cognosci. Luna.n. cū tam multis sit sublimius clara syderibus, in tam grandis latitudinem diffusa terrę, cūctis mūdi habitatoribus creditur esse uicina. Quem admodum igitur stella tā exiguum locū, tuguriꝫ scilicet atq; p̄sepis, ostēdit: nisi sublime illud relinquēs ad inferiora uenisset, superq; ipsum ferè caput pueri cōstitisset? quod etiam Euāgelista significās: *Ecce*, inquit, *stella quā uiderāt in Oriente, p̄cedebat eos usque dū ueniēs staret supra, ubi erat puer.* Nępe cōsideras quā tis ex rebus Euāgelista doceat, quia nō sit hæc stella de cæteris, neq; secundū cōsequentiā astrologiæ puerū ostēdat astrologis. Cur igitur apparuit? Vt uidelicet infidelitatem Iudæorū magis magisq; conuin-

G ceret,& ingratis omnem prorsus aditū excusationis
obstrueret. Quia.n. Christus aduenies ueteri testa-
mēto erat finē daturus, uniuersum uerò mundū ad
se uocaturus adorandū:q utiq; mari, terraq; esset co
lendus,ab ipsis statim initijs natiuitatis ostiū gētib⁹
referat, & sic quoq; domesticos cultores suos eru-
dit,dū inuitat,alienos. Quia.n.audiētes prophetas,
qui aduentū eius sæpe promiserāt, parū attētē eorū
uerba pēsabant,à longinquis regionibus uenire fe-
cit & Barbaros q ab illis inquirerent regē, ut Persico
primū sermone discerēt,quæ prophetis nūciantibus
discere noluerūt:ut si bonæ fuerint uolūtatis,maxi-
mā iuuētur occasione credēdi: si uerò cōtra manife
sta cōtenderint,oī prorsus excusatione priuētur.Et-
enim nō suscipientes Christum post tantorū de illo
testimonia prophetarū:quo tandem impietatē suā
obducere colore potuissent, quando uidissent Ma-
gos unius apparitione stellæ,& inquisisse Xpm,& in
uentū suppliciter adorasse? Quod igitur de Niniuitis
Ionæ 3. b fecit deus, mittēs ad eos Ionā. quod in Samaritana,
atq; Chananæa,hoc ēt fecit in magis,& idcirco dice
H bat: Viri Niniuitę, regna Austri surgēt in iudicio cū
Mat.12.d generatione ista,& condemnabūt eā:quoniā illi qui
Luc.11. d dē minoribus crediderūt,isti uerò nec maximis. Et
qua,iquis, ratione Magos per stellā duci ad Christū
& quo nā modo? Oportuit prophetas mitti potius:
sed nequaquā Magi credidissent prophetis. Aut uo-
ce aliqua desuper insonare. Nec hāc qdē tātopere cu
rassent. Aut angelū mittere, uerū hunc quoque for-
sitan prætermisset. Propterea igitur oīa huiusmodi
derelinquēs,per ea illos uocat, quæ familiaria eis cō
suetudo faciebat, mira qdē dispēsatione pietatis ad
hominū cōdescendens salutem. Ingens itaq; Magis,
& clarū ostendit astrū, quodq; plurimū ab his quæ
spectamus syderibus discreparet,ut eis de magnitu-
dine,& de pulchritudine syderis,necnō ēt de ipsa no
uitate cursus admiratione moueret. Hæc itaq; Pau-
lus imitādo,ab ara occasione sumpta cū gētibus dis
serit, ex domesticis in mediū proferens testimonia
poetis:Iudęis aliquādiu Xpm absque iterdicto circū
cisionis annūciat,& adhuc sub lege uiuētibus à sacri
ficijs sumit initia doctrinę. Quia enim unusquisq; cō
I suetudinis suæ amicitia ligatur,& deus,& missi ab ip
so ad totius orbis salutē magistri, de ipso cuiusque
more gētis materias sibi assumunt dicendi. Ne igitur
opineris indignū,quòd Magi per stellā uocātur. Hoc
enim modo,oēsq; ceremonias, omnesq; ritus,& sa-
crificia,atq; purificationis,& neomenias, & arcā,tē-
plūq; ipsum reprobabis. Siquidē hęc omnia originē
à gentiū ruditate traxerunt. Sed deus ob deceptorū
tantē per ea ipsa se coli passus est,per quæ illi dęmo
nes antè coluerāt, aliquādiu illa in melius inflectēs,
ut eos paulatim,& à consuetudine sua reduceret,& ad philosophiā perduceret altiorē. Hūc igitur ipsum
dispensationis suæ morē seruauit in Magis,quos per
stellę apparitionē uocauit,unde eos idē efficeret cel
siores. Deniq; quos uocauerat, & ad pręsepe ipsum
stella pręeūte deduxerat,eis nō iā p stellā, sed per an
gelū loquitur, ita eos gradatim ad meliora pducit.
1. Reg. 5. Hoc ēt Ascalonitis,hoc legitur fecisse Gazēsibus,ho
per totū. rumq; finitimis. Etenim istæ quinq; tūc urbes postq;
letali plaga,arca ad se ueniētē,per culsæ sunt, nullāq;
ex tantis malis liberationē poterant inuenire,uoca-
1. Re.6.a tis Magis,& populi multitudine cōgregata,quemad
& sequē. modū illa dei placari posset ira,quęrebāt. Tūc eorū
respōdere uates, ut iuuēcas indomitas adhuc primi K
peras ad plaustrū iungerēt,quo arca ueheretur,nul-
loq; eas regente,quò uellēt ire permitterēt:sic appari
turū esse dicētes,utrū à deo plaga illa uenisset, an cō
muni quodā casu,atq; ægritudine deperissent. Si in-
quiunt,iugū superba ceruice cōtriuerint, atq; mugiē
tes ad uitulos recurrerint, casu id factū esse manife-
stū est:si uerò directo itinere cōtenderint, & neq; ad
mugitū tētauerint redire uitulorū,neq; in aliā region
nē ignotę uiæ errore detorserint,liquidò patebit dei
manu has urbes fuisse percussas. Quoniā igitur uati-
bus ista dicētibus,illarū tūc regionū populi credide-
rūt,eorūq; impleuere pręceptū,deus quoq; cōdescē-
sione solita,diuinorū sentētiā cōprobauit: nec maie
state sua putauit idignū,in effectu operis prophano
rū dicta perducere, idq; agere ut illi fideliter uiderē-
tur ista suasisse. Ad maiorē siquidē dei gloriam perti
nebat,si uirtus eius etiā inimicorū testimonio pāde-
retur,& si ipsi quoq; gētilitatis magistri consonā fer-
rēt de ueri dei potestate sententiā. Multaq; præterea
horū similia in Iudęorū dispēsationibus inuenimus.
Nam in pythonissa quoque hūc tenuit dispēsationis L
tenorē:quod uos iā ipsi iuxta prædictā regulā pote- 1. Re. 28.
stis absoluere. Occasi one igirur stellæ hæc à nobis b.& seq.
dicta eē sufficiat,de q uos dicere iam plura poteritis.
Da.n.inquit,sapienti occasionē,& sapiētior erit. Tē- Prou.9.b
pus uerò est,ut ad principiū eorū quæ sunt lecta re-
deamus. *Cū autē natus esset Iesus i Bethlehē Iudæ, in die
bus Herodis regis.* Et Magi quidē stellā prælucentē se-
cuti sunt:Iudęi autē nec prophetis qdē insonantibus
crediderūt. Quāta uerò ratione & locū designat, &
tempus:dicēdo,in Bethlehē Iudę:in diebus Herodis
regis? Qua uerò de causa addidit dignitatē? Quā cer- Matt.14.
tē idcirco signauit, quoniā erat & alius Herodes qui a.
interfecit Ioannē: sed ille tetrarchæ honorē habuit,
hic regis. Et locū ponit & tēpus, ut nobis in memo-
riam reuocet antiquas prophetias: quarū unā Hiere
mias,alteram Micheas aliquando prædixit. Et tu,in Mich.5.A
quit,Bethlehem terra Iuda, nequaquā minima es in
principibus Iuda. Aliā uerò patriarcha Iacob,qui no
bis olim tēpus ipsum diligēter expressit, & aduentus
Christi signū euidēs posuit, dicēdo: Nō deficiet prin Ge. 49.b
ceps ex Iuda,nec dux de fœmoribus eius, donec ue M
niat cui reposita sunt: & ipse erit expectatio genitū.
Sed & illud quoq; inquisitione dignum puto:unde
ad hūc illi potuerūt itellectū uenire,& quis eos i hoc
suscitasse credatur. Non.n.mihi solius hoc esse stellæ
uidetur, uerūetia dei,p quē illorū ad hoc anima cō-
mota est. Qui tale ēt aliquid in Cyro legitur rege fe- 2.Paralip.
cisse,præparans eū ut Iudæorū populū à iugo capti 36.d.et 1.
uitatis absolueret:nō tamē sic istud operando,ut li- Esdr.1.b.
beri arbitrij iura perfringeret. Siquidē ēt cū Paulū uo & 3. Es.
cauit è cœlo,nō suā tantūmodo gratiam, sed etiam 2.a. & sē
illius fecit obedientiā relucere. Et cur,iquies, nō hoc quen.
magis omnibus reuelauit? Quia scilicet non oēs fue- Act.9.
rant crediturі. Erant quippe illi cūctis qui in illa uer-
sabantur arte, ad fidē paratiores. Nā & cū plurimæ
aliæ gentes perirēt,ad solos tamē Niniuitas prophe- Ionæ 1. et
ta directus est:& duo latrones iuxta dominū pepen 3.
derūt,sed unus tantū electus est i salutē. Cōsidera igi Luc.11.f
tur horū & admirare uirtutē,nō modo quia tam lō-
gi itineris subiere laborē, sed ēt quia tam simpliciter
ac liberè egere cū rege. Etenim ne subdolè missi ab
aliquo putarētur,& ducē sui itineris prodūt, & lon-
ginquitatē regionis fatētur,& fiduciā mentis ostēn-
dunt.

A dūt. *Venimus*,inquit,*adorare eum*. Et neq; tumultum
populi atq; clamorē,neq; potestatem reformidāt ty
ranni:unde mihi uidētur isti ēt in regione propria fa
cti esse postea ciuium suorū magistri. Qui.n.hic ne-
quaq; ista dicere timuerunt, multo hæc ipsa liberius
patriæ suæ hominibus pdicarunt:quippe pręter stel
ę indiciū,habebant & angeli responsum,& prophe
tæ testimoniū. *Audiens*,inquit,*Herodes rex,turbatus
est,& omnis Hierosolyma cum illo*. Herodes quippe cō-
sequenter,utpote rex,& sibi pariter & liberis formi-
dans,Hierosolyma uerò, quā tandē habuit causam
timoris,cū certè illū audierit esse,quē saluatorē eius,
atq; beneficium, & liberatorē prophetæ porrò antè
prædixerant? Qua nā igitur rōne Iudæi turbati sunt?
De ipsa nimirū prauitate suā, qua prius auersabantur dominū beneficia conferentem: & tam glorioso
quā consecuti fuerant ab eo libertati,pferebant mi-
serabilē illam, quā in Aegypto sustinuerant, seruitu-
tem. Tu uerò diligentiā considera prophetalē. Nam
Esa.9.b hoc quoq; ipsum olim propheta prædixerat: & cu-
Ibidem.a piēt si nati sint, esse igne combusti: Quoniā puer na
B tus est nobis, & filius datus est nobis. Quanquā.n.
turbati,nequaq; tamen studeant uidere qđ factū est,
neq; ad adorandū euntes Magos sequuntur: neq; in
tanta re, tamq; mirabili, aliquid curiositatis osten-
dunt:ita erant contētiosi pariter ac desides, atq; oī-
bus duriores. Oportuerat nāq; eos cōtinuò sentire,
quantū sibi esset additū dignitatis, de tanti.s.natiui-
tate regis,qui Persarū ad se regē ortu suo triumphā
te traxisset,& sub quo oēs populos possent legibus
subiugare,utpote rebus in prosperiora surgentibus,
& regno tam clarè ab ipso regis sui fulgente princi-
pio. Qui tamen nec sic quidē in meliora mutantur,
cum paulò antè captiuitate fuissent Persica liberati.
Erat.n.oīno cōsequens, ut si nihil de occultioribus
altioribusq; didicissent, fœlicitatē tamen suam ex ip
sa p̄sentium nouitate perdiscerent,meritoq; dicerēt:
Si iam regē nostrū Persæ natū tantūmodo cōtremi-
scunt,quanto eū magis poterunt timere firmatum,
eiusq; imperijs obedire? Erunt ergo profectò nostra
omniū regnis gentiū clariora:sed nihil prorsus hmōi
desides animos suscitauit. Tantus siquidē illos tor-
C por obsederat,tātus ēt illos postea languor inuase-
rat:qđ utrūq; uitiū procul à nobis debemus arcere.
Oportet.n.eū qui aduersus ista depugnat, ipso igne
Luc.12.f potiorē in se feruorem mentis accendere. Vnde etiā
dominus ait:Ignē ueni mittere i terrā: & quid uolo:
nisi ut accēdatur? Propterea & sanctus spus in specie
ignis apparuit. Verum nos cinere frigidiores,& mor
tuis insensibiliores facti sumus: & qdē cū ipsum Pau
lum beatū super cęlū cœli uolitare uideamus,ipsoq;
igni ardentius trāscendentē cuncta,& cuncta superā
tem,inferna.s.ac superna,& tam præsentia q̄ futura.
Quod si supra te est illud exēplū, q̄q̄ iam hic sermo
torporis est (quid.n.te amplius habuit Paulus:qa ti-
bi illū impossibile credis imitari?) tamen ne aliquid
Actо.4. cōtentiosius afferre uideamur, ptereuntes Paulum,
eos saltē qui primi in Xpm crediderāt,cōsideremus.
Qui certē & pecunias,& possessiones pariter & curas,
atq; onera uitę huius reliquerunt,seq; totos tradide
rūt deo,cūctis prorsus diebꝰ,ac noctibꝰ ipsius adhæ
rēdo sermoni. Hęc est.n.spiritalis natura flammę, ut
nullā secum carnaliū uoluptatū ardere patiatur, sed
in aliū nos amorē semp accēdant. Et idcirco taliū re
rū cupidus,ēt si cuncta q̄ possidet cogatur impende
re,si deridere gloriā,si exhorrere delitias,si ipsam po D
stremò odisse uitam, cum ingenti oīa facilitate perfi
ciet. Etenim præcipuus quidē illius ignis ardor cum
alicuius mentē fuerit ingressus,totū inde torporem,
ignauiamq; depellit: & eū cuius semel pectus inuase
rit, omni prorsus alite præstat esse leuiorē. Iamq; iste
talis ea q̄ uidētur cuncta despiciens, in cōpunctione
cōtiuua pseuerat,largo assiduè fluens fonte lachry-
marū, multarumq; hinc capiēs uoluptatē. Nihil quip
pe ita conglutinat deo, ut illæ lachrymę quas & pec
cati dolor & amor uirtutū effundit. Qui.n.talis uitæ
conseruat tenorem,ēt si in medio urbis uideatur ha
bitare, quasi in eremi tamen uastitate requiescit, &
inter solitudines montiū,& secreta conualliū. Nullo
enim tumultu rerū,strepituq; cōcutitur:nihil de præ
sentiū auocatione cōspiciens,neq; ullam satietatem
de hmōi luctu lachrymisq; percipiens, siue propria
peccata,siue ēt lamētetur aliena. Et idcirco Christus Mat.5.a
hos præ cæteris pronūciauit beatos. Beati,inquiēs, 2.Co.13.d
qui lugent. Et quemadmodū (inquies) Paulus ait: Phil.3.&
gaudete i domino semp? Dixit hoc qdē ille,cōsiteor. 4.a
sed eam proculdubio q̄ ex his nascitur lachrymis si- E
gnificans uoluptatē. Sicut.n.mundi gaudiū tristitiæ
consortio copulatur,ita ēt scdm dominū lachrymæ
iugem pariunt certāq; lætitiam. Sic ēt illa in Euange
lio meretrix,uirgines quoq; ipsas honestate superā-
uit,& incredibilis in Xpm amoris igne succensa, & à
maximis sordibus peccatorū largissimo lachryma-
rum fonte purgata. Quia.n.perfectē incaluerat pœ-
nitētēdo,bacchari(ut ita dixerim) cœpit,desiderio ex
agitata Christi. Siquidē cōtinuo & crines resoluit, & Luc.7.f
sanctos pedes uberibus diluens lachrymis, ac pro-
prijs extergens capillis, ptioso rigauit unguento. Et
hæc quidē extrinsecus cūcta faciebat: ea uerò q̄ in se
creto mentis agitabat,multo his erāt ignitiora, mul
toq; maiora, q̄ tantummodo deus ipse cernebat. Et
idcirco oīs hoc audiens cōgaudet illi, ac de eius uir-
tute lætatur, ab omniq; illā crimine decernit alienā.
Si igitur nos maligni hanc de illius ferimus cōuersio
ne īniam,intellige quanta iam benigni dei liberalita
te potiatur,quantorūq; ēt ante illum diem remune-
tionis ex ipsa pœnitentia fructū sibi congregarit bo
norū. Sicut.n.post uehementes imbres mūdus aēr, F
ac purus efficitur.ita ēt lachrymarum pluuias sereni
tas mentis sequitur, atq; trāquillitas, omnisq; illa de
peccatorū tenebris offusa caligo dissoluitur. Et sicut
ex aqua & spiritu, sic rursus ex lachrymis & cōfessio
ne purgamur,modo ne ad ostētationē istud & lau-
dem faciamus. Illa siquidē quę hmōi deflet intuitu,
magis ēt culpa digna est, quā quæ corporalis studio
pulchritudinis coloratur fucis, stibioq; depingitur.
Illas (inquam) ego requiro lachrymas, q̄ nō ostenta
tioni proficiunt, sed cōpunctioni: q̄ fundūtur occul
tē, quæq; ex illo dolore profluunt, q̄ intra cōscientię
thesaurū, & pectoris arcana celantur, q̄ per afflictas
genas nullo hominū teste uoluūtur, q̄ summo in si-
lentio & quiete desiliūt, q̄ ex intimo cordis ebulliūt,
quæ ex tribulatione & dolore nascūtur, quęq; solius
dei oculis offerūtur. Quales certè illæ erāt Annæ ali
quando lachrymæ, de qua dicitur: Labia eius moue 2.Re.1.b
bātur, uox aūt eius nō audiebatur. Solæ qdē lachry
mę emittebāt ad dominū uocem oī buccina dario
rem: & idcirco sterilitatē eius in fęcūditatē mutarūt
& quasi è duro quodā saxo agrū fertilē reddiderūt.
Si ergo tu quoq; eiusmodi lachrymas fundas, etiam

G domini tui efficieris imitator. Nā ipse fleuit, & cùm
Ioa.11.e f Lazarum suscitauit: & cùm ad expugnandā respice-
Luc.19.f ret ciuitatē. Sed etiā tunc profecto, cùm de Iudę pro
ditione simul ac perditione turbatus est. Itaq; flentē
qdē illum frequenter inuenias, nunquan uerò riden
tem, sed nec leuiter saltē subridendo gaudentē. Nul-
Act.20.f lus. n. hoc Euāgelista memorauit. Nā quòd & Pau-
lus fleuerit quidē, & per triēniū noctibus id fecerit
ac diebus, & alij de illo, & ipse de seipso testatur.
Quòd uerò riserit, neque ipse usquā, neq; de eo qui-
spiā alius ostēdit. Sed nec ullus sanctorū, uel de seip-
so uel de alio quopiā, tale quid aliquādo significas-
Ge.17.c se narratur. De sola sanè Sara legimus hoc dictū, sed
& 18.b illico dei uoce correpta est. Et de filio Noe, sed pro-
Ge.9.c d pter illū risum seruus factus est ex libero. Et hęc dico
nō ut risum prorsus abscindā, sed ut dissolutionē pe
nitus extinguā. Cuius etenim rei gratia in cachinnū
solueris, & defluis, q tātorū tibi spotē factus es causa
mœrorū? ante tribunal Christi illud staturus terribi-
le, & summa cū examinatione rationē pro cūctis ac-
tibus redditurus, cū utique nō de his solū iudicādi
H simus, quæ uolūtate, atq; proposito, sed ēt quę coa
Mat.10.d ēti aliquādo cōmittimus. Qui enim, inquit, negauerit
et Luc.12 me coràm hominibus, negabo & ego eū corā patre
a. meo. Et certè plerūq; contingit ut extorqueatur ali-
cui negatio dei, sed tamē nō effugit ista supplicium.
Nā pro hac quoq; pœnas luemus. Nec de his tantū-
modo puniēdi sumus, quæ sciēdo peccamus, uerū-
etiā pro illis quæ ignorādo cōmittimus. Nihil, inquit,
1. Cor.4. a Apostolus, mihi cōscius sum, sed nō in hoc iustifica
tus sum. Et hoc dixit ille, qui conscientiā suā iugiter
Ro.10.a pōderabat, quicq; maximā sciētię luce refulgebat. Te
stimoniū, inquit, illis perhibeo, quia æmulationē dei
habent, sed nō secundū scientiā. Veruntamē hoc eis
ad purgationē omnino nō sufficit. Sed & Corinthijs
2. Cor, 11. a scribens: Timeo, inquit, ne sicut serpēs Euam seduxit
astutia sua, ita corrūpantur sensus uestri, & excidāt à
simplicitate q̄ est in Xpo Iesu. Pro tantis igitur pec-
catis pœnas datur⁹, securus tui sedes, miserabili risu,
Iugēdisq; facetijs te simul aliosq; dispergēs, & de so-
la delitiarū uoluptate solicitus, bona æterna cōtem-
I nis. Si ergo inquis, ista nō fecero, sed ad luctū fuero
lachrymasq; conuersus, quē tandē fructū capessem?
Profectò maximū & oīno tantū, quantū sermo ex-
plicare nō sufficit. In secularibus enim iudicijs, quan-
Luc.6.c tumlibet post acceptā sententiā lamēteris & lugeas,
non tamē effugies flendo suppliciū: hic uerò si toto
corde ingemueris ad deū, soluisti repētē sentētiam,
ueniamq; meruisti. Idcirco multa nobis de luctu lo-
quitur Xps, & beatificando lugentes, & miserādo ri
dentes. Non enim in unū propterea sæpius conueni
mus, ut indecētibus cachinnis resoluamur: sed ut ge
mamus potius, & regnum ex hoc gemitu hęreditemus futurū. Nā tu quidē si cōspectui terreni regis as
sistas, nec subridere prorsus audebis: ipsum uerò an
gelorū dominū habens ubiq; præsentē, nō ei cū tre-
more assistis, maximaq; reuerētia: sed etiā illo & ira-
scente tu rides, nec uides quòd amplius hinc eū cō-
moueas, quàm peccando cōmoueras. Neque. n. ita
peccātes auersatur deus, quā eos qui post peccata se
curi sunt. Et tamē inueniūtur quidā tam insensibi-
les prorsus, ac ferrei, ut post hæc etiā dicant: mihi ue
rò utinā haud unquā flere contingat, sed præstetur
mihi potius à deo ludere oī tēpore, & ridere. Quid-
nā, obsecro, tali inueniatur mēte puerilius? Nō enim
deus dat ludere, sed diabolus. Audi igitur quid passi K
fuerint aliquādo ludētes. Sedit, iquit, populus mādu Exo32.d
care & bibere, & surrexerūt ludere. Tales erāt quon-
dā in Sodomis, tales etiā tempore fuere diluuij. Nā
& de illis dominus ait: Quoniā superbia, & saturita-
te panum, & diuitijs affluebāt. Illi quoque q Noetē Eze.16.f
pore, cùm per tōt annos fabricari arcam uiderēt, fu
giebant omnē cōpunctionis dolorem, & malè blan
dæ tantū lętitiæ seruiebant, nihil omnino erant pro
uidi futurorum: & propterea subita oēs illos mersit
pœna deluuij, factūq; est toti⁹ orbis commune nau
fragiū. Noli igitur hæc à deo poscere, quæ accipis à
diabolo. Dei siquidē est humiliatā dare animam, tre
mentē, pressam, pudicā, pœnitentē, atq; cōpunctā.
Hæc. n. sunt dei munera: quia & nos talibus potissi-
mū indigemus. Imminet nanq; nobis grande certa-
men, & aduersus inuisibiles lucta uirtutes, aduersus
spiritualia nequitiæ, & contra huius mundi principa Ephe.6.c
tus & potestates pugnādū est: ac studēdū, & semper
optandū, ut ferū illum superemus exercitum. Quòd
si rideamus atq; ludamus, iugem desidiam cōfouen
tes, facillimè ante pugnā quoq; proprio corpore uin L
cemur. Nō est nostrum ergo assiduè ridere, resolui
cachinnis, molliri delitijs: sed eorū potius, & earum
quæ spectantur in theatris, quæ in lupanarib⁹ inqui
nātur, eorū qui ad hoc sunt facti parasitorū & adu
latorū. Nō est, inquā, hoc eorū qui ad æternū regnū
uocati sunt, quiq; in cœlesti illa ciuitate cōscripti, nō
est spiritualia arma gestantiū: quod certè propriū est
diabolo militātiū. Ille enim est ille, qui etiā in artem
iocos, ludosq; digessit, ut per hęc ad se traheret mili
tes Christi, uirtutisq; eorū neruos faceret molliores.
Propterea in urbib. ēt theatra cōstruxit, & illos risuū
ac turpiū uoluptatum incētores parauit, quos absti
nentiæ quoq; adiumēto fecit his artibus aptiores, ut
per illorū sanè famē uniuersas prorsus urbes cōmu-
ni peste corrūperet. Quæ nos fugere præcipuè bea-
tus præcipit Paulus, suadēs ut & stultitiā, & scurilita- Ephe.5.a
tē à nobis longius repellamus: ex qbus risus multo
perniciosior est, multoq; deterior. Quādo. n. mimi il
li atque ridiculi, blasphemū ac turpe qd dixerint, tūc
potissimum quiq; stolidiores soluūtur in risum: inde M
applaudētes magis, unde etiā illos lapidib⁹ exagita-
re debuerāt, qui fornacē sibi ignis horribilis ex huius
modi uoluptate succēdūt. Qui enim laudant ista di
centes, ipsi eis hæc exercere persuadēt, & idcirco ipsi
potius propter hęc merētur subire supplicium. Si enim
nullus esset taliū spectator ac fautor, nec essent qdē
qui aut dicerē illa, aut agere curarēt. Quando uerò
uos cernūt, & artes proprias, & ipsa exercēdi quoti-
diani operis loca, & illū quē ex his paratis quęstū, &
prorsus oia simul uanissimi illius spectaculi amore
deserere: auidiori & illi ad hęc intētione rapiūtur, stu
diumq; his maius impendūt. Et hæc dico nō ut illos
à crimine uidear uindicare, sed ut uos discatis initiū
& caput iniquitatis huius uos esse potissimū, qui to-
tam prorsus diem in tam ridicula, tamque etiam per
niciosa uoluptate cōsumitis, & honestū coniugij no
men, ac reuerendū in illud negocium publicatis. Nō
enim tam ille delinquit, qui illa simulat, quā tu qui
hoc fieri iubes. Nec solū iubes, sed etiā exultatione,
risu, plausu adiuuas quę gerūtur, omnibusq; prorsus
modis hanc diabolicā confoues officinam. Quibus
iam igitur oculis domi coniugē cernis, quam ibi in
persona alterius tantæ uides iniuriæ subiacere? Quo

A modo autē nō rubore suffunderis, quoties uxoris re
cordaris, quādo eundem sexum tā fœdè ibi uideris
publicatū? Neque uerò istud mihi opponas, quòd iā
quicquid ibi fit, imitatio sit iocorū, non etiam ueri-
tas rerū. Etenim simulatio ista plurimos adulteros
facit, & multas domos subuertit. Propterea q̄ maxi-
mè gemo, quòd tam grāde malū hoc, malū esse nō
creditur: sed quod est multo deterrimū, & fauor, &
clamor, & plausus adhibetur & risus, cū in commu-
nem perniciem adulterium tam turpe committur.
Quid ergo ais, simulatio est illa, non crimen? Et pro
pterea mille illi mortibus digni sunt: quoniā quæ fu-
gere cunctæ prorsus imperant leges, ea isti nō ueren
tur imitari. Si enim adulterium malum est, malū est
sine dubio eius imitatio. Et nondum dico quantos
adulteros faciāt, q hæc adulteria simulatione cōmit
tunt, quemadmodū etiam impudentes horū imita-
tores efficiant. Nihil quippe obscœnius illo oculo, ni
hilque lasciuius, q spectare talia patiēter potest: ne di
cam libenter. Deinde quale illud est, ut cùm i platea
nudam fœminam nolis aspicere, imo neq; domi qui
B dem, sed etiam si id fortè contingat, in iniuriā tui fa-
ctum putes: quū uerò ascēdis theatrum, ut uioles u-
triusque sexus pudorē, obtutusq; proprios pariter in
cestes, nihil tibi inh onestum credas accidere? Nō e-
nim istud accipias, quia meretrix nuda est. sed qa na
tura ipsa est, idéq; corpus & meretricis, & coniugis.
Si. n. nihil in tali re esse opinaris obscœnum, qua gra
tia cū idipsum in platea uideris, à cœpto resilis incest
su, & inuerecūdia seuerius exagitas? nisi fortè credis,
eandē rem non similiter esse turpem, cùm eam sępa
ratim cernis, & cū omnes consentientes aspicias. Ve
rū istud risus est prorsus, ac dedecus, & extremę om
nino uerba demētię: potiusq; ē luto atq; cœno om-
nem suā turpare faciem, quàm tantæ spectaculo fœ
ditatis. Non enim ita cœnū oculis noxium est ut im
pudicus ille uultus, & nudatæ meretricis aspectus.
Audi igitur qd iā à principio generi hominū nudita-
tē induxerit, & uel hoc pacto turpitudinē illam me-
tue. Quid igitur nudos fecit homines? inobedientia
Ro.1.c.et & diaboli consilium, tā hoc illi iam à principio sem-
Ephe.5.a perq; studio fuit. Verū illos quidem cū nudi essent,
C puduit tamē: uos eā rem laudi ducitis, iuxta illud a-
postoli, gloriam in turpitudine ponētes. Quonā igi-
tur te pacto deinceps aspiciet uxor à tali fornicatio-
ne redeuntē? quemadmodū susципiet, & alloquetur
tā indignè naturæ muliebris conditionē sexūq; fœ-
dantem, atque à tali spectaculo captiuū seruūq; re-
deuntem mulieris fornicantis? Si igitur hæc audiētes
doletis, maximas gratias uobis agere me, & debere
cōfiteor. Quis est. n. qui me lætificat, nisi qui contri-
statur ex me? Ne igitur desinatis super huiusmodi li-
cētia gemere, ac sępius remorderi. Hic. n. dolor fiet
nobis conuersionis ad meliora principiū. Propterea
& ego sermonē uehementius presi, ut altiore qua-
dā incisione ab eorū uos, per quos inebriamini pu-
tredine liberarem, atque ad purā reuocarem animi
sitis, omnes nos potiri contingat, gratia & misericor
dia domini nostri Iesu Christi, cui gloria cū patre &
sancto spiritu, in secula seculorum, Amen.

Homilia septima ex cap. secundo.

T cōgregās omnes principes, & scribas populi sci-
e *scitabatur ab eis ubi Christus nasceretur. At illi*
dixerunt, In Bethlehem Iudæ. Vidisti certè, ut

sermo superior ostendit, cuncta omnino quæ facta D
sunt ad redargutionē proficere Iudęorū: q priusquā
Christū uideret, ac ueneno inficerētur inuidię, sim-
pliciter de illo testimonia prędicta recitabāt: ubi ue-
rò aspexerunt gloriā eius de miraculis coruscantē, li-
uore corrupti, supprimunt ueritatem. Sed illa p hæc
potius cūcta crescebat, & ab ipsis, quoq; iuuabatur
inimicis. Considera uerò hoc loco ēt quā improuisa
quamq; miranda proueniant: quādoqdē & uicissim
docent, & mutuo à se aliquid addiscunt, Iudæi. s. &
Persæ. Nam Iudæi quidem à magis audiunt, quoniā
stella eū à regione Persidis p̄dicarit: Magi uerò à Iu-
dęis discūt, quoniā ipsum Iesum stella mōstrauerit,
ut prophetę antè prędixerāt. Quę certè interrogatio
nis occasio, fit diligentioris materia doctrinę. Ipsi q
dem ueritatis inimici, pro ueritate cogūtur legere li-
teras, & prophetiam de Christo nescientibus inter-
pretari: licēt nō eā omnino totā uoluerint publicare.
Cùm enim dixerint, quia ex Bethlehē processurus es
set qui regeret Israel: nequaq̄ tamē id quod sequitur,
addiderūt, in adulationē profectò regis: ut ad huma
nę gratiæ lucrū, ueritatis damna proficerēt. Quid ue E
rò istud erat? Et egressus, iquit, eius à diebus ęternita Mich.5.a
tis ab initio. Et cuius, inquies, rei gratia, si ide erat (ut
prędictū est) aduēturus, aliquātō tępore i Nazareth
moratus est, p quod ēt obscurauit prophetiæ ipsius
ueritatē? Quinimmo nō obscurauit, sed magis etiā,
si cōsideres, reuelauit. Hoc. n. ipsum quod in Naza-
reth semper mater habitarat, quę illū in Bethlehē ge
nuit, ratione & prouidētia rē ostendit impletā. Et id-
circo non continuò ut natus est, in ciuitatē suam ue
nit, sed in Bethlehē quadraginta est remoratus die-
bus: ut his q diligētius uellēt de ipso cūcta rimari, oc
casionē inquisitionis ingereret. Etenim multa erant
quę manifestū efficerēt quod latebat, si modo illi in
uestigare uoluissent. Siqdē uenientibus propter illū
ab extremo Oriente magis, totus oīno populus in
admirationem suspensus est: sed etiā rex ipse cum po
pulo, & propheta i mediū quasi testis adductus est,
factaq; est magna cuiusdā pompa iudicij. Sed & alia Luc.2.e
quoque plura tūc gesta sunt, quæ Lucas diligēter cū
cta cōtexuit, proferēs & Annæ uiduæ, & Symeonis
iusti, & Zachariæ sacerdotis, & angelorū psallentiū, F
& pastorū exultantium cōsonas de pueri maiestate
sententias: quæ omnia satis erāt idoneam præstādi
occasionē, ut quod factū fuerat disceretur. Si enim
Magi à Perside uenientes, non ignorauerūt eum in
quo est ortus locū: quanto magis qui ibidē conuer-
sabantur, discere uniuersa potuerūt? Ostēdit se igitur
ab initio ortus sui multorū mirabilium testimonio.
Quia uerò illi uidere tam lucentia noluerunt, per ali
quantum se quidē tępus occultauit: sed rursus alio
semetipsum demōstrauit modo, & quidē multo cla
rioris testimonio potestatis. Nō enim iam illum Ma
gi, non stella, non angeli: sed pater ipse cœlitus prędi
cauit. Nam cū ad Iordanis fluenta cōsisteret, super- Matt.3.d
uenit & spiritus sanctus, uocem illam patris super ba Luc.e.3.e
ptizati caput deferēs, & Ioannes omni cū libertate &
sermonis multitudinem ad se uenientium cohortā- Ioan.1.d
do, totā omnino Iudæam, habitabilia loca atq; de-
serta, lumine huius prędicationis implebat. Testimo
nium quoque erat magnū signorum: nam & terra,
& mare, cūctáque omnino creatura, clarissima pro
Xpo uoce resonabat. Ipso quoque uirginalis partus Mat.8.et
tępore ea sunt facta miracula, quæ abundè possent Mar.4.d

G maiestatē demonstrare nascentis. Ne enim dicerēt, ignorauimus, q̄do & in qua regione sit natus: & illa de Magis ipleta sunt, & alia (ut diximus) plurima, ut nullus prorsus excusationis relinqueretur color, q̄ id quod impletū fuerat inquirere uoluissent. Porrò cō-

Mich.5.a sidera ipsam prophetæ diligentiam. Nō enim dixit, quòd in Bethlehē permānsurus esset: sed ex Bethlehē procedet, inquit: ut signāter prophetasse uideatur, illū ibi tantummodo nasciturum. Quidam enim impudēter audaces aiūt, de Zorobabel hæc fuisse prædicta. Sed qua tandē istud ratione defenditur? Non enim huic cōpetit, ut egressus eius à principio ex diebus æternitatis esse dicatur. Quomodo autē saltē il

1.Esd.3.c lud quod antè dictū est, ex te exiet dux: de Zorobabel poterit conuenire, q̄ nō in Iudæa, sed in Babylone ortus doceretur? Vnde ēt ipsum nomen accepit, quia scilicet ibi sit in sobolē seminatus? Quicūq; habent Syri sermonis peritiā, intelligūt profectò quod

Zorobabel. loquimur. Supra hæc uerò quæ diximus, etiā exitus ipse rerum, p dicti de Christo testimonij asserit ueritatem. Quid enim dicit? *Nequaquā minima es in principibus Iuda.* Causam quoq; quæ illam magnam, atq; illustrem faceret, adiungens: *Egredietur*, inquit, *ex te dux.* Nemo enim alius oīno, præter Christum, claram illam fecit, nobilemq; regionē. Post illum siqui-

H dem inusitatū admirandumq; partum, ab extremis usque finibus mundi ueniunt ad uisendū illū tugurij ac præsepij locū. Quod certè olim propheticus sermo signauit, dicens: Nequaquā minima es in principibus Iuda. Id est iter tribuū principes. Hoc uero dicens, Hierusalem quoq; pariter cōprehēdit. Sed nec sic quidem Iudæi intendere uoluerūt, & certè cū maxima ad illos deferretur utilitas. Idcirco. n. inter initia nō tam de dignitate illius loqui prophetæ iducūtur, quā de beneficio, quod in eos maximū confere bat. Nā & cùm uirginis partus instaret: Vocabis, inquit, nomē eius Iesum: & intulit, dicens: ipse enim saluum faciet populū suū à peccatis eorū. Et Magi qui dē, nō ubi est q natus est filius dei: sed, natus est, inquit, rex Iudæorū: hic quoq; propheta nō dixit, ex te procedet filius dei: sed dux, inquit, q reget populū meum Israel. Oportebat siquidē cōdescensorio & humiliore iterim sermonis ingressu institui prædicationis exordia, ne tāti adhuc mysterij animos rudes, subitò patefacta ueritas in scādalum concitaret. Et id circo ea magis quæ ad salutem ipsorū pertinēt præ-

I dicantur, ut ad suscipiēdum interim regē beneficio sibi blandiente cōcurrant. Quęcunq; igitur prima testimonia proferuntur, & quorum statim post natiui tatē tps erat, nihil de illo præcipuum dicunt, nihilq; sublime, nec oīno tale aliqd, quale posteaq̄ processit in medium, ipsa clamabant documenta signorum. Illa qppe de potestate eius & certius loquūtur, & clarius. Cū. n. post mirabilia quæ fecit innumera, hymnos in illum pueri canerent, illud ei propheticum coaptātes: Ex ore infantiū, & lactentium perfeciſti laudē: & rursus: Quoniā uidebo cœlos tuos opera digi-

Psal.8.a *Ibidem* torū tuorum: proculdubio creatorem illum omniū esse clamabant. Illud ēt testimoniū: quo eius in cœlū signatur assumptio, æqualitatē cū patre ostēdit. Dixit, inq̄t, domin⁹ domino meo, sede á dextris meis.

Psa.109.a. Esaias uerò ait, Quoniam qui exurget, reget gētes: in eum gentes sperabūt. Quomodo autē dixit, Bethlehē nō esse minimā in principibus Iuda? quia profectò nō oī Palæstina tanti, sed uniuerso prorsus orbe fa-

Esa.11.c

ctus est ille uicus illustrior. Sed ad Iudęos uidetur in K terim sermo aspicere, & idcirco subiūxit, *Qui reget populū meū Israel.* Cùm certè totius sit orbis rector esse ctus: sed, ut dixi, nolēs interim offendere Iudæos, ser monē de gētiliū uocatione celauit. Et quemadmodū, inquis, rexit populū Iudæorū? Et istud qdē propriè factū est: sed hic tamē Israel illos appellat oēs, q ei ex Iudæorū & gentilium populo crediderunt. Et *Rom.9.* hoc interpretans Apostolus, aiebat: Nō. n. oēs qui ex Israel, hi sunt Israelitæ: sed quicunque per fidē repromissionis nati sunt. Si uerò nō oēs regit: uocatorum crimē est, nō uocātis. Cùm oporteret enim illos adorare cum Magis, & glorificare deū, quia tale iam tēpus instat in quo illorum oīa peccata soluantur: nihil nāque in hoc loco audiūt de terrore iudicij, nihil de cōminatione supplicij, sed de māsueto tātū mitiq; rectore: ex aduerso cōturbātur, atq; cōturbāt, & mille possent hæc moliuntur insidias. *Tunc Herodes*, inquit, *clām uocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis.* Puerum proculdubio interficere cupiens: q̄d nō stultitię solū sed ēt furoris indiciū est. Nā & illa q̄ facta sunt, & illa quę dicta, satis idonea erāt L q̄ ab omni illum possent deterrere conatu. Nō. n. ex hoībus erant illa q̄ natum esse regem docebant. Siquidem & quòd stella Magos ab Oriente uocauit, & quòd hoīes Barbari longinquę subierunt peregrinationis laborem, mō ut adorarēt in pannis atq; in p̄sepio collocatum: quòd oīm propheta oīa ista p̄dixit, aliaq; eiusmodi longè maiora erāt q̄ ut secundum hominum potestatem fieri crederentur: sed illum tamen nihil horum oīno cōpescuit. Tale quippe est initiū malignitatis, ut à nullo impulsa plerūq; sese ipsa p̄cipitet, & q̄ sæpe absq; effectu operis, ærūnosa & impossibilia gestit efficere. Considera ergo uecordiam singularem. Si. n. prophetiæ ipsi crediderat, eamq; inuictā putabat, clarum erat illum aduersus ipossibilia conari. Si uerò minimè credebat prouentura esse, q̄ tāto antè p̄dicta sunt, nec sibi timere debuit, nec puero insidiari. Ex utroq; igitur frustra susceptus dolus iste conuincitur. Sed & quòd sperauit Magorū labefactari posse scientiā, ad eandē mētis spectat insaniam. Erat enim extremę oīno uecordiæ, ut se crederet à Magis potius adorādum, quā illum M in cuius uix dū nati honorē tot regionū itinera confecerant. Si enim prius etiam q̄ uiderāt ita sunt in desideriū eius effusi, iā cùm in cōtemplatione ipsā prophetæ essent p̄dictione firmati: qua nā illos rōne futuros credebat pueri proditores? Et tamē cū tā multa sint, q̄ illum possent á noxia intentione deducere, conatur nihilominus cupita cōplere. Siquidē clā uocatis Magis scisciabatur ab eis. Existimabat. n. Iudæos pro pueri salute solicitos, nec in tātū illos furoris erumperc, ut protectorē & saluatorē suū, & ad liberationē illius gentis ortum, uellent tradere manibus persequētis. Idcirco secretè Magos uocat, ac soli citè tēpus iquirit: nō pueri, sed stellæ: & crudelissimę uenationis auidus, multo cū ambitu tēdit insidias. Consequēti uerò rationē colligitur, stellā ipsam ante multū apparuisse tēpus. Quia. n. Magi plurimi erant itineris longinquitate remorādi, neque poterāt mox nato puero assistere, quē ut mirabilius rei dignitas e luceret, pānis adhuc infantiæ colligatū oportebat adorari, ante multū tempus eū stella demonstrat. Si enim quādo puer natus est in Palæstina, tūc illis stella apparuisset in Perside: plurimum in itinere tēpus

terentes,

A terentes, nequaquam illū adhuc in pannis inuenire potuissent. Quòd si à biennio, & infra, Herodes pueros interfecit, non mireris. Siquidem conueniens in eundem tyrannum pauor & furor, pro abundantia cautionis, & licentia persecutionis, maius ēt tempus includit. ne quis profectò eius ætatis, & fortè is potissimum pp quē alij interimuntur effugiat. *Cum igitur eos uocasset: euntes*, inquit, *interrogate diligenter de puero, & cum inueneritis, renunciate mihi, ut & ego ueniens adorem eum.* Nempe cōsiderastis stultitiæ mistū dolū tyranni. Si. n. hæc uerè dicis, qua tandē ratione ductus latēter interrogas? sin aūt ut fraudē specie cōsilij tegas: hoc ipso non caues, quòd clam de puero interrogas, dolū tuum à Magis sacris deprehēdi? Verum, ut paulò antè præmisimus, anima semel malignitate capta, stultior cunctis efficitur. Non aūt dixit, Eūtes discite de rege nato: sed, de puero, inquit: ita ei etiā nomen potestatis inuiderat. Sed Magi præ multa erga regē reuerentia, nihil mali penitus suspicantur. Non. n. opinabantur, quòd in tantū maligni

B tatis ille prorūperet, ut tam admirabili dispēsatione nato moliri auderet insidias. Proficiscūtur itaq; nihil horū penitus sentientes, sed ex propriæ simplicitate mentis ēt cæteros æstimātes. *Et ecce stella quam uiderant in Oriente, præcedebat eos.* Propterea. n. aliquādiu fuerat abscondita, ut amittētes subitò itineris sui ducem, interrogare Iudæos de puero cogerētur, remq; in notitiam omniū publicarent. Postq̄ uero interrogauerūt, & ipsos pueri inimicos ad cognoscendā dignitatē eius habuerunt magistros, stella eius rursus apparuit. Sed cōsidera mirabilē prorsus ordinem rerum: à Perside illos usq; Hierosolymā stella deducit, post stellā susc ipit eos populus Iudęorū, & rex Herodes, qui adducit prophetā, id qd illis apparuerat prædicantē. Post prophetā uero rursus dirigūtur ad stellam, & ab Hierosolymis in Bethlehē ipsa ducente pueniunt. Ibi iam excipiuntur ab angelo, ac de oībus instruūtur: inde quoq; redeuntes, adhuc stella comitatur. Hinc euidēter addiscas, quia nō unū erat hoc sydus è cæteris. Nulla quippe hanc habet stella naturam. Neq;. n. ibat pp Magos tantūmodo, sed prębat quodāmodo apprehensa manu trahēs eos, uiamq; C demonstrans, lucente prorsus die, ac sole rutilāte. Et quidnā opus erat, inquis, hoc sydere, cū certè iam uicus ille fuisset repertus? Absq; dubio ut uideretur & puer. Neq;. n. erat præterea quicquā quod illū posset ostendere, cū nec esset ipsa quicquā quod illū posset ostendere, cū nec esset ipsa domus cōspicua, nec mater quasi clara quædā celebraretur, ac nobilis. Opus igitur fuit stella, q̄ super ipsum prorsus tugurij culmē insisteret, pp quod & ab Hierosolymis proficiscentibus rursus apparuit, nec prius à cursu suo destitit, q̄ ad ipsum p̄sepium peruenirent. Duoq; simul mirabilia iungūtur. Fuit. n. utrūq; mirandū, ut & Magi adorarēt puerū, & eos ad adorandū stella perduceret: q̄ certè talia sunt, ut ēt lapideas mentes ad lumen dei omnino attrahere queant. Deinde postq̄ supra pueri caput institit, iterum se sydus abscondit: qd ipsum maius erat q̄ ut à stella fieri crederetur, nūc uidelicet apparere, nūc occuli, secq; rursus ostēdere. Hinc proculdubio Magi quoq; incrementa fidei ceperūt. Propterea ēt gratulati sunt, quoniā quæsitum desideratumq; repererant, quoniā effecti fuerant nuncij ueritatis. Et quia nō frustra tam longæ uiæ spatia confecerant: tam ardenti quippe erga Xpm cupiditate stabant. Etenim ad locū stella peruenięs, sup ipsum

Tomus secundus.

pueri stetit caput, ostendens profectò dei filium esse D qui natus est. Cumq; ibi aliquantulū substitisset, ad adorandū adduxit, quos præcesserat ad uiandū, nō simpliciter Barbaros, sed illis longè utiq; sapientię dignitate p̄stantes. Vidēsne igitur q̄ hęc stella apparuerit necessariò? Siquidē & post prophetæ testimoniū, & post sacerdotum, scribarūq; interpretationē, illa nihilominꝰ utebantur magistra. Erubescat Marcion, erubescat & Samosatenus ille Paulus, qui nolunt uidere quod Magi uiderunt ecclesiæ progenitores. Ne quaquā sic erubuerim nuncupare eos. Cōfundatur. inquā, uidens dominū Marcion in assumptione carnis adorari: cōfundatur & Paulus, uidens non sicut hominē, quem tantūmodo hominē susp icatur. Nā quòd in carne uera sit, ostendūt panni atq; præsepe. Quia uero nō nudum. i. non solū adorent hominē, profectò declarat, quia adhuc æui rudē his muneribus honorent, q̄ offerri deo solent. Confundatur cū ipsis ēt natio Iudæorū, cernēs ad credendū in Xpm Magos ac Barbaros pręuenire, ne post illos quidem uenire sustinens. Ecce. n. quę tūc facta sunt, futurorum expressere figurā. Ab ipso siquidē dominici ad- E uentus principio declaratū est, quoniam populū illū fides gentiliū pręueniret. Et qūo nō ab initio, dices, *Mat.28.d* sed in fine ipso: Euntes docete, inquit, omnes gētes? Quia scilicet, ut paulò antè memorauimus, figura erat id quod tunc accidit, & quædā prędicatio futurorum. Erat quippe consequens, primos ad fidē Iudæos potius accedere. Quoniā uero sponte oblatū sibi beneficiū respuerunt, in contrariū uersa res est. Cæterū nec ad paruulum adorandū Magi priusquā Iudæi accedere debuerant. Nimię siquidē coarguūt tarditatis, quos iuxta ipsum oīno dominici ortus sedentes locū, post tot regionum spatia emensa prę- ueniunt: & hi qui nihil prorsus de Christo audierāt, præcurrunt eos quos ad eū suspiciendū tot prophetarū uaticinia cōcitabāt. Quia igitur domestica illa prædaraq; bona sua ignorarūt, mirū non est à Per- *Actor.13.g* sis ea esse prærepta. Quod certè dicit & Paulus: Vobis quidē oportebat primū annunciare uerbū dei, sed quoniam uos indignos iudicastis, ecce conuertimur ad gentes. Etsi igitur antea permanebant incredduli, tamen postq̄ idipsum à Magis audierunt, cōfestim ad Christū debuerunt aduolare. Sed utiq; no- F luerunt, & propterea istis dormientibus illi peruenerunt. Imitemur igitur nos saltē deuotionē Magorū, ueroq; amore philosophiæ barbarā cōsuetudinem subiugemus. Lōgo itinere curramus, ut Xpm uidere mereamur. Nā & illi, nisi procul regione propriā reliquissent, nequaquam utiq; Christum uidere potuissent. Recedamus igitur à terrenis negocijs, atq; curis. Etenim Magi illi cū adhuc morarētur in Perside, stellā uidere tantūmodo: quia uero à Perside recesserunt, solē ipsum aspexere iustitiæ: qui certè nec stellā quidē ipsam tandiu uidere meruissent, nisi citò à Perside fuissent profecti. Surgamus ergo ēt nos, & licet oēs resistant, nos, tamē alacres, & prōpti ad pueri accurramus domū. Et si rex, & si populus, & si tyrannus huius uelint cursum itineris impedire, nequaquā tamē accensi desiderij extinguamus ardorē. Sic enim oīa aduersa calcabimus: quoniā & illi nisi uidissent puerū, nec periculū q̄d intētabatur à rege, uitassent. Prius. n. q̄ puerum cerneret, undiq; illis opponebātur timores, cōturbationes atq; discrimina, postq̄ uero adorarūt, securitas & trāquillitas subsecuta est.

G Nec iam ſtella eos, ſed angelus ſuſcipit: quia. ſ. adorā
do facti fuerant ſacerdotes, cū ſupplicatione ēt mu-
neribus oblatis. Et tu itaq; Iudaicum populū repu-
gnantē, urbem uacantem, inſidiantē tyrannū, & fal
lacem iſtius ſeculi umbram relinquens, in Bethlehē
feſtinus accurre, ac domū ſpiritalis panis ingredere:
Et ſi enim paſtor fueris, i diuerſorio puerū uidebis.
Et ſi rex fueris, nec tamen deuotus aduenerit, nihil
oīno proderit purpuræ fulgore circundari. Et ſi Ma
gus fortè ſis, nihil te ad hunc regē introire prohibe-
bit, Modo ut adoraturus, atq; honoratur⁹ dei filiū,
& nō quaſi cōculcaturus aduenias: modo ut hono-
rem ipſum cum gaudio ac tremore offeras: poſſunt
enim utraq; hæc pariter conuenire. Sed caue ne Hero
di efficiaris ſimilis, & dicas ut & ego ueniens ado-
rem eū: cūq; ueneris. interimere coneris. Huic etenim
ſimiles ſunt, qui indignē abutūtur cōione myſterij.
1.Cor.11.f Reus eſt. n. inquam, iſte corporis & ſanguinis domi
ni. Qui. n. eiuſmodi ſunt, habent in ſe tyrannū, & re-
gno Chriſti iugiter inuidentē, lōge ſanè Herode illo
nequiorē, mammonam. ſ. Hoc. n. in homines tenere
H imperiū geſtit, ſuoſq; cultores ſimulat, & mittit ad
Chriſtū, ut ſpecie quidē adorare uideantur: quantu
uero in ipſis eſt, interimūt eū, quem adorare ſe ſimu
lant. Timeamus igitur, ne quando ſpeciem ſupplicū
atq; adorantiū geramus, opere uero exiſtamus ini-
mici. Igitur adoraturi Xpm cūcta proijciamus è ma
nibus. Si habuerimus aurū, offeramus ipſi, nō terræ
defodiamus. Si. n. illi tunc Barbari in honorē tantū-
modo domini obtulerunt libenter aurum: qualis tu
eris, ſi ei non tribuas indigenti? Illi tam longo itinere
cucurrerūt, ut natū uiderent. tu uero qua tandē fatiſ
factione poteris abſolui, qui ne breuis quidē plateæ
ſpatiū tranſis, ut uiſites ægritudine afflictum, & uin
ctum catenis? Et certè ſolemus ægrotantiū, atq; uin
ctorū, & uaria horrentium debilitate miſereri: tu ue-
ro ne erga dominū quidem tuum, & eum qui tā to-
rū tibi eſt author bonorū, hoc permoueris affectu?
Et illos quidē aurū legimus obtuliſſe, tu uero panē
ipſum uix tribuis. Illi uiderunt ſtellā, atq; lætati ſunt:
tu aūt ipſum aſpiciens Chriſtū peregrinū nudumq;
non flecteris. Quis. n. ueſtrum, qui innumeri eſtis
I Chriſti beneficijs obligati, tam longinquæ pp eum
arripuit expeditionis laborem, q̄ illi barbari, imo ſa-
pientiores profectò ſapientibus? Verū quid ego de
ſpatio loquor itineris longioris, cū plurimæ fœmina
rum tāta iam animi mollitudine reſoluantur, ut niſi
aduectæ mulis, quālibet exiguo ſpatio à domibus
ſuis uenire nequeant ad uidendū dominum in preſe
pio ſpiritali? Sed ex his quoq; qui certè ambulandi la
borem ferunt, alij ſecularium negociorū tumultus,
alij theatrales turbas ſanctis cœtibus anteponūt. Et
barbari quidē illi priuſquā Chriſtum uiderent, tam
longam exuperauerunt uiam: tu uero nec uidendo
quidē illos probaris imitari. Nam & cū eum uideris,
ita eū relinquis, ut poſt illū curras ad theatra, ac mi-
mū potius & uidere, & audire deſideres. Atq; ut ea-
dem rurſus attingā, Xpm quidē in ſpiritali ſuum pre
ſepio derelinquis, properas uero iacentē in ſcena ſpe
ctare meretricē. Hoc aūt quibus tandē putamus di-
gnū eſſe ſupplicijs? Reſpōde obſecro, ſi ſe quiſpiā in-
troducere te polliceretur ad regē, & oſtenderet tibi
illū undiq; coruſcātē, atq; inter uarios pōpe ſuæ or-
natus ſedentē, putāsne theatrale ſpectaculū aulicæ
præponeres dignitati, cū certè ne hinc qdē tibi aliqd
cōmodū quereretur? At uero ex hac menſa ſpiritaliū K
fons emanat bonorū, & hanc tu ſtatim relinquens
curris ad theatrū, ut natātes fœminas, & ſexū illū pu
blicis oculis intuearis expoſitū: ut (inquā) iſtud aſpi-
cias, ſedentē iuxta donorum cœleſtiū fontem Xpm
relinquis. Nā & modo ſuper fontem ſedet, non unā
Samaritanā, ſed uniuerſam alloquens eccleſiam. Ve- Io.4.a.b
reor aūt, ne in me quoq; Samaritanæ tantum loqua
tur. Nam & nunc ei nullus aſsiſtit, niſi hi qui ſolis aſ-
ſunt fortè corporibus, alij uero ne ipſis quidē profe-
ctò corporibus. Tu tamen hinc nequaquā recedas,
ſed potius permane, potumq; à nobis pete: nō utiq;
aquæ poculū, ſed ſanctificationis hauſurus. Sanctis
enim Xps ſancta diſtribuit. Non. n. aquā de hoc no-
bis fonte largitur, ſed ſanguinē uiuū, qui q̄q̄ ad mor
tis dominicæ teſtimoniū ſumitur, nobis tamē cauſa
fit uitę. Tu uero relinquis huius ſanguinis fontē, cali
cemq; reuerēdū, & ad diabolicū illū locum feſtinus
accurris, ut. ſ. ſpectes meretricē natantē, & naufragiū
animæ repentè patiaris. Aqua quippe illa pelagus
quoddā eſt immane luxuriæ, quo nō corpora ſub-
merguntur, ſed naufragium infertur animabus. Nā L
illa quidē in medijs aquis nuda ludit natatu, tu uero
de ſublimi ſpectans gradu, in libidinis profunda de
mergeris. Huiuſmodi. n. diaboli retia, non tam in illā
deſcendentes aquā, ibiq; ſe uolutantes capiunt, quā
ſurſum ſedentes. Multo quippe hi ſæuius ſuffocātur, Exod.14.
quàm Pharao ille quondam cū curribus ſuis, equiti b.c.
busq; ſubmerſus eſt. Iam ſi aliquo fieri poſſet mo-
do, ut uobis illis ſupernatantes undis animas oſten-
derem, haud profectò aliter apparerent, q̄ Aegyptio
rum illa in fluctibus corpora uoluebātur. Sed illud
eſt multo utiq; periculoſius, quòd tantam illā perni
ciem nominant uoluptatē, & imane illud perditio-
nis pelagus. Euripū delectationis appellant: cū certè
facilius aliquis ac tutius Aegeū mare tranſeat, atque
Tyrrhenū, q̄ illius ſpectaculi horrēda diſcrimina. Nā
primò quidem per totam noctē omni expectatione
nimis anxia, talium diabolus corda ſolicitat: deinde
id quod tam cupidè fuerat expectatū oſtendit, quo
cōtinuò eos ligat, ducitq; captiuos. Neq; enim ſi mi- M
ſtus meretrici non es, immunem te putes eſſe pecca
ti, cum totū illud uoluntate cōmiſeris. Nam ſi ab hu
iuſmodi concupiſcentia poſſideris, ingenti flamma
profectò ſuccenderis. Sin uero hęc aſpiciendo nil pa
teris, culpæ nihilominus teneris obnoxius, factus. ſ.
ſcandalū cęterorum, & taliū adhortatio uoluptatū,
tuamq; faciem ipſe cōfundis, animamq; cū facie. Ve
rum ne ſola tantū agere caſtigatione uideamur, iam
correptionis remedia ſuggeramus. Quiſnā ergo hic
eſt emēdatiōis modus? ueſtris uos trado eruditēdos
coniugibus, cū certè oporteret, ſcdm Apoſtolū, uos
potius eſſe uxorū magiſtros. Quia uero per peccatū 1.Co.11.A
ordo conuerſus eſt, & corpus quidē ſuperius, caput
uero inferius effectum, hac ſaltē uia ad honeſta redi
re nō pigeat. Quòd ſi magiſteriū mulieris erubeſcis:
peccatum fuge, & citò poteris in thronum doctoris
aſcendere, qui tibi ordinatus eſt à deo. Quandiu ue
ro peccaueris, nō te ad mulierem tantum, ſed ēt ad
irrationales animantes, & uiliſsimas ſcriptura tranſ-
mittit. Neq; enim erubeſcit animal rationis honore do-
natū, apis atq; formicæ diſcipulū facere: nec tamen
ſcripturę culpa eſt, ſed eorū qui nobilitatē propriam
perdiderunt. Hoc ergo & nos facere curabimus. Et
nūc quidē te mulieri aſsignamus docendū: ſin uero

A illius monita contempſeris, ēt ad irrationaliū te ma
giſterium relegabimus. Oſtendemus enim quāti te
alites, ac piſces, q̄ multa ēt pecorum genera, atq; re-
ptilium, honeſtate & caſtitate præcedant. Quòd ſi
eiuſmodi animalibus te cōparari pudeat, regredere
ad propriæ nobilitatis inſigne, & immēſum illud ge
hennę pelagus, flumenq; igneū fuge. i. peſtiferā illam
piſcinam theatri. Hęc eſt enim, q̄ ſpectatores ſuos in
flammeum illud pelagus mergit, queq; profundum
illius ignis accendit. Si. n. ille qui abſq; his quoq; irri-
tamentis uidet fœminam, interdum tamen ad con-
cupiſcendū trahitur, & tantūmodo concupiſcendo
mœchatur: qui nō ſolū uidet, ſed ēt totam omnino
nudam ac laſciuientem uidet, qui nō millies libidi-
nis captiuus efficitur? Haud ita illud, quod ſub Noë
legimus diluuium fuiſſe, hominū extinxit genus, ut
natatrices iſtæ oēs prorſus ſpectatores ſuos multo
cū dedecore ſuffocāt. Siquidē ille tunc imber etiā ſi
mortem intulit corporū, uitia tamen ſimul deleuit
animarum. Hæc uerò aqua diuerſum manētibus in
uita corporibus, animarum operatur interitū. Vos
B aūt ſiquidem aliquod de honore certamen oriatur,
omni ambitione contenditis, ut uel uniuerſo præſi-
deatis orbi: illo. ſ. uobis priuilegio blādientes, quòd
hæc prima ciuitas fidelibus Chriſtianorū nomē im
poſuit. cū uero de honeſtate & caſtitate certandum
eſt, ne à uiliſsimis quidē uiculis putatis turpe ſupera
ri? Quid tu ergo, inquis, nos facere iubes? abire i mō
tes remotos, & monachos fieri? Et quid ego aliud
ingemiſco, q̄ quòd illis uos ſolis putatis honeſtam
uitam ornata, nq; congruere? Et certè Chriſtus cōia
Mat.5.d omnibus præcepta cōſtituit. Siquis uiderit mulierē
ad concupiſcendū eam, iam mœchatus eſt eam in
corde ſuo: non ſolū monacho dicitur, uerumetiam
marito. Siquidē ille tunc mons, in quo hæc Chriſtus
docebat, cunctis ferè talibus implebatur. Cōſidera
ergo theatrū, ac diabolicos refuge cōuentus, & noli
quaſi oneroſiorē culpare ſermonē. Nō. n. interdico
coniugia, nec impedio liberā uoluptatem: ſed cū ho
neſtate id fieri uolo, non cū obſcœnitate, uel crimi-
ne. Nō ego te in mōtes, ac ſolitudines ire pcipio: ſed
benignū eſſe, & honeſtū iugiter ac modeſtū, uel in
C medio ſi placet urbis habitantē. Omnia ſiquidē mā
data legis, nobis ſunt monachiſq; cōia, abſque ſola
profectò pactione connubij: q̄q̄ hinc quoq; beatus
Paulus admonet, per cuncta monachis ęquare nos
1.Cor.7.c cupiens. Tempus, inquit, breue eſt: reliquū eſt, ut &
qui habent uxores, tanq; non habentes ſint: præterit
enim figura huius mūdi. Ac ſi diceret, Nō iubeo uos
in mōtium habitare uerticibus, q̄q̄ etiam id quidem
uellē, modo ne illa opera imitarentur urbes, q̄ in So
domis uindicata ſunt: ueruntamen ad iſtud nequaq̄
impello. Permane habens domū, cōiugem, liberos,
modo noli eos ſpectatores uoluptatū efficere ince-
ſtarū, noli introducere in domū tuam peſtē theatri.
Ibidem.a Non audis Paulū dicentem: Vir ſui corporis non ha
bet poteſtatē, ſed mulier? Itaq; cōia huic quoq; præ-
cepta cōſtituit. Tu uero ſiquidē eccleſiam uxor fre-
quentat, grauiſsimus illius accuſator efficeris: ipſe au
tem totū in theatris diem exigēs, dignū te accuſatio
ne nō credis: ſed cū ſis erga uxoris pudicitiam ita di
ligens, ut ēt ſuperfluum te atq; immoderatum eſſe
nō pudeat, quippe qui à neceſſarijs proceſsionibus
ſæpe contineas illam, tibi tamē cuncta prorſus arbi
traris licere. Sed minimè hoc tibi permiſerit Paulus,
qui eandem ēt mulieri tribuit poteſtatem: Vxori, in- D
quit, uir debitū reddat. Quonam igitur modo a te Ibidem.
honoratur uxor, q̄ tam indigna ſuggillatur iniuria,
cū tu corpus qd in illius poteſtate eſt, meretricibus
copulas? Tuum quippe corpus uxoris eſt. Quę, in-
quam, illi tribuis honorē, cū tumultus ac lites in do-
mū introducas tuam, cum illa ipſa uitia q̄ obſcœnè
admittuntur in publico, domi nutriuntur licēter: cū
quotidie confundas & cōiugē uerecundantem, inui
tiſq; talia auribus audientē, imo præ cæteris temet-
ipſum hac turpitudine decolores? Multo. n. erat tace
re conſultius, q̄ tam obſcœna loqui, quæ ēt ſeruos
loquentes iuſtū eſt uerberari. Quam tu ergo ſatisfa
ctionē parabis, reſponde quæſo, qui intelligis ea ne
trāſitorio quidem aſpectu eſſe digna, q̄ tu omni ſpe
ctare ambitu cōcupiſcis: queq; etiam memorare tur
pe eſt, ea cunctis honeſtis artibus ſanctiſq; pponis?
Ne igitur uidear oneroſior, hic iam terminabo ſer-
monē. Si uero in eiſdē perſeueraueritis, acutiore ſer-
ro & altiore inciſione diſcindam: nec unquā prorſus E
quieſcam, quoaduſq; diabolicū illud diſpergā thea-
trum, ut mundus eccleſiæ cœtus purusq; reddatur.
Ita enim & à præſenti turpitudine liberabimur, & ui
tam acquiremus futuram, gratia & miſericordia do
mini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & imperium cum
patre & ſpiritu ſancto in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia octaua ex capite ſecundo.

T *cum intraſſent domum, inuenerunt puerū cum*
c *Maria matre eius: & procidentes adorauerunt*
eum: & apertis theſauris ſuis obtulerūt ei mune-
ra, aurum, thus, & myrrham. Quemadmodum igitur
Lucas ait, quòd in preſepio poſitus eſſet? quia. ſ. cum
fuiſſet enixa, ibi eum cōtinuò reclinauit. Erat. n. ual- Luc.2.a
de difficillimū uacantē reperire alicubi domū, pp cō
uentū ac frequentiam Iudęorū, quos in unū eadem
tūc deſcriptionis cauſa collegerat; quod certè Lucas
euidenter expreſsit, dicēs: Et reclinauit eum in preſe- F
pio, quia nō erat ei locus in diuerſorio. Poſtea uero
eū ſuſtulit, & in ſuo gremio collocauit. Siquidem ut
Bethlehem ingreſſa eſt, partum celeriter abſoluit: ut
hinc quoq; cauſam totius diſpēſationis agnoſceres,
quia. ſ. non fortuitu iſta, nec ſimpliciter accidērunt:
ſed ſcdm prouidentiā dei, & prophetiæ conſequētiā
uniuerſa completa ſunt. Verum quid illud eſt quod
Magis puerū adorare perſuaſerit? Nam neq; uirgo ip
ſa erat nobilis, nec domus in qua habitabat illuſtris,
nec quicquā ex his oībus q̄ uidebātur, eiuſmodi erat
quod Magis admirationem faceret, eosq; ad puerū
alliceret adorandū. At uero illi nō modo adorant,
ſed ēt apertis theſauris ſuis offerunt munera, & mu-
nera certè deo q̄ homine digniora. Thus ſiquidē &
myrrha ipſi potiſsimū congruebant. Quidnā igitur
illud eſt quod eis & domo & patria relicta, tāti itine
ris ſpatia tranſire perſuaſerit? Quod proculdubio fe-
cit & ſtella quā uiderant, & à deo donata lux, q̄ illo-
rum mentibus quaſi aliud quoddā ſydus effulſerat,
eosq; paulatim ad perfectiorē ſcientiā prouehebat.
Cum. n. eſſent cuncta alia uilia, niſi iſtud eorum ani
mos incitaſſet, nunquā profectò tātum illi honoris
paruulo detuliſſent. Idcirco nihil ibi de ſenſibilibus
iſtis grāde cōſpicitur, ſed anguſtū tuguriū, ac uile ſpe
pium, & inops mater, ut melius nuda Magorū philo
ſophia clareſceret: & ut diſcas ga nō quaſi homini tā
tum, ſed ēt deo authori omniū ſupplicarint bono-
rum, propterea nullo eorū quæ extrinſecus uidebā-

Gtur offensi sunt,sed & puerũ fideliter adorabant, & munera suppliciter offerebãt, q̃ tamen plurimũ & à Iudæorum ruditate distarent, & ecclesiasticæ philosophiæ cõuenirent. Siquidẽ scientiam isti & obedientiam & charitatẽ figuraliter offerebant: nõ oues nõ uitulos. *Respõso autem accepto*, inquit, *in somnis, ne rediret ad Herodem: per aliam uiam reuersi sunt in regionem suam.* Considera igitur ẽt hoc loco admirabilem Magorũ fidem, qui in nullum hinc scandalũ cõmouentur: sed ad cuncta obedientes permanent, atq; flexibiles, nihilq; oino turbantur, neq; ipsi secum disputant, dicentes: Si magnũ quiddã esset hic puer, & potẽtiæ aliquid obtineret, nobis adoratoribus eius qd opus esset fuga, occultusq; discessus? Cur. n. nos qui palàm ac liberẽ uenimus, nec tanti populi fragorẽ, nec tyranni furorẽ pauentes, quasi reos quosdã atq; fugitiuos angelus ciuitate propellit? Verum nihil omnino tale uel ore proferunt, uel mente cõcipiũt. Hoc est. n. fidei insigne, ut absq; cõtrouersia ulla obediãt imperanti, nec tamen mercedẽ reposcant obsequij.

H *Qui cũ discessissent, ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge, & accipe puerũ, & matrem eius, & fuge in Aegyptum.* Dignũ esse hoc loco iudico trepidationem quandam mentis fateri, & quasi metuere pro Magis, pariter ac puero. Etsi enim illi turbati nõ sunt, sed fideliter oĩa susceperunt. nos tamẽ scrutari dignũ est, cur nõ & Magi præsentes saluentur: & puer: sed illi quidẽ in Persidem reuertantur, hic autẽ cum matre in Aegyptũ trasfugiat: cũ multo potius fuisse uideatur in manus eũ Herodis incidere: nec tamen cũ incidisset latere, sed claro prorsus diuinitatis auxilio uindicari. Verum hoc modo rebus impletis, creditũ non fuisset uerè illũ suscepisse carnem, tantiq; hodie mysterij sacramenta nutarent. Si. n. etiam cũ ista facta sint, & plurima iuxta humanæ naturæ dispensata rationẽ: aliqui tamẽ ausi sunt suspicari, quoniam fabula quædã fuerit carnis assumptio: in q̃ nõ illi impietatis prærupta recidissent, si oĩa iuxta quod dignum est, propriæ uirtutis potentia egisset? Magos uero celeriter emittit, simul & Persarũ regioni mittẽs magistros, & inefficacem reddens furorẽ tyranni: ut discat sẽ imposibilia moliri, & conceptã extinguat

I inuidiã, seq; ab studio uani laboris abducat. Est aũt diuinitatis uirtute dignum, non modo cõterere inimicos, uerumetiã cum omni illos facilitate decipere! Sic. n. & Aegyptios populi sui utilitate seduxit, cumq; palàm in Iudæorũ manus illorũ posset transferre diuitias, occultè hoc magis fieri, ac decipiendo præcepit: qd certè illum apud inimicos non minus fecit, q̃ alia signa, terribilẽ. Deniq; Ascalonitę, omnesq; per circuitum alienigenæ, quando arcã dei ceperũt, percussiq; plaga, suaserunt ciuibus suis, ne aduersus dei repugnaret manum: cũ cæteris mirabilibus hoc

1.Re.6.b quoq; in mediũ protulerunt, dicentes: Quare grauatis corda uestra, sicut grauauit Aegyptus & Pharao cor suũ? Nõne postq̃ illusit eis, dimiserunt populum suũ, & abijt? Hæc uero dicebant, cũ ad documẽtum uirtutis dei signis manifestius factis, nequaquã istud esse inferius iudicarent. Id igitur ẽt in præsenti causa factum est, quod certe facilè posset tyrãno incutere terrorẽ. Itaq; considera quænam Herodem esse passum consequentia rerũ ipsa declarat: qui certè suffocari ẽt præ indignationis magnitudine potuit, cũ se ita illusum atq; irrisum doleret. Quòd si nõ est hinc melior effectus, non deus qui ista dispensauit, in cul

K pa est, sed nimia liuentis insaniã? qui ne his quidẽ cessit, quæ utiq; consolari, & à tãta eum abducere malignitate potuerunt. Sed alio rursus aditu ac malignitate ĩ ulteriora processit, ut multo grauiorẽ stultitiæ suæ reciperet ultionẽ. Et cuius tandẽ inquies rei gratia in Aegyptum paruulus mittitur? Prima quidẽ illa causa est, quam Euangelista signauit, ut impleretur, inquit, qd scriptum est: *Ex Aegypto uocaui filium meũ.* Ose.11.a Deinde ut in illa quoq; regione melioris spei ponerentur exordia: Quia. n. Babylon atq; Aegyptus prę omnibus terris flamma impietatis ardebãt, & ab ipsis statim principijs ostendit, quia utranq; emenda turus esset, & igne potius fidei succẽsurus, ex his utiq; persuadens ẽt de alijs mundi partibus speranda esse meliora. Nam Persidi quidẽ Magos remittit, ipse uero cum matre in Aegyptũ descendit. Supra uero ista quæ diximus, ẽt hinc aliquid aliud addiscitur, quod certè non ad exiguam philosophiam pertinere doceatur. Quid uero istud est? quòd ab ipsis uidelicet uitæ initijs, ad tentationes debeamus atque insidias

L præparari. Cerne igitur ab ipsis oino icunabulis Xpi, istud effectũ. Nam statim ut ortus est, cõtra eum tyrannus furit, & ipse in Aegyptũ fugit, continuoq; in montana transitur, & mater innoxia in regionẽ Barbarorũ fugatur: ut tu uidelicet hæc audiens, cum dignus fueris specialis alicuius negocij minister effici, & uideris te tribulationes uarias, & mille sustinere discrimina, nihil oino turberis, neq; tecum ratiocineris, ac dicas: Quid nam istud est, quod mihi infertur immerito? Cui certè laus potius, & corona cõgruit: quiq; esse debere clarus ac nobilis, utpote dominica præcepta perficiens. Sed ut isto munitus exẽplo uiriliter cuncta sustineas, sciens tribulationes maximas & inseparabiles quasdã comites esse uirtutũ. Perspice igitur istud non tantũ in matre pueri, ueruetiã in illis Barbaris fuisse cõpletum. Nã & illi reorũ more clàm fugiunt: & ista q̃ nunq̃ domum suam fuerat egressa, tam ærumnosum conficere iter iubetur, pp partum illum mirabilem, ac spiritalẽ laborem. Sed considera rem prorsus nouam, atq; mirificam. Palęstina insidiatur, Aegyptus recipit ac seruat eum cui tendũtur insidiæ. Non solũ quippe in filijs patriarchę, ueruetiã in ipso domino præcesserunt secutorũ figuræ. Siqui M dem multa ẽt quæ in ipso tunc facta sunt, præcinebant ea q̃ postea erant futura. Quod in asina quoq; & pullo eius impletũ est. Apparuit igitur non angelus Mariæ, sed Ioseph loquens: & quid ait? *Accipe puerum & matrem eius.* Hic iam nõ dicit, coniugẽ tuam: sed, matrem eius: quia absoluta per signum partus, & exposita suspicio est, & absq; ulla ambiguitate uir credidit liberè iam, & apertè angelus neq; filiũ neq; coniugẽ eius appellans: sed puerũ, inquit, accipe, & matrẽ eius, & fuge in Aegyptũ. Causam quoq; iungit fugæ, *Quoniam*, inquit, *Herodes quærit puerum, ad perdendum eum.* Quæ cũ audisset Ioseph, nequaquã passus est scandalũ: neq; dixit, Incerta ista res est, ac prorsus ambigua: tu paulgante dicebas, quia saluabit populũ suũ, & nunc seipsum qdẽ non põt de periculis liberare. Aut si pt, quid nobis est opus labore, ac trãsmigratiõe lõginqua? cõtraria oino sunt facta promissis. Sed horum nihil prorsus opponit. Vir. n. erat fidelis, neq; curiosę reuersionis tps inquirit, qd utiq; ab angelo nõ signatè fuerat expressũ. Sed esto ibi, inquit, usquequo dicã tibi. Verũ ille nec p ista qdẽ fact? est segnior, sed obediuit libenter, & credidit,

omnes

A omnes prorsus tribulationes cũ gaudio sustinendo. Enimuero misericors deus mœstis rebus quædam etiã iucũda permiscuit. Quod certè in sanctis oibus fecit, quos neq; tribulationes, neq; iucunditates sinit habere continuas: sed tum de aduersis, tum ex prosperis iustorũ uitã, quasi admirabili uarietate contexuit, quod hic quoq; eũ fecisse considera. Videndo quippe sanctus Ioseph grauidã sponsam, in cõtubtionẽ incidit maximam, atq; in horribilẽ quendã cogitationis tumultũ. Iugis. n. illum de puella adulterij suspicio mordebat: sed assiuit repentè angelus suspicionẽ soluens malignã, & timorem hunc prorsus extinguens: deinde uidens puerũ signo natũ, maxima exultatione repletus est: sed rursus huic ẽt gaudio periculũ grande succesit, cũ tota utiq; ciuitas turbaretur, ipse rex fureret, & ad necẽ puerum quæreret: sed & hunc mœrorẽ alia rursus lætitia subsecuta est, apparitio uidelicet stellæ, & adoratio Magorum. Post hanc quoq; iudicunditatẽ iterum periculũ, iterumq; formido. Quærit, inquit, Herodes animã pueri: & fugere necesse est, & in longinqua transire. Nondum

B quippe opportunũ erat, ut signorũ miracula coruscarent. Si. n. à prima prorsus infantia mirabilia monstrasset, homo proculdubio creditus nõ fuisset. Idcirco nanq; nõ utcunq; tẽpus fugitur, sed & tumor uteri cernitur, & nouẽ mensium tẽpus uoluitur, & ipse partus absoluitur, & nato nutrimentũ lactis adhibetur: perq; aliquot annos silentio res tanta celatur, & uirilis expectatur ætas, ut per hæc oĩa credibile efficiatur susceptis hois sacramentũ. Qua igitur ex causa nõ sunt facta miracula? pp matrem, pp Ioseph, propter Symeonẽ iam iamq; morituũ, propter pastores, propter Magos, propter ipsos quoq; Iudæos. Si quidẽ uoluissent ea q̃ fiebant diligenter experiri, nõ paruum inde ad illa q̃ secutura erãt, habuissent profectũ. Quòd si nihil prophetæ de Magis loquuntur, nequaquam oino turberis: nã neq; oĩa prædixerunt prophetæ, nec cuncta siluerunt. Quemadmodũ. n. si uidissent homines factũ quod nunq̃ audissent futurum, & cõturbationis plurimũ & stuporis habuissent: ita rursus si cuncta omnino antè didicissent, & illi ẽt somnum (ut ita dixerimus) de securitate paterẽ

C tur, nec quicquam nouũ Euangelistis fuisset relictũ. Si uero de prophetia Iudæi ambigerent, dicentes: *Ex Aegypto uocaui filium meum.* de se dictum potius, q̃ de Christo esse prædictũ: Respondere profectò esse

Ge.49.a hunc quoq; prophetiæ morẽ, ut multa sæpe in alijs dicantur quidẽ, sed in alijs impleantur: ut illud quod de Symeone & Leui dicitur: Diuidã eos in Iacob, & dispergam eos in Israël. Hoc. n. non in ipsis, sed in eis

Gen.9.d etiam factum est, qui de illorum stirpe processerũt.

Iosue.9.a Et quod in Cham à Noë dictum est, in Gabaonitis

& seq. posteris eius impletur. De Iacob quoq; similiter in-

Gen.27.d telligitur accidisse: siquidem benedictio illa q̃ dicit, Esto dominus fratrum tuorum, & adorẽt te filij patris tui: non in ipso habuit effectum. Quemadmodũ

Ibidẽ.9. & Cene. enim id posit intelligi, cũ ecõtrario iste timuerit fra-

28.a. & trem, atq; tremuerit, eumq; millies adorarit? sed utiq;

33.a in eis qui ex eius stirpe descenderunt. Hoc igitur etiã in prẽsenti potest quęstione defendi. Quis enim ma-

Exo.32.a gis ac propriè dei filius esse dicitur? Illéne populus q

& seq. adorabat uitulum, qui idolis initiabatur, quiq; filios

Psal.105. suos dęmonijs immolabat: an uero dominus Iesus

f Christus, qui narura filius dei est, & toto patrem honore ueneratur? Itaq; nisi aduenisset iste, nequaquã

G tum choris cœlum refulget,ut Aegyptus innumeris monachorũ ac uirginũ distinguitur atq; illustratur habitaculis.Siquis illã Aegyptũ ueterem nouit rebellem deo,ac magnitudine superstitionũ furentẽ,adorantem irrationales animantes,porros ẽt cepasq; paritatem: hic optime Christi potest nosse uirtutem, per quem facta est tam admiranda mutatio . Nec sanè antiquis testibus indigemus:adhuc.n.stultissimę illius gentis reliquiæ manent in exẽplo prioris amentiæ.Sed ex his tamen plurimi superstitionem pristinã respuentes,iamq; depositio insultantes furori , de cœlo,& his q̃ in cœlo sunt philosophãtur , & patrijs moribus obloquũtur,& progenitores suos sæpe miserantur,& philosophos nihilipendũt.Ipsis.n.rerum uocibus eruditi sunt,quòd illorũ inuenta uerba sint aniliũ fabularũ:ueram aũt,cœloq; dignam hanc solam esse philosophiã,q̃ illis à piscatoribus prędicata est.Propterea cũ hac dogmatũ ueritate, plurimo ẽt studio uirtutis ornantur : cunctis quippe p̃sentibus rebus exuti,mundoq; crucifixi,nihilominus ad perfectionis ulteriora cõtendunt:proprij siquidẽ opera
H corporis ad indigentiũ utuntur alimoniam. Neq;.n. quia ieiunant,aut uigilant,idcirco ocium sibi indulgent diurnũ:sed noctes quidẽ sacris hymnis, ac uigilijs:dies uero orationibus , manuũq; operibus exercent,apostolicæ cursum uirtutis imitantes. Si.n.ille, inquiunt,toto penè ad ipsum respiciente mundo,ut inopes pasceret,& opificẽ professius est, & usum pristinæ artis exercuit, idq; faciens ne nocturno quidẽ sopori indulsit:quanto nos magis qui secreto eremi fruimur,uacatione quietis huius ad spiritualẽ uti decet operã?Erubescãt hoc loco locupletes oẽs, sed in ipsis diuitijs pauperes:quando illi quidẽ nihil præter corpus propriũ possidentes , uim quandã manibus suis afferunt, adnitentes oino atq; certantes fructus hinc egẽtibus inuenire. Nos uerò cũ plurimũ opum occultemus interius , ad misericordiæ opera nec de superfluis aliquid attingimus. Quã igitur (respondeq̃so)excusationẽ poterimus inuenire? quã ueniã? Ẽt certè considera,quòd isti aliquando pecunię fue
Exo.16.a rint amatores,quinetiã cũ cęteris uitijs uentris imperio seruientes:ibi.n.erant ollæ carniũ,quarũ Iudęi in
I eremo recordantur:ibi multa tyrannis uẽtris,& gutturis:sed tamẽ quia noluerũt, in contrariũ repentè mutati sunt, & Christi susc̃ipientes ignẽ,in cœlum subitò subuolarunt.Quicq; prius ad iracundiam ardentiores omnibus fuerant,& ad libidinẽ corporis proniores,nunc incorporeas potestates tẽperantia,cętarisq; speciebus uirtutũ imitantur . Quisquis regionis illius gnarus est , ista q̃ dicimus recognoscit . Si uero habitacula illa nodum nouit, cõsideret uirũ per cunctorũ usq; hodie ora uolitantẽ,quem apostolorum simillimũ Aegyptus protulit , beatũ dico & magnũ illum, de quo sæpe audistis,Antonium : & respiciat, quia hic quoq; illius fuerit regionis indigena , cuius etiã Pharao,sed nihil sit inde uitiatus. Nã & uisione dei dignus est habitus, & talẽ uitã prorsus ostendit, qualem habere studẽt milites Xp̃i.Hoc aũt facilè cognouerit,quisquis eũ legerit librũ,qui uitæ eius texit historiam,in quo ẽt prophetiam lucentem uidebit. De his.n.quos Ariana pestis inuasit , manifestissimè prophetauit:quãtaq; ecclesijs labes immineret, edocuit:deo utiq; reuelante hæc, & cuncta ante oculos eius figura pingẽte.Quod certè uel p̃cipuũ catholicæ fidei documentũ est,nullũ uidelicet hæreticorũ talem posse mõstrari. Sed ne à mẽ hæc audire uidea K
mini,ipsum potius librũ legentes,diligentius cuncta discetis,ut maxima inde philosophiæ incitamẽta capiatis . Obsecro aũt,ut non solũ meditemur scripta illa,sed ea quoq;,quæ exprimuntur, imitemur : neq; uel locũ,uel educationem, uel maiorũ nostrorũ uitia p̃texamus. Si.n.nosipsos diligentius uoluerimus excolere,nihil nos horũ prorsus impediet.Siquidem & sanctus Abraham habuit patrẽ impium, neq; tamen illius hęres impietatis effectus.Et Ezechias prophanissimi Achaz filius fuit,sed dei amicus esse promeruit.Et Ioseph i media tum seruauit Aegypto: sed gloriosam sibi texuit castitatis coronam . In medio quoq; Babyloniæ tres pueri , in media quoq; Chaldæorũ domo inter illos delitiarũ uarios apparatus, in summa tamen arce philosophiæ constiterunt. Et Moses in Aegypto,& Paulus in toto orbe terrarum: nec tamen his oibus quicquã horum impedimento fuit,quo minus cursum uirtutis impleret.Et nos igitur cuncta hæc exẽpla cernẽtes , superfluas quidem curas & uarias peccandi occasiones penitus amputemus,eũq; quo uirtus paratur, amplectamur labo L
rem. Sic.n.& deũ ad maiorẽ in nos beneuolentiam prouocabimus , & merebimur ut nobis in spirituali certamine cooperetur,atq; ita bonis potiemur æternis.quæ oẽs nos percipere contingat,gratia & misericordia domini nostri Iesu Xp̃i , cui gloria & imperiũ cũ patre,& sancto spiritu i secula seculorũ, Amẽ.

Homilia nona ex capite secundo, Georgio Trapezontio Interprete.

Vnde Herodes uidens quoniam illusus esset à Magis, iratus est ualde: & mittens occidit oẽs pueros qui erant in Bethlehem , & in omnibus finibus eius,á bimatu,& infra,secundum tempus quod exquisierat à Magis. Et certè non eũ oportuerat irasci,sed cõprimi potius, ac timere, atq; intelligere quòd rem stultã conaretur : sed coẽrceri oino nequit animus praua semel uolũtate uitiatus , iamq; imedicabiliter ægrotãs neq; cedit magnis quãlibet à deo remedijs indultis. Considera igitur istũ priorib⁹ malis addere posteriora certantẽ,& homicidia homicidijs iungẽtem,perq; oia uelut furibundũ in præcipitia labẽtẽ: quasi enim ab aliquo dęmonum,ira,iracundia,inui M
diaq; uexatus,nulla prorsus ratione frẽnatur: sed cõtra ipsam oino furit naturam: & iram qua aduersus Magorũ illusionẽ fremebat, in paruulos uertit innocuos:tale quiddã in Palæstina facere aggressus,qua- *Exo.1.b.c*
le Pharao i Aegypto perpetrarat.*Mittens enim* , inqt, *interfecit omnes pueros in Bethlehem,& in omnibus finibus eius,à bimatu,& infrà, secũdum tempus quod exquisierat à Magis.*Hic iã uos diligenter attendite, etenim multi multa super hmõi infantibus dicere conãtur, iniuriã facti criminantes:& alij modestius qdẽ scisc̃itari malunt:alij uero cõfidentius certant, imo furiosius.Vt igitur nos quidẽ ab insania, illos aũt ab imperitia liberemus,patimini nos de hac causa uel breuiter disputare.Si.n.illud criminari uolũt , quoniam despecti sunt à deo paruuli,cũ iussu occiderentur tyranni:criminentur ẽt illorũ militũ necem, qui traditum sibi Petrũ aliquãdo custodiebãt.Sicut uero hic *Acto.12.a*
fugiẽte puero Iesu,alij paruuli pro illo,qui solus q̃batur,intereunt:sic ẽt tunc Petrũ de catenis & carce *Acto.12.a*
re ab angelo liberatũ,tyrannus quidẽ,huic(de quo loquimur)& ope similis & noie,cũ regnasset.nec tamẽ inuenire potuisset,pro illo eos à qb⁹ custodiebatur,

A milites interemit.Et qd hoc,inquies,spectat ad causam?hæc.n.non est solutio,sed geminatio quæstionis . Et ego id quidẽ noui , propterea q̃ omnia eiusmodi profero, ut uno absoluam cuncta cõpendio, Quo nã ergo modo ista soluenda sunt, quãmue potemus probabilem proferre rationẽ? quoniam nõ quidẽ Christi fuga paruulis causa mortis extitit , sed crudelitas regis.Sicut ẽt illis militibus non Petri liberatio causa itẽtus fuit,sed Herodis profectò uecordia:qui si uidisset parietẽ carceris temerè perfossum, seras uiolenter reuulsas,habuisset colorem, quo uel dolum,uel desidiam custodientibus apostolũ militibus imputaret.Cũ uerò integra,atq; ita ut fuerant oia permanerent , cũ clausa ostia cernerentur, cũ & custodum manus eadẽ catena constringeret (erant quippe pariter colligati)potuit ex his facilè conijcere,si iustè id quod accideret iudicasset, quia neq; uirtute,neq; calliditate hominũ id fuisset effectũ, sed diuina proculdubio potẽtia,atq; mirifica:ex quo illud quoq; fuisset secutũ,ut nõ iniquè uindicaret in milites,sed deũ qui id egerat,suppliciter adoraret.Si.n.fe
B cit cũcta q̃ fecit,ut nõ modo custodes in periculum nõ induceret:uerũetiã per illos regẽ ipsum in uiã ueritatis adduceret. Si uero ille sapientissimo animarũ medico,& ad cõmodum hominum cuncta facienti esse uoluit ingratus:inobediẽtia languentis in culpa est,nõ peritia curantis.Quod in puerorũ quoque causa dici cõsequentissimè potest . Quo.n.Herodes sæuissime colore rationis iratus es,cũ te à Magis illusum uideres?Nõ cognoueras ortum illũ esse diuinũ? Non tu principes couocaueras sacerdotũ? non ipse congregaueras scribas.Non ẽt illi qui à te fuerãt conuocati , prophetam secum in iudicium illius concilij protulerunt,qui olim ista prædixerat? Non intellexisti noua ueteribus consonare? Nõ audisti quoniam Magos stella deduxerit? Cur non erubuisti tam laudabile studiũ Barbarorũ ? Cur non libertatẽ illorũ, fiduciamq; miratus es?Cur nõ es reueritus ueritatẽ? Cur non ex præcedentibus ẽt extrema pensitasti? Cur non ex his oibus collegisti,nequaquam Magorum illusioni deputãdũ esse quod factum est: sed diuinæ utiq; uirtuti, prouidè omnia atq; utiliter ordi
C nanti? Quòd si esses ẽt Magorum fraude deceptus, quid hoc præiudicaret innocuis? His, inquit, assentior.Bene.n.Herodem omni excusatione nudasti,& ostendisti sceleratissimũ prorsus homicidam , nondũ tamen soluisti de iniquitate ipsius facti quęstionem. Etsi enim ille egit iniustè, cur tamen deus agi ista pmisit?Quid igitur ad hmõi obiecta respondeã? Illud profectò,quod semper & in ecclesia & in domo, & in publico , & omnino ubiq; inculcare non desino, quodq; à uobis summa cũ diligentia cupio seruari. Stat.n.certa illa,fixaq; regula, & una contra oẽs huiusc̃emodi aptissima ac ualidissima q̃nes . Quænã igitur hæc regula est?quæue ratio? Quia uidelicet q lædere uelint , multi sint : qui uero ab alio lædatur, oino nullus.Et ne in longũ uos snię huius cõturbet ambiguum,rem celeriter absoluã. Quicquid illud à quolibet hominũ passi fuerimus iniustè : aut remissione peccatorũ deus, aut amplioris mercedis retributione cõpensat.Atq; ut lucidius incipiat esse qd dixi,rationem inuenius exemplis. Ponamus enim aliquem seruũ multarum pecuniarum proprio esse domino debitorẽ,uim quoq; perpeti ab iniquis hominibus hunc seruũ, & qdam eorũ q̃ habebat amitte- D
re:si igitur dominus ualens coẽrcere raptorem, atq; uiolentũ,non quidẽ seruo restituat erepta, sed tamẽ cuncta q̃ perdidit,sibi illa computaret reddidisse:putasne lęsus est seruus?Nequaquã. Quid uero si receperit plura q̃ perdiderit,nonne ẽt lucra damni occasione collegit?Quod certè ab oibus absq; ullo probatur ambiguo.Hoc igitur & in nobis cũ iniustè aliquid patimur cogitemus:quia.s.pro illatis nobis afflictionibus,aut remissione accipiamus omniũ peccatorũ,aut si tanta in nobis delicta non fuerint, clarioribus honoremur coronis. Audi.n.Paulũ loquen
tem super eo qui fuerat fornicatus : Tradidi,inquit, *1.Cor.5.b*
hmõi hominem satanæ,in interitum carnis,ut spiritus saluus sit in die domini Iesu . Quorsum,inquies, dicuntur ista?Nobis.n.de illis sermo est læsis, qui ab aliquibus læduntur inimicis , non qui à doctoribus corriguntur.Nullo siquidẽ,si diligẽter inspicias,hæc medio separantur.Et enim in quæstionẽ uertitur , si pati quippiã mali noxium dicatur esse patiẽti.Sed ut de eo quod prius queritur,sermonẽ faciamus,recordare beati Dauid, qui cũ uideret Semei illũ amarissimè instantẽ,exq; periculis insultantẽ,ac mille cũ op- E
probrijs obruentẽ:duces uero militiæ ardere in contiatoris interitũ:prohibuit,& dixit:Dimitte illũ, ut *2.Re.16.b*
maledicat,ut uideat dominus humilitatẽ meam , & reddat mihi bonũ pro maledicto hoc in isto die . In psalmis quoq; canendo dicebat: Respice inimicos *Psa.24.d*
meos,quoniã multiplicati sunt,& odio iniquo oderunt me:& dimitte oia peccata mea. Lazarus quoq; *Luc.16.*
propterea intrauit in requiem, qa patienter innumera huius uitæ aduersa sustinuit. Nõ igitur læduntur, qui lædi nobis uidẽtur:si modo uiriliter illata patiantur.Quinetiã hinc cumulatiora percipiũt,siue corripiantur à deo,siue à diabolo uerberetur . Et quod, inquis,peccatũ habebant paruuli,ut illis opus fuerit ignosci?De his qdem qui fuerũt ætate legitima,rectè hoc dicitur. Qui uero tam imaturũ sustinuere finẽ, quænã illa pp quæ interfecti putẽtur,delicta fuerũt? Nõ me audisti pauloante dicentẽ: quoniã si ea q̃ soluantur peccata nõ fuerint, erit tamẽ retributio mercedis his qui iniustè aduersa aliqua patiuntur. Quid igitur obfuit i tali causa paruulis interẽptis, & ad trã
quillissimũ,tutissimũq; portũ celeriter euectis? Quo F
niã si uixissent,inquis,multis potuerãt florere uirtutibus. Sed idcirco nõ exigua est p̃standa merces,quoniã in tali causa interitũ pertulerunt. Possumus uero illud referre, quòd.s.nõ eos permisisset deus tam celeriter hinc rapi,si eos præclari cuiusdam meriti futuros esse p̃sciisset.Si.n.ẽt illos qui i summa malignitate uicturi sunt,tãta tamen cũ patientia sustinet : quãto magis hos nõ ita siuisset auferri,si eos magnos quosdam p̃uidisset futuros ?Et hi qdẽ sunt nostri sup hac quæstione sermones,imo ne ipsi qdẽ nostri oẽs: sed sunt alij multo his remotiores, quos diligẽter nouit ille qui cuncta dispẽsat.Huic igitur cõprehẽsione huius rei certiore cõmissa, ad sequẽtia prouehamur, & ex afflictionib⁹ cæterorũ fortiter oia ferẽda discam⁹. Etenim nõ parua tũc Bethlehẽ luctus tragœdia cõprehendit,cũ passim paruuli ab ipsis matrum raperẽtur uberibus,ad crudelẽ illam mactationẽ ducerentur.Quòd si adhuc animo paruus es , & infra perfectionẽ probatæ in aduersis philosophię iaces , disce illius qui ista præceperat,finem tyranni, & in hac aliquantulũ cõsolatione respira.Satis.n.ille tunc celerẽ ob tale facinus pœnã recepit , tantoq; congruentia

G sceleri supplicia persoluit. Siquidem uitā istā morte teterrima,& multo hac quā insontibus intulerat miserabiliore finiuit:malaq; alia mille sustinuit, q̄ facilè nostis, quotquot Iosephi super his legistis historiā.

Antiquitatū li.17 cap.8.9. &.10. Quam ego,ne in longū uerba producerē,néue continuum textū expositionis inciderem,superfluū duxi præsenti inserere sermoni. *Tunc impletum est quod dictum est per Hieremiam prophetam, dicentem: Vox in Rhama audita est,ploratus et ululatus multus, Rachel plorans filios suos,& noluit consolari,quia non sunt.* Admirabilis cōsequentia: quia uero auditorem magnitudine horroris impleuerat,cū utiq; uiolētam illā iniquā atq; crudelem descripsisset mactationē: rursus eū cōsolatur, & dicit quòd nō idcirco illa facta sint, quia ea deus prohibere nequiuerit,aut futura nō uiderit: sed q̄ certè & præscierit, & per prophetā longè antè prædixerit. Nequaquā igitur turberis,& cōcidas, ad ineffabilē prouidentiam eius prospiciens: quoniā & per illa q̄ operatur ipse,& per ista q̄ ab alijs fieri sinit, perspicuè possumus intueri. Quod igitur dominus discipulis loquens ait, hic ēr coaptandū est. Quibus

H quoniā condēnationes, captiuitates, & totius orbis oppugnationes, internecinaq; prælia præcinebat, releuans eos & cōsolans, ait: Nōne duo passeres asse uę

Mat.10.c neunt,& unus ex illis nō cadet in terrā sine patre uestro qui in cœlis est? Hęc uero dixit, ostendens qa nihil fieret eo nesciente, sed spectāte quidē cuncta: nō tamen cūcta faciente, ac si diceret: Nihil oīno turbemini, néue paueatis: ille.n.qui & præuidet ista oīa, q̄ & sustinetis, & pōt profectò prohibere, uobis utiq; proficiendo nō prohibet: quod in nostris quoq; tentationibus cogitare,& satis hanc idoneā consolationem poterimus accipere. Et quid, inquis, ēt Racheli cū Bethlehē cōe dicit? *Rachel*, inquit, *plorans filios suos.*

Ge.48.b Quid aūt Rhama pertinet ad Rachel? Rachel mater fuit Beniamin, quam defunctā sepelierunt in Hippodromo, qui est iuxta Bethlehē. Quia igitur & sepulchrum uicinū erat,& campus ipse in Beniamin sorte contigerat, Rhama quoq; ad eandē pertinebat tribū,& à principe tribus,& ab ipso interfectionis loco consequenter eos qui occisi sunt, filios eius uocauit. Deinde cū ostēdisset incurabile illud uulnus infixū, ait: *Et noluit consolari, quia non sunt.* Rursus ēt hic dicimus, quod paulò antè dicebā, nunq̄ nos debere omnino turbari, cū accidunt aliqua q̄ promissionibus

I dei aduersari uideantur. Ecce.n.aduenientе ipso domino ad illius populi, imo totius orbis salutē, qualia populi exordia? mater fugit, intolerabilibus patria calamitatibus occupatur, cædes innumerę, oībusq; amariores mortibus perpetrātur, ploratus & luctus ingens ubiq;. Neq; est cur conturberis, sic ille rempublicā suam semper auspicatur, ingens uirtutis suæ nobis exhibēs argumentū: sic apostolos suos deduxit, atq; oīa restituens cōtraria contrarijs cōponit, quò maiori cū admiratione fiant. Cæsi igitur eiectiq; & mille tormēta passi apostoli, uictores tandē persecutorū suorū euadunt. *Defuncto autem Herode, ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph in Aegypto, dicens: Surge & accipe puerum, & matrem eius, & uade in terrā Israel.* Non iam dicit, fuge: sed, uade. Vidēsne rursum tribulationi requiem succedentē, deinde periculum imminere post requiē? Rediens.n.montanā illā regionē reliquit,& i propriā rursus habitationē reuertitur, & crudelē illū parulorum interfectorē uidit extinctū. Deinde ingressus domū, priorum discriminū reliquias offendit, filium. S. tyranni uiuentē, atq; regnantem. Quonam aūt modo in Iudæa regnabat Archelaus, cū ipsi prouincię Pilatus Pontius p̄sideret. recēs adhuc erat Herodis interitus, & necdū regnū illud fuit in multa diuisum: itaq; nuper patre defuncto, filius interim pro ipso tenebat imperium. Nam frater quoq; Herodis eodē erat nomine, pp qđ euangelista signanter addidit, *Pro Herode inquit patre suo.* Quòd si in Iudæam pp Archelaum, inquies, uenire metuebat: debuit ēt Galilæam pp Herodē timere. Sed mutandæ regionis causa iam nulla remanebat, cū iam res profectò essent quietæ. Ois quippe impetus persequentis in Bethlehē eiusq; finibus desæuierat: qua utiq; ęde completa, opinabatur Archelaus oīa iam peracta, atq; in illa multitudine paruulorū, eū quoque qui solus quærebatur extinctū. Alioqui si sciisset mortuo patre, nō occisum eū quem regem timebat futurū, solicitior ipse fuisset in reliquum, atq; in perse quendo paternæ crudelitatis imitator. Venit igitur Ioseph in Nazareth, simul & periculū fugiēs, & amori patriæ cōcedens: qđ ut faceret securius, angeli sup ea re responsum accepit: q̄q̄ Lucas non dicat eū illuc

L ex responsi authoritate uenisse, quia more purificationis impleto reuersi sunt in Nazareth. Quid nam igitur dicendū est? quòd. S. Lucas illud tempus profectò describens, quod fuit priusquā in Aegypto fugarentur, hæc dixerit. Neq;.n.ante emundationē illuc eos deus ire iussisset, ne utiq; contra legē aliquid uideretur admissum: sed ritū quidē illos purificationis implere, non tamen Nazareth redire præcepit, ac tū demum in Aegyptū fugere. Sed illi regionē patrię diligentes, istud ultrò fecerūt. Qui.n.in Bethlehem nō nisi ob causam descriptionis ascenderant, cū propè ne standi quidē ibi haberent locū, ea re pp quā illuc uentum fuerat impleta, reuersi sunt Nazareth. Propterea quippe & angelus cum ipsorū faciens uoluntate, in propriam illos domū remittit. Verū ne istud quidem ociosè factum putemus, quod certè porrò antè prædictū est. *Vt impleretur, inquit, quod dictum est à propheta, quoniam Nazaræus uocabitur.* Quis igitur hoc asseruit prophetarū? Nequaquam scruteris ista, neque in hmōi fueris curiosus. Multa.n.ex prophetiis periere monimentis, quod de historia Paralipomenō probare posibile est. Desides.n.cum essent Iudæi: nec desides modo, sed & impij: alia qdē perdiderunt negligenter, alia uero tum incenderūt, tum conciderunt. Et de prophanitate quidē tali Hieremias refert, de negligentia uero in. 4. Regum libro legimus. quoniā post multū temporis uix Deuteronomij sit uolumen repertum, defossum quodam in loco, ac penè deletum. Si aūt absq; ulla incēsione tēpli, absq; ullo impugnante ciuitatis tumultu, sacri tamen libri uariè deperiebāt: quis iam istud inter illas depopulationes, uastationesq; hostiū, inter illa templi ac totius urbis incendia contigisse miretur? Cæterum quia prophetę prædixerant, idcirco ēt apostoli Nazarenum eum frequenter appellāt. Hoc ergo est, inquis, quod prophetiam de Bethlehem fecit obscuram? Nequaquā, imo hoc ipsum illos potius admonebat,& ad perscrutandū ea q̄ de illo dicta sunt, cōcitabat. Sic ēt Nathanael ad eū inquirendum uenit, dicens: A Nazareth potest aliquid boni esse? Erat.n. uiculus ipse uilissimus: immo non ille tantummodo, sed cuncta prorsus regio Galilææ: propter hoc dixit: Interroga, & uide, quoniā propheta à Galilæa

M

4.Reg.22 b.& seq.

Ioan.1.g *Nazareth uicus.*

Ioan.7.g

A non surgit. Verum ille tamen. ne inde quidem erubescens uocari, ostendit quòd nullius, quæ secundum hominē magna uidētur, indiget. Nā & discipulos de Galilææ regione elegit, ubiq; occasiones amputans desidia ac torpore languentib⁹: ac docēs quòd nullius rei indigeamus externæ, si uoluerimus studere uirtuti. Propterea ne domū quidē uspiam possedit. Filius, inquit, hominis nō habet ubi caput reclinet.

Luc.9.g Et Herodis insidias fugit, & natus in præsepio collo

Luc.9.b catur, & in diuersorio manet, & matrē elegit pauperē: nos uidelicet erudiens, ne quid horū esse erubescē

&.13.f dum putemus. Itaq; ab ipsis oīno principijs uniuersam mundi pompā, oēm superbiam atq; arrogantiā

Ibidem.2 a.c calcans, solius nos sectatores præcipit esse uirtutis. Cur.n.tu de nobilitate patrię tumescas, cū te ego totius mūdi iubeam esse peregrinū? Cumq; talē esse te liceat, ut ad cōparationem tui totus hic orbis iudicetur indignus. Quemadmodū enim Christianus ista debet despicere, q̄ ne ab ipsis quidem gentilium philosophis alicuius pretij iudicantur: sed logē extra bona hominis cōstituta, & extremi cuiusda status sorti

Ro.11.d B ta regionē. Et cur, inquis, Paulus tale quid dicit? Secū dum electionem autē charissimi, inquit, pp patres. Sed require, quādo, & de quibus, & ad quos loquēs hoc Apostolus dixerit. Ad eos nempe hic sermo est, qui ex gentilibus Christiani, de fidei priuilegio magnū quiddam tumebant, contraq; Iudæos sese insolentius iactabant, atq; hoc ipso eos à societate fidei repellebant. Reprimens igitur illorū tumorē, ad fidē istos trahit, atq; ad eundē zelum credulitatis accendit. Cęterū quando de magnis loquitur uiris, atq; in omni uirtute fortissimis, quemadmodū loquatur

Heb.11.d attende. Qui aūt, inquit, hęc dicunt, significant se patriam inquirere. & si quidē illius meminissēt, de qua exierant, habebāt utiq; tēpus reuertendi: nunc autē

Ibidem.c alterā meliorē expectant. Et rursus: secdm fidē mortui sunt oēs isti, nō reportantes promissiones, sed de

Luc.3.b longè eas aspicientes, & salutantes. Et Ioānes quidē ad se uenientibus inclamabat: Ne uelitis dicere, quia

Rom.9.b patrē habemus Abrahā, & iterū Paulus: Non.n.oēs qui ex Israel, hi sunt Israelitę: neq; qui filij carnis, hi fi-

1.Reg.8.a lij dei. Quid.n.filios Samuēlis necessitudo iuuit parē

C tis, cuius non fuerunt uirtutis hæredes? Quid autem etiam Mosi liberis paternæ profuit cura iustitiæ, cuius eis nō succesit imitatio? Itaq; neq; ad illos patris imperiū quasi ex successione defertur, qui illū uocabulo tantū signabant parentē: sed ad eū migrat, qui illius erat filius uirtute, non genere. E regione uerò

Act.16.a quid Timotheo nocuisse creditur, quòd fuit de patre gētili? Quid aūt è diuerso, Noë filius, de patris uirtute lucratus est, qui ex ingenuo factus est famulus? Vidisti certè q̄ non suffecerit ad suffragiū liberis, paterna nobilitas. Vitia siquidem uoluntatis uicerunt priuilegia naturæ: & peccantē nō modo de nobilita

Gen.25.c te patris, uerum de ipsa libertate ēt pepulerunt. Esau quoq; nōne sancti Isaac erat filius, magno ēt patris fauore munitus, qui. S. studebat atq; cupiebat primatus ei benedictionē donare, pp quod etiam ille omnia patris iussa faciebat: sed tamen quia prauus moribus erat, nihil ex his oībus adiutus prorsus est: sed & iuxta naturæ ordinē prior, & de patris uoluntate securior, quia tamen displicebat deo, oīa quę iam tenere uidebatur amisit. Et quid ego de hominib⁹ loquor? Iudæi quondā filiorū dei honore gaudebant, sed decoratos uitijs nihil iuuit tāta nobilitas. Si igitur dei quis filius factus, nisi huic nomini meritū uir

D tutis addiderit, etiā maius subitò profectò habebit suppliciū: quid mihi iam auorū, atq; proauorum meritates dignitates? Hoc aūt non in ueteri solum, sed in nouo ēt testamēto cōtigisse certū est. Quotquot,

Ioan.1.b inquit, receperunt eum, dedit eis potestatē filios dei fieri. Sed plurimis tamen ex hmōi filijs nihil patrem

Gala.5.a Paulus profuisse denunciat. Si circūcidamini, inquit, Christus uobis nihil proderit. Quo igitur his qui curam sui habere uoluerint, humanū poterit prodesse suffragium? Nequaquā ergo hominū accedamus sententiæ, qui de nobilitate ac diuitijs gloriantur, ne in extremam inopiam decidamus: sed illam potius expetamus opulentiam, q̄ consistit in splendore uirtutum. Illā uerò paupertatem refugiamus, q̄ nos con-

Luc.16.j stituit in squalore uitiorum, per quā ille diues uersus in pauperem est, qui ne unius quidem erat guttę dominus, aquam certè multis precibus ambiebat: nec est oīno inter nos quispiam qui tāta egestate teneatur. Quamlibet.n.aliqui nimia tabescāt fame, aquæ tamen nō gutta solū, sed & copia æqualiter perfruūtur: nec ea solum, sed multo ēt maiore solatio. at nō

E etiam ille diues, qui usq; ad guttæ quoq; inopiā singulari egestate deuenerat, quodq; erat multo acerbius: nullū omnino aliud paupertatis solamen poterat inuenire. Quid igitur tota mente diuitijs inhiamus, quandoquidē nos istæ in cœlū euehere nō possunt? Respondeat, quæso, si terrenus fortè rex diceret, nō posse diuitū quenquā in ipsius fulgere regno, aut aliquo honore decorari: nunquid non certatim oēs abijcerēt inhonoratas repulsasq; diuitias? Si igitur apud terrenū regē honorē nobis auferrent opes, con

Mat.19.c & Mat. 10.b tinuò despicabiles fierent: rege uerò cœlorū inclamā te nobis, ac dicēte, quia difficile sit nos cū diuitijs di uinæ illius habitationis intrare uestibulū, nō impendimus oīa? Nunquid nō libentissimè carebimus uniuersis, modo ut cœlorū regnū introire mereamur? Et qua tandē digni uenia sumus, qui his nos omni ambitione circūdamus, quibus reiectis interclusam hāc nobis uiam facilè possumus aperire? At uerò nos thesaurū nostrū non solū in arcis recondimus, uerū etiam terræ defodimus, modo ne illū custodiendū transferamus in cœlū. Quod faciendo tale quiddā

F facis, quale si aliquis agricola accipiens frumentū in terra fertili seminādū, uberem quidē agrū relinquat, in lacum uerò frumentū omne demergat, ut eo nec ipse potiatur, & frumētū sui corruptione depereat. Sed illa uidelicet ab eis mira, & prorsus electa ratio proferatur. Quoties.n.nos ista culpamus, dicere solent, non parū sibi consolationis afferri, quòd ea uideant cū diligentia sibi cuncta seruari. Quinimmo nō uidere sibi ista reposita esse, grande solatiū est, & mira securitas. Tu uerò pp reconditas tibi opes non solū solicitudinis anxietate cruciaris, sed ēt mala cætera, multoq; his grauiora perpeteris, formidando mortes, pugnas & insidias, tum ne publica sæuiat fames, & populus uacui uētris impulsu aduersans domū tuam corripiat, cū certè ipse tu potius amādo diuitias, & famē in urbem, & qd est fame grauius, hoc ipsum domui tuæ discrimen importes. Neq;.n.facilè uideas aliquos inopiæ necessitate deficere. Possūt quippe multa uarijs modis ad huiusce miseriæ solatium prouideri: pp pecunias uerò, atq; diuitias, cæterasq; hmōi causas, plurimos tum occultè, tum publicè interēptos esse mōstrauerim. Et multis qdē ta-

G lium exemplis malorū, uitæ, agri, fora, omniaq; iudiciorū loca plena sunt. Quinimmo si respicias mare ipsum, humano sanguine uideas cruentari. Nō enim in terra tantūmodo tyrannis ista dominatur, sed in pelago quoq; multa cū insolentia, temulentiaq; bachata est. Nam hic quidē congregandi auri cupidus nauigat, alter uerò pp ipsum necatur aurum, & una atq; eadem tyrānis aliū mercatorem, alium fecit homicidam. Quid igitur potest ærumnosius amore pecuniæ, uel et pernicios̄ius inueniri, quando pp eam plurimi & peregrinantur, & periclitantur, & sæpe ēt
Eccle.12.c trucidantur? Et quis, inquis, miserebitur incātatoris à serpente perculsi? Oportebat enim, ut scientes hāc crudelissimā tyrannidē, procul eius refugerent seruitutem, atq; à tam inutili, & imperioso amore requiescerent. Et qua nā, inquis, hoc ratione possibile est? Si scilicet alium. i. cœlestis regni amorem intra tuum pectus includeris. Qui. n. concupiscit illius regni gloriam, facilè irridebit auaritiam. Qui semel Christi seruus effectus est, nō erit mammonæ famulus: cuius certè è regione fit dominus. Illa. n. ut fugientē sequi,
H ita fugere consueuit sequentem. Nullū sic honorat, ut contemptorē sui: nec ita irridet aliquē, ut eos qui illam nimiē concupiscunt: nec irridet modo, uerum etiā uinculis eos mille circunligat. Itaq; soluamus aliquādo hos pessimos, arctissimosq; nodos. Quid rationalem animā in famulatū adducimus, irrationalis materiæ, omniumq; malorū parentis? Sed ò grande ridiculum. Nos enim illam incessimus, at uero illa nos rebus impugnat, sicut seruos quispiam per orbē nos iugiter inhonorans, & quasi uenales per cuncta circunferens. Quo quid turpius possit, quidue indignius inueniri? Si. n. insensibiles materias non uincimus, quemadmodū incorporeas possumus superare uirtutes? Si uilissimum terram & abiectos lapides minimè despicimus, principatus quoq; quo nobis potestates q; subdemus? Quemadmodū uerò ipsum illud poterimus decus castitatis tenere? Si. n. aspectu subito splendor auri et nos sui cupiditate succendit, quonam modo possumus pulchrā faciem pudico animo ac oculo præterire? Et enim tanto quidem in hanc tyrannidē amore cōcurrunt, ut eos ipse quoq;
I aspectus auri sæpe perturbet. Qui ēt facetū se loqui aliquid arbitrantur, cū quasi ludendo dicunt, iuuari quoq; oculos quoties aureus numus aspicitur. Sed periculosē, ò homo, in talibus ludis. nihil. n. perinde & aiæ oculis, & corporis, ut hmōi cupiditatis morMat.25.a bus incōmodat. Hic quippe est amor ille teterrimus, qui lampades stultarū uirginum extinxit, easq; à sponsi exclusit thalamo. Hæc enim ut dicis, species oculis accommoda, non siuit Iudam ad dominī respicere
Mat.27.a uoluntatē: quinetiā ut cæcū duxit in laqueum, me-
Actor.1.c diumq; dirupit, postq; illa oia ad gehennæ supplicia transmisit. Quid est hac igitur peste iniquius, quidue pernicios̄ius: nō dico de materia pecuniarū, sed importuna ista cupiditate hominū atq; furiosa? Nā crebrò & pugnas ciet, & multo sanguine mortaliū madet, omniq; fera prorsus immanior incidētes sibi rabido ore dilaniat: quodq; his multo est grauius, ne ipsos quidē facit sentire laniatus. Oportebat. n. eos q tam dira patiuntur, & ad prętergredientes quosq; tendere supplices manus, & impensè in auxiliū cōuocare, qui è diuerso ēt delectantur & gratificantur his morbis. Quo qd unquā potest infœlicius, quidue furios̄ius iudicari? Hæc igitur omnia intelligentes, fugiamus morbum hunc omnino letalem, & uenenatissimos auaritiæ morsus remedio congruente curemus. Satis ab hac procul peste fugiamus, ut & hic tutam uitam habeamus atq; tranquillam, & thesauros consequamur futuros, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui honor & gloria in secula sēculorum, Amen. K

Homilia decima ex. cap. III.

N *diebus illis uenit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ, & dicens: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum.* De quibus hoc uult intelligi diebus? Neq; illud hic uidetur tēpus notare, quo adhuc Iesus puer Nazareth uenisse legitur: nā post triginta ferè annos aduenit Ioannes, sicut Lucas euangelista significat. Quemadmodū ait igitur, iu illis dlebus? Mos est scripturarum, & utiq; celeberrimus, hoc uti locutionis modo, nō solum cū ad præteritam narrationē aliud continuò tēpus adiungitur: uerū etiam cum illa narrat, quæ post multorū annorū spatia contingunt. Sic deniq; & dominus cū in Oliueti monte resideret, & accedentes ad eum solicitè discipuli de captiuitate Hierusalem, L
deq; ipsius scisc̄itarētur aduentu: & certè nostis quā Mat.24.a & Mat. grandi utrunq; hoc tēpus medio diuidatur, cum de 13.a urbis subuersione dixisset, sermonemq; de his disputans terminasset, iamq; ad dicendum de mundi fine transiret: tunc, inquit, hæc uel illa erunt. Dicendo autem, tunc, non utiq; tempora q̄ plurimū à se erāt discreta, cōiunxit: sed illud tantūmodo quo hæc euentura erant, tēpus notauit, dicens: *In diebus illis.* Nō. n. quasi cōtinuò hæc secutura mōstraret, id posuit: sed in illis inquit, diebus, in quibus certè ista cōtingerēt, ad q̄ narranda progreditur. Et cuius, inquies, rei gratia post triginta annos Iesus uenit ad baptisma istud cum legē erat uetere soluturus? Propterea usq; in hāc ætatē, quæ oia potest capere peccata, in legis obseruatione permānsit, nequis diceret, ideo eū soluisse legem, quia eam non ualuisset implere. Neq;. n. omnis prorsus ætas cunctis uitijs opportuna est. Nam primos adhuc annos imprudētia, & imbecillitas animi simul obsidet: adolescentiæ uerò tēpus feruētior impugnat libido: reliquā uerò ætatē habendi maximè M
solicitat cupido. Propterea igitur oēm hāc Christus expectauit ætatem, per quod omne tēpus iustitiam legis impleuit: ac tum demū uenit ad baptisma, quasi cumulū illud; cunctis obseruationibus legis imponens. Audi etenim quid loquatur: Sic, inquit, decet nos implere oēm iustitiā. Quod dicit, hmōi est: Omnia iam legitima cōpleuimus, nec ullū transgressi sumus aliquando mandatū: unum adhuc deest solūmodo. Oportet ēt istud adūgi, sicq; à nobis iustitia omnis implebitur. Iustitiam uerò hic cōplementum cunctorum nominat mādatorum. Christum igitur propter eam, quā diximus causam, ad baptisma uenisse manifestum est. Sed inquirendū uidetur, unde ipsum baptisma, & quamobrem fuerit institutū: qa enim nō à semetipso Ioannes, sed deo illū mittēte ad mysterium istud accesserit, ēt Lucas euidenter ostēdit, dicēs: Verbum domini factum est ad Ioannem filium Zachariæ: id est, præceptum dei. Et ipse ait: Qui me misit baptizare i aqua, ille mihi dixit, Super quem uideris spiritum sanctū descendentē, hic est q baptizat in spiritu sancto. Qua uerò de causa ad baptizādi est missus officiū? Et hoc nobis idē Baptista declarat, dicens: quoniā uenerit in regione Iordanis

A prædicās baptisma pœnitentiæ, in remissionem peccatorū: & certè remissionē hoc baptisma non habebat. Hoc. n. mun° illius baptisinatis erat, quod postea Christus istituit. In hoc. n. uetus homo noster crucifixus est, ac sepultus, & ante crucē nusquā prorsus remissio extitit peccatorū. Siqdē ubique ipsius hoc sanguini deputatur, idē enim istud Paulus affirmās:
1.Cor.6.c Sed emūdati, inquit, estis: sed sanctificati estis, nō p baptisma Ioānis, sed in nomine domini nostri Iesu
Actor.1.a Christi, & spiritu dei nostri. Et alibi ipse dicit: Ioānes
Luc.3.a qdē prędicauit baptismū pœnitentię: & nō ait, remissionis: sed ut crederēt in aduenientē post eū. Cùm enim nondū pro peccatis mūdi hostia fuisset oblata, cū necdum spiritus sanctus descēdisset, nec peccatū est solutū, nec inter dominū atque homines inimicitia sublata, nec maledictio expuncta: quomodo remissio peccatorū facta dicitur? Quid igitur est quod ait, in remissionē peccatorū? Erāt omnino Iudęi perueręę mentis, nec peccatorū suorū mordebātur reatu: sed cū maximis sceleribus tenerentur obnoxij, audebant sibi tamē arrogare iustitiā. Quod certè præ-
B cipuè à fidei illos ueritate decussit. Hoc. n. etiā Paulus accusans, ait:
Ro.10.a Quoniam ignorātes dei iustitiam, & suam quęrentes statuere, iustitię dei nō sunt subię-
Rom.9.g cti. Et rursus: Quid ergo dicemus, quòd gentes q̄ nō sectabantur iustitiā, apprehenderūt iustitiam? Israel autem sectādo legem iustitiæ, in legē iustitiæ nō peruenit. Quare? quia non ex fide, sed quasi ex operib°. Hæc igitur causa malorū cùm esset, uenit Ioānes, nihil aliud faciens quā ut illos ad peccatorū suorū cognitionem trahat. Hoc illius etiā habitus ipse ostendit, qui utique compunctioni ac pœnitētię congrue-
Luc.3.b bat. Hoc ipsa quoq; prędicationis uerba eius declarant. Nihil enim aliud aiebat, quā, Facite fructus dignos pœnitentię. Quia igitur propriorū obliuio peccatorum, sicut etiā Paulus ostēdit, insolentes eos ad uersus Christi dona faciebat: è regione uerò delictorū memoria requirēdi liberatoris, & cōsequendę uenię desiderium suscitabat: ad hoc Ioānes pparatus aduenit, suadens eis refugiū pœnitētię: nō ut castigārētur, sed ut humiliores pœnitendo facti, & peccatorū suorum crebrius recordātes, ad dona remissionis
C accurrant. Vide igitur, quā hæc diligēter expresserit: cū. n. dixisset, quia uenerit prædicare baptisma pœnitentiæ: intulit, in remissionē peccatorū: quasi diceret, ego illis confiteri peccata sua, & pœnitentiā agere persuasi, nō ut castigarentur oīno, sed ut dignius postea remissionis dona susciperēt: nisi enim seipsos antè damnassent neque sanè gratiā requisissent. Nō quærentes uerò gratiā, neq; remissionē profectò assecuti fuissent: ita istud baptisma, alterius, id est Christi baptismatis præparatio est: & idcirco dicebat ut crederēt in aduenientē post eū præter illā quam diximus, aliā quoque causam baptismatis ponens. Neque. n. dignū erat ut beatus Ioannes singulas adiret domos, & quasi apprehensa manu circūduceret Christū, atq; ipsum credēdū esse clamaret, ac prędentibus cunctis atque cernētibus Beatā illam uocem emitteret, cæteraq; cuncta cōpleret. Propterea igitur uenit ad baptisma. Nam & baptizātis fama, & causæ dignitas oēs trahebat, atque ad Iordanē uocabat, & frequentissimū quoddā colligebat theatrū: propterea & aduenientium ad se tumorem reprimit, eisq; suadet, nequaquā de ipso magnū aliquid suspicari: ostēdens illos extremorū esse reos malorum, ob quę maximum illis imminere suppliciū, nisi agant pœniten- D
tiam, & parētibus derelictis, eaq; quā de illis habeāt iucunditate contempta, toto aduenientē Christum corde susc̄ipiant. Quo adhuc tēpore in occulto erat non modo dignitas, uerumetiā præsentia ipsa Christi, ita ut à plurimis & mortuus crederetur, recordātibus uidelicet eā cędē, quę paruulos depopulata est. Etsi enim duodecimo ostēdit se ętatis suę anno, rursus tamē se celauit, ac texit. Propterea igitur ad manifestandam cognitionē sui, clariore opus habebat & celsiore principio. Et idcirco tūc primū incepit beatus Ioannes ea quę Iudęi nusquā uel à prophetis, uel á quibuscūq; alijs audierant, uoce clarissima prędicare. Nihil uerò iā de terrenis promissionibus loquēs, regnū profectò annuncians, instare cœlorū regnū: hic autē aduentum Christi, absque dubio Christi & priorē significat, & secūdum. Et quid, inquies, ad Iudęos? Neque enim quid dicit, intelligūt. Sed propterea, iquit, tectius loquor, ut ipsa permoti obscuritate dictorū, ad inquirendū illū ueniant, quem audiunt prædicari: in tantum uenientes ad se spebus meliori
bus erigebat ut publicani plurimi, & milites qd eos E
facere oporteret, inquireret, ac solicitè interrogarēt, quemadmodū uitā suam instituere deberēt. Quod certè signū euidens erat, eos præsentium rerū curis leuatos, ad celsiora suspicere: iāq; fideliter imaginari tū supplicia, tum præmia futurorū. Cuncta quippe quæ audiebāt, quæq; cernebant, ad altiorē eos sapiētiam subleuabāt. Cōsidera enim quale tūc fuerit, uidere hominē post triginta annorū spatia ab eremi uastitate uenientem, filiū certè pōtificis, nullius prorsus ex reb° necessarijs indigentē, et mirabilē profectò omnibus, & per cūcta reuerendū, quem Esaias quo que testimonij sui authoritate decorabat. Nā & ipse aderat prædicās eum, ac dicens: Hic est quē olim uēturum promisi clamantē in eremo uoce clarissima, ac prędicantem. Tāta enim gratię largitate oia hęc futura propheticus sermo prædixerat, ut nō solū ipsum dominū, sed etiam ipsum ministrū eius multo antè præcineret: nec illū solum modo prənunciaret, uerumetiam locū i quo erat habitaturus, sed & modū prędicationis eius doceret, quantaq; per illū morū emendatio esset futura exprimeret. Considera igi F
tur quemadmodū in eaſdem sententias, etsi non eadem omnino uerba, cōueniant euāgelista scilicet &
propheta. Quid enim de Ioanne Esaias ait? Cùm (in- Esa. 40.
quit) aduenerit, clamabit: Parate uias domini, rectas a.
facite semitas eius. Ipse uerò cū aduenisset, aiebat. Facite fructus dignos pœnitētiæ. Quod utiq; tale est, Hic, &
quale si diceret, parate uias domini. Vides igitur & p Luc.3.b
illa quę propheta prędixerat, & p ista quę ipse prędicebat Ioānes, unum idēq; monstrari, scilicet & quòd pręcursor, & uiā domini paraturus aduenerit: nō ut remissionē peccatorū daret, sed ut eorum præpararet animas, qui omniū dominum erāt recepturi. Lucas uerò etiā amplius aliquid adiecit. Neq; enim initiū solummodo indicasse contentus, omnē de ipso propheticę ordinē narrationis iseruit. Omnis, iquit, uallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabi Esa. 40.
tur: & erunt praua in directa, & aspera i uias planas: a.
& uidebit omnis caro salutare dei. Vidisti certè quē admodū antè uenięs propheta cūcta prædixerit: uidelicet, & quātus etiam ad Christum populi concursus, & quanta per Christum in melius rerū esset futura mutatio, quāq; affluens bonorum cœlestiū largi-

G tās, quæue horum omniū causa esset bonorū: quan quam hæc ipsa per allegoricā significauerit figurā, quod certè genus loquendi maximè Prophetas decet. Cū enim dicit: Omnis uallis iplebitur, & omnis mōs & collis humiliabitur: & erunt praua ī directa, & aspera in uias planas: ostēdit & humiles sublimādos, & è diuerso sublimes humiliādos: ac difficultatē legis, fidei facilitate mutandā. Non iā, inquit, ad iustificationē merendam sudores peccatoribus immi nētes & labores: sed gratia omnibus occurrit, ac uenia plurimo salutis plena cōpendio. Deinde causam quoque ipsam quæ id faceret ostēdens: Quoniā, inquit, uidebit oīs caro salutare dei. Nō Iudęi iā solum modo, atque proselyti, sed omnes terræ prorsus, ac maria, atque uniuersum humanū genus. Siquidē appellatione prauorū, omnē corruptā uitā uitiosamq; signauit: publicanos scilicet, at meretrices, latrones, magosq; significās, qui de priori conuersatione prauissimi, ratis ✳in reliquū gressibus occurrerūt. Quod certè etiā dominus ipse dicebat: Publicani & meretrices præcedēt uos in regno dei, quoniā crediderunt.

✳forsan, rectius.

Mat. 21.c

H Idipsum etiam alio sermone propheta prędixit: Tūc lupi, inquit, & agni pascētur simul. Sicut enim ibi ual lium appellatione, uel collium, inęqualitatē morum una dixit philosophiæ æqualitate miscendā: ita hic quoque per irrationaliū differentiam, ostēdit uitam hominum cultibus moribusq; diuersam, in eandē re ligionis coiuturā esse cōcordiā: hic quoque causam ipsius societatis adūgēs. Ea uerò est: Insurget, inquit, gentiū rector: in eū gentes sperabunt: Quod ibi utique alio sermone signauerat dicendo: Quoniā uide bit oīs caro salutare dei. Illud sursum deorsumq; significās, quòd scientia Euangelij huius, ac singularis potentia toto diffundēda esset orbe terrarū, quę humanū genus à feris moribus, & lapideis cordibus, ad plurimā mansuetudinē ac teneritudinem mentis repentè conuerteret. Ipse *autem Ioannes habebat uestimentum de pilis camelorū, & Zonam pelliceā circa lūbos suos*. Animaduertistis nempe quemadmodum ipsi prophetę aliqua prędixerint, aliqua uerò euāgelistis dicēda seruauerint. Et idcirco Matthæus & prophetiam posuit, & propria subiūxit: nō utique quasi supfluū esset, atq; ocioſum putans, si de sancti habitu quoq; dixisset. Erat. n. omnino mirabile humano in corpore tantā uidere tolerantiā. Quod certè Iudęos magis ad credendū trahebat, cū in Ioāne Heliā cernerent, atque in illius beati recordationē, per istius uirtutē redirēt: immo multo etiā maiore admiratione caperētur. Siquidē ille in urbib⁹ pascebatur, hic uerò ab ipsis īcunabulis in eremo semper inhabitauit.

Esa. 65.d

Esa. 11.c

Esa. 52.d

I Oportebat enim præcursorē illius qui omnia uetera dissolueret, id est maledictionē, mœrorem, dolorem, laborē atque sudorē, aliqua & ipsum muneris huius symbola gestare, & superiorem illa cōdemnatiōe esse. Itaque nō aratro curuus incubuit, nō in sulcos campum scidit, non in sudore faciei suæ panem comedit: sed erat illi impræparata mensa, & facilis amictus, & habitatio facilior amictu. Neque enim uel tecto indiguit ille uel lecto, nō mēsam uel aliqua huiusmodi requisiuit, sed angelica quadā uita mortali in carne resplenduit. Propterea etiā uestimentum de pilis camelorū habuit, ut habitu quoque ipso mūdi contemptū doceret: suadens cæteris nihil cum terra habere cōmune, sed ad priorem nobilitatē reuerti, quam certè habuerat Adam priusquā de uictu, uestitu̇ curaret. Ita ille tunc habitus pœnitētiæ, pariter K & regni iudicia prę ferebat. Neque uerò dixeris, & unde illi cilicinū uestimentū, unde etiā ipsa zona, q certē in eremo ipse uersabatur? Si. n. hinc pateris q̄stionem, alia quoque horū similia plura reperies. Quēadmodū in solitudne hyemes pluuiasq; sustinuit, & hoc tenero adhuc corpore, atque ætate puerili. Quē admodū ualuit rudis adhuc natura carnis, tātas inæqualitates aerum cum illa ciborū tenuitate tolerare, ut de reliqua eremi afflictione sileamus. Vbi nūc illi sunt, q nimis illam inanem, atque uanam Cynicorum impudentiam pro uirtute sectantur? Quæ enim philosophia, aliquandiu quidē inclusum dolio coartari: post hęc uerò ingenti luxu, intemperātiaq; dissolui fulgere annulis, prolui phialis, puererū atq; puellarum ministerijs abundare, multaq; alia pōpę uanitate circundari, & sub professione philosophiæ utra que immoderatione delinquere? At nō ēt Ioānes talis apparuit, sed eremū ita ille habitauit, ut cœlū: omnisq; ueræ philosophiæ uirtute decoratus est, & quasi angelus aliquis è cœlo, ita in ciuitatē à solitudinis uastitate descēdit. Ingens qdē athleta pietatis, L ac uelut toto spectante mundo, dei iudicio coronatus, & cœlestis cuiusdā philosophię dignitate resplēdēs. Et hoc nondū destructo utique peccato, necdū lege cessante, aut morte deuicta, nec cōfractis certè ęneis portis: sed uetere adhuc morte regnāte. Tantū enim ualet fortis animus, ac uirtutis semper amore flammatus: & ubique obuia sibi impedimēta transiliens: sicut ēt Paul⁹ ī noui ā testamēti obseruatione faciebat. Et cur, inquis, ēt zona usus refertur? Mos iste apud antiquos uigebat, priusquā ī mollē istū ac fluidū habitū laberētur. Sic itaq; & Petrus cinctus in uenitur & Paulus. Virū, inquit, cui⁹ hæc zona ē. Helias quoque, sanctiq; cæteri istud uirtutis īsigne gesserūt: quòd scilicet ī iugi opere uersabātur, siue iter ageret, siue aliud qd necessarij ac properandi laboris arripe rēt. Nec propter ista tantūmodo, sed ut omnē quoque superbiēdi rationē conculcarēt, secq; ad omnē laborē ipso quoque habitu prępararent. Quod quidē ipse Christ⁹ pro maxima prædicat laude uirtutis. Quid inquit, exijstis uidere in desertū, hominē mollibus uestimentis indutū? Ecce qui mollibus uestiuntur, in domibus regū sunt. Si uero ille in oī uitę ratione mūdissimus, cœloq; ipso clarior, & prophetis celsior, quo nullus hominū maior fuit, quiq; tāta apud deū familiaritate gaudebat, ad omnē tamē patientiā durabat laborū, tātis altè deliciarū fluxa despiciens, atque ad omnem se uitæ rigorē coartās: quam nos satisfactionē afferre poterimus, qui post tot Christi beneficia, postq; mille nostrorū onera peccatorū, ne minimam quidem partem illius castigationis imitamur: sed comessationibus & potatiōibus dediti, ac peregrino odore fragrantes, uel potius fœtētes, nihilq; à theatralibus fœminis discrepātes, ac nosmetipsos eneruātes undique, ac undique relaxantes, in prędā diaboli prępar amur? *Tūc exibat ad eū omnis Iudæa, & Hierosolyma, et omnis regio Iordanis: et baptizabātur ab eo, cōfitentes peccata sua.* Videsne quantū præsentia ualebat prophetæ? Quemadmodū ad se fecit undiq; populos cōuolare, quemadmodum illos ad peccatorū suorū cognitionē reduxit. Erat siqdē admiratione dignissimū, tantā ī hominis habitu fulgere uirtutē, tantāq; in illo splendere constantię dignitatem: quem utique tam ingentem uidebant, & ad

Ioan. 21.c

Act. 12.b

Act. 21.b.c

Luc. 7.d

M

Mat. 11.b

uersus

A uersus oēm illam multitudinem, quasi cōtra pueros insurgentē, plurimaq; uultus gratia coruscantē: cum id quoq; ad cumulum admiratiōis accederet, quòd multo post tpe apparuisset propheta. Siquidem diu illis iam gratia ista defecerat, postq; longū tēpus ad eos fuerat reuersa: ipsum quoq; prędicationis genus nouum erat, atq; diuersum. Nihil quippe usitatū annunciabat ac solitum, nulla prælia, nulla certamina, nullas de terreno hoste uictorias: nō morbos ac fames, nō expugnationes Babylonicas ac Persicas, nō urbis captiuitatem, neq; eorum oīno quicquā quæ prius audire consueuerant: sed cœlū annūciabat, & illud qđ ibi promittitur regnum, atq; gehēnę è diuerso supplicium. Propterea, q̄q̄ haud multo antè, oēs qui per solitudines oberrabant, trucidarentur, tanq; qui Iudæ & Theudæ complices essent, nihilo segniores tamen illi ad hunc concurrebant. Neq;. n. Ioānes ad tale aliquid illos conuocabat, ut eis tyrannidem dissensiōneq; suaderet, aut hmōi temerariū aliquod & inconsideratū facinus: sed ut auditores ad cœlorum regnū uocaret. ſ. Ideo neq; secū illos retinet, nec

Iosephus antiquitat. li. 18. ca. 1. & 2 & li. 20. cap. 5.

Idem lib. 20. antiquita. c. 4

B per eremum circunducit sequentes: sed uenientes suscipit, & ad cœlestē erudiens philosophiam, cōtinuò domum remittit: per oīa illos docens cuncta etiam terrena despicere, atq; ad præmia regni futurorū bonorum, & in eorū quotidie desiderio concitari. Hūc igitur ēt nos studeamus imitari, & oēm luxuriam ac temulentiam relinquētes, ad pretiosiorem uitā nos undiq; coartemus. Tēpus quidē confessionis æquè & lotus baptismate, & illotis prophanisq; incumbit: his quidem, ut post patentia criminum uulnera pœnitentia interueniente curētur, & ad sacra mysteria redire mereantur: illis uerò ut eam, quam post lauacrum cœleste cōceperant maculam diluentes, ad dominicam mensam munda iam conscientia, securaq; cōueniant. Absistamus igitur ab hac fluida dissolutaq; uita. Nequeunt. n. oīno, nequeunt aliquādo in unum & cōfessionis lachrymæ, & corporis cōuenire uoluptas. Et hæc uos doceat beatus Ioānes & cibo suo, & habitu, & habitaculo. Quid igitur, inquies? Ad huius tu uitæ arduū nos imperas coartari? Non ipero planè, sed suadeo: quòd si facitis, & laudo: sin uerò istud uobis impossibile iudicatis, saltē in urbibus cōstituti pœnitentiæ opera mōstremus. Et enim iam iudiciū assistit ī ianuis: qđ si adhuc esset procul, nec sic quidē oportebat agere securius: siquidem generalē illū mundi finē uniuscuiusq; nostrū uitæ finis imitatur. Quia uerò propè sit, atq; in ianuis, audi Paulū monentem: Nox præcessit, dies autē appropinquauit. Et rursus: Quātulū quantulū, donec ueniat qui uenit, & nō tardabit. Et signa quidē iam constat impleta, q̄ illū diem quodammodo uidentur uocare. Et prædicabitur inquit, hoc Euāgelium regni in uniuerso mundo, in testimonium omnibus gentibus: & tunc ueniet consummatio. Diligēter cōsiderate q̄ dicta sunt. Non dixit, cū creditum fuerit à cunctis: sed cum oībus (inquit) fuerit p̄dicatum: & propterea subiunxit, in testimoniū oībus gentibus: ostendens non se expectaturū ut oēs prius credant, & ita ipse qui prædixit aduenīat. Quod. n. ait, in testimoniū oībus gentibus: hoc est dicere⁹, in accusationem & redargutionem eorū qui Euangelio credere noluerunt. Veruntamen nos audientes ista, imo cernentes, altissimo torporis sopore deprimimur, & illudentia nobis phantasmata somniamus, quasi no-

R.o. 13.d

Heb. 2.a

Heb. 10. & Mat. 24.a

C

D

ēte oīno profundissima soporati. Nihil siquidem à somnij uanitate prę sentiū differt rerū figura, siue illę tristes, siue sint prosperæ. Exurgite ergo iam, deprecor: à somno teterrimæ istius noctis exurgite, ut possitis solē uidere iustitiæ. Nemo. n. solem dormiens intuetur, nec radiorū eius decore oculos illuminat: sed cuncta q̄ se opinatur uidere, figmenta sunt somnij. Propterea q̄ maximè indigemus cōpūctione pœnitentię, multarūq; lachrymarum: & ob hoc ipsum, quia cū peccamus, nullo dolore cōpungimur: & qa magna peccamus, atq; oīno talia q̄ modum indulgentiæ uideantur excedere: atq; hoc nō esse falsum, testes sunt plures qui audiunt. Agamus tamen pœnitentiam, & nō modo uenia peccatorū, uerumetiā præmiorū gloria perfruemur. Pœnitentiā uerò dico, nō solū ut à malis prioribus desistamus, uerūetiam ut bonorū operum fructibus impleamur. Facite, inquit, fructus dignos pœnitētiæ. Quo aūt modo fructificare poterimus? Si utiq; peccatis aduersa faciamus. Aliena rapuisti, & incipe donare iam propria. Longo es tpe fornicatus: à legitimo quoq; usu suspēdere cōiugij, ac perpetuā continentiam sæpius paucorum dierū castitate meditare. Iniuriam uel opere cuiquā, uel sermone fecisti: refer benedictionis uerba cōuicijs: & percutientes te nunc officijs, nunc ēt beneficijs placare contende. Neq;. n. uulnerato sufficit ad salutē tantummodo spicula de corpore euellere, sed ēt remedia adhibere uulneribus. Delicijs antè & temulētia diffluebas: ieiunio & aquæ potu utrūq; cōpensa, ut famem superes imminentē. Vidisti impudicis alienū decorem oculis: fœminā iam oīno non uideas, maiore tactus cautione post uulnera. Declina, inquit, à malo, & fac bonū. & rursus: Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolū. Sed doce me ēt bonum facere, qui malū uitare docuisti. Inquire, inquit, pacem, & persequere eam. Nō tantū hanc dico pacem, q̄ cum hominibus, uerumetiā quæ cum deo est copulanda. Et bene ait, persequere, exagitata est. n. undiq;, & prorsus explosa, ac terrā relinquens in cœlū profecta. Sed tamen possumus eam rursus reuocare si uolumus, si utiq; iracundiam, superbiā atq; iactantiam, omniaq; abijcientes impedimenta pacis, modestā hanc uitā, puramq; sectemur. Nihil est enim ira ac temeritate deteri⁹. Hæc nanq; est q̄ nunc in tyrannicā quandam superbiam animos extollit, nunc eosdē prorsus seruili deiectione cōmutat: & hinc quidē ridiculos, inde uerò reddit odiosos, cōtrariaq; in unū uitia coniungit, adulationem arrogantiæ copulando. Quòd si nimietatē circuncidamus irę: & modestè humiles, & turè sublimes esse poterimus. Nā & corporibus nostris intępe rantia à superfluitate oritur. Cūq; fines proprios, certamq; mensurā usus naturalis excesserit, tunc mille morbi, tunc funera acerba cōsurgunt: ut animalib⁹ quoq; inuenimus accidere. Circuncidamus igitur à nobis intemperantiā, & salutare pharmacū bibētes, in corporis atq; animæ sanitate maneamus. Sic. n. ēt orationi dignè ac perseueranter poterimus incūbere. Nā etsi non cōtinuò accipimus quod rogamus, nihilominus permaneamus petentes, ut mereamur accipere. Neq; enim uult deus sua dona differre: sed tardius dando qđ petimus, instantiam nobis orationis indicit. Propterea & aliquandiu & annuere precā tibus differt, & tribulationes irruere permittit, ut ad ipsum & frequētius confugiamus, & expressius, nec

E

F

P sal. 36.c

Ibid. 33.c

Ibidem.

G ab eo discedamus aliquando. Tale aliquid faciunt amatiores filiorũ parentes. cum pauulos suos uiderint à se quidẽ sępe discedere, equeuorũ aũt suorum lusibus detineri: præcipiunt famulis terribilia multa simulare, ut exagitati ẽt metu paruuli, ad maternũ sinum confugere festinent. Ita ẽt deus nõ modo ab alijs nos sæpe tribulari sinit, sed nõnunquam etiam ipse plagã minatur: non ut eã in nos inducat, sed ut nos ad se potius adducat. Siquidẽ cũ ad ipsum fueri mus reuersi, cõtinuò dissoluit timorẽ. Quòd si quales in tribulatione sumus, tales ẽt essemus in requie, nequaquã egeremus afflictionibus eruditi. Et quid ego de nobis loquor? illis quoq; quos legimus sanctis plurimũ eruditiõis de tribulatione ueniebat, pp
Psa.118.e quod propheta dicit. Bonum mihi quia humiliasti me, ut discam iustificationes tuas, Ipse quoq; dominus dicebat Apostolis: In mũdo tribulationes habe
Ioã.16.g bitis. Idipsum significabat & Paulus, cũ diceret: Da
2.Co.12.b tus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ q me colaphizet: & idcirco ter dominum deprecatus est, ut ab eo illa tẽtatio discederet: sed impetrare nõ
H potuit, quia. s. maxima per illã cõmoda colligebat. Quòd si ẽt sancti Dauid uitã uelimus inspicere, inue nimus eum profectò inter pericula clariorẽ: nec illũ tantũmodo, uerumetiam cæteros sanctos. Nã beatus Iob maximè cum tribularetur, effulsit, & Ioseph deo i tribulatione plus placuit. Iacob quoq;, & eius pater, quiq; unquam iustorũ fuerũt, clariores de tribulationibus texuerunt coronas, uictoresq; procla
Eccle.2.a mati sunt. Quæ quidẽ oia considerantes, iuxta sermonẽ sapientiæ, non deficiamus, nõ festinemus in die tentationis: sed ad illud pcipuũ erudiamur unũ, ut uiriliter cuncta toleremus, nec de his q̃ nobis acci dunt, qõnem curiositate moueamus. Nosse. n. quan do tribulationes auferri oporteat, illius est qui eas permisit inferri. Illatas uerò cum oi gratiarũ actione tolerare nostræ opus est uolũtatis: qd si fiat, bona proculdubio ẽt oia cõsequemur. Vt igitur hęc cuncta proueniant. s. ut & hic probatiores, & illic clario res esse mereamur, suscipiamus æquo animo quicquid fuerit illatũ: gratias agentes ei qui multo amplius, q̃ ipsi nos, qd nobis expediat, agnoscit: quiq; i amore nostri facilè parentũ uincit affectũ: & ad singula quęque discrimina utraq; hęc nobismetipsis iu
I giter incantãtes, tristitiã cõprimamus. Glorificemus uerò in oibus dominum pro nobis cũcta facientẽ, nobisq; oia prouidentem. Sic. n. facilè & eas, q̃ uirtu ti opponuntur, repellemus insidias, & immarcesibi les consequemur coronas, gratia & misericordia do mini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium cum patre, & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Homilia. XI. ex capite tertio.

Idens autem multos Pharisæorum, & Sadduceorum uenientes ad baptismum suum, dixit eis: Genimina uiperarum, quis demonstrauit uobis fugere à uentura ira? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. Et ne uelitis dicere intra uos: patrẽ habemus Abrahã. Dico enim uobis: quoniã potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Iam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor quæ non facit fructũ bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Ego quidem baptizo uos in aqua in pœnitentiam: qui aũt post me uenturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta portare. Quemadmodũ igitur Christus ait, quia nõ crediderunt Ioanni? quia. s. nõ erat aliud, nõ credere Ioan ni: nisi, quem ille prędicabat, nolle suscipere. Nam & K
prophetas, & legislatorẽ uidebantur audire: sed tamen obedire eos illis negauit, quoniã prophetatum ab illis dominũ suscipere noluerũt. Si. n. inquit, crede
Ioan.5.g retis Mosi, crederetis forsitan & mihi. Et cũ interrogarentur à Christo, baptisma Ioannis unde esset: dixerũt, Si dixerimus, dę terra: timemus populũ. si ue
Mat.21.c rò dixerimus, de cœlo: dicet nobis, quo ergo nõ cre
Mat.11.d ditis ei? Et ex his oibus illud liquidò comprobatur,
Luc.20.a quòd aduenerint quidẽ, & baptizati sint, nõ tamen ad fidẽ quoq; quæ p̃dicabatur accesserint. Nã Ioannes euãgelista quoq; malignitatẽ eorum euidenter ostendit, ex eo. s. quod ad Baptistã miserant sciscitan
Ioan.1.a dũ, si tu es Helias, si tu es Xps? pp quod intulit: Qui aũt missi fuerant, erant ex Pharisæis. Quid igitur populi? nõne idipsum quidẽ putabant? Sed illi simplici illud suspicabãtur animo, nulla prorsus ratione fuca
Luc.2.a to. Pharisæi uerò occasionẽ qua aliqd reprehenderent, quærebãt. Quia. n. manifestũ erat ex uico regis
2.Re.7.c Dauid Christũ esse uenturũ, hic uerò de Leuitica ue
1.Parali. niebat tribu, insidias ei in interrogatione posuerũt:
17.b ut si hic aliqd loqueretur, illi ad accusandũ repẽtè cõ
L surgerẽt. Hoc igitur ẽt per ea q̃ sequuntur, expositi:
Psa.17.g Ioanne quippe nihil horũ q̃ illi expectauerũt cõsitẽ
Luc.1.a te, tamen reprehẽdere non morantur, dicẽtes. Quid ergo baptizas, si tu uõ es Xps? Atq; ut discas, quoniã alia qdẽ Pharisęi, alia uerò populi ad eũ uolutate ue niebant: audi quẽadmodũ Euangelista istud quoq; declaret: de populo qdem dicẽs, qa aduenirẽt ut baptizarentur ab eo, cõsitẽtes peccata sua: de Pharisęis
Hic.& uerò haud similiter. Quoniã uidẽs multos ueniẽtes
Matth.3. ad baptisma, dixit: serpentes, genimina uiperarũ. O
13.d.& admirabilẽ animi magnitudinẽ, stupendãq; constã
Luc.3.b tiam, q̃ liberẽ illis oibus loquitur, qui propheticum semp sitiebant cruorẽ, quiq; in nullo erant serpentibus mitiores. Quãta & ipsos, & ipsorũ parẽtes libertate castigat. Sed dicat hic aliquis: libertatẽ quidẽ illam fuisse præcipuã: cæterũ illud esse quærẽdũ, utrũ rationẽ aliquã habuerit ipsa libertas. Neq;. n. peccantes uiderat, sed post peccata cõuersos, pp quod nec increpare debuerat, sed è regione laudare atq; suscipere: quia. s. urbibus ac domibus derelictis, ad eremum cucurrissent, ut ueritatẽ prędicationis audirẽt. M
Quid ergo dicemus? Non utiq; illũ absq; consideratione tanta feueritate fremuisse, & neq; pręsentibus, neq; absentibus peperciss̃e. Nam quia reuelante sibi deo, cordis eorum occulta perspexerat, eosq; superbum sapere de parentũ nobilitate cognouerat: hãc illis perditionis esse causam, & hinc i ultimã eos scie bat præcipitatos esse desidiam, satis necessariè radicẽ arrogãtiæ huius incidit. Propterea illos Esaias So
Esa.1.c domorũ principes, & Gomorrhæorũ plebẽ uocat.
Et alter propheta dicit: Num sicut filij Aethiopum
Amos.9.d uos estis mihi? Et prorsus oẽs ab hac eos psuasione deducũt, reprimentes illorum tumorẽ, qui eis innumerabilibus causas pariebat ẽt malorũ. Sed propheta, inquies, cõsequenter, si quidẽ illos peccãtes uidebãt hic uerò qua de causa, quáue ratione idipsum facit, cũ eos certè uideat ad obediendũ paratos? Proculdubio ut illã duriciem molliret. Nã si sermonẽ ipsius diligenter intendas, increpationi temperamẽtũ i. udis admiscet. Hæc quippe dixit admirans, quòd ea q̃ illis penè impossibilia uidebãtur, uel serò implere potuerunt. Huiusmodi igitur increpatio inuitantis est potius, atque ad uigorem animi coartantis. Cum

A enim illos resipuisse miratur, & pesimã prius eorũ conuersationẽ fuisse, nunc laudabilem esse cõuersationem declarat. Quid, inquis, factũ est, quòd cũ illorum essent filij, tamq; nequiter educati, susceperũt subitò pœnitentiam, & eã nobis, non suis parẽtibus offerẽtes? Vnde hæc facta est repẽtè tãta conuersio? Quis uoluntates eorũ asperas mitigauit? Quis uulnera imedicabilia curauit? Et cõsidera quemadmodũ illos ab ipsis oino pricipijs attentos attonitosq; reddiderit, de gehenna scilicet inferendo sermonẽ. Non enim aliquid usitatũ locutus est: neq; dixit, Quis uobis demõstrauit bella uitare, & irruẽtes fugerẽ impetus, babarorum captiuitates, morbos ac fames? Sed aliud quoddã suppliciũ cõminatur, quod nũquã certè illis fuerat antè manifestum. *Quis, inquit, demõstrauit uobis fugere à uentura ira?* Bene autem illos etiã genimina uiperarum uocauit. Siquidẽ id serpentiũ genus ita in parẽtis festinat exitium, ut aluo qua portatur exesa, in uitã prodeat morte gignẽtis: quod isti quoque faciebãt, patrum sanguine ac matrũ madẽtes, & sceleratis manibus eos à qbus ad ueritatis lu
B men ducebantur, interficientes magistros. Nec sola tamen increpatione contentus, adiungit etiã uerba consilij. *Facite, inquit, dignos fructus pœnitentiæ.* Non iquit, sufficit à malignitate fugisse, nisi ad uirtutis stu dia transeatis. Nõ hic usitata illa opus est etiã mobilitate, ut ad tempus quoddã per compunctionẽ repressi, rursus ad malitię uestrę familiare redeatis. Nõ enim tali cõditione uenimus, quali etiã priores prophetę: multo sublimiorẽ in partẽ rerũ est facta mutatio. Siqdẽ adest ipse iudex & dominus regni, ad celsiorem homines philosophiã ducens, atque in cœlũ uocans, & ad eã quæ ibi fulget conuersationem trahens: propterea occultatum etiã de gehenna pando sermonem. Nam & bona, & mala quę annunciãtur, æterna sunt. Nolo te ergo in eisdẽ uitijs permanere, nec proprias culpas obumbrare suffragijs, Abrahã, Isaac & Iacob superba uoce resonãtes, ac de sanctorũ uobis parentũ nobilitate plaudẽtes. Hęc uerò dicit, nõ quò prohibeat eos sese ex illis genitos cõsiteri: sed quò proculdubio moneat, ne prędicaręe illi iu
C stitię cõsidãt parentũ, cũ tãta illi squaleãt uitiositatis incuria. Simul & cõscientiarũ secreta prodit, & futura prędicit. Nã postea iueniũtur hęc ita dixisse. Nos,
Ioan.8.d inquiũt, patrẽ habemus Abrahã, & nulli seruiuimus unquã. Quia igitur hoc erat quod in superbiam eos maximè erexerat atque perdiderat, id etiã ipse reprimit in primis. Cõsidera uerò quemadmodũ patriarchæ honore seruato, istos ad studium correctionis hortetur. Dicẽdo. n. ne uelitis dicere, quoniã patrem habemus Abrahã: non ait, nihil uobis prodesse potest patriarcha: sed minus quodãmodo id locutus, ac lenius, *Potest, inquit, deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.* Nõnulli quidem opinãtur, hoc illum dixisse de uocatione gentilium, quos metaphoricõs lapides nominauerit. Ego tamẽ aliã quoque huius dicti itelligentiã esse prospicio. Quę uerò est ista? Ne, inquit, putetis, quoniã si peccatis ipsi, absque filijs orbũq; patriarchã deus esse patiatur. Non erit istud oino non erit. Deo enim possibile est filios ei etiã de la
Esa.51.a pidibus suscitare, atque ad nobilitatẽ propinquitatis eius adducere. Siquidẽ & antè sic factum est: homines quidẽ ex lapidibus fieri, tale est quale fuit puerũ de sterili matre procedere. Quod ẽt propheta significans: Aspicite (inquit) in solidã petram, de qua excisi estis: & in souea lacus, de quo effossi estis. Aspicite in D
Abraham patrẽ uestrum, & in Sarã quę genuit uos. Huius igitur illos prophetiæ admones: & ostendens quoniam prius quoque tã admirabili modo eũ fecisset parentẽ, ut quodammodo ex lapidibus ei filiũ dedisse uideatur. nũc quoq; istud dicit esse possibile. Et cõsidera quemadmodũ terreat qdẽ, nec tamẽ prorsus abscindat. Non enim dixit, iam suscitauit: ne semetipsos desperare cogantur: sed potest, inquit, suscitare. Nec uerò ait, potest homines ex lapidibus facere: sed, quod multo erat ptiosius, filios iquit Abrahæ. Nępe cõsidera quemadmodũ illos à iactatione etiã carnali, & refugio istius propinquitatis abduxerit, ut potius in cõuersione uera, & cõuersatione sancta spẽ salutis locarẽt. Vidisti quemadmodũ cognationẽ carnis excludẽs, hanc (quę per fidem constat) induxerit. Perpende igitur quemadmodũ iam inde quoque augeat hunc timorẽ, & solicitudinẽ mentis intendat. Cũ enim dixisset, potest deus ex lapidibus istis suscitare filios Abrahæ: intulit, *Ecce securis ad radicem arboris posita est.* ut sermonem faceret per cuncta terribilẽ, opus quippe erat talium auditorũ ma- E
gistro castigationis plena doctrina, per quã cõmoueret atque excitaret animos multo iã tępore in terrenis operibus uolutatos. Quid. n. dico, iquit, quòd à patriarchæ sitis cognatione remouẽdi, quòd usuri alios ex lapidibus in uestrã succedere dignitatem? Non enim hucusq; tantũ supplicia uestra peruenit, uerumeriam in ulteriora procedunt. *Ecce iam, iquit, securis ad radicem arboris posita est.* Nihil terribilius hac ipsa exhortatione sermonis. Non enim adhuc illis falcem uolantem, non destructionem sepis, non cõculcationẽ uineæ comminatur: sed securim secantẽ, quodq; multo est terribilius, iminentẽ, & iam iamq; cædentem. Quia enim in prophetarum uerbis ĩcre-
Esa.5.c duli sæpe dicebãt, Vbi est dies domini? & ueniat cõsiliũ sancti Israel, ut sciam⁹, eo quòd multa annorũ spatia quæ dicebãtur, ueniret: necessariè ab hac illos desidia retrahens, mala ipsorũ uicina cõstituit. Id enim egit dicendo, iam & radicibus securim admotã esse monstrãdo. Nihil, inquit, est mediũ, sed ipsi iam radici imminet prorsus absciso. Neque. n. aut ramis minatur, aut fructibus, sed ipsi utique radici: ostendẽs illos, si fortè neglexerint, imedicabiliter esse feriẽ F
dos, & ne spẽ quidẽ curationis esse habituros. Non enim qui aduenit seruus, ut priores: sed profectò oium dominus grauissimã certè contẽptoribus suis, ac potentissimã inferens ultionem. Attamẽ cum etiã maximè terruisset, non eos sinit desperatione cõcidere. Sed ut paulò superius, nõ dixit, quoniã suscitabit deus: uerũ, quia potest suscitare filios Abrahæ: cõsolationẽ quandã admiscẽdo terrori. Ita hic quoque non ait, quòd radicẽ iam ipsam ictus securis attingat: sed, quia iterim posita sit, & radici prorsus admota. Nec quicquã iam esse dilationis ostẽdit. Cũq; eam iuxta, inquit, admouerit, uos tamen ipsius facit incisionis authores: si uelitis qppe cõuerti, & esse meliores, securis ista remouebitur, nihil prorsus operata. Si uerò i eisdẽ studijs permaneatis, radicitus arbores desecabit. Propterea nec à radice remouetur, nec tamẽ aduersus radicẽ mouetur, & cædit: quorũ unũ agit, ne uosmetipsos in ociũ resoluatis: aliud uerò, ut discatis posse uos etiã breuissimi temporis cõuersione saluari. Et idcirco undique auget timorẽ, excitãs eos ad pœnitentiã, & penè cõpellẽs. Nam & à stem-

G mate abduci parentū,& in filiorum locum alios inducī,& pœnam iā in ianuis aſsiſtere, & intolerabilia eſſe patienda. Vtraq; hæc enim quæ per radicē,ſecurimq; monſtrauit,idonea erant, etiam nimis iacētes oppreſſasq; torpore animas ſuſcitare, & ad ſtudium uirtutis attollere. Hoc igitur ēt Paulus oſtendēs, ait:
Eſa.10. & Rom. 9.f Quoniā dominus breuiatū faciet uerbū ſuper uniuerſum orbē. Sed nihil timeas, quinimmo uel maximè time, modo ne in deſperationē uenias per timorē. Adhuc quippe habes ſpē cōuerſionis incolumē: nō enim proceſsit immutabilis illa iāq; ad puniēdū deſinita ſententia, neq; ut cæderet, uenit ſecuris: alio qui quid illā ferire prohiberet iā radicibus imminētem? ſed ut te terrore faceret meliorē, & expectatū, fructum afferre cōpelleret: propter quod intulit, *Omnis arbor quæ nō facit fructū bonū, excidetur, et in ignem mittetur.* Cū uerò dicit, Omnis, uniuerſum honorē carnalis nobilitatis excludit: ēt ſi ipſius, inquit, Abrahæ fueris nepos, & mille à qbus ducis genus patriarchas enumeres, duplicem pœnā ſubibis, ſi bonorū fructuum inanis extiteris. Horū itaq; ſeueritate uerH borū,& publicanos terruit, & militū corda tremere fecit, nō in deſperationē illos utique mittēdo, ſed aboī prorſus deſidia liberando. In ipſo ſiquidē timore plurimū erat cōſolationis incluſum: dicēdo.n. *Quæ non facit fructum, excidetur, & in ignē mittetur.* oſtēdit quòd quę facit fructū bonū, ab oī proculdubio ſupplicio uindicetur. Et quomodo, inquiūt, fructū facere poſſumus, ictu iā ſecuris inſtante, & breuitate temporis coartante, atq; induciarū fœdera reſoluēte? Poteſtis, inquit, Non.n. talis eſt iſte fructus, qualis eſt arbor, longum nimirū tempus expectās, & horarū neceſsitatibus ſeruiēs, nec abſq; magna difficultate proueniēs: ſed uelle ſufficit, ſtatimq; arbor erūpet in germina. Neque.n. tantūmodo radicis natura, uerumetiā ars agricolæ arborem iſtā colentis plurimū ad ferendū fructū opitulatur. Ne igitur dicerent, nimia nos feſtinatione cōturbas, urges prorſus atq; angis, ſuper ponendo utiq; ſecurim, & excisionē celerē cōminando, tum etiā exigendo fructus tempore inſtātis ſupplicij: ītulit, quo oſtēderet afferendi fructus facilitatem. *Ego inquit, uos baptizo in aqua: qui autē poſt*
I *me uenit, fortior eſt me, cuius nō ſum dignus corrigiā ſoluere calciamēti. Ipſe uos baptizabit in ſpiritu ſancto, et igne.* Per hęc profectò demōſtrat, quia ſola opus ſit uolūtate ac fide, nō laboribus ac ſudoribus: quāq; eſt facile baptizari, tā ſit etiā facile mutari fieriq; meliorē. Poſtquā uerò mētes eorū cōcuſsit terrore iudicij, & expectatiōe ſupplicij, & nomine ſecuris, & ipſorū repulſione, & aliorū introitu filiorum, & geminatione pœnę, abſciſionis ſcilicet & cōbuſtionis: cūq; undiq; eorū duritiā molliuiſſet, atque ex tot malorū timore ad liberationis deſideriū ſuſcitaſſet, tum demū de Chriſto intulit mētionē: neque uerò ſimpliciter, ſed multo cū cumulo eminētiaq; ſermonis. Deinde cùm oſtendiſſet grande illud mediū, quod inter ſe Chriſtūq; diſtingueret, ne ad gratiā idipſum dicere uideretur, à comparatione rerū earū quas uterq; daturus erat, pulchrè præoccupauit. Neq;.n. cōtinuò dixit, Non ſum dignus ſoluere corrigiam calciamēti eius: ſed poſt quā baptiſmatis ſui profeſſus eſt ſimplicitatē: nec quicquā illud amplius habere mōſtrauit, quā ut eos ad pœnitentiā duceret: nō enim dixit, in aqua remiſsionis: ſed, pœnitētiæ: tum demū ponit etiā Chriſti baptiſma ineffabilium donorum liberali-

A etiā pater mittēs Ioannē, hoc dignitatis Chriſti documentū dedit: Super quem uideris, inquit, ſpiritū deſcendentē ſicut colūbam, & manentem ſuper eū, hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. Vnde etiā ipſe pronūciat: Et ego uidi, & teſtimoniū perhibui, quia ipſe eſt filius dei: ut uidelicet oſtēderet, ex illo etiam iſtud liquidò claruiſſe. Deniq; quia proſpera nuncian do recreauerat auditorē, atq; aliquātulū à timore laxauerat, ſequēti eū rurſus ſermone reſtrinxit, ne ad deſidiam à ſecuritate trāſiret. Talis nanq; erat natio Iudæorū, ut ſi amplius fuiſſent in lætitiam per iucū-
Ioan.15.a da laxati, facilè in deterius uerterentur: pp quod terribilia rurſus inducens ait: *Cuius uentilabrum in manu ſua.* Superius tantūmodo ſuppliciū memorauerat, hic uerò oſtendit & iudicem. Iamq; ſignatè pœnam ipſam mortē eſſe dicit æternam, dum inquit: *Paleas autem comburet igne inextinguibili.* Vidēsne eū & dominū eſſe rerum, & eunde rurſus agricolā pariter ac patrē? De quo alibi: Pater meus, inquit, agricola eſt. Quia.n.dixerat, ſecuris ad radicē arboris poſita eſt: ne neceſſariū huic operi laborē putares, uixq; inter
B abſcindēdū unūquemq;, & reſeruandū haberi poſſe iudiciū, ex alio opere inducit ēt facilitatem: oſtēdēs ipſius uniuerſum eſſe mundū, neq; eum uocaſſe alienos: nunc uerò cuncta permixta ſunt. Etſi.n. appareat frumentū refulgens, ſed tamē quaſi in area ſparſum eſt, non quaſi in horreo cōgregatum, in futuro erit multa diſcretio. Vbi nunc illi ſunt qui gehēnam eſſe non credunt? Duo quippe pariter hic poſuit, qa ſcilicet & credentes baptizet ſpiritu ſancto, & cōburat incredulos. Si igitur illud uerū eſt, proculdubio & iſtud eſt uerū. Propterea.n. ſimul utrūq; prædixit, ut ex hoc quod iam factum eſt, ēt illud quod adhuc differtur, credamus futurū. Nā ipſe quoq; Chriſtus dominus hoc ſolet, ſæpe in eiſdem rebus, ſæpe ēt in contrarijs duas prophetias pariter collocando: quarū unam hic impleat, alterā ſpōdeat in futuro: ut ab his qui de promiſsionibus eius pertinacius dubitāt, ex hac q̄ iam facta eſt, ēt illa quæ impleta nōdū eſt, credatur implenda. Siquidē & illis qui pp ipſum mūdi huius cuncta cōteminerent, centuplū in præſenti
Mat.19.d tpe, in futuro aūt uitam promiſit æternā: ex his utiq;
C quæ in præſenti ſeculo pręſtat, uera eſſe ēt futura declarās. Quod ēt Ioānes hoc fecit loco, ſimul utrūq; ponendo: quoniā.ſ.& baptizet in ſpiritu ſancto, & comburat igne inextinguibili. Si igitur nō & Apoſtolos baptizaſſet i ſpiritu, & quotidie oēs uolētes, poſſes de eo quoq; qđ ſimul poſuit fortaſſe dubitare. Si uerò quod difficilius uidebatur, & grādius, ac ſupra oēm prorſus eſſe rationē, factū tamen eſt, fitq; quotidie: quo illud quod & facilè, & iuxta rationem fit, non uerū eſſe contendis? Quia uerò dixerat, baptizabit uos in ſpiritu ſancto, & igni: magnaq; hinc repromittebat bona: ne cuncta q̄ erāt dicta deſpiciēs, in turpe te ocium relaxares, intulit uentilabrū, perq; hoc iudiciū deſignatū. Nolite, inquit, putare ſufficere baptiſma, ſi poſt illud praui eſſe perſiſtitis. Opus enim nobis eſt multa philoſophia, multaq; uirtute. Propterea illos poſt cominationem ſecuris, ad lauacrū cohortatur: poſt gratiā uerò lauacri, de uentilabro, igniq; deterret: atq; illorū, qui nec dum baptizati ſunt, nullā prorſus diſcretionē facit, ſed generaliI.ſa.3.b & 6.f ter: Ois, inquit, arbor q̄ nō facit fructū bonū, excidetur, & in ignē mittetur: per qđ cūctos profectò infideles ſignificat puniēdos. Inter baptizatos uerò diſtiguit, quia proculdubio ſic ſciebat futurum, ut plurimi ex D his ēt qui credidiſſent, indignū fide fructū ſuæ conuerſationis oſtenderēt. Nō igitur ſit palea, nemo fide fluctuās, nemo cogitationibus prauis obnoxi⁹, ubilibet ab illis iactandus. Si.n. in frumēti ſoliditate permanſeris, etiāſi tribulatio irruat, nihil dabit incōmodi. Siquidē in area iacens frumentū, rapidę etiam curruum rotę, nihil comminuunt prorſus. Si uerò in infirmitatē decideris palearū: & hic intolerāda patieris, à cunctis oīno conciſus, & ibi immortale ſuppliciū ſuſtinebis. Siquidē oēs hmōi, etiam ante illius fornacis incendiū, pabulum hic efficiūtur irrationalium paſsionū, ſicut & paleæ ab irrationalibus uorātur animalibus. & ibi rurſus eſca erunt igniū, atq; materia. Neq; uerò iſtud loquendi genus ocioſum eſſe aliquis exiſtimet. Nā recta edicere, quia ipſe de uniuſcuiuſq; actibus iudicabit, non tanta ſinit ſuſcipi facilitate ſermonē. Quòd uerò eundē ſenſum cōparatione permiſcet, atq; ea cōtinuò utitur, efficacius ſuaſit, & maiore cōſolatione auditorū animos affecit: pp E quod plurima eis dominus quoq; ipſe loquitur ſic. Nam & agrū, & aream, & meſſem, & uineā, & torcular, & ſagenā, & piſcium capturam, cęteraq; hmōi, in quorū quotidie uerſabatur uſu, uerbis ſuis ſæpe miſcebat. Quod ēt Baptiſta hoc fecit loco, eorū q̄ prædicta ſunt præbens grāde documentū, ſancti. ſpiritus donum: acſi diceret, Qui tantū poteſt ut etiam peccata dimittat, & ſanctū ſpiritum largiatur? quāto magis poterit iſta perficere? Vidiſti nempe ij cōſequēter reſurrectionis iudicijq; uerbū antè præmiſerit: & qua, inquit, ex cauſa noluit ea ſigna memorare, quæ ab ipſo continuò erant futura? quia. ſ. hoc quod ait, maius oībus erat, propter quoq; iſtud cuncta illa facta ſunt miracula. Itaq; caput ipſum ponens bonorum, ſimul omnia cōprehendit, deſtructionē profectò peccatorum, mortis interitu, maledictionem remotam, longa prælia diſſoluta: in paradiſum introitum, in cœlos aſcenſum, conuerſationē cum angelis copulatam, futurorūm cōionem bonorum: prō his quippe oībus ſancti ſpiritus pignus accipitur? quem ſcilicet Euangeliſta memorādo, ſimul & reſurrectio F nem corporū nominauit, & miracula illa ſignorū, & in cœlorum regno conſortiū. Et illa utiq; bona, q̄ oculus non uidit, nec auris audiuit. Per illud nanq; I.Cor.2.c donū hæc nobis cuncta pręſtantur. Erat ergo ſuperfluum mentionem facere ſignorū, quæ paulò poſt eſſent futura, & certiſsima oculorū probanda iudicio. Magiſq; oportuit diſputari, quòd filius eſſet dei, quòd Ioannē abſq; collatione præcederet, quòd peccatū tolleret mundi, quòd de cūctis operibus exigeret profectò rationē, quòd ſpes noſtrę ultra menſūrā præſentis ſeculi tenderentur: atq; in futuro digna unuſquiſq; aut præmia ſuſciperet, aut ſupplicia ſuſtineret. Iſta.n. oculis interim inferri non poterāt. Hæc igitur ſcientes oīa, maximo uirtutis ſtudio ferueamus, dū adhuc certè in area ſumus. Licet.n. quādiu hic degimus, de palea in frumentū mutari. Nequaq̄ ergo iaceamus, neq; ad oēm uentū huc illucq; rapiamur: neq; ſcindamur à fratribus, etiāſi exigui nobis uideātur & uiles. Nā & frumentū paleis mēſura quidem minus eſt, ſed natura pretioſius. Ne igitur pteruolās ſeculi huius umbras atq; imagines cōcupiſcas, q̄ utiq; ignibus prępārātur: ſed amplectere humilitate deo placitam, firmā.ſ.ac diſſolui oīno neſciā, quam nullus gladius incidere, nullus queat ignis exurere.

G Propter huiuſcemodi enim & paleas patienter expectat, ut fiat ex illius cõiunctione meliores. Propterea nondũ iudicij examen agitatur, ut oẽs pariter coronentur, ut multi ad uirtutẽ à uitijs trãſeamus. Inhorreſcamus igitur audientes huius parabolæ ſermonẽ. Siquidẽ ignis ille neſcit extingui, & quo inextinguibilis perſeuerat? Nõne cernis ſolẽ iſtũ ſemper ardentẽ, & nunq̃ prorſus extinctum? Non legiſti incenſum rubum, nec tamẽ ipſo incendio cõcrematũ? Si ergo tu quoq; extinguere uis flammã, miſericordiæ operib⁹ abundẽ circundare, atq; hoc modo ne experimentũ quidem illius ignis accipies. Si enim his q̃ dicuntur, abſq; ulla ambiguitate credideris, nec uidebis quidẽ illud incendiũ. Si uerò incredulus perſeueres, ibi ipſo ſatis experiẽto diſces, quando iam nõ ualebis effugere. Ineuitabile quippe ſuppliciũ eſt his, qui rectam uitam habere neglexerint. Neq;.n. ſola cuiquã fides ſufficit ad ſalutẽ. Nam & dæmones credunt, immo etiam cõtremiſcunt: ſed maximo ẽt prorſus morum quoq; indigemus ornatu. Propterea quippe & in eccleſia uos ſæpius cõgregamus: nõ ut huc tãtũmodo introiſſe uideamini, ſed ut aliquẽ fructũ ex ipſa congregatione referatis. Si uerò ſemper aſsitis, abſq; ullo autẽ hinc diſcedatis profectu, nihil uobis ingreſſus iſte, nihil hæc poterit prodeſſe ſedulitas. Si.n. pueros tradẽtes magiſtris, cũ nihil eos proficere uiderimus, acerrimi cõtinuò accuſatores efficimur magiſtrorũ, abductosq; ab eis diſcipulos, ad aliũ doctorem ſæpe transferimus: qua poſſumus ſatisfactione defendi, q ne tantũ quidẽ ſtudium uirtuti tribuimus, quãtum terrenis iſtis exiguisq; rebus ſolemus impendere? ſed uacuas ſemper domũ tabulas reportamus, cũ certè plures hic ſint ac multo potiores maigſtri. Nã & prophetas, & Apoſtolos, & patriarchas, oẽsq; iuſtos p ſingulas quasq; eccleſias uobis adhibemus magiſtros: & nec ſic quidẽ aliquid profectus acquiritur. Sed ſi duos aut tres pſalmos ex more ſonãtes, & ſolẽnes orationes negligẽter, & oino prout caſus qdẽ attulerit effundẽtes habeatis, abũdè ſufficere uobis creditis ad ſalutẽ: nec auditis prophetã loquẽtẽ, quin dominum potius per prophetã: Populus iſte labijs me honorat, cor aut eorũ lõgè eſt à me. Ne igitur & nobis iſtud proueniat, dele literas, uel potius ſigna cõfuſa, q̃ in tua diabolus mente formauit, atq; affer mihi cor liberũ à ſecularium curarũ tumultu, ut ibi quæ uoluero omni cũ licentia diligentiaq; cõſcribã. Nũc aũt nihil ibi poteſt aliud agnoſci, q̃ peſsimi magiſtri, teterrimæq; illæ literæ, auaritia. ſ. rapina, dolus, zelus, inuidia. Et idcirco tabulas ueſtras accipio, eas nec legere quidẽ poſſum. Non.n. illas inuenio ibi literas, quas uobis relinquimus cunctis certe dominicis diebus inſcriptas: ſed pro illis alias quaſdã detortas ſcilicet, atq; cõfuſas: quas cũ deleuerimus, aliasq; denuò q̃ ſunt de ſancto ſpiritu, ſcripſerimus, uos nihilo minus abeuntes, ac diaboli magiſterio ueſtra corda prębentes, offertis illi, ut ſuas ibi literas rurſus inſcribat. Quiſnam igitur horũ finis ſperatur malorũ, etiamſi ipſe non dicã, uniuſcuiuſq; ueſtrum cõſcientia recognoſcit: Ego tamen opus meum implere nõ deſinam, rectas uobis literas ſcribẽs. Sin aũt uos ſtudia ueſtra caſſetis, nobis quidem merces manebit immobilis: uobis aũt: ſed nihil uolo triſtius dicere. Obſecro itaq; rurſus, ac deprecor, ſaltẽ ſtudiũ imitemur erga iſta puerorum. Illi enim primo quidem ſolas diſcũt in ſcholis literarum figuras, deinde legere illas, perq; iſta paulatim ad certã uiam perueniunt lectionis q̃ eiſdẽ nihilominus literis continetur. Hoc igitur nos ẽt faciamus, totamq; iuſtitiam ſingulas eius partes menti dando diſcamus. Et primò quidẽ nõ iurare, ac nõ peierare meditemur. Inde quaſi ad alia elementa ueniẽtes, diſcamus nõ liuore mentis, nõ amore corrumpi: nõ cura uentris, non ebrietate, non crudelitate delinquere, oẽmq; prorſus animi ſuperare torporẽ: poſt hæc uerò ad ſpiritualia trãſeuntes, meditemur continentiã, uẽtriſq; neglectũ, iuſtitiam, caſtitatem. Deinde ut inanẽ quoq; gloriã reſpuamus: & ſic modeſti, ac mente compuncti, atq; hæc ſimul omnia copulantes, noſtris inſcribamus animabus: & eadẽ ſemper in domo, & ĩ publico, apud amicos, cũ cõiugibus retractemus, & liberis, Sed à primis interim ac facilioribus inchoemus, à nõ iurando uidelicet: qd quaſi primum diſciplinæ elementũ ſæpe meditemur, & præcipuè domi. Ibi.n. plurimi ſunt q hãc bonã meditationẽ frequenter impediant. Nunc.n. aut negligẽs famulus, aut nequã, mentẽ à ſui quiete deturbat. Nunc ẽt cõtriſtat uxor, & ad indignationẽ iramq; conuertit. nunc indocilis, atq; indiſciplinatus filius, ad minas ac iuramẽtũ remittit. Quòd ſi in domo ſæpius ab his iratus, nihilominus cœperis obtinere ne facilè ad iuramentũ traharis: poteris uictor etiam in publico permanere: atq; ita neq; in uxorẽ, neq; in ſeruum, neq; in aliũ quenquã contumelioſus exiſtere. Nã & uxor, uel laudãdo alterũ quempiam, uel ſemetipſam ſæpe miſerando, uirũ in maledictionis uerba ſuccendit: tu tamen ne cogaris uituperare laudatũ, ſed cuncta uiriliter ſuſtineto: & cũ à tuis ſeruis dominos uideris laudari alienos, nihil oino turberis, ſed ſer cũcta patienter. Sit tibi prorſus domus tua quaſi quidã certaminis locus, & palæſtra uirtutis. ut ibi uiriliter exercitatus, & omni cautione uallatus, his qui foris ſunt abſq; periculo miſcearis. Hęc ẽt in gloria contemnenda facere te conuenit. Si.n. inanem gloriã apud uxorem, ſeruoſq; calcaueris: apud nullum prorſus aliũ hac facilè pęſte capieris. Vbique enim morbus iſte arcem tenet, maximè tamen uxoris præſentia cõualeſcit. Si igitur ibi eius uiolẽtiã deſtruamus, facilè illã apud oẽs ſuperabimus. Idipſum uerò aduerſus alia quoq; uitia ſeruemus: domi contra illa exercẽtes animũ, & quotidiana meditatione firmantes, hac ſpiritali aſsiduè utentes palæſtra. Vt aũt faciliores hmõi exercitatiões nobis eſſe poſsint, & caſtigationũ nobis aliquid inferamus, cũ de propoſiti quippiam lege tranſgredimur: ſit uerò caſtigatio ipſa nõ damnum aliquod inferens, ſed mercedẽ, ac lucrũ maximum referens: id aũt eſt, ut. ſ. noſipſos condemnemus, & longiore ieiunio laniemus, atque hmõi tolerãtiam indicamus laborũ: ſic enim undiq; multa nobis lucra prouenient. Nã & hic dulcem uitam uirtutũ ipſarum delectatione ducemus, & futurorũ dono potiemur bonorũ, deiq; inſolubiles amicitias ſortiemur. Veruntamen ne iſta proueniant, cũ hic utilia fueritis dicta mirati, negligenter, & ut cui libuerit, proijcientes mentis ueſtræ tabulas, diabolo eas ſcribendas rurſus offertis. Quid ergo faciendum eſt, cũ hinc unuſquiſq; diſcedit? Vocet cõiugem ſuã, cui omnia iſta memoriter replicet, eamq; ſibi in hoc opus copulet adiutricem, atq; ab hodierna iam die bonam iſtam frequentet palæſtrã, quaſi oleo quodam, ita ſancti ſpiritus auxilio. Sed & ſi ſemel, & ſi iterum, & ſi ſæpe ceciderit hæc exercens, nihil omni-

Exo.3.a

Iacc.2.a

Eſa.29.d

A no deſperes: ſed iſta rurſus rurſusq; congredere, nec antè prorſus abſiſtas, q̃ claram uicto diabolo tibi texas coronã, & theſauro tutiſsimo opes uirtutũ recõdas. Si.n. in uſum ſemel bonæ iſtius philoſophiæ trãſeas, etiãſi poſtea aliquis ibi torpor obrepat, non tamen facilè poteris horũ quippiam q̃ præcepta ſunt, tranſgredi, bona. ſ. cõſuetudine firmitatem iam imitante naturæ. Quàm enim facilè eſt dormire, comedere, bibere, reſpirare: tam nobis facilia erunt ẽt opera uirtutis: ex qua ẽt capiemus honeſtiſsimam uoluptatẽ, quietiſsimo in portu ſedentes, & ſerenitate cõtinua perfruentes. Sic enim nauim noſtrã uarijs opibus onuſtam, in diem perducemus futurum, & coronas perpetuas cõſequemur: quas omnibus nobis eueniat promereri, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & imperium, cum patre & ſpiritu ſancto, in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia. XII. ex cap. III.

Vnc uenit Ieſus à Galilæa in Iordanem, ut baptizaretur ab eo. Ioannes autem prohibebat eum dicens, Ego à te debeo baptizari, et tu uenis ad me?

B Cũ famulis dominus, cum reis iudex baptizandus uenit: uerũ nihil tibi hinc cõturbatiõis oriatur, in his quippe humilibus illius ſublime reſplendet. Qui.n. dignatus eſt tãto tpe geſtari utero uirginali, cumq; noſtra in diem procedere natura, cædi atq; crucifigi, cũctaq; perpeti q̃ paſſus eſt: quid miraris ẽt ſi baptizari ſuſcipiat, cumq; alijs ad ſeruũ uenire nõ reſpuat? Illud eſt quippe admirationis omnimodo plenũ, quòd. ſ. ille q erat deus, homo fieri uoluit. Iam uerò alia iuxta rationis ordinẽ cõſequuntur. Propterea enim & Ioannes præoccupãs dicit, quoniã nõ ſit dignus ſoluere corrigiam calciamẽti eius, cunctaq; alia: ex quibus illud eſt, quòd ſit omniũ iudex, & ſcdm meritũ unuſquiſq; retribuat, quòdq; factũ ſpiritũ omnibus liberaliter largiatur: ut cũ eũ uideris ad baptiſma uenientem, nihil prorſus humile ſuſpiceris. Idcirco enim Ioannes præſentẽ quoq; illũ prohibet dicens: *Ego à te debeo baptizari, & tu uenis ad me?* Quia.n. illud erat baptiſmũ pœnitentię, & in accuſatione peccatorum inducebat, nequis putaret, quoniã & ipſe tali propoſito ad Iordanẽ ueniret: præmuniuit hoc, agnũ certè illã ac redemptorẽ uocando, ab omni immunẽ, qd in toto erat orbe, peccato. Qui.n. cũcta humani generis poterat peccata delere, multo magis abſq; omni erat ipſe delicto. Sed quod utiq; multo erat amplius, qui tollit, inquit, peccatũ mũdi: ut poſt ipſum illud quoq; cũ omni iam facilitate ſuſcipias, cũq; ſuſceperis, animaduertas quòd duo pariter magna diſpenſans ueniat ad baptiſmũ, pp quod & uenięti clamat Ioãnes. *Ego à te debeo baptizari, et tu uenis ad me?* Et qui nõ dixit, tu baptizaris pro me? Nã & illud decebat, cur aũt tu uenis ad me? Quid igitur Xps? quod poſtea fecit in Petro, hoc prius in Ioãne ſeruauit. Nã & ille pedes ſibi eũ lauare prohibebat: ſed cũ audiſſet, quod facio ego, neſcis modo, ſcies aũt poſtea: &, non habebis partẽ mecum: celeriter ab intẽtione ſua deſtitit, atq; in diuerſam tranſiit: ut repentè ſiniam. Et iſte ſimiliter cum audiſſet, *Sine modo, ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam:* parère nõ diſtulit. Non.n. erant pertinaciter contentioſi, ſed dilectionẽ ſuam atq; obedientiam oſtendebãt, per q̃ omnia domino meditabantur eſſe ſubiecti. Conſidera uerò quemadmodũ illum phęc ipſa à cũctatione deducat, per q̃ præcipuè id qd fiebat, uidebatur eſſe ſuſpectius. De-

Mar.1.a
Luc.3.d

C illũ ac redemptorẽ uocando, ab omni immunẽ, qd in toto erat orbe, peccato. Qui.n. cũcta humani generis poterat peccata delere, multo magis abſq; omni erat ipſe delicto. Sed quod utiq; multo erat amplius, qui tollit, inquit, peccatũ mũdi: ut poſt ipſum illud quoq; cũ omni iam facilitate ſuſcipias, cũq; ſuſceperis, animaduertas quòd duo pariter magna diſpenſans ueniat ad baptiſmũ, pp quod & uenięti clamat Ioãnes. *Ego à te debeo baptizari, et tu uenis ad me?* Et qui nõ dixit, tu baptizaris pro me? Nã & illud decebat, cur aũt tu uenis ad me? Quid igitur Xps? quod poſtea fecit in Petro, hoc prius in Ioãne ſeruauit. Nã & ille pedes ſibi eũ lauare prohibebat: ſed cũ audiſſet, quod facio ego, neſcis modo, ſcies aũt poſtea: &, non habebis partẽ mecum: celeriter ab intẽtione ſua deſtitit, atq; in diuerſam tranſiit: ut repentè ſiniam. Et iſte ſimiliter cum audiſſet, *Sine modo, ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam:* parère nõ diſtulit. Non.n. erant pertinaciter contentioſi, ſed dilectionẽ ſuam atq; obedientiam oſtendebãt, per q̃ omnia domino meditabantur eſſe ſubiecti. Conſidera uerò quemadmodũ illum phęc ipſa à cũctatione deducat, per q̃ præcipuè id qd fiebat, uidebatur eſſe ſuſpectius. De-

Ioan.13.a

D nique nõ ait, ita iuſtũ eſt: ſed, ſic (inquit) decet. Quia enim ſatis ipſo eſſe ducebat indignũ ut baptizaretur à famulo, aduerſus indecentiã contrariũ eius oppoſuit: ac ſi diceret, Nõne iſtud ut quoddã indecens refugis, & idcirco me prohibes? Propterea ergo dimitte, quia eſt utiq; decentiſsimũ. Nec uerò ait ſimpliciter, ſine: ſed addidit, modo. Non.n. (inquit) erũt iſta cõtinua, citò me in his q̃ cõcupiſcis uidebis: nunc uerò ſine iſtud impleri. Deinde quemadmodũ deceat, oſtendit. Vnde igitur illud decere mõſtrauit? Quia, inquit, oẽm iuſtitiã iplebimus. Hoc quippe ſignauit, dicendo: *Sic enim decet nos implere omnem iuſtitiã.* Iuſtitia ſiquidẽ eſt, oĩm mãdatorũ plena cuſtodia. Quia utiq; iam, inquit, cũcta mãdata perfecimus: hoc aũt ſolũmodo erat reliquũ, id quoq; ipſum oportet adiungi. Venit.n. ſoluere maledictũ, quod erat de præuaricatione legis impoſitũ. Prius igitur me, inquit, illã oportet implere, uosq; à maledictione eius eruere: ac tum demũ ei ceſſationẽ dare. Decet itaq; oẽm me implere legẽ, quia utiq; decet ẽt maledictũ ſoluere, qd ob præuaricationem legis illatũ eſt: propterea quippe & carnẽ aſſumpſi, & ueni. *Tũc dimiſit eum. Et baptizatus Ieſus, confeſtim aſcẽdit de aqua. Et ecce aperti ſunt ei cœli, & uidit ſpiritũ deſcendẽtẽ ſicut columbã, & uenientẽ ſuper ſe.* Quia.n. multo maiorẽ illo eſſe Ioannẽ putabãt, eo quod omni tpe in eremo uerſaretur, eſſetq; ſũmi ſacerdotis, ſtola tali indutus, quodq; maximè admirationẽ mouebat, de ſterili matre progenitus: Ieſus uerò & de obſcura natus puella: nam plurimis adhuc uirginitatis erat partus incognitus: & nutritus in domo, & in oĩum medio uerſatus, & cõi hac ueſte tectus, facilè illũ inferiorem putabant, nondũ eorũ ſcientes aliquid q̃ adhuc habebãtur abſcondita. Acceſsit aũt ut ẽt baptiſma ipſum à Ioanne ſuſciperet: quod certè maximè abundat ad cõfirmãdum iſtius ſuſpicionis errorẽ, etiamſi illa q̃ prius poſsuimus defuiſſent. Arbitrabantur.n. quòd hic unus eſſet quidã è uulgo: nec putabãt quòd ſi ille ſingulare ac magnũ aliquid obtineret, ad baptiſma inter cæteros uenire potuiſſet. Propter qd uidebatur Ioãnes multo illo admirabilior, multoq; pſtãtior. Ne igitur apud plurimos opinio iſta firmaretur, baptizato illo & cœli aperiuntur, & ſpiritus ſanctus cõtinuò deſcendit, & cum ſpiritu ſancto uox patris unigeniti ſui prędicat dignitatẽ. Quia.n. uox illa q̃ dixit, *Hic eſt filius meus dilectus*, credebatur à multis Ioanni potius conuenire: nec.n. adiecit, ut diceret, iſte q baptizatus eſt: ſed, iſte, ſimpliciter. & unuſquiſq; id quod auditũ eſt, de Baptiſta magis q̃ de baptizato dictũ putabat, tum ob ipſam baptizantis dignitatẽ, tum pp omnia illa q̃ diximus. uenit ſpiritus ſanctus in ſpecie columbę, & uocem traxit ad filiũ, cunctisq; fecit eſſe perſpicuum qa iſtud qd ait, *Hic eſt filius meus dilectus* nõ de Ioanne Baptiſta, ſed de filio baptizato deberet intelligi. Quẽadmodũ igitur nõ crediderunt q ſub Moſe, quãdo etſi nõ talia, plurima tamen ſunt facta miracula: nihilominꝰ poſt illa oĩa, poſt uoces, poſt tubas, poſt tonitrua, poſt fulgura, & uitulũ fabricaueriũt, & Beelphegor initiati ſunt: ita & hĩ ipſi qui tũc aderant, cũ uidiſſent Lazarũ ſuſcitatũ, tam lõgè tamẽ à credẽdo ei qui hoc ipſum operatus fuerat refugerũt, ut ipſum quoq; interficere ſæpe conati ſint. Si igitur reſurrectionẽ à mortuis ante oculos habẽtes, ita tamen erãt maligni: qd miraris ſi delatã cœlitꝰ uocẽ minimè receperũt? Quãdo.n. anima ingrata fuerit ac prauæ,

Exod.19. & .32

Ioan.11. & .12

G morboq; languoris oppressa,nullo oino horũ superatur;ut è regione uolutas bona nõ satis indiget signis iuuari.Ne igitur quæras,quo nó crediderũt:sed illud require,si nó oia facta sint pp quod illos oportuerat credere.Siquidẽ per prophetam deus pro illis oibus q̃ facere consueuit,carnẽ quoddã satisfactionis instituit. Quia.n.erant Iudæi profectò perituri, extremoq; supplicio deputandi,nequis de illorũ malignitate prouidentiã culparet dei, ait:Quid faciam uineæ meę,quod ei adhuc nõ fecerim?Idipsum itaq; etiã hoc est cõsiderandũ loco,quid.s.oportuerit fieri,quod à deo factum esse possit negari: ut siquãdo de dei prouidẽtia aliquis sermo moueatur,hoc utaris satisfactionis modo,aduersus eos qui illi de multorũ malitia obtrectare conantur. Considera igitur quãta hic faciat opera mirãda,& initia futurorũ.Nõ enim paradisus,sed cœlũ aperitur ipsum:illa uerò ad Iudæos quondã habita oratio,sit deinde proposita nobis.Nunc uerò,domino iuuante,ad institutũ sermonẽ reuertamur.Et *baptizatus Iesus, ascẽdit protinus ex aqua,& aperti sunt cœli.* Cuius igitur rei gratia cœli patuerũt?Vt discas ẽt tu cũ baptizaris,hoc fieri,deo te iam ad patriã cœlestẽ uocãte, nihilq; cõe cũ terra habere suadente.Qd & si nõ uides, tamẽ nõ idcirco discredas.Semper.n.inter inítiũ spiritaliũ, ac mirabiliũ dispensationũ apparẽt sensibiles uisiones, taliaq; signa stupidioribus, claraq; uisione egentibus, neq; ullã incorpoream naturã cõprehẽdere cogitatione ualentibus præstantur,ut ea cũ uel semel,uel postea fuerint prædicata,statim fidei ardore suscipias.Nam & super Apostolos sonus factus est spiritus uehemẽtis,& ignearũ utiq; linguarũ species apparuit, sed pp adstantes profectò Iudæos. Nunc uerò etiãsi euidentia signa nõ fiant,ea tamen q̃ olim facta referuntur, suscipimus.Cæterũ & columba tunc ideo apparuit, ut extenti quodãmodo digiti uice dei filiũ Ioanni,cęterisq; mõstraret :ut discęres,quoniã super te quoq; cũ sacro fonte dilueris , sanctus spiritus ueniat : iam uerò nõ uisibili specie,qua utiq; nõ egemus , cũ nobis pro cunctis sola fides sufficiat . Cur aũt in specie uenit columbæ?Mansuetũ hoc animal,ac mundum est.Quia igitur est mansuetudinis spiritus propterea in eius specie apparuit . Simul ẽt ueteris nos uidetur admonere historiæ . Nã cum uniuersum aliquando orbẽ naufragium cõe mersissẽt,& omne prorsus hominũ genus periclitaretur,istud iterim certè animal apparuit,finemq; illius tẽpestatis ostẽdit, atq; ore ramum portans oliuæ,pacẽ mundo reddità nunciauit.

Esa.5.b

Act.2.a

Gene.8.b

Quæ omnia erant futurorũ figura . Tunc.n.multo erat hominum uita deterior , multoq; maiori digna supplicio.Ne igitur ipse desperes,illius te historiæ cõfirmat admonitu.Nã tum quoq; desperatis iam omnino rebus,liberatio facta est atq; correctio: sed tũc utiq; per pœnã,modo uerò per gratiam, atq; ineffabilem indulgentiã redemptoris.Propterea & columba cernitur nequaquã oliuę ramum ferens,sed omnium liberatorẽ nobis euidenter ostendens,spemq; suggerens prosperorũ . Non.n.ex arca unum educit hominem:sed postquã apparuit,uniuersum prorsus orbẽ attollit i cœlũ,q̃ certè pro oleę ramo,omni generi hominũ adoptionẽ detulit filiorum. Cõsideras igitur tanti amplitudinem muneris, nequaquã illius inferiorẽ existimes dignitatẽ quia sẽ in hmoi specie demonstrauit.Audio quippe dicentes aliquos, quãtum inter homines colũbamq; discrimen est, tãtam Christi & sancti spiritus esse distantiã:quia ille quidẽ in nostra utiq; natura, hic uerò in specie sit uisus colũbæ.Quid igitur ad talia respõderi potest? nisi quia filius quidẽ dei,naturã hominũ profectò susceperit, spiritus uerò sanctus nõ assumpserit naturã colũbæ: idcirco Euangelista,nõ in natura,sed in specie colũbæ dixit:nec unquã oino postea,sed tunc certè solũ in hac uisus est figura.Si uerò propterea minoris illũ esse autumas dignitatis,inuenientur iuxta ratiocinationẽ tuã Cherubin quoq; multo esse potiora:& tãto utiq; , quanto colũbæ aquila præcellit,siquidem istius quoq; illa susceperе figurã.Et rursus pstãtiores angeli esse credẽtur:sæpe.n.in figura hominis ostẽsi sunt.Sed nõ est istud,oino nõ est.Aliud nanq; est ipsius rei ueritas,aliud uerò tẽporalis uisionis submissio.Noli igitur tam grandi beneficio ingratus existere,noli ei uicẽ referre cõtrariã, qui tantorũ rigauit te fonte donorum.Vbi.n.adoptio filiorũ est,ibi ẽt omniũ malorũ prorsus interitus, & cũctorũ collatio fit bonorũ.Propterea Iudaicũ quidem baptisma abolet tur,ac desinit , nostrũ uerò sumit exordiũ . Quodq; in paschæ mutatione factũ est, idipsum efficitur innouatione baptismatis. Nã & pascha cũ utrunq; dominus celebrauerit,illi quidẽ terminum posuit,huic uerò principiũ.Hic uerò Iudaicũ postq̃ impleuit baptisma,cõtinuò ẽt ianuas ecclesiæ reserauit.Sicut ergo in una tunc mensa,ita in uno nũc flumine & recepit umbrã,& addidit ueritatẽ. Sancti.n.spiritus gratia,in Xpi baptismate est.Ioãnis uerò baptisma, hac donatione priuatur.Propterea igitur cum quidẽ alij baptizarentur,nihil tale factũ est oino. In isto uerò solo qui illud erat traditurus,impletur:ut cũ his q̃ dicta sunt ẽt illud addiscas,quia.s.nó erat meritum baptizantis,sed baptizati uirtus operata est.Tunc.n.& cœli aperti sunt,& spiritus sanctus superuenit. A ueteri quippe nos in nouũ transferẽs testamẽtũ,& portas nobis supernas reduxit, & sanctũ inde spiritũ misit,qui ad illã nos patriã cũ dignitate maxima cõuocaret.Nõ.n.angelos nos, neq; archãgelos faciẽs: sed dei filios,atq; dilectos ad gloriã ducit ęternã.Hęc igitur uniuersa cõsiderãs,uidelicet & charitatẽ uocantis,& illius ad quã uocaris patrię claritatẽ,& honorẽ quo utiq; donatus es,uitã exhibens muneribus congruentẽ,crucifige te mũdo, tibiq; mundũ cũq; oi dligentia cœlestis in te decus conuersationis exorna. Nec qa corpus tuũ translatũ adhuc in cœlũ nõ est, ideo iã putes cũ terra aliqd te habere cõe , cũ caput iam certè tuũ regnet in cœlo . Et idcirco cũ in terris adhuc dominus uersaretur , angelos inde deduxit , cũq; eis rursus ascẽdit:ut tu quoq; priusquã illuc ascędas,ita tibi possibile esse dicas habitare nũc terrã,ut tũc habitaturus es cœlũ.Permaneamus igitur custodientes eã quã initio suscepimus dignitatẽ,& futura quotidie regna queramus oiaq; psentia umbras esse prorsus ac somnia iudicemus . Neq; si rex terrenus aliquis assumẽs te pauperẽ ac mendicũ,repentè sibi adoptaret in filiũ,tu iam ad tugurij tui respiceres uilitatẽ:& certè nõ grãdi hęc discrimine separanturita nũc igitur nihil psentiũ putes eẽ ptiosum. Lõge quippe maiora sunt ad q̃ uocatus es capessenda. Qui.n. uocat, dominus angelorũ est:ea uerò q̃ conferẽtur bona,& explicationẽ sermonis,& cogitationẽ mẽtis excedunt.Non.n.te à terra transponit in terrã,ut terrenus iste rex:sed à terra extollit in cœlũ,& à mortali ad immortalẽ profectò naturã, atq; ineffabilẽ gloriam:

H

I

K

L

M

Exe.11.d
&.17.a
Dani.7.a
Gene.18.
&.19.a
&.32.a.f
Ioh.ue.5.d

Luc.2.b
Acto.1.b

A riam:quæ tunc solummodo cernenda à nobis erit, quando ẽt possidenda.Tantorũ igitur particeps futurorũ bonorũ,noli auri argentiq; curis onerare mẽtem, cæterisq; hmõi umbris atq; imaginibus illudere. An fortè nõ putas omnia ista quæ cernimus,cõparatione cœlestis regni mendicorũ panniculis esse uiliora?Et quemadmodum illo eris honore dignus, quámue satisfactionẽ parabis, immo q̃ nõ supplicia persolues, post tam grãde donũ ad uomitum priorẽ transcurrens ? Nõ tam.n.quasi homo simpliciter, sed ut dei filius peccas,seuerius punieris: & ipsa excellentia dignitatis, maioris tibi fiet causa supplicij . Nã nos quoq; haud similiter famulos peccãtes castigamus & filios,& maximè quando magna à nobis aliqua fuerint beneficia cõsequuti.Si.n.ille qui paradisi fuerat sortitus habitaculũ , pp unum utiq; delictũ tanta post honorẽ pertulit mala:nos postq̃ cœlum accepimus,& cohęredes unigeniti facti sumus , quã ueniã sperare poterimus,si ad serpentẽ curram? post columbã?Nõ est hic.n.terra es,& in terrã ibis: nec dicendũ est, operaberis terrã:non illa(inquam) hic audiemus priora:sed quod est multo his amarius , tristiusq;, exteriores tenebras,insolubilia uincula, uermem perpetua uenena fundentẽ, & stridorẽ dentiũ flebiliter insonantem.Et sanè meritò:qui.n.nec inter tãta beneficia melior effectus es, iustissimè extrema illa atq; sæuissima tormenta patieris.Cœlũ aliquando Helias aperuit,& clausit:sed ut pluuiã aut emitteret,aut teneret:tibi aũt non idcirco apertũ est cœlũ, sed ut illuc profectò cõscẽderes:quodq; est amplius, nõ ut ascenderes tantũ, uerum ut alios quoq; si uelles,simul leuares,tantã sibi in suis oibus potestatem fiduciãq; donauit.Quia igitur ibi est domus nostra, ibi ẽt omnia recondamus,nihil hic penitus relinquẽtes.Quicquid.n.hic dimiserimus, amittimus.Hic siquidẽ & si ostijs thesauros tuos,& si clauibus,serisq; cõmunias,si apponas famulorũ mille custodias : & si superes oẽs insidias malignorum,& si oculos effugias inuidentiũ,& si nulla pertineas damna patiaris, etiamsi nullũ oino rebus inferat detrimẽtũ uetustas (quod utiq; inter impossibilia numerandũ est)mortẽ tamen nunq̃ ualebis effugere, sed uno tibi momẽto tẽporis omnia illa rapientur:nec rapiẽtur modo, sed in manus ẽt inimicorũ plerunq; tradentur. Si uerò in supernã illam domum opes tuas trãsferas, oía proculdubio ista superabis. Non.n.ostium,nõ seras & claues superponi erit necesse . Tanta est securitas illius ciuitatis,tam indespoliabilis regio,& q̃ omnino inuia corruptioni,malitiæq; permaneat: quod certè constat esse ueriſsimũ. Nõne igitur extremæ uecordiæ est,hic quidẽ ubi reposita corrumpuntur ac pereunt,omnia cõgregare: ibi uerò ubi si aliquid recõdamus, ẽt augeri poterit, nõ minimã quidem commendare partẽ,& hoc cum ibi sumus sine fine uictu ri?Propterea nec gentiles fidẽ his quę à nobis dicuntur,accõmodant.De actibus.n.non de sermonibus nostris futurorũ uolunt habere documentũ . Nunc uerò cũ uideant ædificari à nobis splẽdidas domos, agros,balnea atq; hortorum amœnitates parari,nolunt credere quòd alterius nos urbis perfectionẽ paremus.Si.n.inquiunt,uerũ esset istud,uendẽtes prorsus cuncta q̃ possident, illud profectò præmitterẽt. Itaq; de psentibus facilè cõiectant.Vident quippe locupletiores quosq;, domos atq; agros illis maximè iunctas urbibus cõparare,in qbus habitationẽ loca

B

C

D

3.Reg.17.

Mat.5.b

E

runt . Sed nos è contrario facimus,& terrã quidem quã paulò pòst relicturi sumus,multo cũ studio nobis parãtes,pro paucis certè iugeribus, & exiguis habitaculis non modo aurũ,sed propriũ quoq; sanguinẽ frequẽter impendimus. Vt uerò cœlũ nobis emamus ipsum,ne hæc quidem quæ nostris usibus supẽrãt,erogamus.Et hoc cũ & exiguo illud pretio emere possimus,& in perpetuũ possidere,si semel emerimus.Propterea extremas meritò pœnas luemus,nudi illuc euntes,ac pauperes. Quinimmo non pro nostra paupertate tantũ,uerumetiã pro eorũ quos nostri similes facimus, intolerabilia ẽt supplicia perferemus.Cum.n.uideant gẽtiles eos quoq; erga ista studiũ omne figẽtes,qui cœlestibus mysterijs perfruuntur,multo iam ipsi magis præsentia cõtuentur,plurimum sanè super nostrũ caput igniũ congregantes. Quando.n.nos qui eos deberemus docere cuncta hæc cõtemnere quæ uidentur,ipsi ex omnibus maximè in istorũ desiderium concitamur:quemadmodum ipsi salui esse poterimus , qui certè pœnas pro aliorum quoq; perditione soluemus ? Nonne audis Xpm loquẽtem , quoniã pro salibus nos esse in hoc mundo uelit,atq; lampadibus, ut & diffluentes delicijs restringamus, & pecuniæ solicitudine obtenebratos illuminemus ? Quãdo igitur ipsi potius properamus in tenebras, quãdo ipsi potius relaxamur: quæ tandẽ nobis supererit spes salutis?Nulla est, omnino nulla:sed mugientes prorsus, presisq; dẽtibus insremẽtes,manibus simul ac pedibus colligatis , in gehennæ trudemur incendiũ.Et hoc postq̃ nos abũdẽ uitæ huius cura cõfecerit.Hæc igitur omnia cõsiderantes,uincula tanti abrumpamus erroris, ut nec in illa incidamus , q̃ nos inextinguibili igni tradant , & præsenti hac catena solicitudinũ liberemur . Qui enim pecuniæ seruit,& præsentibus cõpedibus strin gitur,& futuris paratur:qui uerò istius cupiditatis ĩmunis est,utraq; libertate potietur:quã ut ipsi etiam consequamur,grauissimũ auaritiæ cõterentes iugũ, ad cœli fastigia subleuemur , gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria & honor cũ patre,& spiritu sancto in secula seculorum,Amen.

Homilia.xiij.ex cap.iiij.

F

Vnc ductus est Iesus à spiritu in desertum,ut tentaretur à diabolo.Et cum ieiunasset quadraginta diebus,& quadraginta nõctibus , postea esurijt.Et accedens tentator,dixit ei: Si filius dei es,dic ut lapides isti panes fiant.Qui respondens dixit : scriptum est. Non in solo pane uiuit homo,sed in omni uerbo quod procedit de oredei.Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatẽ,& statuit eum super pinnaculum templi , & dixit ei:Si filius dei es,mitte te deorsum:scriptũ est enim , Quia angelis suis mandauit de te,& in manibus tollẽt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.Ait illi Iesus rursum. Tunc istud, ad quod nã tps aptandũ est?Proculdubio ad illud quo descẽdit spiritus sanctus:cũ ẽt desũper delata uox ait, Hic est filius meus.Mirũ est uerò quòd dixit à spiritu.i.sancto:ab hoc.n.illum in desertũ ductum esse significat.Quia.n.omnia ad nos erudiendos,& facienda sibi & patiẽda suscęperat,in eremum quoq; se patitur abduci,& cum diabolo inire certamen:ut unusquisq; cũ fuerit baptizatus,si post baptisma maioribus tẽtationibus urgeatur, nõ utique turbetur,quasi inseratũ sibi aliqd obuiauerit: sed permaneat cũcta uiriliter sustinẽdo, utpote q̃ sibi cõsequenter cõtigerint.Idcirco.n.accepisti arma,

Deut.8.a

Psa.90.c

G nō ut ocieris,sed ut pugnes.Propterea deus in te tribulationes irruere permittit. Primò quidē ut discas quoniā Christi baptisma multo te fecerit fortiorē. Deindē, ut in egregia illa animi mediocritate perma neas,neq; donorū.s.magnitudine elatus, neq; tenta tionum mole depressus. Ad hæc uerò, ut malignus ille dæmon,cū de tua à se discessione dubitat,ex ipsa tribulationū tolerantia discat, quòd perfecta ab illo ab renūciatione discesseris.Quartò,ut fortior,& ipso prorsus ferro ualentior,tentationū exercitatiōe reddaris.Quintò,ut capias grande documentū thesaurorū tibi à domino creditorū.Neq;.n.superueniret tibi,neq; aduersus te diabolus irrueret, nisi in ma iore te positū honore conspiceret. Hinc.n.aduersus Adā insurrexit aliquando , quia multa illū dignitate uidit cōspicuum.Propterea & contra sanctū Iob ne quitiæ suæ arma cōmouit, quia utiq; uidebat illum ab omniū deo miris laudibus coronatū. Et quem-
Mat.26. admodū igitur dominus dicit, Orate ne ītretis in tē d tationē?propterea nō eum ultrò isse in eremū, sed à sancto spiritu ductū esse cōmemorat,iuxta dispensa
H tionis professtò rationē:ut nos uidelicet apertissimè signatū esse uideamus,quia nō spōte nosipsos in ten tationes oporteat insilire:sed si contracti fuerimus, uiriliter repugnare . Et cōsidera quoniā illū assumēs spiritus duxerit,nō in urbem,neq; in forū, sed in eremū.Quia.n.diabolū uolebat allicere, non de esurie solū,uerumetiā de loco occasionē illi tentationis ingessit.Tūc quippe maximè aliquos diabolus aggre-
Gen.3 ditur,cū solos uiderit,atq; ab aliis segregatos. Sic de niq; mulierē ab initio aggressus est, solam illam exci piens,atq; à uiro inueniens separatā. Quando enim uiderit aliquos copulatos,haud similiter audet acce dere.Vnde maximè oportet ēt ob hanc causam frequenter nos alijs aggregari,ut nō facilè in diaboli ca ptionē paremur.Inuenit ergo illum in inuio solitudi
Mar.1.b nis.Quòd.n.talis esset eremus,Marcus diligēter notauit de domino,dicens:Et erat cū bestijs,Cōsidera uerò cū quanta ad eum arte malignitatis accedat, quòdue præcipuè tēpus obseruet:nō enim ieiunantē tentat,sed esurientē, ut.s.discas q̄ sit bonum gran de ieiunīū : & quia hæc aduersus diabolū arma sint
I maxima,quodq; post baptisma non delicijs atq; temulentiæ,nō mensæ epulis onustæ, sed ieiunio animū debemus intēdere.Propterea.n.& dominus ieiu nauit,nō quia hoc indigeret ipse,sed ut nos utiq; do ceret,quibus peccata ante baptisma dominatio uentris intulerat. Vt.n.si aliquis ægrotū quem ad sanitatē reduxit,iubeat illa non facere ex quibus morbus ille cōtigerat:ita ēt post baptisma ieiunīū contra uitiū edacitatis induxit.Nā & Adam de paradiso intēperantia uentris eiecit,& diluuium sub Noë ista cōmeruit, & fulmina in Sodomitas ipsa deduxit . Et si enim fornicationis quoq; ibi crimen horrebat , sed
Exe.16.f hinc tamē utriusq; radix supplicij pullulauit.Qđ Eze chiel quoq; notādo dicebat: Verūtamē hoc erat pec catū Sodomorū,quoniā in superbia, & in saturitate panū,& in abundantijs effluebāt. Et sic ēt Iudęi ma xima prorsus mala frequenter operati sunt,& ad im pietatē delicijs,atq; ebrietate compulsi:propterea & ipse quadraginta dies ieiunat,nobisq; ostēdēs reme dia salutis.Nec tamē ultrà progreditur,ne.s.admirationis enormitas incredibilē faceret susceptī hoīs ue ritatē.Nunc uerò nequaquā fit istud, qa prius Moses & Helias dei potētia fulcīrati,in hāc ieiunij lōgitudinem peruenire potuerūt. Si uerò ulterius progressus K fuisset,plurimis ēt incredibilis fuisset carnis assūptio. *Cum igitur quadraginta dies ac noctes ieiunasset , postea esurijt.* Occasionē diabolo tentandi p̄bens , ut prius ipse cōgressus quo ēt ab alijs uinci possit, ostēderet. Sic.n.faciunt athletæ,qui cū discipulos suos uincere docent,data opera in palæstris cū alijs certamē exercent,ut in luctantium corporibus faciant artem spectare uincendi:quod in hac quoq; colluctatione cō stat esse effectū.Quia enim diabolū ad certandū uoluit attrahere, esuriem suam ei fecit manifestā, & nō repulit prouocantē.Sed cū eum suscepisset ad luctā: & semel,& iterū,& tertiò cum facilitate q̄ eum maximè decebat,elisit.Sed ne ipsas uictorias transcurrendo utilitatibus uestris aliquid detrahamus, à primo inchoantes cōflictu,unumquodq; certamen diligētius retractemus.Postq̄ esurijt,inquit:*Accedens diabolus dixit ei:si filius dei es,dic ut lapides isti panes fiāt.* Cū enim audisset uenientē de cœlo uocē, atq; dicentē: Hic est filius meus dilectus: audisset ēt Ioannē testimoniū illi tam insigne perhibentem,ac hominē deinde ipsum esurientem uideret, magno teneri cœpit L ambiguo.Nam neq; hominem illū esse nudū credere poterat, pp ea quæ diuina uox de eo protulerat: nec rursus istud recipere quòd filius esset dei , quem esurientē uidebat. Itaq; maxima rerū cōclusus angustia,uoces emittit ancipites.Et sicut ī paradiso accedens ad hominē,finxit illa q̄ nō erant,ut quæ erāt di sceret: ita hic quoq; nesciens manifestē susceptī hoīs ineffabile sacramētū , & quisnam esset hic p̄sens:alia retia iacere molitur,per q̄ se absconditum istud atq; secretum opinatur addiscere. *Si filius,* inquit, *dei es, dic ut lapides isti panes fiant.* Non dixit,si esuris: sed,si filiꝰ dei es, uidelicet existimans posse se illi aliquid p laudum blandimēta furari. Idcirco non cōmemorauit esuriem, ne hoc ei quasi exprobare atq; obijcere uideretur.Magnitudinem quippe tantę dispensationis ignorans,istud ei erubescendum putabat: pp quod dolosa illū adulatione palpādo,solius admoneret dignitatis.Quid igitur Christus?Insolentiā eius fastūq; deijciens,& ostendens id qđ acciderat nec confusione dignum,nec indignū sua esse sapiētia:id quod ille in eius adulatione abscōderat , in medium profert, M palamq; cōstituit . *Non in solo,* inquit, *pane uiuit homo.* Ita nihil erubuit à necessitate uentris incipere.Tu uerò maligni dæmonis perpēde nequitiam, & unde faciat initia luctandi , & quemadmodum propriæ nō obliuiscatur artis.Per q̄ enim & primū expulit hominem,& alios certē plurimos malis mille circūdedit: per hoc ēt nunc texit dolos,prouocans.s.ad appetitum ciborū . Multos igitur stultorū nunc ēt audire possumus,qui dicant mala pp uentrē innumera cōmitti:sed Christus ostendit, quòd amatorē uirtutis nihil tyrannis ista indecens facere cōpellat.Deniq; & esurijt,& nō obedit imperāti:nos profectò eruditos ne unquā diabolo credamus.Quia.n.homo hic offendit deū,legemq; transgressus est:ex abundāti tūc docet,quòd & si nō tibi præuaricationem ille præciat,nec sic quoq; esse credendū. Et quid dico præuaricationē?etiamsi aliquid utile dęmones iubeant, nec sic quidē illos debes audire. Sic enim ēt illos dæ *Lucæ.4.f*
mones loqui uetuit,qui eum dei filium prædicabāt: *Actо.16.*
& Paulus rursum idipsum inclamātes increpauit : & certē erat utile quod dicebant : sed magis eos magisq; deprimens,eorumq; insidias destruens, exagi-

A tabat salutaria quoq; dogmata prædicantes,undiq; eorū ora claudes,& tacere precipiens.Idcirco ne hic quidē dictis eius annuit Xps:sed quid ait? *Non in solo pane uiuit homo.* Quod uerò dicit,hoc est,potest esu-
Deu.8.a rientem deus ēt sermone pascere.De ueteri aūt testimoniū protulit testamēto,atq; præcepit,siue famē, siue aliud patiamur aliquid,nunq̄ tamen dominū relinquamus.Si uerò quis dixerit,& quidē debuit hoc quod petebatur ostēdere:respōdebo,Cuius rei gratia?quaue id exigente ratione?Nō.n.ut crederet hæc ille dicebat,sed(quantū opinabatur)ut ipsum de infidelitate cōuinceret. Siquidem ēt primos homines hac arte decepit,eosq; parū deo credidisse conuicit. Contraria.n.dixit ille promittēs,eosq; inanibus spebus instauit:quū persuasione fecisset incredulos,etiā
Mat.12.c de illis bonis,qbus fruebātur,excluſit. Sed Xps ostē e dit se neq; tūc diabolo,neq; postea Iudæis, iuxta dia
Mar.8.b bolum sapientibus,signūq; postulantibus,annuisse:
Luc.11.d ubiq; nos docens , ut etiāsi aliquid eiusmodi facere possimus,nihil tamē uel absq; ratione, uel cū aliqua uanitate faciamus : nec diabolo unquā credamus,
B etiāsi magna q̄dā necessitas urgere uideatur . Quid igitur sceleratus ille,atq; deuictus?Postq̄ præceptum suū illi persuadere nō potuit,& hoc cū tanta urgeret esuries.ad aliud procedit,& dicit:*Si filius dei es , mitte*
Psal.90. *te deorsum:scriptum est enim,Quoniam angelis suis mandauit de te,& in manibus tolient te.* Cur aūt ad singula tentamenta proponit,ac dicit,Si filius dei es?Idipsum ēt nunc facit ,qđ fecit in primis.Sicut.n.tunc de deo detrahēs ait, Scit.n.deus,quia ī quacūq; die mā ducaueritis,aperientur oculi uestri:per hęc ostēdere uolens illos circūuētos esse à deo atq; deceptos, nul lūq; ab eo beneficiū consecutos . Ita hic quoq; idipsum profectò significat quodāmodo,dicēs: Frustra te filiū suū nominauit,taliq; donatione decepit.Aut si certè aliud est , documentū nobis aliquod tantæ ostēde uirtutis.Deinde quoniā ille fuerat de scripturis locutus, ēt dominus testimonium illi protulit de propheta.Quēadmodū igitur Xps uerba eius audiuit?nihil utiq; indignatus est,nihilq; cōmotus.sed cū multa modestia scripturarū ei rursus uoce respōdet:
Deu.6.c *Non tentabis dominum deum tuum.* Nos utiq; docens,
C quia diabolū p patientiā ita oporteat,atq; tolerātiā, nō per signa,superari:nihilq; ad ostentationē nostri, atq; amorē facere gloriandi . Cōsidera uerò diaboli insipientiam,de testimonio, quoq; ipso qđ protulit. Nā ea quidē q̄ à domino prolata sūt, satis aptè utiq; prolata : q̄ uerò ab illo usurpata , ineptè nimium ac prorsus incōgruè,& q̄ nulla parte sui domini respon sionibus obuiarēt.Neq;.n.quod scriptū est,qa angelis suis mādauit de te:suadet ut seipse iaciat,atq; p̄cipitet:p̄terea uerò neq; de domino istud dictū est,q̄q; hoc quidē de illo nō arguat.Et certè cū ille iniurioso sermone abusus fuisset,ualdeq; contrariè:nemo.n.à dei filio istud exposcit, Dæmonū quippe est seipsos iacere deorsum,dei uerò hoīes erigere iacētes . Nā si potentiā oporteret ostēdi, nō semetipsum proijciendo ac præcipitando ostēderet,sed alios profectò saluādo.Cęterū seipsum in p̄cipitia ac prærupta proijcere,diabolicæ est mētis insania. Quoties.n.istud aliq faciunt,consilio nimirū seductoris agitantur:at Xps etiam cū ista dicta sint,nondū se tamen reuelat , sed quasi homo ei interim loquitur. Dicere.n.quia non in solo pane uiuit homo:&, Nō tentabis dominum deū tuū:nō ualde seipsum manifestātis erat, sed unū se ostēdētis è cæteris . Neq; uerò mireris,si diabolus D Christo loquens sæpe huc illucq; uertatur. Nā ut p̄liantes solent,cum acceperint letales plagas , multo utiq; sanguine perfluentes,tenebrasq; patientes,moribunda circūferre membra: ita hic quoq; prima statim ac secunda sauciatus plaga , in alia atq; alia uerba deuoluitur: & tamen hic quoq; tertiū certamē ingreditur,& ducēs illū in montē excelsum ualde,ostēdit ei oīa regna mundi,& dixit:*Hæc omnia tibi dabo,si procidens adoraueris me:tunc dicit ei.Vade satana,scriptū est enim,Dominū deum tuum adorabis, & illi soli seruies.* Quia.n.iam in patrē ipsum nequissimus ille peccaue *Deu.6.c*
rat,omnia q̄ illius sunt sua esse dicendo,seq; eorū dominum sacrilegè profitendo,quasi cunctorum esset creator,tunc eū iam utiq; corripit:& ne tūc quidē uehemētius,sed omnino simpliciter atq; mediocriter.
Vade, inquit, *satana.* quod præceptū magis q̄ increpatio fuit.Postq̄ uerò ei dixit,Vade, continuò illū uertit in fugā.Neq; enim alijs iam per semetipsum tentationibus appetijt.Et qūo,inquies,Lucas ait,Quia oēm tentationem cōsummauerit?Mihi quidē uidetur ipsa *Luc.4.h*
tentationū capita ille cūcta dixisse,ut ea quoq; om- E
nia pariter itelligas quæ sub istis quasi principalibus cōtinentur.Hæc.n.sunt q̄ in se mala innumera comprehēdūt.Seruire uentri,inanis appetitu gloriæ quippiam facere,ac furioso pecuniarum amore superari. Quod utiq; ēt sceleratus iste cognoscens,quasi omnibus uitijs fortiorē pecuniarū cupiditatem locauit, antè iam quidē,& prorsus ab initio certaminis idipsum meditatione parturiens: extremū uerò illud reseruans,quasi qđ oibus ualentius esse iudicaret. Hic quippe mos deceptionis eius est,ut q̄ magis ad supplātandū idonea esse credit,hæc adhibeat extrema. Quod certè ēt in sancti Iob tentatione seruauit , pp quod hic quoq; cū ab illis quæ uidebantur faciliora atq; infirmiora cœpisset,ad fortius trānsijt. Quemadmodum igitur istud superari oportet?ita proculdubio ut ipse Christus edocuit:ut.s.refugiamus ad dominum,& ne fame quidē ipsa deijciamur,credentes ei,quòd uel solo posit alere sermone:& ne in illis qdem q̄ accepimus bonis,tentemus datorem,atq; ut cœlestis tātummodo gloriæ claritate cōtēti,terrena ista pro nihilo iudicemus: & semper sciamus esse uilissimū, quicquid mensurā necessarij usus excesserit. F
Nihil enim sic diabolo subijci hominem facit, ut inhiare opibus,atq; habēdi amore superari.Idq; ex his quæ nūc fiunt,facilè doceri potest.Nā modo quoq; nō desunt,qui in uitijs atq; delitijs omni ætate uixerint,ibi tamen iuxta rationē duntaxat tuam eodem excipiuntur statu.Quis tandē unquā tyrannus,quis ita crudelis,ita truculētus ac barbarus, tam durē de cultoribus suis ac subditis iudicabit? Vides certè stultitiæ magnitudinē,considerasti ubinam hmōi ratiocinatio terminetur?age igitur,& si nulla alia,his saltē rationibus eruditus , ab hac malignissima suspitione desiste.Fuge lōgius uitia,& laborē qui est pro uirtute cōplectere.Non.n.usq; ad præsentiū possessionē bona nostra peruenīunt.Quod etsi aliquis dixerit,quis inde ueniens,ea q̄ ibi sunt, indicauit?Respon de,Homo equidē nullus,nā illi forsitan credendum nō fuisset,utpote pōpam magnā oīno facienti rebꝰ, easq; elatius proferenti, at uerò oīum dominus cuncta illa nobis maxima cū ueritatis reuerentia reuelauit.Quid igitur hoie nobis opus est indice, cū idem ille qui exacturus est ista supplicia, clamet quotidie,

G quia & gehennā pararit,& regnū: atq; horū præbuit nobis clara documenta?Si.n.nequaquā ibi iudicaturus esset, ne hic quidē unquā ultionē de infidelibus expetisset.Nā hoc quoq; quā putamus habere rationē, quòd malorū quidam nō puniuntur alij,cū alij puniantur: nisi fortè dominū personarū acceptorē quis dixerit?Itaq; uanum ēt istud est, si credātur alij quidem pœnas soluere,alij uerò hinc impunè transire.Hoc.n.priore illo est errore deformius: sed si bono me animo uolueris audire,hanc quoq; qōnē breuiter absoluā. Quænā igitur hæc absolutio est? Neq; ab omnibus hic deus exigit ultionem,ne resurrectionem utiq; desperādo,iudiciū quoq; desperes futurū, quasi omniū iam hic supplicijs persolutis:nec tamen oēs sinit impunè transire,ne cuncta prorsus absque ulla esse prouidentia suspiceris.Sed & nō punit,& punit:per ea quidem q̄ punit,ostendens ibi ab eis q̄ hic immunes supplicij fuerint,exacturū se esse rationē:per ea uerò q̄ nō punit, sperare nos faciens esse terribile prorsus post ista iudiciū. Si uerò generaliter dissimulans fuisset,priorum nullū hic aliquādo punisset,nul
H lum beneficijs honorasset. Nunc aūt cū uides pp te & cœlū extendisse,& accendisse solē,& fundasse terram,& maria fudisse,& aëra pandisse,& lunæ disposuisse cursus , & immutabiles anni leges hominibus ordinasse,aliaq; oīa cernis nutu ei⁹ cursum suū absq; cessatiōe perficere.Ois quippe nostra, irrationaliūq; natura,reptilium,serpentiū atq; gradientium,uolantium quoq;,ac natantium in fretis, in stagnis,in fluminibus,in fontibus:tum eorū quæ in montibus uagantur ac uallibus,tum q̄ in aëre,in domibus,in cāpis:tum semina uniuersa,tū germina,arbores quoq; & siluestres,& mites,steriles aliæ,aliæ feraces, cæteraq; oīno cuncta ab illa nihil laborante prorsus manu tum creata,tum mota in nostrā dispensantur salutē.Nec solū ad necessariū nobis usum, uerūetiam ad exercēda liberalitatis officia, & cōicandi ministeria præstantur:tantū igitur cernens ordinē rerum,& certè ne exigua quidē à nobis numerata pars est, audes dicere quòd ille qui tāta est pp te operatus ac talia,æternæ te obliuioni tradat,cuiq; asinis, ac porcis mortuū iacere patiatur:& cum tanto te munere sanctæ
I pietatis honorauerit,qua te angelis quoq; fecit æquales,post labores innumeros,sudoresq; despiciet?Et quanam hęc poterūt rationis similitudine colorari? Hæc.n.etiamsi nos fortè taceamus , lapides proclamabūt,tam certa & clara sunt,atq; ipso lucidius sole fulgentia.Quia igitur hęc omnia pp te facta sunt, æmulare hāc atq; imitare uictoriā.Et si ad te ex cultoribus dæmonis,ac de illa sapientibus aliquis accedat,ubiq; exprobret,ac dicat: Si magnus quidem es atq; mirabilis,transfer hūc montē:nihil oīno turberis,nec ad iracūdiā uelut quadā feritate rapiaris , sed cōmoda ratione respōde,dicens illud q̄d dominum certè tuū audisti paulò ante dicentē: Non tentabis dominū deum tuum.Et si ille gloriam , potētiamq; proponens,& infinitā pecunię multitudinē, adorare te iubeat,sta perseuerāter prorsus,ac fortiter . Nō solū enim in cōem nostrū omniū dominū hoc diabolus fecit, sed quotidie protsus quoscūq; famulos eius huiusce modi machinis fretus oppugnat , haud in mōtibus solū,& in eremo atq; deserto: nec per semetipsum tantūmodo,sed in urbibus , & in foris,& iudiciorū locis,& p hoies naturę nobis societate cōiunctos. Quid igitur facere nos cōuenit? Ex toto uidelicet illi nō credere,atq; obstruere prorsus auditū, K & odisse ēt blandientē. Tūcq; illū auersari maximè, cū maiora promittit: quia & Euā quando maximè spebus extulit,tunc utiq; deiecit , magisq; illi inuexit incōmoda. Nā & hostis est ferox, & bellū infert nō denunciatū.Nec tātum nos pro salute nostra, quantum ille pro perditione decertat . Aduersemur huic igitur nō sermonibus tantū,sed & operibus:non cogitationibus solū,sed & actibus:nihilq; ex his q̄ illi solent placere faciamus', Sic.n.omnia q̄ deo placitura sunt,faciemus.Nā ille quidē multa sępissimè pollicetur,nō ut det,sed ut potius accipiat.promittit plurima de rapinis,ut auferat regnū atq; iustitiā, & quasi quosdām laqueos tēdens atq; decipulas , thesauros pollicetur in terra,ut ēt nos & istis thesauris, & cœlestibus spoliet.Vult nos ī hoc sęculo ditari, ne uideat diuites in futuro.Et si nō potuerit per diuitias ab illa nos excludere beatitudine præmiorū,alia ad nos uia.i.paupertatis,accedit:quod sanctum quoq; Iob impugnādo faciebat . Quia.n.uidit nihil ei nocuisse diuitias,retia ex paupertate cōtexuit,inde saltem credens eū posse laqueari : quo quid aliquando queat esse uecordius?Nā qui potuit modestè ferre diuitias, L multo magis poterat ēt fortiter ferre pauperiem. Et qui præsentes opes absq; cupiditate possederat,facile nō requirebat absentes.Itaq; beatus ille nō opulentia,sed inopia factus est illustrior. Siquidem diuitias malignus spiritus auferre potuit,charitatē uerò quā erga deū ille feruebat, nō modo auferre nō potuit, sed fecit ēt fortiorē:& quē cūctorum possessione nudauerat, maioribus postea doluit abūdare diuitijs. Et idcirco in magna rerū uersabatur angustia , cum quāto plures , quantoq; maiores admouit plagas, tanto eū potentiorē uideret effectū . Itaq; cū omnia peregisset,maximoq; tentationū strepitu,nihil tamē explicare potuisset,quasi ad antiqua illa arma cucurrit,ad fœminā,& personam sibi induit,quasi piè aliquid prouidentis,per quā calamitatū eius tragœdiā miserabiliter inculcat: & simulat se ad ipsius ex tātis liberationē malis istud afferre consiliū : uerū nec sic quidē ualuit obtinere. Vidit.n.dolosam eius escā uir Iob.2.c
ille mirabilis,& loquentē ex diabolo cōiugem,maxima repentè prudentia in silentiū coarctauit: q̄d nos M quoq; facere conuenit. Nā etsi fratris, etsi amici charissimi,etsi coniugis,etsi necessariorū, uel cuiuslibet alterius personā indutus , aliquid nobis eorū q̄ solet loquatur: non illū per quem loquitur,sed illū qui loquitur,auersari atq; horrere debemus . Nam modo quoq; plurima similia horū facit,ac diuersarum nos personarum consolatione & cōpassione solicitat : q̄ uidentur quidē specie esse blanda,re uerò letifera: si quidē uenenosis oībus nocentiora uerba nouit infundere.Blandiri.n.ut noceat, diaboli est. corripere uerò ut prosit,dei.Nequaquā igitur aliter q̄ se res habet intelligere conemur,neq; per oēm modum uitæ huius tranquilla sectemur. Quem,inquit,diligit dominus,corripit. Quādo enim prosperitate fruimur, Prou.3.b
cum in malignitate uiuimus,tūc magis nobis est ac magis dolendū.Nam semper quidem nos oportet metuere peccātes, maximè aūt cum nihil triste perpetimur. Quādo.n.per partes ab uno quoq; nostrū pœnas exigit,leuiorem nobis ipsam animaduersionem facit:quādo uerò patientius nostra uidetur dissimulare delicta, ad maximā nos in talibus permanētes pœnā reseruat: quando.n.iustis non defit tribulatio,quanto magis illa expectanda est peccatori
A bus?Perpende igitur quāta Pharao dei patiētia quon
Exod.14 dam potitus, extremā pro cūctis postea pertulit ultionem.Nabucho donosor quoq; postq̄ plurima &
Dan.libro. magna peccauit,grauius ī fine punitus est.Et purpuratus ille diues,quo magis nihil triste sustinuit, hoc
Luc.16. ipso infœlicior fuit . De p̄senti.n.uita deliciatus abscessit, dignā pro his oībus uindictā daturus,ubi certè nec cōsolationē inuenire posset malorū . Et tamē sunt quidā ita frigidi prorsus ac stolidi , ut præsentia magis eligant,& ridicula illa uerba depromant,Interim fruar p̄sentibus,& tunc de incertis probabo. Indulgeam uentri,seruiam uolūtati:abutar istius uitæ iucunditate,dā mihi q̄dq̄d p̄sens est,accipe quod fūturū est. Et in quo tandē ab hircis & porcis differūt
Hier.15.c tam irrationabilia proferentes? Equi,inquit,insaniētes in fœminas facti sunt: unusquisq; ad uxorē proximi sui hinniebat.nō cōcedit propheta,ut eos qui tales fuerint, hoies nuncupemus . Quis ergo culpare nos poterit,cū porcis atq; asinis stultiores putamus
B eos, qui ea q̄ clariora sunt q̄ quæ cernuntur oculis, esse adhuc putāt obscura & ignota? Si.n.nulli alij credis,audi dęmones saltē, cum dei potentia uerberantur,qui certē ad nobis nocendū & facere meditantur,& dicere.Neque.n.negare poteris quòd oīa illa agant ad nostrā desidiam nutriendā,& gehennæ resoluendū timorem, atq; ut nullū credatur futurum esse iudiciū.Sed tamen hi qui ista cupiūt persuadere, semper clamantes nihil omnino atq; ululātes, frequēter prędicant ibi exercēda supplicia.Vnde igitur hęc dicunt, & contra q̄ uolunt loquuntur ? nequaquam aliundē,nisi quia ad istud cruciatus sui nimietate coguntur . Neq;.n.sponte uel hoc illi uoluissent fateri, uel quòd à mortuis hominibus sæpe torquētur, uel quòd oīno aliquid triste patiūtur.Cur igitur hęc dicimus?quia.ſ.gehennam, ēt dæmones esse fateātur; qui à nobis gehennā credi oīno nolunt. Tu uero cū tāto honore potiaris,& ineffabiliū mysteriorum sis certè particeps,ne illos quidē inueniaris imitari : sed ipsis quoq; deterior effectus es.Et quis,inquis,uenit ab inferis,& talia nunciauit? Sed & de cœlo quis uenit,& dixit quia deus sit qui cūcta cōsiderat?Animā
C quoq; unde nos habere manifestum est? Si enim sola illa crediturus es q̄ uidētur,& de cœlo, & angelis, & de anima,ac mente dubitabis:sic tibi oīa prorsus ueritatis dogmata deperibunt. Et certè si manifesta uis credere,inuisibilibus magis te oportet fidē q̄ uisibilibus cōmodare.Quanquam enim admirabile satis sit,magnūq; quod dixi,tamen uerū est, & habēti bus intellectum absq; ullo ambiguo confitendum. Oculi enim carnis sæpe falluntur,nō utiq; in illis quę inuisibilia esse constat , illa quippe ex toto nesciunt, sed ēt in his ipsis q̄ uidentur aspicere. Falluntur aūtē & spatij longitudine,& aëris æqualitate,& mēte aliò intenta,& ira,& solicitudine,& mille alijs,quibus eo rū perspicuitas īpeditur.At uero mētis oculus si diuinarum scripturarum lumen aspiciat , multò certius, atq; ab omni prorsus errore alienū,harum quæ sunt incipiet habere rerū iudicium.Nequaquam ergo nobis illudamus ipsi,ne per desidiam uitæ nostrę,q̄ de talibus est orta dogmatib⁹,perq; ipsa dogmata magis nobis cōflemus incendium. Si.n.iudiciū non est futurū,neq; pro malis actibus supplicia soluemus:sequitur,ut neq; pro sanctis laboribus præmia capessamus.Perpendite igitur,quousque uestra blasphemia proue-
D hatur,qui dicitis iustū,mitem , ac misericordē deum tantos suorū labores,sudoresq; despicere . Et quā tandē istud poterit ratione defendi ? Itaq; etiāsi aliundē oīno nequeas, exemplo tamen propriæ domus ista considera, & tunc manifestam hanc stultitiam deprehendes.Nam & si millies ipse sis immisericors atq; crudelis,& ultra oēs feras rationis extraneus, nequaquam tamen pateris ut amantē tui seruulum moriēs inhonoratum relinquas,quē certè & libertate donas, & pecunia,cæterisq; muneribus: & quia ipse nihil ei iam poteris præstare post mortem, eum patrimonij tui hęredibus solicitè cōmendas,rogans pro illo ac deprecans,facisq; prorsus omnia ne illum irremuneratum relinquas. Tu igitur tam malignus,erga seruulum tamen tam benignus, ac miseri cors inueniris:Deus uero infinita illa bonitas, ineffabilis misericordia,inęstimabilis pietas,famulos suos Paulū,Petrum,Iacobū,Ioannē, cęterosq; horum similes,pp ipsum confectos fame, afflictos uinculis, uerberibus scissos,fluctibus mersos,bestijs traditos, quotidięq; morientes,perpessos quāta nec numerari quidē possunt,incoronatos,inhonoratosq; despi- E
ciet ? Et ille quidē qui ludicrum instituit hūc agonē, eum qui in Olympico certamine uictor extiterit, pdicat & coronat.Et dominus seruū,& rex militē, cū ēti generaliter bene de se meritos,quibus possunt remunerāt bonis:deus uero solus post tam largos sudores postq; tam multos labores, nec amplum,nec exiguū prorsus bonū proprijs cultoribus recōpensabit?Sed sancti illi atq; iusti, cunctisq; prorsus uirtutibus dediti,illic demū iacebunt ubi adulteri,homicidæ,ac parricidæ,ubi uiolatores ēt sepulchrorum.et quā tandē habent ista rationē,si nihil est post illum, quo hinc auferimur,absceſſum: sed usq; ad p̄sens est omne nostrū? In eodē uero statu sunt ēt qui studia habuere diuersa,immo ne in ipso quidem p omnia. Nā aliter fiet illis qui hic pp deum in ęrumna, & istis qui dicunt:hæc oīa tibi dabo, si prodidens adoraueris me.Qui quidē homines sunt natura,sed per uolūtatē suam diaboli facti sunt instrumēta.Vnde & tūc nō per seipſummet tantūmodo, sed per alios quoq; accedebat ad Xp̄m.Quod ēt Lucas significādo dicebat,Discessit ab eo usq; ad tp̄s:ostēdens quòd postea per sua aduersus illum instrumenta pugnauerit. F
Et ecce accesserunt angeli, & ministrabant ei. Quandiū Luc.4.d
enim fuit in cōflictu positus,nequaquā eos apparere permisit:ne.ſ.ante uictoriam superandū fugaret : postquam uero illū per cuncta deuicit , & uictū fugere præcepit , tunc angeli consequenter apparent: ut tu discas quòd te quoque post cōfectā de diabolo uictoriā, angeli repentè susципiant, plaudētes tibi, teq; stipatorū ubique more comitantes.Sic igitur & Lazarū post fornacē paupertatis ac famis ,totiusq; Luc.16.
prius angustiæ,susципientes ad requiem pertulerunt. e.f
Quòd.n.paulò antè memoraui,multa nunc eorum Christus ostendit, quibus nos postea perfruemur. Hæc igitur cōsiderātes,oīa suademus animę nostrę, quòd postq̄ hinc fuerimus profecti , & ante terribile illud adstaturi sumus tribunal, & oīm q̄ hic agimus rationē reddituri.Nā & supplicia perferemus,si i peccatis perseueramus:& potiemur coronis , bonisq; ineffabilibus perfruemur,si paruo hoc tpe nos uoluerimus excolere,eorūq; qui his cōtradicere ausi sunt, ora claudamus:ipsi uero gratissimā eligamus uirtutis uiam , ut digna cū fiducia ad iudicium illud ab-

Geuntes, promissa nobis præmia consequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria cũ patre & spiritu sancto, i secula seculorũ, Amẽ.

Homilia.xiiij.ex cap.iiij.

Vdiens aũt Iesus, quoniam traditus esset Ioãnes, a *secessit in Galilæã, Et relicta ciuitate Nazareth, uenit & habitauit in ciuitate Capernaum maritima, in finibus Zabulon & Neptalim: ut adimpleretur*
Esa.9.a *quod dictum est per Esaiam prophetã: Terra Zabulon, & terra Neptalim, uia maris trans Iordanẽ Galilææ gentiũ: populus qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnã: et sedentibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Exinde cœpit Iesus prædicare & dicere Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Ambulans aũt Iesus iuxta mare Galilææ, uidit duos fratres, Simonem qui uocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare: erant enim piscatores. Et ait illis, Venite post me, & faciam uos fieri piscatores hominum. At illi continuo relictis retibus secuti sunt eum. Et procedens inde uidit alios duos fratres, Iacobũ Xebedæi, & Ioannem fratrem eius in nauicum Zebedeo patre eorum, reficientes retia sua, & uocauit*
H *eos. Illi autem statim relictis retibus & patre, secuti sunt eum, Et circumibat Iesus totam Galilæam, docens in synagogis eorum, & prædicans euangelium regni, & sanãs omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo.* Qua tandẽ ratione secedit? Nos uidelicet doces, nõ ultrò in tribulatiões irruere, sed secedere potius atq; discedere. Neq; n. crimẽ est non semetipsum in pericula sponte proijcere, sed non fortiter cũ inciderís permanere. Hoc igitur nũc docẽs, & materiã subtrahẽs inuidiæ Iudæorũ, secedit i Capernaũ: tum prophetiã q̃ de ipso cõcinerat adimplens, tum & capere festinãs orbis magistros. Ibi qppe illi exercẽdæ tũc artis suæ studio morabãtur. Tu uero cõsidera quẽadmodũ eundi ad gẽtiles occasionẽ à Iudæis semper accipiat. Nã hic quoq; cũ præcursori ei⁹ insidias tetẽdissent, ipsum in Galilææ gentiũ ire cõpellũt. Vt aũt intelligas, quia neq; proportione de Iudæorũ hic gẽte dicatur, neq; oẽs memorentur tribus, cõsidera quẽadmodũ regionẽ illã propheta secernat. *Terra Zabulon, & terra Neptalim uia maris trans Iordanem Galilææ gentium: populus qui sedebat in tenebris, uidit lucem magnam.* Tenebras hic nõ istas profectò sensibiles, sed errores atq;
I impietates uocauit: pp quod & intulit, *Qui sedebant in tenebris & umbra mortis, lux orta est eis.* Vt.n. discerres, q̃a neq; lumẽ, neq; tenebras has sensibiles nominaret: & cũ de lumine loqueretur, nõ simpliciter lumen posuit, sed lumẽ magnũ, qd alibi appellat & ueru: & tenebras memorãs, umbram mortis uocauit. Deinde mõstrãs quia nõ ipsi inquirẽtes inuenerint: sed ultrà illos deus desuper illustrauit: Ipsum, inquit, eis lumẽ exortũ est, ac resulsit, nõ quòd illi prius ad lumen accesserint. Ante aduẽtũ quippe Xpi in extremis nimirũ malis uita erat hoium cõstituta. Neq; n. ambulabant: qd utiq; signũ erat, ne spem quidẽ illos liberationis habuisse: sed sedebãt à tenebris cõprehẽsi, quasi ignorantes prorsus quò nã promoueri deberẽt. Sedebãt in tenebris, ut qui oino nec stare iam possent. *Tũc cœpit Iesus prædicare, & dicere: Pœnitentiã ãgite, appropinquabit enim regnum cœlorum.* Tũc istud, quando significat? Cũ. s. Ioannes in carcere inclusus est: quã rem & ipse ab initio p̃dicauit. Quid aũt opus erat Ioanne, cũ Xp̃m satis ipsa operũ suorũ testimonia p̃dicarent? ut uidelicet hinc quoq; illius dignitatẽ disceres, quòd sicut pater, ita ẽt filiꝰ haberet prophetas. Sic.n. Zacharias ipse dicit i spiritu: Et tu puer propheta altissimi uocaberis. Deinde ut ne impudentibus qdẽ Iudæis defensionis pars ulla remaneret: qd quidẽ ẽt ipse posuit, dicens: Venit Ioannes neq; manducans, neq; bibens, & dicũt: dæmoniũ habet. Venit filius hois manducans & bibens, & dicũt: Ecce homo uorax, & potator uini, publicanorũ & peccatorũ amicus: & iustificata est sapiẽtia à filijs suis. Tum etiã fuit oino necessarium, ut ea q̃ de illo erant dicẽda, non ab ipsõ prius q̃ ab alijs dicerentur. Qui enim post tot ac tanta illa testimonia, atq; documẽta clamabant: Tu testimoniũ perhibes de teipso, testimonium tuũ non est uerum: nisi prius Ioanne dicente, processisset in mediũ, ac pro se testimoniũ ipse dixisset, quid non illi fuissent locuti? Propterea nec p̃dicat anteaquã Ioannes, nec mirabilia operatus est, quoadusq; ille incideret in uincula: ne hac existẽte causa, magna pars populi scinderetur. Idcirco nec aliquod signũ fecit Ioannes: ut ex hoc quoq; multitudinem traderet Christo, q̃ ad eum signorũ admiratione cõflueret. Si.n. post tantũ dispẽsationis tenorẽ ante carcerẽ Ioãnis, atq; post carcerẽ, discipuli eius tam pertinaci aduersum Xp̃m æmulatione feruebant, ut non ipsum, sed Ioanne Xp̃m esse cõtenderent: si horũ nihil fuisset, qd tandẽ non accidisset erroris? Propterea etiam Matthæus signauit, qa tunc cœpit prædicare. Cumq; cœpisset, illud prædicauit in primis, qd certè docuerat & Ioannes. Et necdũ interim de se aliquid memorat. sed p̃dicationẽ quã prædicauerat ille confirmat. hæc.n. erat q̃ facilius posset audiri, quia. s. nullam de illo dignã opinionem gerebant. Idcirco incipiens, nihil dicit aduersum aut molestũ: ut ille q̃ imminentem securim, arborẽ radicitus excidendam, aream purgandã, & ignem inextinguibilẽ memorabat, sed à bonis orditur ac prosperis, cœlũ. s. & illud quod ibi est regnũ futurũ audientibus nunciando. *Et ambulãs iuxta mare Galilææ, uidit Simonẽ qui dicitur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes retia in mare, & dicit eis: Venite post me, faciam uos piscatores hominũ. Hi autem relictis retibus, secuti sunt dominum.* Et Ioannes quidẽ aliter dixit eos uocatos: unde manifestũ est secundã hanc uocationẽ fuisse, idq; multis ex rebus ostenditur. Nã ibi quidẽ dicit quòd ad Christũ, antequã Ioãnes in carcerẽ duceretur, accesserint: hic uero postquam ille inciderit in uincula. Et ibi quidẽ quòd Andreas Petrum: hic uero quòd Iesus ambos uocet. Et Ioannes quidẽ ait, quòd Iesus uenientẽ ad se Petrum uidens, dicit: Tu es Simon filius Ioãna, tu uocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus: Matthæus uero asserit, quod isto iam noie uocaretur. Vidẽs, inquit, Simonẽ qui dicitur Petrus. Sed à loco ẽt quo uocati sunt, alijsq; multis id scire possibile est, & ab eo quòd facilè obedierũt uocanti, suaq; oia reliquerũt. Erant quippe sufficiẽter iam antè p̃docti, & ibi quidẽ Andreas in domũ neniens, multaq; à Xpo audiens inuenitur: hic uero unum audiẽtes, nudũq; uerbũ, cõfestim sequuntur. Videtur quippe fuisse cõsequẽs, ut prius qdẽ & audierint, & secuti sint, postea uero cũ & Ioannem in carcere ligatũ, & ipsum secessisse uidissent, reliquisseq; eos magistrũ, atq; ad æternam propriam reuertisse. Sic deniq; piscantes eos rursus inuenit. Ipse aũt nec prius eos cum uellent abire prohibuit, neq; quia discesserant in finẽ reliquit: sed concedens eis, cũ resilire uoluerũt, ad eosdẽ iterum capiẽdos uenit: q certè est optimus spiritalibꝰ quoq;

piscationis modus. Perpende uero & fidẽ, & obediẽtiam uocatorũ, & cognosces quã dulcis sit piscatio: siquidem in medio ipsius operis cõstituti, cũ illum audissent iubentẽ nihil distulerũt, nihil omnino cunctati sunt: nõ dixerũt, reuertemur domiũ, loquemur
3.Reg.19 d. propinquis: sed cũcta illico relinquẽtes, fecerunt qd Helisæus quoq; sub Helia legitur impleſſe. Talẽ qppe à nobis obedientiã Christus efflagitat, ut neque pũctum temporis differamus, etiã si nos aliquid necessariũ urgere uideatur. Propter quod & aliũ quendã
Matt.8.c & Luc. 9.g accedentem ad se, & rogantẽ, ut ad sepeliendum patrem rediret: ne id quidẽ facere permisit, ostendens quia Christus cunctis sit etiã necessitudinibus præferendus. Sed dicas forsitã, maxima fuisse promissa: & hoc est propter quod illos maximè admiror: qa cũ nondum signũ aliquod factũ fuisse uidissent, tã firmiter promissionis magnitudinẽ crediderũt, ut etiã Christũ sequi rebus omnibus anteferrẽt. Ex illis qppe ipsis qbus capti sunt uerbis, facilè crediderũt alios quoq; p eadẽ à se capiẽdos. Istis igitur hoc promisit. Iacobo uero & Ioãni nihil tale pollicitus est. Sigdem obedientia præcedentiũ his quoq; ad credendũ iter parauit. Sed ut multa iã de illo antè audierãt prædicari. Vide autem quàm etiam diligenter inopiã eorũ Euãgelista signauerit. Inuenit, inquit, eos reficiẽtes retia sua. Tãta erat egestatis magnitudo, ut uetera cõtexerent: quia emere noua nequibãt. Nec sanè parua hęc sunt documẽta uirtutis, facilè ominẽ tolerare pauperiẽ, de iustis laboribus uiuere, mutua sibi charitate cõnecti, secũ habere inopem patrẽ, atq; in eius obsequio laborare. Quia istos ergo iã ceperat, tũc incipit, eisdẽ præsentibus mirabilia mõstrare, quę utiq; faciendo Ioãnis de se dicta firmabat. Synagogas uero sępius introibat, hinc quoque Iudæos docẽs, quia nõ esset aduersarius quidẽ dei, ac seductor animarũ, sed quia patri cõsentiẽs aduenisset: ingressus uero synagogas, nõ modo p̃dicabat, uerũetiã signa ædebat. Quãdo.n. nouũ fit aliquid atq; præcipuũ, signa deus facere cõsueuit, præstãs quędã pignora suę
Gene.1.c &.2.c potentiæ his, qui legẽ eius accipiũt. Sic igitur cũ hominem facturus esset, prius mundũ creauit, ac tũ de mum facto homini legẽ in paradiso dedit. Et cùm
C sancto etiã Noe legẽ positurus esset, magna utique
Ge.7. & 8. mirabilia mõstrauit, per quę instaurauit oino creaturam, ac terribile illud pelagus per annũ certè integrũ toto fecit orbi diffundi, iustumq; illũ in tãta totius mũdi tẽpestate seruauit. Abrahę quoq; multa signa legitur præstitisse, ut clarã illam de regum bello
Gene.14. Ge..12.d uictoriam, ut insignẽ quoq; aduersus Pharaonẽ plagam, ut cùm de uarijs illũ periculis liberauit. Sed &
Deute. 4 & Exo.5 & .6.d Iudæis quidẽ cùm legem esset daturus, prius mirabilia illa, & prodigia magna ostendit, ac tũ demum eis præcepta legis p̃posuit. Ita hic quoq; cũ sublimẽ quãdam uiuendi introduceret etiã disciplinam, & quæ nunquã ab illis fuisset audita, authoritatem mãdatis suis præstruxit de claritate signorũ. Quia enim æternũ regnũ quod prædicabat, ex his quæ uidẽtur etiã illa quæ nondũ sunt uisa mõstrabat. Considera uero quã nihil Euãgelista superfluis immoretur, quem admodũ non singulos nobis eorum, qui curabãtur enumeret: sed nubes quasdam signorũ grãdi uerborum parcitate transcurrat. *Obtulerũt*, inquit, *ei omnes malè habentes, uarijs lãguoribus, & tormẽtis cõprehẽsos, & dæmonia habentes, et lunaticos et paralyticos, et curauit eos.* Verùm illud inquiritur, cur à nullo eorum fidem

popoſcerit. Neque.n. dixit quod alijs postea dixisse narratur. Creditis quoniã possum hoc facere? quod certè hìc ideo non dixit, quia nondũ potẽtię sũę documẽta præstiterat. Deinde hoc ipsum, quòd eũ sim pliciter adibãt, & certatim infirmos ei ac debiles offerebant: nõ mediocrẽ profectò eorum fidem docebat. Nã è longinquo eos utiq; portabant, non portaturi procul dubio, nisi prius de illo magna p̃sumerẽt. Sequamur etiam illum igitur nos, uarios siquidẽ languores habemus animarũ: & hi sunt qbus principaliter uult mederi. Propterea enim etiã illas ægritudines sanat, ut istas scilicet de nostris animabus expellat. Accedamus ergo ad eũ, nec ab illo quicquam de præsentis uitę prosperitatibus expectemus, sed indulgentiã peccatorũ precemur. Nã etiã nũc dabit ille, si nos nõ negligimus postulare. Tũc.n. in Syriam solũ Mat.4.d modo fama eius exierat, nũc uero totũ terrarum orbem peruasit. Et illi quidẽ cũ audissent eũ dæmonia et.Luc.4 f. fugasse, undiq; cõfluebant: tu uero cũ lõgè plura, lõgeq; maiora uirtutis eius experimenta ẽ ceperis, nequaquã tamen exurgis & curris. Nam illi quidẽ & patrias reliquerũt, & parẽtes, & amicos atq; cognatos: E tu uero ne domo qdẽ abscẽdis, multoq; maiora quã sequaris reliquis. Immo ne istud qdẽ à te poscimus, sed consuetudinẽ solummodo malignam relinque, & domo tua atq; cũ tuis manẽdo poteris facilè saluari. Nũc uero siquidẽ habuerimus aliquam corporis pasionẽ, omnia facimus, cũcta mercamur, ut in reliquũ ægritudine liberemur: anima uero nostra tã malè se habente dissimulamus, semper differimus. Propterea ne corporeis qdẽ lãguoribus liberamur, quoniã quæ maximè necessaria sunt, superflua esse ducimus. quæ uero penè dissimulãda, hęc oino necessaria iudicamus: & fontẽ ipsum incuratũ relinquẽtes, malorũ riuulos purgare conamur. Quòd aũtẽ earũ quæ sunt in corpore passionũ maligna sæpe a- Ioan.5.a nima causa, & triginta annorũ paralyticus, & ille qui Luc.5.d per tectũ legitur fuisse depositus, & ante oẽs Cain Ge.4.& ipse monstrauit, multisq; alijs exẽplis idipsum potue- 1.Ioan.3. rit cõprobari. Exiccemus igitur fontẽ malorum, & cũcta cõtinuò languorũ fluenta siccabũtur, nõ modò enim paralysi dissolui, peccare. uerumetiã lãguor est, & longè illo languore deterior, ac tãtò utiq;, quã tò est corpore anima p̃stãtior. Accedamus igitur ad eum, & iã modò precemur, ut stringat animam nostram undiq; dissolutã, omniaq; hæc temporalia relinquentes, pro spiritalibus suplicemus: si uero horũ solicitudinẽ geris, cum illis etiã ista curato. Nec quia nõ doles ipse cũ peccas, age te securũ: ob hoc quoq; ipsum gemas magis, quia ne sentis quidẽ de peccato dolorẽ. Hoc enim fit, nõ quia peccata nõ mordeãt, sed quia insensibilis est anima quæ peccat. Denique ex illis istud quod dico perpẽde, q propria peccata iã sentiunt: nõnne huiusmodi his quoque q secãtur uel urũtur, amarius uidẽtur ululare? Quanta faciũt, quã ta patiuntur, quantum lugent, quantũ etiã lamentãtur, ut à mala cõscientia liberentur? Quod certè nõ facerent, nisi secundũ animã uehementer dolerẽt. Est igitur primũ bonum, nihil omnino peccare: secũ dũ uero, post peccatũ sentire quod cõmiseris, atque lugere. Si uero ne istud qdẽ habemus: quemadmodum precabimur deum, & peccatorũ remissionẽ petemus, de qbus nihil omnino curamus? Cùm enim ipse ille qui deliquit, ne hoc qdẽ ipsum quod peccauit, studeat agnoscere: pro qb. deũ delictis rogabit,

G quæ adhuc commisisse se nescit? Hęc uero ignorans, quonā modo nosse poterit diuini beneficij largitatē? Solicitè igitur propria delicta cōsidera, ut discas quo rū remissione doneris, atq; ipsi beneficio gratus exi stas. Nam tu quidē cùm hominem in te fortem cō moueris, & amicos, & uicinos, & ianitores rogas, & pecunias erogas, & plurimos dies patiēter impēdis, humiliter adstādo, ac sæpius supplicādo. Sed & si se mel, & si iterū, & si millies te repellat, qui in te fuerat offensus, tu nihilominus nō quiescis: sed solicitudine maiori cōcussus, supplicationē quoq; adhibes lōgio rem. Nobis uero cū indignetur omniū deus oscita mus, atq; oscitādo recubamus, deliciamur, inebria mur, & cūcta quæ sunt malę cōsuetudinis frequēta mus. Et quādo illū possumus facere placatū? quonā modo autē nō illū aduersum nos amplius cōmouemus? Nō dolere. n. quia peccaueris, magis indignari atq; irasci facit deū, quā illud ipsum quod antè peccaueras. Propter quod in ipsam iā dignū erat demergi terrā, & ne Solem quidem istum uidere, nec respi H rare prorsus. Quia cū tā recōciliabilem nobis habea mus deū, eum tamē & ad iracūdiam prouocamus, quotidie cōmouentes, nec ad pœnitentiā aliquādo cōfugimus. Et certè ille ne hoc quidē quod irascitur, odio & auersatus nos fecit, sed ut sic saltē ad se attra hat quos nō uult perire. Alioquī si etiā iniurijs lacessitus iugiter beneficia præstaret, amplius profectò contemneres. Ne igitur istud eueniat, aduersatur ad tēpus, ut te secū habeat in æternū. Cōfidamus ergo ipsius misericordiæ, & solicitissimè pœnitētię opera mōstremus, priusquā ille illucescat dies, q nobis mini mè iā istud prodesse permittat. Nunc enim ferè totū cōsistit in nobis: tūc uero solus profectò iudex habe Psal. 94 bit in te sentētiæ potestatē. Prœoccupemus igitur fa a. ciē eius in confessione, fleamus atq; etiā lugeamus. Sic. n. poterimus ante certā illā horā, definitamque sententiā rogare iudicē, ut nobis peccata dimittat, iā nec introitu opus erit ad iudiciū dei: ut è diuerso nisi id faciamus, publicè ac toto mūdo teste nos au diet, nec spes ulla ueniæ restabit. Nullus quippe illuc uadēs eorū ualebit peccatorum effugere tormēta, à qbus hic nō fuerit absolutus. Sed sicut illi qui, ut sę I pe cernimus, catenati, de his carceribus ad iudicium protrahūtur: sic oēs quoq; animę, cū hic fuerint ua rijs peccatorū restibus cirūactæ, ad terribile illud du cētur tribunal. Nullo. n. prēsens uita differre uidetur à carcere. Sed sicut cū triste illud introimus habita culū, circūdatos uidemus, ac uinctos catenis: ita etiā nūc si extra oia nos phantasmata collocātes, uniuscuiusque ingrediamur animā, uidebimus eā duriori bus ferro uinculis colligatam, & maximè si in diuitū intremus animas, q quātò copiosius suis opibus am biūtur, tātò onerosius uinciūtur. Sicut. n. cū aliquem uideris uinctū, & ceruice, manibus, pedibusq; ferra tū: propterea illum maximè miseraris: Sic ēt cum uideris diuitē cunctis rebus omnino circūdatum, no li eū propter illa putare locupletem, propter quę de bes infœlicē uocare. Præter illa siquidē uincula habet custodē carceris sæuiorē, amorem scilicet pecu niarum, qui semel à se uinctū nequaquā de hoc car cere exire permittit. Sed mille illi imponit catenas, & ostia & seras, atq; custodias, & in interiorē illum cōij ciens carcerem, etiam delectari his uinculis facit, ut ab illis quibus oneratur malis, ne spem quidē ullam liberationis inueniat. Quòd si intenta metis acie ani mum eius inspexeris, non modo illū ligatum, uerū K etiam squalentē, atq; sordētem, ac uermibus plenū uidebis. Neq; enim meliores delitiarū iudicādę sunt uoluptates, immo etiā horribiliores: simul qppe cor pus, animamq; corrūpunt, & utranq; substantiā mil le ægritudinū fontibus rigant. Propter hęc ergo om nia liberatorē animarū nostrarū deprecemur deū, ut & uincula ista dirumpat, & sæuū hunc à nobis cu stodē repellat, grauissimoq; illo nos liberās onere ca tenarum, omni alite perniciorē intellectū nostrę mē tis efficiat. Sic autem illū precemur, ut etiam nostrā iungamus uoluntatē uidelicet, ac studiū, atq; in bo nis operibus exequēdis cōgruum alacritatis uigorē. Ita enim etiā breui tempore poterimus à malis quæ nos obsidēt liberari, & tunc saltē ubinam fuerimus addiscere, ac digna pfrui libertate: quā nos consequi oēs, eueniat, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperiū cum patre, & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Homilia. xv. ex cap. v.

N illo tēpore. Videns turbas Iesus, ascēdit in mōtē, L
Et cū sedisset, accesserūt ad eū discipuli eius: et aperiēs os suū docebat eos, dicēs: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorū. Cōsideremus fratres contemptū honoris & gloriæ. Neq;. n. secum circūducebat sequētes, sed quādo qdē petebat ratio curandi, ipse oīa circūibat uisitans turbas, atque regiones. Quando uero plurima ad eū multitudo collecta est, uno in loco resīdet: & non in urbis, foriq; medio, sed in mōte, atq; deserto: nos uidelicet erudiēs, nihil ad ostētationē nostri facere, sed à cunctis potius tumultibus liberari, & prēcipuè cùm phloso phandū est, ac de rebus serijs differendū. Cū ascēdis set atq; sedisset, cōtinuò ad eū accessere discipuli. Vi dīsti certè uirtutis augmentū, & quēadmodū sint fa cti repētè meliores. Nā signorū qdē spectatores erāt plurimi: isti uero ēt audire magnū aliqd ac sublime cupiebāt. Quod certè illū & ad magisteriū prouoca uit, & ab his fecit inchoare sermonibus. Non. n. corpora sola curabat, sed etiam animas medicabatur, à quarū cura rursus ad corporū remedia trāsibat: ipsas qppe utilitatum uices sępe uariabat, & doctrinę uerborū suorū, salutariū operum dona miscebat. Si- W mul ēt ipudētissima hęreticorū ora claudebat, utri usque curā gerēdo substātię, seq; integri animalis esse creatorē docēdo. Propter quod plurima utriq; natu rę sua prouidētia cōferebat, nūc illā, nūc istā medē do. Quod hoc ēt facit loco: *Aperiēs*, inquit, *os suū do cebat eos*. Et cuius rei gratia uidetur adiunctū, aperiēs os suū? ut proculdubio disceres, quia nō cū loquere tur modò, uerūetiam cū taceret, docebat. Nūc qdē os aperiēs, nūc uero ipsis uocē operibus emittēs. Cū uero audis, docebat, ne opineris solis eū locutū esse discipulis: sed propter illos & cęteris. Quia. n. erat ad huc multitudo illa uulgaris, totaq; terrena, cōstituēs ante se discipulorū chorū, ad ipsos uerbū facit: ut ex sermone, quo eos docet, ēt his plurimū à talibus di stantē faciat philosophiæ disciplinā. Quod igitur & Lucas significādo dicebat, quia sermonē ad eos uer Luc. 6. d terit, idipsum ēt Matthęus manifestās ait: Quoniā ac cesserint ad eū discipuli, & docuerit. Vnde igitur in cipit? Quæ fundamēta nouę nobis collocata disciplinę? Audiamus itaq; quę dicūtur. Dictū est nāque prę sentibus, scriptū uero his omnibus qui postea essent futuri. Propterea docēs qdē ad discipulos respicit, ue rum ne

A rum nequaquā in eis suā dicta determinat, sed infini tè, & incircunscriptè cūctas beatitudines in cōe proponit. Nō. n. dicit, beati estis uos, si pauperes. Et certè etiamsi ad illos hoc directè signateq; dixisset, futura nihilominus fuisset omnibus doctrina cōis. Nā Matth. & cū dicit, Ecce ego uobiscū sum omnibus diebus 28. d usq; ad consummationē seculi: non ad eos tantum modo loquitur, sed per eos ad uniuersum prorsus orbē. Et quando eos beatificat, persecutione ferentes, exagitatos undiq;, & intolerabilia illa patientes, non eis solū, sed & cunctis eadem implentibus texit coronam. Veruntamen ut istud magis magisq; luce scat, & discas ea q̄ dicuntur à Christo: tibi quoq; & cunctis generaliter hominibus, si attendere uelint, esse cōia: audi quod nam his mirabilibus uerbis ponat exordiū: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorū*. Qui sunt pauperes spiritu? Humiles. s. mēte, atq; cōtriti spiritu. Spiritū hic. n. posuit pro ani ma, & uoluntate. Quia. n. sunt humiles plurimi non sua spōte ducti, sed necessitate rerū coacti, relinquēs hmōi: neq; enim hoc inter laudanda numerandum B est: eos qui se humiliant & cōprimunt uoluntate, pri mos beatos appellat. Et quam ob causam non hu miles uoluit appellare, sed pauperes? Quia hoc loco utiq; prestātius est, siquidē illos hic humiles memo rat, qui dei præcepta metuūt, atq; ēt contremiscunt. Quod per Esaiam prophetā deus amanter excipiēs Esa. 66. a dicebat: Super quē requiescam, nisi super humilē & quietū, & trementem sermones meos? Multi quippe sunt humilitatis modi: & hic quidem est humilis me diocriter, alter uero cumulatē. Hanc igitur humilita tem ēt propheta collaudat, nō utcunq; compressam Psa. 50. d designando mentē, sed oīno contritā. Sacrificiū, in quit, deo spiritus cōtribulatus: cor contritū & humi Dani. 3. d liatū deus nō spernit. Sed ēt tres pueri pro magno sa crificio hanc obtulerūt deo dicentes. sed in anima con trita, & spiritu humiliato suscipiamur. Hāc ergo nūc etiā Christus beatā uocauit. Quia. n. profectò mala maxima, & q̄ toti ferè orbi intulere perniciem, de su perbia mentis exorta sunt, quandoquidē ille q talis 1. Tim. 3. certe antè non fuerat, per hoc diabolus effectus est: b quod ēt Paulus significando dicebat. Ne in superbiā C elatus, in iudiciū incidat, & in laqueū diaboli. Et pri mus ille homo his à diabolo spebus inflatus, postq̄ se arrogāter extulerat, cecidit in mortē: dominū. n. se credēs futurū, ēt quod habebat amisit. Hoc. n. ei & dominus exprobrans, ac stultitię eius insultās, ait: Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis. Cæteriq; postea hinc ad impietatis præcipitia deuiarūt, ęqua litatē dei cogitationū sibi phantasmate mentiendo. Quia, inquā, hanc esse cōstat causam malorū, & ra dicē fonteq; peccati, contrariū ęgritudini remedium docendo cōficiens, quasi fundamentū quoddā for te, atq; munitū, hanc primū sniam collocauit. Siqui dē unusquisq;, humilitate suppositā, tutissimè cūcta alia superponit ædificans: hac uero subducta, etiāsi ad ipsum usq; cœlū cōuersationis sublimitate peruenias, simul oia subtrahuntur, atq; in finē pessimū re labuntur. Nā siue orationē, siue ieiuniū, siue misericordiā, siue pudicitiā, siue aliud quid bonorū absq; humilitate cōgreges: statim, cūcta defluunt, cūctaq; Luc. 18. b depereūt. Quod ēt Pharisæo legimus accidisse, q cū ad ipsum uirtutis cacumē ascenderet, amittēs simul uniuersa descēdit, quia. s. nō habuit matrē bonorū. Sicut. n. superbia omniū fons malorū est, ita humili- D tas cūctarū origo uirtutū. Iure igitur hinc incipit, ut arrogantiā radicitus de auditorum pectoribus euel lat: & hoc ad discipulos ait, qui humiles semper exti terant: quippe qui ne occasionē quidem habuerant insolētiæ, cū essent utiq; piscatores ac pauperes, nec minus de imperitia, q̄ de ignobilitate despecti. Et si ergo non hoc pp discipulos diceret, dicebat tamen propter cæteros, qui uel tunc aderāt, uel postea erāt futuri, ac disciplinam ipsam per Apostolos recepturi, ne illos per superbiam fortè contemneret, immo etiam pp ipsos profectò discipulos. Etsi. n. tunc forsitan minimè, sed postea tamen hac indigebāt maxi me cautiōe: post tot certe illa mirabilia, post signa, post honorē ab uniuerso sibi penè orbe delatū, post illam postremò fiduciam, quā se apud deū habere gaudebant. Nō enim diuitiæ, nō potentia, nō ipsum oīno regnū ita quenquam poterant efferre, ut ea q̄ Apostolis suppetebant. Quinimmo ēt antequam fa cultatem acciperent signa faciendi, abunde extolli quibant, cū uiderent magistrū theatro illo undique admirante circundari, per quod certe pati poterant aliquid humanū. Idcirco in primis mētes eorū humi E liat, & cōprimit, doctrinam suam non sub specie mā datorū, atq; exhortationis inducit: sed sub præmijs beatitudinē, ut. s. sermonem ipsum faciat gratiorē: & stadium doctrinæ suæ cunctis recludebat. Nō enim dixit, ille & ille, sed quicunq; ista fecerint, oēs beatitu dine seruos fieri: siue ignobilis atq; pauper, siue ple beius, siue peregrinus, nihil te fieri beatum uetat, si istius uirtutis æmulator extiteris. Hinc igitur unde maxime oportebat, exorsus progreditur ad manda tum aliud, qd uidetur contra totius mundi pugnare sniam. Cum enim oēs putent gaudentibus inuiden dum, eos uero qui in mœrore, pauperie, luctuq;, uer santur miseros existimēt: hos ipsos pro illis appellat beatos, dicens: *Beati qui lugent*. & certe isti infelices ab hominibus iudicantur: sed idcirco ante doctrinā signa præmisit, ut facillime crederent talia sentienti. Verū hic quoq; nō simpliciter lugētes posuit, sed pp peccata lugentes. Quippe cū illud aliud ēt uehemen ter uetetur, de secularium. s. rerum dispendijs: quod significabat & Paulus dicendo, Quoniam seculi qui 2. Co. 7. c dem tristitia mortem operatur, q̄ autem secundum F deum est tristitia, pœnitentiam in salutē stabilē ope ratur. Istos hic igitur beatos uocat, qui utilē uoluerunt habere tristitiā. Et nō simpliciter posuit tristes, sed oīno cum cumulo, nō ut quippe mœrentes, sed lugentes. Siquidē pręceptū istud totius philosophiæ magisterium est. Si. n. illi qui uel filios mortuos lugent, uel cōiuges, uel alium quempiā proximorū: to to illo doloris sui tpe: non pecuniarū tenentur amore, non corporum: non gloriam concupiscunt, non consumuntur inuidia, nō iniurijs permouentur, non alijs uitijs obsidentur, utpote solis luctibus mācipati: multo magis qui propria peccata lugent, sicut ea lugere dignū est, celsiorē philosophiā mentis ostendunt. Deinde præmium illis aptissimum ponens: *Quoniam ipsi*, inquit, *consolabuntur*. Vbi uero, dic mihi, consolabuntur? Et hic profectò, & quod est amplius, in futuro. Quia. n: præceptū ipsum ualde uidebatur onerosum, ac uehemēter molestū, hoc se promisit daturū, qd illud q̄ maxime leue posit efficere: itaq; si uelis cōsolari, luge. Neq; putes exempli gratia allatū esse quod dixi. Quādo enim cōsolatur deus, etiāsi millia mœrorū irruant, cūctis superior exists.

G Siquidem ipsis doloribus præmia deus ampliora cõ
stituit:qđ certe hoc ipso quoq; designat loco,beati-
tudinem lugentibus deputando,non sẽdm dignita-
tẽ operũ,sed iuxta suorũ munerum largitate. Per-
pende uero quòd nõ est hoc operis humani,sed in-
dulgentiæ dei.Nõne lugentes isti ob peccata lugẽt?
at uero his sufficit, si deũ satisfactione placauerint,
ut ab eo ueniam consequãtur. Sed quia ipse magno
homines amore miseratur, neq; in summotione pœ
narum, neq; in remissione culparũ retributionẽ suã
terminat:sed eos qui ob peccata lugẽt & beatificat,
& multa cõsolatione donat:non aũt de proprijs tã-
Exo.17.c tum,uerũetiam de alienis iubet lugere delictis. Qua
&.32.g les ẽt sanctorũ orationes fuerũt,ut Mosi,ut Samue-
1.Re.15.c lis,ut Pauli,isti quippe oẽs aliena peccata lugebant.
Ro.9.a. *Beati mites,quoniam ipsi possidebunt terram*. Dic quæ-
& Ephe. so,quam terrã?terram quidã intelligibilẽ dicunt: ue
3.c.& rũ istud oino falsum est, nec in scripturis uspiam re-
Phil.1.b perimus intelligibilem terrã. Quidnã hoc ergo est,
et.2.Thes quod dicitur?Sensibile hic præmium statuit,sicut &
sa.1.d prius:Honora,inquit,patrem tuum, & matrẽ tuam,
H sic enim eris lõgæuus super terrã:& rursus dominus
Deut.5.b ipse latroni: Hodie mecum eris in paradiso. Neq;.n.
Mat.15.a de futuris solummodo bonis, uerũetiam de præsen
Ephe.6.a tibus cohortatur,pp tardiores.s.auditores, & ante-
Luc.23.f quam futura ueniant p̃sentia requirentes. Propterea
igitur in processu Euangelij dicit, Esto consentiens
aduersario tuo citò.Deinde istiusmodi philosophiæ
ponens præmiũ,ait:Ne tradat te aduersarius iudici,
& iudex tradat te ministro. Videsne unde terruerit,
à præsentibus.s.& quæ frequenter eueniunt? Et rur-
sus:Quicunq; dixerit fratri suo racha, obnoxius erit
concilio. Paulus quoq; creberrimè & præmia sensibi
1.Cor.7. lia proponit,& de præsentibus adhortatur, ut cũ de
per totũ. uirginitatis bono disserit,nihil.n.ibi super cœlesti ho
nore cõmemorat,sed de præsenti utilitate rem com
1.Cor.7.c mendat,dicens:Propter instantem necessitatem. Et
Ibidem. rursus: Ego aũt uobis parco.& iterũ: Volo aũt uos
Ibidem.f sine solicitudine esse.Sic igitur Xp̃s spiritalibus sensi-
bilia miscebat.Quia ergo mitis quisq; propria puta-
tur amittere,contrariũ pollicetur,dicens: quòd ipse
sit qui tutissimè cuncta possideat, non audax.s.ac
I proteruus. Aliter uero quia in ueteri testamento sæ
Psal.36.b pe propheta cecinerat, Mãsueti aũt hæreditabũt ter-
ram: a familiaribus iam illi populo,notisq; uerbis ser
monẽ texuit,ut non in oibus inusitatè loqueretur.
Hæc uero dicit,non tantũ ad p̃sens usq; tẽpus sua
promissa perducens,sed cũ futuris ẽt ista promittẽs.
Nam cũ & spiritalia pollicetur, hęc certè uobis quæ
sunt in præsenti uita nõ eripit. Et rursus cũ p̃sentia
repromittit,non tamen magnitudo promissionum
Mat.6. d solũmodo usq; ad ista pertingit. Quærite, inquit pri-
mũ regnum dei,& hæc oia adijcientur uobis.Et rur
Mat.19.d sus:Quicũq; dimiserit domum aut fratres, centuplũ
accipiet in seculo isto,& in futuro habebit uitã æter
nam.*Beati qui esuriunt,& sitiunt iustitiam*. Quã uero
iustitiam?Vtiq; rationalem istam q̃ ex aduerso auari
tiæ collocatur. Quia.n.cõmẽdaturus erat misericor
diam,ostendens cũ misereri oporteat:id est,nõ ex
auaritia nec rapina, opportunè beatificat iustitiã ac-
quirentes.Et cõsidera quanta idipsum exaggeratio-
ne cumulauerit.Nõ.n.dixit, Beati qui iustitiã seruãt:
sed,beati qui esuriunt,& sitiunt iustitiã: ut non utiq;
mediocriter, sed cum omni illam cupiditate tenea-
mus. Quia enim hoc est auaritiæ proprium, neque
sic cibum desideramus ac potũ, ut possidere latius, K
induiq; pretiosius: cõcupiscentiam istam q̃ habendi
amore flagrat,iubet in meliora cõuerti: deinde rur-
sus sensibile p̃miũ statuens,ait:*Quoniam ipsi saturabuntur*.Quia.n.plurimos diuites facere putatur ava
ritia,dicit hoc esse cõtrariũ,magisq; id p̃stare iusti-
tiam.Noli igitur iustitiam exercẽs formidare pauper-
iem,neq; famem timere, cum certè illi magis omni
bus bonis excidant,qui aliena diripiunt:ut ex aduer
so ille qui iustitiã diligit,tutissimè omnia bona possi
det.Si enim qui aliena nõ inuadunt,tanta rerũ uber-
tate potiuntur:quãtò magis qui propria, fideliter lar
giuntur?*Beati misericordes*.Hic nõ pecuniarum solum
modo erogatores designare mihi misericordes uide
tur,sed idipsum cũ aliorum quoq; mãdatorũ obser-
uatione facientes.Varij sunt.n.miserationis modi,la
tum quoq; hoc oino mandatũ est.Quod igitur hu-
ius uirtutis est præmium? *Quoniam ipsi misericordiam consequentur*.Et uidetur æqualis quidem esse retribu
tio,sed est tamen longè ipsa uirtute præstantior. Isti
enim quasi hoies profectò miserẽtur, cũ ab omniũ
deo misericordiam cõsequantur. Par aũt non est hu
mana miseratio,atq; diuina:sed quantũ beneuolen-
tiæ,malitiæq; discrimen est,tantũ ab illa ista discer-
nitur. *Beati mundo corde,quoniam ipsi deum uidebunt*.
Ecce rursus p̃miũ spirituale. Mũdos uero hic appel
lat,aut uniuersalem uirtutẽ tenentes, & nullius sibi
mali cõscios,aut continentia cõspicuos. Nihil.n.no-
bis est ita opus ad uidendũ deum, ut istius puritate
uirtutis pp quod Paulus ait:Pacẽ sectamini,& sancti Heb.12.d
moniã,sine qua nemo uidebit deũ.Videre aũt dixit,
quemadmodũ hominib⁹ uidere possibile est. Quia
enim sunt plurimi qui sẽ à rapina quidem, auaritiaq;
contineant,fornicentur tamẽ,atq; luxurientur:ostẽ-
dens,quia primũ illud minimè sufficiat, etiam istud
adiecit.Sicut & Paulus ad Corinthios scribẽs: Mace- 2.Co.8.a
donibus testimoniũ reddidit,quia non solum mise-
ricordia essent diuites, uerum alijs quoq; uirtutibus
abundarent.Cum.n.illorum in pauperes liberalita-
tem differeret,intulit: quoniã seipsos dederũt primũ
deo,deinde nobis.*Beati pacifici*.Hic nõ modò dissen M
tire illos prohibet, atq; aduersum se mutuo dimica-
re:sed aliud quiddã maius inquirere.s.ut etiam alios
dissidentes in sacram studeant reuocare concordiã.
ac rursus p̃miũ spirituale subiungit. Qđ uero istud
est? *Quoniam ipsi filij dei uocabuntur*.Siquidẽ unigeniti
hoc præcipuum opus fuit, distantia copulare, conci
liare pugnantia. Deinde ne opineris bonã esse ubiq;
pacem,addidit:*Beati qui persecutionem patiuntur pro-
pter iustitiam*.i.pro uirtute atq; pietate,pro defensio-
ne cęterorũ.Solet quippe iustitiam oẽm prorsus ani
mi appellare uirtutẽ.*Beati estis cum exprobrauerint uo-
bis homines,& dixerint omne malum aduersum uos, men
tientes*.Siue.n.seductores,siue maleficos:siue pestife
ros,siue aliud uos tale quippiã uocent, eritis,inquit,
beati.Quidnam possit his præceptis inusitatius inue
niri,per q̃ illa nobis desideranda dicit, q̃ alij putant
esse fugienda? Egere dicẽ,atq; lugere,persecutionem
pati,audire maledicta.Eò nihilominus nõ modo id
dixit,uerumetiã facilè persuasit, nec duobus aut de
cem,nõ tugurri aut centũ hominibus, aut mille, sed
uniuerso iam penè mundo.Cũq; dicerentur illa q̃ ui
dentur onerosa & grauia,contraq; multorũ consue
tudinẽ uenientia,nihilominus admirabatur uenerãs
oia illa audientium multitudo:tanta quippe erat uir

A tus docẽtis.Attamẽ ne putares, quia quolibet mo-
do audire maledicta præstaret beatos, duos tantũ
separauit modos,cùm scilicet uel propter ipsum au-
diũtur,uel falsa iactãtur.Si uero ista nõ fuerint, non
modò nõ est beatus hęc audiẽs, uerumetiã miserri-
mus.Deinde respice rursus in p̃miũ: *Quoniã merces
uestra multa est in cœlis*.Tu uero etiãsi non p singulas
beatitudines regnũ audias repromitti, nequaquã ta
mẽ mœrore turberis. Et si enim retributiones ipsas
indifferenter appellat eas: tamẽ profectò cũctas ad
unũ cœlorũ regnũ adducit.Quando autẽ dicit:& lu
gentes consolabũtur,& misericordes misericordiam
consequentur,& mundi corde deũ uidebũt,& pa-
cifici filij dei uocabũtur:nihil omnino aliud nisi cœle
ste regnũ per hæc cuncta designat. Qui enim horũ
dicũtur potiri,illud sine dubio consequẽtur. Ne igi-
tur tantùmodo pauperũ spiritualiũ hoc esse p̃miũ
suspiceris,sed & esurientiũ iustitiam,& mitiũ,& pror
sus omniũ quos idem beatitudinũ textus includit.
Propterea.n.in cũctis uirtutibus, & promissionibus
beatitudinẽ posuit, ut nequid sensibile sperandũ pu
B tares.Neq; enim esset beatu talibus coronari, quę in
præsenti uita cõtinuò soluũtur,ac defluunt,& fuga-
cius quã umbra præteruolãt.Cũ uero dixisset, quo-
niã merces uestra multa est in cœlis, aliam quoq; cõ
solationẽ intulit,dicens:*Sic enim persecuti sunt & pro-
phetas qui fuerũt ante uos*.Quia enim regnũ cœlorum
adhuc erat in spe,atq; expectatione,solã cõsolationẽ
illis de eorũ societate præstat, qui ante illos afflictio
nes uarias pertulerũt.Ne,inquit, putetis quòd mala
aliqua docẽtes,& noxia sanciẽtes,ista patiamini,uel
ab eis quasi prauorũ suis magistri dogmatũ perse-
quẽdi.Non enim de prauitate doctorũ,sed de mali-
gnitate auditorũ pericula ista insidięq́ue contingẽt.
Non ergo uobis obtrectabitur,q̃ talia patiemini:sed
illis profectò qui inferent passionẽ:in testimoniũ ue
ro uobis est tempus paratũ.Neq; in prophetis iniqui
tatem aliquã, deoq; aduersam culpando doctrinã,
Hebr.11 alios quidẽ eijciebant,alios uero lapidabãt,alios ma
&. lis innumeris obruebãt:neq; hoc uos ergo pturbet.
De eadẽ quippe sententia nũc quoque cuncta perfi-
cient. Vidisti quemadmodũ eorum sensus erexerit,
C iuxta Mosen illos,atq; Heliam omnino constituens?
1.Thes.2 Sicut etiam Paulus ad Thessalonicenses scribens, ait:
c. Vos.n.imitatores facti estis fratres ecclesiarum dei,
quę sunt in Iudæa in Christo:quia eadẽ passi estis &
uos à cõtribulibus uestris,sicut & illi à Iudęis,qui oc
ciderunt dominũ Iesum,& prophetas, & nos perse-
cuti sunt,& deo nõ placẽt, & omnibus hominibus
aduersantur.quod hic quoq; Christus impleuit,& in
alijs qdẽ beatitudinibus.Beati,inquit,pauperes, bea
ti misericordes,hìc uero nõ infinitè posuit, sed ad ip
sos prorsus dirigendo sermonem, dicens: *Beati estis
cũ exprobauerint uobis,et dixerint omne malũ aduersum
uos*. Videlicet ostendens ipsorum hoc esse p̃cipuũ,
& propriũ super omnes prorsus magistros. Simul e-
tiam suam hic prodidit dignitatẽ & honorem, quæ
æqualiter cum patre cõmunicat.Sicut enim illi, in
quit,propter patrem,sic etiã uos propter me ista pa
tiemini.Quando.n.dicit, persecuti sunt prophetas,
q̃ fuerũt ante uos:istos quoque iã prophetas factos
esse declarat.Deinde ostẽdẽs,quia hoc eos maximè
iuuet,ac faciat clariores:non dixit, maledicẽt uobis
quidẽ, uosq; etiam persequentur:sed ego tamẽ fieri
istud uetabo.Neq;.n. discipulos suos nõ audiendo
maledicta,sed audiendo,ac fortiter sustinẽdo,& per D
secutores suos ipsis operibus arguẽdo, uult esse mu
nitos.Hoc autẽ multò est illo utique p̃stãtius, sed
lõgè potius est percuti:nec tamẽ malũ aliquod pati,
quàm omnino nõ percuti.Hic igitur dicit,Quia mer
ces uestra multa est in cœlis. Lucas uero etiã cũ ad- Luc.6.d
ditamento,cumq; maiori cõsolationis cumulo hoc
eũ dixisse cõmemorat. Nõ solũ enim illos q propter
deũ maledictis expositi sunt,beatos dicit à Christo
uocari,sed ẽt eos qbus à cunctis benedicitur infœli-
ces.Væ,inquit, uobis cũ benedixerint uobis omnes
homines.Et certè etiã apostolis benedicebãt homi-
nes,sed profectò nõ omnes. Et idcirco nõ ait:uę cũ
benedixerint uobis homines,sed cùm benedixerint
omnes.Hoc enim impossibile est, cũ uirtute uiuẽti-
bus cunctorũ ore benedici.Et rursum ait, Cũ eiece-
rint nomẽ uestrũ tanquã malũ, gaudete & exultate.
Non.n.pro periculis solũ quæ passi sunt, uerũetiam
pro maledictis retributionẽ maximam pollicetur.
Propterea nõ dixit,cũ uos exagitauerint, atq; inter-
fecerint:sed,cũ exprobrauerint uobis.Nescio quo e-
nim modo omnibus penè rebus amarius solet mor E
dere maledicta.In periculis qppe multa sunt quę la-
borẽ ipsum faciũt leuiorẽ:ut multorũ exhortatione
succẽdi,ut habere plurimos applaudẽtes, digniſque
passionẽ ipsam p̃conijs coronantes.In maledictio
nibus uero etiã cõsolatio ipsa subducitur.Neq; enim
creditur cũctis periculis fœuius mordere certãtem,
nec omnino magna esse quępiã uirtus putatur, forti
ter sustinere maledictũ, cùm certè multi etiam ad la
queum conuolarint famæ opprobria nõ ferẽtes.Et
quid hoc miraris in cæteris, cũ proditorem illũ im-
pudentissimum,pariter & crudelissimũ, atque cõtra
omnia flagitia nequitiæ fronte duratũ, hoc p̃cipuè Mat.27
ad laqueũ ire cõpulerit?Iob quoque ipse certè omni a.
lapide atque adamãte tolerãtior, cùm qdẽ patrimo Acto.1.c
niũ amitteret,malaq; innumera sustineret:cumq; su-
bito numerosa sobole esset orbatus, cũ quasi fontẽ
quendã uermium toto uideret copore bullientem,
supraq; hæc uxoré sibi molestius imminentẽ, perfa-
cilè cuncta superauit:ubi uero exprobrare sibi ami-
cos,atq; insultare uidit,& malignã illã de se existima
tionem fouere, & dicere quòd talia propter peccata F
pateretur,ac malitiæ suæ solueret ultionẽ:tũc demũ Iob.11. et
utiq; turbatus est ille uir maximus, ille fortissimus. 19.
Dauid quoq; omittẽs cũcta quę pertulit,pro maledi &.22. et
cto patiẽter audito uicem à domino reposcebat:Di serè p to-
mitte,inquit,ut maledicat,quoniã dominus mãdauit tum.
ei,ut uideat afflictionẽ meã, & reddat mihi pro ma- 2.Reg.16
ledictione hac in die illa. Et Paulus nõ solũ pericula b.
sustinẽtes,nec tantũmodo proprijs spoliatos bonis
laudat & prædicat, uerumetiã maledicta tolerãtes.
Rememoramini,inquit,dierũ priorũ, in qbus illumi
nati magnũ certamẽ sustinuistis passionum: & in al
tero quidẽ opprobrijs & tribulationibus spectaculũ Hebr.10
facti.Propterea & mercedẽ huic patiẽtiæ plurimam f.
proposuit Christus:ac nequis diceret, hìc ergo non
reddis maledicẽtibus uicẽ, neq; illorũ ora cõsuis:cũ
mercedẽ promisisset futurã, cõmemorauit prophe-
tas;ostẽdens quoniã nec propter illos in p̃senti de
us exegerit ultionẽ.Si uero tũc quoq; cũ adhuc p̃ sen
tiũ tribulationũ tẽpus esset, tamẽ de futurorũ illos
promissione solatus est: quãtò nunc magis,quãdo
& hæc ipsa spes solidior effecta est, & philosophia
profectò sublimior?Cõsidera uero etiam post quot

G mādata idipsum locarit. Nō enim hoc absque certa ratione fecit, sed quia uoluit ostēdere quòd nisi quis illis, quas superius posuit, armatus fuerit ornatusq; uirtutibus, ad hæc nequaquā possit prodire certamina. Propterea de priore semper ēt mādato sequentis uiā struens, aureā quandā nobis catenā texuit. Cum enim quis humilis fuerit, erit consequenter & mitis. Quia autem mitis, ēt peccata lugebit. Qui uero ob peccata luget, esurit sititq; iustitiā. Qui iustus est, iste ēt misericors: qui & misericors fuerit & iustus, idē ēt cōpunctus & mūdo corde. Qui uero talis est, erit ēt profectò pacificus. Porrò q ista pfecerit, erit absque dubio ad pericula præparat⁹, nec ad maledicta prorsus ulla terrebitur, necnon mala quoque mille patitur. Postquam igitur, prout oportuit, ad uirtutū studia cohortatus est, rursus eos laudū admixitione pmulcet. Quia.n. erāt pcepta sublimia, multoq; quā in ueteri lege maiora: ne trepidarēt, néue turbarētur ac dicerēt, & quemadmodū hęc implere poterimus? attēde quid dixerit, *Vos estis sal terræ*. Per quod ostendit quā necessariè ista præcipiat. Nō enim pro uestra,
H inquit, salute tātummodo, sed pro uniuerso prorsus orbe hęc uobis doctrina cōmittitur. Nō ad duas qp pe urbes, aut decē, aut uiginti: neq; ad unā uos mitto gentē, sicut etiā prophetas: sed ad omnem terrā prorsus, ac mare, totūq; mundum, & hunc uarijs criminibus oppressum. Dicendo enim, *uos estis sal terræ*: ostendit omniū hominum infatuatam esse naturā, conculcatāq; peccatis, & idcirco illas ab eis maximè uirtutes requirit, quæ cunctis necessariæ atq; utiles sunt futuræ. Cū.n. mansuetus aliquis, ac modestus, cū misericors fuerit & iustus: nō in semetipso tātum modo hæc rectè facta cōcludet, uerū in aliorū quoque utilitatē bonos hos faciet emanare fontes. Sed qui mūdo corde est, atq; pacificus, & q persecutionē pro ueritate perpetitur, nihilominus in cōmune cōmodū uitę suę statuit exēplum. Ne igitur opinemini ad mediocria uos ducēdos esse certamina, neq; pro exiguis rebus uobis hūc insonare sermonē, uos estis sal terrę. Quid igitur? Ipsine putrefacta medicati sūt? Nequaquā: nec.n. possibile est, ut ea quæ corrupta sunt, salis perfricatione reparētur. Nō hoc fecerūt ergo, sed ante se mota, sibiq; tradita, atq; ab illa iā putredine liberata, perfricabāt, sale inq; hac nouitate seruabāt, quā à domino utiq; susceperāt qppe à putredine peccatorū. Christi profectò uirtutis ē: ut autem nō ad illa iterum reuertantur, apostolorū curę est ac laboris. Vides quemadmodū paulatim ēt prophetis eos meliores esse patefacerit? Nō.n. illos filios ueteris testamenti, neq; mediocres ponit magistros: sed seueros quosdam atq; terribiles. Hoc est.n. oīno mirabile: quia nō adulantes, neq; palpantes: sed è diuerso salis ĩstar urētes, ferè omnibus se tā desiderabiles reddiderunt. Nolite ergo (inquit) mirari, si alios omittēs uos potissimū doceo, atq; ad pericula tanta succingo. Cōsiderate qppe quātis urbibus, quātisq; populis uos sim missurus magistros. Propterea non uos tantūmō uolo eē sapiētes, sed ut tales faciatis & cęteros. Huiusmodi autē magistros, in qbus certè tā torū periclitatur salus, maxima decet pollere prudētia, tātasq; illis uirtutū adesse diuitias, ut alijs quoq; utilitatē ædificationis impertiant. Nisi, inquit, fueritis omnino tales: ne uobis qdē ipsis sufficere profectò poteritis. Nolite igitur de difficultate conqueri, quasi q doctrinā meā molestā esse dicatis. Infatuatis enim cōculcatisq; populis, per uos ad sapiētiam redi K
re possibile est. Si uero id etiā patiamini uos ipsi, uobiscū perdetis & reliquos. Itaq; quanto etiā maiorū uobis rerum cura cōmittitur, tāto potiore indigetis & studio. Propter quod intulit, *Si autem sal euanuerit, in quo salietur? Ad nihilū ualet ultrà, nisi ut mittatur foras, et cōculcetur ab hominibus*. Alij enim ēt si sæpe delinquāt, possunt tamen ad ueniam peruenire: si uero hoc magister ipse patiatur, oi satisfactione priuabitur, & supplicia extrema persoluet. Ne.n. audiētes, cū exprobrauerint uobis, & persecuti uos fuerint, & dixerint omne malū aduersum uos, in mediū prodire formidēt, dicit: quoniā nisi ad ista fueritis parati, frustra etiā proditis in publicum. Non enim uos oportet maledicta hominū timere, sed laudes: quas si audire cupiatis, tūc uerè infatuādi estis, atque calcādi: si uero pseuerabitis uosmetipsos undiq; castigātes, & deinde audieritis mala, gaudete. Hoc.n. est opus salis, laxa quæque urere atque restringere. Itaque iā necessaria subsequitur maledictio, nihil uobis prorsus incōmodans, immo ēt testimoniū uestræ perhibens firmitatis. Si uero illa timētes, fortitudinē uo- L
bis utilē deseratis, multo sęuiora patiemini, & malè scilicet audiētes, & contempti à cūctis atq; despecti: hoc nāq; est ab omnibus cōculcari. Deinde ad aliud eos sublimius ducit exēplum. *Vos estis lux mundi*. Iterum mundi, nō unius profectò gentis, nec uiginti urbium, sed toti⁹ orbis lumē tunc perhibētur: & lumē intelligibile, ipsoq; sole fulgentius, sicut ēt sal hoc loco itelligitur spiritale. Prius autē sal posuit, deinde lumen, ut discas quantū sit uerborum urentiū beneficiū, quantūq; cōmodum honestæ rectæq; doctrinę. Hæc siquidē stringit animos, nec quòquā diffluere permittit, facitque attentius ad lumē uirtutis aspicere, ad quā uelut apprehensa manu ptrahit audiētes. *Non potest ciuitas abscondi super montē posita: neq; accendunt lucernā, & ponunt eā sub modio*. Rursus eos p ista ad bene uiuendi diligentiā cohortatur, ostēdens ut studeāt esse soliciti, quasi ante omniū scilicet oculos cōstituti, & in medio orbis terrarū certātes theatro. Nolite, inquit, aspicere, quia in isto nūc residemus loco, & in exigua sumus parte certaminis. Sic enim eritis manifesti cūctis, quēadmodum ciuitas in mōtis M
uertice collocata, uel sicut lucerna in domo super cādelabrū relucēs. Vbi nūc sunt Christi uirtutis incrēduli? Audiāt ista, & de Christi prophetię potētiā post experimēta mirātes, maiestatē domini adorando uenerētur. Perpēde.n. qualia polliceatur eis, q in sua quoque regione habebātur incogniti, quòd uidelicet terra oī, marique celebrādi sint, & ad terminos usque mūdi fama ducēte uēturi: immo non fama, sed manifesto beneficiorū, atq; admirādæ operationis effectu. Nō enim illos fama portās fecit ubique notissimos, sed ipsa utique documēta uirtutū. Sicut enim qdā uolucres effecti, ipso ēt sole pernicius omnē perlustrauere terrā, spargētes ubique lumina ueritatis. Hic autē uidetur mihi illos ad cōstantiam cohortari: dicēdo enim, Nō potest ciuitas abscondi super montē posita suā declarat profectò uirtutē. Sicut impossibile, inquit, est super montē positā abscōdere ciuitatem. ita ēt prędicationē latere, atq; reticeri. Quia.n. pdixerat persecutiones, & maledicta, & isidias, periculaue: ne putarēt quòd hęc eos possint ĩ silētiū coarctare, cō firmās eos, ait: Quia non mō nō tacebūt, sed ēt uniuersū prorsus illustrabūt orbē, et ob hoc quoq; clari

efficientur,

A efficientur, ac nobiles. Et hic quidē propriæ ostēdit insigne uirtutis, in cōsequentibus uerò ab illis cōstātiam flagitat, dicens: *Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio: sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux uestra coràm hominibus*. Ego quidē, inquit, lumē accendi. ut uerò perse ueret ardens, uestri profectò sit studij, non pp me, uosq; ipsos modo, uerūetiam pp illos qui eadē luce potientur, uobisq; ducentibus uiam ueritatis inuenient. Nō.n. poterūt maledictionibus uestrū obumbrare fulgorē, si tamen uos omni cū diligentia uixeritis, atq; ita prorsus quasi qui uniuersum oībē uestri faciatis imitatione couerti. Dignā igitur tanta gratia exhibete uitam, ut sicut illa cūctis mox regionibus prædicanda est: ita illi ēt conuersatio uestra conueniat. Deinde aliud quoq; lucrū cum hominū salute subiungit. Sanè quòd sit prorsus idoneū illos præstare solicitos, atq; ad omne uirtutis bonū cōcitare. Nō solum, inquit, corrigitis orbem rectè sanctęq; uiuendo, uerumetiā glorificari deum ex uestra cōuersatione facitis: quemadmodū si contraria gesseritis, & ho
B mines perdetis profectò, & dei nomen blasphemijs offendetis. Et quemadmodū, inquit, per uos glorificabitur deus, si uos hoies maledictorū fuerint cōtumelijs consecuti: sed utiq; non oēs. Nam illi quoque ipsi qui hoc publicè faciunt inuidētes, apud cōscientiam tamen suam admirabuntur uos, atq; suspiciēt: sicut è regione uitiosos quosq; palàm quidē adulatorio sermone demulcent, sed eosdē in secreto mentis accusant. Quid igitur ad ostētationē nos uiuere, atq; ad gloriæ amorem iubes? Absit, non dico istud omnino: neq; enim dixi, ut rectè facta uestra in mediū studeatis afferre, nec ut illa mōstretis admonui: sed dixi, luceat lux uestra, hoc est, plurima ĩ uobis sit uirtus, ac maximè ingens illius accendatur ignis, & ineffabile oīno lumen effulgeat. Quando aūt tam magna uirtus fuerit & clara, latere non poterit etiāsi mille illam cōtegere uelit modis ille qui possidet. Irreprehensibilē igitur ēt hominibus præstare uitā, ut nullū in uobis uerum colorē accusationis inueniāt. Sequitur illud, ut etiamsi innumeri accusare cupiāt, nullus unquam infuscare uos possit. Bene aūt ait, lu
C men. Nihil est quod sic hominē faciat insignem, atq; cōspicuum, etiamsi magno ambitu optet latere, ut splendor iste uirtutis. Sicut.n. ipso sole circundatus, ita utiq; clarus refulget, nec in terrā solūmodo rutilatus propriæ uirtutis emittit, sed supra ipsum ēt cœlū proprio fulgore radiabit. Hinc itaq; illos uberius consolatur. Et si, inquit, maledicta in uos audientes doletis: sed habetis plurimos quos ad amorē atque admirationē dei, uestro adducatis exēplo. Ac ne dicatur, & uideatur omniū generaliter maledictorum cōmendare patientiam, admoneo ne hoc quidem positū sentiatis inordinatè, atq; confuse. sed prouidè & oīno distinctè. Siquidē de illis hic loquitur profectò maledictis, q̄ falsò & propter deum obijci solēt. Iam uerò demonstrat, quia nō modo maledicta huiusmodi patienter ferre, uerūetiam prædicari, atque laudari plurimū afferat lucri ad dei gloriā recurrentis, perq; hoc ipsum melioribus spebus eos attollit. Nō.n. inquit, tantū ualebit obtrectatio malignorū, ut alios quoq; tenebris obducat, quò minus uestrū queant lumen aspicere. Nam cū sal infatuatur, cū lumen extinguitur, tunc uos tantūmodo meritoq; calcabunt: nō cū recta facientes subiacetis opprobrijs.

Tunc enim multi erunt oīno mirantes: non utique D
uos tantū, sed per uos ēt patrem uestrum. Nec dixit deum, sed patrem: conferendæ illis nobilitatis prærogatiuam hoc iam nomine largiendo. Itaq; cū similitudinem illis proprij honoris impertiens pauloante dixisset, Nolite mœrere cū cœperitis audire maledi- *Mat.5.a*
cta: sufficit enim uobis quòd pp nomen meum illa auditis. Hic iam deū eorum appellat patrem, ut honoris similitudinem ubiq; demonstret. Considera quantū istiusmodi sit commodū, quantum ēt discrimen, si per nos noster dominus blasphemetur. Sine offensione igitur simus & Iudæis, & gentibus, & ec- *1.Corin.*
clesiæ dei, uitā nostram clariorē sole præstātes. Et si *10.g*
maledicere quis uelit, non ipsum malè audire dolea mus, sed si meritò istud audiamus. Si.n. uitijs sordea mus, etiāsi nobis nullus obtrectet, erimus oībus miseriores. Si uerò uirtutibus splendere curemus, uel si totus mundus cōtra nos maledictis uoluerit personare, erimus oīum beatissimi, atq; ad nos trahemus E
oēs qui uenire elegerint ad salutē: & qui non contumelias malignorū, sed uitæ nostræ uoluerint cōsiderare uirtutē. Omni quidē tuba documenta sunt operum clariora, uitaq; munda ipsa est luce fulgentior. Nec obscurari poterit, etiāsi iunumeri fuerint obloquētes. Si.n. habuerimus illa omnia q̄ pauloante præmissa sunt, nec solūmodo māsueti, ac misericordes, mondoq; corde fuerimus, atq; pacifici: sed si ēt cum maledicimur, nō referamus iniuriam, quinimmo ēt gaudeamus: non inferius oīno, q̄ per ipsa signa spectatores nostros ad ueritatē trahemus, ueniētq; ad nos oēs libenter. Sed etiamsi ferus, etiāsi dæmon aliquis, aut quicunq; tandem. Si uerò nō nulli uirtutis tuæ cōscij, nihilominus te contumelijs insequantur, nequaquā inde turberis, nec consideres, quia publicè in te iaculentur iniurias: sed ipsam illorū interroga conscientiā, & uidebis applaudētes tibi, tęque mirantes, ac uirtutū tuarum laudes numerantes. Cōsi- *Dani.3*
dera igitur quēadmodū rex aliquando Babylonius tres illos ĩ fornace pueros prædicaret, & certè hostis erat, arcq; apertus inimicus: sed quia uiriliter eos stare F
perspexit, prædicat & coronat. Propter aliud certè oīno nihil, nisi quia illo utiq; cōtempto, dei legibus seruiebant. Diabolus.n. cum nihil se uiderit effecisse, discedit, metuēs iam profectò ne maiorū nobis fiat occasio coronarū. Cum uerò ille discesserit, quātuis scelestus sit aliquis, ac tota prorsus mēte corruptus, incipiet tamē introspicere uirtutē, illi iam qua offendebatur nube submota. Quod & si homines bona tua uidere dissimulēt, maiorē certè apud deū admirationē, laudemq; reperies. Noli igitur dolere, atque cōcidere. Nā & apostoli ipsi alijs quidē erant odor
mortis, alijs aūt odor uitæ. Si.n. te nullā tu culpandi *2.Cor.2.c*
occasionem ministres, omni prorsus crimine liberaris, imo magis ac magis beatus efficeris. Resplende igitur fulgore uitæ, & maledicos oīno cōtemne. Nō potest.n. accidere, omnino nō potest, ut qui uirtutē diligenter exequitur, nunq̄ plurimos acquirat inimicos. Sed nihil hoc ad eū q uirtute lętatur, quādoquidem clārus illorū occasione resplendeat. Hęc igitur scientes, illud curemus unū diligenter. s. nostrā dispēsare uitam. Sic.n. etiā illos qui nūc in umbra mortis sedent, ad uitam perducemus futurā. Tanta quippe istius luminis uirtus est, ut non solū hic fulgeat, uerū etiam illuc posit ducere, modo sequantur. Cū enim uiderint pśentia nos cuncta cōtemnere, & ad futura

G esse præmia præparatos, supra omnino nostrũ oẽm sermonem ipsis erũt operibus crediturí. Quis enim tantæ uecordiæ est, qui uidens hominem pauloante diuitijs ac delitijs irretitum: repentè uerò exutum his oĩbus, & quendam uolucrem factum, ad famẽ iam ac pauperiem, & oẽm prorsus laborem, ad pericula ẽt pugnasq; ac sanguinẽ, atq; interfectionẽ sui postremò ad omnia quę uidentur metuenda succinctum, non manifestũ documentum accipiet futurorum? Si uerò nosmetipsos præsentibus implicemus, semperq; citerius relabamur, quemadmodũ credere poterunt nos ad perfectionẽ alterius mansionis urgeri? Qua uerò ẽt poterimus satisfactione purgari, cum non tantum apud nos ualuerit dei reuerentia, quantũ apud sapientes gentiliũ humana gloria? Siquidẽ eorũ se aliqui & pecunijs exuere, & audacter ad contemptum mortis pararunt, ut se hominibus ostentarẽt, pp quod eorũ spes inanes fuerunt: quænam ergo nos ratio liberabit, si tanto nobis prẽmio rum honore proposito, tantaq; aperta nobis ad phi losophandũ uia, ne illis quidẽ similia fecerimus, sed
H nos pariter perdiderimus, & cæteros? Nõ. n. ita incõmodat Ethnicus iniquitatẽ faciens, quemadmodũ cum illã Christianus operatur: & fatis utiq; cõsequẽter. Illorũ enim gloria corruptibilis, ac fluxa est: nostra uerò, per dei gratiã, ex aduersis quoq; præcipua esse & illustris agnoscitur. Idcirco quãdo etiã nobis maximè exprobrare uoluerint, suaq; in nos maledicta augere, istud adiũgunt, O Christiane: quod profectò non dicerent, nisi magnã de ipso dogmate exi stimationẽ tenerent. Non audisti quanta perfecerit Christus, & qualia? Quando igitur unũ ex illis mãdatis poteris implere, cum relinquẽs omnia, usuras colligendo circumeas, & fœnori fœnus adiungas? Et nunc quidẽ negociationes instituens, emas seruorũ cateruas, diuersorũ animaliũ greges, argentea uasa conficias, nunc agros merceris ac domos: atq; utinã id solum. Cum uerò uanissimis hmõi studijs iniquitatem sociam iungas, cũ finitimorũ terras tuis copules, inuadas domos, pauperes cõteras, augeas famẽ: quomodo potes ipsum saltem ecclesię introire uesti bulum? Sed nonnunquam fortè pauperũ misereris.
I Noui hoc quidẽ. Sed ibi quoq; etiam multa est ęgritudo: aut enim cũ fastu id superbiæ facis, aut ad gloriæ uanitatem uel lucrũ, ne de bonis quidẽ operib⁹ mercedem consequaris. Quo quid infœlicius creda tur esse, cũ in portus tranquillitate naufragium pateris etiam? Ne igitur istud eueniat, cum boni quippiã feceris, noli à me gratiã flagitare, ut deum certè habeas debitorẽ. Accipit enim ille fœnus à quibus nõ putatur accipere. Habes igitur locupletissimũ debitorẽ: cur illũ relinquẽs, me exigis hominẽ pauperem prorsus ac tenuem? Nunquid enim indignatur hic debitor cũ fœnus exigitur? Num aut ueraxin soluendo non est, aut soluere sponte dissimulat? Nõ cernis eius nullo explicabiles sermone thesauros? Non liberalitatẽ illam enarrabilem donatoris? Ipsum igitur tene, ipsumq; exige. hac enim exactione iactatur. Nã si ab alio exigi uiderit q ipse debet, suã reputabit iniuriã. Nec tibi ultrà iam reddet, quinimo te sibi ultionis faciet debitorem. Vnde me iudicas, inquit, ingratum? cuius uerò mihi es idoneus conscius paupertatis? Quia. cum prętermisso, ad aliũ importunus accedis. alterum fœneratus es, & alterius exactor efficeris. Nam etsi homo accepit qd dedisti, deus tamẽ ut tribueres, imperauit. Se igitur principalẽ debitorem K
tuum, secũ uult esse uadem, præbens tibi occasiones innumeras exigendi. Noli igitur tantas relinquendo diuitias, tantãq; facultatẽ & copiam largiendi, à me ut accipias postulare, qui nihil oĩno posideo. Cuius enim rei gratia mihi te ostendis, cũ misericordiã pauperibus impendis? Num ego tibi ut tribueres imperaui? Nunquid à me ut retribuerẽ audisti? ut à me consequenter mercedem uidearis exigere. Ipse dixit: Qui Pro.19.c
misereturpauperi, fœneratur deo. Deo igitur fœneratus es, ipsum reposce: sed non tibi in præsenti cuncta restituet. Verũ hoc quoq; tuo cõmodo facit. Est quippe talis hic debitor, non qui (ut alij) festinet ipsum tantũmodo fœnus exoluere: sed agit omnia ut & usura currat, & creditũ ipsum maneat in tuto. Propterea hic quidẽ reddit ex parte, maximũ aũt tibi in futuro thesaurum reseruat. Hæc igitur scientes, misericordiæ operibus liberaliter affluamus, plurimũq; amorem ostẽdamur in pauperes, eosq; no pecunijs solũ, uerumetiã cęteris operibus adiuuemus. Et si uiderimus publicè (ut fit) cędi aliquẽ, aut iniuriã sustinere, ẽt si pecunia pro eo est danda, præstemus: & si rem uerbis possumus terminare, ne pigeat. Est enim L
pro sermonibus merces, imo pro ipsis quoq; gemitibus cõdolentis. Et ideo beatus Iob: Flebam ego, in- Iob.30.d
quit, super oẽm infirmũ: & ingemui cũ uiderem homines in necessitatibus. Si uerò certa merces est etiã gemituũ atq; lachrymarum: quãdo & uerbũ, & studium, aliaq; plurima cõcurrerint, considera quanta sit retributio conferenda? Nam ipsi quoq; cũ inimici essemus, dei unigenitus nos ei recõciliauit, irato medium se inferens & opponens, qui & plagas pro nobis susceptt, & mortẽ. Studeamus igitur nos ẽt eos q affliguntur, de malis innumeris liberare. Nõ quemadmodũ nũc certè facimus, qui cũ uidemus in se alios concurrisse, alternisq; iniurijs cædi atq; discindi, quasi data opera subsistimus, confusione aliorũ ac dolore gaudẽtes, & colligimus diabolicũ quoddam theatrum: quo quid crudelius possit ostẽdi? Vides mutuis se cõtumelijs denotantes, atq; alterna cę de mulctantes, scindentes uestes, ora fœdantes, & quietum adstare te pateris? Num leo est, num alia fe M
ra aliqua, num coluber? Certè homo est, tibi per cũcta cõicans: frater est, membrũ est: noli peccare, sed dissolue pugnantes. Noli ex eis uoluptatẽ capere, sed eorũ corrige uoluntatẽ. Impudentum. n. & ociosorũ est in taliũ rerum gaudere discrimine: iumentorum hoc (inquam) est, atq; irrationaliũ prorsus asinorũ. Cernis hoies mutua cæde turpari, & nõ hãc esse tuã turpitudinẽ ducis, & non medius insilis, nec diaboli eam illã dispergis cateruam, atq; hominum pericula dissoluis? Et iubes tu, inquit, ut me hmõi manibus in feram, plagisq; ipse cõficiar? Primò quidẽ nõ patieris istud: & si acciderit, incipiet tibi hoc opus pars quædam esse martyrij, siquidẽ pp deum ista perpeteris. Si uerò plagas accipere cunctaris, considera quoniã dominus tuus pp te nec crucem quidẽ sustinere cũctatus est. Nam illi quidẽ uelut ebrij tenebras de tyrannide patiuntur furoris, quo solo illi tũc utuntur duce: indigẽt aũt sano aliquo cuius adiuuentur auxilio, & ille q facit iniuriã, & iste qui patitur. Hic qdẽ, ut liberetur afflictus: ille aũt, ut cesset affligere: accede igitur, & manũ porrige sobrius temulento. Est. n. furoris ebrietas, & multo illa q cõtigit ex uini ebrietate deterior. Nõ uides sæpe nautas, cũ aliquod cernunt

A incidere naufragiũ, continuò uela tẽdentes, maxima intentione properare, ut eiusdẽ artis hoies de periculo tempestatis eripiant? Si uerò artis socij tãtum opitulandi studium sui similibus ostendũt, quanto magis fidei participes hæc omnia implere coueniet? Nã hic quoq; naufragium est, illoq;, quod diximus, pernicios ius profecto naufragio. Aut. n. uim patiẽs blasphemauit, & cunctis q̃ habebat bonis repẽtè uacuatus est: aut peierauit tyrannide furoris oppressus, & nihilominus incidit in gehennam: aut plagã inferẽs cõmisit homicidium, perq; id naufragium uitæ ipse sustinuit. Perge igitur, malumq; cõpesce, mersos extrahe, inq; ipsos maris fluctus fida mente descende. Cũq; theatrũ illud dissiparis diabolicũ, singulos admone seperatim: restingue flammã, fluctusq; cõprime & cõpone. Si uerò maior ignis, & fornax fuerit ardentior, ne tũc quidẽ timeas: habes enim multos iuuantes, manumq; tibi cõtinuò porrigentes. Si modo initiũ rei ipse præstiteris, habes supra omnia opitulantẽ tibi pacis deum, flammãq; illã primum ipso cooperante discuties. Plurimi ẽt alij subsequentur, &
B illorũ quoq; rectè factorũ merces ad te profectò pExo.23.a ueniet. Quid aliquando Iudæis præcepit deus? Iudæis, inquam, adhuc rudibus, humiq; reptãtibus. Si uideris, inquit, iumẽtũ inimici tui cecidisse in uia, ne pertrãseas, sed accurre, & iumẽtũ quod cecidit subleua cum eo. Multo, inquam, hoc facilius est rixantes hoies separare, atq; eos in pacem rursus adducere. Si uerò inimicorum asinũ, quãto magis animas oportet erigere? Præcipuè cũ ista multo sit ruina deterior, per quam. s. nõ in foueam, sed in gehennæ collabuntur incendiũ, nequaquam irarũ suarũ onera sustinẽtes. Tu uerò uidens fratrem tanto furoris fasce depressum, & diabolũ propè adstantem, ignemq; protinus accendentẽ, transcurris immisericorditer atq; oĩno crudeliter: qd absq; periculo nec in bruto animante cõmittitur. Samaritanus quidẽ ille cũ uulneLuc.10.f ratum uideret ignotum, nihilq; ad eũ penitus pertinentẽ: & adstitit, & iumento proprio superposuit, & adduxit ad stabulũ, medicumq; conduxit. Et argentum aliud quidẽ continuò dedit, aliud uerò promisit. Tu uero cũ fratrem non in latronẽ uideas incidisse, sed in ipsas dęmonũ turmas, ĩ obsidionẽ furoris:
C non in solitudine, sed in medio ciuitatis: nec pecuniã impensurus, nec conducturus animal, nec proximũ longo itinere ducturus: sola ẽt proferre uerba dissimulas, & absq; ulla omnino misericordia, immo ẽt cũ crudelitate præcipua cõtemnis, ac præteris? Quo speras, inuocans deum te habiturum esse placatum? Iam uerò ad uosipsos meus sermo conuertitur, qui publicè quoq; ista cõmittitis. Ad te, inquã, qui uim affers, & iniqtatẽ facis: dic mihi, plagas tu incutis, & calcib⁹ cædis, & mordes: sũsne syluester effectus es, & asinus agrestis, & canis rabidus? Nõ pudet, nõ erubescis in ferã ex homine cõuersus, & propriæ nobilitatis oblitus? Etsi enim pauper sis, sed certè liber: etsi opifex, sed nihilominus Christianus. Propter hoc ipsum ergo quòd pauper es, magis necessariam habes quietẽ. Diuitum est. n. litigare, non pauperũ: eorum utiq; hoc opus est, quos uariæ aduersum se materiæ incitant iurgiorũ. Tu uerò cũ diuitiarũ non habeas uoluptatẽ, mala tamẽ diuitiarũ requiris, cõgregans tibimetipsi inimicitias atq; certamina. Angis fratrẽ, atq; suffocas, & publicè spectantibus cũctis elidis ac saucias, nec existimas maiore teipsum cõfusione fœ

dari, qui ferarũ impetus furibundus imitaris. Quin- D
immo ẽt ipsis deterior effectus es. Illis quidẽ sunt cũcta communia. Nam & pariter congregantur, & iter unà carpũt, & societate sua gaudent, nobis uerò omnino nihil cõe est, sed sursum ac deorsum rixa atque cõtentio, maledicta, inimicitiæ, & usq; ad cõmissum cædis iniuriæ. Itaq; nec cœlum quidẽ reueremur ipsum, ad quod certè cõiter omnes uocamur: nec terram, q̃ nobis itidem in commune donata est: neque ipsam postremò naturam. Ita prorsus omnia simul fœdera charitatis, iracundię furor & amor pecuniæ dissipauit. Non uidisti illũ qui mille erat debitor talẽ Mat.18.d
torum, quia eorũ remissionem cõsecutus, conseruũ proprium ob centum denarios etiam suffocabat, in mala certè ultima decidisse, atq; immortali traditũ esse supplicio? Num reuereris, exemplũ non metuis, ne talia ipse patiaris? Etenim nos quoq; & plurima domino debemus, & maxima, sed tamen magnani miter expectat: neq; iminet exigendo, sicut nos studemus facere cõseruis: neq; stringit, neq; suffocat: & certè si uel minimam eorũ partem à nobis in præsenti uellet exigere, olim sine dubio perissemus. Hęc igi- E
tur scientes dilectissimi, humiliemur, & debitoribus nostris etiam gratias agamus. Fiunt enim, si philosophari uolumus, maximæ, non solũ indulgentiæ, uerumetiam mercedis occasio. pauca siquidẽ damus, plurima recepturi. Quid ergo exigis uiolenter à pau pere? oportebat enim etiam si ille uellet exoluere, te tamen potius remittere non habenti, ut à deo non modo totum, sed ẽt multiplicatum illud acciperes. Nunc uerò cuncta à cõtrario facis, & uiuis omnino opibus uiolentiæ, idq; contendis ne quid ex tuis tibi debitis remittatur: & proximum quidem uideris opprimere, cum temetipsum proprio mucrone trãsfodias, & gehennæ tibi augeas ipse supplicia. Quòd si hic paululum philosopheris, causam tibi tuam redderes leuiorem. Nã & deus nos uult propterea à uirtute liberalitatis incipere, ut occasionem inueniat p quam nobis plura restituat. Quantoscunq; habeas igitur debitores pecuniarũ, atq; culparum, cunctos liberos abire permittens, à deo istius magnanimitatis reposce mercedem. Quandiu enim illos exigere perseueras, nõ habebis dominum debitorẽ: si uerò F
illos dimiseris, tunc tenere poteris deum, atq; ab eo huius philosophiæ uicẽ cum cumulo maxime liberalitatis exigere. Si. n. homo fortè præteriens, & abs te debitorem constricta gula teneri uidens, rogãsq; ut illum quidem dimittas, abs se uerò debitũ reposcas: haud studeat esse ingratus tibi, cũ quod tu dimiseris, ille in se receperit uniuersum: quid deum credimus, non multiplicirer, non infinities redditurũ, si quid amore & præcepto huius obnoxijs nobis cõdonemus, nil neq; paruum neq; magnum ab illis reposcamus, liberos abire sinamus. Ne igitur tempora lem hanc aspicias uoluptatẽ, quam de exactione capimus debitorũ: sed damnum illud quod sustinebimus in futuro, in illis certè nosmetipsos q̃ sunt æterna lædentes. Cuncta igitur auaritiæ, atq; malitię impedimenta superantes, & pecunias debitoribus nostris, & peccata donemus: ut causam nobis nostrã æquiorẽ paremus: quo dq; negleximus per aliã explicare uirtutem, hoc ex condonatione admissę in nos malitiæ consequentes, æternorũ gaudio potiamur bonorum, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.

Homilia.xvi.ex cap.v

G Olite putare quia ueni soluere legem, aut prophe
n tas. Quis.n.id fuerat suspicatus? quisue omnino istud obiecerat, ut cōtrà necessariò uideatur occurrere? Neq; enim ex dictis eius istiusmodi suspicio nascebatur. Nam iubēs esse mites, modestos ac misericordes, & corde mundo, & pro iustitia decertare, nihil utiq; tale monstrabat: sed totū hmōi quod huic potius suspicioni esset aduersum. Cur igitur hoc dixit? Non ociosè oīno, nec uacuè: sed quia ueteribus præceptis multo erat maiora positurus, dicens. Audisti quia dictū est antiquis, non occides: ego aūt dico uobis, ēt ab iracundia temperare, & diuina quadam cōuersatione atq; cœlesti iter celebrare uiuendi. Quia ergo ista erat dicturus, ne ipsa nouitas audientiū corda turbaret, atq; aduersus domini præcepta, quasi quandam cogitationū seditionem moueret, hac utitur præmunitione. Etsi.n. legem illi nec cogitationibus, nec operibus implerent, quippe quam quotidiana præuaricatione dissolueret: ipsas tamē literas immobili uolebant authoritate perma
H nere, nihilq; aliud illis adiungi: imo addētes quidem illis supra antiqua præcepta, principes suos æquo sustinebant. Verū non cū in melius, sed cū in deterius eorū additamenta proficerent. Siquidē honorē parentibus debitū præcepta addendo soluerent, aliaq; ex lege plurima importunis his additionū suarū redundantijs subruerūt. Quia igitur Xps, nec de sacerdotali ueniebat tribu, & quę erat dicturus, cumulus erat quidā nō imminuens, sed augens profectò uirtutem: sciens quòd eos possent hæc utraq; turbare: priusquā admirabiles illas leges discipulis inscribat, necessariò pręmonēdo hoc qđ eorū mentibus obrepere poterat, excludit. Quid uerò istud erat obrepēs, ac sermoni resultans docentis? Opinabantur illū ista dicendo, legitima antiqua dissoluere. Cōtra hāc ergo nunc illis suspicionē medetur, & non hic tantū modo istud, sed alibi quoq; rursus inculcat. Quia.n.
Ioan.5.e Mat.12. & Luc. 15.a illū quasi de obseruantia sabbati aduersariū dei esse credebāt, suspiciones eorū curans, hic quoq; satisfactionem adhibet: alibi alias quidē, sed oīno dignas:
I ut cū dicit: Pater meus usq; modo operatur, & ego operor. Alias uerò multa condescensione plenas: ut cū ouis sabbato perditæ adducit exemplū, & ostendit pp mutæ animantis salutē sabbatū esse uiolatū. Circuncisionis quoq; similiter meminit, idipsum profectò facientis, pp quod ēt humilioribus utitur sæpe uerbis, ut suspitionē qua contrarius deo putatur, tollat. Propterea qui inumeros sermone solo mortuos
Ioan.15.f suscitauit, cū de sepulchro Lazarū uocaturus esset, orationē antè præmisit. Deinde ne hoc illū minorē patre monstraret, ut hanc quoq; suspicionē curaret, adiecit. Sed hæc pp turbam q̄ circunstat dixi, ut
Ibidem. credāt quia tu me misisti. Itaq; nec omnia sic facit quasi ipse habeat potestatē, ut infirmitates. s. eorum hac moderatione medeatur: nec cūcta rursus operatur orādo, ne aliquibus in posterū malignæ suspicionis argumentū relinquat. Nō igitur quasi infirmus agit aliquid, aut quasi q̄ ipse uon possit: sed excelsa humilibus, & rursus excelsis humilia permiscet. Verum ne hoc quidē absq; ratione aliqua facit, sed cū sibi prorsus cogruente sapiētia. Cum. n. maiora iure propriæ potestatis operetur, in minoribus tamen ad cœlū respicit. Nam peccata dimittēs, & occulta animorū reuelans, & paradisum reserans, & dæmones fugās, & leprosos expurgans, & pelagus frenans, & plurimos K
etiā mortuos suscitans, solo utebatur imperio: quan Mat.14.
do uerò id quod his erat minus, panes multos fecit b.15.d
ex paucis, tūc respexit ad cœlū, ostendens nō se hoc Ioan.6.a
de infirmitate fecisse. Qui.n. maiora fecerat potesta
te, quemadmodū oratione in minoribus indigeret: Sed ut paulò antè p̄misi, facit istud ut ora obstruat impudentiū. Id igitur ēt in dictis eius quoties eū humilia loqui audieris, intellige. Nā & uerborū eius, & operū taliū uariæ causæ reperiūtur & plurimę: ut cū docet ne à deo putetur esse alienus, ut cū ad humilitatē suum instituit exemplū: ut cum à quo sit tactus interrogat: ut cū dicit, Iudæos cuncta simul audire nō posse: ut cum discipulos docet, ne de illo interim aliquid magnū loquatur. Propter hoc cū multa de se humilia ipse dixerit, excelsa alijs magis dicenda dimisit. Nā ipse quidem cū ad Iudæos loqueretur, aiebat: Antequam Abraham fieret, ego sum: uerū dis- Ioan.8.b
cipulus eius haud ita, In principio, inquit, erat uerbū, Ioan.1.
& uerbū erat apud deū, & deus erat uerbū. Rursum quia cœlū, & terrā, & mare, & uisibilia omnia, atque inuisibilia ipse condiderat, nusquā oīno patefecit. Di
scipulus uerò cum libertate maxima, nihilq; subtrahens, & semel & secundò, & frequēter hoc loquitur, scribens: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso fa- Ibidem.a
ctū est nihil. &, In mundo erat, & mundus per ipsum factus est. Et qd miraris, si alij de illo plura dixerint, q̄ de seipso memorauit: quādo plurima q̄ rebus oētē dit, uerbis tamen nō ad liquidum uoluerit indicare? Quia enim hominē ipse fecerit, docuit in cæco, cui Ioan.9.a
oculos quos nunq̄ habuerat creauit. Quando uerò de prima illa hominis formatione disseruit, nō dixit, Mat.19.a
ego feci: sed qui fecit, inquit, masculū & fœminam fe Mar.10.
cit eos. Rursus quia mundum, & quæ in eo sunt ipse a
formauerit, & ex piscibus, & ex uino, & ex panibus, Mar.6.et
& ex tranquillitate mari reddita, & ex sole quē cruci Luc.9
fixus tenebris obduxit, perq; alia multa mōstrauit, Ioan.2.b
uerbis tamen nunq̄ manifestè istud expresit. Discipuli uerò & id sæpe memorauerūt, & Ioannes uideli Mar.4.et
cet & Petrus, & Paulus. Si.n. illi certè nocte ac die illū Luc.8.d
& audientes loquentē, & uidentes signa facientē, & quibus seorsum inquirētibus de quæstionibus multa soluebat: si illi, inquam, quibus tantā utiq; uirtutē M
dedit, ut ēt mortuos suscitarent: quosq; ad tantum perfectionis culmen euexit, ut pp eum cuncta contēnerent, post insignem illam philosophiā, ac uirtutem oīa tamen portate nō poterāt, antequam illos ad audiendū spiritus sanctus præpararet: quēadmodum Iudaicus populus exors omnino sapientię, tanq; uirtutis extraneus, & uel ad audiendum Christi uerbū, uel opera cernenda casū quodā aliquādo deductus, non eū alienum esse à deo oīno credidisset, nisi tantā ille condescensionē p cūcta seruasset? Idcir co enim ēt cum sabbatum solueret, non principalē legem quòd illud solueret, induxit: sed excusationes quoq; plurimas, uariasq; cōposuit. Si uerò unū man datū resoluens, tanta utitur dispensatione uerborū, ne utiq; uulneret audientes: quāto magis cū legi integræ integrā adderet legē, grandi satisfactionis opus habuit præparatu, grādiq; cura, ne auditorū animos uulneraret? Propterea igitur non ubiq; manifestè de sua inuenitur docere deitate. Si.n. hoc, quòd legi aliqd adiecit, ita eorū corda turbauit: multo magis si se deū dixisset. Idcirco ergo & alibi plurima infra propriā loqtur dignitatē, & hic progrediēs ad legis augmenta,

A menta, diligenti præoccupatione est usus. Nō enim semel dixit, quia non solueret legem: sed ēt secunda idipsum satisfactione repetiuit, maiusq; aliud rursus adiecit. Cum.n. dixisset, Nolite putare quoniam ueni soluere legem aut prophetas: intulit, *Non ueni soluere legem, sed implere.* Hoc enim non solum Iudęorū impudentissima illa, sed etiam hæreticorū ualet ora frenare, qui ueterem legem ex diabolo esse confingunt. Si.n, ad dissoluendam tyrannidem illius Christus aduenit, cur legem eius adeò nō soluit ut & impleat? Neq; enim contentus dixisse, non soluo: quod uel solū certè sufficeret: addit, impleo. Hoc aūt dicere, non modo non est aduersarij legis, uerumetiam conseruatoris eius atq; fautoris. Et qui eam non dissoluit, inquis? Quomodo etiam implesse, uel legem dicitur, uel prophetas? Prophetas quidem, quia ea q̄ de ipso dixerant, operibus cuncta firmauit. Propter quod per singula euangelista dicebat, ut impleretur quod dictum est per prophetam. Et quando natus est dominus, & quando in eum paruuli admirabilē illum hymnū canebant: & cū super asinam sedit: &
B in alijs omnino multis ea q̄ de illo prophetæ aliquādo prædixerant, euidenter impleuit: q̄ omnia nisi ue nisset ipse, impleta proculdubio non fuissent. Legem uerò nō uno tantū, sed altero, & tertio impleuit modo. Vno quidē, quia nihil ex legitimis ipse transgressus est. Nam de omni à se lege cōpleta, audi quid dixerit. Sic enim decet nos implere oēm iustitiam. Iu-
Ioan.8.f dęis quoq; dicebat, Quis ex uobis arguet me de pec-
Ioā.14.d cato? Rursus uerò discipulis: Venit, inquit, princeps mundi huius, & in me inuenit nihil. Olim aūt etiam
Esa.53.c prædixerat propheta: quia peccatū nō fecit. Vno igitur isto legem impleuit modo. Alio uerò, quia per nos quoq; id ipsum facit. Hoc est quippe mirabile, quia non solum legem impleuit ipse, sed idem istud nobis quoq; facere donauit: quod Paulus significādo dicebat: Quoniam finis legis Christus ad iustitiā
Ro.10.a omni credenti. Et peccatū illū damnasse dixit in car-
Rom.8.a ne: ut iustificatio legis impleretur in nobis, qui nō secundum carnem ambulamus. Et rursus: Legē ergo destruimus per fidem? Absit, sed legem statuimus.
Rom.3.d Quia.n. studebat lex hominē facere iustum, atq; ad
C hoc inueniebatur infirma: ueniēs Christus, & per fidem certissimum modū iustificationis inducēs, uoluntatem legis impleuit. Quod.n. illa nō potuit, hoc per fidem ipse confecit: propterea quoq; dixit, Non ueni soluere legem, sed adimplere. Si uerò aliquis diligenter examinet, alium quoq; tertium modū impleri ab eo legis inueniet. Quem uerò istum? Ipsa utique præcepta, quæ erat daturus. Nō enim interitus priorum, sed augmentum potius, & complementū erāt ea quæ dicebantur à Christo: illius quippe sentētiæ pletio magis atq; munitio est, dicere, non irascaris: omniumq; similiter cæterorum. Propter quod cum iam semina quædam citra suspicionem præmisissem, nunc cū palam ex ueterum nouorumq; præceptorum collatione, orationisq; habitu aduersatiuo suspectus futurus uideretur, occupatione utitur necessariò, uelut per ænigma illa inter se comparando. Siquidem dicere, Beati pauperes spiritu: tale est, quale etiā dicere, nolite irasci. Et, beati mundo corde: simile huic est, quod ait, ad concupiscendū mulierē non uidēdam. Et, nolite thesaurizare thesautos super terram: & hoc concinit quod ait, Beati misericordes. Et

lugere, & persecutiones pati, & opprobria sustinere, D
profectò tale est, quale ēt per angustam uiam perseueranter incedere. Et esurire ac sitire iustitiam, nihil aliud est, q̄ quod etiam post in consequentibus loquitur: Quæcunq; uultis ut faciant uobis homines, Mat.7.b
hæc ēt uos facite illis. Et cū pacificū appellaret beatū, illud penè dicebat, ut relinqueret ante altare munus, & ad reconciliationem læsi à se fratris accurreret, atq; aduersario celeriter consentiret. Sed ibi qui- Ibidē.5.c
dem præmia his, qui uirtutē perficerent, ordinauit: hic uerò non facientibus supplicia cōminatur. Propter quod ibi quidē dixit, quia māsueti hæreditabūt terram, hic uerò, quòd qui fratrem fatuum uocet, reus efficitur gehennæ. Et ibi quidem, quoniā mundo corde uidebūt deum: hic uerò, quòd uerus adulter sit qui fœminā aspiciat intemperatè. Et ibi pacificos filios appellauit dei, hic uerò discordes aliunde deterret: ne fortè tradat te, inquit, aduersarius iudici. Sic & lugentes persecutionē ferentes, superius uocat beatos: in cōsequentibus uerò his qui non ea ingrediuntur uia, perditionē minatur. In qua utiq; illi Mat.6.d
sunt qui latam uiam spatiosamq; frequentāt. Sed & E
quod dicitur, Nō potestis deo seruire & māmonæ: huic uidetur æquale, qđ ait: Beati misericordes: &, q esuriunt & sitiunt iustitiā. Verū quod paulò antè me moraui, qa hęc ipsa lucidius erat profectò dicturus, nec lucidius modo, uerumetiā cumulatius, plurima scilicet alia illis q̄ dixerat, additurus. Nō iam.n. usitatum misericordē requirit, sed ēt tunica te exui iubet ad tegendā alterius nuditatem. Neq; simpliciter mitem, sed illū qui alterā quoq; maxillam præbeat ferre cupienti, per quæ oēm obiectionē, q̄ nasci uidebatur, extinguit. Neq; hoc semel, sed iterū iterumq; congeminat. Cū enim dixisset, nolite putare quoniā ueni soluere legem, aut prophetas, intulit: *Non ueni soluere legem, sed implere. Amen amen dico uobis, donec transeat cœlum & terra, iota unum, aut unus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant.* Quod uerò dicit, eiusmodi est: Impossibile est legis decreta nō perfici. Nā minimū quoq; eius oportet impleri: quod certè ipse fecit, omni illā diligentia curaq; seruādo. Hic iam illud nobis profectò significat, quoniā totius mūdi figura mutāda sit. Nec uerò idipsum simpliciter posuit, F
sed ut auditorē doceret, atq; ostenderet perfectiorē se introducere disciplinā. Siquidem transfiguranda cuncta oīno creatura, & hominū genus ad alteram patriā sit uocandū, atq; ad sublimioris uitę gloriam præparādū. *Quicunque soluerit unū de mādatis istis minimis, et docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno cęlorū.* Postq̄ enim suspicione se uindicauit maligna, & uolentiū contradicere ora clausit: tunc iam conseq uenter & terret, atq; in honorem constituendę à se legis pœnam præuaricantibus maximam cōminatur. Quòd enim non de ueteri hoc lege dictū est, sed de illa quam ipse erat positurus, ex his disce quæ cōtinuò subsequuntur. *Dico enim uobis, nisi abundauerit iustitia uestra plusquam scribarum & pharisęorum, non intrabitis in regnum cœlorum.* Si uerò de ueteri hoc lege dixisset, quemadmodū diceret, nisi abundauerit? Ea.n. facere q̄ pharisæi scribæq; faciebant, nondū ratione abundantis iustitiæ habebat. Sed qđ erat hoc abundans? s. nec irasci: & adulterium nec uidēdi obscœnitate cōmittere. Qua igitur gratia uocauit minima mādata, cū tam magna certè sint, atq; sublimia? Quia enim conditurus erat ipse legem: sicut semet-

G ipſum humiliat,interdum & mediocria de ſeipſo loquitur: ita nunc ēt de præceptis ſuis:nos.ſ.per hæc quoq; docens mediocritatē ubiq; ſeruare,& inuidiā nouæ legis attenuans,utitur quippe ſermone,qui diuerſis intellectibus poſsit aptari. Cū uerò audis minimum in regno cœlorū, nihil aliud intelligas, q̄ in tpe regni,atq; ſupplicij. Solet ēt cœlorum appellare regnū,non ſolum ipſa gaudia præmiorū, ſed etiam reſurrectionis tempus,& præſentiā illā terribilē. Cæterum quænā eſſet hæc ratio,ut ille quidē qui fratrē fatuum uocaſſet,unumq; mandatū ſoluiſſet, iret in gehennam:hic uerò qui & mandatū ſolueret, & nō ſolueret ſolū,ſed ad ipſum alios ēt induceret, eſſet tamen uel minimus in regno?Non igitur hoc dixit,ſed quia reſurrectionis tpe huiuſmodi præuaricator erit minimus & abiectus.At uerò omniū minimus poſt iudiciū incidet in gehennā. Deinde quaſi uerē deus futuram multorū deſidiam præuidebat,quia uidelicet opinaturi erāt exaggerationis illa eſſe præcepta, & aduerſus Euangelium ratiocinaturi, atq; dicturi: Ergóne qui fratrē tantūmodo fatuum uocauerit,
H punietur:& qui incautè fœminā uiderit,inter adulteros deputandus erit?Igitur cōtemptū legis antea tollens,utriſq; pœnam eſt maximam cōminatus,& præuaricatoribus.ſ.& his qui ad præuaricationem alios cohortantur.Scientes igitur cōminationis iſtius magnitudinem,neq; tranſgrediamur ipſi legem, neque eos qui illam ſeruare cupiunt,remoremur. *Qui autē fecerit,*inquit,*& ſic docuerit,hic magnus uocabitur in regno cœlorum.* Non.n.ſibijpſi tantum unuſquiſq; utilis eſſe debet,ſed ēt cæteris.Neq; enim æqua merces eſt eius qui ſolummodo ſeipſum regit, & illius qui etiā alios acquirit.Sicut enim docere abſq; operibus condemnat docentem.Qui,inquit,doces aliū, teipſum
Rom.2.c non doces?ita facere quidem,nec tamen alijs facienda ſuggerere, non parum de illa plena mercede decerpit.oportet igitur in utroq; eſſe perfectū. Cumq; primum ſe aliquis ipſe correxerit, tunc eundem etiā erga cæteros cōgruit fieri diligentē. Idcirco enim ēt ipſe prius poſsit facere q̄ docere, oſtendēs quòd ſic aliquis bene accedere ualeat ad docendum.Nec talis omnino aliquando audiet:Medice cura teipſum.
Luc.4.d Qui enim cum ſeipſum docere nequiuerit,alios emē
I dare conatur,irriſioni eſt expoſitus plurimorū: immo ne docere quidem ſeipſum ualebit, cum.ſuerbis eius clariores hominum uoces reclament.Si uerò fuerit ex utroq; perfectus, magnus uocabitur in regno cœlorum,*Dico uobis,quia niſi abundauerit iuſtitia ueſtra pluſquam ſcribarum & phariſæorum.* Hic iuſtitiam,uniuerſam dicit profecto uirtutem.Sicut ēt de
Iob.1. ſancto Iob loquens,ait:Erat homo iuſtus irreprehē
1.Tim.1. ſibilis. Iuxta hunc modum etiam Paulus ſignanter
b iuſtum uocabat, cui nec legem poſitā eſſe dicebat. Iuſto,inquit,lex non eſt poſita. Sæpiſsimè quidē in ſcripturis generaliter poſitū hoc uirtutis nomē inuenies. Tu uerò attentius gratiæ augmenta cōſidera, quemadmodū.ſ.rudes adhuc diſcipulos ueteris legis obſeruatoribus uelit eſſe meliores.Scribas hic.n. atq; phariſæos non iniquos,ut putatur,appellat: ſed eos qui legis præcepta cuſtodiunt. Neq;.n.illos qui nō cuſtodirēt,diceret habere iuſtitiam: neq; ei quæ non eſſet,eam quæ eſſet iuſtitiam cōpararet. Perſpice igitur ēt quemadmodum hoc loco legem conſtituat antiquam,dum eam confert nouæ.Cuius ſanè illā eſſe quaſi cognatā docet, & omnino germanā.

Plus enim,ac minus in eiuſdem generis manifeſtum K
eſt.Nō igitur legi obtrectat antiquę,ſed profectò intendere uult.Quæ ſi ſtatuta fuiſſet à malo, nunquā eius incrementa quæſiſſet,nec impleſſet illā, ſed penitus exploſiſſet.Ēt qui inquies,ſi talis eſt, nō inducit in regnū? Sed modo utiq; nō ītroducit,iam poſt Chriſti aduentū perfectiori deditos diſciplinæ,utpote qui maiori gratiæ ipſius uirtute potiantur, perq; hæc maiora debeāt inire certamina.Cæterū electos illa ſui temporis alūnos in regnū oēs prorſus induxit.Etenim multi ab Oriente,& Occidente uenient, *M.at.8.b*
inquit,& recumbent cū Abraham,& Iſaac,& Iacob in regno dei.Et Abraham igitur,& Iſaac,& Iacob & Lazarus qui magnis certè præmijs fruitur, atque in Abrahæ ſinibus muenitur epulari, & oēs qui perfe- *Luc.16.c*
ctè in lege ueteri de uirtute fulſere, per ipſam profectò fulſerunt.Deinde ſi illa lex mala,ſi fuiſſet aliena, nequaquam totam illā ueniens ipſe Xps impleſſet.Si enim iſtud tantūmodo attrahendi ad ſe Iudæos ſtudio feciſſet, non autē ut oſtenderet cognatā eſſe illā legi nouæ,eiq; per oīa congruentē, quānam quæſo L
ratione non ēt gentilium ritus, & legitima ſeruauit, ut per hoc quoq; gentes poſsit attrahere?Per q̄ manifeſtiſsimè undiq; reluceſcit, nō ideo ueterem legē deſijſſe in regnū inducere,quia mala ſit, ſed quia perfectiorū utique mādatorū tempus aduenerit. Si uerò ad cōparationē legis nouæ,uetus imperfectior mōſtratur,ne hoc quidē illam malā eſſe cōuincit. Siquidem ſecundum hunc modū,idem iſtud ēt noua ipſa patietur. Nam & huius ſcientia ſi futuræ ſcientiæ *1.Co.13.c*
cōparetur,perexigua & imperfecta quædā particula eſt,q̄ cum illa uenerit,euacuetur.Cum aūt inquit uenerit quod perfectū eſt, euacuabitur quod ex parte eſt, quod certè uetus à noua lege perpeſſa eſt. Nec tamē continuò aduerſus nouæ legis loquitur dignitatē.Cū tamē nobis cœlorū regno potientibus, illā quoq; ceſſaturā eſſe dicamus:tūc, inquit, euacuabitur qd ex parte eſt. Sed quanuis maiora ſuccedant, hāc tamē eſſe magnā nihilominus cōfitemur. Quia igitur & ampliora ſunt præmia,& eminentior ſancti ſpiritus gratia,conſequēter requirūtur ēt maiora certamina.Non.n.iam lacte,ac melle manās terra promittitur,nō ſenectus uberior, nec numeroſitas filiorum,nō frumēti uiniq; copia,nō otiū atq; armentorum greges:ſed cœlum,& ea q̄ ſunt in cœlo bona,& M
filiorū adoptio,& cū unigenito iūcta fraternitas, & ſocietas hæreditatis,& glorificari,& cōregnare,& p̄mia illa q̄ promittūtur innumera.Quia enim ēt maiore in regno honore potiemur,audi Paulū loquentē: Nihil igitur iam dānationis eſt his qui ſunt i Xpo *Rom.8.a*
Ieſu,qui non ſecundū carnē ambulant,ſed ſcdm ſpiritū.Lex.n.ſpiritus uitæ in Chriſto Ieſu liberauit te à lege peccati & mortis.Cū igitur fuiſſet præuaricanti bus cōminatus ſupplicia, ac præmia obedientibus ampla poſuiſſet: cuiq; oſtēdiſſet quia meritò à nobis ſupra prioris iuſtitiæ menſuras requirat,incipit recentis legis ordinare præcepta,non ſimpliciter, ſed p cōparationē legis antiquæ.Propter qd ſtuduit oſtēdere,quia & præcedentibus nō repugnās, ſed ualdē ēt per cuncta cōſentiens iſta præcipiat: & qa cōſequenter,atq; opportunè prioribus ſcda præponat,Qd ut poſsit eſſe lucidius,ipſius cōditoris legis uerba diligētius audiamus.Quid igitur ipſe pronūciat? *Audiſtis*
quia dictū eſt antiquis.Non occides. Et certè idē eſt,q ēt *Exo.20.*
illa p̄ceperat.ſed abſq; illius, cuius hoc iterim poſuit

A commemoratione perſonæ.Siue.n.dixiſſet, audiſtis quia dixi antiquis:fuiſſet nihilominus ſermo receptꝰ difficilis, cunctisq; audientibus inacceſſus:ſiue dixiſſet quia dictū eſt antiquis à patre meo, deinde intuliſſet,Ego aūt dico uobis:maioris hoc profectò eſſe inſolentiæ iudicaſſent.Propter quod mediē illud poſuit atq; ſuſpensè,unū illud præcipuè conficiens, ut oſtenderet opportuniſsimo euenisſe tpe iſta dicendo.Cum.n.poſuit, quid dictū eſt antiquis, plurimū iam eſſe tempus aſſeruit,ex quo iſtud accepēre mandatū.Hoc uerò fecit ut auditorē ad ſublimiora progredi præcepta cunctantem acrius incitaret,ut ſi qſpiā doctor dicat puero negligenti. Neſcis iam quantum temporis in ſyllabarū meditatione conſumpſeris?Tale igitur aliquid ēt ſignificans antiquorū cum memoratione facta, ad doctrinā illos aduocat celſiorem,ac ſi diceret:Habuiſtis ſufficiens omnino tēpus iſta meditandi, iam oportet uos ad ſublimiora ſuccendi.Bene aūt quòd nec ipſum præceptorū confundit ordinē,ſed ab eo primū cœpit,à quo in parte moraliū etiam lex fuerat exorſa. Nam id quoq; eſt i
B omnibus conuenientiam legis oſtēdere utriuſque. *Ego autem dico uobis,quoniam qui iraſcitur fratri ſuo temerè,reus erit iudicio.* Vidiſti perfectā utiq; poteſtatē uidiſti dignitatē q̄ latorem certè legis deceret. Quis enim prophetarū ita unquam locutus eſt?quis iuſtorum?quis patriarcharū? Nullus oīno.Nam illi per
Io.17.b ſingula ſæpius inferebāt,Hæc dicit dominus:ſed nō ita loquitur & filius.Illi enim domini uerba,hic uerò patris annunciat. Cum aūt dico patris, ſua utiq; dico. Mea,inquit,tua ſunt,& tua mea. Et illi conſeruis ſuis loquebantur,hic ſeruis.Interrogemus igitur eos qui ueterē legē penitus explodunt.Non iraſci,cōtrariū eſt eius præcepto quo prohibemur occidere: an potius abſolutio,ſupplemētū,per quod illud quoq; ipſum cuſtodiri queat? haud dubiū hoc illius ſit ſupplementū,propterea q; perfectius. Qui.n.in iracūdiā non effertur,quanto longius ab homicidio abſtinebit?Et qui animi indignationē refrēnat,quanto magis manus ſuas innoxias cōtinebit?Radix quippe homicidij,iracundia eſt.Qui igitur radicē abſcindit ipſam,multo facilius ramos eius poterit amputare, i-
C mo ne germinare quidē illos oīno patietur. Nō igitur in legis interitū,ſed ad maiorē eius profectò cuſtodiā iſta præcepta ſunt.Quid.n.lex uolebat efficere,cū iſta mandaret? Nōne ut nequis occideret proximū? Igitur impugnatorē legis homicidia oportuerat imperare. Occidere.n. & non occidere,duo ſunt abſq; ambiguitate cōtraria. Sin uerò ne iraſci qdem ſinit:hoc utiq; ſtatuit, & perfectius ſtatuit,quod etiā lex uolebat.Non.n.ſimiliter auerſatur homicidiū,q tantūmodo nō occidere meditatur,& qui irā quoq; ipſum prorſus interemit: ſatis enim procul ab hmōi receſsit audacia. Vt aūt illos etiā aliunde capiamus,
Mat.5.g cuncta q̄ ſolent dicere proferamus in mediū. Quænam ergo ſunt illa q̄ dicuntur?Deus, inquiunt, qui fecit hunc mundū,qui ſolem ſuum facit oriri ſuper bonos & malos,& q pluit ſuper iuſtos & iniuſtos, malus eſt. Qui uerò ex illis quaſi modeſtiores uidētur, iſtud quidem repudiant:iuſtum uerò illū eſſe dicentes,boni tamen appellatione defraudant. Alterū uerò quendā, qui certè omnino non eſt, nec eorum q̄ ſunt quicquā creauit,patrem attribuunt Chriſto: & illū quidem non bonū in ſuis manere dicūt,ſiraq; ſeruare:bonū uerò in aliena irruere, eorumq; quorum non ſit creator ſubitò uelle fieri ſaluatorem. Vidiſti D
diaboli certè filios,quemadmodū de fonte ipſo patris loquantur,alienantes à deo creaturas eius: cum
Ioan.1.b beatus Ioānes è regione clamet,In propria uenit:&, mundus per ipſum factus eſt.Deinde legē diſcutientes priorē,q̄ oculum pro oculo, & dentē pro dente *Exo.21.c*
eijci iubet,inſiliunt cōtinuò dicentes: Et quēadmo- *Deu.19.d*
dum eſſe bonus pōt,qui tam dira præcepit?Quid igitur ad iſta referemus? Quia.ſ.maximā miſericordiæ ſpem hæc præcepta cōtineant:non.n.ut nobis uicinum erueremus oculos ſanxit hanc legē,ſed ut metu quo ab alio iſtud timeam⁹pati,ipſi quoq; tale quippiā in alios caueremus admittere. Sicut.n.Niniuitis *Ionæ.1.3.*
euerſionē minatus eſt, nō ut eos iterficeret (ſi.n.uoluiſſet iſtud,nihil potius oportuerat q̄ tacere) ſed ut eos faceret timore meliores,iramq; cōpeſceret:ſic ēt temerè in alienos inſilientibus oculos, pēnā ſtatuit, ut & ſi ipſo uoluntatis bono nollēt à crudelitate deſinere,ſaltē metu cogerētur oculis parcere proximorum.Si uerò illud crudele dicitur, & homicidium & adulteriū arcere crudele dicatur:ſed inſipientiū omnino iſta uerba ſunt, & extremo furore demētium. E
Ego.n.adeo metuo dicere hæc eſſe crudelia, ut his contraria ēt iniqua perdoceā:quòd certè cōis quoq; ratio deprehendit.Qui enim dicis, quia oculum pro oculo iuſsit auferri,idcirco crudelis: ego aūt refero, quia niſi præcepiſſet iſtud,tunc uerè apud plurimos talis fuiſſet,qualē tu eum falſo cōqueris.Deniq; ſermone fingamus oēm legem eſſe reſolutā, nec quempiam pro huiuſcemodi factis formidare ſuppliciū: ſed cunctis prorſus malignis licere uti moribus ſuis, & adulteris,& homicidis,& furib⁹,& periuris, & paricidis:nōne ſub hac licentia omnia pariter una confeſsio iniquitatis inuoluereret?Nōne mille ſceleribus & cędibus urbes,fora,domus,maria,totusq; omnino mundus fuiſſet impletus? Nam ſi legibus certè dominātibus,& uigente cōminatione,atq; terrore, uix tamen uoluūtates cohibentur malignę:ſi ēt hoc præſidiū defuiſſet,quanā poſſet malitia ratione frenari, aut q̄ nō in uitam hominū peſtis irrueret? Nec tamē F
ſolū iſtud crudele eſt, permittere.ſ.malis agere q̄ uelint:ſed aliud quoq; iſto certè nihilominus.n. læſum & immeritò afflictū negligere, atq; deſpicere. Dic.n. mihi, ſiquis feros homines, ac ſemper malignos in unū colligens gladijs armaret,totamq; circumire ciuitatē iuberet atq; obuios ſibi quoſq; cōfodere: qd tandē hoc eſſet immanius? At ſi alius eos quidem q ab illo armati eſſent ligaret, uiolenterq; conſtringeret: eos uerò qui interimendi erant, ab iniquis illis manibus liberaret,qd è regione iſto inueniretur humanius?Hæc igitur ēt ad legem transfer exēpla. Quę enim oculū pro oculo effodi præcepit,timorē quali carnificū pectoribus immittens,illius ſimilis inuenitur qui illos,quos dixi, cohibuit armatos. Qui uerò nullam oīno pœnā decreuit nocenti, nōne armaſſe tibi iniquitatē uidetur,eumq; imitatus fuiſſe,qui ſceleratos illos gladijs inſtruxit,inq; totius ciuitatis miſit exitiū?Vidēsne quemadmodum non ſolū nullius crudelitatis,uerumetiā maximæ pietatis ſint illa præcepta?Si uerò pp iſta importabile legislatorē uocas, ac prorſus oneroſum:quid eſt,dic mihi,laboriosius, nō occidere ſolūmodo,aut ne iraſci quidē? Quis iudex ſeuerior atq; diſtrictior, qui de homicidio, an q ēt de ira exigit ultionē? qui adulterū poſt cōmiſſum opus pœnæ ſubijcit,an qui ēt pro ſola concupiſcen-

Gtia iubet subire supplicium sempiternum? Perspicite igitur et in contrarium illorum conuersum esse sermonem. Nam ueteris quidē legis deus, quem dicūt illi esse crudelem, inuenitur esse mansuetus, ac mitis: nouæ aūt quem bonum fatentur, onerosus ac durus, secundū stultitiæ illorū duntaxat errorem. Nos uero unū atq; eundē utriusq; testamēti asserimus cōditorem, qui ad uarias hominū utilitates omnia dispensarit, & diuersitati temporū diuersitatē utriusq; legis aptauerit: Igitur nec illa præcepta crudelia, nec ista onerosa sunt atq; molesta: sed unius, eiusdemq; omnia prouidentiæ. Quòd.n. etiam uetere ipse condiderit, audi prophetam loquentē, immo ipsum magis deum per prophetam: Disponā uobis testamentum, quod disposui patribus uestris. Si uerò ista non susципit qui Manichæorū tabe infectus ægrotat, audiat Paulū eadem rursus ista dicentē: Abrahā enim duos filios habuit, unū de ancilla, aliū de libera. Hęc aūt sunt duo testamenta: sicut ergo diuersæ ibi sunt quidē fœminæ, sed uir unus utriusq;: sic et ibi duo testamenta, unus uerò utriusq; legis est conditor. Atq; ut discas unā eandemq; in utroq; mansuetudinē cōtineri: ibi quidē dicit, oculum pro oculo: hic uerò, siquis te inquit, percusserit in dexterā maxillam, præbe illi & alteram. Sicut.n. ibi alienus timor ad modestiā ducit nocentē, ita hic quoq; dum cōmendat lęso patientiam, lædentem multo maiore ultione deterret. Et quemadmodū, inquies, ille terrebitur, cū hic alteram præbere iubeatur? Et quid tandem hmōi confi cere gestit obiectio? Non enim ideo hoc præcepit, ut resolueret percussoris timorē: sed ut hunc quem præbere iusserat, ad oēm tolerātiam præpararet. Nec dixit, quòd impunè ille inferret iniuriam: sed, tu ne referas: duo pariter efficiens, & percussorem. s. supplicio maiore terrendo, & eum qui percutitur, de ipsa quoq; patientię uirtute solando. Sed hęc uelut in trā situ de mandatis omnibus quasi generaliter dixerimus. Necessariū uerò est ad incertū reuerti, & cōsequentiam eorū quæ prius sunt dicta, contexere. *Qui irascitur*, inquit, *fratri suo sine causa, reus erit iudicio.* Nō enim omnino istū extinxit affectū. Primò quidem, quia impossibile est hominem passionibus liberari.

I Nā ut regere illas possimus, ita absq; illis per oia esse non possumus. Deinde quia et multis utilis est affectus iste, si illo uidelicet opportunè ac scienter utamur. Itaq; cōsidera q̄ ampla quondā bona operata sit ira Pauli: hanc.n. ille aduersus Corinthios exercēdo, à maxima illos errorum pestilentia liberauit. Per hanc etiam Galatarum gentē, q̄ ferè à Christo iam exciderat, reformauit, aliosq; his plures illius iræ censura correxit. Quodnam igitur opportunum est tēpus iræ? quando non.s. nosmetipsos ulciscimur, sed cum reprimimus erga alios insolētes, cumq; desides increpatione conuertimus. Quod uerò importunū est tempus iræ? cum.s. ut nosmetipsos uindicemus, irascimur: quod Paulus quoq; prohibendo dicebat, Non uosmetipsos defendētes charissimi, sed date locum iræ. Quando et de pecuniis litigamus. Nā hoc est quod idem magister omnino destruxit, dicēdo: Quare nō magis fraudem patimini? Sicut.n. hinc ira sci, superfluū & inutile est, ita ira illa & necessaria est, & commodissima. Sed plurimi è contrario efferuntur quidē, cum ipsi aliquid patiuntur iniuriæ. Resoluuntur uerò & omnino mollescunt, cū alios uel maximam afflictionem uiderint sustinere: quod certè utrunq; Euangelij uerbis repugnat. Nō ergo ipsum irasci malum est, sed importunè ac leuiter irasci. Pro pterea etiam propheta dicebat: Irascimini, & nolite peccare. *Qui autem dixerit fratri suo racha, reus erit concilio.* Conciliū hic, iudicium Hebræorū uocauit: qđ ideo nunc posuit, ne noua ubiq; uideretur docere, atq; peregrina. Racha uerò non grandis alicuius est sermo conuicij, sed magis de contęptu ueniens, impatientiaq; dicentis, ut ipsi nonnunq̄ uel seruulis uel inferioribus quibusq; aliquid imperātes dicimus: Vade tu, dic illi. Sed ēt qui lingua utuntur Syrorum, racha pro eo quod est tu, dicere solent. Sed misericors dominus, cū maioribus etiam minima quæque delicta pariter euellit, præcipiens ut mutuo nobismetipsis & honorabilius utamur, & cautius, ut per hęc maiora quoq; peccata moriantur. *Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis.* Multi hoc graue atq; onerosum putāt esse mandatū, ut.s. pro uno nudoq; sermone tanta nobis pœna subeunda sit. Vnde quidā istud exaggeratione magis dictū esse uoluerūt. Sed uereor ne nosmetipsos his uerbis oīno friuolis, uel potius infidelibus seducentes, ibi rebus ipsis supplicia extrema soluamus. Sed cur, quæso, mandatum istud uidetur onerosum? An fortè nescis, quia plurima pars culparū, atq; pœnarū à sermonibus sumat exordiū? Nā & blasphemia per uerba, & dei negatio per uerba, inde & maledicta & iniurię, atq; periuria, & falsa testimonia, & ipsa frequēter homicidia. Noli igitur aspicere quòd unus hic sermo sit: sed quantū periculi habeat, expende. An ignoras inimicitiarum tpe incandescente ira, animoq; prorsus ardente, etiā minimum aliquid magnū uideri? Tūc quippe, & qđ non ualde iniuriosum est, nimis tamen putatur onerosum. Nā hæc ipsa paruula & homicidia sæpe pepererunt, & urbes crebrò integras subruerunt. Sicut.n. manente amicitia, ēt quæ molesta sunt leuia dicuntur: sic inimicitijs obortis, leuia quæque pro grauissimis audiuntur. Nam etsi simpliciter aliqua dicantur, de malo tamen animo prolata creduntur: atq; ut in igne cū scintilla exigua est, ēt si plurimum lignorū admoueas, nō ea facilē cōprehendit: si uerò satis in excelsum flāma cōsurgat, non iam ligna, sed & saxa, & oēm prorsus incidentē materiam sibi uendicat: & per quę extingui solet, per ea ipsa potius accenditur. Quidā quippe aiunt, quòd hmōi flammā non ligna tantū, & stuppa, aliaq; ignis alimēta, sed aqua ēt maiori impetu iactata, magis magisq; succēdat: ita accidere etiā in ira solet. Quicquid aliquis dixerit, continuò pabulū pessimi huius efficietur incendij. Quæ omnia Christus antè iam cōprimens, eum quidem qui sine causa irascitur, iudicio cōdemnat: & idcirco dixit: *Qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio.* Eum uerò qui dixerit, racha, reū prnnunciat esse cōcilio. Sed adhuc ista non magna sunt. Hęc.n. idcirco nō sunt memorata supplicia, ut eum qui fratri fatue dixisset, gehennę ignibus deputaret, modo certè primum nomen gehennæ cōmemorans. Cum.n. prius de regno multa dixisset, hunc istius intulit mentionem: ostendens quoniā illud quidē illius uoluntatis sit atq; pietatis, hęc uerò nostræ profectò desidię. Vide aūt quemadmodū gradatim faciat augmēta pœnarum, quodāmodo excusans se tibi, atq; demonstrās quoniam ipse quidē nihil uelit tale minari, nos uerò illum ad hmōi dennnciationes pertrahamus. Idipsum itaq; diligēter expende: Dixi, inquit, noli ira-

Isa.55.b

Gal.4.c

Exo.21.c

Ro.12.d

1.Co.6.a

K *Psal.4.d*

Racha.

L

M

A sci sine causa: quoniam reus eris iudicio. Contēpsisti fratrem. Vide quid peperit iracundia, ad iracundiam te continuò prouocauit. Racha.n. fratrem uocasti. cui rursus culpæ pœnā concilij cōminatur. Quòd si ista quoq; despiciens, ad maius uolueris promoueri conuicium, nō iam ultrà his in te mediocribus uindicabo, sed immortali illo gehēnæ supplicio, ne iam etiam ad homicidiū forte prosilias. Non est oīno, non est intolerabilius aliquid iniurijs, quodq; possit magis hoīs animam remordere. Quòd si sermo ipse paulò fuerit austerior, duplex conflatur incendium. Ne igitur leue aliquid existimes, fatuum fratrē uocare. Quando uerò isto quo ab irrationalibus separamur, & quo maximè homines sumus, itellectu. s. atque prudentia, fratrem: spolias omni illum nobilitate priuasti. Non ergo uerborū tantūmodo sonū simpliciter audiamus, sed in res ingredientes ipsas, & uim illā conuicij ponderantes, cōsideremus quātum ser-

1.Cor.5.b 6.d mo iste operatur dolorē, atq; ad quantū malū sæpe

1.Pe.4.d perueniat. Propterea igitur & Paulus non adulteros

B cos à regno dei excludit: & meritò. Cōuiciator quippe bonū charitatis oīno corrūpit, & mille proximū inuoluit incōmodis, ac iuges inimicitias frequenter operatur, & Christi membra discerpit, ac desiderabilē deo pacē singulis quibusq; diebus exagitat, amplissimam diabolo uiam per cōuicia parans, eumq; efficiens fortiorē. Propterea ēt Christus neruos potentię eius exscindens, induxit hanc legē. Est quippe illi cura maxima charitatis. Omniū enim mater bonorum, hoc certū an discipulus Christi sis experimētum, & ea q̄ in nobis sunt bona, cuncta cōplectens. Hæc est præcipua ex cunctis oīno uirtutibus. Igitur cōsequenter radices inimicitiarū, ipsosq; fontes per quos charitas necari solet, multa cū uehemētia Xps intercipit. Ne igitur hæc dicta cuiusdā exaggeratiōis existimes, sed intelligens ea q̄ ex his sæpe gignuntur, legum statutarū māsuetudinē demirare. Nihil enim ita studet deus, ut nos mutuis charitatis nexibus colligare. Propterea & per semetipsum, & per discipulos suos, tam in nouo, q̄ in ueteri testamento plurimo hoc mandatū sermone cōmendat. Et uehemēs ani-

C maduersor atq; punitor est eorū, qui præceptū tale contemnunt. Nihil quippe est quod ita oēm malitiā & pariat, & firmet, ut interemptio charitatis. Nam &

Mat.24.b dominus idcirco dicebat: Quoniā abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Sic ēt Cain est fra

Gen.4.a b tricida factus: sic Esau & patri obstat, & fratri minatur interitū. Sic ēt contra Ioseph sanctū fremuit ma-

Gen.27.f &.& seq. lè cōiurata germanitas. Sic mille alia pullulauere mala, hac uirtute subtracta. Propterea & Christus om-

Gen.37.a & seq. nia incōmodantia charitati, diligēter interimit. Neq; enim hęc tantūmodo q̄ posuimus dixisse cōtentus, alia quoq; plura subiungit, per q̄ quantum illorū cura habeat, ostendit. Cōminatus.n. per cōcilia atq; iudicium, comminatus ēt per gehennam: intulit rursus & cætera quę prioribus constarent, dicens. *Cum offers munus tuum ante altarē, & ibi recordatus fueris quòd frater tuus habet aliquid aduersus te, relinque munus tuum ante altare, & uade prius reciliare fratri tuo, & tunc ueniens offer munus tuum.* O admirabilē benignitatē, atq; ineffabilem erga hoīes amorem dei. Honorē suum despicit, dum in proximo charitatem requirit: ostendens quoniā nec priora quę ēt cōminatus est, odio aliquo hominū, uel de cupiditate inferē di supplicij cōminatur, sed amore pcipuo. Quid.n. his uerbis mitius esse posit? quid lenius? Interrūpatur, inquit, ministeriū meum, ut tua charitas integretur. Sacrificiū mihi est fratrū recōciliatio. Propterea quippe nō dixit, postq̄ obtuleris: aut, priusq̄ offeras: sed munere ipso iam posito, & inchoante sacrificio, recōciliandū mittit ad fratrem: & neq; proposita ēt munera auferri iubet, neq; priusquā offerātur id memorat: sed proposito palā sacrificio, illuc currere imperat offerentē. Quā igitur ob causam istud fieri iubet? Duo sunt, ut certè ego arbitror, q̄ per ista & designat & cōficit. Vnū quidē, quod utiq; iam dixi, ostēdere. s. uolens quòd honoret maximè charitatem, & hanc acceptissimū esse sacrificiū ducat: absq; ista uerò nec illud profectò susципiat. Aliud uerò, quo irrefutabilē quandā necessitatem recōciliationis imponat. Qui.n. iusserit, nō prius munus offerri q̄ reconcilietur offensio: etiāsi nō ob proximi charitatē, saltē ne sacrificiū maneat imperfectū, currere ad contristatū iubet, inimicitiasq; dissoluere. Propterea & disertè cūcta memorauit, terrens illū uidelicet ac fusцitans. Cū enim dicitur, relinque munus tuū: nō ibi restitit: sed intulit, ante altare, rursus horrorē inijciens: & uade: nō tantū dicit, uade: sed adiunxit, primū, & tunc ueniens offer munus tuū: per oia ista significās, quia p aliquas inter se inimicitias disidētes, nequaquā mesa illa susципiat. Audiant hi qui sacris certè mysterijs initiati, cū inimicitijs ad cōionē altaris accedunt. Audiant ēt illi qui nondū initiati sunt. Nā ad ipsos quoque habet aliquid sermo iste cōe. Offerunt nanq; & ipsi munus & hostiam, orationem dico, & eleemosynam. Quia.n. & hæc sacrificij instar obtineant, audi

Psal.49.d prophetam loquentē: Sacrificiū laudis honorificabit me. Et rursum: Immola deo sacrificiū laudis: &, Eleuatio manuū mearum sacrificiū uespertinū. Itaq; ēt

Ibidem.c si orationē cum tali offeras uolūtate, melius est ora

Psal.140 a tionē relinquere, & ad reconciliationē fratris excurrere, & tunc orationē consequenter offerre. Propter hoc.n. facta sunt omnia. Idcirco & deus homo factus est, atq; oīa illa gesit, ut nos in unū sine dubio cōgregaret. Et ibi quidē eum qui læsit, mittit ad læsum. In oratione uerò lęsum ad eū qui lęsit, adducit: ac sibi utrunq; conciliat. Nā ibi quidē dixit, Dimitte

F hominibus debita eorū: hic uerò iusit, Si frater tuus

Mat.6.b & Luc.6.f habet aliquid aduersus te, uade ad eū prius: imo hic quoq; mihi uidetur læsum remittere: & idcirco non dixit, recōcilia tibi fratrē tuum: sed recōciliare fratri tuo. Et uidetur quidē super eo qui cōtristauerit esse sermo, totū uerò de contristato potius dicitur. Si.n. illi, inquit, recōciliatus fueris, per illā quā in eū ostenderis charitatē: me quoq; incipies habere placabilē: cumq; multa fiducia poteris munus offerre. Si uerò adhuc indignaris ac tumes, respice quia & ego libenter mea iubeo cōtēni, ut amicitia uestra renouetur. Atq; ut tibi ad cōsolationē maximam hęc ipsa proficiant, nō dixit cū primū senseris, tunc recōciliare: sed cū extenuatione, Si aliqd frater tuus habet aduersus te: nec addidit, si tamē iustè, nec sic quippe inimicitias oportet extēdi. Nā & Xps iustissimè nobis potuerit irasci, sed tamē semetipsum pro nobis dedit, tāta certè illa peccata non imputans. Propterea igitur &

Eph.4.b Paulus alio mō de recōciliatione dicebat: Sol nō occidat sup iracūdiā uestrā. Sicut.n. hic dominus de sacrificio, ita ibi à die ipso ad pacē Paulus impellit. Secretū quoq; noctis ueretur, ne fortè solū causa exci-

G piens ſauciatū maius profectò uulnus efficiat. In die nanq; multi ſunt aduocantes, atq; retrahentes: in nocte uerò qa ſolus relinquitur, intraq; ſemetipſum cogitationū æſtib⁹ huc illucq; iactatur, in immenſum uerticem minarū fluctus tumeſcunt, ſitq; maior oino ſæuiorq; tempeſtas. Idcirco præueniens Paulus uult iam reconciliatū nocti tradere, ne ſaltē unam occaſionē de ſolitudine diabolus inueniat, per quā iracū diæ fornacē poſit accendere, eamq; efficere ſæuiorem. Sic et Chriſtus nō concedit ne paululū quidem oino differre, ne hmōi anima impleto abſq; reconciliatione ſacrificio, deſidia maiore capiatur, quotidie diſſimulet in pacē reuerti. Nouit. n. talem eſſe hmōi paſsionē quæ ſatis uelocis curationis indigeat. Et ſicut ſapiens quiſquā medicus nō modo imminentes morbos præuenientibus remedijs excludit, uerumetiā iam tenentes alio medendi genere iam repellit: ita et Chriſtus facit. Nam fatuum quidē uocare prohibendo, aduerſus inimicitias auditorū corda præmunit. Reconciliationē uerò poſt inimicitias imperando, uim morbi iam obtinentis è medio tollit. Et
H cōſidera ꝙ uehementer, uereq; ponatur. Ibi: n. gehenam eſt cominatus, hic uero munus niſi præcedente reconciliatione nō ſuſcipit. Maximam ſanē p hæc omnia indicans iracundiæ pertinaciam, atq; idcirco & radicē eius interimit, & fructū. Et primò quidem: Nolite, inquit, iraſci: poſtea uerò ait, nolite maledicere. Siquide utrunq; iſtud ex alterutro augeri ſolet, ex inimicitijs. ſ. maledictio, & ex maledictione rurſum inimicitiæ. Et ideo primò quidē malum ipſum naſci uetat, deinde ſi importuniſsimè pullularit, & noxiū germen attulerit, undiq; illud exurit. Ideoq; cū & iudicium & conciliū antè memoraſſet, cumq; et de gehenna, ſuoq; ſacrificio diſputaſſet, et alia ſubiūxit dicens: *Eſto conſentiens aduerſario tuo citò, dum es cum illo in uia.* Ne. n. diceres, quid ſi iniuriam patiar, ac fraudem? Quid ſi mea mihi aliquis eripiat, perq; hoc me ad iudicium ire compellat? hanc quoq; occaſionem uel excuſationem remouit. Iubet enim ne ſic quidē te inimicitias aliquando ſuſcipere. Deinde uidēs magnum hoc præceptum, de præſentium illud utilitate cōmendat, quæ certè craſsiores quaſq; mentes magis permouent ꝙ futura. Quid ais, inquit, ſi potētior
I ſit ille qui nocet? Amplius igitur nocebit, niſi reconciliatione placetur. Sed ad iudiciū te uenire cōpellet. Et hoc ipſum eſt, quod præcipuè debes cauere. Nā prius quidem tantumodo rebus exutus, corpus ſaltem liberum poſsidebas: cū uerò ſub iudicis cœperis ſtare ſententia, et uincula ſuſtinebis, & ſupplicia extrema perſolues. Si uerò illud iurgium fugeris, duo bona pariter acquires: dum & nihil triſte ipſe perpeteris, & abſolutio negocij nō de illius potētia, ſed de tua uirtute præſtatur. Si aūt huic nolueris cōſentire præcepto: non tantū certè illi, quantum tibimetipſi profectò nociturus es. Cerne igitur hic quoq; quem admodū illum ad pacē ſtudeat adducere. Cum. n. dixiſſet, *eſto cōſentiens aduerſario tuo* intulit, *citò* nec tamen hoc addidiſſe contentus, aliud quēſiuit augmentum dicens, *dum es cum illo in uiā*. Per hæc illum prorſus urgens, ac ſatis uehementer impellens. Nihil quippe eſt quod ita uitam noſtram ualeat euertere. ut operū actionem bonorum diſsimulare, ſemperq; differre. Sæpe enim iſtud omnibus nos bonis fecit excidere. Sicut ergo præcepit & Paulus, priuſquā ſol occidat inimicitiarum uincula diſſoluere: & ut ſupe-
rius ipſe dominus imperauit, antequam ſacrificium K
celebretur, reconciliari fratri: ita hic quoq; citò, inquit dominus, dum es cum illo in uia: antè ſcilicet ꝙ ad iudicis accedas fores, priuſquam ante illius ſiſtaris tribunal, iamq; in iudicantis trāſeas poteſtatem. Prius enim ꝙ illuc introeas, tu es totius negocij dominus: cum uerò ad ueſtibulū illud fueris, ea quę ad te attinēt, prout uolueris ordinare, ſub ditione iam conſtitutus alterius, non poteris. Quid eſt igitur cōſentire? hoc eſt oino quod dicit, eligere rerum magis ſubire diſpendium: aut certè ſic negocium quod agitur apud te ipſe dijudica, ut perſonam diuerſę partis non aſſumas: nec iuſtitiam ita tractabis ut propriā: tunc enim demū iuſtam poteris ferre ſniam. Si uerò grande quidem iſtud uidetur, nihil omnino mireris. Idcirco enim oēs illas beatitudines poſuit, ut præparans atq; premolliens auditoris animā, opportunio rē illam ad ſuſceptionem totius huius legis efficeret. Et nōnulli quidem aduerſarij nomine diabolum ipſum ſignificari putāt, ac iuberi nequid illius prorſus habeatur: idq; eſſe ei cōſentire, nihil ex eius rebus attingere, neq; poſtq; hinc fuerimus profecti ineuitabi L
le expectare ſupplicium. Mihi aūt de his qui in pſenti ſunt uidetur dixiſſe iudicibus, ac de illa uia quę ad iudiciū ducit, ſuperq; iſto uſitato carcere diſputaſſe. Qui enim ad ſublimia fuerat cohortatus, nō modo de futuris, uerūetiam de præſentibus addidit timorem: quod certè facit frequenter & Paulus, nunc de futuris, nunc et de præſentibus animū auditoris inſtituens, inuitos aliquos à malis operibus reuocās, iudicē illis oſtēdit armatū, dicens: Quòd ſi malefece Ro.13.a
ris, time, non enim ſine cauſa gladium portat, dei. n. miniſter eſt. Et rurſus poteſtatibus ſubditos eſſe pręcipiens, non ſolū timorem ponit dei, ſed humanæ quoq; poteſtatis minas, cōmodum. ſ. cōe curans. Ne Ibidē.b
ceſſe eſt. n. eſſe ſubiectos, non ſolum pp iram, ſed & propter cōſcientiam. Siquidē inſipientiores quoſq;, ut antè paulò præmiſi, magis ſolent iſta corrigere ꝙ uidentur, quæq; prius aſsiſtunt. Propter quod etiam Chriſtus nō ſolū gehennā, ſed iudicium, & traditionem, & carcerem, & oēm quæ ibi eſt cōmemorauit
M ærumnā, per cuncta hæc radicē homicidij penitus excidēs. Qui enim nec maledicit, neq; litigat, neq; dilatione pacis inimicitias extēdit, quonam eſt modo futurus homicida? Ex hoc quoque liquidò apparet, quia in proximi cōmodo, noſtrū quoq; cōmodum collocetur. Qui. n. aduerſario cōſentit, multo magis ſemetipſum iuuabit, à iudicijs ſe uidelicet ac uinculis omnibusq; quæ ibi ſunt miſerijs, abſtrahendo. Conſentiamus ergo his ꝙ dicta ſunt, nec ultrà inobedientiam cōtentione foueamus, maximè cū præmia, & uoluptatem in ſe, & utilitatē habeant ipſa pręcepta. Quæ ſi moleſta pleriſq;, & ingentis cuiuſdā uidētur laboris, intellige pp Xpm te illa ſuſcepiſſe faciēda: & qd uidetur eſſe triſte, iucundiſsimū iudicabis. Quòd ſi ſermonē hūc abſq; intermiſsione teneam⁹, nihil experiemur oneroſum, ſed è diuerſo plurimā capiem⁹ undiq; uoluptatē. Siquidē labor ipſe nō iā apparebit labor, ſed ꝙto magis fuerit extētus, tāto pleniori ſuauitate, ac delectatione mutabitur. Quādo igitur ꝙſi quodā te infundēs ueneno cupiditas pecuniarū, aliorūq; obſederit cōſuetudo uitiorū, illa ex aduerſo te cogitatione armato, ꝙ dicit, Nequaq̄ nos umbra hęc fugitiua ſeducat, largiſsimā profectò mercedē. p cōtempta tpali uoluptate capiemus: atq; ipſe ad tuā

A animā loquere, Triſtaris, quia te corporis uoluptate defraudo, ſed lætare potius, quia cœlorū tibi regna prouideo. Nō. n. propter hominem, ſed propter deū certè iſtud operaris: paululū igitur expecta, & uidebis quā ſit commodū grāde patientiæ. Diſce præſentis uitæ incommoda magnanimiter ſuſtinere, & ineffabili apud deū fiducia, ac libertate gaudebis. Si enim iſta ſemper noſtræ inculcemus animę, nec ad ſola reſpiciamus onera uirtutū, ſed eas quoq; quæ illis proueniant cōſideremus coronas, celeriter ab omnibus illā uitiis ſubtrahemus. Nā ſi diabolus oſtendēs iucunditatem equidem temporalem, dolorem uerò perpetuum, tamē inualeſcit & ſuperat, nobis ſcilicet in contrariū iſta uertentibus, qui & dolorem illum quaſi breuē negligimus, & uoluptatē hanc quaſi ſit æterna cōplectimur: quanam poterimus ratione deſendi, qui uirtutē nec poſt tāta promiſſa perficimus? cū certè cauſa laboris ipſa pro omni nobis, retributione ſufficiat, qui certiſsimè credimus, propter deū nos hæc omnia ſuſtinere. Si enim mortalē hunc certè regē habens quiſpiam debitorem, grande ſe omni
B ſuæ uitæ tempore credit inueniſſe pręſidium: quātus ſit futurus ille perpēde, qui miſericordem deum, ſemperq; uiuētem, bonorum operum, paruorum ſimul atque magnorum ſibi fecerit debitorē? Noli ergo mihi labores imponere, atq; ſudores. Neq; enim ſpe ſolum ac fiducia futurorū, ſed alio etiam modo facilē deus facit eſſe uirtutem, uidelicet cooperādo nobis, nosq; ſemper in bonis actibus adiuuando: at ubi enim uolueris exiguū quid deuotionis afferre, reliqua omnia celeriter ſubſequētur. Propterea. n. uult & te aliqd laborare, ut tua quoque poſsit eſſe uictoria. Et ut plurimūq; rex aliquis uult qdē filium ſuum in acie uerſari, i hoſtem iacula torquere, exercitui, eſſe conſpicuū, ut illum profectò habeat conſortē triūphi, totum uerò ipſum bellū gubernat ac peragit: ita etiā deus in hoc prēlio facit, quod aduerſus diabolū geritur. Vnū enim illud à te ſolum requirit, ut aduerſus hoſtē ueras inimicitias pro honore regis, & tua ſalute ſuſcipias. Itaque ſi ei iſtud obtuleris, omne iā bellū ipſe conficiet. Et ſi uel iracundiæ paſsione, uel pecunię cupiditate flāmaris, uel ab alijs quibuſpiam
C uitijs, quaſi immaniſsimis hoſtibus obſideris: aderit profectò uelociter, ſi modo te expeditū, ſibq; uiderit præparatum, & facilia tibi eſſe cūcta præſtabit, tēque totius flammæ faciet eſſe uictorem. Sicut etiam pueros illos in Babylonia fornace tutatus eſt, q certè nihil ei aliud prorſus obtulerāt pter uoluntatē. Vt ergo nos quoque ſuperantes hic omnē fornacem illicitę uolūtatis, ibi gehennæ effugiamus incēdia: hęc quotidie & cogitemus, & curemus, agamus uolūtate ſemel bonis operibus deſtinata, & orationū frequētia beneuolentiā nobis reconciliantes dei. Ita. n. etiā illa quæ importabilia nūc putamus, facilia prorſus, ac leuia, amabiliaq; ducemus. Quandiu enim in uitijs permanemus, aſperam atque difficilem, & omnino arduā opinamur eſſe uirtutem, ipſa uerò uitia deſiderabilia prorſus, ac dulcia: ſin aūt illa uel breui tēpore deſeramus, tunc & hæc horribilia turpiáque, & uirtus delectabilis apparebit & facilis. Hæc autem ex illis abundè ualemus addiſcere, qui uitā ſuam facta in melius cōuerſione mutarūt. Audi igitur quem admodū Paulus eos aſſerat de uitijs erubeſcere, qui iam ab eis fuerant liberati. Quē, inquit, fructum ha-
Rom.9.d buiſtis tunc in illis, in quibus nūc erubeſcitis? Quem-
admodū uerò uirtutem leuem eſſe dicat, eā laborē D
momentaneum, ac leuem tribulationē appellās, atque in paſsionibus ſuis gaudens, plurimumq; gloriæ Gala.6.d
ſibi uendicās de ſtigmatibus pro Chriſti nomine ſuſceptis. Vt igitur nos quoque in tā ſancta, tamq; utili pmanētes conſuetudine roboremur, quotidie nobis ex his quę hactenus ſunt dicta, modulemur: & p Philip.3
teritorū quidem obliti, ad ea uerò quæ priora ſunt e.
ſemp extenti, ſuperneq; brabiū uocationis ſequamur: ad quod omnes peruenire cōtingat, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia. xvij. ex capite. v.

N illo tēpore, dixit Ieſus diſcipulis ſuis: *Audiſtis*
i *quia dictū eſt antiquis, Nō mœchaberis: ego autē dico uobis, quia omnis qui uiderit mulierē ad cō*
cupiſcendū eā, iā mœchatus eſt eā in corde ſuo. Poſtquam pleniſsimè quid primum mandatū contineret edocuit, quod certè uſque ad ſupremū philoſophiæ cacumen extendit: certa iā uia, inſtitutoq; pergens ordine prouehitur ad ſecundū, hic quoque legi profectò conſentiens. Qui tamen mandatū hoc in parte E
moralium non ſecundū dixit eſſe, ſed tertium. neque totius decalogi primum mandatū eſt, Non occides: ſed, Dominus deus tuus, deus unus eſt: pp quod in- Deut.6.a
quiſitione dignum uidetur, cuius rei gratia nō inde fuerit exorſus. Quā igitur ob cauſam? Quia inde ſcilicet inchoantem, & mandatū illud oportebat augere, & ſemetipſum notitiæ hominū pariter inferre. nō dum uerò erat tēpus tale de ſe aliquid prædicandi. Aliter uerò, ut moralē interim exercendo ſermonē, tū ex præceptis ipſis, tum etiā ex mirabilibus, dei ſe filium audientibus eſſe ſuaderet. Si igitur priuſquā & faceret aliqd & doceret, dixiſſet: Audiſtis quia dictū eſt antiquis, Ego dominus deus tuus, & pter me nō eſt: ego autē dico uobis, ut me quoq; adoretis ſicut & patrē: feciſſet profectò ut omnes illum furere iudicarent. Si enim poſt doctrinā quoque tantaq; miracula, nondum eū manifeſtè loquentem, ipſum de Ioan.7.c
monium habere clamabant: ſi ante hęc oia tale qd 8.f.10.d
dicere uoluiſſet, quid iā illi uel cogitare aduerſus eū, uel pronūciare dubitaſſent? At uerò ſuper hac re doctrinam opportuno tēpori reſeruaſſe, hoc fuit facili F
tatem ſuſcipiēdi huius dogmatis præſtitiſſe. Propter quod nunc quidē cōſultò illud commemorare præterijt, ſignis uerò id ubique confecit: quod tamē poſtea implendo optimam doctrinam, etiam ſermonibus reuelauit. Nam modo claritati ſignorū, modo nouitati dictorū, ſenſim atque paulatim iſtud admiſcet: ſiquidem cū poteſtate talia ſanciendo, legémque ſupplendo, quiſnam eſſet facilè mōſtrabat: oſtēdens ſeſe ex ipſo etiam præcipiendi ſermone mirabilem, ita ut Euangeliſta diceret: Erat enim in pote- Mat.7.d
ſtate ſermo eius: non enim ita docebant ſcribæ eo- Mar.1.e
rum & Phariſæi. A communibus quippe uitijs exorſus, ab iracundia ſcilicet, & concupiſcentia: hæc enim ſunt ꝙ tyrannidem quandam in hominum pectoribus exercēt, ita ut ſola ex omnibus magis naturalia eſſe uideantur: cum ingenti illa, & quæ prorſus latorem legis decebat, authoritate correxit, omnēsque hos affectus doctrinę perfectione cōpoſuit. Neque enim illū hic dixit adulterum puniendū, qui opere adulteriū perpetraſſet: ſed quod fecit in homicida, hoc etiam in iſto facit: & non actum ſolūmodo, ſed impudicū quoque coercet aſpectū: ut diſcas ubi

H consistat illud quòd supra scribarũ & pharisæorum nostra præcipitur abũdare iustitia: propter quod ait.

Matt.5.c *Qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iã mœchatus est eã in corde suo.* hoc est dicere, Qui dat operam in uenusta corpora curiosius intueri, & decoras aucupari facies, taliq; animã spectaculo, & obscœnos pulchris etiã uultibus oculos affigere. Non.n.idcirco dominus aduenisse contentus est, ut solũmodo corpus à malis actibus, sed ut prius animã quoq; ab huiusmodi cogitationibus auerteret. Quia.n.sancti spiritus gratiã mente susceptimus, meritò ipsam purificat primam. Et quemadmodũ, inquis, possumus à concupiscentia liberari? Maximè quidẽ, si uelimus, etiã ipsam mortificare possibile est, atque à tali prorsus æstu ociosum pectus manere. Hìc.n.non omnino generaliter concupiscentiam interimit, sed illam quę ex formæ decore concipitur. Qui.n.studet elegantes facies inspicere, ipse ꝓpcipue fornacẽ sibi istius passionis accendit, & captiuam faciẽs animã, ad opus quoque celeriter abducit. Propterea nõ dixit, q concupiuit ad adulterandũ: sed, qui uiderit ad con-

H cupiscendũ. Et cùm quidem de ira loqueretur, certè quadam peccatũ ipsum definitione signauit: dicendo, sine causa. Hìc uerò nõ ita, sed ex integro eiusmodi concupiscentiã penitus amputauit. Et certè utraque hæc ingenita, utraq; utiliter instituta sunt, & ira uidelicet, & concupiscentia: illa quidem, ut coerceamus malos, atque incõpositos ordinemus: hæc uerò, ut propagetur soboles, & genus succesione seruetur. Quanã ergo ratione non etiã hìc rem ipsam propriè definiuit? Maximã quidem, si uolueris intendere, hìc quoque positã definitionẽ uidebis. Non enim passim dixit, qui concupiuerit. Potest nanque et iam aliquis inter secreta montiũ residens concupiscere: sed qui, inquit, uiderit mulierẽ ad concupiscendum. id est, qui concupiscentiã uidendi curiositate collegerit, quique nullo oĩno cogente, quiescenti animæ ferã subitò immiserit. Hoc enim non iam naturæ est, sed propriæ oĩno desidiæ: quod certè olim

Prou.6.c etiam ueteri lege prohibetur. Noli, inquit, addiscere pulchritudinem alienã. Deinde nequis diceret: Quid autem, & si inspiciam, nec tamẽ capiat? Cohibuit aspectũ, ne huiusmodi licentia fidens, etiam in peccatum quandoq; corrueres. Quid autem, inquis, si uideo ad concupiscendũ, sed tamen turpe nil egero? Et sic quidem iam in adulterorum parte numeraris. Pronũciauit.n.lator legis, nec amplius aliquid hinc oportet inquiri. Deinde semel quidẽ, & secundò, & tertiò sic uidens, possis animũ continere. Si uerò frequenter id feceris, fornacémque istã sponte succendens, profectò capieris. Neque enim extra naturã aleámque humanã consistis. Sicut enim nos cùm gladium teneri uideamus à puero, etiãsi nondum eum uulneratũ inde esse cernamus, uerberamus tamen, ac sæpe minantes denunciamus nequando illũ rursus attingat: ita etiã deus inuerecundum coercet aspectũ, ne quãdoque in ipsam quoque incidat actionẽ. Qui enim in se flammam cupiditatis accenderit, etiam absente muliere quã uidit, iugiter apud semet ipsum turpiũ rerum simulacra depingit. Et necesse est huiusmodi nonnunquã ad flagitium ipsum etiã opere peruenire. Propterea illos quoq; q in solo fiũt corde complexus, Christus interimit. Quid ergo hìc iã respondent, qui ausi sunt temerè cohabitare uirginibus? Huius.n.sanctione legis nulle sunt adulterio-

I rũ rei, quotidie illas ad concupiscendum uidentes. K Propterea etiã beatus Iob hanc sibi ab initio legẽ ipse decreuerat, periculosum hoc spectaculum undique á suis oculis repellendo. Siquidẽ post huiusmodi aspectũ multo iam difficilius certamen efficitur, cùm & uiderit aliquis, & tamen ea quã uiderit, non fruatur: nec tantã de contemplatione ipsa capimus uoluptatẽ, quantũ patimur de augmento istius cupiditatis dolorẽ, fortiorem contra nos facientes hostem; & ampliorẽ locum diabolo præparãtes: ut nequaquã illum ulterius propulsare ualeamus, quem semel in ĩtima cordis admisimus, cuíque temerè mẽtis nostræ claustra reserauimus. Idcirco præcipit, ne forniceris oculis, ne ꝓ hoc scilicet animo forniceris. Est enim possibile & aliter aspicere, ut certè aspiciũt & pudici: & ideo non aspectum ipsum, sed concupiscentiæ iunctum interimit aspectum. Si enim id uoluisset efficere, profectò dixisset. Qui uiderit mulierem, profectò mœchatus est eam in corde suo. Nũc uerò id omnino non dixit: sed, qui uiderit mulierem ad concupiscendum eã: qui scilicet ad hoc aspicit, ut oblectet eius aspectũ. Neq; propterea tibi deus ocu L los effinxit, ut per illos ad animũ adulteria transmittas, sed ut creaturas eius aspiciens, mireris authorẽ. Sicut ergo est temerè irasci, ita etiam temerè uidere, si id ad libidinem facias. Si enim uis uidere, atque ex uisu capere uoluptatem, aspice propriã coniugẽ, & illius prius amore perfruere. Hoc enim nulla lex prohibet omnino. Si uerò erga alienum curiosius decorem, tuã despicis: & ipsam profectò lædis, à qua in aliam oculos auertis, & istam etiam quam illicitè cõtingis. Si enim nequaquam illã attrectasti manu, sed oculis tamen, ac uoluntate palpasti: propterea etiã hoc proculdubio adulterũ esse reputatur, & antè futura illa tormenta non leue iã in præsenti inuenitur afferre supplicium. Nã perturbationibus, ac tumultu intrinsecus cuncta complentur: & multus quidẽ æstus, plurimus etiã sentitur dolor. Nec omnino huiusmodi homo melius affectus est, quã qui affligun tur uel captiuitate, uel uinculis. Et illa quidẽ quæ letalẽ hanc eiecit sagittã, subitò auolans te reliquit: tu uerò mortiferã tibijpsi plagam dedisti, effrenato, semel usus aspectu: imò uerò non illa spiculũ torsit, M sed tu tibijpsi plagam illam mortiferã intemperanter spectans inflixisti. Et hoc dicẽs, pudicas quidem ab oĩ accusatione submoueo. Si qua uerò ideo ornatur & comitur ut in se oculos omniũ iritet, etiam si nullũ pulchritudine sua potuerit uulnerare, dabit tamen extrema supplicia. Parauit quippe uirus, tẽperauit uenenũ, porrexit poculum, etiamsi nullus qui mortem biberet inuentus est. Quid igitur? Nũ et ad ipsas, inquis, loquitur dominus? Quoniã cõmunes ponit ubique leges, etiãsi ad solos interdũ uiros uideatur attendere, absque ullo ambiguo, cũ capiti loqtur, toti profectò corpori admonitio ipsa cõmunis est. Mulierẽ nanq; & uirum, unum esse nouit animal & idcirco nusquã lege diuidit, quod genere cõiunxit. Si uerò etiã specialiter prolatam in fœminas correctionẽ audire mauis, audi Esaiam plurima in illas in *Esa.3.c* uectione clamãtẽ, earũq; habitum, & aspectũ, & incessum notantẽ, & uestes in humũ defluas, lasciuiẽtes pedes, & luxuriosis motibus colla fracta sublimiaq;: Audi cũ eo etiã beatum Paulũ, multa illis præ *1 Tim.2.c.* cepta ponentem, tum de auri ac uestis ornatu, tũ de intortis arte crinibus, tũ de ipsis quoque delicijs, a-

lijsq;

A lijsq; huiusmodi eas uehementius increpantem. Ipse etiam Christus in consequentibus rectè quidem, idipsum tamen propriè signauit, cum ea quæ ẽt nos scandalizant erui, abscindiq; præcepit: per quod certè ira, qua in eiusmodi fœminas uti debemus, ostenditur. Et idcirco subiunxit: *Si oculus tuus dexter scãdalizat te, erue eum, & proyce abs te.* Ne enim diceres, qd igitur si propinqua sit, si aliqua mihi necessitudine copulata? propterea ista mandauit, cũ utiq; non de membrorum disturbanda compage differat: absit hoc enim, nullum quippe esse crimen carnis enunciat, sed ubiq; malum arguit uoluntatis. Non.n.oculi, sed per oculos animus intuetur. Deniq; nobis interdum ad alia mente cõuersis, oculi ante se posita non cernũt: non igitur totũ ad illorum spectat effectum. Quòd si de membris ista loqueretur, nequaquam uel de uno, uel de dextro id oculo, sed indiffe-

B renter de utroq;. Qui enim dextro scãdalizatur oculo, haud dubium quin ipsum patiatur ẽt de sinistro. Quam igitur ob causam & oculum dextræ partis? ut scilicet disceres, nõ de membris esse sermonẽ, sed de his potius qui nobis familiaritate iungũtur. Et si igitur tantũ aliquem diligas, ut eo oculi utaris uice: aut ita tibi quempiã esse utilem putes, ut eũ dextræ manus ducas loco, & hi tamen animæ tuæ fortasis incommodent: ẽt istos à te, inquit, abscinde. Et diligentius uim ipsam sermonis examina. Non.n.dixit, a talium societate discede: sed maximã separationẽ indicens, erue inquit, ac proijce. Deinde quia satis se uera præceperat, lucrum ex utroq; ipsius seueritatis ostendit, eandẽ similitudinẽ, tam in bonorum, q̃ ẽt in malorum parte seruãdo. *Expedit enim tibi,* inquit, *ut pereat unum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam.* Cũ enim nec seipsam certè saluet q̃ tibi fuerit adiuncta, & te perditionis suæ sociũ faciat: q̃ tandem illa humanitas sit, utrunq; demergi, cum liceat uel unũ separatione seruare? Cur

Rom.9.a enim Paulus optabat anathema fieri? Non utiq; ut nihil inde lucri caperet, sed ut alios acquireret in salutem. Hoc uerò idipsum ẽt de causa reprobi fratris intellige, utiq; noxius est: & idcirco nõ ait tantummodo, erue: sed, proijce, inquit, abs te: ut eum nũquam

C recipias ulterius, si qualis fuerat perseuerat. Hoc.n. modo & illum maiori crimine liberabis, & te à perditione saluabis. Vt aũt manifestius cõmodũ istius legis aspicias, si placet etiã in corpore iuxta causam id quod dictum est, requiramus. Si enim daretur electio, unumq; esset necessarium de duobus, uidelicet aut cum ambobus oculis in foueam ruere, atq; ibidem deperire, aut etiam absq; uno oculo reliquum saluare corpus: putásne è duobus suscipere nõ malles secundum? At istud omnibus absq; ambiguitate perspicuum est: non enim hoc esset odientis oculũ, sed corpus reliquũ diligentis. Hoc etiam in uiris cõsideretur & fœminis. Si qua enim tibi noceat amãdo, incurabilisq; permaneat: & te oĩ peste, dum sic abscinditur, liberabit, & ipsa à maioribus est erepta peccatis, nõ iam ultrà cum suis malis ẽt crimen tuę perditionis admiscens. Vidisti quãta lenitate Christi lex plena sit, & q̃ à pluribus nimiæ seueritatis putatur, quantum apud homines pietatis ostendat? Audiant ista q sæpius ad theatrum festinãt, secq; ibi penè quotidie adulterij obscœnitate cõmaculant. Si enim etiã familiaritate deuinctum, sed scandalizantem tamen abscindi atq; abijci lex iubet: qua tandem poterunt

D satisfactione defendi, q nunq; sibi cognitos, per artẽ spectaculis deditam illuc quotidie trahunt, ac mille illis occasiones perditionis ministrant? Neq; enim solum impudicè non cõcedit aspicere: sed postea q̃ noxam de societate patefecit, progrediens ẽt præceptũ ipsum legis extẽdit, iubẽs scilicet uel eruere nos eiusmodi, uel abscindere, longeq; proijcere. Et hoc qui innumera de seruanda charitate mandauerat, ut & ex utra illius curam ac prouidentiã discerес, & quẽadmodum ubiq; nostram utilitatem requirat. *Dictum est autem, Quicũque dimiserit uxorem suam, det illi libellum repudij: ego autem dico uobis, Quicunque dimiserit uxorem suam, excepta causa fornicationis, facit eã mœchari: & qui dimissam duxerit, adulterat.* Nequaquam ad ea quæ sunt ulteriora progreditur, nisi bene priora mandauerit. Ecce enim nobis ẽt speciem adulterij demonstrat. Quæ uerò ista est? Erat hoc ueteri in lege mandatũ, ut qui propriam, quacunq; de causa, odisset uxorem, non eam prohiberetur ejicere, inq; illius locum alteram ducere: quod certè non passim fieri lex iusserat: sed ut quicunq; dimitteret, librũ repudij coniugi daret, ne ius haberet ad illam iterũ re- E uertendi: sed nihilominus hæc nuptiarum saltem figura remaneret. Nisi enim præcepisset istud, & sine repudij libro hanc quidem expellere, aliam uerò ei licеret accipere, deinde reducere priorẽ, plurima fuisset secutura confusio: omnibus uidelicet maritis alternis uicibus eiectas sæpe, receptasq; ducẽtibus, essetq; adulterium omnino manifestum: pp quod nõ ob paruam consolationem, repudij librum reperit. Quod quidem factum est propter aliam quoq; molestiam, multo q maiorem. Si enim retineri etiã exosam præcepisset uxorem, facilè profectò illam quioderat occidisset: talis quippe erat natio Iudęorum. Qui enim ne filijs quidẽ proprijs parcere, & prophetas solebant frequenter occidere: ut aquã, ita humanum effundentes cruorem: multo illi minus odiosis coniugibus pepercissent. Propterea igitur concesit minus, ut quod lõgè erat maius, incideret: quòd.n. hæc lex nõ primum statim lata sit, audi quid dicat: Moses, inquit, propter duritiam uestrã hæc scripsit: ne clã mactaretis, sed ejceretis. Quia uerò ipse oẽm sustulit iram, non solum certè homicidium, sed etiã irrationabilem indignationem uetãdo, istius quoq; F præcepti intulit mentionẽ. Idcirco etiam priorũ sem per uerborum memor est, ut ostendat non se dicere illis aduersa, sed consona. Cumulat nanq; illa, nõ destruit: & extollit præcepta aliqua, non soluit: cõsidera uerò illum semper uiro loquentem. *Qui enim dimiserit,* inquit, *uxorem suam, facit eam mœchari: & qui dimissam duxerit, adulterat.* Ille quidem si alteram duxerit, tunc se constituit criminis reum, qui adulterã fecit ex coniuge: hic uerò accipiendo alienam adulter effectus est. Nequaquã.n.mihi referas, quia illã alter eiecit. Nam expulsã quoq; uxor, esse eius qui eã expulit perseuerat. Deinde ne totũ in ejicientẽ referens, magis superbam faceret uxorem, post hæc etiam suscipientis ei ianuam claudit dicendo: qui aũt dimissam duxerit, adulterat. Per quod certè mulierẽ facit nolentem pudicam, ad oẽs illi aditum claudens, neque permittens ut aliqua uiro impatientiæ occasio ministretur. Cũ.n.didicerit mulier, quòd omnimodo necesse sit aut eũ habere quẽ ab initio sortita sit, aut illius semel eiectã domo nullũ se iam aliud inuẽturam esse suffugium, ẽt nolẽs coniugẽ suum amare

G cogetur. Si uerò nihil ipsi de hoc propriè loquitur, minimè mireris: est enim muliebris sexus infirmior, propterea illam relinquens, dum deterret uirũ, uitiũ quoq; uxoris emendat: ut si aliquis lasciuum habẽs filium, illum quidem relinquat: eos uerò corripiat p quos ille talis efficitur, eosq; ab illius comitatu discedere, nec ei prorsus adpropriare præcipiat. Quòd si hoc uidetur onerosius, priorũ recordare dictorum, quibus beatificat audientes, & ualde istud possibile esse uidebis ac facile. Mansuetus quippe, atq; ẽt pacificus, & humilis ac misericors, quemadmodũ eijciet uxorẽ? Qui alios quoq; in pace reducit, quo pacto ipse discordabit à coniuge? Neq; uerò hoc solũ, sed alio ẽt modo leuem hanc legem facit, ac facilem. Siquidem reliquit uiro unũ expulsionis modũ dicendo, excepta causa fornicationis: alioquin in eandem rursus turpitudinẽ cuncta remearẽt. Si enim iuberet etiã pluribus mixtam, retineri tamen à uiro cõiugẽ, rursus in adulterij licentiam negociũ omne cõuerteret: cernis nempe quemadmodũ præcedentibus ista cõueniant. Qui.n.non uidet alienam cuniugẽ ocu-

H lis impudicis, nequaquam utiq; fornicatur: nec præbebit occasionem uiro quòd propriam eijciat uxorem. Propterea igitur libertati iungit timorẽ, atque progrediens magnũ uiro periculũ sibi eijciat opponit: ipsum quippe de uxoris adulterio facit reum. Ne.n. cũ audisset, eijce oculũ, putaret istud de uxore mandari: opportunissimè correctionẽ huiꝰ ambiguitatis induxit, dum uno tãtũ, nec ullo prorsus modo cõiugem permisit expelli. *Iterum audistis, quia dictum est antiquis, non periurabis: reddes aũt domino iuramẽta tua, Ego autem dico uobis, non iurare domino.* Quanã quæsoExo.20. b ratione nõ continuò uenit ad furtũ, sed ad periurium, illudq; mandatũ omnino præterijt? Quia uidelicet, Deut.5.b qui nõ furatur, ne iurare quidẽ cogitur: qui uerò neque iurare, neq; mentiri solet, multo magis furtũ facere uitabit. Itaq; per istud ẽt illud destruit profectò peccatum: nã præcipuè mendacij causa de furto est. Quid uerò est, reddes aũt domino iuramenta tua? hoc est, iurans uerũ loqueris. *Ego aũt dico uobis, non iurare omnino.* Deinde auditores suos ad ulteriora perducens: *neque per terram*, inquit, *iurare: neque per cœlũ, quia thronus dei est: neque per Hierosolymam, quia ciuitas*

I *dei est magni regis*. utens. s. sermonibus prophetarũ, & ostendens nequaquã se ueteribus esse cõtrarium, habentibus consuetudinẽ per ista iurãdi. Nam & erga Euangelij finem morẽ istum fuisse declarat? Tu uerò considera unde dominus extollat elemẽta: nõ utiq; ob naturam illis datam, sed ob ipsius ad elemẽta rationẽ, ex ordine & subiectione dictam: quia.n. magna idololatriæ tyrannis erat, nec ex sese honorãda elementa uiderentur, hãc subiunxit causam quã diximus, ad maiestatem dei statim reuersus. Non.n. dixit, quia pulchrum est magnũq; cœlum, nec quia utilis terra: sed quia illud quidẽ thronus dei est, hæc aũt scabellum, per quę omnia ad dei illos compellit timorem. *Neque per caput tuum*, inquit, *iuraueris, quia non potes unum capillum album facere, aut nigrum* rursus nõ hois caput, uelut rem magnam admirans, per caput iurare uetauit. Nam & ipse adoratus est, sed gloriã ad deum referens, & ostẽdens quia nec tui profectò sis dominus: ergo nec ullius prorsus qd per caput exigitur iuramẽti. Si.n. filiũ alteri nemo dat proprium, multo magis deus opus suũ ipse non prodit. Nã & tuũ caput est, sed alterius profectò creatura: tamq; longè abest, ut capitis tui ipse sis dominus, ut K ne minimũ quidem quod in eo est, possis conficere. Neq; enim dixit, non potes producere capillum, sed nec ipsam coloris eius conuertere qualitatem. Quid igitur, si aliquis exigat iuramentũ, & necessitatẽ iurationis ponat? Sit tibi timor dei omni necessitate uiolentior. Si enim uelis hmõi occasiones semper obijcere, nihil de his q̃ sunt imperata custodies. Nam & de uxore dicturus es: Quid si litigiosa? quid si fuerit sumptuosa? Et de oculo dextro: Quid si eum diligo, & amore eius inflammor? Et de impudico aspectu: quid si nõ aspicere non possum? Et de cõuicio in fratrem prohibito, quid si inconsiderantior fuero, linguamq; frenare nõ potero? Et ita prorsus omnia q̃ sunt præcepta calcabis. Et certè in legibus, quas homines cõdiderunt, nihil ausus es tale proferre, ac dicere: Quid si istud uel istud? sed uolẽs prorsus ac nolens susc̃ipis cũcta q̃ scripta sunt. Quòd si legẽ uolueris custodire Christi, necessitatẽ quidẽ nullam, q̃ te ab obseruatione eius impediat, aliquando patieris. Qui enim superius dictas beatitudines audiuit, & talem se præbuit, qualẽ præcipit Christus, nullã prorsus necessitatem per aliquẽ sustinebit, cum certè sit L apud oẽs uenerãdus & admirabilis, atq; reuerẽdus. *Sit autem sermo uester, est est, non non: suprà quicquid est, ex malo proficiscitur.* Quid igitur suprà, est est, nõ nõ, esse dicemus? haud dubiè iuramentũ, non periuriũ, hoc siquidẽ omnino manifestũ est, & quòd à malo est, doceri nullus indigeat, & nõ tam superfluum, q̃ omnino cõtrariũ. Superfluum uerò est, quod superuacuè atq; abundanter adiectum est: quod certè ut ostendamus, iuramẽtũ est. Quid igitur à malo hoc esse dicetur? & si ex malo erat, qũo iubebatur ĩ lege? Id igitur ẽt ipsum de uxore dicturus es. Quemadmodum nunc esse adulteriũ iudicatur, quod fuerat aliquando cõcessum? quid igitur ad ista dicemus? Nisi quia pleraq; q̃ tunc dicta sunt accipientium legẽ infirmitas exigebat. Nam & nidore uictimarũ coli, satis indignum deo est, sicut ẽt philosopho balbutire non congruit: adulteriũ ergo nunc dicitur tale repudium, & ex malitia profectũ iuramẽtũ. Ad perfectũ sui uenerunt incrementa uirtutũ. Si uerò hæc ab initio diaboli lex fuisset, nunq̃ in tantum utiq; profeciM set. Nisi.n. illa præissent, nõ tam facilè ista fuissent secuta. Noli igitur eorũ uim desiderare dictorũ, quorum iam usũ nihil penitus indigemus: tunc.n. profectò ualuerunt, cũ tempus petebat, imo si uis ẽt nũc. Nam modo quoq; eorum uirtus ostenditur, hoc ipso quoq; quo maximè accusatur à nobis. Talia quippe nunc apparere illa, ipsorum est grande præconiũ. Nisi enim nos bene atq; utiliter enutrissent, & ad susceptionẽ profectò maiorum opportunos esse fecissent, nequaquã modo esse nobis uiderentur exigua. Sicut.n. mamilla nutricis, cum omne suum impleuerit officium, & puerũ ad mensuram firmioris ætatis adduxerit, inutilis iam uidetur: & parentes qui prius necessariam esse filio eius iudicabãt mamillam, mille illam postea irrisionibus prosequuntur. Plericq; autem eam non solũ uerbis horribilem faciunt, sed ẽt amaris quibusdam herbarũ succis obliniũt, ut cum sermone nequiuerint importunũ iam circa illam de siderium pueri compescere, ipsis saltem illud rebus extinguant. Sic etiam Christus à malo illam esse dixit: non ut ostenderet à diabolo ueterem esse legẽ, sed ut etiam uehementius ab antiqua eos uilitate

A reuocaret: & Iudæis quidẽ ista dicebat, utpote insensatis, & in eadẽ impietate durantibus: uelut quadam amaritudine, ita captiuitatis timore eorũ circũliniẽs ciuitatẽ, eãq; quasi inuiam solitudinem faciẽs. Quia uerò ne hoc quidẽ illos ab ea poterat arcere, sed rursus illã uidere cupiebant, sicut ad mamillam pueri recurrentes, perfectè illã occuluit destruendo, & plurimos eorũ in longingua dispersit: sicut plericq; abductos à matribus uitulos includũt, ut eis tẽpore ipso persuadeant à solito nutrimẽto lactis arceri. Si uerò diaboli esset testamentũ uetus, nequaquam coli simulacra uetuisset, ex aduerso autẽ eiusmodi cultũ ẽt præcepisset: hoc.n. diabolus fieri uolebat. Nũc uerò è cõtrario legẽ ipsam uidemus egisse, ob idq; ipsum iurandi ratio quondã est lege permissa, ne homines aut simulacra colerẽt, aut per simulacra iurarẽt. Iura-
Hie.4.a te, inquit, per deũ uerum. Non igitur paruũ aliquid hominibus bonũ, sed omnino magnum lex ipsa cõtulit, si ad solidũ eos cibũ studuit adducere. Quid igitur mali, inquit, habẽt iurare? & plurimũ sine dubio
B mali: sed nunc tamẽ post tanta. s. augmenta uirtutis tunc uerò nequaq̃. Et quonã modo, in quis, fieri potest aliqd nunc quidẽ bonũ, nũc uerò nõ bonũ? Ego uerò econtrario assero. Quonã enim modo nõ est & bonum aliquid, idẽq; non bonũ: cùm id esse clamet quicqd ĩ rebus est, & educationes uidelicet, & artes, & fructꝰ, & cætera oĩa? Primum itaq; in nostra istud perpende natura. Portari.n. in humeris hominũ, in prima ætate bonũ est, postea miserrimũ: præmansis uti cibis, inter principia uitæ bonũ est, postea uerò abominationis horrorisq; plenissimũ. Lacte nutriri, atq; ad mamillarũ alimenta confugere, in initio qdẽ utile ac salutare est: postea uerò pernicios̃um prorsus, ac noxiũ. Vides quẽadmodũ eędẽ ipsę res secũdum tẽpora nunc bonę, nũc uerò cõtrarij esse generis appareant. Nam & uestẽ non indui paruulo qdẽ honestũ est, uiro autem pudendum. Visne etiã è diuerso discere, quemadmodũ puero apta nõ sint ea quæ uiro sunt? Da puero uestẽ uirilẽ, & plurimus oĩno risus sequitur, maiusq; erit incedentis periculũ, & sępe huc illucq; nutantis. Da illi negocia curare ciuiC lia, & uel mercari, uel serere, ac metere, & erit rursus grãde ridiculũ. Et qd ego ista cõmemoro, quãdo homicidiũ quoq; ipsum, quod à diabolo inuentũ esse
Nume.25 manifestum est, opportunè aliquando factũ, eũ qui
Psal.105 e. id operatus est, Phinees. s. maximè fecit sacerdotij
Ioan.8.f honore decorari? Quòd autẽ homicidiũ diaboli opus sit, audi in euãgelio docentẽ Christũ: Vos opus
Gene.22 b. patris uestri uultis facere: illẽ homicida erat à principio & ab initio. Sed tamẽ occidit Phinees hominẽ,
Acto.5. a b & reputatũ est ei ad iustitiam. Abrahã uerò non homicida solũ, uerumetiã parricida, quod certè est gratus geminũ fecit homicidium, fuit tamen opus spirituale quod factũ est. Nõ sola igitur respiciamus operis ferentiã: & quãtacũq; alia ipsis operibus acciderint, diligentissimè requiramus: nõ.n. possumus ad uerignũ cõsequi uolumus, supra uetera facere præcepta, quasi utiq; aliter illud nequeamus accipere. Nã si ad mensuram tantũmodo ueterũ peruenimus, ĩuenie mur extra illius domicilij stare uestibulum. *Nisi enim abundauerit*, inquit, *iustitia uestra plusquam scribarũ & Phariseorũ, nõ intrabitis in regnũ cœlorũ.* Cũq; nobis cõ minatio sit tanta proposita: sunt tamen aliq, qui nõ D modo non supergrediantur illã iustitiam', sed longè post illã relinquuntur etiam. Non solum enim iurare non fugiũt, uerumetiã peierare non metuunt: Non modo impudicũ aspectum minimè deuitant, uerũ etiam in turpissimam illã incidunt actionẽ: omniaq; alia quæ uetantur, audent absq; cũctatione cõmittere, unum hoc expectantes, illũ diem profectò pœnarũ, & quando pro delictis suis supplicia extrema persoluãtur: quod est eorũ certè propriũ qui uitã istam in uitijs terminarunt: illos.n. prorsus desperare iam conuenit, nihilq; in reliquũ expectare nisi pœnam. Qui uerò ĩ ista adhuc luce uersantur: & pugnare possunt & uincere, atq; ad coronã facilè peruenire. Noli ergo ô homo in ociũ reclinari, nec dissoluas bonã animi uoluntatẽ: neque enim quę operãtur onerosa sunt. Qui tandẽ (quæso te) labor est, fugere iuramentũ? Nunqd pecuniarũ opus est impensa? Nunquid ærumnis ac sudore perficitur: tantũmodo uelle sufficit, & totũ quod iubetur impletũ est. Quòd si mihi
E consuetudinem tuã opponis ut legem, per hanc ipsam te admoneo, quã sit facilis ista correctio. Si.n. Hiere.2.c in aliã consuetudinẽ ex alia te cõuerteris, hoc quod tibi difficile uidetur, effeceris. Considera igitur quẽadmodum gentiliũ aliqui quarundam syllabarũ nõ bene exprimentes sonũ, offendentẽ sæpe linguam longa meditatione limauerint: qui humerũ quoque indecenter mouentes, gladio continuè oppositò cõsuetudinẽ timore uicerũt. Qui enim scripturis sacris non acquiescitis, secularium uos admonere cogor exẽplis: quod etiã deus propter Iudæos fecit. Abite, inquit, in insulas Cethim, & in Cedar mittite, & cõsiderate si mutauit gẽs deos suos: & certè ipsi nõ sunt dij. Ad irrationalia quoque animalia homines sæpe trãsmittit, ac dicit: Vade ad formicã ô piger, & æmu- Prouer.6 lare uias eius: & uade ad apẽ, & disce quã operatrix a et.30.d sit. Tale igitur aliqd & ego nunc uobis loquor: saltẽ philosophos considerate gentiliũ, & tunc profectò discetis quanto simus digni supplicio, q diuinę legis præcepta contẽnimus: quandoquidẽ inueniuntur illi propter humanã hãc honestatem innumera feciF sse: nos uerò nec propter cœlorum quidẽ regnũ tale studiũ commodamus. Quòd si etiam post ista dixeris magnã uim esse consuetudinis, & quæ nos possit inuitos etiã crebrò fallere: & ipse consentio. Sed cum hoc nihilominus etiã illud adiungo: quia sicut ad uitandum consuetudo est uiolẽta, ita fit potẽs ad corrigendũ. Si enim multos tibi uolueris domi præficere, custodes & seruos. s. & amicos, compulsus atq; exactus à cũctis, à uitiosa illa consuetudine facilè discedes. Et si quadraginta saltẽ diebus hac te meditatione firmaueris, nequaquã ad similem laborem alterius ultrà tẽporis indigebis: sed tutissimè repositũ in te manebit quod studẽdo quæsiueris: & qdẽ multa optimę istius consuetudinis firmitate fundatum. Cũ igitur istud corrigere tentaueris, & si semel, & si iterũ legem consuetudine fueris fallente transgressus: sed & si tertiò, & si uicies, ne tũc quidẽ omnino desperes, sed rursum resurge, atque idipsum studium solicitus apprehẽde, & absq; ulla prorsus ambiguitate superabis. Non enim leue quippiã malũ putes esse periurium. Nã si iurare à malo est, iã peierare ipsum quantũ opinaris esse supplicium? Nẽpe omnia dicta laudastis: sed nequaquã ego plausum requiro, nec fauentium sonos, & uocũ tumultus. Vnum. est oĩno

G quod cupio, ut omni cum disciplina.ſ.& quiete audiatis q̃ dicimus, eademq; faciatis: hic est mihi maximus plausus, ista pgrata præconia: sin uerò dicta laudes, nec studeas facere quæ laudas, & tibi magis acquiritur sine ambiguitate suppliciũ, & mihi cõfusio, ac manifesta prorsus irrisio. Neq; enim theatrũ est iste conuẽtus, nec ad spectandũ hic tragœdum sedetis, ut tãtũmodo uerba laudetis. Magisteriũ hìc est absque dubio spiritale, propter quod illud unũ studẽdũ est, ut quę dicũtur opere compleatis, & obedientia teste monstretis: tunc enim acceptissima oĩa confitebor, quæ nunc etiã desperare compellor. Nã cùm & priuatim plurimos uestrũ admonere nõ cessem, & rursus uobis in cõmune differere, nihil tamen cerno plus fieri, sed prima uos adhuc elemẽta meditari: quod certè maximã potest docenti inferre desidiã. Vide igitur & Paulũ propterea erubescentẽ, quia auditores eius plurimũ immorabantur prioribus disci-
Heb.5.c plinis. Nã cũ deberetis, inquit, magistri esse propter tẽpus, rursus indigetis ut uos doceã, quę sunt elemẽta exordij sermonis dei. Propterea nos quoque la-
H mẽtamur, & plangimus: & si uiderimus uos in eisdẽ manentes, etiã interdicemus oĩno uobis sacri istius ingressionẽ uestibuli, & cœlestis participationẽ mysterij, sicut ẽt fornicatoribus, & adulteris, & his qui de homicidijs arguuntur. Melius nãque est cũ duobus ac tribus, diuinę legis p̃cepta seruãtibus orationes deo offerre solitas: quã iniquè agentiũ, cęterosq; perdentium multitudinẽ congregare. Nullus aduersum me hoc loco potẽs, nullus diues insletur, nec superbũ attrahat superciliũ: cuncta.n.apud me ista uel fabula uidentur, uel umbra, uel somniũ. Nemo quippe mihi ex his qui locupletes habẽtur, ibi cũ accusatus fuero, patrocinabitur, cũ mihi pro crimine fuerit, dei à me lex non cũ omni uehemẽtia, cõstãtiaq;
1. Reg.2. & 4. defensa. Hoc enim, hoc inquã, etiam illum quondã admirabilẽ perdidit sacerdotem: cuius cũ uita esset irreprehensibilis, tamẽ quia filios calcantes dei legẽ non cũ seueritate corripuit, cũ illis etiam iure punitus est. Si uerò cui certè necessitudinis uinculũ, tyrãnisq; repugnabat tanta naturę, cũ nõ esset seueritate debita i liberos usus, seueriſsimã exactus est ultionẽ:
I quã nos ueniam habere poterimus, qui cũ simus tyrannide illa liberi, oĩa tamen adulatione corrumpimus? Ne igitur uosq; ac nos unà perire faciatis, obedite (obsecrò) cõmonenti: & mille uobis cõstituẽtes redargutores & iudices, consuetudinẽ fugite iurãdi: ut cœpto itinere pergẽtes, post hãc aliã quoque perficiatis omni cũ facilitate uirtutem, & ita bonis potiamur futuris: quæ oẽs nos contingat adipisci, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Homilia. xviij. ex capite. v.

Vdistis quia dictũ est: Oculũ pro oculo, & dentẽ pro dẽte. Ego autẽ dico uobis, non resistere malo
a *sed siquis te percusserit in dextrã maxillam tuã, præbe ei & alterã. Et uolenti tecũ in iudicio cõtendere, & tunicã tuã tollere, dimitte ei & pallũ.* Vides nempe nõ eum de oculo dixisse, cũ nos scandalizantem oculũ iubet eijcere, sed eũ pro culdubio qui nobis per familiaritate noceret, nosq; in barathrum perditiõis impelleret. Qui enim ad tantũ hìc cacumen beneuolẽtiæ prouocauerat, ut nec eius qdẽ oculũ eijci sineret qui effodisset alterius: quo nã pacto aliquẽ propriũ sibi oculũ iuberet eruere? Si uero ueterem legem alquis accusat, quòd talẽ uidelicet exigi præceperit ultionem: ualde mihi uidetur huiusmodi ab illius cõsiderationẽ sapientiæ, quę latorẽ legis decet, deficere: & uim tẽporum, & utilitatem ignoscendi ignorare. Si enim satis diligenter inspexeris, qui nam illi legis fuerint auditores, & in qua cõuersatione degẽtes, & quando hæc p̃cepta susceperint: facilè intelliges, maximeq; miraberis legislatoris sapientiã: certissimè perspicies, quòd unus atq; idẽ sit, qui & illa tunc, & postea ista præceperit, & utrãque utilissimè scripserit, atque ad diuersum tẽpus aptissimè. Etenim si inter ipsa principia doctrinę, sublimia hęc atq; eminẽtia præcepta posuisset, neque ista, neque illa etiã forsitan recepissent: nũc uerò opportuno in tẽpore duo hęc diuersa disponens, totũ prorsus orbẽ ex utroque correxit. Aliter uerò p̃cepit istud, nõ ut mutuo nobis oculos eruamus, sed ut potius innocẽtes manus cõteneamus. Siquidẽ comminatione tali impetum frenauit iniuriæ, sicq; paulatim maximã philosophiam seminauit, dũ interim iubet læsum æquali supplicio iudicari: cùm certè maiori pœna ille dignus sit, a quo hęc iniquitas cœpit exordiũ. Hoc.n.ratio ęqualitatis
L efflagitat. Sed quia miserationẽ quoq; uoluit admiscere iustitiæ, eũ qui magis profectò deliquit, minori punit supplicio quã meretur, docens uidelicet, ut patientiæ uirtutẽ etiam per mẽbrorum damna seruemus. Cũ igitur de priore iã lege dixisset, omniaq; ferè eius p̃cepta numerasset, rursus ostẽdit nequaquã illũ esse fratrem, qui ea operatus est, sed malignũ: & idcirco intulit, *Ego autem dico uobis, non resistere malo.* Non dixit, non resistere fratri: sed ait, malo: ostẽdens quòd illo utique instigãte talia p̃petrẽtur. Per quod certè plurimũ de ira læsi erga eũ qui læsit relaxat, & imminuit indignationẽ dolentis, dum quasi in aliũ trãsfert causam doloris. Quid igitur, nõ oportet nos resistere malo? oportet quidẽ: sed non hoc tamẽ modo, uerũ eo quo ipse præcepit: ut scilicet ad patiẽdas nos iniurias p̃beamus: sic enim illũ profectò superabimus. Nec.n. aliquando ignis igne, sed aqua utiq; ignis extinguitur. Vt autẽ discas quòd etiã in ueteri lege patiẽdo quisque superaret, & tũc quoque hic est
M dignus corona: idipsum diligẽter expende, & uidebis multo istũ uirtutis honore conspicuum. Nã ille qui prior noxias manus intulit, ipse utrũque, & fratris uidelicet, & suũ effodit oculũ: propter quod iure omnibus odiosus est. At uerò læsus etiã cũ se talione ultus est, nihil tamẽ fecit immaniter: & idcirco iste plurimos inuenit cõdolẽtes, utpote mũdus ab hoc delicto, etiã cùm exegerit ultionẽ. Nam calamitas quidẽ in utroque existit æqualis, sed dispar est meritũ, & apud deum profectò, & apud homines: & ideo iã nec ipsa calamitas æqualis est. Sufficiẽter uerò dixerat, quoniã q iracunditur fratri suo sine causa: &, qui fatuũ uocat, reus erit gehẽnæ. Hic uerò ẽt maiorẽ exigit philosophiã, non modo quiescere percussum iubẽs, sed è contrario etiã honorare cædentem, aliãq; illi maxillã parare. Hoc autem dicit non ad hanc unam tantummodo iniuriã imperãns patiẽtiam, sed in omnibus quoque alijs ad istius nos exercitationẽ uirtutis erudiens. Sicut enim cũ dicit, qui fratrẽ suum fatuũ uocat, reus erit gehennæ: nõ de sola istud pronũciat illius sermonis iniuria, sed de omni profectò maledicto: ita hic quoque nõ ut tãtũmodo palmis cęsi fortiter feram' iubet, sed ut quodcũq; illud nobis fuerit illatũ, absq; tulla cõturbatione patiamur.

Propterea

A Propterea ibi extremam elegit iniuriam, & hic faciei uerberationẽ locauit: quod certè maximè exprobrabile, & præcipuè esse iniuriosum solet. Cũ aũt de illo qui percutitur, differat, pone ẽt pro percutiente præceptũ: quando enim ille qui pãtitur iniuriam, nihil se graue existimat sustinere. Siquidẽ ad philosophãdũ paratus, quodãmodo ne sensum quidẽ ipsum experitur iniuriæ. Certat.n.potius ille qui cæditur, tunc proculdubio percussor pudore suffunditur: nec iam ictũ infert scdm, etiãsi omni prorsus fera existat ima nior, immo plurimũ se ẽt de priore culpabit. Nihil.n. ita lædentes coẽrcet, ut patientia, modestiaq; lęsorũ: nec secuturũ modo coẽrcet impetum, sed de præcedente exigit pœnitentiã, cogitq; cædentẽ ut à percusso cũ modestiæ illius admiratione discedat. Quinimmo & familiares facit, nec solũ amicos de inimicis, sed sępe ẽt famulos. Sicut è cõtrario ultionis exactio utrunq; confundit, ac deteriorẽ facit, & iram ad maius inflammat incendiũ: ad mortẽ quoq; ipsam peruenit malum, in ulteriora progrediẽs. Propterea eũ qui palmis cæditur, non modo prohibuit irasci,
B sed ẽt percutientis iram exatiare præcepit, ut ne primam quidem iniuriam sustinuisse uideretur inuitus. Hoc.n.inquit, modo ẽt impudentissimum plaga certiore percuties, q̃ si eum ferires manu. Et non solum stiorem. *Et qui uult, inquit, tunicam tuam tollere, & iudicio contendere: dimitte ei & pallium.* Neq; enim tantũ modo in plagis, uerũetiã in pecunijs, rebusq; diuersis nos uult prẽstare patientiam, ẽt idcirco rursus similem uirtutis cumulũ posuit. Sicut.n.cæsum iubet patiendo superare, ita eum qui spoliatur, præcipit ẽt plura dimittere, q̃ raptor petebat: & tamen non simpliciter idipsum, sed cũ additamento posuit. Neq;.n. dixit, da obuio uestimentũ, sed ei qui uult tecum iudicio contendere: id est, si te ad iudiciũ propter tunicam trahat, ac negocĩũ tibi exhibeat. Quemadmo-
C dum aũt primò quidem fatuum fratrẽ uocare, ac sine causa te prohibuit irasci: progrediẽs uero plus aliquid exegit, quando quidẽ iusserit ẽt dexteram te maxillam parare: ita hic quoq; cum dixisset, esto cõsentiens aduersario tuo. rursus intendit imperiũ. Nõ solum enim illa quę auferre uult, dari præcepit, sed maiorem ẽt liberalitatem ostendere iubet. Quid igitur nudum circumire me iubes? Nunq̃ essemus omnino nudi, si his præceptis diligenter & per omnia obtemperaremus: sed cunctis profectò omnibus bonis cultu abũdantiori circũdati: primo quidẽ, quòd nemo quisquam sic animo cõparatus non obtemperauisset: deinde ẽt si esset aliquis tam ferox tamq; imitis, ut eousq; immanitate procederet: multo tamen plures reperirentur qui ita philosophantẽ, non uestibus solũ, sed (si fieri posset) ipsis quoq; corporibus tegere certarent. Quòd si necesse esset ob philosophiam nudũ rursus incedere, nec sic quidẽ esset pudẽdum.
Gen.2.d. & 3.b Quia & Adam nudus erat in paradiso, nec erubescebat tamẽ. Et Esaias nudus & discalciatus, sed omni-
Esa.20.a bus Iudæis longè honestior incedebat, & clarior. Et
Gen.39.c Ioseph quãdo nudatus est, tũc magis nituit. Non.n. hoc modo nudari malum est: sed ita, ut uos indui. ſ. preciosis uestibus: ho cuerò turpe, hoc oĩno ridiculũ est: propterea illos qdẽ laudauit deus, hos uero & per prophetas, & per apostolos sępe culpauit. Ne igitur ipossibilia putemus esse p̃cepta, q̃ certè & utilia nobis sunt, & ualde facilia, si tota utiq; mente uigile

mus: tantumq; in se lucri cõtinent, ut nõ solũ nobis, D
sed ipsis quoq; lędentib⁹ maximè prosint. Et hoc est in his eximiũ, quòd hoc ipso quo nos iubent patienter iniurias sustinere, eos quoq; qui faciũt docẽt philosophari. Cũ.n.ille quidẽ rapere aliena festinat, tu uero ei ostendas quoniã id tibi dare leue sit, ac minimè molestũ, illius quoq; pauperiem copia tuę liberalitatis exatias. Perpende quãta doctrinę ubertate potiatur, qui ad malitiæ cõtemptũ studiũq; uirtutis, nõ iam utiq; sermonibus, sed factis animatur. Nõ.n.nobis ipsis tantũmodo utiles nos esse uult deus, uerũetiã cæteris oĩbus. Si igitur dederis, & forense certamẽ effugeris, tuũ tantũmodo commodũ requisisti: si uero aliud addideris, illũ quoq; meliorẽ per te factum remittes. Tale est quippe sal, quod certè dominus uult esse discipulos, qđ utiq; & seipsum seruat, & ea quibus conseruandis fuerit admotũ: talis est oculus, nã & sibi lucet & cęteris mẽbris. Quia igitur huius te uoluit uicẽ tenere, sedentẽ i tenebris illumina: docens ne illud quidẽ quod prius concupiuerat, rapuisse uioleter: persuade illi, quia te oĩno nihil lęserit.
Hoc.n.modo eris apud eũ ipse reuerendus, si.ſ.do- E
nasse te, nõ amisisse monstraueris. Modestiæ igitur uirtute pollens, fac de cupiditate illius liberalitatem tuã. Si uero satis esse hoc magnũ putas, paulisper expecta, & liquidò cognosces nondũ te ad perfectionẽ uenisse mãdati. Neq;.n.qui patientię leges posuit, hic stetisse cõtentus est: sed procedit, ac dicit: *Siquis te coegerit mille passus, uade cum illo alia duo.* Vides nẽpe cumulũ sapientię, post concessam tunicã, palliũq; dimissum, etiamsi nudo, inquit, corpore tuo ad iniurias, ac labores uti inimicus uelit, ne sic quidẽ illum oportet uetari. Vult.n.omnia nos possidere cõiter, & pecunias uidelicet, & corpora: non cũ indigentib⁹ solũ, uerũetiam cũ iniuriam facientibus. Vnũ.n.misericordiæ est, alterũ uero patientiæ: & idcirco dixit, Si qs te angariauerit mille passus, uade cũ eo alia duo: ad priorẽ utiq; adducẽs te uirtutẽ, eandẽq; liberalitatem seruare præcipiens. Nam si ea q̃ inter initia præcepit, cũ multo certè sint minora, tantas tamẽ beatitudines habent: perpende q̃ nam illos expectat sors. qui ista perfecerint, quales ẽt efficiantur ante illam gloriam præmiorũ, qui in humano, & eo quidem
F passionibus obnoxio corpore, uelut saxa rigidi immobilesq; durarũt. Quando.n.neq; iniurijs, neq; plagis, neq; rerũ direptione mordentur, neq; alij cuiquã molestiæ cedũt. uerũ è contrario & ad tolerandum fortiores fiũt, & ad dandũ paratiores, cõsidera quãta illorũ animus cumuletur uirtute in passionib⁹ certè ipsis. Propterea qđ in plagis, quodq; in pecunijs iubet, idipsum quoq; fieri p̃cepit & in laborib⁹. Quid, inquit, iniurias ac pecunias loquor? Etiã si ipso corpore tuo ad laborẽ atq; dolorẽ uti quis uelit, & hoc inique tamẽ, rursus exupera, & illius iniustitiã uirtute transcẽde. Adigere uero est, iniquè aliquẽ trahere, & absq; ulla oĩno rõne, opprimendo. ſ. atq; lędẽdo: sed tamen ad hoc quoq; ita esse debes paratus, ut amplius pati uelis q̃ ille optat inferre. *Petenti te da, & uolentẽ à te mutuari, ne auerseris.* Hæc superius dictis minora sunt, sed nihil oĩno mireris. Hoc.n.sępe ferè facere consueuit, ut maiorib⁹ minora permiscеat. Si uero hęc illorũ cõparatione inueniũtur exigua, audiãt illi q aliena diripiunt, uel q propria meretricibus largiũtur, duplicẽ sibi accẽdẽtes ignẽ, & de iniquis certè fructib⁹, & de permitiosis sumptib⁹ puniẽdi. Hic uero

G mutuum nō usurarum illud fœnus appellat, sed simplex beneficium cōmodādi. Alibi uero idipsum manifestius explicauit illis, dicens esse tribuendū à quibus nihil nos recepturos putemus. *Audistis quia dictum est, Diliges proximum tuum, & odies inimicum tuū: ego autē dico uobis, Diligite inimicos uestros, & orate pro calumniantibus & persequentibus uos: ut sitis filij patris uestri qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.* Perspice, obsecro, quemadmodū ultimā posuit coronam bonorū. Propterea quidē docet non modo cessum pal mis ferre patienter, aliamq; ēt maxillā parare: & aufe renti tunicam, ēt palliun concedere: sed & mille adi genti passus, per duo quoq; alia præbere comitatū: ut quod his maius erat, cum omni facilitate susciperes. Et quidnam, inquit, his maius est? Videlicet ista faciente nulli esse prorsus inimicū, imo quod potius est atq; perfectius, ēt illius à quo læditur amicū. Nō enim dixit, non oderitis: sed, diligite, inquit: nec ait, nolite nocere, sed, benefacite: quod si aliquis diligen ter examinet, horū quoq; ipsorū aliud, & multo his
H maius additamentū uidebit. Neq; n. ut cunq; inimicos amari docuit, sed pro inimicis ēt supplicari. Vidisti nempe quātis ad perfectionē gradibus ascēderit, & quēadmodū nos ad ipsum uirtutis cacumen eduxerit: à superioribus igitur ad inferiora numerando descende. Primus, ne prior iniuriā ordiare. Secūdus, ubi est iniuria cœpta, ne tu illā eodem pacto propelas: tertius, ne par pari referas, sed quiescas. Quartus, ut ēt præbeat seipsum ad iniuriā sustinēdā. Quintus, ut etiā ad maiora se præbeat, q̄ uult ille qui fecit. Sextus, nō odisse à quo ista perpetitur. Septimus, ēt diligere lædentē. Octauus, beneficijs quoq; eum libēter afficere. Nonus, ēt deum pro aduersario deprecari. Perspexisti celsitudinē philosophiæ, & idcirco tam claro est digna præmio, quia tam magno est subiecta præcepto: quodq; ingentē semper animā, & studium omo multū requirat: nam & præmiū illi tale proponit, quale priorū omnino nulli. Neq; n. terræ hic meminit, sicut in mitibus: nec cōsolationis ac miserationis, sicut in lugentibus atq; miserētibus. Neq; regnum cœlorū memorat, sicut in pauperibus spiritu, persecutionēq; patientibus, sed quod his erat longē sublimius, ut. s. fierent similes dei, prout tamē hominibus id esset possibile. Vt sitis, inquit, similes patris uestri, qui in cœlis est. Tu uero diligenter nota quemadmodū neq; hic, neq; in superioribus patrem suū uocet. Nam ibi quidē, ubi de iuramētis agit, deū appellat, magnumq; regē: hic uero eorū patrem uocauit: id aūt facit, ut sermonem de hoc opportunius in tēpus reseruet. Deinde ipsam quoq; similitudinē proferens: Qui, inquit, solem suū oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Nā & ipse quoq; nō modo non odit (inquit) cōtemptores suos, uerūetiam beneficijs munerat. Et certē nequaquam est æquale peccatū, nō modo pp cumulū beneficij, uerumetiā pp eminentiam dignitatis. Tu. n. à conseruo pateris iniuriā, ille uero à seruo, & quidem mille beneficijs affecto. Et tu quidem uerba donas, pro illo uidelicet supplicando, deus uero res ipsas fatis magnas, fatisq; mirificas, quotidie solē reducens, & opportunas per totū annū pluuias subministrās. Sed tamen cōcedo ita esse te illi prorsus æqualē, ut
I hominē homini esse possibile est. Noli igitur odisse malū tibi hic aliquod inferētē, sed magis ama, quasi multorū tibi conciliatorē bonorū, teq; ad amplissimum honorē lædendo ducentē, alioquin & dolorē passus es, & futura mercede nudatus. Quod certē extremæ oino dementiæ est, ut aliqui cū maiora pepesi sint, nequaquā minora sustineant. Et quemad modum, inquies, fieri ista possibile est? Vidisti deum hominem fieri, & eousq; pro tua descēdentē salute, tantaq; pp te esse perpessum, & adhuc inquiris, & dubitas quemadmodū possibile sit iniurias donare cō seruis? Non audisti eū in patibulo dicentē: Pater dimitte eis, non. n. sciunt quid faciūt? Non audisti Paulum dicentē: Xps Iesus qui mortuus est, qui & resurrexit, qui & sedet ad dexterā dei, qui ēt interpellat pro nobis? Nō uides quia & post crucem, & post resurrectionē Iudæis interfectoribus suos apostolos misit, bona illis innumera portantes, sed ab eis mala in numera passuros? At tu plurimū oino læsus es? Verū quid tandē tale perpessus es, quale tuus, imo omniū dominus? uinctus loris, uerberatus flagellis, palmis ora temeratus, consputus à seruis, ad mortē usq; deductus, & mortem omnium turpissimā & infensissimā, & hoc postq; beneficia eis mille contulerat. Sin aūt omnino nimis læsus es, idcirco nihilominus beneficiū refer nocēti, ut & tibi facias maiorē coronā, & fratrē periculo grauissimi languoris absoluas. Nā & medici quādo iniurijs & calcibus cæduntur furentum, tūc illorū magis magisq; misetentur, tum maximē ad reddendā illis sanitatē parātur, scientes quòd excellentiam morbi significat ea iniuria. Et tu igitur de inimicis eandē teneto sniam, sicq; utere tibi iniuriari cupientibus. Illi nanq; sunt maximē ægroti, omnēq; uiolentiā sustinentes. Libera te igitur à pessima læsione, & tumescētē in te irā remitte. Libera te à sequissimo dæmone, propriæ. s. mentis furore. Nā & cū aliquos à dæmone actos uidemus, sæpe lachrymamur: nō aūt agimus ut ipsi quoq; eadem illa patiamur. Hoc igitur ēt in eorum quos diximus rōne seruemus: illorū enim sunt similes iracundi, imo illis lōgè miseriores, qui utiq; scienter insaniūt. Propter qđ & inueniabilis est eorū ista dementia. Noli igitur insultare iacenti, quinimo miserere. Etenim si uideam' aliquem horribiliter uexatum, & uertiginis suæ tenebris obtectū, quiq; ēt malignū illum humorē urgeatur euomere, porrigimus manum, & supportamus huc illucq; iactatū. Etsi uestimēta ille nostra polluat non auersamur, neq; abijcimus ægrotū: sed illud tantummodo unū requirimus, quemadmodū à tam grandi hac eū angustia liberemus. Hoc igitur ēt erga istos faciamus, ut & supportemus uomētes, & cōfoueamus ægros: nec eos uspiam relinquamus, priusq; totā prorsus amaritudinē ponant: & tūc tibi gratiā, qui talis fuerit, exoluet. Quando. n. eiusmodi æger à passione requieuerit, tunc liquido cognoscet, à quāta illū conturbatione sanaueris. & quid dico ab illo tibi gratiā referendā? Deus te ilico coronabit, & innumeris remunerabit bonis, quia fratrē tuum grauissima ægritudine liberasti: sed etiā ille te honorabit, ut dominū, modestiam tuā per cuncta miratus. Nōne uides parientes fœminas, quemadmodū assistentes sibi sæpe cōmoueant, & tamen ille minimē dolēt? imo dolent quidem, sed ipsum dolorem fortiter ferunt, ac dolētibus, & partus uexatione cōscisis, maximē condolent. Harum igitur ēt memineris, & noli esse fœminis mollior. Cum enim mulieres istę quippe pertulerint, si pepererint, huiusmodi mulieribus

Universidad de Navarra Biblioteca

Leui. 19. d
Mat. 5. d

K
L
M

A de impatientia fluxibilior nō es. tunc te uerū esse cognoscent. Sin autē uidentur grauia præcepta, cōsidera qa ideo aduenerit Christus, ut hæc in nostris mentibus fereret: & utilia nō amicis modò, uerumetiam inimicis efficeret. Propterea utrāq; habere ēt curam iubet, & fratrum uidelicet, quando dicit: Cum autē offers munus tuum ad altare, & inimicorū cum tibi eos diligere imperat, & orare pro ipsis deū. Et nō solum dei ad hoc hortatur exemplo, uerūetiam uilium personarū. Si. n. dilexeritis, inquit, diligentes uos, quā mercedem habebitis? nōne & publicani hoc faciūt?
Heb. 12 b Tale quid dicit & Paulus: Nōdū usq; ad sanguinem restitistis aduersus peccatū repugnātes. Si igitur hæc feceris, cum domino utiq; perstitisti, si uero neglexeris, in publicanorū parte numeraberis. Nempe considera, quemadmodū nō tanta sit præceptorū magnitudo, quanta differentia personarum. Nō modò igitur rem cogitemus ipsam, quòd sit uidelicet difficile præceptū, sed respiciamus & præmiū. & considere mus cuius efficiamur similes, implendo præcepta,
B quibus ēt comparemur peccata faciendo. Et fratri quidē reconciliari fratrē iubet, nec antè prorsus absistere, q̄ inimicitias extinguat. Quando uero de omnibus disputat, nō iam huic nos necessitati subijcit: sed ea tantū q̄ a nobis debētur efflagitat, hoc quoq; ipso efficiens facilia præcepta. Quia. n. dixerat, ita persecuti sunt & prophetas, qui fuerūt ante uos: ne pp hæc eos amarius haberent, iubet nō modò ut sustineant ista facientes, uerū etiam diligant. Perspicisne igitur quemadmodū radicitus prorsus euellat, & ira cundiā & cōcupiscentiam: tum illā quæ erga corpus est, tum istam q erga pecunias, uel erga gloriā, uitāq; præsentē? Hoc autem q̄q̄ & antè iam fecerit, multò tamen nunc amplius facit. Quando. n. pauper aliquis fuerit, ac mitis & lugens, irā prorsus excludit. Quando iustus & misericors, habendi cupiditatē repellit: sed & cū mundo corde quis fuerit, obscœna profectò cōcupiscentia liberatur. Qui uero persecutiones patitur, & tolerat iniurias, & æquanimiter diuersorū obtrectatione laceratur: præsentia ēt iam cuncta despicit, atq; ab omni fastu, ab omni gloriæ uanitate seiungitur. Cū igitur absoluisset his uinculis auditorem, atq; ad uaria eum certamina præparasset: aliter
C quoq;, & maiori omnibus diligētia hæc uitia rursus euellit. Cū. n. ab ira fuisset exorsus, & undiq; neruos istius passionis excidisset docendo, atq; dixisset: Et q rascitur fratri suo, & qui racha uocat, & qui fatuū, puniatur: & qui offert munus, ne ad altare accedat, priusquam inimicitiarum nodos exoluat: & q habet aduersarū, antequam ingrediatur ad iudiciū, ex inimico faciat amicum. Rursus ad concupiscentiam regreditur, & dicit: Qui uiderit oculis impudicis, sicut adulter puniatur. Qui scādalizatur à muliere turpi, uel ea q̄ iuncta est coniugio, uel à quolibet qui ei per usum familiaritatis incōmodat, omnia hæc penitus abscindat. Qui mulieri iunctus est lege cōnubij, nun quam eam expellat, & alteram ducat. Per hæc enim pudendæ cōcupiscentiæ radices prorsus euellit. Iam uero hinc pecuniarum amorem coërcens, præcipit nunq̄ omnino iurare, nunq̄ omnino mentiri: nec tu nicam, qua quis induitur, aliquando sibi uendicare, quinimmo ēt pallium indulgere rapienti, ipsam quā exigitur corporis sui operam spōte geminare. Quod certē plenissimum fecit desiderium, quo erga pecunias ardorē extingueret. Post horum igitur uariam

præceptorum coronā inducit cōsequenter, & dicit: D *Orate pro calumniantibus, & persequentibus uos.* per qđ scilicet auditorē ad supernum philosophiæ cacumē eduxit: sicut enim maius est cædi palmis, q̄ esse mitem: ut perfectius est rapienti tunicam ēt palliū suū cedere, q̄ esse misericordem: ut cōstantius est pro iustitia passum aliquid ferre patienter, q̄ ipsam exercere iustitiam: atq; ut grandius est uel ad operā cōprehensum, libenter sequi: uel maxillam alterā præbere ferienti, q̄ esse pacificum: ita celsius est persequentibus benedicere, q̄ ipsam persequentium molestiam sustinere. Vides certē ut paulatim auditores suos ad sastigia prorsus euehat ipsa cœlorū. Quonam igitur digni supplicio sumus, qui cum ad similitudinē dei uitam nostram informare iubeamur, forsitan ne gētilibus quidem inueniamur æquales? Si enim diligere diligentes te, publicanorū est atq; gentilium, quādo ne id quidem faciamus, cū iustis fratrū laudibus inuidemus, quæ non tormenta patiemur? Qui enim iubemur iustitia supraire Pharisæos, gētilibus quoq; inferiores iacemus. Quemadmodū igitur, respondeq̄so, uidebimus regnum futurum? Quemadmo- E dum sacrum illud merebimur adire uestibulum, qui nec publicanis quidē ipsis inuenimur meliores? Id. n. signauit dicendo, Nonne & publicani hoc faciunt? Quòd uero uel præcipuè doctrinā eius admirabilē facit, ubiq; cum multo ēt cumulo præmia ponit bonorum: ut est deum uidere, regnū accipere cœlorū, & in dei filios adoptari, & misericordiā consequi, & cōsolationē mereri, & mercedē recipere copiosam. Si ubi uero opus est ēt tristium mentione, strictius istud attingit & parcius. Nam gehennæ quidem nomē semel in tantis sermonibus posuit, & in alijs quibusdam simili breuitate perstrictis: sæpe aūt cohortatorio magis q̄ comminatorio sermone utens, corrigit auditorem dicendo, Nōne & publicani hoc faciūt? Et, si sal infatuatum fuerit: &, minimus uocabitur in regno cœlorū. Est uero ubi ēt ponit peccata pro pœnis, ut supplicij pōdus potius per semetipsum auditor intelligat: ut cū dicit, mœchatus est eā in corde suo, & facit eā mœchari: & quod abundantius est, à malo est. Intellectu quippe potientibus ad emendationē sine pœnæ nomine cōmemorata peccati sufficit magnitudo. Propter quod hic ēt publicanos, atq; gentiles producit in mediū, ut tales discipulis cōparando personas, ad uirtutē illos ēt pudore succendat. Quod ēt Paulus fecit dicendo: Sicut & cęteri qui spem nō habent: &, sicut gentes q̄ ignorāt deum. Ostendens quoniā nihil ab eis supra modū exigat, sed mediocre quiddā, & plurimis usitatum. Nōne & Ethnici, inquit, hoc faciunt? Sed non hic tamen sermonē terminat, quē certè opportunius finit in præmijs, spebusq; melioribus, dicēs: *Estote ergo perfecti, sicut & pater uester cœlestis perfectus est.* Sæpissimè cœlorū nomen ac ferè ubiq; disseminat, ab ipso etiā præmiorū loco eorū animos suscitando: adhuc enim infirmius quiddā, crassiusq; sapiebant. Omnia igitur q̄ dicta sunt iugiter mente uoluentes, plurimā etiā inimicis studeamus impendere charitatē, & ridiculam illā consuetudinē omnino pellamus: quā rationis inopes plurimiq; patiūtur, expectātes ut prius salutentur ab amicis: quiq; illud qđ plurimam certè beatitudinem cōtinet negligentes, hoc qđ est plenū irrisionis adamarūt. Cuius. n. rei gratia eū salutatione nō præuenis? qa hoc, inquit, expectat. Propterea

Mat. 9. g & Luc. 14. g
Mat. 5. e
Mat. 5. d
F
1. Thess. 4. c
Ibidē. b

Præueniendi fratres salutatione.

G ergo præcipuè ad hoc oportet accurrere, ut tu potius accipias humilitatis coronā. Nó, inquit, sed quia idipsum ille quæsiuit. Et quid hac satisfactione deterius? Quia, inquit, ille mihi factus est mercedis occasio, nolo hāc accipere mercedem. Si.n. ille te salutet prior, nihil tibi proficiet amplius, q̄ etiam salutāti, immo illi potius hoc proderit, qui te anticiparit officio. Si uero tu prius ad salutandū properes, lucrū de illius tumore cepisti, & largissimū quendā fructū de illius superbia et messuisti. Quemadmodū igitur nō extremæ omnino uerecundiæ est, ut qui nudis etiā uerbis tantū capere fructum possumus, eum tamen sponte perdamus: & super quo culpamus alterū, in idipsum nihilominus incidamus. Si.n. culpas, quoniā prius ab alio salutationis expectetur officiū: cur, obsecro, quod reprehēdis imitaris? Quodq̄ ipse malum esse coquereris, cur & hoc quasi bonum rursus exequeris? Vides certè q̄ nihil sit omnino uecordius homine inter uitia uiuente: pp quod, obsecro, fugiamus hunc tumorē malignū pariter atq̄ ridiculū. Mille quippe hic animorū morbus amicitias dissipauit,
H multasq̄ operatus est simultates, & idcirco hui⁹quo que hoies nos prꝛeueniamus officio. Qui enim & cædi palmis, & cogi, atq̄ nudari ab inimicis iubemur, & tamen ferre patienter: qua tandē digni uenia sumus, qui in salutatione nuda tam grande uitiū contentionis ostendimus? Despiciemur, inquis, & cōspu tabimur prorsus, cū ei hoc donauerimus. Et ne contemnaris homo, offendis deū? Ne cōtemnat te conseruū seruus, deū ipse cōtemnis, & eū certè qui tantis beneficijs te honorauit? Si.n. indignū est, ut te q eiusdem honoris es despiciat: quantò indignius est à te contemni deū, qui omniū est creator & dominus? Post hæc uero et illud expēde, quoniā quando te ille cōtempserit: tunc tibi maioris fiet mercedis occasio. Propter deū.n. nimis ista perpeteris, quia. f. legē eius audisti. Hoc.n. quo tandē digno honore pensandū est? quibus diadematibus cōferendū? Mihi uero magis prouenire inimicitias sustinere pp deum, atq̄ cōtemni, q̄ uel à cunctis regibus honorari. Nihil enim prorsus, nihil huic potest gloriæ cōparari. Hāc igitur
I insequamur, sicut ipse prꝛecepit, & oīno nihil esse omnia humana ducamus. Sed certam ostendentes philosophiam, uitā nostram in cunctis prorsus officijs ordinemus. Hinc enim merebimus frui & possessioe cœlorū, & gloria eorum q̄ ibi sunt præmiorū: quasi angeli quidā cum hominibus ambulantes, tanq̄ uirtutes cœlorū in terrarum regione degentes, ut extra oēm conturbationem positi, omnemq̄ mœrorem, etiam bona ineffabilia cōsequamur: quibus nos oēs cōtingat potiri, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorū. Amen.

Homilia.xix.ex capite.vi.

Ttendite autem ne faciatis eleemosynam uestrā.am
a *corā hominibus, ut uideamini ab eis.* Impotentissimā hic hominum eliminat passionē, rabiem quandam. f. ac furorem, quē ab alijs uitijs emēdati, de inanis gloriæ amore patiuntur. Nam inter principia quidē ipsa doctrinæ nihil super hac passione differuit. Erat quippe superfluum, si priusquā aliquid sanctorum operū facere suaderet, qūo ea faceret, & quemadmodū singula quæq̄ exequerentur doceret: postq̄ uero in studium illos philosophiæ induxit, tunc iam pestem illis istam, q̄ illis importunè assistere consueuit, interimit. Neq̄ enim utcunq̄ gignitur hæc ægritudo, sed cū plurima ex his q̄ prꝛecepta sunt, fecerimus. Oportuit ergo prius inserere uirtutem, & tum demū noxium illi istius passionis germen necare. Et considera unde ipsum sumat exordium, ab eleemosyna. f. oratione atq̄ ieiunio. In his enim maximè solet gloria cohabitare uirtutib⁹. Nā Pharisæus quoque ille hinc fuerat inflatus, atq̄ dice- *Luc.18.b*
bat: Ieiuno bis in sabbato, decimas do omniū quæ possideo: & hoc in ipsa glorias oratione promebat, quā certè ad ostentationē emisisse cōuincitur. Quia enim nullus tūc illi adstiterat alter, publicano se ostētando dicebat: Nō sum qualis Publicanus iste, uel cæteri hominū. Considera unde saluator noster fuerit exorsus, qui quasi de insidiosissimo aliquo serpēte loqueretur, potentissimoq̄ furādi, ei utiq̄ qui nō tota prorsus mente uigilasset. *Attendite*, inquit, *ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus*. Sic et Paulus *Phil.3.a*
Philippenses monēs: Videte, inquit, canes, uidete malos operarios. Clām quippe ingreditur bestia, cunctaq̄ bene orientia intus maxima cū quiete, & absq̄ ullo sensu perdētis exportat. Quia igitur plurimum fecit de eleemosyna sermonē, deumq̄ adduxit i me- L
dium, qui Solē suū oriri facit super bonos & malos: *Mat.5.f*
atq̄ auditorem ad liberalitatē undiq̄ cohortatus, et gaudere persuasit largitate donandi, cōsequentissimè cūcta prorsus, q̄ pulcherrimā, & feracissimā hāc oleam necare nituntur, euellit: pp quod ait, Attendite ne eleemosynā uestram faciatis corā hominibus. Illa uero quę superius dicta est, dei est propria miseri cordia. Cū uero dixisset, ne faciatis corā hominibus: adiecit, ut uideamini ab eis. Et uidetur quidem idipsum et antè dixisse. Sed si aliquis diligenter expēdat, non hoc unum atq̄ idem, sed aliud quidem illud, aliud uero esse istud inueniet. Multā.n. præceptum hoc continet cautionē, & ineffabilē quādam dei erga homines curam: id utiq̄ prouidentis, ne cuius hi mercedem operis amittant. Potest.n. aliquis et corā hominibus eleemosynā facere, nec tamen hoc ideo facere, ut eam oculis hominū ostentet: & aliquis nō corā hominibus faciens, eo tamen animo facere, ut se id facientem optet uideri. Propter quod non omnino indiscretè factum ipsum, sed uoluntatē aut coronat, aut punit: nisi enim hæc diligētia fuisset adiuncta, fecisset plurimos ad misericordiam segniores: qa scilicet non oēs ubiq̄ possent per cuncta id facere latenter. Propterea ab huius te uinculo necessitatis absoluens, nō fini operis, sed uoluntati operantis mercedem, damnúmue decernit. Ne enim diceres, cur ergo sustineo detrimentū, si quod et facio, alter aspexerit? Nó hoc, inquit, requiro: sed tuam profectò mētem, modumq̄ miserēdi. Curare quippe uult animā, atq̄ omni ęgritudine liberare. Postq̄ igitur datum illud explodit, quod dari ad ostentationē solet, quan tūq̄ id damnū inferret, eo cuit: est enim uanē istud, frustraq̄ fecisse: animos eorū rursus exuscitat, dum & patrem memorat, & cœlum, ne scilicet solo eos damno mercedis exterreat, uerum etiam illius à quo sunt geniti memoria coērcet. *Non habebitis*, inquit, *mercedem apud patrem uestrum, qui in cœlis est*. Verum ne hic quidē stare cōtentus est, sed ad ulteriora progreditur, alijsq̄ rursus modis plurimū eos ab inani gloria hortatur. Sicut.n. superius Publicanos posuit *Supra.d.*
atq̄ Ethnicos, ut imitatores malorum de personarū g
etiam qualitate confunderet: ita hic quoq̄ commemorauit hypocritas. *Cum*, inquit, *facis eleemosynam, uoli*

A *noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciūt*. Nō quia uero illi stipem ad signum erogant tubarū, sed maximam in eis uolens notare ostentationis insaniam, opportunissimè translatione uerborū uitij eorū redundantiā publicauit. Et bene hos nominauit hypocritas. Erat quippe facies quidē ipsa miserātū: mens uero inhumanorū, atq̄ crudeliū. Non.n. ut proximorū misererentur dabant, sed ut ipsi delectatione gloriæ pascerentur: quod certè erat crudelitatis extremæ, alios quidē fame, hos aūt pereuntis honoris auiditate captari, & nō toto cū affectu operis, ac mētis affectu periculū soluere proximorū. Non ergo tantummodo dedisse eleemosynā, sed quemadmodū oportet dedisse, uirtutis est. Postq̄ illos sufficienter igitur notauit ac tetigit, maximā certè audiētibus incutiēs uerecundiā: iam hic tam grauiter ægrotantē corrigit uoluntatē. Cumq̄ ostendisset quō non fieri deberet eleemosyna, quemadmodū debeat fieri rursus ostē
dit. Quonā igitur modo fieri debet? *Nesciat*, inquit,
B *sinistra tua, quid faciat dextera tua*. Hic quoq̄ non manus uoluit intelligi, sed exaggeratū posuit hunc sensum. Si, inquit, possibile est teipsum quoq̄ ignorare quod facis: sit tibi hoc prorsus in studio, non (ut opinantur quidā) ab iniustis tantum hominibus miseri cordiæ opus uoluit abscondi: cunctos.n. iusserit oīno celari. Deinde animaduerte merces ipsa quanta sit. Quia.n. erat inde et supplicium, hinc iam ostēdit & præmiū, ut eos ad uiam rectā ex utroq̄ compellat, atq̄ ad doctrinæ excelsa perducat. Docet quippe ut sciant deum utiq̄ esse præsentem: & quia nō usq̄ ad hanc tantummodo uitā uel bona, uel mala nostra perueniant: sed quia terribile nos expectat post ista iudiciū, & sua unicuiq̄ actuū retributio reseruatur, ac pro diuersitate operū uel pœna, uel gloria: & qa nec magnū, nec exiguum alicuius opus latebit, et si ad psens oēs prorsus homines celare uideatur. Hæc nanq̄ cuncta memorauit, dicendo, *Pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi*. Propter quod magnum omnino facere eleemosynā, atq̄ honestissimum resi dere ostēdit theatrum, quod cupiebat potissimum, hoc cū magna illi copia largiendo. Quid desideras, inquit? nōne esse aliquos operū spectatores tuorū?
C Ecce igitur habes nō angelos atq̄ archangelos tantum, sed et horum omniū deum: quòd si habere et homines spectatores concupiscis, ne hac quidē, quā prꝛecipuè cupis, mercede priuaberis: sed cū opportunum tamen tēpus aduenerit: quando certè cū maximo tibi hoc cumulo prꝛestabitur quod requiris. Nā modò quidē si spectari uelis, decē uel uiginti, aut cētum tantūmodo hominibus ostentare te poteris: si uero nunc latere curaueris, tunc ipse te prædicabit deus toto prorsus orbe prꝛesente. Itaq̄ si opera tua maximè sciri cupis, nūc illa occulta diligenter, ut eadem tunc ad maiorem tuū spectēt honorem, deo. s. ea faciente manifesta, & ea referente prorsus, corāq̄ omnibus prædicante. Nūc uero cuncti te culpabiliter uidentes, quasi gloriæ inanis auidū: si uero te uiderint à deo coronatū, nō modò non culpabūt, uerumetiā admirabuntur oēs atq̄ laudabunt. Cum igitur maximā queas accipere mercedē, magisq̄ admirationi esse cunctis, si modò exiguum tempus expectes: perpende quantæ sit oīno dementiæ, utrunq̄ id pariter amittere, & eū qui à deo mercedē operis efflagitet, ad spectandū ipsum opus homines aduocare. Si enim ostentare nos uolumus, patri ante omnia nos studeamus ostendere, qui & coronādi nos D
tenet potestatē, & mercede priuandi. Et certè etiāsi futuri prꝛemij damna nō essent, tamen gloriæ cupidos non decebat diuinam spectaculū relinquentes, malle oculis placere mortaliū. Cuius.n. stoliditatis est, ut ad spectandas uirtutes eius rege properante, illū quidē relinquat, ac negligat: ab egenis uero atq̄ mendicis spectari uelit, ab eisq̄ potius laudem requirat? Idcirco igitur non solū nos ab ostentatione nostri ēt uetat, uerūetiam nobis studiū indicit latendi. Non.n. est hoc prorsus æquale, siquidē minus agit q apparere non studet, q̄ qui studuit & latere. *Cum aūt oratis*, inquit, *nolite fieri sicut hypocritæ, qui amant in synagogis, & in angulis platearum stantes orare, ut uideantur ab hominibus. Amen dico uobis, receperunt mercedem suam. Tu autem cum oras, intra in cubiculū tuum, & claso ostio, ora patrem tuum in abscondito*. Rursus et istos hypocritas uocat, & oīno conuenienter ac propriè, qui deum. f. se orare simulātes, mortaliū oculis ingeruntur: nō iam orantū, sed ridiculorū prorsus hominum gerendo personā. Qui.n. ad supplicandū paratur: oībus relictis, illū intuetur unū qui habet donā- E
di, qd petitur, potestatē: Si uero istum relinquens, p diuersa errabūdus uageris, & ubiq̄ oculos, mentēq̄ circunferas, post longissimas preces uacui profectò manibus abscēdes, hoc quippe ipse uoluisti. propterea nō dixit, recipient mercedē suam. sed, receperūt, inquit, ab his tamē dūtaxat, à quibus ēt cōcupiscūt. Neq̄. n. hoc uoluit deus, qui certè eam quæ ab ipso est, uult tribuere mercedē: illi uero eam q̄ est ab hominibus requirentes, nequaquā iam ab illo merētur accipere, pp quem nihil omnino fecerunt. Tu uero misericordiam dei cum admiratione cōsidera, qui pro his quoq̄ q̄ à nobis rogatur, bonis mercedem se pollicetur daturū. Vituperans igitur illos, qui non ita, ut oportet, officio orationis ūtuntur: & uituperans tum à loco, tum ab effectu: cū ostēdisset nimis eos esse ridiculos, optimū illum modū orationis inducit, iuxta quē certè mercedem tribuit orantibus. Intra, inquit, in cubiculū tuum. qd ergo? In ecclesia, inquis, non oportet orare? Et ualde quidē, sed cum F
hac utiq̄, qua diximus, uolūtate. Vbiq̄. n. deus quo aliquid facias spectat intuitu: alioquin etiamsi cubiculū ipsum fueris ingressus, idq̄ cū ostentatione tui, ut. f. intelligaris secretè oraturus, obcluseris: nihil tibi ad celandā orationē ostia prꝛestiterūt. Vide igitur hic quoq̄ q̄ diligenti rem distinctione signauerit, dicendo, ut uideantur ab hominibus: etiāsi ostia cubiculi tui obseres, hac tamen te cautione uult tenere uirtutē, ut ēt mentis tuæ ianuas claudas. Nam cum ubiq̄ opportunū sit ab inani gloria liberum habere pectus, ac uacuū: tamē in oratione prꝛecipuè. Qui.n. absq̄ hoc ēt uitio frequenter erramus, & auocati p diuersa distrahimur: si cū hac quoq̄ ægritudine ingrediamur ad orandū, ne ipsi quidē preces nostras audire poterimus: si uero eas nō audimus ipsi q petimus, quemadmodū ut à deo audiantur, rogamus? Et tamen sunt quidā qui post tot tantasq̄ denūciationes dei, tam sint in orationibus impudētes, ut ēt latentes corpore, oībus se faciant uoce manifestos, tumultuosè oīno clamātes, sesēq̄ ridiculos uoce facientes. Nōne cernis quemadmodū publicè quoq̄, siquis ita ad quēlibet accedat petendo, cūq̄ magna quippiā uoce poscēdo remoueat à se illū, cui tumul tuosius supplicabat? quòd si idē iste quietè idipsum

G etiam faciat, ac modestè: tunc potius inflectet eum qui pòt tribuere qd rogatur. Nō igitur gestibus corporis, neq; clamoribus uocis, sed intētione optimæ uoluntatis orationū uota reddamus: non cū sonitu oris, ac strepitu: nō ad tam importunā ostentationē nostri, atq; iactantiam proximos nobis clamore appellemus: sed cū omni modestia, & contritione mētis, lachrymisq; secretis. Sed doles animo, & oīno nō potes à clamoribus tēperare: imo uero maximè dolentium est, illo utiq; modo orare quo dixi. Nam & Moses dolebat, cūq; tacēs oraret, audiebatur, & propterea ad illū dixit deus: Quid clamas ad me? Anna quoq; cū uocem nullā prorsus emitteret, omnia tamen q uoluit, impetrauit: quia. s. sola, & tota mente clamabat. Abel uero non modò tacēs, sed ēt defunctus orabat: & tamen sanguis eius emittebat uocē omni prorsus buccina clariorem: Clama igitur & tu sicut ille sanctus, nequaquā omnino prohibeo. Diū pe, ut propheta præcipit, cor tuum, & non uestimenta tua. De profundis, inquit, clamaui ad te domine. De imo prorsus corde uocētur hęc, & proprij pectoris contentus arcano orationē tuam fac esse mysteriū. Non cōsideras, ut corā regibus quoq; oīs coērceatur tumultus, & maximū undiq; silentiū cōmendetur? Et tu igitur regalē ingressus aulam, nō eam q in terra est, sed illam q multò est terribilior, uidelicet in cœlo, plurimū reuerentiæ atq; ordinationis ostēdē. Vnus. n. es ex angelorū choro, atq; archangelorū socius effectus, cū Cherubin quoq; atq; Seraphin canis. Oēs nanq; isti cœlorū populi maximū ordinem per cuncta cōseruant, cū timore ac tremore multo, regi omniū deo cœleste illud carmen, & sacros semper hymnos canēdo. Istos igitur tempore orationis admisce, & mysteriorū eorum imitator efficere. Nō enim homines oras, sed deum certè ubiq; præsentē, & antequā uox tua insonet audiētē, omniaq; cordis arcana cernentē. Si ergo sic oras, plurimam accipies profectò mercedē. *Pater*, inquit, *tuus qui uidet in abscōdito, reddet tibi in palàm*. Nō ait, donabit tibi. sed, reddet, inquit. Debitorē tibi eum quippe constituit, teq; magno pro hoc ēt honore donauit. Quia. n. ipse inuisibilis est, uult orationē quoq; tuam à nullo oīno sentiri. Deinde ipsa ēt orationis uerba cōmemorat.

I *Orantes ergo, nolite multum loqui, sicut Ethnici faciunt.*

Supra. a Cū superius de eleemosyna certa ratione ēt differeret, tantummodo pestem illam q de uanæ glorię nasci solet amore cōpescuit, nihilq; aliud adiecit: neque enim dixit, unde oporteret eleemosynā facere: de laboribus profectò iustis, non de auaritia, nec rapina. Hæc siquidem res nulli erat prorsus ambigua, q̄q̄ ipsam satis iam superius cōmendasse uideatur, cū esuriētes sitientesq; iustitiā appellauit beatos. In oratione uero quiddam ēt aliud iunxit, multiloquiū utiq; coērcendo: & sicut ibi hypocritas, ita hic Ethnicos notauit, ut utrobiq; auditorē personarū uilitate suffunderet. Quia. n. ut alia multa, ita hoc quoque uel maximè animū tangit, ac mordet, cū. s. aliquis despératis hominibus cōparatur: hinc eos præcipuè à uanissimis ostētationibus subducit. Battologiam uerò hic loquacitatē uocauit, qua tūc utiq; utimur, cū nō utilia nobis à deo poscimus: ut potentias. s. adipiscamur, & glorias, & ut superem[3] inimicos, atq; ut multis opibus affluamus, & omnino ea q̄ nobis sunt nihil profutura: nouit. n. quicquid nobis opus sit. Sup hæc uero uidetur mihi lōgas orationes uetare: lōgas uero dico, nō tpe, sed multitudine & prolixitate uerborū: perseuerare quippe oportet q̄ sunt utilia poscētes. Oratione, inquit, instate. Nam & ipse dominus ad uiduæ illius, & immisericordis & crudelis iudicis nos mittit exemplū, ut orationis instantiam ex illius interpellationis importunitate cōmendet. Et cū intempesta nocte uenisse aliquem dicat ad amicum, eumq; dormientē de lectulo suscitasse, illūq; hoc nō tam familiaritate, quā sedulitate meruisse: nihil aliud omnino, q̄ ut ipse frequentes interpellaretur, admonuit. Non tamen iussit, ut orationem uersibus mille cōpositam deferrent ad eum, ipsiq; recitarent. Hoc enim oīno reprobauit dicendo: *Putant enim quòd in multiloquio suo exaudiātur. Scit enim*, iquit, *pater uester quid uobis opus sit*. Et si, inquis, ille nouit, cuius tandē rei gratia nos oportet orare? Vt. s. deum nō doceas, sed inflectas, ut familiaris efficiaris interpellationis frequētia: ut humilieris orando. utq; peccatorū tuorū sæpe recorderis. *Vos autem cum oratis, sic orate:*

Homilia. xx. de oratione dominica, ex cap. vi.

Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum. Vides nempe quemadmodum conti nuò animam auditoris erexit, quem totus omnino beneficij inter principia ista cōmonuit. patrem quippe dicēdo, & ueniam peccatorū, & pœnarum interitum, & iustificationem, & sanctificationē, & liberationē, & filiorum adoptionem, & hereditatem dei, & fraternitatem cū unigenito copulatam, & sancti spiritus dona largissima, uno sermone signauit. Impossibile est enim deū patrem uocari ab eo, qui non omnia hęc bona fuerit consecutus. Duplici igitur modo eorum animos accendit, ex eius. s. quem patrem nominant diuinitate, & magnitudine beneficiorū, quibus ipso donante potiuntur. Cū uero deum esse dicit in cœlis, non ibi eum hoc dicēdo concludit, sed à terris abducit orātē, eumq; supernis habitaculis, ac regionibus affigit excelsis. Similiter etiam docet generalem orationem facere pro fratribus. Nō. n. dicit, pater meus qui es in cœlis: sed pater noster qui es in cœlis: ut pro cōi scilicet corpore precem fundas, & ubiq; non tam propria commoda, q̄ proximorum petas. Quo quidem ipse & inimicitias interemit, & superbiā reprimit, & explodit inuidiam, & introducit matrē bonorū omniū charitatē, & humanarum rerum inęqualitatē prorsus expellit, & miram regis cum paupere æqualitatem honoris ostendit, si tamen in maximis, & ad æternam gloriam necessarijs cōmunione sociemur. Quid enim noxæ de terrena ignobilitate metuendū est, quando cœlesti oēs nobilitate coniungimur? cumq; nullus alio amplius de illo honore possideat, neq; locuples paupere, neq; dominus seruo, neq; iudex ministro, neque rex milite, neq; philosophus barbaro, nec sapiēs imperito. Cunctis. n. unam atq; eandē nobilitatē donauit deus, cū dignatus est omniū pater uocari. Postq̄ igitur istius eos nobilitatis admonuit, per quā dati quoq; cœlitus doni species cōprehendit: postq̄ illis æqualitatem inter fratres honoris ostēdit, & utilitatem charitatis inseruit: postq̄ eos & abduxit à terra, & cœlo prorsus affixit: consideremus quid nam eos postulare præcepit: q̄q̄ hoc loco sermo ipse facilè possit totius disciplinā uirtutis inserere. Nam qui cōem patrem nominat deum, uidetur se idoneum profiteri qui congruum meritum conuersationis ostēdat, ne scilicet tanta nobilitate indignus appareat: sed

K

Coll. 4. a Luc. 2. c

Luc. 11. a

M

L

A qui potius par gratiæ præstet & studiū. Sed contentus hoc solo nō fuit, siquidem addit & cætera. *Sanctificetur nomen tuum*. Digna prorsus eo qui eū patrē appellauit oratio, nihil omnino prius q̄ pro illius gloria supplicare, omnia uero reliqua secundo loco ducere, infraq; laudes eius numerare. Sāctificetur quippe, est glorificetur. Qui quidē gloriam propriā maiestatis suæ plenā semper obtinet, & æqualē iugiter pmanentē. Rogare aūt orantem iubet, & ut per uitā nostrā glorificetur: quod ēt superius profecto cōme

Suprà. 5. b morauit, dicendo: Luceat lux uestra corā hominib[9], ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrū, qui in cœlis est. Nam & Seraphin glorificātia

Esa. 6. b deum, hac uoce resonant: Sanctus, Sanctus, Sāctus. Sāctificetur igitur, hoc est dicere, glorificetur. Digna re, inquit, uitam munda cōuersatione seruare, ut per nos cuncti te omnino glorificent. Quod rursus philosophiæ perfectæ est, tam irreprehensibilem oibus exhibere uitā, ut eam singuli quiq; mirātes, dominū

B de seruorū sanctitate collaudēt. *Adueniat regnū tuū*. Hoc quoq; gratissimi omnino serui est, neq; inhęrere præsentibus, neq; magnū aliquid ea q̄ uidētur putare: sed ad patrem semper urgeri, semperq; in futura gestire: qd certè de optima oritur cōscientia, & mente terrenis oīno rebus exuta. Hoc igitur & Paulus p singulos desiderabat dies, propterea q; dicebat: Et

Rom. 8. d ipsi primitias spiritus habētes, & ipsi intra nos gemimus, adoptionē filiorum expectantes, redemptionē corporis nostri. Qui. n. isto amore succenditur, neq; uitæ huius operibus inflatur, neq; humiliatur aduersis: sed tanq̄ in ipso iam cœlo habitans, utriusq; huius inæqualitatis imunis est. *Fiat uoluntas tua, sicut in cœlo & in terra*. Vidésne optimā consequentiā? Nam cū desiderium imperauerit futurorū, atq; ad perfectionem illā nos iusserit semper urgeri: quandiu tamē illuc nō peregrinus, ēt hic degentes iubet cōuersationem cū cœli habitatoribus habere cōem. Nam desiderari quidē cōuenit cœlos, & ea q̄ habentur in cœlis: tamen & antequam superna illa præstetur habitatio, cœlū quodammodo fieri iussit è terra, ut. s. tales sint etiam dum in ea degunt, ita & omnia faciāt & loquātur, quasi qui prorsus cōuersentur in cœlo.

C Deniq; pro hoc ēt esse dominum deprecandū. Nihil est etiam quod propter terrenarū rerum habitaculū ad supernarum uirtutū perfectiones homines prohibeat peruenire: est quippe possibile, ut in terrarum adhuc regione degentes, quasi iam in cœlis habitēt, ita cuncta perficiant. Quod igitur dicit omnino etiā tale est: Sicut ibi fiunt omnia liberè, & non alia quidem audiunt angeli: alia uero ēt contēnunt, sed uoluntati cedunt diuinæ, & in omnibus obsequuntur:

Psal. 102 d potentes, inquit, uirtute, facientes uerbū eius. Sic ēt nos effice dignos, qui nō ex dimidio, sed prorsus ex integro ea q̄ in tua sunt uoluntate, faciamus. Vidisti nempe quemadmodū & humilitatē docuerit, ostendens quia perficere uirtutē non nostri sit studij tantummodo, uerum etiam gratia dei. Et rursus cōem omnium curam unūquemq; orātium susципere præcepit. Non. n. dixit, fiat in me, uel in nobis uoluntas tua, sed prorsus ubiq; terrarū. ut. s. eradicetur error, & ueritas inferatur, atq; undiq; uitijs explosis, uirtus reuertatur, inq; illius cultu nihil prorsus terra distet à cœlo. Si enim hoc, inquit, fuerit: nihil, quatū spectat ad meritum, superna ab inferioribus discrepabunt, & si sit habitantium natura dissimilis, cum scilicet

alios nobis angelos terra demonstret. *Panem nostrū quotidianum da nobis hodie*. Quoniam dixerat, sic fiat uoluntas tua & in terra, quemadmodū seruatur in cœlo: id aūt loquebatur hominibus carnis fragilitate circūdatis, ac necessitati naturæ interim subiectis, nec eandē habentibus impassibilitatem qua angeli perfruuntur: præcepta quidē sic dei à nobis fieri iubet, ut etiam ab illis dicit impleri: cōdescendit uero etiā naturæ fragilitati. ac si diceret: Cōuersationis quidem diligentiam eandē à uobis efflagito, non tamē impassibilitatē requiro. Neq; n. concedit istud fragilitas ipsa naturæ, q necessario certè cibo indiget sustentari. Tu uero cōsidera quemadmodū ēt carnalibus rebus plurimum spiritale societur. Non enim pp diuitias atq; delicias, non ob pretiosæ uestis ornatū, sed pro cibo duntaxat quotidiano iussit orari: & idcirco subiūxit, Panem nostrū quotidianū. Neq; hoc tamen fuit sermone contentus, sed adhuc signātius addidit dicens: *Da nobis hodie*. ut nequaquā illos ultérioris diei cura contereret. Cuius. n. diei spatium usurum esse te nescis, quam ob causam illius solicitudine torquearis? Hoc ēt in cōsequentibus prolixius im perauit, dicens: Nolite soliciti esse, inquit, in crastinū: Infrà. c uolens etiam nos undiq; accinctos esse, & quibusdā uelut pennis fidei instructos, semper ad cœlestia subuolare, nec amplius indulgere naturæ, q̄ à nobis ipse necessitatis usus expoſcit. Deinde quia contingit, ut etiam post regenerationis lauacrū delinquatur, plurimum hic quoq; miserationis ostendens, ēt pro peccatis, misericordem deū interpellare nos præcipit. Sequitur enim. *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*. Vidisti certè cumulū misericordiæ, post tantorū quippe abolitionē malorū, & ineffabilem gratiæ largitatem, iterū peccantibus dignatur ignoscere. Quia enim fidelibus oratio ista cōueniat, & ecclesiæ regula ipsa testatur, & ipsius orationis exordium. Nondū quippe initiatus baptismatis sacramento, non potest deum patrem uocare. Si igitur fidelibus hæc aptatur oratio: orāt aūt ministério consecrati, ut eis peccata donentur: manifestum est, quia neq; post baptisma remedium pœnitentiæ denegetur: nisi enim hoc docere uoluisset, nunq̄ sic præcepisset orari. Quia uero cōmemorat quemadmodū peccatorū ueniam seconquamur, pronamq; F hanc uiam nobis præstat ac facilē, & nosse profectò se, & docere declarat, posse ēt post baptismū cōmissa peccata deleri: idcirco. n. hunc modū supplicationis induxit: de peccatis uero nos proprijs admonendo, bonū humilitatis insinuat. Vt uero remittamus alijs imperando, ab omni nos liberat recordatione nequitię: dum uero nobis indulgentiā pollicetur, bonis nos prorsus spebus attollit, & exēplo ineffabilis misericordiæ dei, nos ēt ad dandam peccantibus in nos ueniā cohortatur. Quod. n. maximè animaduerti cōuenit, istud profectò est: quoniā singulis qbusq; sententijs perfectionē uirtutis includens, ēt in præcedentibus malitię nos prohibuerit recordari. Nam & sanctificari per nos nomen dei, perfecta est cōuersationis integritas. Et uoluntatē eius fieri, idipsum rursus amplectitur: & posse deū patrē uocare, immaculatę cōuersationis indiciū est. In quibus prorsus omnibus cōprehensum est, ut his q in nos peccauerint, desinamus irasci. Nec tamē hęc dixisse cōtentus est, sed abūdātius ostēdere uolens, quantā hui[9] rei curā gerat, idipsum ēt specialiter inculcauit: post quā im-

Gpletam orationis formulã, nullius prorsus mandati meminit, nisi istius certè, qđ ad dandã nos ueniam cõcitauit: ait quippe, *Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & uobis pater uester cœlestis peccata uestra.* Itaq; à nobis tota hæc res sumit exordiũ, futurumq; de nobis, in nostra est potestate iudiciũ. Nec enim uel irrationabilis quispiam, aut in magno aliquo, aut in exiguo delicto de iudicio dei conqueri posset, ipsum reum dominũ illius fecit esse sententiæ. Quemadmodũ, inquit, tu tibi ipse iudicaueris, ita ẽt tibi iudicabo. Si.n. dimiseris cõseruo tuo, à me quoque eandẽ gratiam cõsequeris: & certè nequaquam istud æquale est. Tu enim remittis, cũ certè quoq; ipse remissione indigeas: deus uero cũ nullius unquã indigeat, ignoscit: tu cõseruo remittis, deus seruo. Et tu quidem mille peccatorũ reus, deus uero ab omni peccato prorsus extraneus: & tamen sic quoque abundantiã propriæ miserationis ostendit. Nam cũ certè possit absq; hoc quoq; tibi oĩa peccata dimittere, uult tamen beneficiũ ẽt per ista conferre, mille
H tibi occasiones mansuetudinis suæ ac pietattis ministrans, dũmodo hoc quod in te est belluinũ, depellat, & irã qua flagras extinguat, teq; undiq; tuis mẽbris reiungat. Quid.n. queso, dicturus es, cũ à proximo aliquid passus fueris iniustẽ? tũc quippe peccatũ est: si uero iustè, ne peccatũ quidem est. Fac ergo te iniustè aliqua perpessum: talia proculdubio sunt q etiam tibi à deo poscis remitti, multoq; maiora. Sed ante ipsam quoq; ueniã non exigua donatus es gratia, edoctus. s. humanã habere mentẽ, & oẽm mãsuetudinem eruditus. Suprà hæc uero ẽt merces tibi in futuro ampla tribuetur: dum nullius à te exigetur ratio peccati. Quo nõ igitur digni supplicio sumus, cũ tali nobis à deo potestate dõnata, ipsi salutis nostrę efficimur proditores? Quemadmodũ uero in alijs causis, ut audiamur, rogamus, qui nobis ea ipsa quorũ domini sumus nõ impendimus? *Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Quoniam tuum est regnum, & potentia, & gloria in secula, Amen.* Hic iam nostræ nos profectò humilitatis admonuit, ut. s. reprimeret indomitæ mentis tumorẽ. Docet.n. nõ qui
I dẽ nos recusare certamina, nec tamẽ in ea audacius insilere: hoc.n. modo & nostra incipiet clarior esse uictoria, & diaboli infœcilior pugna ridebitur. Nam protractos siquidẽ, in mediũ uiriliter stare oportet ac fortiter: non prouocatos uerò quiescere, & tẽpus expectare certaminis, ut nos & uacuos ostẽdamus amore gloriæ, & plenos uirtute cõstantię. Malũ uero hic diabolũ uocat: docens nos cũ eo habere prœliũ, nullo unquã fœdere dirimendũ, & ostẽdẽs quia nõ sit talis ille natura. Cũ.n. omnis malitia de motu uoluntatis oriatur, ostẽditur bonę absq; dubio esse naturæ, ẽt qui malus uocatur: quod certè dicitur meritò pp redũdantiã malignitatis. Et quia cũ nihil sit læsus à nobis, incõciliabili aduersum nos certamine pliatur: & idcirco nõ dixit, libera nos à malis, sed à malo: nos uidelicet eruditos, nusquã aduersus proximos amarius cõmoueri pp ea quę ab illis patimur mala: sed ab istis in illũ transferre inimicitias, quasi in cunctorum. s. caput, & causam malorum. Postq; inimici nos cõmemoratione perrouit, desiderãq; à nobis oẽm prorsus excludit: rursus mentẽ nostram confirmat, ac suscitat illi nos regis cui fideliter subdimur, cõmonendo, eumq; omnibus potentiorẽ esse monstrando. *Tuum est regnum, & potentia, & gloria.* Si igitur ipsius est regnũ, nihil propterea oportet timeri, K
utpote existente nullo q ei repugnare possit, sibiq; iperium uendicare. Quãdo.n. dixit, tuum est regnũ: ostendit illũ quoq; impugnatorẽ nostrũ, ipsi tamen esse subiectũ, etiamsi repugnare uideatur, sinẽte interim hoc deo. Nã & ille unus de numero seruorũ est, licet reorum iam, atq; reproborum. Nec audebit ali quando super unũ irruere conseruum, nisi prius ab omniũ domino acceperit potestatẽ. Et quid ego de *Mat.8.d & Luc.* conseruis loquor? ne aduersus porcos ille quidẽ sum *8.c* pstit audaciam, priusquam permitteretur à domino. *Iob.1.a* Neq; in boum, neq; in ouium greges, nisi potestatẽ super ea re accepisset. Si igitur mille adhuc esses gradibus inferior, deberes tamen iure confidere talẽ habens regẽ, qui facilè omnia ẽt per te possit efficere. Quoniã tuum est regnum, & potentia, & gloria in secula, Amen. Nõ.n. tantũmodo de instantibus te malis seruat, uerũetiam te clarũ potest facere, & in omnibus gloriosum. Sicut.n. potentia eius est maxima, ita ẽt ineffabilis gloria, & hæc cũcta perpetua, nec ullo unquã fine soluẽda. Vides quemadmodũ undiq; L
spiritalem athletã perunxerat, atq; ad confidentiam præparauit? Deinde quod pauloante memoraui, uolens dominus ostendere, quòd super oĩa memoriã malitię detestatur, eaq; apud illũ prorsus exosa sit: & è regione cunctarũ omnino præcipuã aduersantem huic uitio uirtutẽ diligat: post orationem ipsius nos rursus uirtutis admonuit, & de cõstituta nimirũ pœna, & de proposita gloria auditorẽ ad obedientiam mandati huius inducens. Si, inquit, dimiseritis hominibus, & pater uester cęlestis dimittet uobis: si uero non dimiseritis, neq; ipse dimittet uobis peccata uestra. Idcirco & cœlos rursus cõmemorauit, & patrẽ: ut hinc quoq; auditorẽ pudore suffunderet, si cũ tã to sit patre generosus, ad malitiam feritate rapiatur: atq; ad cœlũ uocatus, terrena & carnali prorsus mẽte uulescat. Nõ solũ quippe gratia dei esse filios, uerũ etiam oportet operibus. Nihil aũt est qđ sic dei simi les faciat, ut malignis atq; lædentibus esse placabilẽ, sicut ẽt pauloante prœmonuit cũ diceretur: Deus *Suprà.5.g* solem suũ oriri facit sup bonos & malos. Propterea M
& per singula quoq; uerba nos cõmonens, facere pces iubet dicendo, Pater noster: &, fiat uoluntas tua sicut in cœlo in terra: &, panẽ nostrũ quotidianũ da nobis hodie: &, dimitte nobis debita nostra: &, ne nos inducas in tentationẽ: &, libera nos à malo. Plurali ubiq; numero nos uti docẽs, ut proximis p cuncta placati, ne uestigium quidẽ in nobis iracũdię relinquamus. Quanto iam ergo inuenimur digni esse supplicio, post hæc oĩa non modò nõ remittentes, uerumetiã de inimicis à deo uindictã rogantes, & uelut ex diametro legẽ transgredientes? Et hoc cum ille cuncta & faciat, & dicat, ne ipsi mutuis aduersum nos seditionibus insremamus. Quia.n. charitas omniũ mater bonorũ, ea q̃ illi incõmodant tollens, undiq; nos in unũ congregat copulando. Nõ est enim aliquis, omnino non est, non pater aliquis, non mater, nõ amicus, non alius quispiã, qui ita nos aliquando dilexerit, quemadmodũ ipse qui fecit nos deus. Et hoc de ipsis q̃ præcipit, potest maximè reluctere. Si uero mœrores mihi obieceris ac dolores, cęteraq; uitæ præsentis incõmoda: considera in quantis illũ quotidie offendas, & ulterius mirari desines, etiãsi plura horum mala uideris irrogari: sed cũ bono aliquo perfrueris, tunc potius stupebis, atq; miraberis.

A Nunc uerò ad incumbentes quidẽ clades, & cõmota sæpius bella respicimus: peccata uerò quibus deũ sæpe offendimus, quotidie non uidemus, & idcirco propter ipsa frequeter affligimur. Quòd si unius saltẽ diei nostra uellemus peccata numerare, tũc optimè discerneremus quantorũ rei essemus malorũ. Itaq; etiamsi alia uniuscuiusq; uestrũ peccata præteriẽs, ea quæ hodie fecistis ostẽdero, & certè ignoro quid uestrum unusquisq; cõmiserit: sed tamẽ tanta est copia delictorũ, ut ille quoq; qui nõ diligenter cuncta etiã cognoscit, multa tamẽ ex eis possit intelligere. Quis igitur nostrũ non habuit in oratione desidiã? Quis non superbiæ est inflatus tumore? Quis non inanis gloriæ aurula uentilatur? Quis nõ de fratre detraxit? Quis non concupiscentiã admisit malignã, uel impudicis oculis aspexit? Quis nõ inimici cum passione animi recordatus est? Quis nõ æmuli sui aut cruciatus est prosperis, aut delectatus aduersis? Sin autem & in ecclesia constituti, & breui in tpe tantorũ effici mur malorũ rei: quales tãdẽ nos futuros putamus, cũ hinc fuerimus egressi? tantos fluctus patimur in
B portu: cũ exierimus in pelagus illud malorũ, forum dico, & urbana negocia, & domesticas curas: putamusne nos saltẽ ipsos poterimus agnoscere? Verũtamen tot, ac talium peccatorũ compendiosam uobis ac facilẽ deus uiam liberationis dedit, totiusq; laboris alienam. Quis.n. labor est fratri indulgere conturbanti? labor quidẽm in remittendo nullus, in retinendo uerò inimicitias maximus. Si quidẽ iracundia liberari, magnã menti reddit quietẽ, & ualde hoc est facilè uolenti. Neq; enim necesse est maria transfretare, nec lõgi itineris peregrinationẽ subire, nec mõtium excelsa cõscendere, nec pecuniam impendere, nec corpus incendere: sed sufficit uelle tantũmodo, & omnia continuò peccata deleta sunt. Si uerò non solũ ipse non ignoscas, uerumetiam cõtra illũ interpelles deum: quã iam, quæso, spem habebis salutis, qui etiam in eo ipso tpe, quo deo supplicas, eumq; tibi propitiari cupis, maiores illi irascendi causas ministras? habitu quidem circũdatus supplicantis, uoces uerò insonans bestiales, & cõtra temetipsum maligna illa uerborũ iacula cõtorquens. Idcirco igitur &
C Paulus cũ de oratione loqueretur, nihil magis quã istius mandati custodiam flagitauit. Leuantes, inquit, puras manus sine ira & disceptatione. Si enim *1.Tim.2.b* ne tunc quidẽ iram remittis, cũ misericordiã postulas, sed & ualde malitię recordaris, & hoc sciẽs quòd aduersus teipsum gladiũ dirigas: quando iam efficimisericors poteris, pessimũ quoq; istud uenenũ malignitatis expuere? Quòd si nec dum istius uitij magnitudinẽ deprehendisti: cõsidera cũ idipsum in homines admittitur, & tunc saltẽ cumulum deo à te illatæ uidebis iniuriæ. Si tibi certè hominũ quispiam supplicaret, aut ut ei° misereris expostularet, deinde cũ humi stratus iaceret: subitò uideret inimicũ, tibiq; iã supplicare desineret, in illius uerò cędem totus irruere: nõne ad maximam te iracũdiam cõcitaret? Hoc igitur ẽt deo accidere similiter opinare. Nã tu quoq; deo supplicãs, interea supplicationẽ relinquis, & sermonibus cædis inimicũ: ac dei leges prorsus inhonoras, qui oẽm aduersus contristatos iracundiã præcepit remitti, inuocans eũ ac rogans, ut præceptis suis faciat ipse cõtraria. Nec tibi ad supplicium satis est, quòd dei legẽ ipse transgrederis, sed deum quoq; ut hoc faciat, deprecaris. Nunquid ẽt ipse eorum quæ D
imperauit oblitus est? Nunquid homo est qui illa pcepit? Deus profectò est qui cuncta cognoscit, quiq; cũ omni diligentia sua uult mãdata seruari, tantũq; abest, ut faciat illa q̃ postulas, ut te, qui hęc dicis, tãtum quia dicis auersetur oderitq;, pœnãq; abs te reposcat extremã. Qui igitur obtinere tu ab illo quæris, q̃ summo cũ studio uitanda esse pcepit? Sed sunt quidã qui in tantã deuenere uecordiam, ut non modò aduersus inimicos orent, sed ẽt filijs mala sæpius imprecentur, utrorũq; si daretur, sanguinẽ degustare cupientes, quinimmo gustantes. Neq;.n. dixeris, quia dentes corpori nõ infigas dolentis: quantum enim ad uotũ spectat animi, id quoq; multò est sæuius. Profectò feceris rogans desuper aduersus illum iram uenire, eumq; mortis supplicio mãcipari, omnẽq; illius domũ pariter euerti. Cũ igitur hęc facias, nõne cunctis morsibus sęuiora? nõne telis omnibus sunt amariora? Non ita docuit Christus, non ita os tuum præcipit cruentari: quãdoquidẽ oribus humanorũ pastu carnium cruentatis linguę sunt hmõi sæuiores. Qui igitur fratrẽ salutas, quemadmodũ dominicũ sanguinẽ gustas, qui tu sacra mysteria attingis, tam dirum mente gerens uenenũ? Cum.n. dicas E
deo, dirumpe uiscera eius, domumq; subuerte: omniaq; illius repentè disperde, cũ mille illi impreceris iteritus, nihil prorsus ab homicida differs, imo in nullo distas à fera quæ uesci hominibus cõsueuit. Quiescamus igitur ab hac ægritudine, uel furore: & bene uolentiã quã erga cõristatos fratres imperat, ostendamus: ut patri nostro, qui est in cœlis efficiamur similes. Quiescemus aũt si propriarum uoluerimus meminisse culparũ, si cũ diligentia cuncta in nobis studuerimus peccata disquirere, q̃ & domi facimus, & publicè: q̃ in foro, q̃ in ecclesia: etsi non ob aliud prorsus, pp eam tamen quã hic haberi ostendimus negligentiã, impatientiamq; mentis extremas luere pœnas merebimur. Nã prophetis certè psallentibus, & docẽtibus Apostolis, & deo nobis loquente erramus foris, inq; animũ nostrum secularium inducimus negociorũ tumultus. Ac ne tantã quidẽ adhibemus dei legibus reuerentiam, quantã regijs edictis spectatores adhibent in theatris. Ibi quippe cũ legũtur hæ F
literæ, & præfecti, & cõsules, & senatus, & populus, stantes oino cuncti, maxima cũ quiete audiunt q̃ leguntur. Et si quis inter alta illa silentia repentè prosiliens cõtra regẽ iniuriosus reclamet, supplicia extrema persoluet. Hic uerò cũ literæ cœlestes legantur, undiq; resultant tumultus. Et certè ille qui nisit ista præcepta, longe est rege sublimior, & theatrũ illud honoratius. Nõ.n. tantũmodo homines, sed angeli spectãt, & uictoriæ ipsius gaudia, q̃ literis his nũcian tur multò sunt triumphis psentibus lætiora: pp qđ non homines solũ, sed & angeli, & archangeli, & populi cœlorũ, cunctisq; prorsus qui habitamus interis cõem omnium laudare regem iubemur. Benedi- *Psal.102 d*
cite, inquit, domino oĩa opa eius. Haud quippe sunt exigua q̃ fecit, sed cuncta & sermonẽ, & intellectũ, & mentem supergrediuntur humanã: & hæc quotidie prophetæ uarijs modis prædicant, & unusquisq; eorum clarũ hoc canit trophæum. Nam hic quidẽ dicit: Ascendens in altũ, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominib°. Et, dominus fortis & potẽs, *Eph.4.b* dominus fortis in prælio. Hic uerò, & fortiũ, inquit, *Psal.23.b* diuidet spolia. Venit.n. ut prædicaret captiuis remis- *Esa.50.d*
sionẽ, & cæcis uisum restitueret. Alter uerò maximã

G canēs de morte uictoriam, ait: Vbi est, inquit, mors
Ose.13.d uictoria tua? ubi est inferne stimulus tuus? Alius ue-
1.Co.15.g rò profundū pacis annuncians: Cōfringent, inquit,
Iohel.3.c gladios in aratra, & lanceas suas in falces. Alter uerò
Zach.9.c ad Hierusalē loquitur: Exulta uehementer filia Sion,
& Mat. prædica filia Hierusalē, quia rex tuus uenit tibi man
21.a suetus, sedens super asinā, & pullū nouellum. Hic ue
rò eius fcm prædicit aduentū, dicens: Veniet domi
nus quem uos queritis, & quis sustinebit diem aduē
tus eius? Exultare sicut uituli à uinculis absoluti. Et
Mala.3.a rursus alter cū admiratione pronūciat: Hic est deus
noster, & nemo illi cōferetur. Verum cū hæc, & alia
plura dicuntur, q̄ certè cū tanto nos oportebat mē
tis tremore uenerari, ut nos in terta esse minimè sen
tiremus: tamen quasi in medio stātes tumultuamus
foro, & cōfuso strepitu cuncta miscemus: ac de his
quæ ad nos nihil attinent colloquētes, omne cōgre
gationis tēpus impendimus. Cū igitur & in exiguis,
& in magnis, & auditu, & actu, & publicè, & domi,
& in ecclesia ipsa tam desides simus, postq̄ hæc oīa
etiā aduersus eos, quibus iubemus ignoscere, impiè
H oremus: unde, quæso, habebimus spem salutis, qui
tot, tantisq̄ peccatis ēt aliud augmentū iniquissimę
istius orationis adiungimus? Adhuc ergo mirari di
gnū est, cū aliquid nobis ex improuiso cōtingat ad
uersi? An potius mirari nos cōuenit, cū non aliquid
mali contigerit? Illud.n. consequentia est oīno rerū,
hoc uerò extra oēm profectò rationem, ut.s. inimici
dei, eumq̄ continuè ad iracundiā prouocātes, Sole,
ac pluuijs alijsq̄ ipsius beneficijs perfruamur homi
nes, qui feras ipsas īmanitate superantes, aduersum
nos mutuo dimicamus, & assiduis morsibus proxi
morū membra lacerantes, fraterno linguā sanguine
cruentamus, post spirituale certè mensam, postq̄ tā
ta beneficia, ac mille promissa. Hæc igitur diligētius
cūcta pēsantes, euomamus malignitatis uenenum,
dissoluamus inimicitiarū nodos, & orationes nobis
deo cōgruas offeramus: proq̄ feritate dæmonū, an
gelorū mansuetudinē colligamus. Et quamlibet fre
quenter lędamur & grauiter, q̄ nostra sunt illorum
putantes, proq̄ mandato isto mercedē nobis consi
I derantes paratā, sedemus irā, & tumentes animi flu
ctus, pacis tranquillitate reprimamus: ut & p̄sentem
uitam absq̄ cōturbatione aliqua trāseamus: & illuc
profecti, talē experiamur deum, quales ipsi erga con
seruos existimus. Si uerò graue istud atq̄ terribile, le
ue illud atq̄ desiderabile ignoscēdo faciam⁹, & iam
iam fiduciæ q̄ ad deū est, nobis ianuas reludamus.
Quod quia nō obtinuimus abstinendo à peccatis,
hoc cōsequemur his qui in nos peccauerint remittē
do: nequaquā istud oneros̄um est. Itaq̄ ēt inimicis
nostris beneficia p̄stantes, plurimā nobis ibi misęri
cordiā præparemus. sic.n. & secundū præsentem ui
tam cūctorū dilectione potiemur, & præ cęteris ipsi
omnū deus & amabit nos, & coronabit, & futuro
rū bonorū possessionē donabit: Quæ oībus nobis
cōtingat mereri, gratia & misericordia dominī no
stri Iesu Christi, cui gloria & imperiū in secula seculo
rum, Amen. *Homilia.xxi.ex capite.vi.*

Vm autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ
c *tristes. Exterminant enim facies suas, ut appa-*
reant hominibus ieiunantes. Gemere prorsus
hoc loco, & amarū quiddā immugire nos cōuenit.
Nō solum.n. hypocritas imitamur, sed illos quoque
simulatione ipsa trāsimus. Noui.n. plures q̄ noui nō
ieiunantes modò, idq̄ ipsum oībus ostentantes: sed K
non ieiunātes quoq̄, & personam sibi ieiunantium
nihilominus induentes, ac peccato ipso grauiorem
sibi excusationē parantes. Ne, inquit, scandalizē mul
tos id facio. Quid agis? Diuina lex est ista præcipiēs,
& tu hominū metuis offensam: & custodiens quidē
præceptū dei, scādalizare te putas, trāsgrediens uerò
scādalis liberari? Et quid hac uecordia possit esse de
terius? Quandiu igitur à tam fœda simulatione non
desinis, qui ipsis quoq̄ hypocritis horribilior effę
ctus es, quiq̄ maximū huius uitij intelligēs cumulū,
ipsius uerbi nō erubescis sonū? Non.n. tantūmodo
simulare te dixit, sed amplius huiuscemodi uolēs ca
stigare figmēta: exterminant, inquit, facies suas, hoc
est corrumpunt, atq̄ dispergunt. Si uerò faciei corru
ptio est pp inanem gloriā pallidum apparere quen-
quam: quid nā dicendū est de fucis, atq̄ picturis cor
rumpentibus facies fœminarū in perditionē iuuenū
lasciuorū? Nam hi quidē qui ostentāt pallorē ieiunij,
semetipsos tātummodo: hæ uerò & seipsas, & eos à
quibus uidentur, interimunt: pp quod utranq̄ pestē
multo cū studio nos oportet effugere. Neq̄.n. nos L
non ostentari solūmodo, ac latere p̄cipit: quod fecit
& suprà. Nam de eleemosyna quidē loquēs, nō sim-
pliciter hæc posuit? sed cū dixisset, Attendite ne facia
tis corā hominibus, addidit: ut uideamini ab eis. In
oratione uerò atq̄ ieiunio nihil tale signauit. quare
istud? Quia eleemosynam quidē impossibile est oēs
latere: orationē uerò atq̄ ieiunīū, secretū esse possibi
le est: sicut.n. cū dixisset, Nesciat sinistra tua, quid fa
ciat dextra tua: non de manibus id dixit: sed studiū,
quod oēs celari oportet, expresit. Dumq̄ cubiculū
ingredi iusit, non oīno, nec principaliter tantūmo-
do iusit istic orari, sed idipsum rursus explicuit: ita
hic quoq̄ cū ungi iusserit, nō ut ungamur oīno præ-
cepit: siquidē inueniremur oēs hāc pręuaricari legē,
& illi ipsi qui certè præ oībus illam custodire decer-
tant, populi profectò monachorū, q̄ in secreta mon
tium recesserunt. Nō hoc itaq̄ præcepit, sed qa mos
iste apud ueteres fuit, ut lætitiæ suæ tpe sæpius un-
gerentur, quod facilè & sancti Dauid, & Danielis, do 1.Reg.16
cetur exęplo: pręcepit ungi, non ut hoc omnino fa- & 2.Re
ciamus, sed ut semper omni cū diligentia bonū hūc gū.2.a.&
thesaurū studeamus occultare: atq̄ ut hoc ita se ha- 5.a
bere cognoscas, ipse id quod sermone præcepit, ope M
re cōpleuit. Et cū per quadraginta dies ieiunasset la- Mat.4.d
tenter, nec faciem suā lauasse, nec caput legitur un-
xisse: sed tamē cū ista nō fecerit, supra oēs absq̄ ulla
gloriæ uanitate cuncta perfecit: quod certè ēt nobis
præcipit, hypocritas in mediū proferendo, nosq̄ ab
hoc uitio duplici abstrahēdo. Nā & aliud quiddā hy
pocritarū appellatione notauit, nō solū rē ipsam esse
ridiculā, damnosamq̄. uerūetiam impostura nō diu
turnā esse monstrando, per qd certè auditorē à mali
gna hac concupiscentia prorsus abducit. Tandiu. n.
hypocrita clarus apparet, quandiu assistit spectātiū
multitudo, imo nec tunc quidē: tunc corā omnibus
clarus est. Norunt.n. uidentiū plurimi, qui sit, quem
non esse se simulet. Verùtamē theatro illo subitò dis
soluto, qualis sit manifestissimè omnibus reuelatur.
hoc igitur glorię cupidos pati prorsus necesse est. Nā
hinc eis oīno manifesti sunt, quia nō hoc sint quod
uidentur, sed tantūmodo sub hac studeāt latere pso
na: multò aūt magis capiendi sunt in futuro, cū nu-
da oīa apparuerint, atq̄ perspicua. Sed aliunde quo-

A que eos ab hypocritis prorsus abducit, dum uidelicet ostendit facilè hoc esse præceptū. Neq̄.n. extendēs dierū continuatione ieiuniū, ꝛogius illud fieri iubet, sed admonet, ne ipsius ieiunij corona depereat: idq̄ qd solū uidetur onerosum, hypocritis nobisq̄ commune est: Nā & illi utiq̄ ieiunāt: quod uerò est leuissimū, ne.s. laborātes mercede priuemur, hoc nobis dominus imperauit, laboribus quidē nostris adens nihil, mercedē uerò nobis cum omni congregans cautione: neq̄ incoronatos, sicut hypocritas abire pmittens, atq̄ illorū nos esse imitatores uolēs, qui in Olympio agone decertāt: q tāto certè populo cōsidente, tantisq̄ principibus uni placere festināt, uictoriā. s. eorum brauijs splendentibus honoranti: cū certè ille longè sit inferior nostri spectatore certaminis, cui ut uelis tuā mōstrare uictoriam, duplex te causa & grandis inuitat: quia. s. & solus ipse est, qui
B inquit, ueto. Nā etsi etiā omnibus uis placere, expecta paululū, & ego istud tibi maiore copia, & cū maxima qdē mercede pstabo. Nunc uerò ab ea te istud quę ex me est laude diuellit, ut cōtra humanę glorię neglectus despectusq̄ cōiungit, p quod in futuro qdem plurima cū licentia laude omnium perfrueris: sed non mediocre tamen etiā hinc commodū capessurus, Vbi & humanam hanc, pręsentēq̄ gloriam uirtute proculcas, & à pessimo hominū seruitio liberaris, & idoneus operarius uirtutis efficeris: nūc uerò ē regione si humanā gloriā concupiscis, etiamsi in solitudine fueris, omni uirtute nudaberis. Non.n. habes q spectare, aut laudare possint: quod certè maximam est iniuriam ipsi facere uirtuti, si. s. eam nō propter ipsam, sed propter ærarios, funarios, & reliquū platearū uulgus sequaris. Vt enim te mirentur mali, & à uirtute procul remoti, ad ostentationē, atq̄ ad spectaculum tu ipsos quoq̄ aduocas uirtutis inimicos: quod certè tale est, quale si esse q̄spiā utiq̄ uelit pudicus, non ut pudicitiæ bonū impleat, sed ut placeat impudicis. Et tu igitur nequaquā elegisses utiq̄
C uirtutē, nisi aduersarijs eius placere uoluisses, quam profectò hinc esse admirationi docet, quia quoq̄ à proprijs laudatur inimicis. Admirari ergo debemus eā, ut dignū est, nō pp alios utiq̄, sed propter ipsam omnino uirtutē: qa & nos quando nō propter nosmetipsos, sed propter alios amamur: huiusmodi dilectionem arbitramur iniuriam. Hoc igitur etiā in uirtutis ratione cōsidera: ut eā neq̄ propter alios appetas, neq̄ propter homines obedias deo, sed propter deū potius hominibus. Alioq̄ si uirtutē ēt uidearis sequi, nihilominus similis non sequenti, deū in iracundiam concitasti. Sicut enim ille non faciendo inobediens fuit, ita tu non ritè faciēdo. *Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra.* Quia enim inanis gloriæ morbum fugarat, facilè iā cōtemptum habendi, & mundi cōsequenter inducit. Nihil quippe ita ad amorē diuitiarū, ut glorię cupiditas inflāmat. Propter hanc nanq̄ homines, & seruorū greges, & eunuchorū cameruas, & equos aureis phaleris insignes, & argēteas mensas, & alia magna ridēda cōquirunt, non ut expleant necessitatē, non ut capiant uoluptatē, sed ut esse possint ostētare quāplurimis. Superius igitur tātūmodo, quia misericordē fieri oportet: hīc uerò & quantū misereri oporteat, ostendit dicendo: Nolite thesaurizare. Quia enim importunum erat inter ipsa initia dicendi de contēptu rerum subitò inferre sermonē, propter quandam scilicet auaritię tyrannidē: paulatim uitij huius inducit horrorē, ab eoq̄ liberat ægrotātes, ac sensim animū auditoris ingreditur, ut & facilius recipi possit, & gratius. Propterea.n. primò qdē ait, Beati misericordes: post hoc uerò, Esto cōsentiens aduersario tuo: postq̄ illud, Siquis, ait: uoluerit tunicā tuam tollere, & iudicio contendere, da ei & pallium. hic uerò multo illis omnibus maiora cōmemorat. Nam ibi quidē dixit, quoniā si litem tibi uideris imminētem, etiā illa quæ habes indulge: melius est enim iurgio liberari, quā retinere materiam iurgiorum. Hic autē neq̄ aduersarium, neq̄ in iudicio certantē, neq̄ alium quēquam omnino commemorans, ipso prorsus docet habēdi gaudere cōtemptu: ostendēs, quia non tā propter eos, in quos fit ipsa misericordia, quā propter istos quos facere cohortatur ista præcipiat, ut ēt si nemo fuerit lædens, atq̄ in iudicium trahens, nihilominus præsentia contem E
namus, eaq̄ indigētib. ministremus. Et ne hic quidē posuit oīno, sed hic quoque gradatim incedit, ac sensim, & certè cùm magnū ostendisset in eremo super hac uirtute certamē, attamē non ponit istud, neque adducit in mediū. Nondum enim reuelandi ea tempus aduenerat: sed iterum cogitationes cordis examinat, consiliatoris magis, quā latoris legis uicem hoc sermone custodiens. Dicendo enim: *Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, ubi ærugo, & tinea demolitur, & ubi fures effodiūt, & furātur.* ostēdit & terrenū hūc thesaurū noxæ facilè patentē, & cœlestē illū ab omni labe serenum, et tutissimum, uel de loco. s. uel de ipsa eminentia præmiorum. Nec tamen usq̄ ad ista progreditur, sed alterū quoq̄ eius sensum ministrat, & in primis unde plurimū metuunt, inde illos potissimū cohortatur. Certè hoc, iquit, times, ne decoquatur pecunia, si eleemosynā largiaris. Da igitur eleemosynā, & tūc pecunia tuta seruabitur, quodq̄ est amplius, nō modò nō cōsumetur ipsa, uerūmetiam maiora incrementa susc̄ipiet. Nā illa quoq̄ quę in cœlo sunt habenda cōmemorat, quod licēt modò reticere uideatur, postea tamē diligēter inculcat: nūc uerò interim adducit in mediū, quod eos maximè etiā poterat cohortari, quòd. s. thesaurus eorum maneat inexpensus, per quod etiā ad studium misērationis inuitat. Nō enim tātumodo ait, si thesaurū tuū in eleemosynam erogaueris, conseruasti, uerum etiā è cōtrario comminando: nisi, inquit, erogaueris perdidisti. Et considera ineffabilem sapientiam: non enim dixit alijs illa dimittes, nā hoc quoq̄ dulce nōnunquā homines ęstimāt: sed eos potius aliunde deterret, uidelicet ostendens, quoniā neq̄ istud inueniant. Et si enim homines, iquit, nequaquā isti thesauro possent nocere: sunt tamen alia profectò quę nō ceant, tinea. s. & ęrugo: quanquam enim capi facilè species ipsa uideatur, ¡expugnabilis tamē est, nec cohiberi unquā potest. Et quantalibet cōtra eiusmodi noxam requiras, nunquā illam ualebis arcere. Quid igitur? aurū tinea corrūpitur? Nequaquam profectò sed quod à tineis nō cōsumitur, asportatur à furib⁹. Quid ergo? Omnésne spoliatos putam⁹? Et si non oēs, sed certè quāplurimos: propterea qppe & aliū, ut paulò antè dixi, sensum inferēs, ait: *Vbi fuerit thesaurus tuus, ibi & cor tuum.* Etiāsi nihil, inquit, tale cō-

G tingeret, non tamen exiguũ patereris incõmodum, terrenis reb⁹ affixus, & seruus factus ex libero, & cœlestibus bonis excidés, nunquã de sublimib⁹ cogitare:sed pecunias iugiter, & usuras, & fœnus semp, ac lucra, & redditus tabernarũ illiberales, cũ his omnibus liber possis quietẽ agitare. Quo quid tandem queat infelicius inueniri? huiusmodi qppe deterius quã quilibet seruus afficitur, tyrãnidi huic sæuissimę subiugatus: quæ que omnibus potiora sunt, pariter abijcies, propriæ. libertatis, ac nobilitatis insignia. Quãtacunq; n. tibi aliquis uoluerit de ueritate disserere, mẽte pecunijs affixa, nihil ex utilibus poteris audire:sed quasi qdam canis ad sepulchrũ reuinctus: & tyrãnide pecuniarũ omni catena tenacius illigatus, adeũtes te atq; poscẽtes latratibus tuis psonas, unũ atq; idẽ iuge opus exequens, ut alijs reposita conserues: quo qd unquam possit miserius iudicari? Sed tamẽ qa hoc celsius erat, quã ut ad illud auditorũ mẽs possit ascendere, & neq; custoditi thesauri damnũ, neq; contempti lucri facilè poterat intelligi: sed opus erat sapiẽtiore, ac pfectiore sentẽtia, quę id utrũq; pH penderet: sic quidẽ illa præmisit, ut tamẽ postea manifestiora subiungeret, Vbi. n. fuerit thesaurus tuus, ibi erit & cor tuum. Facit uerò illud etiam alio sermone lucidius: *Lucerna corporis tui, est oculus tuus* ac si diceret, Ne defoderis aurum tuum, nec quicquã aliud eiusmodi. siquidẽ tineæ illa, & ęrugini, ac furibus cõgregabis: si uerò has aliquo modo pestes effugeris: tuũ tamẽ cor seruitio subiugare, terręq; affigere non omnino effugies. Vbi. n. fuerit thesaurus tuus, ibi erit & cor tuũ. Igitur si thesaurũ tuũ cõdideris in cœlo, magnã hic mercedẽ capescis, quòd illuc mente trãsgrederis, & ea quæ ibi sunt cogitas, deq; illorũ es profectione solicitus. Vbi enim thesaurũ tuum reponis, illuc transponis & mentẽ. Cæterum si id facias in terra, in ipsa proculdubio totus hęrebis. Sed si obscurũ putas esse quod dictũ est, audi ẽt cętera q̃ sequũtur: *Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si fuerit oculus tuus simplex, totũ corpus tuũ lucidũ erit. Quod si fuerit oculus tuus nequã, totũ corpus tuũ tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ sunt, &* erũt? Ad ea quæ sensibilia sunt, sermonẽ rursus addu

I cit. Quia enim de animo iã dixerat in seruitutẽ, iã & in captiuitatẽ, redacto: hoc autẽ nõ à multis poterat intelligi, ad ea quæ extrinsecus sunt, oculisq; proposita doctrinã suã trãsfert, ut ex estis etiã quę de interioribus dicuntur intelligant. Si. n. ignoras, inquit, quãta p hoc inferatur noxa menti, à corporalibus istud addisce. Quod. n. oculus corpori, hoc intellectus est animę. Vt. n. nequaquam optes auro ornari, uestę serica conspici, si sit oculis tibi carẽdum, sed horũ proculdubio sanitatẽ desiderabiliorẽ rebus omnib⁹ iudicares: quę si tibi certè depereat, nihil te iã tota uita delectat: quãtò hoc magis pro oculis debes mẽtis efficere? Sicut enim postquã corporaliũ oculorum lumen extinctum est, omnia iã membra in miseria uersantur, ac tenebris, ita etiã mente cæcata, innumeris prorsus malis hominum uita cumulatur. Quemadmodũ igitur in corpore hoc maximè prouidemus, ut oculos habeamus incolumes: sic ẽt in anima intellectus cõseruemus salutẽ. Si uerò cæcamus istũ, quo alijs quoque debemus lumen inferre: unde iã ipsi poterimus aspicere? Sicut. n. qui caput ipsum fontis obstruxit, totũ simul exiccauit & fluuium: sic etiam qui oculũ mẽtis tenebris obduxit, oẽs quoq; uitę istius actus una cõfusione cęcauit. Propter quod ait: Si lu K mẽ quod in te est, tenebrę sunt: ipsę tenebræ quãtæ erũt? Quãdo. n. lucerna extinguitur, quãdo gubernator mergitur, quando dux ipse capitur: quæ tandem obedientib⁹ supererit spes salutis? Propterea nũc qdẽ omisit dicere eas, quę diuitijs tẽduntur insidias, lites uidelicet, ac pugnas: quanquã superius memorauit, etiã ista dicẽdo, ne fortè trãdat te iudici & hic ministro, & in carcerẽ mittaris: sed ponens his omnibus sæuiora, & quæ absq; dubio semper accidũt, à maligna cõcupiscẽtia liberat audiẽtes. Etenim multò horribilius est mentẽ huic ægritudini mãcipare, quã carceris squalore macerari. Et hoc quidẽ nõ semper accidit. Illud uerò indiuisibile habet cũ pecuniæ cupiditate consortiũ. Et idcirco post illud cõtinuò istud locauit, utpote pessimũ, & quod oibus soleat accidere. Dedit enim nobis intellectũ deus, ut ignorãtiam fugemus è mẽtibus, ut rectũ teneamus iustumq; iudiciũ, atq; ad alia huiusmodi dirigamur: & contra diuersarum impugnationũ uarios incursus, hoc quasi quodã scuto usi ac lumine maneamus innocui atq; L muniti. Nos uerò tantũ hoc dei donum temerè prodimus, propter supflua ac uana prorsus. Quid enim prodest auratis armis milites refulgere, cùm ducitur rex ipse captiuus? Quod lucrũ est ornatæ depictæq; nauis, cũ ipsius mergitur gubernator? Quę nam illa est bene compositi corporis pulchritudo, cũ facies oculos amisit? Quemadmodũ igitur si medicũ, cuius ad aliorũ ægritudines depellẽdas sanitas necessaria est, ipsum in ęgritudinẽ mittas, & in deamato cubiculo, lectuloq; argenteo iacere pcipias, nihil proficiet oino languentibus: ita etiã si mentis principale corrumpẽs, quo. s. ingruentibus potes uitijs repugnare, thesauro feceris assidere, nõ modo nihil omnino profeceris, sed totum prorsus animum læseris. Consideraſti nẽpe quemadmodũ propter quę homines habẽdi maximè cupiditate capiũtur, p hęc ipsa pręcipuè ab ea eos reducit. Cui⁹, inquit, rei gratia pecunias cõcupiscis? nonne ut uoluptate, ac delicijs pfruaris? Hoc quidẽ hic penitus non habebis, immò è contrario hinc tibi erit afflictio maior. Si. n. oculis effossis nulla ferrè iucunditate mulcemur, propter miseriam quam de illorũ priuatione sentimus: multo id magis M in submersione mentis, & cæcitate perpetimur. Quã igitur ob causam thesaurũ tuũ terræ defodis? Vt diligẽtius, inquit, custodiatur ac tutius. Sed hic quoq; cõtrarius tibi rursus occurrit. Sicut. n. & ieiunantẽ, & largientẽ, & orantẽ p ea ipsa ab inani gloria retraxit, p quæ illi ipsius cupiditate ẽt flagrabãt, ac si diceret, quã ob cãm ita ieiunas, oras, ac misereris? nẽpe quia gloriã hominũ diligis. Noli igitur ita orare, & tunc eã in futuro maximã consequẽris. Sic etiã pecuniæ cupidum, per quę illã maximè diligebat, per ea ipsa ab eo studio dehortatur. Quid, inquit, cupis? nẽpe ut & tua pecunia cõseruetur, & ipse delectationib⁹ pfruaris. Hęc tibi equidẽ multo cũ cumulo utraq; prestabo, si modò ibi reposueris thesaurũ, ubi ipse pcipio. Apertius quidem in cõsequentibus læsionẽ mẽtis, q̃ ex diuitiarum accidit amore patefecit, quando sci licet spinarũ laceratione eas cõparauit. Veruntamen hic quoq; nõ obiter idipsum notauit: ostẽdens eum qui illis fuerit deditus, tenebris esse circundatũ. Vt. n. in tenebris ambulantes, nihil manifestè, uereq; cõspiciunt, Si enim funem uiderint, serpentẽ putant: si inter montes ac prerupta deuenerint, pmoriuntur pauore: sic

A uore: sic etiam isti nulla prorsus metuenda cernẽtes, sola suspicione terrentur. Nam pauperiem cõtremiscunt, imo non pauperiem tantũ, sed ẽt quantulum cunq; dispendiũ. Nam si exiguum aliquid saltẽ amiserint, magis etiam ij̃ hi qui necessario uictu indigẽt, lamẽtantur ac deflent. Multi igitur ex diuitibus istis etiam ad laqueum concurrerunt, nequaquam. s. tantum mœrorem ferentes. Sed & iniuriam pati, ac detrimenti aliquid incurrere, ita illis intolerandũ uidetur, ut ob hoc quoq; plurimi uitæ istius blandimẽta respuerint. Siquidem molles eos, & ad omnia prorsus infirmos diuitiæ reddiderunt, nisi quòd fortes in solo earum seruitio perseuerant. Quando. n. illæ sibi eos seruire cõpellunt, nec uerbera, nec opprobria reformidant, non ignominiam prorsus ullã, nõ periculum capitis perhorrescũt. quod certè infelicitatis est extremæ. Ad hæc quidem, in quibus philosophari decet, esse omnibus molliores. ad ea uerò in quibus pudore opus est ac timore, impudẽtiores oibus fieri, atq; omnibus sęuiores. Tale enim aliquid his accidit, quale est quod ille pẽpetitur qui pecuniam suã

B in ea q non oportuerat impendit. Hinc enim tpe necessarij fœnoris imminente, nõ habens quod possit credere mutuanti, intolerabilia mala sustinet, malè iam omnibus q̃ habuerat expensis: & quemadmodum illi in theatro artium lasciuarũ periti, in ipsis qdem plurima & admiranda faciũt, & periculosa patiuntur: in alijs uerò utilibus necessarijsq; rebus imperitiores oino cunctis, & irrisione sunt oibus digniores. Nã qui supra funẽ per sublime tensum cũ securitate gradientes tantã fortitudinẽ mentis ostẽdunt, cũ aliqua necessaria certè causa audaciam & fortitudinẽ flagitat, nihil prorsus uirile non modò facere possunt, uerũetiam cogitare. Sic sunt profectò ẽt isti locupletes, qui cũ omnia pro diuitijs audeant, pro philosophia nõ grande aliquid, non exiguum se sustinere patiuntur. At sicut illi ridiculũ opus exequuntur & uanũ, & omnino infructuosum, ita hi quoque pericula ac pręcipitia sustinent multa, q̃ omnia inutili fine clauduntur. Hinc quidẽ mẽtis cõfusione cæcati, inde uerò inaniũ curarũ caligine obducti, pp qd nec facilè possunt ea q̃ sunt discenda percipere. Qui

C enim noctis tenebris impeditur, statim ut radij solis affulserint, à tenebris liberatur. At uerò captus oculis, ẽt sole ubiq; rutilãte, noctẽ suam patitur: quod hi quoq; profectò qui ne sole quidẽ ipso iustitiæ tam splendido coruscãte, eisq; maximã ostendente lucẽ, ab animi sui tenebris liberãtur, ita eorũ oculos clausere diuitiæ. Propter quod & duplicẽ sustinent cæcitatẽ: unam quidẽ, quã patiuntur ex opibus, alteram uerò, quã perferunt dum obedire tali noluut magistrandẽ aliquãdo incipiamus lumẽ aspicere. Et quem admodum te ad uisum redire possibile est, nisi prius didiceris quo cæcatus es? Quo ergo cæcatus es? De mala utiq; cõcupiscentia: amor siquidẽ diuitiarũ, pupillã mentis tuæ quasi quidã malignus humor influxit, dęfamq; iam nebulã prorsus operatus est. Sed & dirumpi, atq; dispergi hanc nebulã facile est, si. s. radium doctrinæ Christi uoluerimus exhortantẽ admittere, si illũ audierimus exhortantẽ, atq; dicẽtem: *Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra.* Et quid mihi, inquit, prodest huiusmodi audire uocem, quãdo cupiscentiæ uinculis teneor adstrictus? Sed & ipsam certè concupiscentiã dissoluere potest maxime assiduus auditus. Quòd si illius nodis permanes obliga D tus, intellige qa non est cõcupiscentia ipsa huius mali causa. Quæ. n. concupiscentia est seruire durissimę seruituti, tyrannidi impotẽtissimæ subiugari, uinciri undiq; aurorũ catenis, ac teterrimis animi tenebris obsideri, & turbationibus semper impleri, & infructuosis doloribus semper cruciari, atq; alijs patrimoniũ reseruare, & frequenter inimicis? Qua ergo hæc tandẽ cõcupiscentia digna sunt, imo qua non fuga, quibus nõ cursibus relinquenda? Quæ tandẽ cõcupiscentia est, thesaurũ inter fures recondere? Si enim omnino diuitias concupiscis, fac eas tutissimas permanere, nulliq; patere uiolentiæ. Quod uerò nũc facis, nõ est diuitias amantis, sed seruitutis damna, doloresq; continuos expetentis. Tu uerò si aliquis tibi hominũ tutum à fraude atq; uiolentia demostret locum, facilè ẽt ad auias solitudines paras abscedere. Cũ uerò id tibi nõ homo, sed ipse certè polliceatur deus: & nõ eremum tibi proponat utiq;, sed cœlum, cõtraria magis recipis: sed etiãsi innumeris munitionibus in terra diuitiæ recondantur, nunq̃ tamẽ earũ dominus, uel potius seruus, curarũ poterit morsib⁹ E liberari. Nã etiamsi nunq̃ eas fortasse perdat, nunq̃ tamen carebit timore perdẽdi. Ibi uerò nihil prorsus tale patieris (ubi quod est amplius) non modo defodis aurũ, sed & seminas. Idem. n. thesaurus & semen est, imo uerò longè hoc utroq; præstantius: semen quippe non semp manet, hoc aũt iugiter perseuerat. Hic thesaurus oino non germinat, ille uerò imortales tibi affert fructus. Si uerò de ipso tpe, & redditionis dilatione conquereris, possum tibi & ego dicere: Quanta & alia nõ recipies in pśenti, q̃ cum maximo etiam labore cõmendas: & ex his certè quotidianis, atq; ad uitã necessarijs te docere tentabo, uanas tibi excusationũ materias requirentẽ. Multa quippe etiã in pśenti uita paras, quibus non es fruiturus: q̃ si tibi aliquis opponat, filios tu illicò proferẽs ac nepotes, idoneam te habere credis & rationẽ, & consolationem laborum. Cum. n. in extrema iam positus senectute, amplas ædifices & claras domus, quarũ ante finem tuũ perfrui habitatione desideras: cũ frequenter & arbores seras, post longũ certè tempus fructũ daturas: cũ nouellis campũ plantarijs impleas, nunc est præsens quidẽ labor, sed post multos annorum F circulos fructus futurus: sed & cũ patrimonia coëmis, & hęreditates pluriumq; cernis, quibus dominari post grade tẽpus expectas: cũ alia quoq; istiusmodi plurima paras, de quibus cũ laborem maximum sentias, nullũ fructum interim capescis: putásne pp temeipsum ista, an pp alios facis, qui post te utiq; et uicturi sunt? Quemadmodũ igitur non extremę uecordiæ est, hic quidem pp dilationem tpis nihil omnino cũctari, & hoc certè cũ multos per annos expectantes, laborũ nostrorum fructibus excidere uis: ibi uerò pp dilationem istam laxari, atq; marcessere. cũ certè maius tibi absq; dubio lucrũ conferat ipsa dilatio, nec ad alios bona à te expectata transmittat, sed tibi oia certè tradenda custodiat? Præter hęc aũt nec longa est ipsa dilatio. Est quippe res ista prorsus ambigua, & oino nescimus an ẽt nostra ætate hæc oia finiãtur, & dies ille metuendus adueniat, atque horribile illud nobis ostẽdatur tribunal. Nã & signa multa prorsus impleta sunt, & Euãgeliũ toto iam sere orbe personuit: & prælia, & terrarũ tremores, & fames, ut prędictũ fuerat, acciderũt, nec grande iam

G medium est:sed nō uides signa, at hæc ipsa quidem quæ modo posui,signa sunt maxima. Verū neq; sub Noë quondā ulla totius mundi generalis interitus indicia uiderūt: sed inter epulandū atq; ludendum, inter ædificationes domorū, & lætitias nuptiarum, interq; opera ista solēnia subitò deprehensi sunt ab illa ultione terribili. Similiter in Sodomis cū delicijs soluerentur,cū criminibus polluerentur, nihilq; eorum q̄ sunt facta prospicerent, dilapsis cœlo fulminibus exusti sunt. Quæ omnia cōsiderantes,ad eā nos qua hinc abscessuri sumus profectionē paremus. Nā licet cōis illius finis nondū instet dies, peculiaris tamen iste uniuscuiusq; nostrū finis in proximo est. Et si enim senex sit aliquis,& si adolescens, morti tamē in qualibet ętate uicinus est. Nec putemus nobis,cū illuc uenerimus misericordiā esse tribuendā,qui non agimus ut ueniam mereamur accipere: etsi Abrahā pro nobis roget,etsi Noë,etsi Iob,etsi Daniel. Dum igitur est tēpus in manibus, plurimam nobis apud deum fiduciam præparemus,misericordiā nobis largiſsimam cōgregemus,nostraq; omnia trāsferamus
H in cœlū:ut opportuno tpe, quando eis maximè indigemus,omnibus perfruamur,gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperiū in secula seculorum, Amen.

Homilia.xxij.ex cap.vi.

Emo potest duobus dominis seruire: aut enim unū
n *odiet,& alterum diliget: aut unum agnoscet,& alterum contemnet.* Vides ut paulatim à præsentibus auditorem rebus abducat,perq; multa sermonem de cōtemptu habendi inferens, tyrannidē cupiditatis extinguat? Neq; n. ea, q̄ superius ait, dixisse contētus est,& certè cū multa alia & magna sint: sed alia quoq; plura & terribiliora subiungit. Quid enim his q̄ nunc dicta sunt, ad utrunq; excitandum mentis affectū cumulatius proferatur? Quidue terribilius est,q̄ si propter pecunias, Christi ēt seruitio dicamur excidere: uel desiderabilius,q̄ si despectu pecuniarum tota illi possimus mente, & dilectione cōiungi? Quod enim dicere semper soleo, id nunc rursus admoneo, quòd.s.auditorē ad eorū q̄ dicit obedientiam ēt per aduersa compellat,non solum.s.per
I ista quæ prosunt,uerumetiā per illa quæ lędūt: sicut optimus quispiam medicus, qui & ex intemperātia ægritudinem ostendat esse secuturā, & ex obedientia sospitatem. Considera igitur quantum hic lucrū rursus ostendat,& quemadmodū utilitatem de aduersariorū uituperatione cōficiat. Nō, inquit, hoc solo uobis diuitiæ nocent modo, quo cōtra uos latrocinantium armant manus: nec quia magno cum cumulo intellectū uestræ mentis obtenebrant: uerum etiā quòd uos à seruitute dei diuellūt,& rei mottuę, pecuniarū.s.captiuos efficiunt,satis proculdubio ex utroq; lædentes, dum & earū uos seruitio subiugāt, in quas oportuerat exerceri dominatū,& ab eis uos obsequio excludūt, cuisupra oēs profectò seruire & necessarium est ēt uobis, pariter & cōmodum. Sicut enim duplex damnū esse perdocuit, hic quidē recondere ubi ærugo & tinea demolitur: ibi uerò nō reponere, ubi incorruptibilis thesaurus manebit: Ita hic quoq; geminū in auaritia posuit detrimentū, & hoc scilicet, per quod à deo retrahit, & illud per qđ subiugo māmonæ premit. Nec tamen statim apertè illud posuit,ac nudè,sed primò de cōmuniū illud sensuum assertione construxit: ait quippe, *Nemo potest duobus dominis seruire.* Duos hic esse dicens contraria K
imperantes,quod nisi intelligas, ne duo quidē sint. Nam & illius,q̄ in Christum crediderat multitudo, *Acto.4.8*
erat cor unū,& anima una. Et certè cum in corpora illi essent multa diuisi, sed cōcordia tamen unū fecit ex plurimis. Deinde ut quod dicit cumulet, nō solū, inquit,nō seruiet,sed & aduersabitur,& habebit exosum. *Aut enim,* inquit, *unum odiet,& alterū diliget: aut unum patietur,& alterum contemnet.* Et uidetur quidē idipsum esse repetitū,sed nequaquā aut ociosè, aut redunda nter hoc posuit: uerūtamen ut ostenderet, quia facilis est ad meliora mutatio. Ne.n. diceres, semel iam sum seruitio subiugatus, & tyrannide pecuniarum grauiter oppressus, ostendit nō impossibile esse cōuerti: & quemadmodū inde huc uētū est, ita hinc quoq; illuc posse rediri. Cū hoc igitur sine ulli? dixisset significatione personæ, quo uidelicet auditori facilius persuaderet, æquū ad ea q̄ dicerentur afferre iudiciū: post q̄ illū ad sibi consentiendum parauit, tum demum ēt se releuat, intulit quippe: *Non potestis deo seruire & mammonæ.* Hoc loco & animo prorsus L
toto perhorrescamus & corpore, intelligentes istud quod Xp̄m dixisse memorauimus, ex aduerso.s.deū aurūq; cōsistere. Si igitur istud sono quoq; sermonis horribile est, quanto est horribilius, cū ipsis operib? tyrannus aurū dei timori præfert? Quid ergo apud ueteres sanctos? nōne hic ipse auri potentatus uigebat? Nequaquam: ait enim, Quo Abraham, quo ēt *Gen.13.d*
Iacob placuerunt deo. At noli tu mihi contra hanc *Gene.33*
sententiā proferre diuites, sed diuitijs seruientes. Alioquin ēt Iob erat quidem diues, nō tamē pecuniæ ser- *Iob.1.2.*
uiebat, sed habebat diuitias, eisq; ut congruit, impe- *& ulti.*
rabat: nec erat famulus earum profectò, sed dominus. Sicut.n. alieni patrimonij dispensator, ita illa oia possidebat, nō modò aliena nō rapiens, sed propria quoq; indigentibus largiens, quodq; his maius est, nec habere se illa gaudebat, quod hinc intelligitur. Si *Iob.31.d*
lætatus sum, inquit, quia mihi essent multæ diuitię. Vnde ēt consequēter, quia gaudium de possessione nō habuit, dolorem de amissione nō pertulit. At nō tales nostra sunt ætate locupletes, sed captiuis omnibus deterius affecti: & sicut inuiti cuidā tyranno tributa pendentes, non quiescunt à miseria seruitutis. M
Quasi.n. arcem quandā, ita eorū mētem amor auri insedit. Vnde per dies singulos pcepta eis plena iniquitatis imponit, nec est oīno aliquis q nō obediat imperanti. Noli igitur ex superfluo argumentari: semel siquidē pronunciauit deus impossibile esse dicens, utrūq; hoc simul esse seruitiū. Ne ergo tu dixeris hoc esse possibile. Quando.n. te unus dominus proprijs quæq; exui iubet, alter uerò ēt aliena diripere: quando ille tibi imperat castitatē, iste luxuriam: quādo hic tibi castigationē uentris indicit, ille ebrietatē atq; delitias: quādo te alter oia ista iubet despicere, alter uerò mhærere, atq; inhiare pentibus. Cū hic quidē pręcipit lecta marmora, parietes pictos,& laquearia deaurata mirari: ille uerò inhorrescere huiusmodi oia,& ueræ philosophiæ pulchritudinē, ac morū ornamenta suscipere: quemadmodū possibile est, tam cōtraria hæc pariter cōuenire? Dominū hic aūt māmonam.i. pecuniam nuncupauit, nō ob probam ipsius utiq; naturā, sed ob eorū miseriam, qui se ad illius inclinauere seruitium. Sic ēt uentrē Apostolus appellat deū, nō utiq; à dignitate dominātis, *Phil 3.d*
sed ab infœlicitate famulantiū. Quod supplicio cer-

A tè omni etiā maius est, satisq; idoneum, etiam ante pœnā punire capitū. Quibus enim captiuis nō ifœliciores etiā putandi sunt, qui cùm dominū habeant deū, ab illo rege mitissimo recedētes, tyrāno se huic sæuissimo dederūt, et hoc cùm nobis etiā in pręsenti ista res noceat? Nam & damna p hāc causam ineffabilia cōtingunt, & lites frequēter & calumnia, atque certamina, & assidui dolores, & cæcitas mentis: quodq; est grauiꝰ, ēt bonorū nobis cœlestiū per hęc infertur amissio, quæ solo certè possumus dei seruitio promereri. Cū igitur ex his omnibus ostendisset, quā esset utilis despectus pecuniarū, atque ad custodiā, & ad animæ uoluptatē, & ad uirtutē tenēdā, & ad pietatē, quæ erga deū est munimentū: cōficit iam possibile esse quod pręcepit. Hoc est qppe optimę legis insigne, nō utilia tantūmodo, uerūetiam possibilia sancire: propter quod intulit, dicēs: *Nolite cogitare animæ uestræ quid mānducetis.* Ne ergo diceret, quid ergo si abijciamus oīa? idcirco huic contradictioni opportunè rursus occurrit. Sicut.n. si inter principia ipsa dixisset, Nolite de cibo esse soliciti: sermo absq; du-
B bio esset onerosus. Ita postquā ostēdit miseriā, distētionēq; animi de pecuniæ amore nascentē, coarctationē suā reddidit faciliorē: propter quod ne nūc qdem simpliciter ait, Nolite esse soliciti: sed prius adiecit & causam, sicq; illud utiq; pręcepit. Postquā enim dixit: *Non potestis deo seruire & mammonæ.* intulit, *propterea dico uobis: Nolite soliciti esse.* per quod ostendit ineffabile detrimentū. Non solā enim noxam in pecunijs, inquit, uerumetiā plagam in rebus, & quidē principalibus sentietis, ac propriæ etiā subuersionē salutis. Siquidē uos excludūt à deo q uos creauit, & tuetur, & diligit: propterea dico uobis, nolite soliciti esse. Quia enim inæstimabilē esse noxā monstrauerat: consequētissimè præceptū quoq; ipsum, quo ad uersus illam armemur, ostēdit. Neq; enim tantūmodo ea quę parta sunt abijci iubet, uerū ne sup necessario quidē cibo esse solicitos animæ uestrę qd manducetis: nō quia anima indigeat cibo, cū sit incorporea profectò, sed iuxta communē hoc est morem locutus. Et si enim alimentis ipsa nō indiget, nō tamē
C potest permanere i corpore, nisi utiq; alimēta sumēte. Cū igitur de cibo eos curare uetuisset, nequaquā illud inexpletū reliquit: sed magis adhuc, ac magis animos commouet audientiū: tum quidē his quæ in nobismetipsis gerimus, tū uerò illis quę sunt exterius exēplis. Et de his quidē quę in nobis sunt, ita disserens: *Nónne anima plus est quā esca, & corpus plus quàm uestimentum?* Qui igitur hoc quod maius est tribuit, quomodo nō ēt, quod minus est largietur? Qui formauit eā quæ tali indiget carne, quomodo non etiā alimenta præstabit? Propter quod nō simpliciter ait, Nolite soliciti esse qd manducetis, aut quid induami ni: sed omnino signāter animæ inqt, & corpori: quia ex ipsis erat utiq; probaturus superfluū esse de uictu uestituq; curare. Et idcirco sermonē suū utriusq; substātię muniuit exēplo. Sed animā quidem qualem semel dedi, talis & permanet, corpus uerò usq; ad sui mēsurā quotidianis diebus augetur. Deinde propriū indicās utriusq; naturę, & unius imortale asserens, alterius temporale: intulit dicens, *Quis ex uobis potest addere ad staturā suam cubitum unum?* Nam de anima quidē conticuit, utpote quę incrementa nō caperet, de corpore autē solo disputauit. Ex quo etiam istud ostendit, quia corpus ipsum non tā alimonia sui cre-
D scat, quā prouidētia conditoris. Quod etiam per a- 1.Cor.3.b
lia demonstrās Paulus, aiebat: Igitur neque qui etiā plantat est aliquid, neque qui rigat, sed q incrementū dat deus. His igitur q in nobis sunt ita est cohortatus, alijs uerò exēplis: *Aspicite,* inquit, *uolatilia cœli.* Ne qs enim diceret, prodest nobis eē solicitos: & ex maioribꝰ, & ex minoribꝰ á solicitudine dehortatur. A maiorum quidē parte, cùm & animi eos & corporis admonuit: à minorum uerò, cum ad auiū misit eos exemplum. Si enim etiā longè inferiorum tantā se ostēdit deus habere curā: quemadmodū, inquit, uobis necessaria ista non tribuet? Et ad istos quidē hoc modo: erat enim uulgus auditor: diabolo autē longè aliter omnino respondit: Nō in pane solo, in- *Matt.4.a*
quit, uiuit homo, sed in oī uerbo quod procedit, de ore dei. His uerò etiam uolucrū exemplum, & maxima quidē cū increpatione proposuit: quod certè in cohortationis ratione ualidissimū est. Sed in tantū quidem impiorū processere dementię, ut hoc ipsum reprehendere non uereantur exemplū. Est, inquiūt, prorsus incongruum, ut ille qui uoluntatē in audiē-
E tibus suscitabat, naturaliū ad hoc rerum exēpla proferret, quibus qppe hoc ineſt natura. Quid igitur ad ista dicemus? qa uidelicet & si illis hoc iuxta naturā ineſt, nobis tamē idipsum possibile est p studiū uoluntatis. Non enim dixit, respicite qa uolant aues, quod nobis certè impossibile est prorsus imirari: sed quia absque solicitudinis suæ pparatione pascātur, qd nos quoq;, si uolumus, facilè quimus īplere. Et hoc illi ostēdunt profectò, qui istud operibus execuꝰ ti sunt: propter quod dignū est docente sapiētia, magis magisq; mirari. Qui cū hominū proponere posset exempla, & Mosen, Heliā Ioānem, cæteros q; proferre, qui eorū similes de uictu non fuerunt soliciti: *Exo.34.*
ut magis audientium cōscientias uerberaret, de irra- *d. &*
tionalium illos securitate cōmonuit. Si enim iustos *Deut.9.b*
illos memorare uoluisset, dicturi isti continuò fuis- *3.Reg.19*
sent, nec dū ad eorum uirtutis cacumē ascendimus. *b.*
Nūc uerò istos qdē reticēs, & cœli eis uolatilia pro- *Matt.3.b*
ponens, omnē prorsus occasionē huiusmodi cōtra- *& Mar.1*
dictionis incidit. In hoc quoque legē imitatus anti- *a.*
quā. Nā uetus quoque lex & ad apem homines, & F
ad formicam remittit, sed & ad turturē aliquādo, & *Iudic.14*
ad hirundinem. Verū hoc quoque grande documē- *b.et Pro-*
tum est, ad honorē q in libertate est hominis expri- *uerbi. 6.*
mendum: quandoquidē quod illa habent lege natu- *a.*
ræ, hoc nos assequi possumus uoluntate. Si enim ēt *Eccleſia-*
illorū quę propter nos utique creauit, tantā deus cu- *ſtici.11.a*
rā gerit: quāto potius nostri quos dominos fecit? Re- *& .30.d*
spicite uolatilia, & non ait, quæ non cauponū, ac ne *Pſal.83.a*
gociatorū more uiuunt: hæc enim desperatorū om- *et Hiere.*
nino professio est: sed quia non seminat, inquit, nec *8.b*
metunt. Quid igitur? Nō oportet, inquies, seminare? *Eſa.38.c*
Nō dixit, quia seminare nō debeas, sed quia solicitus hinc, atq; anxius esse nō debes: nec ait, non oportet operari, sed quia pusillanimū esse nō oporteat, & curarum angore distendi. Nā & cibo refici utique iussit, sed nequaquam de hac esse necessitate solicitos. Hinc & beatus Dauid sermonē porrò antè præmisit, sub quadā idipsum exprimens cohortationis figura: Aperis tu, inquit, manū tuam, & imples omne *Pſal.144*
animal benedictione. Et rursus: Qui dat iumentis es- *d.*
cam ipsorum, & pullis coruorū inuocantibus eū. *Pſal.146*
Et quis, inquit, aliquādo istius curæ manſit īmunis? *b.*
Non audisti quos uiros, & quanto iustitiæ nomine

G pollentes prætulerim? Non uides in illis patriarcham Iacob nudum ex patria profectum domo? Nō audis
Ge.28.d orantē illum, atq; dicentem? Si dederit mihi deus panem ad manducandū, & uestē ad operiēdum: quod
certè non erat solicitudinē gerētis, sed à deo cuncta
Mat.19.d quærētis. Hoc etiā Apostoli perfecerant, omnia quę habebāt subitò relinquentes, & rerū simul, curarūq;
onera ponentes. Hoc etiā tria millia credentiū Chri-
Actо.2.g sto se implesse lętata sunt: Sin uerò tot uerba audiēs, tot exēpla, nihil omin⁹ retrahis assensum, ne his profectò molestissimis solicitudinum uinculis libereris, intellige nihil tibi profuturam esse hanc ipsam, quā de curarū nodis pateris ærumnam: & sic saltem solicitudinum tuarū uincula dissolue. *Quis enim*, inquit, *potest ex uobis adijcere ad staturam suam cubitum unum?* Vidistine quemadmodū ex hoc quod apertū est, illud etiā quod occultū erat, facerat esse perspicuū? Sicut enim corpori, inquit, ne exiguū quidem augmētū sui potes adijcere curādo, sed absq; tua solicitudine illius incrementa cōsequeris: ita te oportet etiā alimoniā congregare, si tamen uel sic eam putaueris cōgregandā. Ex quo profectò manifestū est, nequaquā nostra industria, sed prouidentia dei etiā ea perfici, in qbus ipsi uidemur operari: quòd si ille nos deserat, non solicitudo ulla, non cura, nō labor, nec qcquā horū aliud apparebit: sed cuncta prorsus infœliciter laborata, & effusa inaniter uanescent. Ne igitur opinemur ipossibilia esse p̄cepta: plurimi qppe sunt, qui etiā nunc ista perficiant. Si uerò istud ignoras, ni-
2.Reg.19 hil omnino mirandum est. Nam & Helias se esse iam
b. solum putabat, sed audiuit à domino: quoniā reliq
& Ro.11 mihi septem milia uirorū. Ex quo perspicuū est, quia
a. nunc quoq; multi sunt apostolicā uitam tenentes, si cut quæ paulò antè dixi octo millia credentiū illa. Si uerò tales modo esse non credimus, nō quia desunt qui ista perficiant, sed quia longè nos ab illorū uirtute distamus. Sicut ergo ebrietatis cū aliquis uitio obsessus est, difficilè omnino credit esse quempiā hominum, qui ne aquam quidē gustarit unquam, cū certè plurimi id apud nos monachi fecerint. Et sicut ille qui cū mille meretricibus uoluptatur, uirginē quē
I quā permanere posse desperat: & ut alienorum raptor, etiā propria quēquā facilè cōtemnere posse nō annuit: ita & qui mille curarū lāguoribus contabescūt, nō facilè accipiūt hāc quę à saluatore p̄cipitur in alijs esse uirtutē. Nos uerò, quia multi istud impleuerint, ipsorū quoq; q ēt nostra ætate iuxta euāgeliū philosophātur, possumus exēplis docere. Sed uobis interim satis esse poterit, si nō appetere discatis aliena, & misericordiæ opera cōplere, ac recōditas pecunias erogare. Hęc.n. si feceris dilectissime, citò ēt ad illa proficies. Nunc interim abundantiā, atq; omne quod superfluit, deponamus, simusq; maximè mediocritate contēti, atq; discamus oīa, qbus opus habemus de iustis operib⁹ & laborib⁹ posse idere. Quia
Luc.e.3.c & beatus Ioānes, quādo his q uectigalibus exigēdis uacauerant disputabat, & milites: stipendijs suis esse cōtentos iubebat: nolebat qdē etiā ad aliam eos celsiorē philosophiam prouocare. Verū quia nondum ad eā apti erant, saltem minora dicebat, ne utique si eis eminētiora suasisset, nec illa fuissent secuti, & hæc forsitā perdidissent. Propterea igitur & ipsi i his nos adhuc iferioribus exercemns. Nouimus qppe supra nos esse interim amorem ex toto contemnere possi dendi. Quantùm enim cœlū à terra, tantum illa philosophia distat à nobis. Apprehendamus igitur saltē K
extrema hęc & minima præcepta, nec ipsa. n. exigua consolatio est. Et certè Græcos quosdā istud scimus impleſſe, quanquā nó qua debuerant animi sentētia propria respuerint. Verū nos sufficere interim credimus, si misericordia à uobis larga p̄stetur: citò enim etiā illuc peruenire poterim⁹, si ad hoc fuerimus antè progressi: sin autē ne hoc quidē fecerimus, quo tā dem nó digni iudicabimur esse supplicio? Qui cum ueteris testamēti iustos superare iubeamur, iferiores etiam gentilium philosophis inuenimur. Quid ergo dicemus, qui cū angeli, ac dei esse filij debeamus, ne hoc qdē nobis, ut uideamur homines esse seruam⁹? Rapere enim & inuadere uiolenter aliena, nō humanæ māsuetudinis, sed immanitatis est beluarū: quinimmo ipsis quoque deteriores sumus, qui in alienū transimus affectum. Illis enim hoc naturaliter insitū est, nos uerò qui ratione honorati sumus, & tamē in eam quæ præter naturā est, excedimus uilitatē: qua tandē uenia digni esse poterimus? Considerantes igi tur propositæ nobis philosophiæ mensuras, uel ad L
media peruenire properemus, ut & à supplicio liberemur futuro, & uirtutū iter continuò carpentes, ad fastigia bonorum ipsa ueniamus: quibus oēs nos cō tingat potiri, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Homilia.xxiij. ex capite. vi.

Onsiderate lilia agri quomodo crescunt, non labo
c *rant neque nent. Dico autē uobis quoniā nec Salo mon in omni gloria sua uestitus est, sicut unū ex istis.* Postquā de necessario disputauit cibo, & ostendit qa nec super hoc qdē nos oporteat esse solicitos, transit ad leuius. Neque. n. ita per oīa uestimentū ne cessariū est ut alimētū, Cuius igitur rei gratia, nō hic quoq; simili est usus exēplo? Cur nō ex auibus pauū nobis proposuit, aut cygnū, uel ex pecoribus agnū? Multa qppe ex hoc animantiū genere sumere exēpla potuisset. Quia scilicet utrūq; cumulū uoluit exaggerationis attollere, & ab herbarum. s. uilitate quæ tā to tamen adornatur decore, & ab illius pulchritudinis dignitate, quæ splendet in floribus: minus. n. ex- M
quisitæ uestis ambitū depreciaret, si ei nō ornata solum, uerumetiā animata præponeret: & idcirco post quam ista confert, non iā lilia, sed agri illa fœnū uocauit. Et ne hac quidē appellatione cōtentus, rursus aliam quoq; illis addit uilitatē. *Quod*, inquit, *hodie est:* & nō dixit, cras uerò nō est: sed multo adhuc iferius ac uilius: *& cras*, inquit, *in clibanum mittitur*. Nec dixit deus illa uestit, sed *deus illa sic uestit*. Vides certè multos exaggerationū cumulos, magnaq; elationis augmēta. Hoc autē facit, ut eos magis magisq; castiget, pp quod intulit, *Quantò magis nos*: multā quippe hic sermo uim cōtinet: quod. n. dixit, uos, nihil egit omnino aliud, quā ut ostēderet, quāto genus humanū deus honore cumulauerit, quantā etiā eorū curam gerat salutis: ac si diceret, Vobis qbus rationalē animā dedit, corpusq; formauit, uos proprer quos fecit oīa quæ uidentur, propter quos misit prophetas, legémque cōstituit, pp quos bona operatus est innumera, propter quos etiā unigenitū filium suum dedit. Et qa manifestè ista mōstrauerat, meritò eos postea corripit, dicens: *modicæ fidei?* Talis est qui p̄cipit, non suadet solū, sed & increpat, ut magis excitet audiētes ad eorū quæ dicūtur assensum. Per hæc uerò

A uero non modò docet, nequaquā debere esse solicitos, sed nec arrogare nobis aliqd de pretiosæ uestis ornatu: quādoquidē pulchritudo florū, & decor uarius herbarū, ipsumq; oīno fœnū amictu nostro inuenitur pretiosius. Cur igitur ex his in superbiā mentis erigeris, in quibus perfacilè de te obtinet ēt herba uictoriā? Et unde quemadmodū ab initio leue ostēdat esse præceptū, dum per aduersa rursus, perq; illa quæ maximè timent, eos à timore deducit. Cū. n. dixit, considerate lilia agri: intulit: Non laborāt. Igitur uolēs nos à laboribus liberare, hæc ipsa p̄cepit. Nō itaq; de his rebus non curare labor est, sed labor est profectò curare. Et sicut dicēdo nō seminant, haud semina exclusit, sed curarū onera decussit: sic ēt cū dixisset, neq; nent, nó opus, sed solicitudinē sustulit. Si aūt Salomō ipse florū decore superatus est, & nō semel aut iterum, sed tota prorsus illa, qua regnauit ætate. Posset. n. quispiam dicere, quia nūc quidē pulchritudinē florum splendore uestis æquauit, nūc uerò candore eorū, uel fulgore superatus est, qui utiq;
B ne una quidē die tāto est splendore decoratus. Hoc enim omnino significauit, dicendo: In omni regno suo nec ab uno quidē flore uictus, alium uerò inuenitur imitatus, sed ab omnibus pariter obscuratus abscedit: pp quod ait, sicut unū ex istis. Quantū uerò distat à ueritate mendaciū, tantū illorū amictus, & horū quoq; florū discrimē interiacet. Si ergo ille, inquam, uictū se esse cōfessus est, qui cunctos certè qui unquā fuere reges claritate superabat: quādo tu poteris uincere, uel proximus huic tantæ pulchritudini aliqua ex parte consistere? Hic ēt nos admonet, ne ad hmōi ambiamus decorē. Respice nanq; finem eius: in ignē post uictoriam mittitur. Si aūt erga hæc uilia, nec ullo prorsus digna sermone, neq; magno usui necessaria tantā prouidentiam creator ostēdit: quādo te negligere poterit atq; despicere, animal lōgè omnibus quę pp te utiq; creauit, honoratius? Cuius uerò rei gratia, tāto ēt herbas decore uestiuit? ut suam. s. sapientiam creator ostenderet, copiamq; uirtutis: ut undiq; illius gloriam disceremus. Non. n. cœli tantūmodo gloriam narrant dei, uerumetiam ter
Psal.148 C ra. Nam hoc quoq; Dauid ipse dicit in Psalmo: Laudate dominū de terra, ligna fructifera, & oēs cedri. Alia quippe de fructu, alia de magnitudine, alia de decore laudem deo uidentur emittere. Id aūt ipsum maximas profectò designat diuitias sapientię, quando ēt in hęc q̄ sunt utiq; uilissima (quid. n. uilius q̄ ho die quid esse, cras uerò desinere?) tantū decoris effudit, quod nullo usui esset futurū. Quid. n. ad ignis alimoniam florū pulchritudo cōfert? Quemadmodū tibi non dabit, quod utiq; necesse est ad usum, qui illud quod oībus rebus est uilius, tam abundanter ornauit? Et hoc nō ad aliquem, ut dixi, usum faciēs, sed diuitias suæ liberalitatis ostendens: multò magis te oībus certè honoratiorem in his, q̄ ad usum pertinent, honorabit. Cū igitur ostendisset plurimā esse erga homines prouidentiam dei, cumq; iam oporteret urgā eis correctiōis adhibere, plenissimè ēt istud exequitur. Verū hic quoq; admista utitur lenitate: non. n. infidelitatē eis imputat, sed fidei paruitatem. *Si autem*, inquit, *fœnum agri, quod hodie est, & cras in*
Ioan.5.c *clibanum mittitur, deus sic uestit: quantò magis uos modi*
Ibidē.1.a *cæ fidei?* Et certè omnia ista idem proculdubiò semper operatur, & sine ipso factum est nihil: & tamen nusquam aliquid de se adhuc cōmemorat. Sufficiebat

quidem ad ostēdendā interim authoritatē suam di- D
cere per singula queq; præcepta: Audistis quia dictū Mat.5.c
est antiquis, ego aūt dico uobis. Nequaquā ergo mi d
reris, cum ēt post ista uel occulit semetipsum, uel aliquid de se humilius enunciat. Vnū. n. interim illud studet, ut facilius illi possint capere sermonem, perq; cuncta ipse demōstret, nō se esse aduersariū quendā dei, sed confitentē patri p omnia: quod eū hic quoq; fecisse perspicimus. Cum. n. tam multa iam dixerit, ipsum tamen adhuc solū & persæpe memorauit, sapientiam, prouidentiāq; eius admirans: utpote omnium rerū curā gerentis, magnarum. s. atq; minimarum. Nam & cū per Hierusalē iurare prohiberet, ciui Mat.5.f
tatem illā magni regis uocauit: & quando per cœlū, dei illud appellauit thronū. Et cū de mundi admini- Mat.5.c
stratione loqueretur, ipsi omnia prorsus adscripsit, dicens: Qui solē suum oriri facit super bonos & ma- Ibidem.g
los, & pluit sup iustos & iniustos. Et in oratione nos docuit cōfiteri, quoniā ipsius sit regnū, & potentia, & gloria. Hic quoq; cū de eiusdem prouidētia disputaret, & ostēderet, quemadmodū ēt in minimis optimū impleret artificium: qui fœnū, inquit, sic uestit: E
nec adhuc uspiam suū illum, sed eorū patrem uocauit, ut hocita auditorū animas onere laxaret, nequādo cū suum patrem esse diceret, indignū putarēt. Sin uerò de uilibus, necessarijsq; rebus non oportet esse solicitos: qui tandē digni uenia iudicandi sunt, q curam suam multo pretio coēmptis, & superfluis omnino rebus impēdunt? imo qua erunt uenia digni, q nec somnū quidē capiunt, dum aliena diripiant? *Noli lite ergo*, inquit, *esse soliciti, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt.* Vidisti nempe quemadmodum eos rursus, & amplius increparit, & manifestius docuerit, q nihil uel onerosum præceperit, uel molestū. Sicut. n. paulò antè cū diceret: Si diligitis diligentes Suprà.5.
uos nihil amplius facitis: nā & gentes hoc faciūt: cō g
memoratione gētiliū eos ad id quod erat perfectius incitauit: ita nunc quoq; eos dē adducit in medium, corripiēs & ostendēs necessariū se à nobis debitum flagitare. Si. n. amplius nos q̄ etiam scribas, atq; pharisæos oportet efficere: qua pœna uidebimur esse digni, qui non solum illos nō uincimus, sed in uilitate F
quoq; gentiū permanemus, eosq; parcitate dilectionis imitamur? Verū non usq; ad correptionē tantūmodo sermone progressus est, sed cū eos seuerius castigasset, perq; hoc ēt fusc itasset, plurimūq; in eis succendisset pudorē, consequēter illos aliunde solatur. *Nouit*, inquit, *pater uester cœlestis, quia his omnibus indigetis.* Nō dixit, nouit deus, sed nouit pater uester: ut eos profectò ad spem certiorē uocaret. Si ergo & pater uester, & talis pater, nequaquā profectò patietur despici à se filios, mala ultima sustinētes, quando ne homines quidē patres hoc aliquādo patiuntur. Sed aliū quoq; pter hūc intulit sensum dicēdo, quoniam his oībus indigetis. Quod uerò dicit, eiusmodi est: Nūquid superflua ista sunt, uel uos ea despicit requirentes? Et certè herbas quoq; ne in superfluo quidē despexit ornatu: nunc aut ista necessaria sunt. Quam ergo tu opinaris causam tibi esse curandi, hanc ego idoneam esse dico, quæ te ab omni liberet intentione curarum. Si enim dixeris, propterea me oportet esse solicitum, quia sunt necessaria: ego è regione respondeo, propterea non oportet te esse solicitum, quia sunt utique necessaria. Si enim essent superflua,

G non ita deberes de eorũ præstatione confidere: nũc uerò quia necessaria sunt, prorsus nõ oportet ambigere. Quis enim pater inuenitur aliquando, q liberis suis necessaria qdẽ se nõ præstare patiatur? Igitur ob hoc quoq; proculdubio deus ista pstabit, quia naturæ creator ipse est, & satis plenè, quorũ illa indigeat agnoscit. Nam ne hoc quidẽ poteris opponere, qd sit quidẽ pater, sint ēt necessaria q̃ à filijs requirũtur: ignoret aũt ille, quia in eorum sint indigentia constituti. Est.n. omnino clarum, quòd deus qui naturã ipsam nouit, & eius creator existit: quiq; illam talem creando formauit, indigentiã quoq; eius magis profectò prospiciat, q̃ tu certè ipse qui huiusmodi necessitatibus coartaris. Nam ipsi utiq; sic placuit, ut hãc indigẽtiam natura pateretur. Nequaquam erit ergo cõtrarius in his, quibus ei opus esse decreuit, nec ille qui in tanta illam indigentiæ necessitate constituit, necessariarum eam rerum perceptione fraudabit. Nihil horũ itaq; curemus: neq; n. curãdo quicquã amplius consequemur, nisi quòd nosmetipsos solicitudinũ angore distendimus. Cum.n. etiam nobis non curantibus præstat, imo tunc magis, quando nihil hinc oino curamus: quid tibi amplius solicitudo pstabit, nisi qd superfluã à te exigit ultionem? Neq; n. quispiã ad cõuiuium iturus opulentũ, de ipsius diei cibo se curare patietur. Nec ad fontẽ aliqs accedens, solicitudinẽ de sitis necessitate perpetietur. Nequaquã ergo ēt nos, cũ habemus liberalitatẽ, & prouidẽtiam dei cunctis omnino fontibus affluentiorẽ, imo pes nos putemus. Nam post illa q̃ dixi, rursus alium quoq; sensum super eiusmodi rebus fiduciam suggerentẽ imponit, ac dicit: *Quærite autem primum regnũ dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur uobis.* Postq; enim animos audientium onere curarũ leuauit, tũc eos ēt de cœli regione cõmonuit. Venit quippe uetera soluturus, & ad meliorẽ, ueramq; patriam uocaturus: idcirco igitur cuncta perficit, ut nos à superfluis liberet, atq; a terrena eximat passione. Propterea ēt Ethnicorũ meminit dicens, quoniam hæc omnia gentes inquirũt, quorũ uidelicet erga præsentem uitã studiũ omne cõsumitur, quibus nulla prorsus cura est futurorũ, nec cogitatio alia de cœlo: nobis aũt ista nõ sunt principaliter requirenda, sed alia profectò. Neq; propterea creati sumus, ut ederemus atq; biberemus, uestiq; tegeremur, sed ut placerem⁹ deo, & bonis potiremur futuris. Sicut ergo in usu ipso hæc transitoriè sunt habenda, ita ēt in oratione transitoriè postulanda. Quærite aũt primũ regnum dei, & iustitiã eius, & hæc omnia adijcientur uobis. Non dixit dabuntur, sed adijcientur: ut.s. discernetis horum q̃ in præsenti dantur, nihil esse omnino magnum, si futurorũ magnitudini cõparentur. Et idcirco nec peti illa quidẽ iussit, sed alia quidẽ solicitè postulari, illa uerò his adijcienda esse præsumi. Quære igitur tantũ futura, sic enim ēt optimè præsentia cõsequeris: noli quærere q̃ uidentur, & ea absq; ambiguitate percipies. Est quippe prorsus indignũ, ut super eiusmodi rebus interpelles deũ. Qui enim omne studium, totãq; curam pro illis ineffabilibus gerere debes bonis, satis teipse depretias atq; confundis, qui erga cupiditatem rerũ mundanarum instar fluentũ temetipsum semper impẽdis. Quemadmodũ igitur panem petere præcepit, sed addidit, quotidianum: & cum dixisset, da nobis hodie: signãter adiecit, hodie: sic etiam hoc fecit loco. Non.n. dixit, nolite esse

H

I

Ad quid homo creatus.

Suprà. b

solliciti: sed, nolite (inquit) soliciti esse in crastinũ. Per quod certè & nobis libertatem donauit petendi, & animam nostrã magis necessarijs rebus affixit. Nam & illa ideo peti præcepit, non quia deus nostrarum precum indigeret admonitu: sed ut absq; dubio disceremus, quòd cũ illius auxilio faciamus bona cuncta q̃ facimus, & ut ipsa assiduitate poscendi ei nos propriè dederemus. Considerasti certè quemadmodum ēt per ista suaserit, quòd præsentia quoq; ab ipso absq; dubitatione percipiant. Qui.n. maiora præstat, multò magis tribuit & minora. Nõ.n. propterea (inquit) dixi, nolite ista deposcere, ut uel fame deficiatis, uel nuditate deformes sitis: sed ut abundè uobis ēt necessaria ista suppeterẽt: qd certè omnũ maximè idoneum erat, ut illos posset attrahere. Nã sicut in eleemosyna dehortãs eos sese hominib⁹ ostentare, hac illis præcipuè ratione suadebat, qua docebat multò eis maiorẽ gloriã esse tribuendã, si eam ipsi ultrà non quærerent. Pater.n. inquit, tuus qui uidet in occulto, in cõspicuo reddet tibi: ita hic quoq; abstrahens eos ab inquisitione pſentiũ, hoc eis maximè suadet modo, quo non requirentibus multò abundãtius dandũ esse promittit. Propterea, inquit, iubeo ista nõ quæri, nõ ne accipias, sed ut abundanter accipias. Cumq; ea q̃ tibi competit utilitate etiã præsentia cõsequaris, ne solicitudinibus afflictus, & curarũ morsibus sæpe discerptus, nõ modo istis, uerumetiã spiritalibus bonis te facias indignũ, & ne superfluam patiaris grumnã, & quod est amplius, propositam tibi amittas coronã. *Nolite ergo soliciti esse in crastinum: crastinus enim dies solicitus erit sibi ipsi. Sufficit diei malitia sua*, id est, miseria ipsa, atq; cõtritio. An fortè nõ sufficit tibi illa suia: In sudore uultus tui mã ducabis panẽ tuum: quòd alium quoq; addis curarum laborem, qui certè ēt à prioribus es sudoribus liberandus? Malitiam uerò hic nõ malignitatem uocat, absit hoc enim: sed miseriã uel laborẽ. Sicut.n. cũ alibi dicit, Si est malitia in ciuitate, quã dominus non fecit: nõ auaritiam significat, ac rapinas, nec eorũ quicquã aliud omnino: sed eas profectò plagas, q̃ diuinitus inferuntur, de quibus rursus loquitur per prophetam: Qui facio pacem, & creo mala. Neq; n. hic malitiam uoluit intelligi, sed pestilẽtias profectò & famem, cæteraq; hmõi, quæ mala esse putantur à plurimis. Est quippe iste mos, ut multi hęc mala esse pronuncient: sic.n. & quinq; illarum prouinciarum sacerdotes, atq; diuini, quando arcæ subiunxerunt, boues, illatas à deo plagas, & mœrorẽ illum ac dolorem, quẽ de earũ afflictionibus sentiebãt, malitiã nominabant. Ita hic quoq; malitiam pro afflictione posuit, dicens: Sufficit diei malitia sua. Nihil.n. perinde animã, ut solicitudo & cura eius, excruciat. Sic.n. Paulus ad amorẽ uirginitatis accendens, consilium subministrat dicens: Volo aũt uos sine solicitudine esse. Quòd uerò ait, crastinus dies solicitus erit sibi ipsi: nõ ipsum prorsus diem aliquid curare dixit, sed quia ēt ad imperfectum uulgus ei sermo est, uolens expressius esse quod protulit, personã quãdam adscripsit tẽpori, iuxta multorũ profectò ad illos morem locutus. Idipsum aũt hic suadet consilio, quòd ad altiora progressus sanxit imperio. Nolite, inquit, possidere aurum, neq; argentum, neq; peram in uia. Postquam enim hæc ipsã operibus ostendit, tunc etiam uerbis firmiora præcepta cõstituit: unde etiã receptu facilis sermo eius effectus est, quia scilicet

K

L

Gene. 3. d

Amos. 3. b

M

Esa. 45. b

1. Para. 21. b. c.

1. Cor. 7. b

Luc. 9. b & 10. a

4. Reg. 21 & 2. Para. 33. per totum.

A operibus eius fuerat antè firmatus. Vbi hoc ergo p
Luc. 9. g opera monstrauit? audi ipsum loquentẽ: Filius autẽ hominis nõ habet, ubi caput suũ reclinet. Neq; hoc tamen solũ dixisse cõtentus est, uerum in discipulis quoq; uirtutis huius præstat splendoris documentũ. Nam & cũ ipsos ad hmõi inopiã coarctasset, nullo eos indigere permisit. Considera uerò eius admirabilem erga suos prouidentiã, & quemadmodum oẽs prorsus patres pietate dilectionis exuperet. Hoc enim, inquit, iubeo ob nihil aliud oino, nisi ut uos liberem ab inanium afflictione curarũ. Si.n. & hodie cures de crastino, & rursus crastino ipso cures die, nõne superfluo ac nimio temetipsum deprimes onere curarũ? Cur ergo cogis diem plusquã ipse sortitus est afflictionis accipere, & supra proprios eius labores ēt sequentis ei diei pondus imponis: & hoc cum nil istius adiectiõe fascis alterius diei leuiora fis onera facturus laborũ? Cũ igitur eos acrius increparet, ipsum penè tempus animauit, & uelut afflictum ab oibus introduxit, quasi quod cõtra illos de iposita sibi afflictiõe clamaret. Et reuera accepisti diem, ut
B ea quibus in ipso opus est cogitares: quã igitur ob causam curas ei ēt alterius adiungis? Nũquid.n. non habes sufficiens onus, solicitudine tua? cur igitur maiore illũ opprimis face curarũ? Quando.n. ipse hoc lator legis enunciet, & qui de nostris certè conscientijs iudicabit, cõsidera q̃ bonas spes ipse nobis alter præsul pſentis iucunditatis ministret: quãdo utiq; ipse testatur, quoniã uita ista sit misera, atq; ita ærũnis uarijs onusta, ut in afflictionẽ, cõtritionemq; nostri unius quoq; dei cura sufficiat. Et tamen cum tanta nobis dicuntur ac talia, nos nihil ominus horũ solicitudinẽ gerimus: de cœlo aũt nihil omnino curamus, sed rerũ ordinem per cuncta peruertimus, contraq; præcepta Christi utrinq; pugnamus. Itaq; diligenter hæc ipsa considera. Nolite, ait, præsentia ista prorsus inquirere, nos hęc sola ēt absq; intermissiõe sectamur. Querite, inquit, & semper & sola cœlestia. Nos uerò ne unius quidẽ horæ spatio illa perseueramus inquirere: sed quantã in his q̃ ad corpus necessaria sunt, curã ostendimus, tantã in spiritalibus habemus incuriam, imo longè ēt, longeq; maiorem: sed
C nequaquã nobis prosperè ista proueniẽt, nec longũ impunita hmõi licentia relinquetur. Ecce.n. contemnimus decem diebus, ecce triginta, ecce iam centũ: nõne iam erit prorsus necesse in manus dicentis incidere? Sed habet cõsolationẽ quandam ipsa dilatio. Et quænam ista cõsolatio est? quotidianis prorsus diebus terribile expectare iudicium. Quòd si cupis cõsolationẽ aliquam de hac dilatione percipere, correptionẽ de pœnitentiæ dolore fructifica. Si.n. ex dilatione pœnæ aliquod tibi putas esse solatium, multò magis lucrũ est nunq̃ in illud supplicium deuenire. Quod igitur est longè longeq; prestãtius, futuri hac dilatione iudicij ad euitationẽ maioris pœnę immimolestũ est imperatũ. Sed sic facilia cũcta prorsus actem, omnia efficere possimus, etiamsi peccatis pleni fuerimus innumeris. Nam & Manasses scelera multa cõmiserat, quippe qui ēt in sanctos manus suæ cru-
4. Reg. 21 & 2. Para. 33. per totum. delitatis extendit, & abominanda in tẽplo dei simulacra constituit, & ciuitatẽ homicidijs impleuit, multaq; alia perpetrauit, maiora prorsus q̃ ut uideretur uenia posse donari. Verũtamẽ post tot ille, tãtaq; fla

D gitia ab oibus est mundatus, ac ablutus. Quo autẽ istud efficit modo? Pœnitentię profectò, fletu, & studio uoluntatis. Nõ est quippe, nõ est aliquod oino peccatum, quod nõ cedat pœnitentiæ uirtuti, imo gratiæ dei: qui cũ ad meliora conuertimur, cõtinuò nobis cooperator efficitur. Si.n. bon⁹ esse malueris, qui prohibeat nullus omnino est: imo est quidẽ diabolus prohibens, sed profectò nil poterit te eligẽte meliora, magis aũt hoc deo tibi in adiutoriũ copulante. Quod si tu certè nolueris, retroq; recesseris, q nam ille te tutabitur? Non.n. necessitate ac uiolẽtia, sed cũ tua te uult uoluntate saluare. Si.n. tu seruum habens obedientẽ te, ac semper horrentem, sæpe ēt recedentem à te, atq; fugientem, nequaquã iam illũ cõprehendis ac retines, & certè cũ obsequio eius indigeas: multò magis deus, qui non pp suam aliquã necessitatem, sed omnia propter nostram facit salutem, non uult te uiolenter adstringere: quemadmodum è regione si solam ad placendũ ei ostẽderis uoluntatẽ, nunq̃ te ille destituet, quantalibet aduersus te diabolus moliatur. Nos ergo nosipsi causa nostræ perditionis existimus: non.n. instanter ad eum
E accedimus, nõ interpellamus assiduè, nõ rogamus quemadmodũ pro tãta est dignũ causa rogare: sed & si eum adeamus, aliquãdo ita facimus hoc, quasi nõ desideremus accipere: neq; cum ea fide qua conuenit deprecantes: sed oscitantes prorsus, ac tota mẽte torpentes, ea q̃ uidemur postulare negligimus. Et certè uult se à nobis exigi deus, hæc quippe illi oino uis grata est: nã si uehementius instare uiderit exigẽtes, et illa quę nõ petimus, largietur. Nunc aũt libera litatem suã differt, nõ quia præstare nolit, sed qa nostra illum delectat exactio. Et propterea tibi aliud *Luc. 11. a* quoq; posuit exemplũ: nunc illius amici, qui noctu *Luc. 18. a* instabat perendo. nunc iudicis neq; deum timentis, neq; hominẽ omnino reuerentis. Nec uerò tantummodo usq; ad exẽpla peruenit, sed ipsius quoq; operibus ostẽdit, cum.s. Chananęam illam mulierẽ ma-
Mat. 15. c gno certè dono impletã remisit. In hac uerò euidenter ostendit, quoniã deus ēt illa q̃ nobis parata non sunt, dare possit, si uehementius postulentur: Non, inquit, est bonũ tollere panem filiorũ, & dare canibus: & tamen dedit, quia illa ēt uehementer exegit.
F Iudæis uerò è regione monstrauit, quia desidiosis nec illa quidẽ tribuat, q̃ eis fuerãt præparata. Denicq; illi acceperunt nihil, immo ēt propria perdiderũt. Et ideo quia minimè quæsierũt, ne sua acceperunt quidẽ: illa uerò quia uiolẽter incubuit uendicare, & rem filiorũ accepit canis: tantũ quippe bonum est fides sedula, & deprecatio perseuerans. Noli ergo dicere, quia tibi sit inimicus deus, teq; omnino nolit audire. Citò tibi respondebit, si assiduè illum, & (ut ita dixerim) molestè interpellare non desinas: & si.n. non ob amicitiam, at pp sedulitatem istud efficiet: neq; inimicitiarum importunitates, neq; ullum patietur impedimentum omnino. Nec dicas, nõ sum dignus audiri, & idcirco nõ oro: nam & Chananæa illa etiã talis fuit, sed nihilominus impetrauit. Nec dicas, & multum peccaui, & non possum ad me iratũ uocare: non.n. meritum tuum deus, sed solã interim cõsiderat uoluntatem. Si enim iudicem non timentem deum, neq; homines erubescentem uidua inflexit, multò magis bonũ iudicẽ iterpellatio assidua. Et si igitur nõ fueris amicus, & si nõ ea q̃ tibi cõpetere uidẽtur expostules, & si bona patris luxurioſus absũm

G pseris, longumq; temporis à facie eius abfueris : & si degener, atq; omnium prorsus extremus, & indignā tem illū iratumq; conuenias, incipe tantūmodo ora re, atq; ad ipsum redire, & recipies profectò cuncta, & confestim oēm iram pœnāq; restingues. Sed ecce (inquis) oro, & nihil amplius sequitur. Non.n. ita po stulas, quemadmodū illos legimus postulasse. Chananæam dico, & amicū nocte pulsantē, & uiduam iudici frequenter molestā, & filiū qui patris cūcta de coxerat: si enim sic orasses, proculdubiò celeriter im
Luc. 15.c petrasses. Nam etsi à te accepit iniuriam, tamē pater est: & si iratus est, tamen amantissimus filiorū est, & unum est tantūmodo quod requirit: nō exigere de iniurijs ultionē, sed te uidere ad meliora cōuersum, sibiq; iugiter supplicantem. Vtinā nos ita erga illum seruaremus affectum, ut illius uiscera nostra charita te flammentur: Sed tantūmodo occasionem deus istius ignis requirit, & si modicā scintillam ipse præ bueris, iungentē omnino flammam beneficiorū in te eius accendes. Non.n. quia iniuriam accepit, irasci tur: sed quia tu es author iniuriæ, per quam et uelut
H ebrius delipis. Si enim nos cū simus maligni, iniuriā accipientes à filijs, tamen pro illis dolemus: multò magis qui nullā omnino sentit iniuriam, pro tuo tā tum cōmodo qui illā facere ausus es, irascitur. Nam si nos, qui secundū naturam diligimus filios, satis ta mē profectò eos diligimus: multò magis ille diligit,
Esa.49.d qui diligit ultra naturā. Sed etsi obliuiscatur mulier infantē, inquit, uteri sui, ego tamen non obliuiscar tui, dicit dominus omnipotēs. Accedamus igitur ad
Mat.15.c eū, atq; dicamus. Etiā domine, nā & canes edunt de micis, q̄ cadunt de mensa dominorū suorum. Accedamus, inquam, importunè, immo hoc nunq; est im portunè accedere. Sicut.n. respirare importunè omnino nunq; est, ita et non quidem petere, sed non pe tere potius importunū est. Sicut enim respirare hoc iugiter indigemus, ita et eo quod à deo præstatur auxilio. Quod si uoluerimus, facile illum ad nos po terimus inflectere. Et hoc profectò declarans, atque ostēdens deū promptū esse semper ad beneficia largienda dicebat, sicut diluculū paratum inueniemus eum. Quotiescunq;.n. uenire, & ad illū uoluerimus
I accedere, expectatas ab illo esse preces nostras cōtinuò sentiemus. Si uerò nihil de redundāte illo fonte bonitatis haurimus, nostra est omnis culpa, nō fon
Osee.6.b tis. Hoc et Iudæis imputando dicebat: Misericordia
C.13.a ut nubes matutina, & sicut ros diluculo cadens. Qd uerò dicit hmōi est: Ego quidem, quæ à me petenda erant, cuncta largitus sum: uos uerò quasi quidā uē tus urens aduersus nebulam, roremq; cōtenditis, & idcirco retrahitur à uobis: ita præ nimia malignitate uestra facitis immensæ liberalitatis dei dona cohibe ri, qd tamen ipsum dispensatio prouidentiæ est. Cū enim nos uiderit nō mereri, dignissimè proculdubio beneficia sua cōtinet, ne nos utiq; desides faciat, nō dignè inquirentibus largiendo. Si uerò paululum in meliora mutemur, & uel tantulū quidē, ut nos saltē peccasse doleamus, supra q̄ oēs fontes subitò ebull it, copiosius quā omne prorsus pelagus effunditur. Quantoq; amplius acceperis, tantò ille plus gaudet, & hoc ipso ad dandū plura consurget: diuitias enim suas nostrā esse ducit salutē, & ipsam dandi petentibus largitatē: quod certè dicebat Paulus, Qui diues
Ro.10.c est in oibus, qui inuocant illū: non.n. nisi quādo nō postulamus, irascitur: tūc et nos solum, quando nō

K poscimus, auersatur. Propterea.n. & pauper factus est, ut nos diuites faceret. & illa omnia sustinuit, ut nos ad petendū plenius incitaret. Nequaquā igitur desperemus, sed habentes tot occasiones salutis, spesq; meliores, etiamsi quotidie peccemus, accedamus tamen rogantes, proq; delictis assiduè ueniā de precemur. Sic.n. & ad peccandū efficiemur absq; du bio tardiores, & diabolū repellemus, & dei in nobis misericordiā prouocabimus, & bona consequemur futura, gratia & misericordia domini nostri Iesu Xpi cui gloria & imperiū in secula seculorum, Amen.

Homilia. xxiiij, ex cap. vij.

Olite iudicare, & non iudicabimini: nolite condē
n nare, & non condemnabimini. Quid igitur, nō debemus arguere peccātes? Nam & Paulus hoc dicit, immo ipse rursum Christus per Paulū: Tu Ro.14.b quid iudicas fratrē tuum? Et tu quis es, q̄ iudicas alie Ibidem.a num seruum? Et iterum: Nolite ante tempus iudica- 1.Co.4.a re, quoadusq; ueniat dominus. Quemadmodū igi- 2.Tim.4 tur alibi dicit: Argue, obsecra, increpa? & alibi: Peccā- a tes corā omnibus argue? Et Christus quidem in eua- 1.Tim.5.b gelio præcipit: Si peccauerit in te frater tuus, uade & L corripe eū inter te & ipsum solū: & si te audierit, lu- Mat.18.b cratus es fratrē tuum: si uerò nō audierit, adhibe te- & Luca cum adhuc unū, uel duos, ut i ore duorū uel trium 17.a testium stet omne uerbū. quòd si non audierit, dic ecclesiæ. Et certè tam multos constituit increpātes, & non increpantes modò, uerūetiam punientes, cū eum qui nullū horum uellet audire, quasi Ethnicū & publicanū esse præcipit: quemadmodū uerò illis etiam claues dedit? Si enim iudicaturi omnino non erunt, priuabuntur omniū potestate, & frustra illam acceperunt ad ligandū atq; soluendū. Nam & aliter si hæc peccandi impunitas obtineret, cuncta pariter disperirent, & q̄ in ecclesiis sunt, & quę in urbibus, & quę in domibus singulorum. Nā & dominus seruū, & domina ancillam, & filium pater, & amicum ami cus nisi iudicauerint, ad maximū omnino incremen tum sui uitia cuncta peruenient. Et quid dico ami cus amicum, ubi de ipsis quoq; iudicemus inimicis? Nunq; poterimus omnino inimicitias dissoluere, & absq; ullo prorsus ordine, ac distinctione meritorū permista erunt omnia, atq; confusa. Quidnā hoc sit M ergo diligentius ponderemus, ne aliquis diuersa hęc remedia salutis, leges esse quasdā aut expellendæ pa cis, aut introducendæ cōfusionis, existimet. Et pru dentibus quidē ex his q̄ sequuntur lucidissimè uirtu tem istius legis ostēdit, dicendo: *Quid uides festucam in oculo fratris tui, trabem autem quæ est in oculo tuo non uides?* Si uerò plurimis tardorū istud uideatur obscu rum, plenius idipsum elucidare tentabimus. Hic.n. (ut apparet) no generaliter peccata oīa prohibuit in dicari, nec prorsus omnibus istius rei abstulit pote statem: sed his profectò solis, qui cum flagitijs abun dent innumeris, alios de leuissimis quibusq; delictis tota temeritate condēnant. Videtur aūt mihi et hic Iudæos notare, q̄ de paruulis quoq; omnino culpis accusatores amarissimi proximorū, ipsi nihilomin' suā nec maxima quidem crimina cohibebāt. Quod eis etiam in fine euangelij dominus exprobrat: Alli- Mat.23.d gatis, inquit, onera grauia & importabilia: ipsi aūt di gito non utis ea mouere. Et decimatis mentham, & cyminum, & anethum: & dereliquistis q̄ grauiora sunt legis, iudiciū, & misericordiam, & fidē. Ergo in istos quoq; sermonem uidetur extendere, ut scilicet

ante

A ante eos cōpescat & cōprimat, quia ausuri erant accusare discipulos. Et si.n. isti nihil tale peccauerāt, sed tamen illis uidebantur esse delicta: ut nō obseruiare
Mat.23.c sabbatum, ut uesci manibus illotis, ac publicanorū interesse conuiuijs: quod alibi quoq; culicem ait, excolantes, camelū aūt glutientes: hic uerò cōstituit &
1.Co.4.a legem, q̄ in cōe seruetur. Nam & beatus Paulus Corinthios non oēs iudicare prohibuit, sed eos qui audebant iudicare meliores, & in causa nō manifesta. Non.n. uetuit eos corripere peccantes, neq; infinitè oēs increpauit: sed discipulos profectò, q̄ de doctori bus iudicābant, & cū ipsi mille essent malorum rei, insontibus detrahebāt: qd hic quoq; Christus nota uit, sed eis plurimum et incussit timorem, ineuitabi le suppliciū cōminando, atq; dicendo: *In quo enim iu dicio iudicaueritis, iudicabitur de uobis.* Non.n. illū con demnas, inquit, sed temetipsum profectò condem nas, & facis tibi terribilius esse iudiciū, cogisq; aduer sus te diligentissimā fieri et de minimis ultionē. Sicut enim in uenia peccatorū promerenda, à nobis prin cipia sumuntur: sic et in ipso iudicio, à nobis cōdem nationis mēsura procedit. Nec.n. oportet exprobra
B re delictū, neq; illū qui peccato aliquo sit prœuentus insolenter obruere, sed clementer monere: nec perse erigi, sed cum dilectione corrigere. Non.n. illum, sed te profectò extremo adijcis ipse supplicio, nō ei utiq; parcēdo, cū te petit de peccatis suis exercere iudiciū. Videsne quemadmodū duo ista mādata leuia sint, & obedientibus ingentium causa existant bonorū, sicut è regione inobedientibus ingentiū malorum? Qui.n. remisit proximo, se priusquam illū reatibus li berauit, nihil laborans, cū utiq; parcēs atq; ignoscēs de peccatis alterius iudicaret, magnum sibi indulgē tiæ thesaurū tali ſiia recondendo. Si igitur peccaue rit, inquis: non ei dicam, quia malum est fornicari, neq; corrigā increpatione lasciuū? sed noli ut hostis, neq; ut inimicus exigens ultionē, sed ut medicus re media profutura conficiens. Non.n. dixit, Noli cohi bere peccantem: sed, noli utiq; iudicare: hoc est, noli
C effici iudex amarus. Nam & aliter nō de magnis, de speratisq; criminibus, qd paulò antè præmisi: sed de illis id dictū est, q̄ uidentur crimina esse, cū non sint: propter quod ait, Quid aūt uides festucam in ocu lo fratris tui, trabem aūt quæ est in oculo tuo nō ui des? Quod certè nunc plurimi faciūt, qui si uiderint monachum habere supersluum uestimentū, legem illam dominicam impudenter imponūt, cū millies ipsi aliena diripiant, & quotidie auaritiæ crimē exer ceant. Et si eum cibo uti uiderint largiori, accusato res existunt amari, ipsi quotidie crapulati atq; temu lēti: ignorātes, quia cū proprijs admisis hinc quoq; sibi congregent maius incendium, omniq; semetip sos excusatione denudent. Vt.n. diligentius peccata examinentur tua, legē primus ipse posuisti, seuerius de his q̄ proximus peccauerat iudicando. Ne igitur graue esse credideris, si talia sustineas et ipse suppli cia. *Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo.* Hic iam iram uult mōstrare plurimam, quā habet in eos qui ista cōmittunt, Quotiescunq; enim uoluerit ostēde re aliquod magnum esse peccatū, magnamq; etiam propter illud & pœnā, ab iniuria facit correctionis exordium. Sicut ergo & aduersus illū qui à cōseruo
Mat.18.d suo cētum denarios exigebat, cum indignatione di xit: Serue nequam, omne debitū dimisi tibi: ita hic

Tomus secundus.

quoq;, ait, hypocrita. Non.n. pietatis est tam rigida D hæc aduersus delicta sententia, sed inhumanitatis. Et personā sibi quidē dilectionis imponit: opus aūt malitiæ implet extremę, dum falsa proximo oppro bria affigit & crimina, & inuadit locū magistri, cum non sit dignus tenere discipuli: pp quod illum etiam hypocritam nominauit. Qui.n. tam acer, inquit, in alienis fuisti, ut et exigua denotares, quemadmodū in tuis tam negligens extitisti, ut etiam magna trans curreres? Eijce primum trabem de oculo tuo. Vides certè quia non uetuerit iudicare, sed iusserit eijcere primum de oculo proprio trabē, & tunc aliorū erra ta corrigere: nā & sua unusquisq; facilius cognoscit, q̄ utiq; cęterorum: & maiora citius prospicit, q̄ mino ra: & seipsum magis amat profectò, q̄ proximū. Ita q; si alterius curā gerere cupis, temetipsum antè cura to, in quo & manifestius inuenitur peccatū, & gran dius. Sin aūt temetipsum contemnis, ac despicis, li quet omnino, quia fratrem tuum ipse odio iudices, nō studio disciplinæ: nec emendare illum cupias: sed notare. Quòd & si oportet hmōi aliquem iudicare, nō tamen à te hoc fieri debet, uerum ab eo qui nihil tale cōmisit. Quia.n. magna philosophię dogmata E & excelsa constituit, nequis diceret, quoniam in tali bus philosophari sermone promptissimū est: uolēs monstrare fiduciam cōscientię, & quòd in nullo sit horum q̄ dixit obnoxius, sed quia cuncta oīno per fecerit, hanc comparationē consequenter inseruit: si quidem ipse quoq; erat iudicaturus, dicēdo: Vę uo bis scribæ & Pharisæi: sed non erat eorū reus, de qui bus alios iure culpabat: neq; enim aut trabē aut fe stucā de suo eijcit oculo, sed ab his omnibus purus & mundus, aliorū peccata correxit. Nō.n. debet ali quis condēnare alterū, cum ipse sit reus. Et quid mi raris, si dominus posuit hanc legē, quæ et à latrone seruata est, qui in cruce dicebat ad socium suū: Neq; tu times deum, qui in eadē pœna es? Protulit.n. uo- Luc.23.e cem Christi omnino sentētiæ consonantē. Tu uerò quidem tuam trabem nō modo nō eiicis, sed ne sen tis quidem. fratris uerò non modò uides, sed & iudi cas, & eiicere conaris. Velut si aliquis sæuissimo hy drope, uel quolibet immedicabili languore constri- F ctus, hunc quidem et negligat, eum uerò culpet, qui exiguum in aliqua corporis sui parte nō curet tumo rem. Si uerò malū est propria peccata non cernere, duplex iam aut triplex malū est iudicare alios, & in suo oculo trabem absq; dolore gestare. Omne quip pe est grauius trabe peccatū. Hoc est ergo quod per hæc, q̄ sunt dicta, præcepit, ne. sille qui mille est ui tijs obnoxius, acriorem se iudicē in aliorū uelit præ bere delictis: & præcipuè si hæc esse inueniantur exi gua, non. s. arguere alterū prohibens atq; corrigere, sed dissimulare propria negligēter, & insultare impu denter alienis. Siquidem ad magnū istud proficeret malignitatis augmentū, & duplex malum iniquita tis inferret. Nam quicunq; studet sua quidem, etiam cum sint magna, negligere: aliena uerò amarius deli cta discutere, et paruula uidelicet, ac uilia, duplex si bi importat incōmodum, tum quidē propria negli gendo, tum uerò inimicitias in se, ac simultates om nium cōmouendo, atq; ad extremam omnino feri tatē, duritiamq; cordis semetipsum semper acuēdo. Postquam igitur hæc cuncta sanctione salubrrimę huius legis exclusit, aliud quoq; præceptū intulit, di cens: *Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis mar-*

garitas uestras ante porcos. Et certè in consequentibus
Mat.10.c præcepit, Quod audistis in aure, prædicate super te
cta: sed ne hoc quidē mādatū aduersatur priori, nec
indifferenter oībus prædicari iussit, sed his quos do
ceri oporteret, præcepit cū fiducia prædicari. Canes
igitur hic significat homines in impietate uiuentes,
spemq; oīno conuersionis in melius non habentes.
Porcos uerò, in luto infrēnis luxuriæ iugiter cōmo-
rantes, quos supra oēs hmōi doctrina pronunciauit
indignos. Hoc ergo & Paulus adstruens, ait: Anima-
1.Co.2.d lis aūt homo non percipit ea q̄ sunt spiritus dei, stul
1.Co.8.a titia est enim illi, & nō potest intelligere. Alibi quoq;
corruptionē dixit esse morum, dogmata perfectiora nō capere: pp quod iubet ne huiusmodi hominibus cūcta pandamus: fiunt quippe magis, postquā didicerint secreta, temerarij. His.n. qui benigno sunt animo atq; prudenti, honestissima apparent, cū fuerint reuelata: imprudentes uerò magis ea ignorata reuerētur. Quia uerò discere illa naturali ratione nō possunt, etiamsi ignorantia offensi, id conētur. Neq; enim porcus aliquādo nouit, cuius sit pretij margarita: & hic ergo, quia nescit, ideo conculcat. Nihil.n.
H hinc affertur amplius his qui eiusmodi sunt, & tamē audiūt, nisi noxa cumulatior. Siquidē ab illis & sancta temerantur, nescientibus utiq; cuius illa sunt meriti, & ipsi desperatius insolescūt, cōtraq; nos potius armantur. Hoc est.n. quod ait: *Ne fortè conculcent ea pedibus suis, & conuersi dirumpant uos.* Sed ita, inquit, soli si publicarentur, manerent tamē semper inuicti, nec aduersum nos reprehēsionū materias ministrarent. Prorsus assentior. Sed nosse tu debes nō in illis reprehensionū esse causas, uerū in eis qui porci meruerūt uocari. Sicut ēt calcata brutorū pedibus margarita, nō ideo quia uilis est cōculcatur, sed quia in porcorū incidit uilitatem. Et bene ait, Conuersi dirumpant uos. Modestiam.n. simulant, ut secreta cō discant: cū uerò didicerint, repentè alij ex alijs effecti irrident, insultant, atq; illudūt, quasi quadā à se arte
2.Ti.4.c deceptis: propterea & Paulus Timotheo dicebat:
Ibidem.a Quē & tu deuita, ualde enim restitit uerbis nostris.
Titū.3.c Et rursus alibi: Increpa hmōi: & iterum, Hæreticum hominē post unam & secundā correptionē, deuita. Non.n. ex his q̄ didicerint armantur, sed eorū occa-
I sione superbius efferuntur, atq; insolētia fœdiori cōplentur: & idcirco non exiguum lucrū est in sua illos ignorantia permanere: non.n. tam recta temeritate despiciunt. Si uerò discant, geminū est omnino damnum, cum certè & ipsi nihil omnino fructificent, immo magis magisq; lædantur, & tibi negocia ac pericula mille cōmoueant. Audiant hoc loco illi qui impudenter omnibus, ac temerè copulantur, despicabilia ea q̄ sunt reuerēda, facientes. Nam & mysteria ideo clausis ianuis celebramus, & eos qui nondum initiati sunt, adesse prohibemus, non quia infirmitatem mysteriorū aliquā deprehendimus: sed quia ad participationē eorum illi adhuc quos arcemus, infirmi sunt. Propter quod ēt ipse multa ad Iudæos in pa-
Mat.13.b rabolis differebat, quoniā non uidebant uidentes:
& Mar. propterea iussit & Paulus scire nos quemadmodum
4.b. debeat unicuiq; respondere. *Petite, & dabitur uobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis.* Quia
Col.4.b enim magna mirandaq; pcepit, & passionibus esse liberos iusserat, ad ipsum quoq; cœlū omnino adduxerat docendo, ut studeret nō angelis, neq; archāgelis, sed ipsi omniū domino, inquantū possibile est, esse cōsimiles. Discipulos uerò non modò ipsos ista K
perficere, uerūetiam alios emendare præceperat, & malos oēs, atq; iustos diligenti iusserat cōmonitione discerni. Grande aūt est in hominibus mētis occultum: ne dicerent, quia importabilia sunt ista prorsus, ac dura. Nam & in cōsequentib⁹ Petrus ait: Quis
Infra.19.d potest saluus esse? Et rursus idē: Si ita est causa homi-
Ibidē.b nis cū uxore, nō expedit nubere. Ne igitur hic quoq; similia proferrent, q̄q̄ etiam in præcedentibus oftenderit facilia esse præcepta, multas proferens omnino sententias, & sanè tales, q̄ illis sufficerent suadere: hic tamen ēt ipsius facilitatis infert coronam, non leue aliquod laboribus eorū genus consolationis inueniens, auxiliū. s. dei, quod orationum perseuerantia promeretur. Nō solū, inquit, uos oportet studere uirtutibus, sed ad tātum opus diuinū quoq; aduocare præsidium. Veniet.n. prorsus, atq; aderit, & uobiscū certamina ipsa tractabit, ac facilia uobis cūcta perficiet. Propterea, & petere præcepit, eisq; se daturum spopondit: nec tamen obiter postulare iussit, sed cū sedulitate multa & magna patientia, crebroq; pulsatu: hoc est.n. quod ait, Quærite: siquidē ille q̄ quærit L
aliquid, cuncta profectò alia mente proiiciens, unū intendit illud qd solum requirit, ac præsentiū rerum nihil oīno considerat. Norunt certè illud quotquot uel auro, uel seruis, ut plerunq; cōtingit, amissis, experti sunt hanc quā dico diligentiam requirendi. Ex eo quidē quod ait, Quærite, istud ostendit: ab eo uerò, quod dixit, Pulsate: uehementer accendi, & ardere prorsus mente præcepit. Noli ergo homo sponte concidere, néue inferius studiū impende uirtuti, q̄ cum aurū requiris amissum: illud.n. frequēter requirens, nequaquā forsitan reperis, ueruntamen cū omnino nescires inueniendum esse qd fuerat amissum, oēs nihilominus perscrutandi excogitares modos. Hic uerò ēt sponsionē Christi tenēs, qd absq; dubio si quæsieris, accipias, ne minimā quidē partem illius studij conaris ostendere: quod si nō continuò acceperis, ne sic quidē desperare te cōuenit. Propter hoc quippe ait, pulsate: ut ostenderet, quia & si non cōtinuò aperuerit, te nihilominus oporteat ad ianuā permanere. Si modò, inquit, meæ nō uis credere spōsioni, crede uel huic quod à me profertur exemplo. M
Quis, ait, ex uobis est pater: quē si filius suus petat panem, nunquid lapidē porriget ei? Ab hominibus qdē cū aliquid exposcis, & molestus oīno, & onerosus uideris: deū uerò quando id non facis, tunc amplius, ut tibi indignetur, accendis. Si uerò permaneas postulando, ēt si non continuò accipias, accipies tamen: propterea quippe ostiū clausum est, ut tu pulsare cogaris: idcirco nō celeriter annuit, ut tu diutius inquiras. Permane igitur in q̄rēdo atq; pulsando, & absq; ambiguitate percipies. Ne.n. diceres, quid si petiero, neq; accepero? tamē parabolica locū rōne cōclusit, de cōmunibus certè rebus sniās proferēdo, & exemplis hominū ad impetrandi te fiduciam nutriendo: perq; ista monstrando, quia non solū petere oporteat, Verūetiam illa tantūmodo, q̄ sola sunt poscēda deposcere. Quis.n. est, inquit, ex uobis pater, quē si filius suus petat panē, nunquid lapidē porriget ei? Itaq; & si nō accipis, quia lapidem petis, idcirco non accipis. Nā & si filius sis, non tamen tibi sufficit ad omne qd poposceris impetrandū, sed hoc ipsum est qd uetaris accipere, quòd cū sis filius dei, ea quę tibi nō expediūt, deprecaris. Et tu igitur noli aliquādo pe

A tere, seu quærere secularia, sed spiritalia oīa, & pror-
3.Reg.3 sus accipies. Nam & Salomon poposcit ea q̄ oportuit
b.&.9.a poscere, & uide q̄ celeriter acceperit. Duo igitur adesse oportet oranti, ut. s. & uehemēter petat, & illa proculdubiò quę petenda sunt. Quia & uos, inquit, cū patres sitis, rogari tamē expectatis à filijs: & si inutile aliquid petierint, dona uestra cohibetis. Si uerò illi quod est petēdū, & utile postularint, annuitis atq; præstatis. Et tu igitur ista cōsiderās, nō desistas, donec accipias, quādiu inuenias ne recedas: nec omnino abeas, quoadusq; clausa referentur. Si.n. cum hoc studio mētis accesseris, & dixeris, nisi accepero nō recedam, prorsus accipies: modò si talia postula ueris, q̄ & illū qui petitur dare deceat, & accipere tibi qui precaris, expediat. Quæ uerò ista sunt? si. s. spiritalia cuncta deposcas. Et primò quidē his qui in te peccauerant, incunctanter remittas, ac tum demū acceB das ad tibi quoq; ueniam postulādā, atq; sine ira & disceptatione sanctas ad deū manus eleues: si ergo sic petierimus, accipiemus profectò. Quemadmodū uerò nūc petimus, risus quidē est nostra petitio, & risus nō sobriorū hominū, sed temulentia sauciorum: Quid ergo, & quādo spiritualia petiero, nec tamen ea suero consecutus? Nō studiosè proculdubiò postulasti, aut teipsum fecisti qui acciperes indignū, aut certè petere celeriter destitisti. Et cuius, inquies, rei gratia nō dixit q̄ debeant postulari? Et quidē cuncta dixit in his q̄ memorata sunt, & ostēdit pro quibus oporteret rogari. Noli ergo dicere, quia accessi ad petendū, nec tamē accepi. Cū.n. non petas deū, ab eo te nō accepisse causaris: qui & ita te diligit, ut pater sit: & tantū oēs patres dilectione pcellit, quantum in hoc affectu malignitas à benignitate superatur. *Si enim uos*, inquit, *cum sitis mali, nostis bona dare filijs uestris: quantò magis pater uester cœlestis?* Hæc uerò dixit, nō uituperans humanā naturā, neq; mortaliū genus malū esse pronunciās, sed ad exprimendū distinctionis inter deū atq; homines pergrande discrimen, & ad cōparationē benignitatis suæ, amorē patrum malignitatē uocat: tanta quippe est in illo excellētia charitatis. Vidisti ēt sensum prorsus occultū, qui potuit ēt nimia desperatione deiectū, & ad spes subleuare meliores. Nam hic quidē sub exemplo paC trum, redundantiam diuinæ benignitatis ostēdit: in superioribus uerò de maioribus idipsum probauit,
Supra.6.a ex anima uidelicet, & corpore, quibus nos creator profectò cōposuit, & nusquam adhuc caput ipsum bonorū, neq; suam pśentiam adducit in mediū. Qui enim filiū suū pro nobis ad occidendū dedit, quem admodū nobis nō cuncta donauit? Nondū.n. erat ad ulteriora progressus. sed Paulus quidē hoc ita po
Rom.8.f nit, ac dicit: Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis oībus tradidit illum: qūo nō ēt cum illo omnia nobis donauit? Ipse aūt adhuc eis de humana uult conuersatione differere: deinde ostendens, quoniam nec orationi solū debeant fidere ea quę in ipsis sunt negligentes, neq; rursus cū uirtuti student, propriæ totum committerē uoluntati, sed diuinum quoq; adiutoriū postulare, & ea quæ ipsorum sunt pariter inferre, utrunq; istud frequenter inculcat. Nā & salubriter admonens, plurimū eos orationi docuit insistere: & cū orare docuisset, rursus ad eorum quæ agenda sunt cohortationem reuertitur: à quo iterum rediit ad docendū, quia oporteat frequēter orare: rursus uerò, dicendo, Petite, quærite, atq; pulsate: ad studium illos incitat uoluntatis. *Omnia, ergo,* D
inquit, *quæcunque uultis ut faciant uobis homines, hæc et uos facite illis.* Hoc aūt dicit, in breui cuncta replicās, & ostendens cōpendiosam rem esse uirtutē, ac facilem omnibus atq; manifestam. Neq; simpliciter ait, quæcunq; uultis: sed, omnia ergo quæcunq; uultis, Hic.n. ergo, istud non ociosè posuit, sed necessariè prorsus, atq; signāter: ac si diceret, Si ergo cupitis audiri, præter illa q̄ dixi, etiam ista perficite. Quæ uerò ista sunt? Quæcunq; uultis ut faciāt uobis homines. Vidisti certè, quemadmodū & hoc quoq; ostendat loco, quia cū oratione opus sit ēt disciplina uirtutū. Et nō dixit, quæcūq; uis tibi à deo fieri, hæc ipse fac proximo, ne diceres: quonam modo hoc effici pōt, cum ille sit deus, ego uerò humunculus? sed q̄ uis tibi fieri à conseruo, ea tu erga proximū, inquit, ostende. Quid unquam hoc præcepto aut leuius inuenia tur, aut iustius? Deinde declarās seruatis istius pręce pti ante præmia quoq; grande præconium: *Hæc est,* inquit, *lex & prophetæ.* Vnde & manifestū est sēdm naturam nobis esse uirtutē. Domestico siquidē magisterio oēs quæ facere debeamus, agnoscimus, & E
impossibile oīno nobis est, ad ignorantiæ præsidiū aliquando cōfugere. *Intrate per angustam portam, quoniam lata & spatiosa uia est, quæ ducit ad mortē, & multi sunt qui intrant per eam: quā arcta & angusta est uia, quæ ducit ad uitam, & pauci sunt qui inueniunt eam.* Et Mat.11.d
certè post illa clamat, & dicit: Iugū meum suaue est, & onus meū leue. In his quoq; q̄ paulò antè dixit, id ipsum oīno signauit. Qūo igitur hic arctam illā, angustamq; pronunciat? Quā si diligenter inspicias, hic quoq; illam leuem ualde dicit, & facilē. Et quemadmodū, inquies, q̄ arcta & angusta est facilis iudicatur? Quia & uia est uidelicet, & porta: sicut ēt illa ipsa lata & spatiosa uia q̄q̄ est, similiter & porta: in utroq; tamen nihil est oīno constans. Nam cuncta præterent, & aspera uitæ huius, & prospera. Haud uerò hoc solū est facile ēt uirtuti, quam certè ēt facilē ipse præstat finis uiæ. Non.n. transire solū labores atque sudores, sed ad bonū quoq; properare finem, (ad facilem uitā quippe cōtendit,) potest consolationem afferre certantibus: ita & temporale sudorū, & perpetuum coronarū. Et quia prius sunt laboriosa q̄ transF
seunt, postea gloriosa quæ permanent, maximū potest laborū esse solatium. Propter quod & Paulus tribulationē leuem uocauit, non utiq; ad qualitatē tribulationum, sed ad certantium uoluntatē, & spem respiciens futurorū. Quod.n. inquit, momentaneū, 2.Co.4.d
& leue est, tribulationis nostræ supra modū sublimitatem æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contēplantibus nobis q̄ uidentur, sed quę non uidētur. Quòd si nautis minaces illi pelagi fluctus, si tēpestates atq; hyemes agricolis, si uulnera cędes militibus, si grauissimi illi ictus plagæq; pugilibus leues uidentur, atq; tolerabiles pp spem temporaliū, ac pereuntium cōmodorum: multò magis cū cœlū proponatur in præmio, & ineffabilia illa bona, atq; perpetua, nihil ex pśentibus his aduersitatibus sentietur. Si uerò aliqui ēt sic uiam istā esse laboriosam putant, de sola eorū profectò desidia oritur ista suspicio. Vide igitur quemadmodū illam facilem ēt aliunde faciat, iubens eos nō cōmisceri canibus, porcisq; se prodere, & à pseudoprophetis cauere, & undique illos docens debere esse solicitos. Sed & hoc quoq; ipsum quòd illā arctam uocauit, maximè ad facien-

G dam illam facilē profuit, per hoc ſiquidē, ut ſemper uigilarent admonuit. Nā ſicut Paulus cum ait: Non
Ephe.6.b eſt nobis colluctatio aduerſus carnē & ſanguinem: non idcirco dixit, ut deiiceret animos militū, ſed ut potius erigeret: ita hic dominus uelut à ſomno ſuſcitans uiatores, uiam eorū aſperam nuncupauit, Nec hoc tantū illos modo ad uigorē mētis hortatus eſt, ſed illud ēt cōmonendo: quia multos habeat uia ipſa ad ſupplantandū paratos, quiq; quod eſt periculoſius, nō apertè ſe proferant, ſed callidiſſimè tegāt: talis quippe eſt falſorū natio prophetarū. Sed tu nequaquā, inquit, iſtud aſpicias, quia hęc uel arcta, uel aſpera eſt, nec quia lata & ſpatioſa eſt illa contraria: ſed quo nam hæc utraq; perducat. Hæc uero cūcta cōmemorat, ut alacritatē in nobis uoluntatis exuſci
Mat.11.b tet, ſicut & alibi dicit: Regnū cœlorum uim patitur, & uiolenti diripiunt illud. Qui.n. certamen ingreditur, ſi uideat ſpectatorē ſuū ardua ipſius congreſſionis, horridaq; mirantē, maiore profectò animi alacritate ſuccēditur. Nō igitur angamur, cū nobis multa in hoc itinere mœſta cōtigerint. Arcta eſt. n. uia, &
H porta prorſus anguſta: ſed no talis ēt illa eſt, ad quā tendimus ciuitas. Et idcirco neq; hic oportet ſperare requiem, neq; ibi triſte aliquid iam timeri. Dicēdo uero, *pauci ſunt qui inueniunt eam.* ſegnitiem plurimorum euidēter expreſſit: ac docuit auditores, ut non ad multorū proſpera hęc ac læta reſpicerent, ſed potius ad laborioſa paucorū. Nam plures, inquit, non modò per hāc non ingrediuntur uiam, ſed eā ne eligunt quidē: quod extremę eſt oīno deſidiæ. Verum nequaquā ad multitudinem oportet aſpicere, neq; hac exemplorū dēſitate turbari: ſed imitari paucos qui hoc nos itinere cautiſſimè incedere cohortātur. Nam cū ipſa uia arcta ſit, tum ēt plurimi ſunt iter facientiū, qui ab eius nos excludere conātur ingreſſu, propter qd intulit, *Attendite à falſis prophetis: ueniunt enim ad uos in ueſtitu ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.* Ecce cū canib⁹, ac porcis aliud quoq; inſidiarum genus multò illis profectò efficacius ad nocendū. Illi quippe profeſsi ſunt, & omnino manifeſti: iſti uerò fraudulēter obtecti: & idcirco ab illis quidē im
I perat abſtinere, iſtos uerò etiā diligenter examinari, atq; diſcerni, quaſi oīno difficile ſit ad primū illos intelligere cōgreſſum, pp quod dixit, Attendite, ut nos ad eos excutiendos redderet acriores. Deinde ne cū audiſſent, arctā atq; anguſtā uiam: & quia illos multis aduerſantibus per eā oporteret incedere, porcos quoq; & canes eſſe cauendos: cūq; iſtis aliud quoq; malitioſius genus luporū: ne (inquam) tot triſtiū rerum aggeſtione cōciderent, ac ſatis durū putarent, tam multis inſidiantibus iter tale cōficere, & de omnibus mandatis ꝓterea eſſe ſolicitos, malorū quoq; illos q̄ ſub patribus eorū ſunt facta cōmonuit, hmōi homines falſos prophetas uocando: nam & ante ta
Luc.21.c lia contigerunt. Nolite, inquit, omnino terreri. nihil prorſus uobis nouum accidet, nihilq; peregrinum, ſemperq; diabolus ad oppugnationē ueritatis ſubornat errorē per pſeudoprophetas. Hic aūt nō mihi ſignificare uidetur hęreticos, ſed eos qui cū ſint uitæ prauitate corrupti, ſpeciē tamen uirtutis induti ſunt, qui uulgò impoſtores uocari ſolent, pp quod intulit, dicens: *Ex operibus eorum cognoſcetis eos.* Nam apud hæreticos quidē ſaltē uita honeſta frequenter oſtenditur, apud hos uerò nec uita. Quid ergo, inquis, ſi etiam mores fingant honeſtos: ſed facilè deprehendentur, atq; capientur. Talis quippe eſt natura iſtius K
uiæ, quā uos conficere præcepi, laborioſa prorſus ac dura: uirtutis uerò ſimulato r recuſat laborē, ſolāq; ſui oſtentationē requirit, propter quod ēt de ſimulatione conuincitur. Quia uerò dixerat, *Pauci ſunt qui inueniunt eam.* ſanctā proculdubiò paucitatē ab eis ſecernit, qui cū non inueniant iter illud anguſtū, tamen ſe inuenire ſimulant. Et cæteris præcepit, ut nō ad eos qui uirtutis ſpecie teguntur aſpiciant, ſed potius ad eos qui illā uiam in ueritate cōcelabrant. Et cuius, inquies, rei gratia nō eos facit eſſe manifeſtos, ſed nobis potius curā huiuſcemodi examinationis imponit? Vt profectò uigilemus, ſimus abſq; intermiſſione ſoliciti, nō ab apertis modò, ſed ab occultis quoq; inimicis cauēdo, quos ſignificat & Paulus, *Ro.16.b*
dicens: Et per dulces ſermones ſeducūt corda innocentiū. Nequaquā ergo turbemur, cum hmōi hoīes noſtraq; ætate plurimos uidemus. Nam hos quoq; Chriſtus paulò antè prædixit. Et conſidera lenitatē: nō ait, punite tales, ſed tātūmodo ne ab eis lędamini præcauete, & ne incircūſpecti, atque immuniti in eorū inſidias incidatis. Deinde ne diceres impoſsibi- L
le eſſe hmōi homines deprehēdi, rurſum ſimilitudinem à cōi hominū ponit exemplo. *Nunquid colligūt de ſpinis uuam, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona bonos fructus facit, mala autem arbor fructus malos facit. Non poteſt arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala bonos fructus facere.* Quòd uerò dicit, hmōi, nihil habent mite, uel dulce, qui oues uſq; ad ſuperficiem mētiuntur, pp quod omnino diſcretio eſt. Et ne uel in exiguo quidē ad eorū malitiam conuenire uideatur, naturalibus iam neceſsitatibus cōparat ea, quæ ab illis non aliter ſunt futura: quo more ſoquebatur
Rom.8.a & Paulus. Sapiētia, inquit, carnis, mors eſt: legi enim dei nō ſubiicitur, nec enim poteſt. Quod & idipſum ponit ſecundò, non eſt ſuperflua repetitio uerborū. Sed ne quiſpiam diceret, arbor mala affert quidem fructus malos, affert tamen ēt bonos, fitq; ex duplici fructuum qualitate diſcretio ipſa difficilis. Nō eſt hoc, inquit, omnino: malos uerò tātūmodo affert, bonos uerò nequaquā poterit afferre. Sicut & arbor bona nō niſi iuxta ſuam naturam fructificare ſolet. Quid igitur? Nunquámne homo bonus in malū uerſus eſt, aut malus rurſus in bonū, atq; multorū omnino i diuerſa mutatio talia nobis abūdè miniſtrat M
exempla: Chriſtus aūt non dixit impoſsibile eſſe malum ad meliora cōuerti, nec bonū negat in deterius poſſe tranſire, ſed quia quandiu malitiæ affixus eſt, bonū utiq; fructum non poſsit afferre. Nam tranſire quidē ad uirtutem, ēt cum ſit malus, poteſt: ſed nunq̄ bonum affert fructū, quandiu in malitia perſeuerat. Quid ergo? Dauid, nōne cum bonus eſſet, malum attulit fructū? Immo nō permanēs bonus, ſed utiq; mutatus. Cæterum ſi qualis erat cōtinuò perſeueraſſet, nequaquā talem fructum tuliſſet, neq; permanēs in cœpto uirtutis uſu feciſſet illa q̄ fecit. Hæc aūt idcirco præcipuè dicebat, ut eorū quoq; qui temerè obloqui ēt innocentibus ſolent, linguas repri meret, paſsimq; accuſantiū ora frēnaret. Quia enim plurimi bonos quoq; de malorum ingeniis ęſtimāt, ut omni eos excuſatione nudaret, hoc intulit: Non enim, inquit, potes dicere, Circumuentus ſum atq; deceptus. Siquidem manifeſtam tibi diſcretionē ex operibus oſtēdit, & ut etiam diſcuteres eorum opera, præcepit, ne ſcilicet temere cuncta confunderes.

A Deinde eos qui puniri nō iuſſerat, ſed tantum caueri, hos quidem conſolatur qui eorū patiebantur inſidias: illos uero deterret, & ſi nolint ad meliora conuerti, quaſi quodā muro, ita ſupplicij eos commina
tione concludit. *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur.* Deinde ut ſermonē ipſum aliquantulum temperaret, intulit: *Igitur ex fructibus eorum cognoſcetis eos.* Ne enim certā illam, & iam iamq; cōplendam cōminationem uideretur inducere, ſed eam q̄ conſilij uicem, atq; admonitionis impleret, hac eorū animos interminatione, atq; exa
minatione cōcuſsit. Quo quidem loco mihi etiā ludæos uidetur notare, hmōi fructus ſæpe monſtrantes: Propterea ēt Ioannis uerbis uti maluit, per eadē ſcilicet rerū uocabula illis ſupplicium cōminando.
Mat.3.c. Talia quippe ēt ille dicebat, cum inſtantē ſecurim, & excidendam arborē, ignemq; inextinguibilem nominaret. Et uidetur quidē una tantummodo pœna eſſe comburi. Si uero aliquis diligenter expendat, duplex hoc inuenit eſſe ſupplicium. Qui.n. in gehenna
B uritur, & cœlorū regnū prorſus amittit: q̄ certè pœna maior eſt, q̄ cruciatus ille flammarum. Noui aūt quia plurimi pertimeſcant gehennam, ego tamen illius gloriæ amiſsionem multo amarius, q̄ ipſius gehennæ dico eſſe ſupplicium. Si uero id non poſsum ſermone mōſtrare, nihil eſt omnino mirandū. Neq; enim nouimus illorū beatitudinem præmiorum, ut infœlicitatem quoq; de eorū amiſsione ſcire poſsimus. Cæterū Paulus qui iſta cōparat, certiſsimè nouit, quoniam excidere à dei gratia omnū ſit profecto miſerrimum. Nos aūt hoc tūc abſq; dubio diſcemus, cū experimēto cœperimus doceri. Sed iſtud ut ne patiamur faxis ò unigenite fili dei, neque experiamur intolerabile iſtud, horrendumq; ſupplicium q̄ grande ſit: Nam q̄ malum illorū bonorū portione priuari, aperte quidē exprimi nō poteſt: tamē prout mihi poſsibile fuerit, conabor atq; cōtendā per exēpla uobis illud facere uel ex parte manifeſtū. Ponamus igitur adoleſcentē aliquem eſſe mirabilem, eundemq; & cunctis florere uirtutibus, & totius tenere orbis imperiū, tamq; in omnibus eſſe perfectum, ut uniuerſos erga ſe hoies patrio ardere faciat affectu.
C Quid non ergo iſtius patrem pati exiſtimatis libēti animo, ne talis filij priuetur alloquio: quod uero uel exiguum, uel grande malū non eſſe ſubituū, modo ut illū ēt uideat, atq; illius præſentia perfruatur? Hoc igitur de futura quoq; gloria cogitemus. Neq; enim ſic filius patri, etiāſi uirtutibus nille decoretur, deſiderabilis eſt atq; mirabilis, ut cœleſtiū fructus bonorū ac reſolui, & eſſe cū Chriſto. Intolerabilis quidem res eſt ēt gehēna: quis neſciat, & ſupplicium illud horribile? Tamē ſi mille aliquis ponat gehēnas, nihil tale dicturus eſt, quale eſt à beatæ illius gloriæ honore repelli, exoſumq; eſſe Chriſto, & audire ab illo, Nō noui uos: atq; argui quòd eſurienti, & ſitiēti negauerimus cibū & potū. Eſt. n. ſatius mille fulminā ſuſtinere, q̄ uultum illū manſuetudinis pietatiſq; plenū, nos tamen auerſantē uidere, & illos totius trā quillitatis oculos, nequaquā nos aſpicere ſuſtinētes. Si. n. ille me cū ei inimicus exiſterē, eumq; odiſſem, atq; auerſarer: ita eſt tamen ſecutus, ut ne ſibi quidē parceret, ſeſeq; ipſum in mortē traderet: quādo poſt illa omnia eſurientē illū ne pane quidē duco dignū, quibus iam illum potero oculis intueri? ſed hoc ēt illius conſidera loco lenitatem. Neq; n. beneficia ſua imputando cōmemorat, nec quia illi eum deſpiciāt, D
quibus tanta præſtiterit: nec enim dicit, te qui cū nō eſſes, eſſe te præſtiti, & tibi inſpiraui animā: qui te ſupra ea q̄ in terra ſunt cuncta cōſtitui: qui pp te & cēlos, & aerē, & pelagus, & terrā, & omnia q̄ exiſtunt, creaui: qui à te inhonoratus ſum, & diabolo ipſo uilior exiſtimatus: q̄ nec ſic quidē deſtiti, ſed innumera tibi beneficia ēt poſt iſta donaui: qui ob tuam ſalutē fieri ſeruus elegi: qui palmis ora temeratus, & faciem ſputaminibus aſperſus, & ſeruili ſupplicio deputatus: ut te de morte redimerē, crucis mortē ipſe ſuſtinui: qui pro te ēt in cœlo interpello patrē, qui ſpiritum ſanctū tibi dono, qui te ad regnū inuito cœlorum, qui tibi ēt tanta promiſi: qui & caput tuū eſſe uolui, & ſponſus, & ueſtis, & domus, & radix, & paſtus, & potus, & paſtor, & frater: qui te hęredē cohæredemq; delegi. qui de tenebris in lumen te duxi: cū hęc. n. hisq; plura proferre poſſet, nihil horum omnino commemorat. Sed quid? ſolum ipſum profectò peccatū, hic quoq; charitatē ac deſiderium q̄d erga te habet oſtendēs. Neq;. n. dixit, Ite in ignem, paratū uobis. ſed, paratū diabolo. Et prius dicit, q̄ nam illi E
peccauerint. Et ne tunc quidē cuncta, ſed pauca: & ante hos illos qui mādata eius impleuerint in regnū uocat, ut ex hoc quoq; oſtēdat iuſtè ſe culpare quos damnat. Quonā ergo ſupplicio non ſunt uerba eiuſmodi ſæuiora? Si. n. hominē aliquis à quo beneficijs affectus eſt, eſurientē minimē deſpicit: ſed etſi fortaſſe deſpiciat, certè cū ei ille exprobrare beneficia ſua cœperit, eligit magis in terrā oīno demergi, quā cotā duobus tribūue amicis tale aliquid audire: quid nos patiemur, perpendite, qui toto iam teſte mūdo hæc q̄ memorata ſunt, audiemus, q̄ ne dominus quidem diceret, niſi & æquitatē proprię uellet declarare ſuię. Quod. n. haud exprobras ea proferret, ſed quaſi ſatisfaciens, & oſtendens, quia nō eis fruſtra, nec abſque certa iuſtitiæ ratione dicturus ſit, diſcedite à me: ipſa ſatis beneficiorū q̄ eis antè cōtulerat liberalitate patefecit. Si uero exprobrare uoluiſſet, oīa illa quę dixi, adduceret in mediū: nunc aūt dicit ſola illa quę paſſus eſt. Timeamus igitur dilectiſſimi, hmōi tūc audire ſermones. Nō eſt luſus hæc uita, imo eſt quidā preſens uita luſus, ſed non eſt luſus ēt futura. Nunc aūt nō tam luſus eſt uita noſtra, q̄ aliquid fortè deterius. Non. n. tendit ad riſum, ſed intolerabilē F
quoq; portabit dolorem eis, qui mores ſuos nō maturè, ac diligenter inſtituunt. Quo. n. diſtamus à pueris ludendi gratia caſulas ædificātibus, nos q̄ ampla prętoria, & clara cōſtruimus? Quę aūt diſſimilitudo eſt inter eorum prandiola ad ludū parata, & noſtra hæc ſplendidè ac delicatè apparata conuiuia? Nulla planè, niſi quòd ea nos ad ſupplicium noſtrū ſæpe faciamus, q̄ illi imitantur ad ludū. Quòd ſi necdum perſpicimus eorum q̄ agimus uilitatē, non eſt profectò mirandū. Nōdum. n. uenimus ad maturitatē uirorum, quò cū uenerimus, intelligemus hæc omnia eſſe puerilia. Nam & illos cum ad uirilem tranſimus ætatem ridere conſueuimus, ob ea certè ipſa q̄ cum pueri eſſemus, ēt ſtudioſè credebamus eſſe faciēda. Nam & teſtas aliquando & lutum ſæpius aggerentes, non minus gloriabamur, q̄ hi qui certatim amplas porticus, & triclinia gaudent ſuperba conſtruere: ſed tamen peribāt illa, & continuò corruebāt. Verū ne ſtantia quidē utilia nobis eſſe potuiſſent, ſi cut ne iſtæ quidem ſplendidæ domus, q̄ certe iam cœli

Ciuem cápere non possunt. Sed neq; istæ in illis se habitare patietur, qui patriam expectat æternã. Verũ, ut nos pedibus ludicra illa ædificiola plerũq; destruimus, ita hęc sapiẽti ille mente subuertit: & sicut nos paruulos de illa flẽtes destructione ridemus: sic isti quoq; uiri nobis de hac subuersione mœrẽtibus, nõ modò rident, sed ẽt flent. Siquidem & eorũ uiscera compassione plena sunt, & nobis ingẽtia hinc nascũtur incõmoda. Iam igitur in uiros trãseamus aliquãdo: quandiu terræ prorsus affigimur, de lignis ac lapidibus gloriantes? Quousq; lusibus occupamur, ac salutẽ nostram ipsi despicimus, ac prodimus? Nã ut pueri cũ neglectis literis, ad hmõi nugas sua studia cõuerterint, durissimis uerberibus subiacebunt: sic nos quoq; qui in his rebus studium omne consumimus, cũ à nobis spiritaliũ exigetur operũ disciplina, nisi q reddenda erunt habuerimus parata, horrẽda illa supplicia perferemus. Nec erit ullus oino qui liberet, etiamsi pater, etiãsi frater, uel quilibet alius assistat. Sed hęc quidẽ, quibus nunc dediti sumus, cuncta pariter euanescẽt: quæ uero ex istis pœna colligitur, immortalis erit atq; perpetua. Quod quidẽ accidere cõsueuit in paruulis, quorũ puerilis illa cõstructio à patre tota subruitur: ipsi ẽt uerberati post lusus cõuertuntur ad lachrymas. Atq; ut hæc ita se habere discas, illud ipsum erga qd maximum studium uidetur esse ponendũ. i. diuitias, in medium proferamus, & cõstituamus quamlibet è regione uirtutẽ, & tunc præcipuè illarũ perspicies uilitatẽ. Duos igitur homines esse ponamus: nec de auaritiæ opibus sermo sit, sed de honestis adhuc, iustisq; diuitijs. Duo ergo talium opũ domini fingantur, quorũ unus qui dẽ ad pecunias congregandas maria nauiget, terras excolat, multaq; alia reperiat genera lucrãdi: q̃q̃ ignoro si hæc faciens iustè patrimoniũ possit augere. Verum cõcedatur istud, & cõstituatur interim lucra illum iusta cóquirere. Iste igitur & agros coẽmat, & seruos, & quantacunq; sunt talia, nullaq; ad hęc iniquitate ducatur: alter uero æqualiter locuples uẽdat agros, uendat domos, uasa quoq; argẽtea & aurea, atq; horũ omnium pretiũ indigentibus largiatur, cu
I ret ægrotos, ĩ necessitate positos absoluat, alios uinculis eximat, alios eripiat de metallis, alios egestatis impatientia ad laqueũ conuolãtes, in uitæ amorẽ reducat, liberet de seruitute ac morte captiuos: de cuius uos tandẽ esse parte malletis? Et certè nondũ futura diximus, sed interim ista p̃sentia. Cuius, inquã, similes esse malletis? cõgregantis aurũ, an plurimorũ pericula submouentis? emẽtis agros, an hominibus diuersa calamitatũ tempestate uexatis, semetipsum portã parantis? multo auro argentoq; circundati, an mille laudibus coronati? Nõne. n. hic quidẽ uidetur angeli alicuius similis, q de cœlo ad consolationem hominũ, emendationẽq; descẽderit? Alter uero nec homini cõferendus, sed cuipiã paruulo uanè cuncta & inaniter cõgregãti. Sin aũt pronunciatis hmõi hominẽ esse ridiculũ, extremęq; uecordiæ, quando etiã iniquè opes cõgregat: quid eo põt infœlicius iudicari? Si. n. tanta illius sola derisio est, cũ addita fuerit & gehẽna, & regni cœlestis amissio: quibus lachrymis, quibus tandẽ lamẽtationibus prosequẽdus est & uiuus, & mortuus? Sed alterã quoq;, si placet, uirtutis partẽ, eiusq; cõtrariũ póderemus. Aliũ igitur rursus hominẽ proferamus, in summa potẽtia cõstitutum, oĩbus imperantẽ, ingenti prorsus honore cõspicuũ, præclara præconis sui uoce terrificũ, cinctũ baltheo K
potestatis gemino, ac longo præeuntiũ ordine gloriantem, multorũ officiorũ stipatum caterua: none magnũ hoc esse quidda creditur, ac beatum? Age igitur, cõtra hunc quoq; aliũ è regione ponamus splendentẽ uirtute patientiæ, humilitate, ac mansuetudine refulgentẽ, & hic tamen patiatur iniurias, atq; ẽt uerberetur, cunctaq; hæc facilè portet, ac fortiter, eosq; à quib⁹ iniurias accepit, benedictionibus prosequatur: respõde, quæso, quis magis horum tibi admirãdus uideatur: ille inflatus & tumidus: an iste pressus, ac placidus? Nõne rursus hic quidẽ cœlestib⁹ est uirtutibus cõparãdus, q̃ maxima impassibilitate potiuntur: ille uero homini morbo hydropis, & plurimo prorsus tumore turgenti? & hic quidem medicò spiritali, ille aũt inflatis, ac resupinis. Quid tibi arrogas homo, qa sublimi curru ueheris, quia te trahũt mularũ quadrigę? Et quale istud est? Nam & saxa itaplerunq;, & ligna, gestantur. Sed speciosa uestę circũdaris? Sed & respice pro cultu uestium, uirtutũ decore fulgẽtẽ, & uidebis te quidẽ putrefacto iam fœno L
H esse simillimũ: illũ uero arbori admirabiles fructus ferenti, maximã præbenti cernentibus uoluptatem. Tu quiqpe circũfers pastũ uermium, atq; tinearum: quę cũ tibi incubuerint, celeriter te hmõi ornatu nudum relinquent. Nam uestimentũ & aurũ, aliud quidem uermiũ cibus est, aliud uero terra, & cinis, & iterum terra & præterea nihil: at uero ille q uirtutũ decore circundatus est, talẽ profecto habet stolã, quã non modo tinea, sed ne mors quidẽ ualeat ipsa corrumpere. Siquidẽ istę uirtutes animi nequaquã à terra sortiuntur exordiũ: fructus quippe sunt spiritus, propterea neq; uermiũ dẽtibus deputãtur. In cœlo nanq; hmõi uestimenta texuntur, ubi nõ est tinea, nõ uermis, nec hmõi quicquã aliud oino. Quid igitur est melius, respõde, quæso, sublimari potẽtia: an potius inhonoratũ iacere? Splẽdere diuitijs, an squalere pauperie? abundare delitijs, an fame, atq; egestate cruciari? Procul dubio melius, atq; optabilius inhonoratũ esse, q̃ in diuitijs, atq; delitijs. Si ergo bona eligis, magis ipsa q̃ minima, relinque terras, & transgre
M dere totus ad cœlũ. Si quidem p̃sentia ista umbræ sunt, & quædã uanitates imaginũ: futura aũt ueritas rerũ immobilis prorsus, ac solida, nec ab ullo tibi aliquando rapienda. Hęc nos igitur omni cũ studio diligamus, ut ex horũ q̃ hic sunt liberemur tumultu, & ad portum illũ tranquillissimum nauigantes, multa onusti merce ueniamus, & ineffabilibus misericordię operibus redundemus: quibus nos oẽs cõtingat potiri, gratia & misericordia domini nostri Iesu Xpi, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Homilia. xxv. ex cap. vij.

On omnis qui dicit mihi, Domine domine, intrabit in regnũ cœlorũ, sed qui facit uoluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnũ cœlorum. Cuius rei gratia nõ ait: sed q facit uoluntatem meã? Quia hoc interim poterant amabilius audire, qd dixit, citius q̃ suspicere: illud aũt ad eorũ infirmitatẽ nimis erat grãde, quod tacuit. Aliter uero idipsum qd reticuisse uisus est, istud dicendo signauit. Præterea hoc quoq; possum⁹ dicere, expressum hic esse manifestè, qa nõ sit in patris, ac filij uolũtate diuersitas. Mihi aũt uidetur Iudæorũ hic proprie conscientias uerberare, oẽm prorsus religionẽ in dogmatum ratione ponentium, de sancta uero cõuersatione nihil

A omnino curantiũ: unde illos etiã Paulus coarguit, di
Rom. 2.c cẽs: Cognominaris Iudęus, & requiescis ĩ lege, & gloriaris in deo, & nosti uoluntatem eius: uerum nihil tibi ex ea accedit quicquã, nisi eadem uitæ integritate declares. Ipse aute dominus non solum id dixisse cõtẽtus est, sed & maiora lõgè & terribiliora subiũxit: *Multi*, inquit, *dicẽt in illa die, Domine domine, nõne in nomine tuo prophetauimus?* Nõ modo ille, inquit, q habet fidem conuersatione neglecta, regnũ non poterit introire cœloriũ: sed & ille qui fide multa etiam splenduit claritate signorũ, nec tamen aliquid in uita boni operis exercuit, à cœlestibus similiter ianuis repelletur. Multi. n. mihi dicent in illa die: Domine domine, nõnne in nomine tuo prophetauimus? Nẽpe cõsideras quemadmodũ se quoq; introducat latenter: quia. n. prope finẽ sui est prolatus ad populũ sermo doctrinæ suæ, meritò iã se iudicẽ esse demõstrat. Nã quòd expectat pœna peccãtes, ĩ superiorib. euidẽter expressit. Quis uero sit puniẽs hic reuelat, nec tamẽ apertè dixit, ego sum: sed multi, inquit, in illa die dicẽt mihi, domine domine: idipsum rursus hac mode
B ratione cõficiens. Si. n. iudex ipse nõ esset, quomodo ad eos diceret. *Tũc cõfitebor eis, discedite à me, nunquã noui uos?* Nõ utiq; futuri solũmodo iudicij tẽpore, sed
Lucæ. 10 d. ne tũc qdẽ, inquit, quãdo uos faciebatis signa mirabilia. Propterea ẽt discipulos admonebat: Nolite gaudere, qa uobis dęmonia subiecta sunt, sed quia noĩa uestra scripta sunt in cœlis. Et ubiq; prorsus ad pluriã eos curã cõuersationis hortatur. Neq;. n. accidit, ut homo rectè honesteq; uiuẽs, atq; ab omnibus uitijs liberatus aliquando despiciatur à deo: sed etsi in aliquo errore teneatur, citò illũ deus ad notitiã ptrahit ueritatis. Verũ sunt qdã q opinentur mentiri tũc illos ista dicendo, & propterea, inquiũt, nec merebũtur oĩno saluari: quod si ita est, ipse aduersus illũ sensum uenit, quẽ uoluerat inducere. Voluit. n. hoc loco asserere, quòd fides absq; operũ sanctitate nil etiã ualeat: deinde idipsum ulterius extẽdẽs, adiecit & signa, ut uidelicet ostẽderet, qa nõ modò fides, sed ne ipsa quidẽ cuipiã mirabilia profutura sint, si ea operatus fuisset absque possessione uirtutũ. Sin autẽ illi nequaquã ista fecerint, quemadmodũ hęc conficietur assertio? Aliter uero: neq; auderent hi ipsi domino, iã utiq; iudice præsente, mẽtiri: sed & ipsorũ interrogatorię sermo prolatus, & deinde secuta respõsio hæc eos fecisse demõstrat. Illi qppe, qa cõtrarium expectationis suæ finẽ uidebunt, quia hic fuerint mirabilia faciẽdo cõspicui, ubi se intelligent puniendos, quasi stupẽtes dicẽt, atq; mirãtes: Domine domine, nõne in nomine tuo prophetauimus? Quemadmodũ nos auersaris modo? Quid sibi uult nouus iste finis, nec à nobis aliquãdo prouisus? Sed mirentur illi qui, cũ tot signa fecerit, puniẽtur. tu uero nihil oĩno hoc mireris. Omnis qppe gratia donũ est solũmodo largiẽtis. Illi autem nihil ei de proprio attulerũt, propter quod etiã meritò puniũtur, q erga eũ à quo ita honorati sunt, ut talia etiã indignis dona conferret, ingrati existere maluerũt, tãtorumq; beneficiorũ prorsus ĩmemores. Cur, inquis, iniquitatis operarij mirabilia fecerunt? Sunt quidã qui dicãt eos non eo tẽpore quo signa faciebãt operibus iniquis uacasse, sed postea esse mutatos, & ad iniqtatis opera cõuersos. Sed si id esset, alio rursus mõ falsum esse mõstraretur illud quod dominus curauit adstruere. Quod enim studuit ostẽdere, istud profectò est, quoniã ne
D que fides, neque mirabilia quicquã ualeãt si nõ assistat uita. Quod certè dicebat & Paulus: Si habuero
1. Cor. 13 a. omnẽ fidẽ, ita ut mõtes trãsferã, & nouero mysteria omnia, & si habuero omnẽ sciẽtiam: charitatẽ autẽ nõ habeã, nihil sum. Qui igitur isti sunt, inquies? Multi profectò credentiũ acceperant dona gratię, ex quibus erat ille, q cũ in Christi nomine dæmonia eiiceret, nõ tamẽ eũ etiam sequebatur: qualis erat & ipse Iudas. Nã hic quoq; quanquã esset malus, gratiæ tamen munus acceperat. Quinetiã in ueteri testamẽto idipsum q̃ quęrit inuenit, uidelicet ĩ ipsis quoq; indignis, ad aliorũ utilitatem gratiam frequenter operatam. Quia enim nõ oẽs in omnibus idonei sunt reperti: nã alij quidem uitæ erant honestate conspicui, non tamen pari etiã ardore fidei feruebant: alij uero è cõtrario fidei bonũ absq; uitę honestate seruabãt: per unius atq; eiusdẽ ineffabilem gratiæ largitatem, & illos æquè hortabatur, ut fidem studerẽt habere maiorẽ, & hos, ut essent etiã in conuersatione meliores. Et idcirco cũ eis ad liberalitatem maxima gratię dona præstabat: *uirtutes*, inquiũt, *multas fecimus: sed cõfitebor illis, quia nunquã noui uos:* Nunc qdem se esse E
amicos putãt, tũc uero scient, quia nõ ut amicis ista donauit. Et quid oĩno miraris si hominibus, quanquã uitæ suffragia non habentibus, ipsum tamẽ credentibus, gratię suę dona largitus est, quãdo tale aliqd in his etiã q utroq; hoc nudabãtur bono inueni- *Nume.*
tur operatus? Balaam qppe à fide ac probitate uitæ 24.e
erat prorsus alienus, sed tamẽ operata est in illo dei gratia, in ędificationẽ proculdubio cęterorũ. Et etiã *Gene. 4*
Pharao talis extiterat, uerũtamen ipsi quoq; ostẽdit *a.*
futura. Et Nabuchodonosor iniquissimus fuit, sed *Danie. 2*
huic quoq; ẽt ea quę ĩ nouissimo sęculo futura sunt, *a. b*
reuelauit: sed & ipsius filio q facilè patrẽ ĩpietate superauerat, mirabilia futura patefecit, per quẽ certè oĩa maxima dispensationis suæ opera monstrauit. Quia igitur & tũc ipsa adhuc erãt euãgelicę p̃dicationis exordia, multaq; oportebat diuinę potẽtię clare documẽta, plurimi quoq; ĩdignorũ accipiebãt dona gratię: ueruntamen nihil pp hæc illi signa lucrati sunt, sed magis etiã puniẽtur, pp quod & terribilem minatur eis sermonẽ dicẽdo, nunquã noui uos. Mul F
tos quippe hic odit, atq; auersatur etiã ante iudiciũ. Timeamus igitur dilectissimi, maximãq; curam sanctę conuersationis adamemus, nec putemus minus aliqd nos habere, qa nos modò signa non facimus. Nihil nãq; tũc nobis pp illa amplius reddetur, sicut nec minus dabitur, qa signa nõ facimus, si utiq; omnibus studuerimus abũdare uirtutibus. De mirabilibus siqdẽ nos absq; dubio debitores efficiemur dei: pro bene autẽ acta uita deũ habebimus debitorẽ. Quia igitur cũcta pfectè de uirtute disseruit, & simulatores eius plurimos ac diuersos esse mõstrauit, cũ eos qui ad ostentationẽ sui orãt atq; ieiunãt, tũ etiã eos qui simplicitatẽ ouium tantũmodo habitu profitẽtur, tũ illos quoque q doctrinæ ipsius studio malignitatis aduersi sunt, quos etiã porcos & canes uocauit: hinc iam præceptis suis consolationem rursus admiscens, ostẽdit quantũ sit uirtutis commodum, quantum etiam malignitatis incommodũ, *Omnis, ait, qui audit uerba mea, & facit ea, assimilabitur uiro sapienti.* Quę qdẽ passuri sunt, q mãdata nõ faciũt, quãuis faciant signa, sine dubio audistis. Oportet ergo uos discere, qb⁹ sint illi fruituri bonis q oĩa quę præcepta sunt, obedienter impleuerint: q certè nõ in su-

Gturo tātū, uerūetiam in iſto ſeculo de obſeruati euā
gelij utilitate gaudebūt. *Omnis*, inquit, *qui audit uerba*
mea, & facit ea, aſſimilabitur uiro prudenti. Conſidera
quā admirabili ornetur uarietate doctrinę, modò q
dē dicēs: Non oīs q dicit mihi, domine domine, ſeq;
ipſum reuelās: modò uerò inferens, qui facit uolūta
tem patris mei. Et rurſus iudicē ſe demonſtrans, *Mul*
ti, inquit, *dicēt mihi in illa die: domine domine, nónne in*
nomine tuo prophetauimus? et dicā illis, nūquam noui uos.
Hic quoque rurſus oſtēdit habere ſe omniū poteſta
tem, propter quod ait, *Qui audit uerba mea hæc*. Quia
enim cūcta diſputauerat de fututis, regnū cōmemo-
rādo cœlorū, & mercedē ineffabilē pollicēdo, & cō-
ſolationē dei, & quātacunque ſint talia, uult eis etiā
hinc tribuere fructus laborū, & oſtēdere quāta ſint
in p̄ſenti quoq; uita beneficia uirtutis. Quod eius er-
go primū beneficium eſt? Tutum uiuere, atq; muni-
tum, nulliq; aduerſantiū rerū in prædā, patere, quin-
immo cunctis quę obſiſtunt ſuperiorē omnino cō-
H ſiſtere. Cui bono qd unquā inueniatur æquale? Hoc
enim ne ille quidē ipſe ſibi p̄eſtare poſſet, qui diade
mate coronatur. Solus enim, & quidē multo cū cu-
mulo bonorū ſuorum poſsidet firmitatē, qui poten
tiſsima uirtutū cohorte munitur, atque inrer hos tu
mētes ſeculi fluctus plurima trāquillitate perfruitur.
Hoc eſt enim omnino mirabile, quia cū nulla ſere-
nitas ſit, immo cū ſit ualida tempeſtas & crebra ten
tationū, ipſe ne tantulū quidem poterit commoue-
ri. *Deſcendit*, inquit, *pluuia, uenerūt flumina, flauerūt uen*
ti, & impulerūt in domū illā, & nō cecidit: fundata enim
erat ſupra petram. Hic autē & pluuiam, & flumina, &
uentos translatione uerborū afflictiones, & ingruē-
tia hominibus pericula nūcupauit, calumnias uideli
cet, iſidias, fluctus, interitus, aliorū impugnationes,
deſertiones ſuorū, cæteraq; omnia uitæ p̄ſentis in
commoda. Sed nulli, inquit, horū talis anima ſuccū
bit. cauſa uero iſtius firmitatis eſt, ſupra petram eſſe
fundatā. Petram hic autē doctrinæ ſuæ munimentū
uocauit. Siquidē omni petra illius ſunt fortiora præ
cepta, & obedientē deo cūctis præſtāt tribulationū
I fluctibus celſiorē. Quicunq; enim diligenter hęc eu-
ſtodit, ac fortiter, non modò hominibus nocere cu
pientibus, uerūmetiā ipſis dęmonibus ſibi inſidian-
tibus ſuperior eminebit. Quia uero nō ad hinnientē
doctrinæ pōpā iſta dicātur, Iob certè teſtis eſt: q uti-
Iob.2.b que & oēs diaboli in ſe excepit ictus, & tamē perma
nebat immobilis. Idipſum teſtātur & apoſtoli, q tor
rēte totius orbis in ſe pariter irruente, tyrannorū ſci-
licet, atq; populorū, Iudæorum atq; gētilium, & ſuo
rum & alienorū, & diaboli prorſus & dæmonū, ad
cūctas cōiuratas aduerſus ſe impugnationis machi-
nas, pulſata fluctib. rupe firmius cōſtiterūt: quodq;
eſt adhuc amplius, oīa iſta domuerunt. Quid igitur
hac uita beatius poſsit inueniri? Hoc. n. non magni-
tudo diuitiarū, non corporis fortitudo, non potētia
ulla, non gloria, nō quicquā horū ſimile poterit pol-
liceri, ſed poſſeſsio ſola uirtutis. Non eſt enim nō eſt
omnino alteram inuenire uitā malis omnibus libe-
ram, niſi hāc profectò ſolam. Et teſtes huius rei uos
certè ipſi eſtis, q aulicas noſtis inſidias, & illos ſtrepi
tus ac tumultus, q domos diuitū ſępe ſubuertūt, no
ſtis. Sed in apoſtolis tale oīno nihil contigit. Quid
igitur? Nihilne erga illos huiuſmodi factū putamus?
Nihilne illi ab aliquo triſte ppeſi ſint? Hoc eſt. n. p̄-
cipuè, maximeq; mirabile, quia cū plurimas quidē il
li paterētur inſidias, maximeq; in illos tēpeſtatū tur- K
bines frequenter irruerent: nequaquā tamē eorū ani
mos labefactare potuerunt, nec eis aliquē incutere
mœrorē. Obtinuerunt ubiq;, ubiq; ualuerunt, nudis
omnino corporibus nauigādo, cūctaq; aduerſa uin
cēdo. Et tu igitur ſi uolueris cū diligēti oīa cautione
perficere, cūcta hæc impugnationū genera ridebis.
Si enim fueris harū adhorationum munitus armis,
nulla tibi oppugnatio poterit inferre mœſtitiam.
Quid. n. nocebit, q diuerſas contra te molitur inſi-
dias? pecunias fortè tibi diripiet? Sed ēt ante illius mi
nas, hęc uniuerſa iuſſus es deſpicere, & cū tāto perfe-
ctionis cumulo, ut ne ab ipſo qdē domino tale ali-
quid poſtulares. Sed recludet in carcerē? ſed & ante
carcerē ita te uiuere utiq; præcepit, ut toti iā mundo
omnino eſſes crucifixus. At malignitate obtrectatio
nis macerabit? ſed ab hoc quoq; dolore te Chriſtus
eripuit, multam tibi pro ſuſceptis maledictionibus
pollicēdo mercedē: ſicq; te eſſe mūdū iubēdo ab ea
quę inde oritur ira, atq; triſtitia, ut ibi pro inimico ēt L
orare p̄ceperit. Sed exagitabit te undiq; & afflictioni
bus mille circūdabit, ſed clariorē tibi profectò texet
coronā, ſed afficiet te plagis, nel etiā interficiet: & id-
circo rurſus tibi maiora p̄eſtabit, ſuóque te ſcelere,
ad martyrij palmā prouehet, citiusq; ad tranquilliſsi
mū portum ire cōpellet, amplioris tibi proculdubio
mercedis occaſionē miniſtrans, teq; ab illius diei ti-
more liberans, quo diuerſorū actuum rō in cōi red
dēda eſt. Quod autē præcipuè mirandū eſt, nō mo
dò nihil oīno lædunt, qui talibus inſidias machinā
tur. ſed eos etiā faciūt oppugnatione meliores. Cui
bono quid unquā ſimile ualeat inueniri, talem uitā
uidelicet elegiſſe, qualis hæc ſola eſt? Quod. n. dice-
re ſemper ſoleo, id nūc quoque iculcare nō deſino.
Vbiq; ferè ex utroq; auditorū operatur ſalutem, tū
amorem uirtutū, tum horrorem inſerendo uitiorū.
Quia enim dixerat, arctā & anguſtam uiam: rurſus
huic afferens cōſolationē labori, quā tuta ſit uia ip-
ſa, quamq; etiā ſuauis oſtendit: ſicut etiā contrarij il
lius itineris & aſperitatē plurimam, & maxima indi
cauit eſſe diſcrimina. Vt. n. uirtutis in p̄ſenti bene- M
ficia monſtrauit: ita etiam uitiorum pādit incōmo-
da. Quia enim futurū erat, ut ipſa quidē dicta aliqui
mirarentur, nec tamen bonorū documenta operū
præberēt, p̄ueniēs eos terret, ac dicit: qa etſi bona
ſint quæ dicuntur, nequaquā tamē ad animę firmi-
tatē ſufficit ſolus auditus, ſed obediētia quoq; ſit ne
ceſſaria, quæ certè operibus oſtēditur. Nā totū pro-
fectò in his præcipuè cōſiſtit. Itaq; hic iā interim ſer
moni ſuo terminū poſuit, ubi maximè uigētē in eis
timore reliquit. Sicut. n. ad ſtudia uirtutum, non ſo-
lum de futuris eos p̄emijs incitauit, promittēdo re
gna cœlorū, & ineffabilem omnino mercedē, & cō
ſolationē futurā, ac bona prorſus innumera: ſed etiā
de præſentibus, dum. ſ. petræ nomine firmum atq;
immobile culmen ueritatis oſtēdit. Sic etiā ab amo
re uitiorū non modò ſupplicijs deterret futuris, exci
dendā commemorandō arborem, ignemq; inextin
guibilē, & à cœleſti regno excluſionem minādo &
dicēdo, Non noui uos: ſed de p̄ſenti quoq;, dū trans
latione uerborū, domus cōmemorauit ruinā. Hoc
quippe ipſo uehementiorē fecit profectò ſermonē,
quo illum etiā comparatione ueſtiuit. Non enim tā
tū etiā ſententia eius pōdus habuiſſet, ſi ſimpliciter
dixiſſet, ac nudè: Inſupabilis erit, q uirtute munitur,

& facilè

A & facilè in prædā patebit unuſquiſq; uitioſus: quan-
tum certè nūc obtinet, cū ad ipſum cumulatius ex-
primendū, & petra, & arena, & domus, & flumina,
& uenti, ac pluuiæ proferuntur. Et *omnis audiens*, in-
quit, *ſermones hos meos, & non faciens, uiro ſimilis iudica*
bitur ſtulto, ei ſcilicet qui domū ſuā ſuper arenā ędificat.
Bene aūt auditorē hmōi ſtultum uocauit. Quid. n.
poſsit ſtultius, quidue inſœlicius inueniri, ſuper are-
nam ędificante domū, & laborē quidē neceſſariò ſu
ſtinēte, fructu uero ipſius laboris ac requie nō fruen
te, perq; hoc ēt ſupplicia debēte? Quòd aūt uitijs ob
noxij laborent, oīno manifeſtū eſt. atq; & raptor, &
adulter, & calumniator multū laborāt, & plurimum
afflictionis profectò ſentiunt, ut uel malitiam, uel lu
xuriam ſuā ad profectū poſsint operis adducere: ſed
Gala.6.b non modò nullū de hmōi laboribus fructū pariūt,
uerūetiam damnū grande patiuntur. Nā & Paulus
hoc ſignificando dicebat: Qui in carne ſeminat, de
carne & metet corruptionem. Huius oīno ſunt ſimi
les, qui ædificant in arenis, in fornicatione uidelicet,
atq; luxuria, in iracūdia, & cęteris talibus. Hmōi erat
B & Achab, ſed non & Helias: et enim è regione ponen
3.Reg.17 & ſeq. tes & uirtutes & uitia, diligentius q̄ ſint hæc inter ſe
diuerſa cōſideremus: nam hic quidē ſuper petrā ędi
ficauit domū, ille uero ſuper arenam. Et idcirco illa
diademate coruſcus ac purpura cōtremiſcebat pro-
phetam, ſola certè pelle circundatum: tales ēt Iudęi,
ſed non & apoſtoli. Nam pauci hi cū eſſent, atq; etiā
uincti, firmitatē petræ cōſtantiæ uirtute ſuperabāt.
Illi uero qui plurimi armatiq; cōſtiterant, arenarum
imitabantur inſtabilitatē, deniq; quaſi trepidi cedē-
Act.5.f tesq; dicebāt. Quid faciemus hominibus iſtis? Videlicet
nempe ſtupenda rerum auguſtia coartari, non com
prehenſos & uinctos, ſed cōprehendentes, atq; etiā
uincientes, quo quid magis nouum ualeat inueniri?
Tu alterum uinculis adſtringis, & ipſe potius coarta
ris:: & meritò: ſiquidē cuncta ædificas in arenis. pro-
pterea & imbecilliores omnibus erant atq; dicebāt:
Act.5.e Quid facitis, uolentes inducere ſuper nos ſanguinē
hoīs huius? Quid agis? Cædis, & metuis: alium perſe
queris, & ipſe formidas? Tu iudicas, & tamē tremis:
ita eſt quippe malitia infirma. At nō ſimiliter & apo
C ſtoli: ſed quonam modo? Non poſſumus, inquiunt,
Ibid.4.d nos qui uidimus & audiuimus nō loqui. Conſidera
ſti certè grande inuictæ mentis excelſum. Vidiſti pe-
tram undarū murmura deridentē. Vidiſti domū cō
tra uētorū ſtatus prorſus immobilē. Quod. n. multò
eſt amplius admirādū, nō modò deterriti per aduer
ſa nō ſunt, uerumetiā maiorē inde aſſumpſere cōſtā
tiam, & perſecutores ſuos in trepidationē maximā
cōpulerunt. Quicunq;. n. adamantē percutit, magis
ipſe percutitur. Et q aduerſus ſtimulū calcitrat, ſine
dubio ipſe cōpungitur, ſuisq; proprijs ictibus uulne
ratur: & qui impugnat uirtutē tenētes, ipſe profectò
ſubruitur: & malitia tantò efficitur infirmior, quātò
cōtra uirtutē diutius p̄eliatur. Et ſicut qui ignē obli
gat in ueſtimento, illū quidem non extinguit, ueſtē
uero cōburit: ita ēt qui in uirtute poſitos perſeque-
bantur, cōprehendebant, ac ſæpius colligabāt, illos
quidē reddebant ex his oībus clariores, ſe aūt oīno
perdebant. Et enim quantacūq; ob iuſtitiam paſſus
fueris aduerſa, tanto ingentior efficeris, & firmior:
quantoq; ſtuduerimus cœleſtem honorare philoſo
phiā, tantò magis nullius prorſus alterius indigebi-
mus. Quantò aūt nō indiguerimus alterius, tātò ſor
tiores erimus oībus, atq; oībus celſiores: talis profe- D
ctò erat Ioannes. Illum quidem contriſtare poterat
omnino nullus, ipſe aūt Herodē mœrere faciebat.
Nam ille quidem inops rerum, aduerſus regē cōſtan
ter inſurgit: hic uero diademate, oſtroq; fulgens, &
mille aliįs umbræ iſtius ornatus inſignibus, tremit
ac formidat pauperē prorſus ac nudū. Sed nec abſci
ſum eius caput ſecurè poterat ac libēter aſpicere, qa
poſt mortē quoq; Ioānis in illo terror uigebat: audi
itaq; qd dicat, Hic eſt Ioannes quē ego interfeci. Hoc *Lucæ.9.a*
enim quod ait, iterfeci, nō eſt ſemetipſum ſuperbius
efferentis, ſed timorē ſuum utcunq; ſolantis, & con-
turbatę mēti ſolicitè ſuadētis, ipſum eſſe qui à ſe fue
rat occiſus: tanta eſt uis quippe uirtutis, ut poſt mor
tem quoq; ſit uiuentibus fortior. Nā & cū adhuc in
eremo prædicaret, multarū domini diuitiarū uenie-
bant ad eū, atq; dicebant: Magiſter, quid faciemus? *Luc.3.b*
tanta certè habetis, & à nihil habente cupitis uiā ue-
ſtrę fœlicitatis addiſcere, ab inope locupletes, ab eo
qui nec domū poſsidet militātes? Quid uero iſte? ēt
Helias erat, pp quod eadem libertate & regem incre
pat & populū: nā ille quidē dicebat, Vſquequo clau- E
dicatis utroq; poplite ueſtro? Iſte uero, ſerpentes ge- *3.Reg.18*
nimina uiperarū: & ille quidē imputabat aliquando *d*
regi, Tu perdis Iſrael, & domus patris tui, hic aūt di- *Mat.3.b*
cebat Herodi, Nó licet tibi habere uxorem Philippi *et Luc.3.*
fratris tui. Vides certè petram, uide rurſus & arenam *b*
q̄ facilè, q̄ citò cedit aduerſis, quàm facilè per cūcta *3.Reg.18*
ſubruitur: adeò eſt imbecillis nequitia, etiāſi honore *c*
regis iuuetur, etiamſi p̄eſidio multitudinis, atq; uni *Mat.6.c*
uerſa hmōi potentia fulciatur: oēs tamen quorū pe-
ctoribus ineſt, cunctis oīno rebus fragiliores facit.
Et idcirco nec ſimpliciter ruit, ſed cū magno ēt fra-
gore collabitur. Et facta eſt, inquit, ruina eius ma-
gna. Neq;. n. exiguarū, leuiumq; rerū periculū eſt, ſed
de animæ diſcrimine, de immortalibus ſupplicijs ſu-
ſtinendis, deq; cœleſtis regni amiſsione res agitur.
Quinetiā p̄ter iſta tam grandia in præſenti quoq; ſe-
culo nimis ærumnoſæ uitæ, atq; omnibus miſeriori
malitię ſectator addictus eſt, cū timoribus aſsiduis,
atq; ēt mortibus ſub diuerſo onere curarū & trepi- *Prou.28.*
dationū angore uiuendo. Quod certè ille ſapiens ſi- *a*
gnificando dicebat: Fugit impius nemine perſequē- F
te. Huiuſmodi quippe homines ēt umbras tremunt,
etiam de amicis pericula ſuſpicantur. Multò itaq; de
inimicis magis, quinimmo ēt ſeruulos reformidant,
& non modo notos ſibi hoīes: ſed & prorſus igno-
tos: atq; ſuppliciū ante illud futurū, hic iam ſibi tor-
menta ēt multiplicant. Et hæc omnia Xps manife-
ſtādo ſignabat, cū diceret, *Facta eſt ruina eius magna*.
Ibi aperto prorſus ſine bona hæc præcepta conclu-
dens, eos qui non plenè credunt futura, de præſenti
bus uitia fugere cohortatus eſt. Etſi enim maius lō-
gè profectò doctrinæ pondus, eſt futuris uel prouo
care præmijs, uel deterrere ſupplicijs, tamen craſsio-
res quaſq; animas hic magis ſermo cohibet, atque à
ſtudio malignitatis abducit. Propter quod ēt tali fi-
ne ſermo eius impletus eſt, ut magis in eorū menti-
bus tam utilis ſnia figeretur. Hæc igitur ſcientes om
nia, & præſentia. ſ. & futura, uitia cuncta fugiamus:
amplectamur uero uirtutē, ne uanè atq; inaniter la-
boremus: ſed & hic certo munimine, & ibi cœleſti
gloria perfruamur: Quam oībus nobis cōtingat adi
piſci, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chri-
ſti, cui gloria & imperiū in ſecula ſeculorū, Amen.

Homilia.xxvi.ex cap.viij.& viiij.

T *factum est cum cõsummasset sermones istos, mirabantur turbæ super doctrina eius.* Certè uidetur fuisse consequens, ut quasi de oneribus præceptorũ dolerent, ac uelut quodam torpore fatiscerent, cõsiderãtes subtilia sibi dictorũ: nũc uero econtrario ẽt admirantur, & laudant. Tanta quippe erat uirtus docentis, ut plurimi audientiũ ea quæ docebantur, adamarant, & in admiratione maximam cogerẽtur, deq; ipsa delectatione dictorũ persuasionem cohortationis acciperent, nec cũ sermone ipse finisset, usquam oino discederẽt. Neq; enim, quia descendit è monte, idcirco auditorũ est frequentia dissoluta, sed descendentẽ quoq; omne illud sequebatur theatrũ. tantã quippe illis dictorũ suorum infuderat uoluptatẽ. Admirabantur uero eius inter multa alia præcipuè potestatẽ. Non.n. quasi ex alterius persona præcepta ponebat, sicut Moses fecerat, ac prophetæ: sed ferè ubiq; se indicabat esse, qui imperandi authoritatẽ teneret. Deniq; cum præcepta ipsa sanciret, sæpe dicebat: Ego aũt dico uobis: & terribilis illius iudicij faciens mentionẽ, se monstrabat esse iudicẽ, de præmijs atq; supplicijs: & certè hic quoq; cõsequens erat illos ẽt perista turbari. Si.n. pharisæi ipsis illũ ostendentem operibus potestatẽ sæpe, nec exagitare timuerunt, & lapidare moliti sunt: quantò magis hi, cũ audirent sola uerba, q̃ istud ignanter ostenderent, penè etiam consequenter poterant in scandalũ concitari? pstim cũ hæc inter ipsa adhuc principia diceret, & priusquã ipse potentię suæ documenta præstaret. Sed tamen isti nihil tale patiuntur. Quando.n. bona audientis & grata mens est, facilè assentitur sermonibus ueritatis. Propterea enim illi quidẽ signis ipsis domini omnino potentiam prędicantibus, scandalũ de potestate patiebantur operãtis: isti uero cũ solum audissent, nudumq; sermonẽ, ei tamen sedulò iungebantur, eiusq; uestigijs inhærebant: hoc nanq; significans euãgelista dicebat, *Quoniam secutæ sunt eum turbæ multæ.* nõ aliqui scribarum uidelicet ac principũ, sed qui erant à malitia liberi in corrupteq; sniæ, & per totũ prorsum euangeliũ hos ei cernis affixos. Siquidẽ cum doceret, audiebant silentes, nihil utiq; perstrependo, nec alicuius q̃stionis obiectu cõsequentiã interrumpendo doctrinæ, neq; phariseorũ more tentantes, & reprehensionẽ aliquã in illo reperire cupientes. Itaq; ẽt sermone finito permanebant, sequentes illũ atq; mirantes. Tu uero domini perpẽde sapientiam, quemadmodũ dispẽsationes ẽt suas pro utilitate uariat audientiũ, ut nunc qdẽ à signis ad uerba trãseat, nunc aũt à doctrina migret ad signa. Nã & priusquã in montẽ præcepta daturus ascenderet, multos utiq; curauit, ut his q̃ dicenda erant, uiam pararet. Et rursus prolixo hoc doctrinę suę sermone finito, ad faciẽda nihilominus signa regreditur, ut ex his profectò dicta confirmet. Quia enim quasi habens potestatẽ docebat, ne putaretur ostẽtatio esse quædã atq; psumptio: genus istud docẽdi, idipsum ẽt operibus exercet. Curat.n. quasi habens proculdubio potestatẽ, ut nihil iam omo turbentur, ita eũ audientes docentẽ, quemadmodũ uident ẽt signa facientẽ. Cum.n. de mõte descẽderet, accessit ad eũ leprosus, dicens. *Domine si uis, potes me mundare.* Magna est prudẽtia accedẽtis, & fides. Nõ enim quasi incõsideratus sermonẽ docentis incidit, nec illud auditorũ theatrũ importunus itercidit, sed expectauit tẽpus aptissimũ, & descendẽti iam ei opportunissimè supplicauit. Nec sanè negligenter actẽ pidè, sed cũ ingenti mentis ardore. Nã sicut alter euã geliста dicit, supplicauit fixis in terra genubus aduolutus, cumq; fide pura prorsus & uera, ac ipsa existimatione dignissima. Non.n. dixit, si oraueris, potes me mũdare: neq; ait, domine mũda me: sed ipli cuncta cõmisit, eumq; cõferendæ sanitatis dominũ esse cõfessus est. atq; in ipso cõstituit omniũ potestatem. Quid uero, inquis, si praua erat opinio leprosi? Proculdubio illã quidẽ destrui, istum uero corripi oportebat & corrigi. Putãsne igitur hoc facit? Nequaq̃, sed è regione totũ quod dixerat, & assensione prorsus, & operatione cõfirmat. Et idcirco nõ dixit, mũdus esto, sed: uolo, mũdus esto: ut non iam ultra illius opinionẽ, sed domini uolũtatẽ sanitatis munus sequatur. At nõ ita & apostoli, sed quonam modo? Quid igitur, cũ eos homines obstupuissent, sic miramini nos (inquiunt) quasi propria potestate, & uirtute fecerimus hunc ambulare? Dominus aũt cũ multa fuisset medio cri sermone locutus, sæpe ẽt quę infra gloriam eius iacerent, modò ut dogma ueritatis insereret: hic tamen plurimis de ipsius potestate mirãtibus, quid ait? *Volo, mundus esto.* Et certe tot signa, & talia operatus, nunq̃ hoc uerbo usus refertur. hic uero ut de potestate sua opinionẽ & leprosi firmaret & populi, addidit, Volo: & nõ solũ id quidẽ dixit uerbo, & nõ ipleuit effectu. uerũ è regione continuò opus sermonẽ secutũ est. Si uero nõ bene ille dixisset, sed blasphemia fuisset ulla qđ dixerat, cohibẽda fuerat uirtutis opatio. Nũc aũt cesit extẽplo iussui natura, cũ tanta utiq; celeritate, quanta deũ cõuenit opari, & profectò maiore eq̃ euangelista memorauit. Nam cõfestim quoq; ipsum multo est tardius illius operis celeritate, quo leprosi est facta curatio, non aũt ait, simpliciter: Volo, mundus esto: sed extẽdens manũ, tetigit eũ. Quod est certe inquisitione dignissimũ. Cuius.n. rei gratia, cũ eum uolũtate ac sermone mundaret, extẽdẽs manũ suã adiecit, & tactum? Mihi prorsus uidetur, nõ ob aliã illud fecisse causam, q̃ ut huic quoq; ostẽderet, non se subditũ legis esse, sed dominum, & quia cuiq; mundo nihil sit prorsus imundũ. Propterea Helisęus qdẽ neq; uidet Naamã, sed & scandalizatũ esse audiens, quia eũ nec inspicere uoluisset ipse, nec tãgere diligentiã legis obseruãs, nihilominus manet domi, eũq; ad Iordanis fluenta mittit lauãdũ. At uero Xps ostendit, quia non ut famulus, sed ut dominus curet ac tãgat. Non.n. tangẽtis manus imunda est facta per leprã, sed per sanctã manũ leprosi corpus omne mundatũ. Nõ solum.n. corpora curaturus, sed animas quoq; ad uerã philosophiã inducturus aduenit. Sicut ergo uesci manib⁹ illotis oino non prohibet, optima illam profectò legem de indifferẽtia inducens ciborũ; ità hic quoque ostendens animas oportere curari eorũ, quos ab exterioribus immũditijs liberauerat, ẽt interiora purificat, & animę tantũ leprã docet esse metuendam, qđ est utiq; peccatũ. Cæterũ leprosum esse corpore, nullũ potest impedimentũ afferre uirtuti. Primus itaq; leprosum ipsum tangit, atque ex tanto populo nullius accusat. Nõ erãt quippe ibi iudicia corrupta, neq; spectatores liuore uitiati. Propterea nõ modò nõ calũniati sũt signũ, uerũetiã cũ stupore uenerati: procul qppe ab huiuscemodi criationibus recesserũt, potẽtiã ei⁹ de ipsa quoq; opis celeritate mirãtes. Cũ igitur

Cap.8

Mat.5.d &c.

H

I

K

Mat.1.d

M

4.Reg.5.c

L

A curasset corpus eius, ne cui id diceret ipe rauit: sed ut
Leui.14. ostẽderet se sacerdoti, & munus offerret quod pcepit. Moses i testimoniũ illis. Sunt quidã qui opinantur hoc eum propterea iussisse, ne.s. per malitiam sacerdotes nõ eũ dicerent fuisse mundatũ. quod qui putãt, stultissimè atq; ineptissimè suspicãtur. Non.n. sic eũ ille mundauerat, ut emũdatio ipsa esset ambigua: sed & perfectè oino mũdauit, & nulli hoc eum iussit etiã fateri, docẽs quã esset alienus ab aura gloriæ, pompaq; iactãtię. Et certe nouerat, quia nõ esset ille taciturus, sed passim tam grãde beneficium prædicaturus: & tamẽ quantũ in ipso est, fugit ostentare quod fecerat. Et quemadmodũ, inquies, alibi publicari talia ipse pcipit? nõ contra se ueniens, neq; dictorum cõpugnantia sententias suas destruẽs, sed curatos à se gratos quoq; esse ipse prẽcipiens. Nõ enim se metipsum predicari iussit, sed dari gloriam deo, ut &
Mar.5.a per leprosum gloriæ atq; iactantię renunciandũ do-
& Luc.e ceret, & p illũ qué à legione mũdauerat, gratias nos
8.e deo referre cõmoneret, eiusq; beneficia confiteri, at
B que ut ostẽderet semper ex mirabilibus suis laudem nõ nisi deo esse referendã. Quia.n. homines, quãdiu quidẽ grandi aliqua ægritudine detinentur, dei sæpe memineruẽt: morbo autẽ liberati, grauius obsidẽtur languore desidiæ: idcirco pcipiens, ut & ęgroti uidere licet & sani deũ ingiter recordemur, ei quem curauerat, ait, Da gloriã deo. Qua uero de causa iusit, ut se ipsum ostenderet sacerdoti, & munus offerret? Vt legẽ utiq; rursus impleret. Non.n. ubiq; illã resoluit, sed nũc quidẽ illud, nunc istud effecit, tuam futuræ uitam philosophiæ prẽstruendo, tũ impudentissima iudęorum ora frenando, & infirmitati eorũ necessaria cõdescensione medicãdo. Et quid oino miraris, si hoc in prędicationis suę fecit exordio, quãdo & apostoli quos certe ad gẽtes ire prẽcepit, p quos & doctrinæ ianuas toti prorsus orbi iussit aperiri, & excludi legẽ, & instituta prẽceptorũ nouari, omniaq; ferè uetera cessare, inueniuntur aliquãdo qdẽ custodire legẽ, aliquãdo uero trãscurrere? Et quid hoc, inquis, ad le-
I.Leui.14 gis uidetur spectare custodiã, si dixit, ostẽde te sacer-
a. doti? imo uel maximè. Erat qppe lex uetus, ne lepro
C sus de emundatione sua ipse decerneret, sed ut cõspectui sacerdotis se offerret, & probationẽ suã oculis eius exponeret, atq; ex illius sententia in numerũ mũdorum rediret. Nisi.n. dixisset sacerdos leprosum esse mũdatũ, adhuc cum immundis erat extra castra mãsurus. Propter quod ait: Ostẽde teipsum sacerdoti, & offer mun⁹ quod pcepit Moses. Nõ dixit, quod ipse prẽcipio: sed eũ interim ad legem remisit, undique ora obloquentiũ consuendo. Ne enim eũ diceret rapuisse gloriã sacerdotum, opus quidem impleuit ipse, probationẽ uero permisit illis, quibus etiam de signis suis iudicãdi tribuit potestatẽ: ac si diceret, Tã procul sum, ut uel Mosi uidear, uel sacerdotibus repugnare, ut eos quos ipse curaui ad iudiciũ illorũ remittã. Quid uerò est quod ait, *in testimonium illis?* In redargutionẽ profectò, i accusationem, atque documentũ, si peruersæ uoluerint esse sententiæ. Quia enim dicebant, ut seductorẽ ac deceptorem iure persequimur: tu, inquit, mihi in illo tẽpore i testimoniũ eris, quòd à puarícatione sim legis alienus: qppe cũ te curauerim, ad legẽ remitto, atque ad sententiã sacerdotũ: quod certe erat honorantis legem, & Mosi prẽcepta uenerãtis, nec antiquis dogmatibus resistẽtis. Si uero nihil iã illis obseruatio ista prẽstabat, hinc quoque maximè possumus quãtus penes illũ sit ho D
nor legis agnoscere: quia & præuidẽs, nullũ iam eos fructũ de obseruatione eius habituros, tamẽ quę pertinebant ad illã, cũcta prorsus implebat. Nam & hoc totũ utiquè præsciebat, & illud nihilominus imperauit, nõ ad instructionẽ illorum, neque correctionem profectò: sed in testimoniũ illis, hoc est in accusationem, atque in redargutionem eorũ, qui me legis esse aduersariũ mentiuntur: quæ à me, inquit, etiam faciẽda erant, facta sunt oia. Nã & præsciens uos absque emẽdatione mãsuros, ne sic quidẽ quę facere oportebat omisi: uos uero in malitię uestrę cõtinuatione Matt.24
durastis. tale est quod alibi dicit: Prædicabitur hoc b.
euangeliũ in uniuerso mundo, in testimoniũ omnibus gẽtibus, & tũc ueniet consummatio. Quibus gẽtibus? non obedientibus. s. neque euangelio consentientibus. ne enim aliquis diceret, cuius rei gratia omnibus prędicatur, si oẽs crediturí nõ sunt? Vt, inquit, clareat me ea quæ debui facere cũcta feciſſe, & post hæc nemo culpare me possit, quasi q nõ audierit pdicantẽ, ipsa aduersus illũ prædicatio testis insurgat. Nec poterit post hæc aliquis dicere, nõ audiui, cũ ad E
fines orbis terræ pietatis sermo puenerit. Hæc igitur Psal.18.
etiã nos considerãtes, quæ expetũtur à nobis cũcta faciamus, seruãtes uidelicet, & erga proximos charitatẽ, & erga deum cũ ardenti dilectionis affectu, cũ etiam pleno mentis timore. Est.n. prorsus absurdũ nos opere quidẽ ipso beneficijs eius quotidie pfruẽtes, gratias ei nec sermone persoluere, & hoc cũ nobis rursus prosit ipsa confessio. Neque.n. ille alicuius nostri eget, sed nos omnium quæ illius sunt, indigemus. Siquidẽ gratiarum actio, illi quidem nil omnino addit. nos autem magis illi familiares facit. Nos enim hominũ beneficia recordãtes, uehemẽtius eorũ amore succendimur: multò magis beneficiorũ in nos dei memores, studiosiores erimus ad ipsius mãdata seruanda: idcirco apostolus dixit, Et grati estote. Optima qppe beneficiorũ custos est ipsa memo- Coloss.3.c
ria beneficiorũ, & ppetua gratiarũ confessio. Propterea & reuerẽda, ac salutaria illa mysteria quæ oi certè ecclesię cõgregatione celebramus eucharistia, id Eucharistia
est gratiarũ actio, nũcupatur. Sunt.n. beneficiorũ re F
cordatio plurimorũ, caputq; ipsum diuinæ erga nos charitatis ostẽdunt, nosq; faciũt debitas deo gratias semper exoluere. Si.n. dominũ ex uirgine esse natũ grande miraculum est, & euangelista cũ admiratione dicebat: Hoc autẽ totum factũ, in quo tandẽ beneficiorũ ponemus loco, illũ etiam mortuum esse pro nobis? Nã si illius tantummodo nasci totum uocatur iã & semetipsum nobis cibum dare, & spiritales illas ẽbere epulas, qd uocandũ est? Agamus igitur ei iuges gratias, & nõ modò uerbis hoc nostris, uerumetiã operibus, imo ipsis principaliter impleamus. Agamus uero gratias, nõ de proprijs tantũ, uerumetiã de alienis bonis. Ita enim & inuidiam poterimus extinguere, & alere charitatẽ, eamq; in nobis efficere pinguiorem. Neq; enim iam illis poteris inuidere, de quorũ bonis gratias deo deferẽdo lætaris. Idcirco.n. altari assistẽs sacerdos, pro uniuerso orbe terrarũ, pro absentibus, atq; psentib⁹, pro his q ante nos fuerũt, pro his q postea futuri sũt, sacrificio illo proposito, deo nos gratias iubet offerre. Hoc qppe & à terra nos liberat, & trãsponit i cœlũ, atq; ex hominib⁹ angelos facit. Nã & illi ordinãtes choros, pro his q̃ nobis collata sunt bonis, gratias agebant deo,

Universidad de Deusto Biblioteca

G atq; dicebant: Gloria í excelſis deo, & í terra pax ho
Luce.2. minibus bonę uolũtatis. Et quid ad nos, inquies, illud exemplũ, quod non de habitatoribus terrę, neq; de hominibus protuliſti? Quinimmo ad nos maximè, q ita docemur diligere cõſeruos, ut illorũ bona noſtra eſſe bona diſcamus. Propter quod ẽt Paulus in cũctis ferè epiſtolis ſuis pro totius penè orbis ſalute gratias agit ipſius ſalutis authori. Et nos igitur, tũ de propriis tũ de alienis bonis, tũ de magnis, tum de exiguis gratias ei referamus aſsiduas. Etſi. n. paruum aliq̃d fuerit, fortè ſit magnũ tamẽ de honore donãtis, imo nihil exiguũ eſt, quod illo largiẽte cõfertur. Nõ ſolũ etiã, qa datur à deo, ſed quia tale eſt quicqd ille confert, ut dici non mereatur exiguum. Vt. n. alia uniuerſa prętereã, quę multitudine ſua numerũ exuperant arenarũ: quid nã poterit ei, quæ propter nos facta eſt diſpenſationi proferri? Quod. n. erat apud eũ omnibus pretioſius, unigenitum pro nobis filiũ dedit, & quidẽ cũ adhuc eſſemus ipſius inimici. Nec dedit ſolũ, ſed & noſtram illum fecit eſſe menſam, omnia faciẽs ipſe pro nobis, & donãdo uidelicet, &
H gratiarũ actores ipſa donorum ſuorum ubertate faciendo. Quia enim in multis homo deo exiſtit ingratus, ipſe ubiq; ſuſcipit uicem noſtrã, & ea quę ad nos pertinẽt, per diuitias ſuæ diſpẽſationis operatur. Nã quod pro Iudęorũ aliquãdo ſalute faciebat temporibus locisq; ac feſtiuitatibus uarijs, in memoriã illos ſuorum beneficiorum reducens, id nunc equidẽ magno cũ cumulo eſt operatus in nobis ipſo genere ſacrificij, ad iugem nos pro beneficijs ſuis gratiarũ incitãs actionẽ. Nemo quippe ita ſtuduit probos efficere aliquos ac magnos, ſemperq; gratos, ut nos deus ipſe q̃ condidit. Propterea ẽt nolẽtibus nobis ſua interdũ beneficia largitur, & iuuat ſępius neſcientes. Sin autem miũ uidetur quod dictum eſt, nõ in obſcura aliqua, uiliq; pſona, ſed in ipſo tibi Paulo iſtud accidiſſe monſtrabo. Etenim beatus ille, multis periculis magnisq; tribulationibus aggrauatus, deũ frequẽter rogabat, ut ab eo tẽtatio tãta diſcederet: ueruntamẽ nõ ad petitionẽ eius, ſẽd ad utilitatẽ potius
2.Cor.12 b. aſpexit: idq; declarans ait, Sufficit tibi gratia mea, nã uirtus í infirmitate pficitur. Itaq; antequã ei cauſam
I panderet, beneficiũ præſtabat inuito, ac penitus neſcienti. Quid igitur magnũ repoſcit, qui pro tanta liberalitate ĩ nos ſua ſolũmodo gratos ſibi eſſe nos p̃cipit? Obediamus igitur deo, atque hoc ubiq; ſeruemus. Nã & Iudæos nihil magis pditioni dedit, quàm quòd ingrati deo eſſe uoluerũt. Multas q̃ppe illas, & uiciſſim ſibi ſuccedẽtes plagas, nihil in eos aliud quã iſtud iduxit: imo ãte plagas quoq; aĩas eorũ hoc ma-
Sapiẽ.16 d. lũ corrupit ac perdidit. Ingrati (inquit) ſpes, ſicut hyemalis pruina, ita. n. tota reſoluitur prorſus ac deperit. Hoc autẽ uitiũ ex arrogantia potiſsimũ gigni ſolet, cũ ſe aliquis dignũ eſſe beneficijs exiſtimat: quẽ humiliatũ potius, atq; contritum nõ pro bonis modo, uerumetiã pro his, ut quibuſdam uidetur, aduerſis, ita deo referre gratias cõgruebat, ut quãtacũque pateretur, nihil ſe dignum crederet ſuſtinere. Age igitur nos quoq; quãtũ í uirtute proficimus, tantũ noſmetipſos amplius cõteramus: quoniã et hoc magnę oĩno uirtutis eſt. Sicut enim quantò acutius uiderimus, tãtò magis diſcimus, quã longe à cœli regione diſtamus: ſic etiã quantò ſuperius ad uirtutis aſcẽdimus excelſum, tantò amplius docemur, quã ſit inter nos & deum grande diſcrimen. Nec ſanè minima eſt pars iſta philoſophiæ, meritũ ſuũ poſſe dignoſcere. K
Ille eſt maximè ſeipſum ſciẽs, q ſe eſſe nihil exiſtimat. Propterea q̃ppe & Dauid & Abraham poſtquã ad ſummum iã faſtigium uirtutis euaſerant, tunc iſtud Gene.18 d. quod dico præcipue uidentur impleſſe. Nã unus qui dem ſe eſſe dixit & cinerẽ, alter uero ſe uermem uocabat, & cuncti oĩno ſanctι horũ ſe more dijciunt: è regione uero qui arrogans eſſe mauult, ipſe eſt q ſe cũctis deterius ignorat. Propter quod more cõmuni ſolemus dicere de ſuperbis: Neſcit ſeipſum: ſecq; prorſus ignorat. Qui uero ſe neſcit, quẽ nã poterit agnoſcere? Nã ſicut ille q ſeipſum agnoſcit, profecto nouit & reliquos: ita ẽt q ſe neſcit, cõſequenter ignorabit & cęteros: talis erat q dixit: Supra ſydera cœli ponam thronum meũ. Quia enim ignorauit ſeipſum, alia quoq; ſimul cũcta neſciuit. Sẽd nõ ſic etiã Paulus, Nam & abortiuũ ſe, & minimum ſanctorum uocabat, & ne appellatione qdẽ apoſtoli dignũ ſe eſſe dicebat, poſt tot certe illas, tãtasq; uirtutes. Hũc igitur æmulemur, atq; ardenter imitemur. Imitabimur autẽ, ſi à terra, & eis quæ in terra ſunt, negocijs liberemur. Nihil. n. perinde, quo teipſum ignores, facit, L
ut tẽporalibus his eſſe rebº affixũ: & rurſus, nihil ita tẽporalibus rebus hominẽ affigit, ut ipſa ſui ignoratio: ſiquidẽ utrũq; hoc pẽdet ex altero. Sicut. n. q gloriã mundi huius requirit, & magna credit eſſe preſentia, etiã ſi multũ omnino contendat, nunquã tamẽ ei ſemetipſum ſcire conceditur. ſic etiã ſi ſeipſum deſpicit, ſemetipſum facilẽ cognoſcet. Cũ uero ſe didicerit, hoc ipſo iã itinere ad alias quoq; partes uirtutis accedet. Vt igitur bonã hãc poſsimus percipere diſci plinã, cũctis tẽporalibus liberati, quę plurimã in nobis flammã cupiditatis accendunt, diſcẽtes propriã uilitatẽ, omnẽ oſtendamus humilitatẽ, atq; philoſophiã: ut & p̃ſentia bona, & futura cõſequamur, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia.xxvij.ex cap.viij.

Ntrãte autẽ Ieſu in Capernaũ, ad uenit ei Cẽturio deprecãs eũ, & dicẽs: Domine: puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur. Leproſus qdã, ut auditis, cũ à monte Ieſus deſcẽdiſſet, ad eũ Supra.8. M
acceſsit: Centurio autẽ huc cùm iam in Capernaũ introiſſet, aduenit. Qua nã igitur de cauſa neq; hic, neque ille ad montẽ conſcenderunt? non negligentia profectò, cũ uterque fide ferueret, ſed ne prædicãti obſtreperent: acceſsit itaque uerecundè Cẽturio, ac ait: Domine, puer meus iacet í domo paralyticus, & malè torquetur. Excuſando ſe, ut qdã aiunt, cauſam adiecit, qua de re puerũ nõ adduxit. Quippe cũ non fuerit facilè paralyticũ, q doloribº nõ paruis uexare tur, & ultimos iã ſpiritus traheret lõgius deportare. Quòd. n. in ultimis eſſet, Lucas ſignificauit, dicens: Luce.7.b
Et erat moriturus. Ego autẽ id ardentiſsimę illius fidei ſignũ dixerim. Multò. n. profectò maiorẽ iſtius, quã eorũ q per tectũ immiſerũt, fidẽ arbitror. Quia enim nõ dubitabat uel ſolo domini uerbo iacẽtẽ excitari poſſe, idcirco minimè deportãdũ putauit. Cur igitur dominus quod nuſquã antè fecerat, hic peragit? Nã cũ ubique uolũtati tantũmodo ſupplicantiũ obtẽperaret, hic nõ curaturũ ſe ſolũ, ſed domũ quo que Cẽtutionis profecturũ pollicetur. Certè id ita ſacit, ut quãta ſit Cẽturionis fides p̃diſcam⁹: niſi. n. ita
Mat.7.c feciſſet, ſed illico puerũ donaſſet, ſyncera illius feruẽſque fides ignota nobis fuiſſet. Idipſum ẽt ĩ Phœniſſa

A muliere, quamuis contrario quodã modo, perfecit. Hic. n. non uocatus, ultrò ſe domũ pollicetur profecturũ, ut tu eximiam Centurionis fidẽ, & præcipuè humilitatẽ perdiſcas: at uerò in Phœniſſa negauit ſe factурũ quod petebat, & illam conſtanter iterũ atq; iterum petentem perterruit. Cum. n. ſapiens, potẽsq; medicus ſit, non ignorat cõtraria ex cõtrarijs facilè elicere. Ita hic ultrò ſe iterũ offerendo Centurionis, ibi uerò prorogãdo, & quaſi retinẽdo, mulieris fidẽ
Gen.18.c cunctis aperuit. ſic ad Abraham quoq; facit, dicens: Nõ celabo puerũ meum Abrahã. ut nos ſummam eius charitatẽ percipiamus, & quanta uel erga Sodo
Gen.19.a & Rom. 13.a mitas uſus prouidentia fuerit: ſic deniq; qui ad Loth miſsi erant, ingredi ad ipſum uolebãt, ut inaudita ipſius hoſpitalitas nõ lateret. Quid igitur ait Cẽturio? *Demine non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum.* Audiamus ergo, audiamus quicunq; uolumus Chriſtũ ſuſcipere: poſſumus enim ẽt nunc nos ipſum ſuſcipere. Audiamus (inquam) Cẽturionẽ, & imitemur. Audiamus ſimili ſtudio, & Ieſum recipiamus. Cũ enim pauperẽ fame & nuditate confectũ receperis, Xp̃m
B profectò recipis, atq; nutris. *Sed tantum dic uerbo, & ſanabitur puer meus.* Vides quòd Centurio ueluti etiã leproſus uerã de Chriſto habuit opinionẽ. Similiter enim quoq; nõ dixit, ora, ſupplica, deprecare: ſed ſolum, impera. Timens deinde ne quoniã de ipſo magna protulit, negaret Chriſtus, ut ſermonẽ moderaretur, illud adiecit: *Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites, & dico huic uade, & uadit: & alij, ueni, & uenit, & ſeruo meo, fac hoc, & facit.* Sed non mirũ eſt, inquies, ſi Centurio ita eſt ſuſpicatus: uerũ non id quæritur, ſed utrũ Chriſtus, opinionem eius de ſe acceperit ac confirmauerit, an repulerit atq; abiecerit. Probè ualde abs te, atq; prudenter obiectũ eſt. Si altius ergo inſpicimus, quod in leproſo factũ didicimus, idipſum ẽt hic perfectum inueni mus. Nã quemadmodũ leproſus, ſi uolueris, dixit: Neq; ab hac tantummodo uoce de omnipotentia Chriſti teſtimoniũ, uerumetiam ab ipſius Chriſti reſponſione: qui non ſolum quod de ſe leproſus credebat, non arguit, ſed ẽt mirum in modũ confirma
C uit, qđ ſuperfluum erat addendo, cum dixit: Volo, mundus eſto: acſi uerè illũ opinari docuerit. Simile
Supra.a & Luc.5 e quiddã hic quoq; diligentius conſiderantes, contigiſſe inſpeximus. Cum. n. Cẽturio dei non hominis poteſtatẽ paucis ei uerbis attribuiſſet, nõ modò nõ reprehendit: uerum ẽt laudibus nõ paruis eũ proſecutus eſt. Miratus eſt. n. inquit euangeliſta, & ita miratus, ut tanta hominũ turba præſente atq; audienquòd ſinguli qui diuinã ei poteſtatem atteſtati, non ſine laudibus recipiuntur. Stupebant turbæ de doctrina ipſius, quã diuina cum authoritate docebat. Nec eos ideo reprobauit, ſed unà cũ eis de mõte deſcendit, ſentẽtiamq; de ſe illorũ mundatione leproſi cõprobauit. Clamat ille: Si uolueris, potes mundare me. nec reiecit eũ, ſed ſic mũdauit, ut uerbo illius uteretur, ac diceret: Volo, mũdare. Deniq; Centurio hic nõ parua uoce dicebat: *Dic uerbo ſolum, & ſanabitur puer meus.* Et *admiratus eum dixit: Neque in Iſrael tan-*
Ioan.11.c *tam inueni fidem.* Sed ut undiq; muniaris, à contrario quoq; idipſum docebimus. Nihil horũ Marthã, ſed oppoſita dixiſſe inuenies. Scio. n. inquit, quòd quæcunq; à deo petes, dabit tibi deus: nec ſolũ quamuis ei familiaris eſſet, ualdeq; ipſum diligeret, laudẽ con
D ſecuta non eſt, ſed quaſi non rectè de ipſo ſentiens, emendatur. Reſpondit. n. dominus: Nónne dixi tibi, quia ſi crediderís, uidebis gloriam dei? Sic apertè ipſam, quòd nondũ crediderit, accuſauit. Deinde quoniam illa: quæcunq; à deo petis, dabuntur tibi, dicebat: uolens eam ab hmõi remouere ſententia, docereq; quòd non aliunde habet, ſed omniũ bonorum fons eſt. Ego ſum, inquit, reſurrectio & uita. i. non expecto, ut ab alio mihi poteſtas conferatur, ſed à meipſo cuncta poſſum efficere: propterea ergo Centurionem corã omnibus laudat, & cęteris omnibus anteponit, & regnũ cœlorũ ei demum largitur, ut reliquos ad imitationẽ eius facilius concitet. Quod ſi non potes tibi perſuadere, ideo hęc à Chriſto ſic dicta fuiſſe, ut cęteri oẽs hinc ad ſimilẽ fidem perducãtur: perpende q̃ diligẽter id euangeliſta ſignificauit. *Audiens autem Ieſus, miratus eſt, & ſequentibus ſe dixit: Amen dico uobis, non inueni tantã fidem in Iſrael.* Ex his profectò intelligitur id maximè fidẽ feruentiſsimã, regnum cœlorum, cæteraq; bona nobis præbere, ſi magna de ipſo, deoq; uero digna imaginari uelim⁹: nec uerbis ſolũ laudẽ illi attribuit, ſed ægrotũ quoq; E
filiũ propter merita fidei ſanũ fecit, fulgentemq; ipſi coronam, ac magnis ornatã muneribus contexit, cum ſic dicat: *Dico autem uobis, quòd multi ab Oriente & Occidente uenient, & recumbẽt cum Abrahã & Iſaac in regno cœlorum: filij autem regni eiçientur in tenebras exteriores,* Liberius certè nunc poſtq̃ pluribus ſignis animos eorũ attraxit, cũ ipſis loquitur: uerũ ne adulatione aliqua uſum fuiſſe Centurionẽ quiſquã putet, utq; oẽs ex animo locutũ intelligant, audi quod infertur: *Vade, inquit, et ſicut credidiſti, fiat tibi.* & cõti nuò res ipſa conſecuta, certiſsimũ animi & uoluntatis illius teſtimoniũ perhibuit. *Et ſanatus eſt puer eius ab illa hora.* Idipſum ẽt in Phœniſſa pariter factũ eſt: ſic enim illi quoq; dixit, Magna eſt fides tua ò mu-
Mat.15.c lier, fiat tibi ſicut uis: & ſana facta eſt illico filia eius. Verum quoniã idipſum in filium Centurionis ſignũ Lucas exponens, alia quædã iſtis apponit, eaq; no-
Luc.7.c bis dilucidanda ſunt, ne diſcrepantiam facere uideã tur aut credantur. Lucas igitur ſcribit, eum presbyteros Iudæorum miſiſſe ad ipſum, deprecantes ut ueniret: Matthæus uerò accerſiſſe, ac dixiſſe, Nõ ſum dignus. Nõ ignoro quoſdã, quãuis multis conueniãt, F
aliũ tamen hũc, aliũ illum opinatos fuiſſe. De illo. n. dicitur, quia & ſynagogã conſtruxit: de hoc aũt ipſe Ieſus adiecit, Nec in Iſrael tantam fidem inueni. Nec apud Lucam ſcribitur, multos uẽturos ab Oriente: unde cõſequens eſſe uidetur ex Iudæorũ illũ genere fuiſſe. Nos aũt & ſi hoc modo facilius uitare diſcrepantiã fatemur, de eodẽ tamen & hic, & ibi dici arbitramur. Quo igitur, inquies, Matthęus nõ eſſe dignũ dixiſſe ſcribit, ſub cuius tectũ dominus introiret, Lucas uerò miſiſſe, ut iret? Duo hic nobis Lucas, ut mihi qdẽ uidetur, oſtẽdit: quanta ſit Iudaica adulatio, & quòd calamitate oppreſsi hoĩes, modò hoc modò illud conſiliũ anteponũt. Quare ueriſimile mihi uidetur, cũ uoluiſſet ad Ieſum proficiſci Cẽturio, detentũ à Iudæis fuiſſe, qui ei aſſentarẽtur, atq; dicerẽt: nos ibimus, & adducemus ipſum: qđ ita eſſe perſpicies, ſi plenã aſſentationibus orationẽ eorũ diligentius cõſiderabis, Diligit. n. aiunt, gẽtẽ noſtrã, & ſyna-
Ibidem. gogam noſtrã ipſe nobis cõſtruxit. Neq; uidẽt unde Centurionẽ cõmendẽt. Nã cũ dicere oportuiſſet, uoluiſſe qdẽ ipſum uenire, ſed nos caſum ſuũ, & calami

G tatis magnitudinẽ cõsiderantes, ut domi manere uellet suasimus: ne magnã illius esse fidẽ ostẽderẽt, atq; hinc celsitudo domini Cẽturionis iudicio, celsitudo dei esse uideretur, uirtutẽ eius, animũ & fidem in Iesum celare maluerunt, nec ad finẽ perducere illud curarunt, cuius gratia uenerant. Magnas profectò ad cæcãdas hominũ mentes inuidia posidet uires. Verũ is q occulta cordiũ nouit, Cẽturionis fidẽ etiam inuitis illis patefecit: quod ut uerũ esse credas, ipsum Lucã (quæso) rursus audias: ait.n. quia nõ longẽ distante eo misit, dicens: Domine nõ uexeris: nõ enim sum dignus, ut sub tectũ meũ intres. Vnde patet illum quando à Iudęorũ molestia liber fuit, tunc misisse qui dicerent: nõ negligẽtia factũ quòd illico ipse nõ accesserit, sed potius quia indignũ se putauit, qui dominũ suę domi reciperet. Quòd si Matthæus non per alios, sed per seipsum istud dixisse asseuerat, nihil prorsus ad rem: non.n.id quæritur, sed utrum euangelistarũ uterq;, quod iam apertũ esse arbitror, magnam de Christo fidẽ habuisse Centurionem testatur. Non est absurdũ missos esse primò aliquos, q illud dicerent. deinde quoq; ipsum accessisse, ac per se iterũ eadẽ dixisse. At uerò, inquies, Lucas alterum non scripsit: ego aũt tibi alterũ à Matthęo prętermissum esse respõdebo, idq; non esse eorũ qui repugnãtia dicunt, sed eorũ potius qui quæcunq; ab alterutro prætermissa sunt, diligenter supplent. Tu uerò ẽt Centurionis fidẽ à Luca prædicatam esse intellige, quòd dixit, qa moriturus erat puer. Nec.n.id desperationem adduxit patri, nihiloq; minus superstitem futurũ salutem sperauit. Quòd si Matthæus à Christo dictũ ait, Nec in Israel tantã fidem inueni: & hinc non fuisse illũ Israelitam, ac Iudæum putas significari, Lucas aũt synagogã conditã esse ab illo, noli hæc pugnantia credere: poterat enim ẽt cum Iudæus nõ esset, Iudęorum & synagogam cõdidisse, & gentem uehementer amasse. Tu uerò uerba Centurionis diligentius perscrutare, & quòd prefectus erat nõ prętermitte, ut hinc facilè quãta uirtus ipsius fuerit, possis perspicere. Tanta certè eorũ superbia est, q principatus, prefecturasq; gerunt, ut neq; calamitatibus uicti ad humiliora condescendãt. Vnde ille de quo
I *Ioan.4.g* Ioannes scribit, trahens illũ domum dicebat: Propera atq; descẽde, moriturus est.n. filius meus: at uerò hic non ita, sed tam illo, q̃ his qui per tectum demiserunt lectulũ, multò præstantior. Non.n. præsentiam Christi quærit corporalem, neq; ipsum ęgrotũ duxit ad medicum. sed summa de Christo imaginatus, ac deum ipsum esse non dubitans, Dic uerbo solo, inquit. nec id continuò incipiens dixit, sed ærumnam suam tãtum exposuit. Ex nimia nanq; humilitate factum est, ut putaret non tam facilè Christũ ita obtemperaturum suæ uoluntati, ut ẽt domum eius petere uellet. Quapropter statim cũ audisset dicẽtem: *Ego ũeniam, & curabo ipsum: tunc exclamauit, Non sum dignus. sed dic uerbo solum.* sic nec doloris magnitudo adeò animum eius cõfudit, ut tanta calamitate pressus non philosopharetur. Non enim salutem solum filii respiciebat, sed ne quid ipse minus decenter faceret, aut diceret, animaduertebat: & quamuis nõ ipse petierit ut iret, sed Christus se iturum obtulerit, ueritus tamen sic fuerat, ne uideretur maiora quàm dignitas sua pateretur accipere, ac rem grandẽ prorsus, ac suis uiribus imparem subire. Vides prudentiã hominis, uides excellentiam animi, uides singularẽ quoq; Iudæorũ dementiam? Dicunt.n. dignum esse K
cui gratiam tribuat. Nam cũ magis humanitatem, facilitatemq; Iesu admirari debuissent, ad dignitatẽ Centurionis cõfugiunt, dignũ esse dicentes, nec quare dignus esset prospicientes: sed nõ sic Centurio, sed ualde se indignũ esse asserebat, nõ salutari beneficio solum, uerũetiam ut domi Iesum reciperet: pro certo etiam cũ dixisset, iacet filius meus: non intulit, dic ut curetur: ueritus ne tanto munere esset indignus, sed nudã calamitatẽ suã exposuit. Cũq; Christi pollicitationem percepit, nec sic ausus est oblata percipere, sed adhuc constanter pertinentẽ ad se modestiã conseruat. Dicit fortasse quispiam, & cuius rei gratia pariter eũ Christus nõ honorauit? Respondebimus: pariter, & magis q̃ pariter, Christum ipsum habuisse honoratũ. Primũ, quia benignã & humilẽ mentem illius declarauit: quod inde maximè apparuit quòd domũ ipsius non adijt, & filium curauit. Deinde, qa regni cœlorum participẽ ipsum constituit, & generi Iudæorũ omniũ præposuit: ita qui se indignum recipiendi Christum arbitrabatur, cœlo dignissimus factus, incorrupta bona q̃ Abraham impetrauit, cõsecutus est à domino. Et qua de causa, inquies, leprosus, qui ẽt istis maiora perfecit, non est laudatus à Christo? Non.n. dic uerbo, sed qd uulgò magis erat, uelis, solũmodo dixit. Id uero est quòd de patre ipso propheta protulit, dicẽs: Oia quæcunq; uoluit, fecit. Ego autẽ leprosum ẽt laudatum existimo: cũ.n. sibi dictũ sit, Offer donum quod iniunxit Moses in testimoniũ illis. nihil aliud dictũ est, nisi quòd tu accusabis, condẽnabisq; Iudęos incredulos, quoniam credidisti, quãuis alioqui nõ sit æquale qđ fecerunt: maius est.n. alienigenam q̃ Iudæum credidisse. Non fuisse aũt Centurionẽ ex genere Iudæorũ, tum à nomine ipso, uocabuloq; Centurionis perspicuum est: tum ẽt quia dictum est, Nec in Israel tantã fidẽ fuisse inuentam. Et erat profecto arduum, hominem qui in Iudæorũ scripturis educatus nõ fuit, tam magna de Christo cogitasse. Imaginatus.n. mihi fuisse uidetur cœlestem militiam, cuius Christũ ducem, ac dominũ esse credidit: cui ẽt mortem ipsam, & morbos ipsos, cęteraq; omnia sic esse subiecta nõ dubitauit, M
ut nonnulli milites sibi, immo ẽt multò magis: propterea dicere nõ ambigebat, Ego.n. homo sum, tu uidelicet deus: ego sub potestate, tu. f. sub potestate nõ es: si ergo ipse qui homo, & sub potestate aliena, tot tãtaq; facilè possum efficere: quid est quod facere ipse nõ possis, qui & deus es, & sub aliena potestate nõ es? Non.n. quasi simile quoddã affert, sed comparationis præstantia, quasi nimium Christus præcellat. h.d. quòd si ego qui similis sum quibus impero, & sub alterius potestate, tamen pp paruam excellentiam præfecturæ nemine repugnante fiunt quæ iussero, quamuis magna diuersaq; sint. *Alij enim dico, uade, & uadit: & alij ueni, & uenit.* Quanto magis ipse ad finẽ perducere poteris q̃ iusseris? Quidã hunc locũ ita legunt: Si.n. ego qui homo sum. uhi interualo suspendentes, postea inferunt: sub potestate habens sub me milites, Tu uerò illud etiam mihi perpẽde, quo pacto breuiter subiecit, morti quoq; ipsum dominum imperare posse, quasi ancillæ atq; seruienti. Cum enim dixerit, dico, ueni, & uenit: ac uade, & uadit: illud profectò significare uoluit quod minimè poterat in quenquam mors peruenire, si Iesus ei abscedere iusserit. Vides fidelem hominem. Nam

A quòd omnibus postea fuit apertũ atq; clarũ, quòd mortis ac uitæ potestatẽ Christus habeat, quod ad inferi ianuas deducat, atq; reducat, ipse multò antè & animo credidit, & aliis prędicauit: nec militũ solũ, sed uolens seruitutẽ omniũ ad Christi subiectionẽ ostendere, seruorum quoq; fecit mentionẽ: & tamẽ in tam singulari, atq; mirabili fide tãta humilitas resplendebat, ut se indignum putaret: dominus aũt ut dignissimum ẽt ostenderet, cuius domum intraret, multò maiora ei contulit, fidem eius cũ admiratione prædicans, pluraq; sibi concedens q̃ flagitauerit: uenit enim corporis salutẽ filio quærens, & regnum cœlorum etiam inuenit. Vides in hoc iam adimplet. *Mati.6.d* tum illud fuisse quo dicitur: Petite primò regnũ dei, & hæc omnia adijcientur uobis. Nam quoniam & inauditam fidem, & eximiam humilitatẽ prę se ferebat, cœlos ei præbuit, & salutẽ filij nõ negauit. Neq; hinc solũ magni ipsum fecerat, sed inde multò magis, quod omnibus significauit, post quorũ ejectionem ipse reciperetur: ut iam neminem fugere possit his uerbis declarari, nõ ex operibus legis, sed ex fide,
B salutẽ hominibus æternã pręstari. Idcirco nõ Iudęis tantum, uerumetiã gẽtibus hoc donũ propositum est, & gentibus potius q̃ Iudæis. Non enim Centurioni solo, sed in toto terrarum orbe sic futurũ prædicit: ita & meliore ipe gentium animos excitabat, cũ multi à Galilęa gentiũ ciuitate ipsum sequerẽtur, & Iudæorum arrogãtiam deprimebat. Nã ne queri aut turbari iure possent, non à se, nec ex proposito quasi principali, sed data per Centurionẽ occasione illũ de gentibus sermonẽ introduxit: nec tamen nomine ipso gentes nũcupauit, sed cũ multos ab ortu atq; occasu uenturos esse dixerit, ut nõ inuidiosè, ita satis luculentè gentes significauit. Neq; hac ratione tantũmodo, nouũ ut uideatur, atq; inauditũ hunc docendi modũ reddat, atq; moderatiorẽ: uerũetiã quia cœleste regnũ non suo noie, sed signũ Abrahæ
Luc.16.e appellauit, q̃ appellatio, etsi erat ignota illis, attamẽ non poterat nõ excitare, & quasi mordere Abrahæ nomine in medio allato: qua de causa ẽt Ioãnes nõ
Ioan.8.e C statim de gehẽna quicquã dixit, sed illud proposuit, quod Iudęos maximè cõtristabat, ne uideamini dicere, quoniã pueri sumus Abrahæ: quãuis his uerbis etiã efficiat, ne disciplinæ, ac religioni maiorũ oppositus quidẽ esse uideatur: nulla.n. talis de ipso potest haberi suspicio: quia adeò patriarchas & Abraham admiratur ac laudat, ut sinus eorũ ultimũ bonorũ omnium finẽ arbitretur, ac prędicet. Sed duplicem quendã & Iudæis dolorẽ, & gẽtibus lætitiã ex hmõi saluatoris sermone afferri perspicio. Nã & illis, tum quia deiecti sunt, dolendum est: & his, tum quia bonorũ cõpotes facti sunt, tum quia q̃ non sperarunt cõsecuti, certè gaudendũ. His tertiũ quoq; adiici possit, quòd illi uideant negligẽtia sibi ea excidisse, q̃ isti studio rapuerũt. Regni.n. filios illos uocauit: quibꝰ regnũ fuerat pręparatũ. Quæ res maiorẽ poterat ipsis inferre dolorem, q̃ sinus Abrahæ repromissione suos quasi à manibus eorũ extorqueat. Verũ quia sententię cuiusdam, ac iudicij pronũciatio sermo is erat, fidem uerborũ signo confirmat: sic & signa uerè facta euentu prędictarũ rerum creduntur. Quare siquis uerbo saluatoris salutẽ tunc puero præstitã dubitauerit, à prophetia Christi, q̃ iam sicut dixerat, in finẽ exijt: ad aliud quoq; credendũ animum inducat. Sic.n. propter prophetiam ante rerum euentum in signo, tunc meritò non dubitatur: idcirco antẽ D
quam iacentem suscitaret paralyticũ, illa prædixit, ut à rebus prẽsentibus fidem orationi acquireret, ac minus à maiore cõfirmaret. Multo.n. minus est, qđ studiosi uirtutis cultores fœlicem finẽ consequantur, & his oppositi finem quoq; oppositũ: iure nanque id ita euenire nemo dubitat: q̃ membra corporis conquassata roborare, mortuum suscitare. Id.n. iam & naturã ipsam profectò excedit, ad quod ita ingens atq; mirabile non paruam rem Centurio cõtulit: sic enim Christus dixit, *Vade, & sicut credidisti, fiat tibi.* Vidẽsne quemadmodũ & domini omnipotentiam, & Centurionis fidẽ salus pueri patefecit, ac etiam prophetiam oĩno fore confirmauit? imo uerò hæc cuncta Christi omnipotẽtiam magna uoce prædicabant, qui nõ solum paralyticũ pueri corpus confirmauit, sed Cẽturionis quoq; animũ in fidem magnitudine miraculorũ attraxit. Tu uerò non tantum fidẽ unius, & salutẽ alterius, uerumetiam celeritatem considera, quam ante oculos ponit euangelista, cũ dicat, *Et sanatus est puer ex illa hora.* Quòd si- E
militer in leprosõ quoq; significauit, dicens: Et cõfestim mundatus est. Nõ.n. curatio, sed miraculosa ac *Suprà.a* in momento tẽporis facta curatio, omnipotẽtiam ostendit. Ita signis pariter, ac doctrina, qua cœlestę regnũ aperiebatur, oẽs homines ad seipsum trahere studebat. Nam ẽt quibus minabatur Iudæis eiecturum se eos è regno, non ut eiiciat minabatur, sed ut eiectionis timore ad ipsum cõuersi nõ eiicerentur: quod si ẽt minis meliores ipsi facti non sunt, maius tum ad eos, q̃ ad oẽs qui pariter cõmittunt, crimen redundat. Non.n. Iudæis solũ id accidit, sed multis quoq; fidelibus. Nã Iudas filius regni erat, audiuitq; *M.at.19.d* unà cum alijs discipulis illud, In duodecim sedes se- *Act.1.8.e*
debitis: factus est autem gehennæ filius. At uerò Aethiops, quãuis Barbarus quidẽ esset homo, unus tamen eorũ factus est, qui ab ortu atq; occasu erãt, suntq; uenturi, ut unà cum Abraham Isaac, & Iacob æternis bonis fruantur. Idipsum in nobis quoq; Iu- *Mat.20.*
dæis fit: nã multi erunt, ait, primi ultimi, & ultimi pri- *b*
mi. Vnde cauendũ, ne aut illi quasi non possint redire oĩno negligant: aut isti quasi iam stabiles sint, cõfidentia corrũpantur. Ita Ioannes quoq; antequam F
hæc fierent, clamans dicebat: Potest deus ex lapidi- *Mat.3.b*
bus his erigere filios Abrahę. Nã ne rei nouitate quis quã turbaretur, statim ab ipsis euangelij incunabulis id prædicitur. Verũ Ioannes quoniam primũ prędicauit, quasi possibile futurũ prædixit. Christus uerò uel operibus docuit, nõ aliter q̃ prædixit futurũ. Nõ ergo nimium cõfidant qui stant, sed secũ crebrò illud repetant, Qui estimat se stare, uideat ne cadat. *1.Co.10.e*
Nec desperent qui ceciderũt, sed dicant secũ: Nunqd *Psal.40.*
qui cadit, nõ resurgit? Nouimus.n. multos ad ipsius *b*
cœli ferè uerticem cõscendisse, oẽs uirtutes numero *& Hier.*
habuisse, deserta deuiaq; loca a uita hominũ aliena *8.b*
coluisse, ac deniq; fœminam neq; in somnis quidem uidisse, & tamen negligẽtia lapsos ad uitiorũ barathrũ deuenisse. Contraq; nõ ignoramus fuisse nonnullos, qui à uitiorũ barathro cõmoti, cœlibem uitam acceperunt: tantumq; uirtute potuerũt, ut dęmones deiicerent, alijsq; multis signis præfulgerent. Quorũ omniũ sic plenæ sunt scripturę, sic plena est uita hominum hmõi exemplorũ, ut iam adulteri & ĩmolles Manichæorum ora queant cõprimere, qui cõmissa semel delicta, quibꝰ animus maculatus est, abstergi

G amplius nō posse affirmant, diabolo seruientes, ac hominū animos ne uirtuti posint intēdere deiicientes, totamq; humanā uitam euertentes. Nā qui persuadere conantur, ut abiici non posse prauitatē credamus, hi non solū ut futura perdamus efficiūt, sed p̄sentia quoq;, quantū in ipsis est, omnino perturbant. Quo enim quispiam cū male uixerit, relictis uitijs uirtuti se tradere studebit, si nō esse reditū ad ipsam putabit? Nā si modò cū sint leges quibus pœnę inferuntur, tum propositi honores, quibus plerique ad bene uiuendū inuitantur, cū gehennā malè agentes timeamus, cum cœleste regnū ad nosmetipsos cōuerti speremus: cū deniq; improbi dedecore, probi laudibus afficiantur, uix tamen pauci arduos uirtutis labores, uitiorū spreta uoluptate sequūtur, his omnibus sublatis, qd poterit homines detinere ne ruant? profectò nihil. Nō ignorantes igitur quāta sit fraus, & malitia diaboli, aperteq; uidentes secularium legū latoribus, dei oraculis, rationi naturæ duce nobis insitæ, omnium gentiū uiris, Barbaris, Scythis, Thracibus, ac cūctis simul cæteris hominibus, tam Manichæos, q̄ eos qui fato omnia, necessitateq; fieri
H arbitrantur oppositos atq; repugnātes: caueamus charissimi, ac per angustum iter illis contemptis ita pergamus, ut cōsidere, & timere uerè uideamur. Timentes quoniam ex utraq; itineris parte, uaria p̄cipitia sunt, confidentesq; quoniam Iesus dux noster est, maturè uiam sobrij atq; uigiles pergamus. Nam etiamsi minimū quid cōmiserimus, cōfestim delapsi in immensam præcipitij uoraginem deferimur. Non enim sumus stabiliores nos q̄ Dauid, qui parua negligentia in profundū peccati detrusus fuit: surrexit
2. Reg. 12 d tamē uelox, suscepitq; seipsum admonitus. Non ergo delinquentē solum inspicias, sed ēt multò magis delictorum maculas abluentē. Non. n. idcirco hæc tam exquisitè historia scripta est, ut eiectum tu illū uideas, sed ut surgētem, recipientemq; se admireris: sic profectò disces, si quando decides, quo pacto tibi surgendū sit. Nam quemadmodū medici grauissimorum morborū causas, atq; curam diligentius docent, ut in difficilioribus exercitati qui discunt, facilè quid sibi in alijs faciendū sit intelligant: sic diuinæ literæ maxima delicta in mediū posuerūt, ut inde minora ēt committentes, facilius rationem curationis inueniant. Consideremus igitur quo pacto ægrotauit, quomodoq; citò curauit seipsum beatissimus ille uir. Quo igitur morbo detentus fuit? uxorem alienam seduxit, uirum innocentē occidit. Non enim uereor magna hac uoce publicare. Nam cum
2. Reg. 11 per totū. spiritus sanctus nō in dedecus, sed in laudem uniuersam hanc historiam per scripturā exposuit: cur me suboccultare oportebit? propterea non solū facinus prædicare, sed facinoris appendices adiicere constitui. Qui. n. occultant, mihi uidētur obscuriorē illius
1. Reg. 17 e uirtutem reddere: ac ueluti qui certamen, quo Goliath illū obtruncauit, transeunt, non parum de laudibus suis deducere conantur: nō aliter oēs q̄ū hāc rem taciti prętereunt, de gloria eius detrahere uidentur. Admirabile forsan uidetur esse quod dico, sed si æquo animo in audiēdo perstabitis, meritò nos ita sentire cognoscetis: ideo. n. crimen magnum esse fateor, & longo amplificans utor sermone, ut magnis quoq; ac mirabilib⁹ ipsum curis, atq; remedijs usum non nequeam affirmare. Quę igitur facinoris appēdices? Virtus hominis, q̄ intolerabile crimē faciebat.

Non. n. pariter cōmissa in omnibus accipienda. Potētes. n. ait, potenter castigabuntur. Et, Qui nouit uoluntatē domini sui, & nō facit, uapulabit plagis multis. Ita plurimarū rerū cognitio acerbiores peccatorum efficit pœnas. Ideo sacerdos si pariter cum cęteris peccat, magis q̄ cęteri supplicio punietur. Sed forsan amplificatione criminis trepidatis de me, atq; timetis, quasi ad inuia periculosaq; loca delato. Ego autē tantum iusto illi tribuo, ut ulterius ēt audeam progredi. Non. n. dubito, quin quantò magis delicti magnitudine extabat, tantò maiores Dauid laudes cōsequatur. At, inquies, quid cædę ac adulterio magis excogitari potest? potest profectò: nā sicut Cain
Gen. 4. b non cædē solum cōmisit, sed multò etiam cędę maius: cū non alienū, sed germanum: non iniuriatum, sed iniuriam perpessum occiderit: nec exemplo aliorum cōcitatus, sed primus inuētor sceleris, alijs se ad exēplum proposuit. Similiter quoq; & in hac, nō cædes solum cōmissa fuit, sed multò magis q̄ cędes: cū non unus de multis Dauid fuerit, sed propheta eximius, nec iniuriantē interfecerit, sed perpessum iniuriam. Non. n. mediocris iuiuria est stuprū uxoris, & L
2. Reg. 11 tamen uxorē rapuit, & eū cuius uxor erat, trucidari curauit. Perpēditis nullo me pacto illi iusto pepercisse, nec quicquā de delictis detraxisse: & tamē tātum illi attribuo, ut post exquisitā omniū criminum expositionē, Manichæos quoq; in his maximè illusos, & Marcionis morbo laborantes adesse optarem, ut hinc eorū ora summoperè obstruerem: nec id iniuria. Nā cū isti adulterium, cædemq; simplicē factam asserant, nō modò minimè nos id negamus, uerum etiā multiplicia hæc crimina fuisse affirmamus: idq; tum ab eo qui passus fuit iniuriā, tum à conditione peccatoris cōprobamus. Nō. n. pariter profectò delinquitur, si quis cū spiritus sancti gratiā sit consecutus, cui multa magnaq; beneficia diuinitus collata sint, qui unicā authoritatē obtineat, qui deniq; ad se nilem iam sit ætatē prouectus, ea cōmiserit, q̄ alius horum omniū expers perpetrauit. Sed tamē idcirco maximè tam prudētiam, q̄ robur illius animi admiramur: sed ad nequitię profundū delapsus, nō decidit animo, nō desperauit, non tantis uulneribus letaliter à diabolo percussus, quasi uictus humi se resupinū prostrauit: sed uelociter, imo certè continuò maiora q̄ accepit intulit uulnera. Ita non aliter factū est, q̄ cū à Barbaro quidā in acie fortis uir dimisso telo periculosè percussus, neq; id semel, sed iterū, atq; grauius perpessus, non cesserit, sed undiq; sanguine perfusus, magno in hostē impetu ruerit: cōfestimq; trucidauerit: sic ēt Dauid, quātò magis sauciū dices, 1. Reg. 17 f tātò maioris illū animi ostēdes: qui postq̄ ita, miserè depressus fuit atq; deiectus, uelociter surgere, ac ante primā aciem stare, percussorēq; ipsum humi sternere potuit: qd, quale, quantūq; sit: hi maximè non ignorāt, q in summas peccatorū ęrūnas deciderunt. Non. n. ita magni excelsiq; animi ego iudico, si cū rectè uadas, iter tuum fœlici cursu perficias: habes. n. dum curris spem optimam, q̄ te hortatur, incitat, roborat, uires addit: quemadmodū si propè uictoriā & coronā, atq; trophæa grauiter lapsus, ad eundem citò cursum te recipiens uictoriā consequaris. At ut uobis apertius pateat qd dicitur, aliqua quoq; simili tudo ante oculos ponatur. Finge igitur gubernatorem quendā per mille maria incolumem nauigasse, deinde posteaquam magnas tempestates, & procellas

A las horribiles, & fluctus insanos arte sagaci euaserit, cū in ipso portus ostio mergeretur, uix inde nudum effugisse, Quę animū ad mare, & nauigationes, huiusmodiq; labores iste habebit? putasne quòd unquā uoluerit, nisi animi sit ficti, uel littus ipsum, aut nauem aliquā, aut portū aspicere? Non equidē arbitror, imo seipsum occultans, spe omni ad nauigandū destitutus, mallet mendicus uitā agere, q̄ ad primos labores, periculaq; redire: sed nō fuit huic similis ille, uerum magno naufragio post moltos labores penè submersus non desperauit: sed naui rursum in pelagus deducta, dare uela uentis post naufragiū ausus, & clauo rursum usus, & plures perpessus labores, maiores iterum accumulauit pecunias. Quòd si semper stare, ac nunq; cecidisse, diuinū est atq; mirabile: quibus est laudibus dignus, qui se & à casu recipit, & multa maiora perficit intrepidus? Et certè nō erāt pauca, q̄ in desperationem detrudere ipsum potuissent. Primū delictorū inusitata magnitudo, deinde quòd nō in ipso aggressu uitę, atq; iuuēta, q̄ spem
B solent nutrire, sed ī senectute iam cōstitutus labitur. Nec. n. gubernator qui nuper mare ingressus, naufragiū fecit: pariter dolet atq; ille q̄ post multa annorū spatia domū, ímensa, onustaq; gaza renauigās, ī scopulos deuecta, cūcta mometo tēporis perdidit. Ad hoc tertiò, quoniā partas magnis laboribus ingētes uirtutū, ac meritorū suorū, diuitias his delictis subuertit. Nō. n. paruus qdē, sed maximus, singularisq;
1. Re. 16. b diuitiarū cumulus sibi dispositus erat: multa sibi à prima ętate quādo pascebat fuerūt congesta: multa quando gigantē illū, atq; horribilē Goliath, superauit, atq; deiecit. Multa cū sæpius euāgelica magnanimitate, atq; philosophica erga Saul ausus fuerit: nā
Ibidē 17. f cum centies penè in manus suas incidisset inimicus, ignouit semper, maluitq; patriam ipse libertatem, ui tamq;, si esset opus, amittere, q̄ persequētē occidere
1. Reg. 24 b. c inimicū. Neq; his minora regnū adeptus fecit. Prēter hæc aūt populi de ipso existimatio, cui se nō respondisse uidebat, nō parum poterat animū eius contubare, cū intelligeret, non tantū se purpura exornari, quantum potestate deformaretur. At hęc oīa, non ignoratis profectò quāta magnitudine animi opus
C sit, ut cū detegantur peccata, in publicū quoq; efferātur: ut multi iam capere, ac testes turpitudinis esse
2. Re. 12. a queāt, nō turbetur tamē, rex p̄sertim, neq; decidat, sed meliori spe p̄sumpta, seipsum recognosat. His omnibus ex animo pulsis, adeò post illa uulnera Dauid refulsit, sic se à maculis abluit, ita mundū effecit animum, ut uel mortuus peccantibus succurrerit: & quod de Abraham, id quoq; de Dauid deum dixisse
Exo. 6. a scriptura testatur, imo uerò multo magis de Dauid. De Abrahā enim scriptū est: Recordatus sum testamenti mei quod erat ad Abraham, hic uerò non dicit testamenti, sed pp Dauid seruum meum protegā
4. Re. 20 b ciuitatem hanc. Salomonem ēt qui nefaria crimina cōmisit, charitate patris placatus deus à fastigio regni non deiecit, sed tanta de illo apud Iudæos meritos semper fuit opinio, ut apostolus Petrus post mul
Act. 2. c tos annos sic in cōcione dixerit: Licet dicere ad uos liberè de patriarcha Dauid, quoniā & obijt, & sepultus est: sed Christus quoq; tanta ipsum post hęc peccata spiritus sancti gratia fulsisse ostendit, ut rursus de diuinitate sua, ut propheta potuerit præuidere: p prophetiam. n. eius Iudæorū cōprimens ora, Christus dicebat: Cur igitur Dauid in spiritu dominū eū

uocat, dicens: Dixit dominus domino meo, sede à D
dextris meis? Scimus ēt quēadmodū uel noluerit Mosi P*sal.* 109
dedit pœnas Maria, quando contumeliosa in fratrē *a*
fuit: sic huic quoq; nolenti sceleratus filius dedit pœ Nu. 12. *a*
nas. Quę quidē p̄cipuam dei beneuolentiā in illos uiros magis, q̄ cætera omnia declarant. Nam cū dei sentētiam habeas, quid te amplius oportet inquirere? Quòd si uelitis particularius philosophiam illius perdiscere, facilè poteritis, si q̄ post gesserit ab historia collegeritis: quāta ei loquendi ad deum libertas concessa sit, qua erga deum charitate aserit, quo ad uirtutū indies accesserit incrementa, q̄ exactè ac exquisitè ad ultimū usq; spiritum uixerit: hæc omnia facilè inquam ex historia cognoscetis. Cum igitur exē plis moniti simus, inuigilandū nobis, prouidendūq; est, primū ne cadamus: deinde si fortē ceciderimus, ne diutius iaceamus. Non. n. ut negligētiores uos faciam, Dauid delicta præ oculis posui: sed ut timore cadēdi, maiore uos cura muniam. Nam si tātus uir, quia parū neglexit, tot, tantisq; telis confectus penè fuit: quid de nobis erit, si rectè uiuēdi normam omnino contempserimus? Quare nō quòd ceciderit so E
lum cōsidera, ne fortè pigrior inde fias: sed & diligēter cogita, quid post casum fecerit, quem fletū fuscē perit, qua pœnitentia die ac nocte confectus fuerit, & quo cilicio indutus, lachrymis lectū suū rigauerit. Quòd si ille tanta cordis cōpunctione indiguit, quo nos pacto salutē acquiremus, nullo post pecca ta dolore compūctī? præsertim quoniam qui multa meruit prius, poterit forsan hinc ab imminētibus telis seipsum defendere: q aūt nudus oīno est, ad quan cunq; corporis partē telum peruenerit, mortale uulnus ingeritur. quod ne accidat, uirtutibus nosipsos armemus: & si quid maculę nos deformauerit, confestim lachrymis & gemitu abluamus, ut ad dei gloriā hac uita peracta, bonis perfruamur futuris. Quibus oībus utinam potiamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium cum patre, & sancto spiritu in secula seculorū, Amē.

Homilia. xxviij. ex cap. viij.

T*cum uenisset Iesus in domum Petri, uidit socrū* F
e *eius iacentem, & febricitantem: & tetigit manū eius: & dimisit eam febris. Et surrexit, & ministrabat illis.* At Marcus quoniā tēpus significare uo- *Mar. 1. c*
luit, Statim, ēt adiecit: hic uerò signū nobis tantum exposuit, tpe omnino neglecto: & alij quidē addūt, *Luc. 4. f*
quoniam & rogabat eum q̄ iacebat: hic uero etiam id prætermisit: quod certè non est discrepantiū, sed ālterum breuitatis, ālterū narrationis exquisitæ. Sed cuius rei gratia domū Petri dominus petijt? Mihi quidem uidetur, ut cibum assumeret, quod euāgelista quoq; significauit, cū dixit: Surrexit, & ministrabat illis. Nō. n. ignoramus discipulorum diuersorium ipsum fuisse. Nam ad Matthæum diuertit, quando eū uocauit: quod faciebat, ut hoc ab eo affecti honore diligentiores ad omnia fierēt. Tu aūt etiam hic sum mam Petri in Christum reuerentiam cōsidera: nam cū socrus sua domi iaceret, caloreq; febris arderet, non traxit eū, neq; cogere cogitauit: sed expectauit quousq; prædicationem absolueret, cæterosq; omnes qui tunc ad eum confugerant curasset, & tunc demum cū intrasset, per ipsum iacentem, rogauit: sic enim statim ab ipsis initijs, aliorum commoda suis ut præponeret, institutus erat. Petijt aūt domū eius non ab eo uocatus, sed sponte atque à seipso, ut qui

G à Centurione audierant, Domine nõ sum dignus ut intres sub tectũ meum: hinc quanti faciebat discipulum possent intelligere. Et q̃q̃ cogitatione assequimur, quales quoq; piscatorum domus fuerint: uidemus tamen ipsum humiles spõte casas petere, ut his omnibus despiciendã esse humanam magnificentiã doceat: & aliàs quidẽ uerbis solis affert curationem, nunc uerò manus porrectione febricitantẽ sanauit. Nonnunquã aũt utriscq; utitur, ut multis modis præ oculis curatio adducatur. Nã cũ adhuc deitatis suæ mysterium latere multos cõmodius fuerit, ac præcipuè discipulos, ne præ gaudio exclamassent, ideo nolebat nimiò semper humanè curationis modũ excedere: quod inde patet: quoniã cũ à monte descenderet, præcepit necui dicerent q̃ uiderunt. Tetigit ergo manũ eius, nec febrium tantũ ardores extinxit, aut certa incolumitatis signa reduxit: uerũetiã pristinas corporũ uires recuperare illico fecit, ut quando faciis curatu ægrotatio uidebatur, curãdi modo uirtus curantis ostenderetur. Nã id certè medendi artificiũ homo facere nõ potest. Nemo quippe ignorat, q̃ lõgo tpe, posteaquã febres cessauerunt, opus sit ad pristinum robur recuperãdũ. Cuncta igitur tũc simul facta sunt: quod & in mari pariter euenisse perpẽdere possumus. Nam & ibi non uentos solũ, ac tempestates sedauit, sed quod inauditũ omnino erat, fluctus ẽt undasq; statim cõposuit. Nam & si uis uẽtorum cessauerit, permanent tamẽ fluctus undarũ diutius: sed nõ ita hic. Nõ. n. natura duce, aut arte fiũt, quæ à Christo fiunt: sed simul omnia finẽ suum assequuntur: quod subostendit euãgelista dicens: Surrexit, & ministrabat illis. Id certè tam uirtutẽ Christi supra hominẽ significabat, q̃ uolũtatẽ mulieris, atq; affectũ erga Christũ aperiebat. Illud quoq; hinc discimus, quòd nonnunquam aliorũ fide alios domi nus curat: pariter enim hic, & in Cẽturionis filio, alij quoq; modo credebant, alij curabãtur. Nam etsi nõ curetur nisi credens, tamen si aut morbus, aut ætas impedimento erat, ne magna quędã posset de Christo quispiam cogitare, aliorũ hortatu ac fide adductus curabat. *Vespere autem facto, obtulerunt ei multos dæmonia habẽtes, & eiiciebat spiritus uerbo, & omnes male habentes curauit: ut adimpleretur quod dictum est per*

I *Esaiam prophetam dicentem: Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes nostras portauit.* Vides iam multitudinis fidẽ adauctam, certè neq; tempore ita cogẽte decedere poterant, nec importunos se putabant esse, si etiam uespere iam facto ægrotos ad eũ adducerent: tu aũt mihi perpendas quãtam multitudinẽ hominum curatam fuisse asserant Euangelistæ, non per singulos minutim enarrantes, sed unico uerbo miraculorum pelagus exponentes. Deinde ne magnitudo rerũ mirabilium incredulitatem cuipiam faciat, cum tantum populum ex tam uarijs, diuersisq; morbis uno momẽto tpis ab eo liberatos fidem excedere uideatur, propheta inducitur, qui iam diu his rebus testimonium perhibuit, & simul magnam cõflauit de deitate Christi demonstrationẽ scripturæ, ostendit euangelium, signisq; profectò non minorem: idcirco dicitur ab Esaia prædictum fuisse: Quoniam infirmitates nostras accepit, & ęgritudines nostras portauit: non dixit, dissoluit aut curauit: sed accepit atq; portauit: quod de peccatis mihi dictum à propheta uidetur, ut cum Ioanne cõueniat dicente: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Cur ergo, inquies, de morbis aut ægrotationibꝰ id dictũ euangelista in hoc loco scripsit? Certè aut historicè testimoniũ prophetæ accepit, aut subaperire uoluit plurimas ægrotationes ab animi peccatis originem trahere. Nam si mors q̃ morborũ omnium fons caputq; est, à radicibus peccati pullulauit: quid mirum est, si ęgrotationes quoq; multę inde nascãtur, unde uel ipsa ægrotandi potestas egressa est? *Videns autem Iesus turbas multas circũ se ipsum, iussit ut abirent in ulteriorem ripam.* Vidésne iterũ, imo creberrimè, quanto studio fugiat ostentationẽ? Nam cæteri quidẽ dicũt dæmonibus eum præcepisse, ne dicerent quòd ipse esset. Matthęus aũt dicit, quòd turbas remouebat: quòd faciebat partim nos docens humilians q̃, partim ne Iudæi pestiferæ ueneno inuidiæ tabescerent, monens nihil prorsus ad ostẽtationẽ à nobis esse faciendũ. Etenim non corporũ incolumitas curæ sibi tantũmodo erat, sed multò magis animarum saluti prouidebat: ita utrinq; supra hominẽ se esse ostendebat, & quòd morbos uerbo aut tactu curaret, & quòd humanã gloriã non quæreret. Repellebat igitur turbã, quoniã erant ei affixi non pauci amãtes, admirantesq; ipsum, uidereq; ipsum semper cupientes. Et certè quis ab authore talium signorũ nõ inuitus recederet? aut quis uel faciem solã aspicere, osq; ipsum, ex quo diuina præceptorũ instituta profluebant, ingenti desiderio nõ arderet? Nam ut in facien dis signis erat mirabilis, sic uisũ gratiosissimus traditur fuisse: idq; ipse propheta significans, multò ante clamauerat, Speciosus pulchritudine super filios hominũ. Sic aũt dicit Esaias: Nõ habebat speciem, neq; pulchritudinẽ: aut quoniã ad deitatis suæ ineffabilẽ gloriam, aut quoniã passionis cruentam deformationẽ, & liquidos tumores respexit, id ita dixit: uel ẽt quia tenui eũ & uictu & uestitu usurũ significare uoluit. Non aũt prius iussit ultra abire, q̃ morbos curauit. Nõ. n. ęquo animo abire potuissent: & cui in mõte non concionanti solũ, sed & silenti adhærebant, eodẽq; nunc modo ẽt post miracula permanent, ex solo aspectu nõ paruam utilitatẽ assequentes. Nã si Mosi facies resplendebat, & Stephani uultus angelicus uidebatur: qd de ipsius domini facie debemus ęstimare? Sed fortè nunc his uerbis adeò nõnulli incẽsi sunt, ut desiderẽt effigiem eius uidere: sed dum modò uelimus, multò illa uenustiorẽ, si bene hic uixerimus, tunc aspiciemus, cũ immortalitatẽ adepti, obuiam in aëra ipsi imortali incorruptibiliq; corpore rapiemur. Tu uerò illud ẽt considera, quòd nõ dicitur repulisse turbas, ne contẽni uiderentur: nec iussisse, ut oino recederẽt, sed ut abirent in ulteriora: ut spe allecti, quòd illò traiecturus esset, facilius obtemperarẽt. Verũ turbę nõ parua charitate deuicti, iussa cõtinuò faciũt. Quidã aũt pecuniæ auidus, nimiũq; inflatus, *Sequar te*, inquit, *magister, quocunque abieris.* Perpendis qd superciliũ, cerutesq; faciũt, non facilè patiuntur, se cũ multis inueniri. Nã hic, ut alios non parũ excedere uideatur, admodũ importunus est: hmõi certè mores ludęorũ sunt, quos aliena tẽpori bus libertate sæpius ut non ignoramus: sic. n. alius quidã, cũ cęteri oẽs decenti taciturnitate adstarent, ipse quasi insultans ait: Magister, quod est præceptũ primũ? nec tamen molestè tulit dominus, nec importunã libertatẽ corripuit, ut & nos ferẽdos esse hmõi hoies perdiscamus: & quãuis nõ arguit apertè tam peruersa cupientes, tamen ita uolũtati eorũ respon-

A sum accommodat, ut & ipsi se iustè reprehensos cognoscãt, duplicem eis præparãs utilitatẽ, & quia sibi adaperuit, quòd secreta cordiũ sciret: & quia ostẽtationẽ suã ineptam non protraxit in mediũ, ut si uellent, facilè seipsos possent emendare: quòd hic factũ liquidò uidemus. Nã quæstui seruiens ille, cum pp multitudinem signorũ multos undiq; affluere, uideret, putauit dominũ inde ditari, ac ideo sequi cupiebat. Sed unde id nobis patebit, inquies? à responsione, q̃ non ad sonũ uerborũ, sed ad sensum intetrogãtis accõmodata est. Quid. n. ait, pecunias credis collecturum, si me sequaris? Nõne uides nec diuersoriũ mihi esse, nec tantũ pecunię, ut queam uitæ necessaria cõparare? *Vulpes enim, inquit, cauernas habent, & uolucres cæli habitationes, filius autem hominis non habet ubi caput reclinet.* Hæc sanè non erant repellentis, sed eius qui & prauã illius opinionẽ carperet, & potestatem daret, si cum spe hmõi sequi uellet. Tu uerò ẽt uide improbos hoīs mores, itellige quòd cũ hęc audisset, nihil ex cõmodissima, perutiliq; respõsione seipso melior factus est, nec referre saltẽ ualuit paratũ

B se esse Christo auscultare. Verũ inde alios quoq; nõ paucos ita redarguisse inuenitur, ut à responsis eius sensum interrogantis subaperiret. Nã & illi qui magistrũ bonũ appellabat, quiq; hac assentatiuncula uerborum tracturũ ad se dominũ sperauit: cur me bonũ nominas, inquit, cũ nemo sit bonus præter deũ

Mat.12.d & Mar. 3.d solum? & qui ei dicebant: Ecce mater tua, & fratres tui te querũt. Quoniã more hominũ nõ ut aliquid boni perciperent, eũ adierunt, sed ut solum ostenderent, quantò sibi essent cæteris cõiunctiores: quippe qui & matrẽ & fratres eius agnoscerent, confestim

Luc.8.c audierũt: Quænã est mater mea, uel qui sunt fratres mei? Ad fratres quoq; ipsos dicẽtes, declara teipsum, quoniã hinc fallæ aliquod choragiũ gloriæ indaga-

Ioan.7.a bant, audi quo respondebat: Vestrum tẽpus semper est paratũ, meum aũt nondum adest. Sed per cõtrarium quoq; de seipsis existimationẽ nonnunquam

Ioan.1.g aperit, ut de Nathanaële inquit: Ecce uerè Israelita, in quo dolus nõ est. Illud quoq; ab his alienũ non

Luc.7.d est, abeuntes annunciate q̃ audistis, & uidistis. Nam hic quoq; nõ ad uerba, sed ad mentẽ eius qui misit

C responsum esse uidemus: & turbę aũt mentis secreta tetigit, ubi dicit: Quid existis uidere in desertũ calamum? Nam quoniã mutabilem, quasi Euripum esse credebant: ideo falsam eorũ de Ioanne suspicionem

Ibidem. arguens, ait: Quid existis in desertũ uidere, calamũ à uento agitatum, aut hominẽ mollibus uestimentis circũamictum? utraq; re significãs, neq; à seipso esse instabilem, nec quoniã delicijs corrumpatur, posse mutari. Non mireris ergo ẽt hic ad interrogantis mẽtem, nõ ad sonum uerborũ esse responsum. Quod q̃ moderatissimè protulit, inde patet, quoniã nõ dixit habere se quidẽ pecuniam, sed despicere, sed nihil se prorsus habere, ut tu hinc perpendas, q̃ mirabilis esset in eo humilitas. Nam & cũ esset cum publicanis, aut biberet, aut contra q̃ Ioannes aliquid facere uideretur, pp Iudęorum, imo illud potius totius orbis terrarũ salutem faciebat. Sic. n. & hæreticorũ ora obstruxit, & illos qui tunc secum uiuebant summope-

Mat.22.d re attraxit: sed alius quidã ei dixisse scribitur, *Domine, fine me prius abire, & sepelire patrem meum.* Considera quantũ inter hos discrimen est: ille imprudenter sequar te, inquit, quocunq; abieris: hic uerò etsi rem honestã peteret, nolebat tamen, nisi ei cõcederetur, abire: sed non permittitur ei. Dicit enim sibi: *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos, tu aũt me sequere.* Ita ubiq; uolũtatẽ hominum inspicit. Sed cur nam, quispiam dicet, Noluit? Quoniã uidelicet neq; pater insepultus iacuisset, cum sepeliendi munus ẽt alius q̃ filius subire posset, & filius à rebus melioribus nõ euelleretur. Cum aũt mortuos dixerit suos, ostẽdit profectò nõ fuisse suum hunc mortuum: unde mea quidẽ sententia infideliũ quendã illius patrem fuisse significatur. Si uerò mirum tibi de adolescẽte uideatur, quòd cũ rem tam honestam, fereq; necessariã intenderet, nõ statim abiit, sed Iesum cõsulere uoluit: illud mihi solet uideri mirabilius, quòd cũ sibi negatũ esset quod petebat, non grauiter tulit, sed æquo animo cũ Iesu ueluti iubebatur, permansit. Sed putásne, aliquis dicet non ingens impudentiæ crimẽ illũ incurrisse, qui in sepeliendo parente non affuit? Ego uerò ingratissimum hominẽ eum iudicarem, si negligentia id fecisset. Cum aũt ne rerum maiorũ seriem turbaret, Iesu obtemperans non abijt, nõ mediocri laude dignus, quoniam remansit. Dominus quoq; ipse, non quia despiciendi sunt parentes, abire uetuit: sed quia discere nos hinc uoluit, nihil esse utilius, magisq; necessariũ nobis doctrina cœlesti, q̃ tanto studio obeunda est, ut etsi magna sint q̃ abire urgeant, incũbere tamẽ omni diligentia, atq; inuigilare debeamus. Quid enim maius uidetur, q̃ dum sepeliantur parentes, adesse? Quid. n. facilius, aut quid breuiori tpe peragi potest? quòd si nunc tam breue tempus pp sepelien dos parentes abesse à spiritalibus uetitum est: perpẽ de quo supplicio digni, sunt q semp à doctrina Christi absunt, qui uilia nimium atq; abiecta secularium rerum negocia necessarijs anteponũt nullo urgẽte. Ego aũt doctrinæ illius efficaciam, uehementer admiror: nam cũ adolescẽtem sibi perpetuò affixerit, à mille malis ueluti ab immoderato fletu ac dolore, aliorumq;, q̃ hinc oriri solẽt, eripuit. Erat enim uerisimile post parentis sepulturã ad testamenti, legatorisq; cõsiderationẽ deuenturũ: deinde in aliud ex alio quasi undarũ ffluctibus distractus procul à portu salutis iactaretur: q̃ ne illi acciderent, secũ esse ipsum iubet, eumq; suis uolentẽ affigit ac cõiungit. Si

F uerò tu adhuc miraris, nec æquo animo ferendũ putas, quòd iuberetur adolescens non adesse extremo in parentum officio: illud tecum uersa, sępenumero à prudentibus uiris, siquis molestius parẽtis aut filij mortẽ, q̃ oporteat laturus uideatur, non subitò, neq; in sepeliendi tpe, sed multò post opportunitate data charissimorũ interitum fuisse nunciatum: nec ullus unquã illos carpsit, neq; quasi inhumanos reprehendit: iure id quidem. Econtra aũt crudeles ac inhumani essent, si quos ibecilles animo cognoscerent, illos ad rem asperam, atq; turbulentam protra herent. Quòd si propinquos ita lugere, ut deiectus mentẽ esse uidearis nõ laudatur: q̃ magnũ esse malum putandũ est, à spiritali doctrina huius uitæ curis abduci? idcirco alibi ẽt ait, neminẽ qui aratro manu impositа, ad posteriora reuersus est rectè ad regnũ cœlorũ proficisci. Quid igitur hinc ꝑcipuè discimus? quid aliud, nisi quod nullo momento temporis caduca hæc, etiãsi necessaria uideantur, spiritalibus anteferenda sunt, & quòd aliud longè uita est, aliud uerò mors q̃ uulgò ęstimẽtur? Quippe cũ multi uiuere credãtur, q̃ nihil à mortuis differãt, quoniã in peccatis miserã uitam agentes, nil à mortuis dif-

Luc.9.g

G ferre dixi, imo uerò maximè differūt, cū sint illis multò deteriores. Nā qui moritur, ait, iustificatur à peccato: hic aūt seruit peccato. Nec.n.mihi dices, non dausisse hunc oculos, nec sepulchro iacere, nec insti tis ligatū detineri, nec postremò uermibus esse proiectum, cū multò peioribus hic q̄ qui obierunt uexetur. Non deuorāt uermes, sed perturbationes animi omni feroci bestia truculentius exagitant atq; lacerant. Clausi oculi sunt mortuorū, nihil prorsus cernentes: hic uerò mille sibi morbos oculis cernendo quotidie cōtrahit. Ille iacet in monumēto ad peccādū iam imobilis, hic in sepulchro malo à seipso intrusus, ingēti, peccatorū mole obruitur: sed corpus, dicet quispiam, huius pingue ac floridū, nō tabe corruptum uidemus. Magna uerò res, si corpore itegro iampridem anima corrupta atq; deperdita est: & ille post mortē malè olet, hic uerò per totā uitam os habens uel ipsis cloacis spurcius, intolerabilē expirat fœtorē. Quare tanto ille discrimine hoc melior est, quanto naturali solū corruptioni subiectus, corruptionē omnibus q̄ debita patitur: hic uerò antequā

H ad illa perueniat, q̄ non effugiet, peccatorum undiq; fœdissimā sibi putredinē colligit, mille indies corruptionis uias excogitans. Sed phalerato, inquit, equo fertur magnificè. Ego uerò, inquam, meliorē illum esse, qui in urna quasi in lectulo quiescit: quodq; decētius est, nemo putrescentē cernit, sed tegitur urna dissolutū corpus: hic aūt fœtentē animā in corpore, quasi in sepulchro circūagit. Certè si posses animā hominis peccatis inuolutā oculis cernere, non dubitares multò melius esse in sepulchro iacere, q̄ delictis irretitum detineri: & lapide potius, q̄ graui peccatorum pondere premi: qui quoniā quantis malis uexētur ignorant, nō dubitent tamen propinqui eorum.

Ioan. 11.f ueluti Maria cū ad Lazarū faceret Iesum adire: tūc ēt si putridū oleat, etiāsi quatriduanus sit, nō desperes tamen, sed adeas, & lapidē inde remoueas: primò.n. statim, ut in sepulchro iacētē institis ligatū inspicias. Sed producamus in medū insignē quempiam atq; potentem, ut in eo q̄ diximus, apertius cōspiciantur: nec uereamini. Nomino.n. neminem, quāuis ēt si nominarem, nihil omnino timendū esset: utcūq; enim faciat, manet mortuus: mortuus cū sit, cū uiuo homini mortuus nocere nullo pacto possit. Cōsiderate igitur primò hmōi hominis caput, quasi ebriosi caput opertorijs pluribus, atq; uinculis alligatū, sic undiq; obrutū, ut sensibus extinctis nihil audiat, nihil uideat, nihil prorsus sentiat. Deinde si lubet etiā manus inspicite, uideteq; uentri annexas, sicut mortuorū, non quidē institis, uerū quòd turpius est, durissimis auaritię uinculis, q̄ uinctas nō sinit ad liberalitatē porrigi, sed insensibiles ad hmōi officia reddit: tultus & pedes similiter irretitos uidete. Videte uarijs eos curis alligatos, ac idcirco nō posse dei ecclesiam adire. Vidistis mortuū, nūc & pollinctorem uidete. Quis igitur pollinctor ibi est? nepe nullus alius, nisi diabolus, qui eos diligenter ita fingit, & polit, ut non homines, sed ligna arida esse uideantur. Nā ubi non oculi, nō manus, nō pedes, non alia mēbra suis officijs funguntur. quō hunc hominem putabis, præsertim cū anima ēt eius peccatorum fœditate obruta, idolum magis q̄ anima esse uideatur? Quoniam ipsi quasi mortui nihil sentiunt, adeamus Iesum pro ipsis oremus, ut ipsos excitet: lapidē tollamus, institas dissoluamus: nā si lapidē auferre poteris, insensibilitatem eorum. s. qua premuntur, uelociter profectò ipsos à monumēto educes: & cū eduxeris, citius atq; facilius nexus eorū dissolues: tunc eos Christus cognoscet, cū excitati fuerint, cum soluti, tūc ad cœnamq; suam uocabit. Quicunq; igitur Christū diligitis, accurrite ad Iesum, atq; orate. Nam quāto peius olent hmōi motui, tātò magis debemus, si eos amamus, pro eis intercedere? & sicuti sorores Lazari tūc fecisse uidemus, nō prius à precibus ac orationibus abscedere, q̄ uiuos recipiamus. Non.n. dubito, quin si & nos, & nostra sic diligēter gubernemus, futuræ uitæ beatitudinem cōsequamur, ad quā oēs perueniamus, gratia & misericordia Iesu Christi, Amen.

Homilia.xxix.ex cap.viij.

T ascendēte eo in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius. Et ecce motus magnus factus est in
e *mari, ita ut nauicula operiretur à fluctibus, ipse uerò dormiebat.* Lucas quidē nequis ab eo temporū ordinē quærat: Et factum est, inquit, uno dierum, & Luc.8.d ipse ascendit in nauigium, & discipuli eius. Marcus Mar.4.d quoq; similiter. Hic uerò consequentiam quandam temporū obseruat. Hęc à me prædicta sunt, nequis, L quoniam nō eodē modo scribunt oēs, discrepare ipsos arbitretur. Turbas igitur præmisisse, ac discipulos tantūmodo secum retinuisse, illi ēt dicunt. Id aūt non frustra, neq; casu fecit, uerū ut futuri signi miraculo ipsos corroboraret. Nam ut Palæstræ magister optimus ad utrūq; eos exercebat, ne aut terrore tuin cerentur, aut honoribus efferrentur: ita ne magnum quid sibi arrogēt, quoniā alijs omissis ipsos tantū secum retinuit, ut in tēpestatem incidant permittit, & simul in ferendis aduersis fecit meliores. Nam certè priora quoq; signa, q̄ iam ab eo gesta erant, magna fuere: uerū hoc neq; parū eos exercebat, & antiquissimo illi simillimū erat. Idcirco igitur solos discipulos secū duxit, quoniā ut signa tantūmodo demon strarentur, turbas quoq; admittebat: ubi uerò ad signa timor quoq;, ac tremor iminebat, eos solos recipiebat, quos ad prędicationē, & pericula erat missurus. Et Matthęus quidē dicit, quia dormiebat. Lucas
* Vide ** uerò quia in ceruicali simpliciter, ut & humilitatē*
num legendum, *suā patefaceret, & pstātis philosophię præceptis nos*
Marcus. *instrueret. Cū ergo fluctus uehementius insurgerēt,*
M *ac mare procellis insaniret: tūc excitant ipsum, dicentes: Domine salua nos, perimus.* Ipse aūt eos priusquā mare sedaret, reprehēdit: sicut.n. diximus ad exercitationem eorū hęc fieri permittebantur, erantq; quasi figura tētationū, ad quas essent peruenturi. Maioribus enim eos certè rerū tēpestatibus postea permisit uexari: unde Paulus quoq; dicebat, Nolo aūt uos ignorare fratres, quòd ualde grauati supra uires sumus, 1.Cor.1.b ut de uita ēt desperauerimus, qui ex tātis mortibus nos liberauit, ut hinc igitur eos doceret, quantū in eo cōsidere oporteret, cū insani fluctus insurgant: discerentq; quòd ad melius cuncta dispensat, primū ipsos increpat: nec.n. incassum ad extremū usq; terrorē eos deuenire permisit, uerū ut signū eis ingens uideretur, & perpetua miraculi memoria resideret. Nā quoniā post rem factā obliuio solet exnegligētia homines occupare: propterea priusquā signa fiāt, multa fieri permittuntur, q̄ diuturniorē memoriā faciāt. Exo.4.a Sic & Moses serpentem primò perhorruit, neq; id leuiter: deinde rem illā mirando, haud tamen citra solicitudinē contēplatur: & nunc discipuli cū iam salutē ferè desperassent, tūc saluātur. Ita ex periculorū cōfessione, magnitudinem signi perdiscunt, hac de causa ēt dormiunt. Nam si uigilantē uiderent, aut nō adeò pertimuissent, aut petere ab eo salutem, qui pericula eorum uideret, neglexissent, aut non posse ipsum fluctus sedare putassent: idcirco dormit, ut & timoris causa ipsis maior pberetur, & sensus eorū aptior ad uidenda miracula redderetur. Nam cū nō pariter ali quis sentiat q̄ in alienis fiunt corporibus, et q̄ in seipso, oportebat discipulos eius, q̄ plurimos indies liberari uidebant, ut magis obligaretur in seipsis oīpotēA tiam eius inspicere: cumq; nec claudi essent ipsi, nec cæci, nec alia ægrotatione laboraret, tēpestatem fieri permittit, ut liberati ab ea, firmā beneficiorū eius in se memoriā habeant. Propterea nec pśentibus turbis id facit, sed solos ipsos corripit, ne modicæ fidei à multitudine damnarentur, & antequā undas aquarum deprimeret, animos animorum fluctus sedauit. Corripuit.n. eos, ac dixit: *Quid timidi estis modicæ fidei?* Ad hæc causam reddidit, nō à tētationib. sed ab infirmitate mētis timorē proficisci. Quòd siqs obiB ciat, nō fuisse formidinis, nec paruę fidei, quòd eum ad saluādos ipsos excitassent. Respōdebimus, Quinimmo, illud profectò non conuenientem se de ipso habere opinionē declarabat, quod uigilantē posse tēpestati resistere nō diffidebant, dormientem uerò minimè. Nec mirū si parum adhuc credunt, qui uel post multa ēt alia signa imperfectiores fuisse uideātur. Quocirca & increpantur sæpius, ut cū ad eos di-
Mar.4.d cit: Adhuc & uos insipientes estis. Quòd si discipuli
Ioā.14.b adhuc deficiebant, qd mirum est, si turbæ nihil ad
&.c. magni, nec ultra hoiem de ipso cogitabant? Admirabātur.n. dicentes, *Qualis est hic homo, quoniā & mare & uenti obediūt ei?* Christus aūt non arguebat eos nudū hominem ipsum putantes, sed sustinebat, signisq; inducebat, ut uiderent se nō rectè opinari de ipso: hominē uerò ipsum partim usu, partim quoniā dormiret ēt ac biberet, tum ēt quia nauigijs utebatur, existimabant: propterea ēt admirabantur dicētes, Qualis est? somnus.n. & statura qua uidetur, hominē ipsum declarat. At uerò maris tāta per eū subitò facta
Exo. 14. d. trāquillitas, deum exclamat: quāq; enim & Moses tale qd olim fecerat: sed ille quasi seruus, hic uerò qua
C si dominus operatur. Nō.n uirgam ut ille tetēdit, nō manus in cœlum sustulit, non precibus indiguit: uerū ut dominus ancillæ imperās, & cōditor suæ creaturæ, sic fluctus maris depresit, frænauitq; uerbo solū atq; præcepto. Omnis enim confestim soluta est tempestas, nec uestigium fuit ullum turbationis relictum: quod euangelista ostendens, inquit: Et *facta*
Psal. 106 c. *est tranquillitas magna.* Et quod de patre quasi res grādis dictū est, & ipsum Christus effecit. Scriptū est.n. de patre: Dixit, & stetit spiritus tēpestatis: & de Christo hic scriptū est, quòd uerbo solo facta est trāquilitas magna: propterea etiā mirabātur ipsum turbę, quę certe nō adeò miratæ fuissent, si fecisset ut Moses. Verùm posteaquam à naui descēdit, mirabilius quoddam signū subsequitur: dæmonibus.n quidā repleti, quasi serui fugituui, cum dominū uiderēt clamabāt. *Quid nobis ac tibi fili dei? ueniſti huc ante tēpus uexare nos?* Nam quoniā Iesum turbę hominem appellābant, accesserunt dæmones, deitatē eius prędicātes: ita qui mare nec fluctuans, nec tranquillū audierunt, audiebant dæmones eadē ipsa clamātes, q̄ mare tranquillitate subita pdicabat: uerū ne assenta tiuncula hæc dicere uideātur, rebus ipsis probāt, dicētes: Veniſti huc ante tps torquere nos? Ideo se hoD stes antè profitētur, ne suspecta eorū supplicatio uideatur. Nā nemine uidēte flagellabātur, multoq; magis q̄ mare pauloantè, perpuncti pśentia Christi atq; incensi uexabantur, nec ferre ullo modo poterant. Accesit.n. Christus ipse ad eos, quoniā nemo illos dæmonibus terribiles adducere ad Christum audebat. Et Matthæus quidē scripsit illos dixisse, Veniſti huc ante tps torquere nos? cæteri uerò illud ēt adijciunt, quòd deprecabātur eum, & ādiurabant ne uelit in abyssum eos immittere: putarunt.n. ultimi supplicij iam tps instare, ac ideo formidine commoti, talem pœnam deprecabātur. Quòd si Lucas unum Luc. 4.f fuisse scribit, hic aūt duos, neque sic dissonātiam aliquam esse dicimus. Nam si unū Lucas solum fuisse affirmasset, discreparet certè à Matthęo: nūc uerò cū alter de uno, alter de duobus uerba faciat, nō dicūt certè pugnantia, sed aliter atq; alr rem eādem exponunt. Mihi uidetur quidem duriori dæmone uexatū, Lucæ fuisse: quocirca & tragico quasi genere calamitatē enarrat, quòd nulla uincula, nullę catenę ipsum detinerent, sed oibus disruptis miser erraret p E desertum. Marcus aūt lapidibus seipsum cædere soli Mat.5.e. tū adiecit, sed uerba quoq; sua ad ponēdam prę ocu lis crudelitatē ac impudentiam ipsorum sufficiunt. *Veniſti enim,* aiunt, *huc ante tempus torquere nos?* Nam cū non possent excusare se quòd non peccassent, ne ante tps pœnas darent, formidare uidētur. Quoniā enim iam se deprehensos in pernicios is atq; iniquis factis arbitrabantur, quibus omni quo poterāt modo creaturas Christi exagitabāt: ppea putarunt nō expectaturum ipsum cōmodius punitionis tps, sed acerbitate & magnitudine peccatorū commotum, tunc ultimis supplicijs puniturum: ideo deprecabantur, rogabant, obtestabātur. Ita qui ferreis teneri nō poterant uinculis, uincti nunc ueniunt: qui montes ferocitate arripiebāt, ad cāpos nunc humiles exeūt: qui aliorū itinera occupantes neminē transire sinebant, cū eum uidissent qui uias suas facilè obstruit, cōstiterunt. Sed cur nā in sepulchris uersantur? Quia uidelicet pernicios am opinionem ingerere hoibus conantur, quòd hoium qui abierunt, animæ dæmones fiant, quod ēt à cogitatione nostra utinam abF sit. Sed quid respondebis, objciet quispiam, cū multi aruspices aris infantes attulerint, atque immolauerint, ac animab. eorū quasi dæmonibus usi sunt? Ego aūt quòd hoies à scelestis aruspicib. atque magis occisi sint, nō negabo. Quòd uerò immolatorū hoium aiæ ipsis cooperentur, unde mihi persuadebitur? an quia ipsos dæmoniacos clamare nōnunq; audisti, aia talis ego sum? Verùm hæc quoque oratio à fraude atque deceptione diabolica est. Non.n. aia defuncti est q̄ ista dicit, sed dæmō qui hæc ut audientes decipiat, defingit. Nā si posibile esset aiam hoīs in dęmonis substātiam transire, multò facilius posset in corpus suum redire. Præterea q̄ ratio inducet nos, ut credamus aiam cui illata iuiuria est, illi ipsi patrocinari, qui sibi iniuriam intulit: aut hoiem posse facere, ut incorporea uirtus in aliā substantiā transmutetur? Nā si est de corporib. impoſsibile, ut unq; hois corpus in asini corpus transmutetur: quātò minus inuisibilē animā in substantiam dęmonis transformare posibile erit? Quare uetularum hæc uerba, immo desipientiū ducenda sunt, & puerorū ludibria, Nec enim potest aīa è corpore separata in

G his regionibus errare. Iustorum animæ.n.in manu dei sunt. Infantium quoque similiter, non.n. peccarunt. Peccatorũ uero post hũc exitũ cõtinuó abducũtur, quod à Lazaro & diuite planum efficitur: sed alibi quoque dominus ait, Hodie aiam tuã abs te repetent. Nõ igitur potest aia cũ à corpore abscesserit, apud nos hic errare: nec id iniuria. Nam si qui iter faciunt, cũ in ignotas regiones inciderint, nescĩũt, quò ituri sint, nisi ducẽ habeant: quãtò magis anima relicto corpore, cũ nouam omnino sibi uitam & uiã ingrediatur, quò itura sit ignorabit, nisi ducem consequatur? Multis è locis scripturæ cõprobari potest, non errare hic post mortem iustorum hoium aias.

Nam & Stephanus ait: Suscipe spiritum meũ. Et Paulus resolui, ac eẽ cũ Xpõ desiderabat. De patriarcha quoq; scriptura dicit: Et appositꝰ est ad patres suos: mortuus est in senectute bona. Quòd uero nec peccatorum animæ hic cõmorari possunt, diuitem audias quid dicat, perpendasq; quid petit, & nõ impetrat. Quòd si possent aiæ hoium hic cõuersari, uenisset ipse ut cupiebat, & suos de tormẽtis inferni fecisset certiores: quo ex loco scripturæ illud ẽt aptè patet, quòd post exitum à corpore in locum quẽdam certum aiæ deducuntur, unde redire sponte sua nõ possunt, sed terribilem illum iudicij diẽ ibi expectãt. Quòd si quis dicet, & cuius rei gratia dæmones petierunt, ut.s.ad gregẽ porcorũ possent proficisci, idq; sibi Christus permisit? Certè non illorum gratia id fecit, uerũ ut multa hinc disp̃sando doceret. Primũ enim qui liberati à dæmonib. erant, facilè hac ex re intellexerunt, quantũ doloris insidiatores sui dæmones habuerũt. Deinde & oẽs hinc discimꝰ, ne in suos quidem impetum facere dæmones audere, nisi permittat. Tertiò docemur, nisi uel in ipsa calamitate dæmoniaci diuina prouidẽtia iuuarẽtur, multa peiora sibi à dæmonibus fierent, q̃ tunc in porcos illata sunt. Nam quòd maiori hoies odio habeant, q̃ exptes rationis animãtes, nullus unquã dubitauit. Quare q porcis non pepercerunt, sed cõfestim cũ sibi cõcessum est, in p̃cipitia cõpulerunt: multò magis homines quos incoluissent, in desertum abegissent, nisi diuinitus retinerẽtur. Vnde manifestũ est neminem esse, qui absque diuina gratia uiuat. Quòd si non eodem modo cuncti eam p̃cipiamus, hoc ipsum certè prouidentiæ quædam species est nõ minima, cũ ad id quod unicuique confert gratia prouidẽtiæ accõmodetur. Ad hæc ẽt illud discimus, non cõmuniter solùm omnibus deum prouidere, uerùm ẽt unicuique seorsum: quod etsi discipulis ẽt adaperuit, cũ dicit, pilos quoq; capitis sui enumeratos esse: tamen & ab his dæmoniacis planè id perficitur, de quibus iam omnino actum fuisset, nisi diuina cura coseruarentur. His igitur de causis cõcessit in porcorũ gregẽ abire, ut simul oẽs qui regionem illam habitabant, quanta esset uirtus eius nõ ignorarent. Nam ubi magna fama de ipso erat, ibi non minimum se ostendebat: ubi uerò minus cognoscebatur, nec quicquam de eo ferebatur: ibi miraculis ideo magis effulgebat, ut eos ad cognoscẽdum deitatẽ eiꝰ attraheret. Ipsi uerò sic insensibiles fuerunt, sicut euẽtus rerum docuit, ut cũ admirari, adorareq; uirtutem ipsius deberent, repellerent potius hortarẽturq; à finibus eorũ recedere. Sed quare à dæmonib. porci interempti sunt? Semper in deiectionẽ animos hoium ĩtrudere dæmones studuerunt, sempq; gaudent cæde ac uastitate, qđ & princeps eorũ diabolus aduersus Iob fecit: cũ sibi deus petenti cõcesserit, nõ sui gratia, uerũ ut seruum suum faceret clariorẽ, & impudentiã diaboli deprimeret, ac in caput suũ cũcta, q̃ aduersus iustum excogitarat, cõuerteret. Nam et hic oppositũ certè factũ est, q̃ dæmones optauissent, cũ & Christi uirtus p̃clarè p̃dicaretur, & eorum malitia, & durities, ac impotẽtia manifestius appareret: ita ut nec in porcos habere potestatẽ uideantur, nisi creator oĩum deus cõcesserit. Hæc siquis ẽt anagogicè uelit accipere, nõ prohibemus, dum rerum ueritatẽ ita secundum historiam habuisse se credat, ut euãgelista p̃scripsit. Scire tamen licet, multos hoies, qui porcorum more nõ hoium uiuant, facilè à dæmonibus inuadi solere: qui quousq; aliqd hominis sapiunt, forsan effugere poterint: Si uerò porci oĩno fient, non à dæmonibus solùm exagitabuntur, uerũetiam per p̃cipitia deferentur. Sed nẽ fictam fabulam hoc esse putes, sed firmiter credas expulsos ab hominib. dæmones fuisse: porcorũ interitus efficit. Tu uerò non omnipotentiã eius solũ, sed ẽt clementiam considera. Nam cùm à regione sua, qui hæc miracula uiderunt, eum ingrati abigerent, nõ repugnauit, sed cessit: ac ipsos, qui se sua doctrina indignos faciebãt, reliquit. Illi tamen qui à dæmonib. liberati erant, remãserũt miraculi expositores, ut ab eis q̃ facta erãt oẽs percipere possent: ipse aũt etsi recessit, timorẽ tamen ab eis nõ abstulit. Magnitudo n.damni atq; iactura porcorum signi famam augebat, & undiq; miraculi nouitas p̃dicabatur, ab his qui liberati erant, à porcorũ dominis, ac ẽt à pastoribus ipsis. Hæc si altius consideras, ẽt nunc fieri uidebis, multosq; inuenies in sepulchris dæmoniacos, quos ab insania sua non ferrũ, nõ catenæ, nõ multitudo hoium, nõ exhortatio, non terror, nõ minæ, nõ aliud quid huiusmodi abducere potest. Quid.n.luxuria corruptus atq; petulãs, qui ad oẽm corporis formã hiscit, à dæmoniaco differt? nõ uidetur nudꝰ ambulare, sed corporeis quidem uestibus amictus est, ueris aũt uestimentis priuatus, summa hominis gloria caret: nõ lapidibus seipsum cædit, sed sceleribꝰ, q̃ lapidibus duriora asperioraq; sunt. Quis igitur hunc hoiem iuuare poterit? quis eum à petulantia remouebit? quis ei persuadebit, ut lasciuiã aspernetur? Quo fit, ut nunq̃ sit in seipso, sed semper in sepulchris uersẽtur. Sepulchra.n.profectò sunt meretricum diuersoria, cũ multo fœtore, multa putredine, multa immũditia sunt repleta. Ac auarus, nonne talis est? Quid.n.ipsum ligare poterit? Certè nõ timor, nõ quotidianæ minæ, nõ exhortationes, nõ consilia: omnia.n.hęc uincula spernit, ad iuratq; oẽs qui eum à cupiditate auri remouere uolunt ne faciant, suppliciũ putans esse maximũ nõ uiuere in supplicio. Quid.n.miserius auaro? Nam dæmoniacus uerbo Christi abactis dæmonib. liberatus est, pecuniæ aũt seruus Christo nõ auscultat: nã &si quotidie Christum audit p̃dicantem, Nõ potestis deo seruire ac mãmonæ: & si gehẽnæ terror incutitur, ac inferni pœnæ imminere dicuntur, nõ credit tamen, nec Xp̃i uerbo credit, nõ qa robustior ipso sit, sed quia nolẽtes nos ad uirtutẽ Xps nõ adducit: idcirco ẽt quamuis celebres habitet urbes, desolatus tamen est. Quis.n.mentis compos, cum hmõi hominibus cõuersabitur? Nam mea quidem sententia, cum mille dæmoniacis habitãdum potius esset, quàm cum uno qui hoc morbo laboraret: quæ qui

Sap.3.a
Luc.12.c
Animæ post mortem nunquã huc redeunt.
Acto.7.g
Phil.1.c
Gen.25.a
Luc.16.f
Luc.12.a
Iob 2.b
Sepulchra
Auarorũ detestatio.
Mat.6.b. & Luc.8 c.

A dem sententia mea ab his q̃ utrique patiuntur, probari facilè potest. Nã æris quidem auidi beneuolos, nisi utiles sibi sint, inimicos dicunt: & liberũ hominem, si possent, libenter in seruitutẽ suam redigerẽt: dæmoniaci uerò nihil huiusmodi faciũt, sed ipsi soli suo malo laborant. Et illi qdẽ multas domos euertunt, nomenq; dei propter ipsas blaphemant, cõmunis ęrumna ciuitatũ, atque orbis totius: dæmonibus autẽ exagitati lachrymas nobis ita mouent, ut eorũ facilè misereamur. & isti nõ sentiũt plerunque quod agunt, illi præmeditati oĩa faciunt in medijs urbibus bacchantes, ac nouã insanientes insaniam. Quãdo enim oẽs simul dæmoniaci tantũ facinoris committent, quantum ludas solũ cõmisit? Qui ad extremam iniquitatẽ turpi pecuniarum ardore deuectus est, pariterq; oẽs qui auaritiam illius imitantur, quasi ferę bestię à catenis solutæ, cũctos homines nullo resistẽte perturbant ac lacerant: & uincula quidẽ ut etiã his undiq; conjecta sunt, iudicij timor, legũ terror, multorum odia, cæteraq; huiusmodi: sed his ruptis oĩa perturbant: quòd siquis hos nexus oĩno ab

B eis auferret, tũc uideres peiore hos dæmone, quã dæmoniacos, ac fortiore uexari. Verùm quoniã id facere non possumus, saltẽ oratione ita fingamus, ut cũ omnes catenas ab eo mẽte abstulerimus, clarè insaniã eius p̃spiciamus. Sed nolite atrocitatẽ bestiæ cũ adaperta fuerit formidare: nã hęc nõ ueritate rerum facimus, sed sola oratione cõfingimus. Fingite ergo uidere tetrum quendam homine, qui ab oculis ignẽ emittat, cui ex utroque humero dracones pro manibus dependeãt, cuius os cauernę instar magnitudine sit, i quo prodẽtibus acuti enses stẽt, ex lingua uenenosus fons scaturiat. Vẽter omni fornace sit ardẽtior, cũcta quæ immittũtur subitò cõsumens, pedes alati uẽtis uelociores, facies canis, ac lupi simul facie ostẽdat: nec hominis uocẽ emittat, sed in suaue qddã atq; terribile mugiat, is ad hæc oĩa faces ardẽtes in manibns teneat. Mira hęc forsan uobis uidentur, sed nondũ dignè ipsum descripsimus, seq etiam debent horũ instrumẽtorum effectus: itaq; imaginemur eũ obuiã factos iugulare, carnes eorum lacerare ac deuorare. Sed quid facio? Nã & hoc descripto, multò truculẽtior est auarus, in oẽs ut mors insiliens, oẽs ut infernus deglutiens, communis generis hominũ hostis: quippe qui uellet res omniũ sibi arrogare, nec finẽ hic facit, uerùm cum undiq; cupiditate cuncta collegerit, ipsius etiã terræ substãtiam

C in aurũ commutari uellet, fontes ac fluuios argento optat defluere. Verũ, ut uideatis nõdum nos insaniã illius oratione assecutos, fingamus à nemine ipsum accusari, nullũ sibi terrorẽ imminere: nõ à iudicijs, nõ à cõsuetudine hominũ, non à legibus, & tũc uidebis ipsum arrepto ense oẽs interimere, nulli parcere, nõ amico, nõ cognato, nõ ipsis parẽtibus: sed quid plura? interrogate auarũ si hęc secum quotidie uersat, si oẽs cogitatione inuadat amicos, cognatos, parẽtes. At nec interrogare quidẽ ipsos opus est. Scitis enim oẽs, quòd qui hoc morbo premũtur, & uitam parẽtum senũ grauiter ferunt, & dulce illud & natura suauissimum liberorũ donũ aspernantur: unde factum est, ut multi sterilitatẽ uxorũ herbis excogitarint, ac naturã orbã effecerint, qui & si filios natos nõ interfecerunt, attamẽ ne omnino nascerẽtur effecerunt. Quare nolite admirari, si sic auaros descripsimus, cũ uideatis nõ potuisse nos prauitatẽ eorũ oratione as-

seq; sed cõsiderate quomodo poterint ab hoc acerbissimo dæmone liberari. Quo pacto igitur liberabũtur? Si p̃suaderi sibi certè poterit ipsi dimẽto auaritiã esse maximo ad cõqrendã grandẽ pecuniã. Quęstus enim cupidi, parui sp̃e lucri magnas plerũq; faciũt iacturas. Nã multi cũ magnis locare pecuniã studeãt usuris, cupiditate lucri minus diligẽter cõditionẽ eorũ examinauerunt, qbus pecuniã crediderunt, atq; ita sortis quoq; ipsius iacturã fecerũt. Multi cũ in magna pericula deueniissent, qa parua sẽ pecunia redimire noluerunt, uitã unà cum opibus amiserunt: multi cũ aut dignitates, aut huiusmodi aliqd adipisci pecunia potuissent, propter auaritiã omnia perdiderunt: nec mirũ, nã qui seminare negligunt, ac semper ad messem se prẽparant, ipsius etiã messis expertes plerũq; remanserũt. Nemo est quippe qui semper metere, aut semper emolumẽta cõsequi possit: ita cũ uelint impẽsas fugere, nec lucrari sciũt, quod una in re facilè perspicere potestis. Nam si uxorẽ ducere uolunt, aut decepti inopẽ pro opulenta eligũt, aut propter diuitẽ ductam maiora damna suscipiunt. Nõ enim uxores, opes, sed uirtus diuitias p̃parat. Nã quę utilitas maximæ dotis est, cũ inepta, prodiga uxor sit, cũ ut uẽtus oĩa dissipet? Quid porrò si lasciua, petulansq; sit, quã mille consequãtur amãtes? Quòd si etiam ebriosa, nõne citius in summã maritum depelet paupertatẽ? Hæc oĩa uobiscum, oro, sępius uersate. Nã a rebꝰ futuris siue gehẽna, siue regno cœlorũ nõ possum uobis prodesse. Si.n.auari estis, nõ rectè sermonẽ de illis rebus accipietis: si ergo damna & iacturas, quas sæpe cupiditate q̃stus fecistis, uel in mutuò dando, uel in emendo, uel in uxorẽ ducẽdo, uel in tutelis, ac alijs huiusc̃modi pręoculis semp habebitis, facilè pp hoc ipsum quod ęris audi estis, auaritiã cõtemnetis, & sic tam præsentem uitã tutius agetis, quã animi oculis aliquando adapertis solem perspicere, ac supremę philosophię poteritis instituta p cipere: Quibus efficietur, ut uitã æternam consequamur, ad quam omnes perueniamus, gratia & miseri cordia domini nostri Iesu Christi, Amen.

Homilia.xxx.ex capite.ix.

T ascendẽs in nauiculã trãsfretauit, et uenit in ciuitatẽ suã. Et ecce offerebãt ei paralyticum iacentẽ in lecto. Videns autẽ Iesus fidẽ illorũ, dixit paralytico: Cõfide fili, remittũtur tibi peccata tua. Propriã hic ciuitatem eius Capernaũ apellauit. Bethlehem enim ipsum tulit, Nazareth educauit, sed Capernaũ perpetuũ ipsius erat habitaculũ. Paralyticus certè hic nõ est ille, de quo Ioãnes fecit mẽtionem. Nã ille apud piscinam Hierosolymis iacebat, hic in Capernaũ: & ille triginta & octo annis laborauit, de hoc uero nihil tale adscriptũ est: p̃terea nullos ille habuit ministros, hũc afferri ad Iesũ ministris uidemus. Ad hęc, Cõfide fili, dixit huic, remittũtur tibi peccata tua. Illũ uerò ĩterrogauit, an uellet sanꝰ fieri: accedit quod in sabbato illũ curauit, hũc uerò nõ ĩ sabbato. Nihil enim tale hic accusare Iudęi uidẽtur. Postremò post hoc signũ tacuerũt Iudęi, post illud ĩportuni pseq̃bãtur. Hęc nõ ociosè dixi, sed neqs unũ eundẽq; putãs esse, dissonãtię miracula euãgelio afferat. Tu uerò q̃ clemẽs, quãq; humilis sit dominus cõsidera. Nã & antea turbas miti animo remouit, & à Gadarenis pulsus nõ restitit, sed recesit, non procul tamen: rursusq; cũ ẽt posset pedes trãsire, nauigio se ac discipulos traiecit. Non.n.semper signa facere uolebat, ne

Suprà. 8 d.
Ioan. 5.d
Ibidem.e

G humanitatis suæ mysterio derogaret. Matthæus igitur, Attulerũt eũ, inquit: alij autẽ per tectũ demissum
Mar.2.a. & Luc. 5.d fuisse describserunt, ac ita Christo propositũ, ut nihil à ministris, qui fide adducti rem totã ei reddiderũt, diceretur. Nã etsi in principio ꝓdicationis non tantã ab adeuntibus fidẽ postulabat, postea tamẽ nõ à laborãtibus solũ, uerumetiam à ministris flagitari fidem nonnunquã uidemus, ac maximè quãdo ægrotantes morbo impediti, non rectè sapiunt: sed hi quoq; ut paralyticũ demiserũt, crediderunt. Videns enim, inquit, fidẽ eorũ: & paralyticus ipse nisi credidisset, demitti profectò nõ uoluisset, quoniã ergo tãta illi fide aduenerũt, propterea dominus quoq; uirtutẽ suã magis ostendit, summa cũ potestate à delictorũ uinculis ipsum dissoluẽs, ut ex omnibus his patri se demõstraret æqualẽ: quę qdẽ altius mihi repetẽda esse uidentur. Manifestã igitur fecit potestatem suam, cũ
Suprà.8. a. ad leprosum dixit, Mũdus esto: cũ Centurionem, dicẽte uerbo solũ, & sanabitur puer meus, dicentẽ magnis
Ibid. laudibus extulit. Cũ mari frenũ uerbis imposuerit,
Ibidem.c cũ dæmones qui iudicij potestatẽ eũ habere cõfitebãtur, quasi dominus eiecerit: nunc rursus alio quo-
Suprà 8. d. dã, multoq; maiori modo inimicos suos cogit: ęquale se patri uerbis suis cõfiteri: nã ipse omnẽ ambitionẽ fugiẽs, quoniã magna erat multitudo circunfusa, adeo ut oi obstruso introitu à tecto paralyticũ demiserint, noluit statim corpus curare, uerũ ut ab inimicis sibi occasio traderetur, latentẽ atq; abditã curã animę cõtulit, cũ peccata dimisit. Quod quidẽ & paralytico necessariũ erat, & ipsi nimiũ gloriosum non erat: hæc Iudęi cũ prauitate animi uexati reprehenderunt, maiora uideri inuiti oĩa perfecerunt. Sapientia.n. eius factum est, ut ex inuidia eorum multò magis signa apparerẽt. Videamus igitur posteaquã illi turbati dixerũt: Hic *blasphemat.* qs potest peccata dimittere nisi solus deus? Videamus, inquã, qd ipse ait? utrũ opinionẽ eorum improbauerit, an potius cõprobauerit: nisi enim ęqualis esset patri, dixisset: Certè rectè sapitis, procul egò absum à tãta potestate: nũc uerò nihil horũ dixit, sed cõtrà tã uerbo ac signo afirmauit. Ita quoniã solet esse audiẽtibus molestum, ut aliquis de seipso apertius dicat, aliorũ uermibis & signo deũ se, patriq; æqualem esse ostendit: & quod mirabilius est non p amicos solũ: uerumetiã p inimicos hoc peragit, ut & uirtutis & sapiẽtię suę pelagus pateat. Per amicos qdẽ quando dixit, Mũdus
Ibidem.f & Luc. 5.c esto: &, Quoniã nec; in Israel tantam fidem inueni.
Sup. 8.b. Per inimicos uerò nunc cũ enim illi dixissent, neminẽ posse peccata dimittere, nisi solũmodo deũ, intulit: *Vt uideatis quia potestatẽ habet filius hominis dimittere peccata in terra, tũc dixit paralytico: Surgens tolle grabbatũ tuũ, & uade in domũ tuã.* Nõ autẽ hic solũ id fa-
Ioã. 10.g cit, sed alibi etiã cùm inimici sui dicerent. Nõ de bono ope, sed de blasphemia lapidamus te, & quoniã cùm sis homo, deũ teipsum facis. Non refutauit opinionem illorũ, sed approbauit dicens: Si nõ facio opera patris mei, nolite credere mihi: sin autẽ facio, si mihi nõ creditis, saltẽ operib⁹ credite. Verũ hic aliud signũ deitatis suę, & quod patri ęqlis esset, nõ parũ ostendit. Illi.n. murmurantes, secum dicebant: Peccatorum dimissionẽ esse solius dei. Ipse uerò non solũ peccata dimisit, sed occulta etiam cordiũ, quæ nosse solius dei est, manifestauit. Non.n. apertè, sed secũ, hic blasphemat, dixerũt. Iesus autẽ motus animorũ non ignorans: *Cur*, inquit, *mala cogitatis in cordibus ue-*

stris? Quòd uerò dei soli⁹ sit secreta cordiũ nosse, au K
di prophetam dicentẽ: Tu nosci corda solus: & rur 3.Re. 8.d
sus, Scrutãs corda & rhenes de⁹: & Hieremias, Graue & 2.Pa-
cor est super oĩa, & homo est, & quis noscet eũ? & ralip. 6.f
Homo uidebit in faciẽ, deus aũt uidebit in cor: mul- Psal. 7.c
tis quoque alijs ꝓcipere possumus solius esse dei mẽ Hie. 17.b
tem ac animos hoĩum cognoscere. Quare ęqualem 1. Re. 16.
patri se ostendit, qui q̃ inimici sui secum cogitabãt; b.
nec audebant multitudinem timentes proferre, hæc
oĩbus summa eis clementia reuelauit. Quòd si turbationis aliquid ferre quempiam oportebat, ægrotum magis oportebat, qui quasi deceptus potuisset exclamare: Ego ad curandum corpus ueni, hic uerò ad curãdum ãiam refugit: unde nanque manifestũ est, dimissã mihi eẽ peccata mea? Nũc uerò ille nihil huiusmodi dicit, sed seipsum curãtis potestati syncerè atque integrè tradit. Scribæ aũt pertinacitate atque inuidia beneficijs aliorum insidiãtur, idcirco ẽt clemẽtissimè ipsos increpat, re potius q̃ uerbis, ut discere uideatur: Si nõ creditis posse me peccata dimittere, & tumoris quodam afflatu id me arripere putatis, quod nõ habeam: ecce ad illud hoc quoque adjL
cio, qd secreta uestræ mentis reuelabo, & ad hęc tertiũ rursum addo, paralytici corpus, firmũ illico, atq; robustũ cõstituens. Illud uerò non ꝓtermittendum, quòd quãdo peccata paralytici dimisit, nõ aptè potestatẽ suã manifestauit. Nõ.n. dixit, dimitto tibi peccata tua: sed, dimittuntur tibi peccata tua. Inimicis aũt urgentib. manifesti⁹ suã potestatẽ ostẽdit. Ait. n. ut sciatis quia potestatem habet filius hois in terra peccata dimittere: perpendisne q̃ longè abest, ut nolit æqualis putari patri? Non.n dixit potestatem habere à deo filium hois, aut quia dedit sibi deus potestatem, sed potestatẽ habet filius hois: nec ad gloriam dico, ait, sed ut uobis pstuadeã quia nõ blasphemo, cũ meipsum patri ęqualem faciam. Sed & alibi, certa firmaq; signorũ uult argumenta pbere: ueluti quãdo dixit, Vade & ostẽde teipsum sacerdoti: quã Supr.8.a
do socrum Petri ad ministrationem usque cõfirma Ibidem.b
uit: quãdo denique in ꝑcipitia porcos abire permi- Ibidem.d
sit: sed i hoc loco quòd peccata uerè dimissa essent, subita curatione corporis, quasi certo quodã argumento è uestigio cõfirmauit. Quòd uerò corpus cuM
ratũ erat: quoniam grabbatũ tulit, ac abijt, dubitari nõ poterat. Hęc itaque facta sunt, nequis putaret ficta phantasmata uidere, nec tamen prius eũ curauit, q̃ ipsos interrogauerit. *Quid sit facilius dicere, dimitti untur tibi peccata; an tolle grabbatum tuum, & uade in domum tuam?* Hoc uero huiusmodi est, utrũ uobis facili⁹ uidetur, dissolutũ corpus, cõfirmare, an aię peccata dimittere? Nec est dubiũ qñ cõfirmatio imbecillis corporis facilius sit. Nã quanto aia corpore ꝑstantior, tãto curatio eius curatione corporis maior ac difficilior: uerũ quoniã alterũ latet, alterũ patet, minus quoque ac manifesti⁹ adijcio, ut illud magis ac iuisibile cõfirmatius, certiusq; adhuc manifestẽ reddatur: sic ope ipsõ tã illud subaudiebat, qd Ioã. Ioan.1.d
dixit: Ipse tollit peccata mũdi. Mittit aũt eũ cũ sanasset in domũ suã, partim ut humilitatẽ ostẽderet, qd eũ nõ retinuerit: partim ne multi nõ signũ uerũ, sed phantasmate factũ dicere auderent: qui.n. morbi testes erãt, hos & sanitatis testes esse uolebat: ut dicere uideatur, Ego qdẽ optassem ꝑsentes oẽs, q cũ corpore sani sint, aia tamen uehemẽtius ægrotãt, his q̃ inter uos facta sunt, ad sanã mentẽ reduci potuisse:

sed quo

A sed quoniam nolũt, uade in domũ tuam, ut saltem tuorum mentes ab ægrotatione reuoces. Videsne quemadmodũ tam corporũ, q̃ animarũ conditorẽ se esse ostendat? Nã utriusq; substantiæ morbũ curauit, & occultũ manifestè patefecit. Sed nihilominus etiã humi turbæ adhuc iacent: miratę nanq; fuerãt, cũ hoc uidissent, & glorificauerunt deũ, qui tantam dedit hominibus potestatẽ: sed mẽtes eorũ assiduis operibus excitabat, & ad sublimius sapiendũ adducebat. Nõ.n. paruum uidebatur, quòd cęteris hominibus maiorẽ, & à deo ipsum uenisse arbitrarẽtur: q̃ si firmo animo tenuissent, hac uia à minoribus ad maiora procedẽtes, cognouissent profectò dei filiũ fuisse: sed nõ seruauerũt hęc tenaciter, propterea ad excellentiora progredi nõ potuerũt, sed mutato animo rursus dicebant: Hic homo nõ est à deo. Et qũo ipse à deo est? Quæ assiduè uertebant secũ, quando perturbationibus animi uicti, huc & illuc incostãter ferebantur: qd etiã nunc multi faciunt, cũ æquo animo oporteat perferre, suis perturbationibus incitati, deũ ipsum ut credant, ulciscuntur: qui cũ posset in
B basphemantes fulmina iacere, Solẽ tamen suũ oriri
Mat.5.g super oẽs facit, imbres demittit, cętera; omnia clementissimè præstat. Ipsum igitur imitemur, ut oportet exhortemur, cęteros ad uirtutẽ quieto animo ad moneamus, nulla ira, nulla ferocitate moueamur. Nec.n. deo nocuisti, si blasphemasti iratus, sed gladiũ in te ipsum cõuertisti: quare ingemisce, lachryma: lachrymis.n. dignus est qui peccat: ꝓterea nullum lachrymis melius remediũ est ad hęc peccatorum uulnera: humilitas.n. atq; cõtritio cordis oẽm uim superat. Et considera quoniã ipse deus nobis tam ueteri, q̃ noua scriptura tunc loquitur, cũ uideatur cõtumelijs fuisse iratus. In ueteri.n. scribitur: Populemeus qd
Mich.6.a feci tibi? In noua uerò: Saule Saule quid me perseque
Act.9.a ris? Paulus.n. cũ omni mansuetudine iubet aduersarios alloqui: sed & ipse Christus cũ accessissent discipuli, rogassentq; uti ignẽ de cœlo demitteret, uehe-
Luc.9.g menter ipsos increpauit dicẽs: Nescitis cuius spiritus estis uos. Hic quoq; nõ dixit, quid cogitatis scelesti, inuidi, & salutis humanę hostes: sed, *cur mala in cordibus uestris cogitatis?* Oportet ergo clementer ęgritudi-
C nes animi remouere; nã qui humano timore melior factus est, ad prauitatẽ rursus citò redit: propterea zizania iussit mitti, ut pœnitẽtię tempus pręberetur.
Mar.13.d Multi certè tanta pœnitentia cũpuncti sunt, ut cum antea peruersi essent, electissimi postea inuenirẽtur: ut Paulus, ut publicanus, ut latro, qui cũ prius zizania essent, in optimũ triticũ mutati sunt: q̃ quidẽ mutatio in seminibus impossibilis est, at in uolũtate facilis, atq; procliua. Nõ.n. naturę terminis ad bonum aut ad malũ uoluntas diuisipatur, sed libero honoratur arbitrio. Quare cũ inimicũ ueritatis aliquẽ uideris, oĩ studio atq; cura conare ad uirtutẽ reducere, primũ uiuẽdi exẽplis, deinde orationis grauitate, ac postremũ patrocinij & auxilij copia. Non graueris omnia emendationis genera percurrere. Imitandi sunt.n. boni medici, qui non uno curationis modo utũtur: sed cũ uiderint primis remedijs non esse depressum morbũ, alia atq; alia rursus excogitãt: & aliquando qdẽ ligãtes mẽbra, doloribus dolores excutiunt, aliquando uerò incidũt, ita multis uarijsq; medendi generibus tandẽ corpus ad sanitatẽ reducũt. Quare pariter ẽt tu animarũ medicus factus, omni curatiõis modo sẽdm leges Christi utaris, ut & operum tuorũ, & aliorũ salutis mercedẽ accipias. Nam D
qui hęc in gloriã dei facit, ipse quoq; gloriam conse- Ioã.12.d
quetur. Glorificabo.n. inquit, eos qui me glorificãt. Quare omnia ad gloriã dei agamus, ut æternam re quem adipiscamur. Ad quam oẽs utinam peruenia mus, gratia & misericordia domini nostri Iesu Xpi, cui cũ patre, simul atq; spiritu sãcto gloria, imperiũ, honor nunc & semper: & in secula seculorũ, Amen.

Homilia.xxxi.ex cap.ix.

T *cum transisset inde Iesus, uidit hominem sedentem in teloneo: Matthæum nomine, & ait illi: Sequere me, &c.* Cũ ingens signũ mirabili cura
e tione paralytici fecisset, nullã ibi morã contraxit, ne scribæ maiori uidentes ipsum arderent inuidia: sed recesit, ut turbationẽ eorum mitigaret: quod nobis quoq; faciendũ est. Non.n. debemus cominus in ad uersarios insurgere, sed ulceribus eorũ mederi cedẽtes, ut dolor eorũ mitigetur. Sed cuius rei gratia nõ cũ Petro, simul ac Ioãne, & alijs discipulis ipsum uocauit? Certè quemadmodũ tunc ad illos accesit, uocauitq; quãdo obtẽperaturos sciebat, sic Matthæũ quoq; nunc uocauit, quando miraculorũ fama perE
domitũ, minimè reluctaturũ uidebat. Qua de causa Actio.9.a
etiã Paulũ post resurrectionẽ piscatus est. Nã q corda scrutatur, & occulta mentiũ perspicit, is ẽt quãdo unusquisq; ad obediẽdũ paratus erat, nõ ignorauit: Rom.8.c
propterea nõ cõtinuò incipiens quãdo durior fuit, sed post mille miracula, & insignẽ atq; prouulgatã famã, aptiorẽ iam ad obtemperãdũ uocauit. Sed nõ est ab re grandẽ euangelistæ philosophiã admirari, qui anteactã uitã suam non celauit, & nomen suum adscripsit: qd alij mutata appellatione occultauerãt. Sed cur dixit, in teloneo sedisse? Virtutẽ uocantis uoluit ostẽdere, qui nõ imposito adhuc fine prauę publicanorũ conuersationis, è medio malorũ pelago ipsum abstraxit, sicut beatũ Paulũ quoq; furentẽ, ac omni rabie ardentẽ, & ignẽ ecclesię inferentẽ, reduxit. quã uocãtis uirtutẽ, ad Galatas scribẽs expresit, Galat.1.c
cũ dicat: Audistis fratres aliquando cõuersationem meam in Iudaismo, quia supra modũ persequebar ecclesiã dei, & expugnabã ipsam. Piscatores quoq; à F
medijs operibus suis uocauit. Sed piscatura quoddã Piscatũra non tuperatur.
artificiũ est, quod quãuis rudiorũ hominũ sit, nihilominus non uituperatur: publicanorũ aũt studia & exercitatio, impudẽtię ac crudelitatis plena sunt, q̃stus, nota illiberalis, turpis quędã mercatura imo rapina lege seculari concessa, q oia non erubuit, dominus, si sibi amicũ fecit publicanũ: nec mirũ, quando nec meretricẽ erubuit, quã nõ à fornicatione solum eripuit, uerũetiam pedes osculari permisit. Venit.n. nõ ut corpora solũ curaret, uerumetiã multò magis ut ægrotis animis incolumitatẽ pręstaret: qd planũ in paralytico fecit, cuius cũ peccata dimiserit, tũc ad Matthæũ accesit, ne turbarentur si publicanũ uide Suprà.a
rent in discipulorũ consortio collocatũ. Nam q potest delictorũ dissoluere uincula, cur mirũ est si peccatorẽ, apostolũ fecit? Vidisti uirtutẽ uocantis, discenunc uocati obedientiã. Nõ.n. repugnauit, nec ambigendo secũ dixit: putãsne publicanũ peccatorẽq; me rectè absq; fraude uocauerit? Non est.n. huiusce modi humilitas laudabilis: sed cõfestim ita obtẽperauit, ut nec domũ quidẽ ad cõmunicandũ rem cũ suis profectus sit, uerũ sicut piscatores prius retibus unà cum nauigio, atq; patre relictis: sic iste publico officio & quæstu relicto, sequebatur, sic præparatũ

G animũ atq; prẽmeditatum ostẽdens, sic ab omni secu-
lari negocio seipsum eripiẽs, mirabili hac obediẽ-
tia testimoniũ uocãti perhibuit, quod opportunè ip
sum uocauerit. Sed cur iã, inqes, nõ de omnib⁹ scrip
sit quomodo uocati sunt, sed de Petro, Iacobo, Ioã-
ne, atq; Philippo solũ, de cęteris uerò nihil? Quia isti
maximè in humili artificio, atq; turpi ꝗstu uersaban
tur. Quid.n. publicano peius, aut piscatura humili⁹?
Philippũ etiam nõ fuisse insignẽ, à patria eius planũ
fieri potest, idcirco de his maximè scribunt. Qua de
causa cũ laudabilia narrãt, supectos habebis: prẽser
tim cũ multa signa & miracula breuiter transcurrãt,
crucis uerò patibulũ, quod opprobrij plenũ esse ui-
debatur, exactissimè prosecuti sunt, discipulorumq;
studia, artificia, ꝗstus, contemptũ, & ipsius magistri
progenitores q turpitudine aliqua detinebãtur, ma-
gna uoce in mediũ proferũt. Patet ergo quãta sibi es
set cura ueritatis, cũ nihil ad gratiã, nihil ad ostẽtatio
H nem ambitiosè conscripserint: Verũ Matthęus voca
tus, honorẽ quoq; non minimũ consecutus est. Mẽ-
sa.n. dominni continuò dignatus, poterat facilè ma-
iora quoque sperare, qui uidebat iã sehiberè cum do
mino conuersari: quamuis Iesus non cũ illo solũ ad
mensam accubuerit, sed alijs quoq; cũ multis, quod
sibi crimini à nobilioribus dabatur, q peccatores de
pellẽdos esse censebãt: sed nec hoc ipsum celarunt e-
uãgelistę, quod ab improbis atq; inuidis ad infamiã
dicebatur. Concurrunt autẽ quasi ad cõsortem arti
ficij multi publicani, quos Matthęus lętitia non pa-
ua propter accessũ Christi muitauit, domino ita dis-
ponente, qui omne genus curationis animorũ exhi
buit, nec disputãdo solũ, aut ęgrotus curado, aut ini
micos redarguẽdo: uerumetiã comedẽdo atq; bibẽ
do, multos à uitijs ad uirtutẽ reduxit, ut nos doctio
res his omnibus efficeret. Non enim tẽpus, nec opus
ex quo nõ possimus utilitatem subducere. Et quã-
uis quę tũc appositа erant, iniustè atq; rapaciter fue
rũt acqsita, nõ repulit tamẽ ea dominus, sed assum-
psit ex illis. Magnũ.n. lucrum oriebatur, quinimmo
eodẽ tecto, eademq; mensa cũ peccatoribus utitur.
I Hæc certè bonum medicũ decent, qui nisi laboran-
tium putredinẽ ferat, non potest eos doloribus libe
rare: sed dominus malam multorũ de se existimatio
nem ad quã deuenerunt, quoniam cum publicanis
in domo publicani comederet, nõ timuit. Illi autem
Matt.11.c exprobrabãt dicẽtes: Ecce homo edax, & uini pota
tor, publicanorũ amicus, & peccatorũ. Audiant hæc
qui magnã sibi per ieiunium gloriã adipisci student,
discantque dominũ edacem, unique potatorem ap
pellatũ, nõ erubuisse. Omnia enim hęc despiciebat,
ut ad finẽ optatum peruenirẽt, sicut & factũ est. Nã
& conuertit oino, & multò meliorem publicanum
effecit. Et ut discas quantũ alijs quoque profuit, quã
do ĩ domo Matthęi cũ publicanis accubuit: audi qd
Zacchæus dicit, alius quidẽ publicanus, qui cũ Chri
Luc.e.19 sti uerba pcepisset dicẽtis, Hodie in domo tua opor
a. tet me manere: summa iucunditate pfusus, medieta
tem substantię pauperibus tribuit, & si cuiquã aliqd
calumniosè abstulit, reddidit quadrupulũ. Ad quẽ se
Ibidem.b fus, Hodie salus huic domui facta est. Recte.n. dixi-
mus, oi ex re meliores homines posse fieri. Sed quo-
1.Cor.5.c modo (inquies) Paulus præcipit, si quis cũ frater no-
minetur, sit fornicator uel rapax, cũ eo non comede
re? Primum quidẽ nõ patet, si magistris etiam hæc à
Paulo pręcepta sunt, sed nõ fratribus solũ: deinde nõ
K dum erant oino facti fratres, quos uitandos dixit.
Ad hæc, ad consortium fratrũ iam ascitos, tũc uita-
re iubet cũ in malis perseuerent. Publicani autem illi
ab illicitis cõuersi, iã meliora prosequebantur: uerũ
nihil horũ Pharisæos meliores fecit, sed discipulos
aggrediũtur, dicẽtes: *Cur cũ publicanis & peccatoribus*
magister comedit uester? Ita quãdo discipuli deliquisse
in aliquo uidebantur, Christũ alloquuntur. Ecce, in
qũt, discipuli tui faciũt quod non licet in sabbato fa
cere. Hic uerò ad oẽs discipulos Christo detrahunt:
quæ oĩa malitiosè agebant, uolentes à magistro di-
scipulorum multitudinẽ subducere. Quid autem im
mẽsa sapiẽtia domini ad hęc? *Nõ indigent*, inquit, *ua-*
lentes medico, sed qui malè habent. Perpẽdis quomodo
ad propositũ maledicta eorum conuertit. Illi culpæ
dabant, quoniam cũ huiusmodi hominibus cõuer-
sabatur. ipse uerò contra non indignũ esse aiebat, cõ
uersari cũ his q medici misericordia indigebãt. Quа-
re nõ procul à culpa tantũ hæc esse ostendebat, sed
L principale propositũ suũ, & laude maxima dignũ.
Sed ne uideatur turpitudinẽ uocãtis annectere, cùm
dicat, malè agẽtes medico indigere: illud adiecit in-
crepãs ipsos ac dicẽs, *Euntes discite quid est, misericor-*
diam uolo, & nõ sacrificium. quod dicebat, ut paruam
eos scripturarũ habere ostenderet peritiam: quapro
pter acriori quoque oratione usus est, non cõmotus
ipse, nequaquã, sed ut illos cõmoneret: & quãuis po-
Supra.a tuisset dicere, Non uidistis me paralytici mẽbra fir-
masse, peccatorũ nexus dissoluisse⁹ nihil tamẽ horũ,
sed cõmunib⁹, & probabilibus primò utitur. Deniq;
scripturas in medium adducit: cùm.n. dixerit, non
eis q rectè ualẽt, medico opus esse: sed eis qui malè
ualent, & hinc occultè seipsum esse medicũ declara-
1.Cor.9 uerit: tunc adiecit: Euntes discite qd est, misericordiã
b. uolo, & non sacrificiũ: hoc & Paulus facit. Nam à cõ
Deut.25 munib⁹ primũ, & probabilibus re cõfirmata ubi di-
a. cit: Quis pascit gregẽ, ac ex lacte ei⁹ nõ comedit? tũc
1.Cor.9 b scripturarũ testimoniũ adduxit, In lege nanq; Mosi
M scriptũ est, inquit: Non frenabis bouẽ triturantẽ: sic
Matt.18 dominus euãgeliũ annunciaturis concessit ex euan
b, gelio uiuere: at uerò ad discipulos aliter dicit: ĩ signo
et Mar.8 rum. n. memoriam reducit dicens, Obliti estis panũ,
b. & hominum quinque milium, & corbium quos tu
listis? Non sic autem ad istos nũc ait, sed communis
imbecillitatis meminisse facit, ut ex ipsorũ numero
eos etiã esse ostendat. quippe qui nec scripturarũ pe-
ritiã habebant, & omnem uirtutem negligentes, plu
rimũ in sacrificijs confidebant: id enim occultius si-
Osee.6.b gnificans, breuiter tetigit, quod pasim ab oibus di-
citur prophetis, cũ dicat, Discite quid est, misericor-
diam uolo, & non sacrificiũ: quibus uerbis probat il
los esse q iniquiter agant, nõ se: quasi dicat, cuius rei
gratia incusatis me, q peccatores ad uirtutẽ reduco?
aut cur patrem propter idipsum non incusatis? Quẽ
admodũ igitur alibi simili argumẽto utens, dicebat:
Ioan.5.d Pater meus usq; modo operatur, & ego operor: sic
in hoc loco, Eũtes, inquit, discite qd est, misericordiã
uolo, & non sacrificiũ: ut.n. ille hoc nuit, inquit, sic
& ego. Vides illa quidẽ superflua, hanc uerò necessa
riam. Neque enim misericordiam uolo, inquit, & sa-
crificium, sed misericordiã uolo & non sacrificium.
Alterum enim cõprobauit, alterũ reprobauit, osten
ditque non modò non esse prohibitum quod illi ui
tuperabant, sed longè multò quàm sacrificia cau-
tum. Cũ igitur & à cõmunibus, ac probabilibus sen

A tentijs, & à scripturis ipsos compressisset, adiecit, *Non*
ueni uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. quæ iro
Gene.3.d nicè dicere uidetur, sicut illud: Ecce Adam factus est
Psal.49 quasi unus ex nobis. Et iterũ: Si esuriero, non tibi di-
b. cã. Nã neminẽ in terris iustum fuisse aperuit Paulus,
ubi dicit. Omnes.n. peccauerũt, & egent gratia dei.
Rom.3.c Verùm quod hoc hic dicitur, uocatorũ cociliationẽ
respicere uidetur: adeo.n. procul abest, ne peccato-
res abominetur, ut eorũ causa solũ aduenisse testẽ-
tur: & ne his uerbis resupinos, ac desides faceret, qa
peccatores appellauit, ad pœnitentiã cõfestim addu
xit. Nõ.n. ut in peccato pmaneremus aduenit, sed ut
cõmutati, meliora eligeremus, uerũ cũ undique ora
eorũ partim à scripturis, partim à rerum probabilita
te obstructa fuerint, cũq; ipsi rei iã uiderẽtur, ac pec-
Luc.5.f.g cato subiecti, qa legibus & scripturis se opponebãt:
omiserunt ipsum, ac ad discipulos iterũ crimẽ trans
tulerũt. Et Lucas quidẽ Pharisæos, hic uerò Ioãnis
B discipulos fecisse dicit. Verisimile autẽ est ab utrisq;
simul factũ fuisse. Pharisæi enim cõfusionem suam
intelligentes, Ioãnis discipulos, mea quidẽ sententia,
ueluti in Herodianis postea fecerũt, secũ acceperũt.
Inuidebant enim semper Ioãnis discipuli Christo, &
multi ipsi se opponebant, tunc solũ ad humilitatẽ re
dacti, cũ Ioannes in carcerem fuit adductus. Mode-
stius. n. tunc accesserunt ad Iesum, ipsiq; nunciaue-
runt, quamuis postea ad primũ inuidię uitiũ fuerint
reuersi. Quid igitur dicunt? propter qd nos & Phari
sæi ieiunamus multũ, discipuli autẽ tui non ieiunãt?
Matt.6.c Et ecce hæc illa est ægritudo, quã Christus iãpridẽ
depellebat, dicẽs: Quando ieiunas, unge caput tuũ,
& faciẽ tuã laua: prouidebat enim quot, quantáque
uitia hinc oriãtur. Christus uerò no ĩcrepat eos acri
ter, tanquã inanem quærentes gloriam, & incassum
sese ostentantes: sed maxima cũ demẽtia respõdet,
dicens, *Non possunt filij sponsi ieiunare, donec cũ ipsis est*
sponsus. Ita quãdo publicanis dicebat, ut animos eo
rũ uulneratos curaret, acrius in exprobratores insur
rexit. Nunc uerò cũ ipsum atque discipulos suos car
perent, humillimè succurrit: quod autẽ dixerunt, hu
C iusmodi est: Concedatur tibi quasi medico ad cura
tionẽ ęgritudinũ cũ ęgrotis comedere, discipuli au-
tẽ tui cũr ieiunio spreto, comessationibus inhiãt? &
ut crimen in maius efferatur, primũ se, deinde Pha-
risæos posuerunt, cõparatione peccatũ amplificare
studentes. Nos enim, inquiunt, & Pharisęi multũ ie-
iunamus: quod alteri à Ioanne didicerunt, alteri à le
Luc.18.b ge, ueluti & Pharisæus ille dicebat: Ieiuno bis in heb
domada. Quid igitur Iesus ad hęc? Non possunt filij
spõsi ieiunare, donec cũ eis spõsus est. Se prius qdem
medicũ, nũc uerò spõsum appellauit, ineffabilia quę
dã mysteria his nominibus adaperiens. & quanquã
cũ acrimonia potuisset sic in eos inuehi, Vnde pote
stis uos huiusce modi ieiunãdi legẽ cõdere, aut quã
utilitatẽ uobis ieiunia afferunt, cum mens uestra sce
leribus repleta sit, cũ alios accusetis, criminum non
paruas ipsi trabes gerentes in oculis, cũ ad aucupan
dam hominum gloriam oĩa faciatis, cùm denique
potius inanis gloria esset eij ciẽda, & omnes uirtutes
adhibendæ, fratrũ dilectio, charitas, mansuetudo: ni
hil tamen horũ dicit, sed humillimè, ac animo equis
simo, Nõ possunt, inquit, filij sponsi ieiunare, donec
Ioan.3.d cũ ipsis sponsus est. In memoriã illorũ Ioãnis uerba
reducens, qbus ille dicebat: Qui habet sponsam spõ
sus est, amicus autẽ spõso assistẽs, & audiẽs spõsum,
D gaudio gaudet propter uocẽ spõsi. Id uerò huiusmo
di est: gaudij atq; lętitię præsens est tẽpus, nolite igi-
tur adhibere mœsta: mœstum autẽ qd ieiuniũ est,
nõ natura sui, sed cõparatione illorum qui adhuc in
firmiores sunt. Nã prouectioribus q ad sublimioris
philosophiæ fastigiũ peruenire uolunt, iucunda quę
dã res est, & ualde amabilis: & quemadmodũ ex bo
na corporis habitudine lętitia cõsequitur, sic multò
maior est animi uoluptas, ꝗdo uirtuti deditus est:
sed ad mentẽ eorũ, suspiciones q respõdit. Esaias ue-
rò de ieiunio uerba faciẽs, humilitatẽ animi ieiuniũ E*sa.*5 8
appellat. Moses quoq; pariter. Dominus autẽ nõ ex *a b.*
his quę dicta sunt, tantũmodo ipsos retrudit, uerũ- *Num.*30
etiã qa dicit: *Veniet dies quãdo auferetur ab eis sponsus,* c.
& tũc ieiunabũt. Vnde patefacit nõ uẽtris causa disci
pulos non ieiunasse, sed quadã eius dispẽsatione mi-
rabili: & simul cũ his passionis mentionem in respõ-
dendo aduersarijs fecit, ut assuescãt discipuli grauio-
ra hæc audire, & dolorẽ non aspernari: nã ad eos ip-
sos de passione apertius dicere, arduũ nimiũ adhuc E
erat, qppe quod multò pòst ad exercitatiores dictũ,
ipsos cõturbauit. Ad alios igitur dicitur, ut mitius ui
deatur, & quadã præmeditatione discipulos confir
met: uerũ quoniã passione Ioannis superbũ quiddã,
meo iudicio, sapere, atq; sublime uidebantur, hunc
quoque tumorẽ ipsorũ deprimit: de resurrectione ta
mẽ nondũ fecit mentionẽ, nec erat adhuc opportu
nũ de tanto mysterio dicere. Nã secundũ naturã fit,
ut q natus homo est moriatur, illud oino supra natu-
rã est. Deinde quod in superioribus faciebat, id et
cõficit hic. Nam sicut cũ inuidi conarẽtur nefanda
in eum cogitare crimina, quoniã cum peccatoribus
comederet: contra ipse persuasit, nõ modò crimẽ id
non esse, sed laude quoq; dignissimũ: sic in hoc loco
cũ ipsi uellent ostendere nescire ipsum uti discipulis,
facilè probat eos potius q hęc dicũt, ignorare sequẽ
tibus uti, & frustra sine causa cæteros culpare. *Nul-*
lus enim immittit, ait, cõmissurã pãni rudis in uestimento
ueteri. Vide quomodo à probabilib⁹ confirmat ora-
tionẽ. Tale nanq; est quod dicit, nõdũ discipuli mei
ad maiora cõscenderũt, nõdũ spiritu renouati sunt, F
propterea huiusmodi indulgẽtia adhuc egẽt, ut maio
ra sibi pondera impo.ẽda nõ sint: hoc autẽ dice-
bat, leges iã discipulis atq; regulas præbẽs, ut cũ etiã
ipsi ab errore gentiũ discipulos asciscant, mites erga
eos & suaues sint. *Neque immittunt uinũ, ait, nouum, in*
utres ueteres. Perpendis hæc exempla similia esse pri-
scis, uestimentum. s. atq; utres. Nam & Hieremias cin *Hiere.*13
gulum populum dixit, & tam de utribus, quã de ui- *a. b*
no mentionẽ fecit: à qbus nunc exẽpla accepit, quo
niã & de mensa, & de uẽtris uitio sermo erat. Lucas *Luc.*5.g
autẽ addit, quoniam & nouum scinditur, si ueteri il
lud immiseris: ita non solũ nullum commodum se-
quitur, uerumetiã damnum consequetur. Sic eisdem
uerbis & psentia primò, & futura prędicũtur, quę an
tequã ueniant, non oportere, inquit, austeri quod-
dã, aut asperum discipulis prępipere. Nã qui oppor-
tunitate nõ expectata, altiora hominibus dogmata
proponit, is nec cũ occasio fuerit, aptos ad audien-
dũ inueniet, cũ iã semel eos corruperit. Quod nec su
sceptibilis rei causa, nec susipientiũ culpa cõtigerit,
sed propter imponentiũ, atq; docentiũ festinationẽ
importunã. Hinc etiam causam docemur, quare hu-
milioribus uerbis ad ipsos sæpe differuit, cũ itelliga-
mus propter infirmitatẽ audiẽtium multa fuisse ab

G ipso humilius, quã dignitas sua pateretur, de seipso
Ioan. 6.c disputata: quod & apud Ioãnẽ apertius exprimitur. Multa uobis habeo dicere, inquit, sed nõ potestis ferre modò. Nã ne putarẽt illa solũ fuisse, sed multa maiora pstare crederẽt, infirmitatẽ eorum in medium protulit, quasi promittẽs tũc illa etiam ipsos audituros cũ robustiores fuerint: quod pariter hic quoque facit. *Veniẽt enim dies*, inquit, *cũ spõsus ab eis auferetur, & tũc ieiunabũt*. Quas ob res nõ debemus cuncta in principio rerũ exposcere, sed ea solum quę incipientib⁹ facilia, gradus sunt ad futura: quòd si curris atq; festinas, uelocius q; rẽ agere cupis, ideo noli festinare, qa quãtò uelocius pficere festinas, tãtò tardius perages: ideo ergo noli festinare, qa festinas. Sed ne tibi obscuritate sermonis ęnigma dicere uideamur, ipsam rerũ naturã cõsidera, & nõ latebit te nostrę orationis sẽtẽtia, nec te quisq; eorũ q te importunè criminãtur, cõturbet. Nã & tunc Pharisęi erant qui criminabãtur, & discipuli qui opprobrijs urgebãtur: sed nihil horũ fecit ut Christus immutaret sententiam, nec cõcesset dedecus esse, nõ ieiunare hos, cùm illi ie
H iunarent. Verũ ut gubernator optimus non confunditur fluctibus, cũ artificio suo confidat: sic Iesus fecit. Dedecus qppe nõ erat, si non ieiunabãt, sed quoniam propter ieiuniũ magis fastus ulceribus exacerbati dirũpebantur. Quæ nos intelligentes his institutis nostros gubernemus. Vxorẽ habes ornatũ corporis nimiũ adamãtem, quæ fuco perfusa, quotidie lasciuia, delicijs, loquacitate diffunditur. Nã etsi hæc omnia in mulierẽ unam concidere nequeunt, singamus tamen oratione omnia concurrisse. Sed cur, inquies, de fœminis potius quã de uiris dicere uoluisti? Sunt certè uiri tali muliere corruptiores. Verũ quoniã maribus gubernatior natura conceditur, idcirco mulierẽ nunc descripsimus, non quia plura in mulieribus, quàm in uiris uitia reperiantur. Multa.n. apud uiros sæpe inuenies, quę apud mulieres nunquã, aut certè rarius reperientur: ut cædẽ, ut sepulchrorum euersionẽ, ut inutilẽ aduersus feroces bestias pugnã, cæteráque huiusmodi. Nolite ergo putare sexus contemptu nos ista facere, sed quia cõmodius nunc est de fœminis dicere. Sit ergo talis mulier quã descripsimus, eamq; uelit uir eius oĩ cura & studio ad melioremẽ mentẽ reducere. Quonam igitur modo id perag et? Si nõ uniuersa. s. simul imperabit, sed faciliora, eáque prius, quibus illa minus studere uideatur. Nã si cuncta ab initio in melius uertere uolueris, nihil facies. Non ergo statim aureis ornamentis ipsam priuabis: habeat interim, atque utatur. Nam id minus
I esse malũ uidetur, quàm depicta fucatáque facies. Pictura ergo prius auferas, idq; non terrore, nec minis facias, sed miti iucundaq; suasione, partim alias accusando, partim tuo iudicio atq; authoritate improbãdo: fac ut à te sępe audiat non placere tibi fucatas facies mulierũ, abominationem atq; fastidiũ inde tibi tantũ innasci solere, ut ferre non possis: cui tuæ sententiæ, aliorũ quoque opinionem accõmoda, quòd nullam formosam cõmuniter putẽt, quę nõ suo, sed alieno colore coloretur. Interea nihil adhuc de gehẽna dixeris, nihil de regno cœlorũ: sed psuade ipsi magna te affici uoluptate, cũ talem eius faciem uideas, qualis à deo creata est: faciẽ uerò corruptam & alienam à natura sua rubrica uel ceruſa plenã, apud homines bonos uulgò ĩprobari. Prius igitur his tritis rationibus, & cõmuni sentẽtia, morbũ ab anima eius

Facies fucata nota tur.

extermina. Et postquã his uerbis permulseris, de in- K
ferno etiã ac cœlo dicito, nec semel, sed iterũ atque iterũ hæc differere non graueris: nõ odio aut ira, sed cũ amore & lętitia, nunc adulando, nũc quasi ex fastidio oculos auertẽdo, nunc colẽdo: nõne uides pictores modò hos, modò illos colores priorib⁹ abrasis imponere, cũ formosam faciẽ pingũt? Noli tu pictoribus indoctior fieri. Illi corporis effigiẽ tabulis pingẽtes, tãto studio atq; cura utũtur: nos cũ meliores animas facere uolumus, sedebimus ociosi nihil cogitãtes? Nã sic cũ faciem uxoris tuę probè formaueris, non uidebis corporis sui faciẽ figmentis deformatã, non labia quasi colore pertincta, non os ursæ ori cruentato simillimũ, nõ atra supercilia quasi ad ollã attriuerit, nõ puluerulẽtas, genas, ceu sepulchri parietes: quæ oĩa, cũ calx & cinis & puluis sint, summam deformitatem efficiunt. Sed quonã modo ad hæc uerba dilapsus sum, ut qui alios moneã cum humilitate docere, ipse ad irã uidear deuolutus? Redeamus igitur ad mitiorẽ admonitionem, feramus (inquam) ita nostrorũ delicta, ut interea indulgẽdo emendemus. An nõ uides fieri ab omnibus infantiũ
L matribus, cũ uehementius plorent quando ablactẽtur? Non uides oĩa nos æquo animo pati, dummodo facimus ne priorẽ mensem reposcant? similiter in corrigẽdo quoque agamus. Sufferamus ĩterim cętera, ut unũ solum cõsequamur: quod cũ habebimus, ad aliud hac uia progrediemur, ac ita pariter, similiq; modo de aureis ornamentis disputabis: si paulatim sic aium uxoris tuæ formaueris, pictor eris optimus, seruus fidelis, probus agricola. Cũ his simul illustriũ quoq; mulierũ, quę forma pstiterũt, mẽtionẽ crebrò facito, Saræ uidelicet, Rebeccæ atq; similiũ, *Gẽ. 17.et* quas oẽs cõstat huiusmodi uanitatẽ contempsisse. *Tob. 10.* quod ide patet, quoniã Lia patriarchę Iacob uxor, *12. &.* etsi formosa non erat, nihil tamen huiusmodi exco- *Pet. 3.a* gitauit, nec faciẽ à natura sua traduxit: sed permane- *Gene. 24* bat ĩtegra naturæ cõseruãs lineamẽta: nec ei offuit à *&.25.&* Gẽtib⁹ educatã fuisse. Tu uerò cuius caput Christus *Gent. 29* est, quę fidelis es, inuẽtiones satanę cõprobabis: nec *d.* recordaberis (inquam) faciẽ Christi, nec sacramenti quod labia tua ornauit, nec sanguinis q linguã tuã coccineã effecit? quæ oĩa si memoria teneres, etiã si
M ualde ornatũ amares, non auderes tamen, nec ferre posses puluerẽ, aut cinerẽ aliquem super faciem tuã imponere. Memẽto Christo te adoptatam fuisse, & hanc deformitatẽ abominaberis. Non enim gaudet his coloribus, sed sublimiorem pulchritudinẽ flagitat, animæ. s. quam etiam ualde diligit, quam & pro- *Psal.44* pheta non parũi faciendam ducit, ubi ait: Et concu- *c.* piscet rex pulchritudinẽ tuam. Nõ ergo inane quid, atque superfluũ nobis imponamus. Nulli.n. ex operibus dei aliquid deest, nec quicquã est quod emendatione tua indigeat, nemo imagini q̃ ad similitudinẽ regis alicuius facta est, apponere quicquã audet: & si audebit, nõ faciet impunè. Hominũ igitur operi nihil addis, quòd uerò, deus operatus est, id emenda re conaris: nec gehẽnæ ignis tibi uenit in mentẽ, nec animę periculũ pertimescis, quę tunc omnino neglecta iacet, cùm totam mentẽ, curã, studiumq; tuũ ad corpus contulisti. Cur dico animã negligi, cùm ipsi corpori cõtraria cõtingãt, q̃ tu optaris: quod ide patet, quoniã cũ hac re formosa uideri studeas, hac certè difformis appes: hac re marito placere credis, hac non paruus ipsi dolor adducitur, nec ipsi solum, ua

rumetiam

A rumetiã alieni te culpãt: hac re quasi formosam gloriari te posse putas, hac tibi non paruũ dedecus affertur, Non solũ æquales, atq; amicas, sed cõscias ancillas, & scietes seruos cũ uides erubescis, & multò plus cũ te in speculo uideas. Sed cur hæc tam multa connecto, maiora illa pręteriẽs? quòd deũ offendis, modestiã suffodis, suspitionũ flammam incendis, prostituta scorta imitaris: quæ oĩa cogitantes, contemnite diabolicos hos ornatus, & inutiles artes, ac formositate hac, imo deformitate omissa, illã pulchritudinem in animis cõparate, quã angeli concupiscũt, quã deus diligit, quę maritis iucũda est: ut honorificè uita hic peracta, futuram quoq; gloriã consequamur. Ad quã utinã pueniamus, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, Amen.

Homilia. xxxij. ex cap. ix.

h Hæc illo loquẽte ad eos, ecce princeps unus accessit, et adorabat eũ dicẽs: Domine, filia mea modò defuncta est. sed ueni impone manũ tuã super eã, et uiuet, & c. Opus iã sermonibus adiũgitur, &
B Pharisæi magis cõfundũtur: nã & q accesit, synagogæ princeps erat, & luctu magno pmebatur. Vnica enim puella erat, & duodecimũ annũ ipsum fermè florẽ ætatis attigerat. Quã ob rẽ maximè confestim eã uoluit suscitari. quòd si Lucas scribit uenisse quos-
Lucæ. 8.g dam q dixerãt, Noli uexare magistrũ, mortua enim modo puella est: dicemus quòd, modò, illud à tẽpore itineris cõijcientis erat, modò mortuã esse, aut forsan calamitatẽ amplificantis. Nam qui re aliqua indigẽt, solẽt ęrumnas suas augere, & maiores facere ut exorent. Sed uide ruditatẽ principis eius. Duo quędã à Christo postulat: ut ueniat, & ut manũ imponat, quod erat spirare adhuc puellã, quando ab ea pater decesserat. Id Syrus quoq; Naamã à propheta postu-
4. Reg. 5 c. labat, cũ diceret: Exibit, & manũ suã ponet. Visu.n. & sensu indigent, q rudiores sunt. Et Marcus q dẽ, &
Mar. 5 d & Lucas tres eũ accepisse discipulos dicũt, hic uero sim-
Lucæ. 8. g pliciter discipulos scripsit, Sed cuius rei gratia Mattheũ, q modò accesserat, non accepit? partim ut maiori desiderio arderet, partim quoniã adhuc impfectior erat. Hac enim de causa illos honorat, ut alij ad sublimiora imitatione illorũ cõscendere conentur.
C Matthæo autẽ satis erat, quòd sanguinis fluxu laborantẽ sanari uiderat: quòd eadẽ dignatus, quòd aliorũ cõsortio assumptus fuerat. Euntẽ uero eũ sequebãtur multi, tũ ut tantũ uiderẽt miraculũ, tum pp dignitatẽ psonæ, cuius filia laborabat. Et ad hæc quoniã cùm rudiores plurimi essent, nõ ita integritatem animæ, ut corporis curationẽ quærebãt, eapropter cõfluebãt: alij suis morbis cõpulsi, alij nouas inaudi-
tasq; res desiderantes uidere: doctrinę aũt, pdicationisq; gratia pauci adhuc ad ipsum cõcurrebãt, & nihilominus nõ dimisit eos domũ ĩtrare, sed nec discipulos qdẽ oẽs: eruditiores nos faciens, paratioresq; ad omnẽ ostentationẽ depellendã. *Et ecce mulier quæ sanguinis fluxũ patiebatur duodecim annis, accessit retrò, et tetigit fimbriã uestimẽti eius. dicebat.n. intra se: Si tetigero tantũ uestimentũ eius salua ero.* Quã ob rem nõ libere atq; apertè ad Iesum accesit? Propter ægrotationis genus inmũdã se putabat, ac ideo erubescebat. Nã si menstruorũ tẽpore ĩmundę putabantur, multò magis q̃ nõ natura, sed pter naturã fluxũ sanguinis patiebatur, immundã se nõ immeritò æstimabat: propterea ergo abdit se atq; occultat, qa ægritudo hæc, immundicies secundũ legem iudicabatur.

Tomus secundus.

Nondum.n. etiam ipsa rectè Christo sentiebat: ac D
iõ arbitrata est facilè ipsum posse celare. Prima uero hæc mulier publicè accedere ausa est, quoniã fœminas quoque ipsum curare iã audiuit: & quoniam ad filiolã archisynagogi proficisci cõspiciebat: & ad domum quidẽ suam quanuis opulenta esset, nihilominus non est ausa uocare: nec apertè accesit, sed occultè cũ fide uestẽ ipsius tetigit. Cum fide, dixi: quoniã nõ dixit: liberabor ne ab hac ægritudine, si uestẽ eius tetigero, an nõ? sed nõ dubitãs sanitatẽ se ab huiusmodi tactu consecuturã, accesit. *Dicebat enim*, inquit, *in ſeipſa: Si ſolùm tetigero ueſtimẽtũ eius, ſaluabor.* Perspexit antea iude Xps exiuit, è domo uidelicet Publicani, à quibus omnibus firmã, non dubiã spẽ capiebat. Quid autẽ Christus? Non passus est eam latere sed produxit in mediũ, & omnibus rem multis de causis fecit manifestã: quanuis nonnulli stolidi ambitione ipsum commotũ id fecisse autumẽt. Cur enim, aiunt, non passus est eã latere? Quid ais tu omni scelere sceleſtior homo, q mille signa transcurrit, ambitione laborat? Sed cur, ais, in medium duxit? Primũ ut ab omni formidine fœninã liberaret, nec E
conscientiæ stimulis quasi furata sanitatẽ exagitaretur. Deinde ut quæque ipsius curaret, quẽ putauit latere potuisse: denique ut fidẽ eius manifestam faceret, ut alij possent eã imitari. Præterea non est minus signũ secreta cordium scire, quã flumina sanguinis coercere. Postremò principe synagogę uoluit emendare, ne ĩcredulitate oĩa corrũperet. Venerunt enim qui dicerent, Noli molestus esse magistro, mortua iam puella est: & qui erant in domo, deridebant ipsum dicentem, Quoniam dormit. quod ne pater similiter pateretur, fidem aperit mulieris. Id inde quoque patet, quoniã dixit ad eũ: Noli timere, crede solùm & saluabitur. Data.n. opera commorabatur, ut post mortẽ puellæ ueniret, & hinc resurrectionis mysteriũ patefaceret, idcirco tardius incedit, & mulierẽ pluribus alloqtur, & ut puella moriatur, ut diximus, & peruenirent qui dicerent, Noli negociũ facessere *Lucæ. 8. g* magistro: quod & Lucas apertè ostẽdẽs, signãter dixit: Adhuc ipso loquente, uenerunt aliq de domo dicẽtes: Mortua est filia tua. noli exhibere negociũ magistro. Mortẽ ergo eius uulgari uoluit, ne resurrectio F
foret suspecta, quod in omnib⁹ facit. Nã ad Lazarũ *Ioan. 11.e* non post primã aut alteram, sed post tertiam diem accesit. His igitur de causis in mediũ adduxit, & ait: *Confide filia.* Perterrita enim erat mulier, idcirco & confide dixit, & filiam appellauit, & certè fides eius filiam eã Christi effecit. Lucas autẽ multò plura de muliere nobis narrauit. Scribit.n. posteaquam accesserit, & curata fuerit, non prius à Christo uocatã fuisse, quàm quęsitum sic fuerit: Quis est qui tetigit me? *Lucæ. 8.f* Petrus autẽ & alij respondebant: Præceptor, turbę te continent, & cõprimunt: & tu dicis, quis est qui tetigit me? Id nõ paruum erat signum, & ueram ipsum carnem indutũ esse, & omnem superbiam conculcare. Non.n. prosequebantur, sed undique ipsum comprimebant: perseuerabat autẽ dicens, Tetigit me aliquis: cognoui.n. uirtutem à me exisse. Quod responsum ruditati audientium accommodatum, facilè fecit, ut mulier quoque ad confessionem animum induceret. Ideo ipsam non statim redarguit, ut cum ostẽdisset omnia se scire, sponte accederet ipsa, & factum prædicaret: quod si prius ipse dixisset: suspectus uideretur. Vides mulierẽ longè archisynagogo

G gæ pstantiorem: nō apprehendit, non quicquā deti
nuit, digitis solum tetigit, & ideo cū ultima uenisset,
prima curata recessit: & ille quidē medicū ipsum du
cebat ad domū, huic uero solus tactus sufficit. Nā
etsi ægritudine tardabatur, fidei tamen uolūtate uo
labat. Perpende autē quo ipsi rem attribuit, dicens:
Fides tua saluam te fecit. Si ambitionis ostētationisq;
gratia in mediū produxisset, ut insani dicūt, nequa-
quam id adiecisset, quo & archisynagogū ad fidem
reduxit, & nō minor utilitas corporis curatione, &
uoluptas mulieri præstita est. Quòd aūt ad mulieris
honorē atq; gloriā, emendationē quoq; aliorū, non
ad ambitionem facta sunt: inde patet, quòd absque
hoc signo nō minus ipse mirabilis esset futurus, cū
guttarū pluuię copiam multitudo superaret, & mul
to maiora hoc & postea fecerit. Mulier uero nisi Xps
factum suū manifestasset, tam magnis laudibus ca-
ruisset: ideo eam in mediū produxit, factū illius prę-
dicauit, metū eiecit (tremens enim accesit) cōsidere
iussit, & ad reparationē sanitatis alia quoq; præbuit
quietis uiatica, dicens: *Vade in pace*. Veniens autē in
H domū principis, & uidēs tibicines, ac turbam tumul
tuantem, dixit: *Discedite, non est enim mortua puella, sed
dormit*. Amara hinc archisynagogo facta est conie-
ctura, tibiæ nanq; cæteraq; instrumenta hmōi, quo
niam mortua erat puella, ad concitandū fletū adhi-
bita fuerunt. Quid aūt Christus? Cæteros quidē ho
mines eiecit, parentes aūt puellæ dimisit, ut testimo
nium prēberēt, à Christo nō ab alio suscitatā fuisse:
quāuis antequā surrexisset, uerbo illam sanasset, dicē
Mat.6.d do: Non est mortua, sed dormit. Et uelut antequā
fluctus maris sedasset, discipulos ipsos increpauit, pa-
riter quoq; in hoc loco turbationē mentis eorum q̄
aderant adiecit, ostendens quasi à somno facilè sibi
esse mortuos excitare. Id alibi quoq; fecit, dicens: La
Ioan.11.b zarus amicus noster dormit. His ēt docet non esse ti
mendā mortem, cū ad conditionem somni iam re-
dacta sit. Deinde quoniā ipse quoq; moriturus erat,
aliorū morte, ac resurrectione faciebat, ut discipuli
cōsiderent, ac equissimo animo mortē ipsius ferrēt,
cuius aduentu mors in somni cōditionē deuenisset.
Deridebant aūt ipsum: ipse uero etsi uiderat, nullam
eos de uerbis suis fidē facere, nihilominus nō mole-
I stē ferebat, ac increpauit deridētes, ut tam derisio, q̄
tibiæ atq; luctus mirabili testātia nouitati in maius
illud efferrent. Nā quoniā solent homines facta, præ
teritaq; signa nō credere, suis ipsorum uerbis & risu
eos præoccupat: qđ & in Lazaro & in Mose similiter
Exo.4.a factū est. Dixit.n. Mosi: Quid est qđ in manu tua est?
ut cū uidisset serpentē ex uirga factū, nulla obliuio-
ne teneretur uirgā prius fuisse, sed uocis propriè me-
moriā habēs, uehemēter miraretur. In Lazaro quoq;
Ioan.11.e interrogauit ubi eū posuerunt: ut qui dixerunt, Veni
& uide: & quòd fœtet, quoniā quatriduanus est: nul
lo pacto negare possent mortuū, ab eo excitatū fuis
se. Cū ergo instrumenta fletus, & turbas uidisset, eie
cit oēs, & in pſentia parentū signū operatus est, non
aliā in corpus introducēdo animā, sed eandē ipsam
ànimā ita facilè reducēdo, ut quasi à somno excitas-
se uideretur: manu aūt ipsam accepit, ut uiso ipso cer
tiores fierent, qui cernebant à morte ipsam, quasi à
somno excitatā: & pater quidē dicebat, manū impo
ne. Ipse uero maius quid fecit. Nō.n. imponit manū,
neq; orat, sed oia sibi parere ostendēs, nō suscitauit
solū, sed ne phātasma suscitatio uideretur, cibū iubet
dare puellæ: nec dedit ipse, sed alij: sic ēt in Lazaro fe
cit. Soluite (dixit) eū, & dimittite abire. Deinde mēsæ
suę participē accepit: utrunq; certè simul cōprobare
solebat, mortē atq; resurrectionē uerā fuisse exquisi
tissimè undiq; confirmās. Tu uero nō resurrectionē
solū puellæ mirari uelis, uerumetiam quia parētibus
prēcepit nulli dicere. qua ex re discere potes, ac firmi
ter credere, nihil unquā ab illo ambitiosē, aut cupidi
tate gloriæ factū fuisse. Simul ēt cōsidera, flētes atq;
plorantes, quasi tam magna uidere miracula indi-
gnos, oēs ejectos fuisse: nec uelis tu cū lugentib⁹ exi-
re, sed cū Petro, Ioanne & Iacobo unà remaneas. Nā
si tunc eos qui flebāt eiecit, quādo nō erat ita planū,
quasi in somnū iam mortē esse redactam: quid nūc
faciet, cū id luce ipsa iam clarius sit? Sed nō suscitauit
filiam tuā nunc: sed suscitabit oīno longè maiori cū
gloria. Puella nanq; illa mortua rursus fuit: tua uero
posteaquā resurrexerit, nunq̄ in posterū mortē uide
bit. Nemo ergo defunctos ploret, nemo lugeat, ne-
mo mortē Christi qua mors superata est, calumnie
tur. Quid frustra flēs, si mortē in somnum redactā
esse credis? Quid te cædis & luges? Gētes id faciunt,
L quia nō credūt: si aūt fidelis pariter atq; infidelis hac
in re peccat, quid respōdebit? quo ueniam petere au
debit, præsertim longis tēporibus postea, cū iam ne
mo Christianus de resurrectione ambigat? Tu uero
sedulò studes delictū hoc casu amplificare, & incita
trices fletus mulieres conuocas, quarū flebili cantu
incēdatur, atq; inflammetur uehementius ęgritudo
tua. nec Paulo dicenti auscultas, quæ consonātia est 2.Co.6.d
Christo ad Belial, uel q̄ proportio fideli cū infideli?
Cumq; gētiles qui nihil de resurrectione acceperūt,
consolandi rationes inueniant, magno animo dicē-
tes: nec.n. facere poteris, ut quod factū sit, nō esse fa
ctum uideatur: nec lugēdo charissima pignora exci
tabis: tu, qui sublimioris philosophiæ pcepta quoti-
die audis, nō erubescis grauius illis in tuo casu exagi
tari? Nō.n. dicitur tibi fortiter feras: non potes facta
infecta facere, sed æquo animo feras. Dormit enim
puella tua, nō est mortua: quiescit, nō est perdita: re-
surget, ac ęterna in posterū, atq; immortali uita uiuet.
Non audis prophetā dicentem: Conuertere anima Psal.114.
mea i requiem tuā, quoniā dominus benefecit tibi? b
Beneficiū deus hāc rem uocat, & tu ploras? Et quid M
nā faceres, si hostis, si inuidus, si inimicus esses defū-
cti? Nā si quempiā flere oportet, atq; lugere, diabolū
certè oportet. Ille igitur pectus pugnis cędat, ille gra
uiter ferat, quoniā ad immortalitatē mortui tendunt:
illū hi clamores & fletus decēt, nō te q ad requiē pro
ficiscēris: & certè harū turbationū oium tranquillus
quidā portus in morte est. Examina quot quantaq;
mala sunt in hac uita, tecū ipse recense quoties pſen
tibus rebus maledixisti, cū semper i peius & uideris,
& uideas oia ruere: quātus & ab initio nō parua pœ
na huic uitę sit attributa. In doloribus, inquit, paries Gen.3.c
filios: &, in sudore uultus tui comedes panē tuū: &, Ibidē.d
in mūdo tribulationē habebis. Nihil aūt hmōi de fu Ioā.16.c
turis rebus scribitur, quinimmo totū oppositū. Ef- Esa.35.d
fugit, inquit, dolor, tristitia, gemitus. & rursum: Ab Mat.8.b
Oriente atq; Occidente uenient, & recūbent in sinu
Abrahę, Isaac & Iacob. & alibi, thalamus sunt, q̄ illic Ezec.40
sunt, spiritalis, inextinguibiles fulgidæq; lucernæ, cœ
lestis uita. Cur ergo defunctū exagitas? Cur cōmit-
tis, ut timeant mortem alij, atq; formident? Cur cau
sam præbes, ut nonnulli deum incusare audeant,

A quòd mala nobis tanta inuexerit? Immo uero cur
post mortē tuorū pauperes conuocas? Cur presby-
teros, ut pro eo uelint orare, obsecras? Nō ignoro te
respōsurū, ut defunctus requiem adipiscatur, ut pro
pitium iudicem inueniat. his ergo de rebus flendum
atq; ululandū arbitraris? nōne uides q̄ maximè tibi ip
se repugnas? Nam cū illū abisse in prata florentia pu
tes, ingentes tamē aduersus teipsum fluctus suscitas
tēpestatis. Sed quid faciam, inquies? talis quædā res
natura parentū est. Non est naturæ ista culpa, nō est
rei ipsius: sed nos qui oia huc atq; illuc impellimus,
molles nimium atq; deiectos nostros animos effici
mus, & diuinā nostrā perdimus nobilitatē, & simul
infideles facimus duriores. Quo enim de immorta-
litate animæ secū disputabimus? qua ratione resurre
cturos nos illis persuadebimus, cum longè magis q̄
illi mortē formidemus? Multi.n. apud eos cū nihil de
immortalitate animæ crederent, nihilominus mor-
tuis filijs, ut inanem quandā gloriam consequeren-
tur, corona ornati, & candidam induti uestē, in pu-
blicum prodierunt: oro ut futura illa quidē, & uera
B gloria moueat, ut effœminatos hos, eneruosq; mo-
res contēnere uelis. Sed hęredem nō habeo, inquies,
nec quem rerū mearū successorē constituā. Ego ue-
ro te libēter interrogarē, tuarūmne rerum, an cœlo-
rum malis filios tuos esse hæredes? & utrū magis de
sideres caduca hęc, & corruptibilia possideri ab illis,
quæ tamen post omnino essent relicturi, an stabilia
illa & ęterna? Non habes hæredes filios, sed habet ip
sos pro te deus: nō hæredes facti fratrum suorū, sed
facti sunt Christi coh æredes. Sed cui pretiosas, in-
quies, uestes nostras, cui magnificas ædes, cui ser-
uos, cui agros relinquemus? illis ipsis profectò, &
multo tutius q̄ si uiuerent: nihil.n. prohibet. Nam si
multæ barbaræ gentes unà cū defunctis res eorum
cremare solent, quāto æquius defuncto tu filio tua
tradere potes: nō ut in cinerē redigantur, sed ut glo-
riosum magis illū reddāt. Putas eū maculis inquina-
tū abisse, dā sibi sua, ut illis se à maculis detergat: pu
tas in iustitia ipsum decessisse, prębe sibi tua ad mer
cedis & retributiōis adiectionē. Sed uidere, inquies,
ipsum cupio. Certè igitur uiues, ne dubita cito te ad
C ipsum profecturū: illud ēt tecū uersa, quoniā si hac
oratione nequaquā tibi persuadebimus, natura ipsa
tēporis tibi persuadebit. Nā multitudine dierū absq;
aliqua mercede cōsolaberis. quòd si statim in tuorū
morte philosophari uolueris, duas res maximas cō-
sequeris. Nā & interea trāquilliori animo uiues, & à
diuina retributione fulgentissimā habebis coronā.
Oēs enim cæteras uirtutes excelsum animi robur,
quo calamitates & ærūnas minui facimus, meo qui
dē iudicio superat. Tu aūt tecum ipse continuè cogi
ta, filiū dei ipsum quoq; obiisse: sed ille quidē pp te,
Mar.26. d.& Lu ca.22.e tu uero tuāpsius causa. & illū dixisse quidē scribitur,
Trāseat à me calix iste: & tristitia, agoniaq; affectus,
noluit tamē mortē non admittere, sed pluribus ma
ioribusq; dolorib⁹ corporis uexatus, q̄ tragœdi oēs
scribere possent, expirauit. Non.n. simpliciter mor-
tis sustinuit: & antequā moreretur, flagellis atq; con
tumelijs cæsus, pp te omnia perpessus est, ut ad ferē
da oia suo exēplo te istitueret: quin & mortuus cor
pus reliquit, ac rursus ipsum cū maiori gloria susce-
pit, ut & tu certā resurrectionis spem retineas. Si hęc
igitur nō putas fabulā esse, noli plorare: si hæc uera
credis, noli flere: sin uero ploras & fles, qua ratione D
infideli persuadebis, quòd hæc credas? Sed intolera-
bilis tibi casus tuus uidetur. Propterea ergo defuncti
gratia plorandū nō est, quoniam à multis hmōi casi
bus liberatus est. Noli ergo facere ut inuidere uidea-
ris: nā q mortē sibi optat, quoniā ante tēpus aliquis
suorū ereptus est, ploratq; pp illum quia nō uiuit, ut
multa hmōi subeat, inuidere magis q̄ amare illū ui-
detur. Noli ergo cogitare quòd no redibit unquam
domū tuā filius, sed quia & tu paulò post ad ipsum
gradieris: noli cogitare illū huc postea minimè reuer
surū, sed quia hęc q̄ uidemus, omnia cū sint caduca
& instabilia, nunq̄ eadē permanent: oia enim trans-
figurabuntur & cœlum, & terra, & maria, & tunc su
scipies filios tuos maiori cū gloria. Quòd si in pecca
to mortui sunt, finē tamen peccandi habuerunt. Nā
si pœnitentiā essent acturi, deus cui oia patent, non
antequā eam egissent, ipsos rapuisset: sin uero iusti
decesserunt, euaserūt iam à periculis, & tuti suprēmā
beatitudinē possident. His rebus oibus planū factū
est, non esse amoris has lachrymas, sed turbationis,
& animi parū sapientis. Nā si defunctū diligeres, gau E
deres profectò, exultares q̄: quia fluctus pſentis uitę
pernauigauit. Quid.n. mirabile aut nouū, atq; inau-
ditum factū est? an nō eadem ipsa quotidie reuolui
uidemus? diem nox, noctē dies: hyemē æstas, æstatē
hyēs modò præcedit, modo sequitur, nec plus quic
quam est: & hæc quidē eadē semper: mala uero alia
atq; alia indies q̄ filium tuū habere quotidie, & tecū
esse uelles omni uerbo subiectū, omni luctui, cū sua
formidine ac horrore uitā misērē agere, & alia quidē
mala iam subeuntē, alia uero timentem ne subeat.
Non.n. poteris unquā dicere quòd potuisset longū
istius uitę pelagus absq; dolore, mœstitia, cura, naui
gare: ad hæc ēt illius tibi rationis memoria ueniat,
non immortalē te genuisse: sed si nunc diem suū nō
obiisset, paulò post certè ad hoc ipsum peruenisset.
Sed nō saturasti te amore illius. Sed ibi oīno perfrue
ris. At uellem, inquies, hic quoq; ipsum uidere. Et qđ
prohibet? licet tibi eum certè hic quoq; uidere, si fa-
pis. Certa.n. spes futurorū & iucundior uisu, & cla-
rior est. Tu uero si ad imperandū, regnandūq; hoc F
caduco, mortaliq; regno filius tuus abiisset, nolles
eū inde redire ut ipsum uideres: nūc uero cū ad me-
liora, maioraq; regna processerit, parui tpis absentiā
ferre non poteris, pſertim cū loco illius cōiugem ha
beas. Sed non est mihi coniux, inquies. Habes pa-
trem orphanorū, & uiduarum iudicē in cōsolatorē.
Audi Paulū talem uiduitatē extollentem, atq; dicen
tem: Quæ aūt uerē uidua est ac solitaria, sperauit in 1.Tim.5.
domino: præstantior enim hæc uidebitur, cū maio- "
ri patientia fulgeat. Noli ergo plorare, aut dolere ea
de re, qua tibi corona præparatur, pro qua tibi mer
ces debetur: reddidisti.n. depositum, quod tibi cre-
ditū erat, non sis ergo solicita, si uides in inuiolabili
ærario thesaurū tuū esse depositum. Quòd si ēt tam
præsentis uitę q̄ futuræ conditionem intellexeris: &
hanc quidē aranearū esse telam atq; umbrā, illam ue
rò immobilem, ac æternam esse firmiter credideris,
non indigebis ulla alia ratione. Nūc.n. filius tuus ab
omni mutatione rerum ereptus est: si uero hic esset,
probúsne, an reprob⁹ futurus esset, in ambiguo uer
saretur. None uides quotidie multos à parētib⁹ abdi
cari, multos tamē licet abdicatis longè peiores sint,
coactis parētib⁹ nihilominus detineri? Hęc igitur no

G biscũ cogitantes, sublimiori utamur philosophia. Nã hoc mõ & defunctis gratiores erimus, & in hac uita nõ paruas laudes cõsequemur, & à deo ipso magna præmia, magnasq; retributiones suscipiemus, futorum. s. bonorũ firmã stabilemq; possessionẽ, gratia & misericordia domini nostri Iesu Xpi, Amen.

Homilia. xxxiij. ex cap. ix.

T *transeunte inde Iesu, secuti sunt eum duo cæci,* e *clamãtes & dicentes: Miserere nostri fili Dauid.* Et *cum uenisset in domum, accesserũt ad eum cæci, et dixit eis Iesus: Creditis quia hoc possum facere uobis? Dicunt ei, Vtique domine. Tunc tetigit oculos eorũ dicens: Secundum fidem uestram fiat uobis. Et aperti sunt oculi eorum.* Quã ob rem clamantes sequi permittit? docet rursus ambitionẽ esse fugiendã, & inanem hanc gloriã nõ cõquirendã. Nam cũ propè domũ esset, distulit curationẽ eorum, ut occultius eos ibi curaret, ac ideo nulli ét hac de re quicquã dicere præcepit: non paruo aũt dedecori cæci Iudæis sunt, quoniã erutis oculis nihil uidẽtes, auditu solũ crediderũt, cum illi signa oculis cernentes, & optimũ uisus secum habẽtes testimoniũ, cõtra q̃ cæci & dicant & faciãt. Ego H uero animi eorũ ardorẽ & à clamore, & à uerbis mtelligo. Nõ. n. simpliciter accesserũt, sed cum magno clamore: nec aliud quicquã petebãt, q̃ misericordiã: filium aũt Dauid appellabant, quoniã id nomẽ magni erat honoris: unde prophetæ quoq; sæpius reges quos honorare, & magnos ostendere uolebant, sic appellabãt. Cũ uero in domũ ipsos adduxisset, ideo Exe. 34. f & Zach. 12. c. &c. rursum interrogauit, quoniã sæpius nequis ambitione ad miraculorũ actionẽ spõte ipsum accurrere putaret, rogat⁹ curabat. Præterea neqs obiicere queat, si misericordia sola saluos faciebat, cur oẽs saluos nõ fecit? Habet. n. profectò ipsa misericordia quandã rationẽ: quoniam in eorũ fide qui saluantur, radices agere solet: nec his de causis tantũmodo fidẽ ab eis petit, uerũetiam quoniã filiũ Dauid eũ appellabant, ad altius atq; sublimius reducere uolens, ut dignam de ipso existimationẽ, rectumq; iudiciũ facerent, interrogauit: *Creditis quia possũ hæc facere?* Nõ dixit certè, quoniã possum precibus id à patre meo impetrare, sed quoniã possum hoc facere. Quid aũt illi? *Vtique domine.* Non filiũ iam Dauid appellant, sed ad sublimiora uolantes, dominũ ipsum tam magnę potestatis attributione profitentur. Et tunc demũ manũ imposuit, dicẽs: *Secundum fidem uestram fiat uobis.* qd fecit, ut & fidem eorũ firmiorem redderet, ac simul ostẽderet, nonnullã ad salutẽ suam ipsos quoq; partem cõtulisse: id semper penè faciebat, cũ antequam corpora curaret, animæ fidẽ manifestare studeret. Qua ex re nõ solũ ipsos qui salutẽ acceperant, pstantiores reddebat, uerũetiam cæteros eorũ exẽplo cõficiebat, sic antequam paralytici corpus dissolutum cõsolidasset, animũ eius excitauit, dicẽs: Cõfide fili, dimittũtur tibi peccata tua. Puellã uero cũ à morte excitasset, per cibũ quẽ sibi afferri iussit, à quo esset suscitata, instruxit, eodẽq; modo Cẽturionis fidei totũ attribuit. nec discipulos à furore maris antè liberauit, q̃ de parua eorũ fide questus fuisset: pariter ẽt hic, q̃q̃ uel antequam ipse quicquã proferret, mẽtes eorũ non ignorauit, nihilominus tamen ad gloriam aperuit: deinde postq̃ curauit, nulli eos dicere iussit, nec simpliciter, sed magna cũ uehemẽtia iussit: acriter. n. ipsis infremuit dicens: *Cauete nequis resciat. Illi autem euntes, diffamauerunt eum in tota terra illa.* Non potuerunt tamẽ illi adeò esse ingrati, ut conticerent, K sed tantæ rei prædicatores ac euãgelistæ facti, quod celare iubebantur, magna uoce reclamabant: nec repugnat hoc illi qđ alibi dictũ esse non sumus nescij: Vade, & enarra gloriã dei: quinimo inter se, mea qdẽ *Luc. 8. f* snia, summopere cõueniunt. His. n. nos monet, ut q̃ laudi sunt, nõ modò ipsi taceamus, uerumetiã alijs prædicare nõ permittamus. Quæ uero ad gloriã dei pertinent, ea nec ipsi prętereamus silẽtio, sed & alios ut efferant exhortemur. *Ipsis autem egreßis, ecce attulerunt ei hominem mutum dæmonium habentem.* Nõ. n. naturali cursu ægrotatio, sed dæmonis insidijs illi accidit. Quapropter ipse per se uenire, orareq; Iesum nõ potuit, ligataq; lingua sibi unà cum anima ui dęmonis ab alijs affertur, quas ob res nec fidẽ eorũ efflagitauit, sed illico laborãtẽ curauit. *Eiecto enim dæmone, ait, locutus est mutus. turbæ autem admiratæ sunt dicẽtes: Nunquam apparuit sic in Israel.* Qua ex re maximũ dolorem Phariſei contrahebãt, quod cunctis simul nõ prẽsentibus solũ ac uiuis, uerũetiam defunctis ac prisci s ipsum anteponebant: quod. s. nõ quia curabat, sed quia quãprimũ uolebat, innumeros atq; arte ho L minũ ĩcurabiles facillimè curabat. Et uulgus quidẽ ita dicebat, Phariſæi uero cõtra non modò calũnijs obfuscare fulgorem signorũ conantur, sed ipsum ipsis oppugnare non erubescunt, lta pernicioſum malum, ac sibiipsi contrarium, atq; repugnans inuidia. Quid. n. dicũt? *In principe dæmoniorum eijcit dæmones,* Quid demẽtius hoc dici, aut excogitari posset? Nam ut progrediens asserit, impoſsibile est à dæmone dęmonia eiici. Solent. n. dęmones iuuare, cõfirmare q̃ suos, nõ debilitare aut destruere. Præterea ipse non dęmonia eiecit tantũ, uerumetiã leprosos mũdauit, mortuosq; dormientes excitauit, marisq; ſtuctus frẽno cõpescuit, peccata hominũ potestate propria dimisit, æternã ĩmortalitatis beatitudinẽ prædicauit, ac deniq; ad patrẽ conuersos adduxit: q̃ oĩa nec uellent, nec possent dęmones facere. Ad idola. n. ut opera manuum dæmones hoĩem adducũt, à deo abducunt, nullã fuisse futurã uitam, oĩbus persuadere conantur: pterea dæmones si cõtumeliaueris, quã ab ipsis sperabis ueniam, qui uel cultoribus suis exitio M sunt? Christũ aũt uidemus his, alijsq; contumelijs & iniurijs affẽctũ, non modò ultũ nõ fuisse, sed nec cõ motum quidem, quippe qui ẽt post hęc maledicta, *Mat. 15. & Luc. 4. c* urbes & uillas Iudææ circũiret, ut scribitur, prædicãs in synagogis euãgeliũ regni cœlorũ, & curans oẽm morbũ omnemq; languorẽ: qua quidẽ mansuetudine animi accusationes illorũ facilè refellebantur. Nã signorũ continua serie cõfirmationẽ prius hominũ de se existimantiũ reddere uolebat, deinde rationibus quoq; ipsos redarguere. Circũibat ergo urbes, & uniuersam Iudææ regionẽ, docens in synagogis: ut nos discamus nõ maledictis maledicta, sed bene ficijs atq; meritis esse referẽda: & certè qui nõ gratia hominum, sed pp deũ bene de conseruis suis mereri studet, etsi maleficia pro beneficijs referantur, minimè tamẽ solitã benignitatẽ omittet: non. n. latet eũ, maiorẽ sibi pp hoc mercedẽ esse repositã. Qui uero maledictis atq; iniurijs lacessitus, benefaciẽdi studiũ neglexerit, is non pp deum, sed ut ab hominibus laudetur, beneficus fuit ĩ proximũ: quapropter Xps, ut luce clarius uideremus, sola ipsum benignitate atq; misericordia illa oĩa fecisse, nõ expectabat semp ægrotos afferri, sed ipse quoq; ad laborãtes ac sua opeindigentes,

A indigentes, ultrò profectus est, duo eis maxima beneficia conferens. Primũ æterni regni euangeliũ, deinde omnis morbi atq; languoris repulsionẽ. Nullã ergo ciuitatẽ prætęribat, nullũ uicũ negligebat, sed ad omnia loca libenter accedebat: nec id sibi sufficit, sed alio quoq; modo prouidere uoluit. Nam cũ uidisset turbas, misertus est, quia erãt uexati, & iacẽtes sicut oues non habẽtes pastorem: tũc dicit discipulis suis, *Messis quidem multa, operarij autem pauci: rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.* Vide rursus q̃ fugiat inanem hominũ gloriam, quantumq; ostentationẽ contẽnat: nam ne oẽs ad ipsum cõfluãt, discipulos emisit, nec ista solũ de causa id fecit: sed ẽt, ut quasi in palęstra quadã, in Iudæa exercitati, totius orbis terrarũ curam subire possent. Idcirco ingẽtes, si paruas uires eorũ cõsideras, laboris atq; operis causas proponit, & quasi teneras è nido auiculas protrahit ad uolãdũ, ut facilius postea maiora cãpessant certamina: & in prsenti quidẽ corporũ solũmodo, postea uero animarũ curationis, q̃ natura prima est, potestatẽ sibi elargitus est. Tu aũt B cõsidera qualiter & facilẽ, & necessariam simul rem ostendit. Quid. n. dicit? Messis quidẽ multa, operarij aũt pauci. Non mitto, inquit, uos ad arandi seminãdiq; laborem, sed ad segetis iam prẽparatã messem. *Ioan. 4. e* Idipsum Ioannes quoq; alijs uerbis scripsit: Alij nãq; inquit, laborauerũt, & uos in laborẽ eorũ introistis: his dictis simul ne sibijpsis attribuerent, atq; arrogarent q̃ faciebant, & cũ magnos labores iam pcessisse ostenderet, promptiores eos reddebat. Illud ẽt perspice, quemadmodũ à misericordia quadam, & retributione exorsus est: uiscera. n. expãdit misericordiæ, quoniam uexatos & deiectos, quasi oues q̃ pastorẽ non habeant, turbas uidebat. Quod quidẽ dictum, principũ atq; pontificũ accusationẽ habet, qui cum essent pastores, luporũ officio fungebantur: quoniã non modò nõ studebant reducere multitudinẽ ad uirtutẽ, uerũetiam progressum ipsius ad meliora impediebãt. Nam uulgus quidẽ admirabatur, & clamabat: *Nunquam sic apparuit in Israel.* Illi uero contrà. *In principe dæmoniorum dæmonia eiicit.* Sed quosnam hic operarios uocat? duodecim certè discipulos. Cur igi C tur cũ dixisset, *operarij autem pauci.* numero discipulorũ alios non adiecit, sed ipsos solos emisit? aut cuius rei gratia dicebat, *Orate dominum messis, ut mittat operarios in messem suam:* cũ neminẽ eis adiecerit? Quia uidelicet & si numero personarũ non addiderit, uirtutem tamen ac gratiam cõtulit. Orate aũt, inquit, dominũ messis. hic signanter magnitudinẽ doni ostendit, & occultius se esse dominũ messis patefecit: nã etsi neq; orauerint, neq; obsecrãuerint quẽpiã: ipse tamen continuò eos ordinauit, atq; consecrauit, ut hinc ipsum esse dominũ intelligerent, & uerba Ioannis memoria recolligerent, nec obliuiscerentur areę, aut uentilabri, aut paleæ, aut tritici. Vnde clarũ fit, ipsum esse agricolã, ipsum esse messis & prophetarũ, q̃ semina messis iecerũt, dominũ. Nã si ad messem suã operarios misit, metebãt aũt operarij segetem, quæ prophetarũ seminibus pullulauit: certè sicut messores, ita ipsi quoq; qui seminauerũt, operarij eius fuerunt: neq; uerbis solum eos ad messis hortatus est mysteriũ, sed multò magis, quoniã mirabilẽ eis me- *Cap. x.* tendi potestatẽ præstitit. *Vocãs enim, ait, duodecim apostolos suos dedit eis potestatem immũdorum spirituum, ut eos eiicerent, & curarent omnem infirmitatem, & omnem* languorem. Atqui nõdum spiritus erat datus: nondũ D enim, inquit, spiritus erat datus, quoniã Iesus nondũ erat glorificatus. Quo igitur spiritus eiiciebãt? Imperio certè ipsius, atq; potestate. Tu uero diligenter pende, q̃ opportuno congruoq; tpe ipsos miserit, & quòd non confestim incipiens: sed postea quam nõ omnino paruo temporis spatio ipsum secuti, defunctum uiderunt ab inferis rediisse, mare sibi paruisse, dæmones extrusos, paralytici membra cõsolidata, peccatorũ nexus solutos: cũ sufficienter omnipotentiam ipsius & uerbis & operibus percepissent, tunc eos mittit, non ad periculorum negocia plena, cum adhuc nullũ his immineret in Iudæa periculum, nisi qđ ad uerba, maledictaq; pertineret: & tamen quoq; sibi futura prædicit, ut ab initio ipsos statim confirmet, & maioris animi faciat, assidua ueraciq; de periculis diuinatione: deniq; quoniam binas apostolorum coniugationes, Petri atq; Ioannis noĩe uocatas *Mar. 6. a* euangelista iam docuit, & cũ illis Matthæum quoq; adiunxit, nullamq; adhuc aliorũ fecit mentionẽ, necessarium hic catalogũ, & numerum ipsorum atque E nomina manifestauit: dicit enim, *Duodecim aũt apostolorum nomina sunt hæc: Primus, Simon qui dicitur Petrus.* Erat. n. alter ẽt Simõ, qui Cananęus dicebatur: similiter Iudas alter Iscariotes, alter Iacobi. Iacobus etiã eodem modo alter Alphæi, alter Zebedæi. Et Marcus qdẽ ex dignitate ipsos numero collocauit. *Mar. 3. b* Post duos. n. qui apicem apostolatus tenuerũt, Andreã posuit: hic uero haud ita, sed diuersimodè: magis. n. adeo Thomam, se quidẽ multò inferiorẽ, priore loco & ante se numerauit. Sed inspiciamus à principio apostolorũ catalogũ. *Primus, Simon qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius.* Non paruũ laudem his attribuit, cũ alterum à uirtute, alterum à nobilitate morũ appellauerit. *Deinde, inquit, Iacobus Zebedæi, & Ioannes frater eius.* Vides nõ ex dignitate ipsos numerari: nam mea quidẽ sntia, Ioannes non solũ illis qui post illũ numerantur, uerũetiam fratre maior erat. Adiecit deinde Philippũ atq; Bartholomæũ: & post eos intulit, Thomas atq; Matthæus publicanus. Lucas uero nõ sic, sed Thomæ istũ anteponit. Iacobus *Lu. 6. b. c* deinde (inquit) Alphæi, quoniã erat (ut iam dixi) Iacobus Zebedæi. Lebbęũ postea nominat, q̃ Thaddęus uocatus est, & Simonẽ Zelotem, quem & Cananæum nuncupat. Ad proditorẽ ultimò uenit, nõ ut inimicus atq; hostis, sed ut historiam cõscribens, ita locutus est: nec dixit scelestus ille Iudas, sed à patria ipsum appellauit Iscariotem. Erat. n. alter Iudas Lebbæus, quẽ Thaddęum uocauerũt, quem Iacobi esse Lucas dicit: ab hoc igitur illũ diuidens, Iudas, in- *Ibidem* quit, Iscariotes qui & prodidit ipsum: nec pudebat ipsum ita scribere, cũ nihil unquã nec eorũ quidẽ q̃ uituperari posse uidebãtur occultarit: sed apostolorum omniũ quasi uertex indoctus ille erat, ac rudis. Animaduertamus aũt quò, & quos misit. Istos, inquit, duodecim misit Iesus. quos istos dicis? Piscatores. s. & publicanos. Quatuor. n. erãt piscatores, duo publicani, Matthæus & Iacobus, unus ẽt proditor. Quid igitur ipsis præcepit? *In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: sed potius ite: ite aũt magis ad oues quæ perierunt domus Israel.* Ita ipsis apertè dicere uidetur, nõ putetis odio mihi hos esse: nec animũ meũ ab ipsis auertum esse, quia cõtumelias mihi ingerũt, & dæmoniacũ appellant. Videtis. n. tantam me curam horum habere, ut non

Universidad de Navarra Biblioteca

G ad alios, sed ad istos uos mittam, ut & doctores, & medici eis sitis: nec prius his, q̃ cæteris prædicare denuncio solũ, sed ne uiam facere incipiatis, q̃ ad illos ducat iubeo, nec in ciuitatẽ Samaritanorũ intrare, quoniam nõ bono in Iudæos animo erant Samaritani: & q̃q̃ faciliores ad credendũ essent Samaritani, ad difficiliores tamen Iudæos mittit, ut quoniã tantam sui curã gereret, non ignorarent: & sic ora ipsorum obstrueret, ut ad doctrinã apostolorũ prepararet, ne rursus criminari audeant, ad prepũtium habẽtes Christi abiisse discipulos: ac ideo iure uiderentur ipsos odisse, atq; abominari. Oues aũt quę perière ipsos appellat, non q̃ fugam spõte ceperunt: ut undiq; paratam eis ueniam esse ostendendo, mẽtes eorum permulceret. *Euntes autem*, ait, *prædicate, dicẽtes: appropinquauit, regnum cælorum*. Vides diuini mysterij magnitudinẽ, uides sublimem apostolorũ dignitatẽ, ni hil qd ad corpus, nihil qd ad hos sensus pertineat: nec similia Mosi & prophetarũ doctrinæ, sed noua quędã atq; inaudita, qualia priores nõ docuerũt, qa terrena hæc bona promittebant: sed cœlorũ regnũ,

H & totã illam beatitudinem prædicare iubentur, nec tamen hac ratione solũ maiores isti, atq; præstantiores sunt, uerũetiam quia confestim obtemperarunt. Nõ. n. recusant, quemadmodũ nonnulli ueteres: sed pericula quoq; ipsa, & bella, cæterasq; intolerabiles afflictiones audiendo, singulari obedientia iussa capessunt, gaudẽtes quòd regni cœlorũ facti essent p̃dicatores. Sed cur miraris, quispiam obiiciat, si non ad durũ atq; arduũ aliquid, sed ad p̃dicandũ missi, cõtinuò paruerunt? Quid dicis, nõ ad ardua missos ipsos fuisse? Nõ audis carceres, nõ uincula, nõ intestina bella, non inimicitias oĩum hominum, q̃ omnia paulò pòst subituros esse prædixit? Nã alijs quidem prædicatores, & mille bonorũ artifices cõstituit: ipsis aũt afflictiones corporis multitudine ferè infinitas magnitudine intolerabiles, prænũciauit. Deinde ut fide dignos p̃dicatores regni efficeret. *Infirmos curate*, ait, *mortuos suscitate, leprosos mũdate, dæmones eiicite: gratis accepistis, gratis date*. Considera qualiter nõ minorẽ curã habet, ut mores eorũ ĩ melius reducat, q̃ ut signorũ prębeat potestatẽ. Nã ut ostendat absq; nobilitate morũ nihil signa ualere, utq; nullũ fastũ animi, atq; tumorẽ incideret, gratis accepistis, in-

I quit. Deinde ne cupiditate pecuniarũ mouerentur: intulit, gratis date. Nã ne quasi sua ipsorũ potestate miracula facientes inde superbirẽt: gratis, dixit, accepistis: sic alijs quoq; hęc beneficia, quorũ nullũ pòt condignũ pretiũ inueniri, gratis date. Post hęc cũ radicem malorũ omnium uoluerit euellere, uitiorum fundamentũ diruere: *Non possideatis aurũ, neque argentum*, dixit, *neque pecunias in zonis uestris, non peram in uia, nec duas tunicas, neque calceamenta, neque uirgã*. Nõ dixit, nõ accipiatis uobiscũ, sed nõ possideatis: ut si & aliunde sumere possent, recusarent tamẽ, ac pernicioſam, hanc ægritudinẽ fugerent. Quo quidẽ recepto, multa profectò præparantur, atq; cõparantur. Primũ nulla de discipulis pòt esse suspitio, deinde ab omni seculari cura sic ipsos liberos reddit, ut p̃dicationi solũ uacare possint: ad hęc immensam eius potentiam ipsis patefacit, qd & postea cõmemorauit, dicens: Nũquid uobis tũc aliquid defuit, quãdo uos nudos, & absq; calceis misi? Illud ẽt consideratione dignũ est, qd nõ incipiens statim dixit, Nõ possideatis aurũ neq; argẽtũ: sed cũ prius mũdandi leprosos, eiiciendi dæmonia potestatẽ eis dederit, tũc intulit: K Non possideatis: gratis accepistis, gratis date. Sic rebus ipsis docuit utilia simul & honesta, & facilia facta eis pręcipere. Sed, inquies, cætera qdẽ non absq; ratione certa dicta esse. Quid aũt ut perã nõ habeãt in uiam, nec duas tunicas, nec uirgam, nec calceos? qua nã de causa eis iniunxit? Exactissimè certe sublimioris uitę fundamenta uoluit iacere: sic & in superioribus nullã de crastino die curã ipsos habere hortatur. Nã cũ ad uniuersi terrarũ orbis magisteriũ ipsos missurus esset, nõ iniuria ad angelicã, ut ita dixerim, disciplinã ex humana uita traducit, ab omni cura rerũ secularũ liberos reddens, ut uni rei, p̃dicationi uidelicet euangelij, solũmodo uacarent: imo uero ẽt ab ea solicitudine atq; cura eos liberauit, cũ di-

Infrà. 6 xerit: Ne soliciti sitis qualiter uel quid loquamini: ita quod uidebatur horroris, laboris q; plenũ, facilè sibi atq; prociue fecit. Nulla. n. res tranquillitatẽ animi magis gaudiũq; solet efficere, q̃ si oẽm solicitã curã & ląuorẽ animi deposueris, p̃sertim cũ sine studio atq; opera tua, ope ac auxilio, deus q tibi adsit in oĩbus, a nemine posit superari. Sed ne uniuersis cogitationibus exagitarentur, secũ ipsi dicẽtes: Vnde igitur q̃ ad uitã necessaria sunt, cõsequemur? non addu-

L xit in medium quod alias eis dixerat, inspicite uolucres cœli. Nondũ. n. poterant re ipsa hoc præceptum præstare, sed multo fortius est illud, qd adiecit dicẽs, *Dignus est enim operarius cibo suo*. Vnde perspicuũ fit, à discipulis eẽ alẽdos, ne aũt ipsi aduersus eos quos docebãt, quasi oĩa p̃bentes, & nihil uicissim accipiẽtes, insurgerẽt, aut illi qui audirẽt, quasi neglecti atq; spreti decederẽt, ac ne eos pudeat, q quasi mẽdicando uiuere ipsos uolebat, operarios uocauit: & quod eis dabatur, mercedẽ appellauit, ut rem debitã dari sibi ostenderet. Nã etsi uerbis solũ operari uidebantur, res tamen erat nõ parui laboris, & beneficia collata nõ parua. Quare qd apostolis dabatur, nõ gratis offerebatur: sed ad retributionẽ beneficiorũ reddebatur. Dignus est. n. operarius cibo suo: nõ qa tãti solũmodo labores illi apostolici fuerunt: nequaquã enim hoc cogitandũ est, sed ne apostoli plus aliqd quęrãt, & qui sibi necessaria ministrabãt, nulla iactatione liberalitatis tumerent, si debitũ persoluebant.

M *In quãcunq; aũt ciuitatem, uel castellum introieritis, exquirite quis dignus in ipsa est: & illic manete donec exieritis*. Hic quoniã dignos esse dixit operarios cibo suo: ne opinarentur, omniũ domos hoc uerbo sibi patere, sed magnã quoq; in hoc moderationẽ scirẽt esse habendã: hoc adiecit, qd & laudi esse poterat, & ad necessariorũ prępparationẽ conferebat: nam si dignũ inuenirẽt, dedisset certè ille cibaria nõ inuitus, p̃sertim cũ nihil ultra necessaria peterẽt. Nõ aũt solũ dignos quęrendos iubet, uerũetiam ne de domo in domũ transeant, ut neq; q suscepit, turbaretur, nec ipsi aut leues, aut uẽtri dediti uiderentur: qd signãter expressit cũ dicat, *Ibi manete donec exieritis*. Qd clarius ab alijs euangelistis discere possumus. Perspicis qualiter *Mar. 6. b. & Luc. 10. a. b* iam ipsos grauiores maturioresq; reddidit: & eos q suscepturi erãt diligentiores, cũ ostenderit magnam hinc illos utilitatẽ, magnãq; gloriã cõsecuturos. Deinde idipsum rursus cõfirmare uolẽs, dixit: *Intrantes aũt in domũ: salutate eã, dicẽtes: pax huic domui. Et si qui dẽ domus fuerit digna, ueniet pax uestra sup ipsam: si aũt nõ fuerit digna, pax uestra ad uos reuertetur*. Vides quòd usq; ad minima non recusat descẽdere, nec iniuria:

A athletas eos pietatis, & p̃dicatores ueritatis ad uniuersum orbẽ erat missurus, ac ideo etiã ut moderatiores, simul & iucũdiores eos faceret, adiecit: *Quicunque non receperit uos, neque audierit sermones uestros, exeuntes domum uel ciuitatem illam, excutite puluerem de pedibus uestris. Amẽ dico uobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæ in die iudicij, quàm ciuitati illi*. Nolite, inqt, cogitare quoniã doctores estis, idcirco expectãdũ uobis eẽ, donec illic salutatio ab illis uobis afferatur, sed p̃cedite uos honore, primiq; salutate. Volẽs aũt ostẽdere nõ eẽ salutationẽ hãc nudã, atq; inanẽ, sed benedictionis uires retinere. Si erit, inqt, digna domus, ueniet sup ipsam: sin uero supba atq; cõtumeliosa, primũ qdẽ pace uestra nõ p̃fruetur, deĩde nõ minori supplicio punietur, q̃ Sodoma. Sed qd ad uos, inquient, supplicia eorũ, cum domos dignorũ habeatis? Quid aũt sibi uult, cum dicit: Excutite puluerem pedum uestrorum? certè ut ostendãt nihil pẽnitus ab illis habuisse, uel ut testimoniũ perhibeãt lõgi itineris, quo ad eos puenerunt. Tu uero considera nondũ ipsis omnia esse donata, non. n. præscientiam ipsis adhuc largitus est, ut prospicere posset qs

B dignus, qs̃q; indignus sit, sed inuestigãdi cura & periculo rerũ id intelligendum cõmisit: ita ipse apud pu-

Matt. 9. a blicanum mansit, quoniã dignum se per pœnitentiã p̃buit publicanus. Sed illud non prætermittendum, quod cũ omnibus eos priuasse uideatur, cuncta cõcessit. Permisit. n. ut in eorum domos intrarent, qui disciplinã suam susciperent, ut ibi diutius manerent: hoc pacto & ab omni apostolos cura liberat, & cęteris p̃suadebat, propter salutem eorũ à se missos apostolos fuisse. Persuadebat autem facilè, uel quoniã nihil plus, q̃ necessaria doctores & medici petebãt: uel quoniam non ad omnes simpliciter, & sine inquisitione introibant: ita non signis solum, sed multo magis propria illorum uirtute fieri claros apostolos uolebat. Nã nihil ita sublimitatẽ philosophiæ ostendit, quemadmodum si nihil superfluũ possideas, & magnitudine animi nulla re indigeas, quam etiã illi qui falso appellati apostoli fuerant, non ignorãt: idcirco Paulus quoq; dicebat, ut in eo quo gloriãtur, ĩueniãtur sicut & nos. Quòd si alienas regiones petẽtibus,

C & ad ignotos proficiscentibus nihil plus quærendũ sit, q̃ quotidianus cibus: quantò minora quærenda sunt ab his, qui domi suę morantur? Hęc (quæso) nõ audiamus solum, sed diligenter etiam imitemur. Nõ enim solis Apostolis dicta sunt, sed omnibus qui cũ sãctis cõnumerari uolũt. Faciamus ergo nos dignos à quibus apostoli suscipiantur. Ex animo. n. & bona suscipientium uolũtate pax ista in domũ uenit, & ex mala rursus euolat: non. n. docentium præsentia solum, sed dignitate suscipientiũ id fieri scimus. Nolite ergo paruam putare iacturam, siquis hanc pacẽ amiserit, quam propheta quoq; pronũciabat, dicẽs: Quã

Naũ. 1. d. & Ro 10. c pulchri sunt pedes euangelizantiũ pacem, cuius pagelizantium bona: cuius etiam Christus magnitudinem atq; sublimitatem ostendens, dicit: Pacẽ dimit-

Ioã. 14. d to uobis, pacem meã do uobis. Quare omnia nobis faciẽda sunt, ut ea pace & domi & in ecclesia potiamur. Nam & in ecclesia præsul pacem præstat, & hoc illius figura est, & oportet omni studio ipsũ ante mẽsam libenter recipere. Nam si turpe est mensæ cõmunionẽ non offerre, quãtò turpius hic faciet, qui pacẽ offerentẽ depellet? Causa tui p̃sbyter sedet, causa tui rectus stat doctor, laboribus & afflictione affectus. D Qua igitur te excusabis rõne, si ne ad audiendũ qdẽ paratũ animũ ei prębueris? Cõmunis certè domus ecclesia omniũ est, quam uos priores, nos ad illorũ figuram posteriores, intramus: atq; ideo cõmuniter omnibus confestim cùm intrauerimus, pacem secũdũ illam legẽ offerimus. Nemo ergo desidia uenien-

E di studio suspẽdeat, nemo secularibus suspẽsum animũ rebus habeat, cum iam ad prædicandum sacerdotes intrauerint: nõ enim parua imminet punitio. Vnde ipse optarem millies domi nostræ cõtẽptus esse, q̃ in hoc loco prædicans, semel tantũmodo non auditus: tantò certè mihi hoc q̃ illud molestius esse uidetur, quantò hæc domus q̃ uestra excellẽtior est. Nã hic magnę nobis sunt possessiones, hic omnis spes nostra sita est, omnia q̃ hic sunt, sublimia certè sunt atq; fulgẽtia: hæc mẽsa pretiosior multò est atq; iucundior, quã tua: hæc lucerna magna, fidei oleo hic perũcti, à morbo liberati sunt. Arca etiã hęc melior q̃ tua est, magisq; necessaria: non enim pretiosas uestes, sed misericordiam inclusam cõtinet, qua qui pri-

E uantur, culpa sua priuantur. Hic & lectulus est ualde tuo præstantior: diuinarum. n. scripturarũ lectio omni magnifico lecto suauior est: & certè bene nobiscũ ageretur, si nullam aliam domum præter hãc possideremus: qd dictũ ne graue uobis uideatur, rectè dictũ tria millia hominum & quinq; millia illi testãtur, qui domũ unam, & mensam unam, & animam unam habuerunt. Totius. n. multitudinis credentiũ, *Actor. 4. f* inquit. unum cor erat, & anima una. Verum, quoniã nimium lõgè à uirtute illorum absumus, & dissipati per proprias domus sumus, saltem quãdo huc cõueniemus, omni studio faciamus. Nã & si in alijs rebus pauperes & inopes nos sumus, nihil ominus cũ huc ad uos intramus, cum charitate nos oro, susciꝑiatis, cũq; pax uobis dicimus: & spũi tuo, nõ uoce solũ, sed animo quoq; respondeatis, non ore magis, q̃ mente id proferentes. Quòd si quidem spiritui tuo pax hic respõdeas: cum uero exieris impugnas, despicis, maledicis, mille opprobrijs laceras, q̃lis nã hæc pax est? Sed ego quidem etiã si centies mihi coràm maledixeris, toto studio tibi mẽte syncera, & animo integro pacẽ prębeo, nihil unquã de te maledicens aut cogitans: habeo enim uiscera paterna, & si aliquãdo increpauero, cura tui pmotus id facio. Tu aũt occulte mordes, & cum me in hac dominica domo mẽte nõ recipis, uehemẽter timeo ne rursus maiorẽ mihi mœrorem inferas: non quia contumeliatus, nec quia ex animo me eiecisti, sed quoniã ita pacem repulisti, ut acerrima illa tibi attraxeris supplicia. Nã & si ipse puluerem aduersus te non excutiam, etiamsi nõ auertã animum meum abs te, pmanent tamen ĩmota quæ tibi Christus minatus est: ita ego qdẽ crebrò pax uobis dicam, neq; unq̃ id dicens finem faciam. Si uero uos contemptui & contumeliæ me habebitis, neq; sic puluerem in uos excutiã: non quia nolim auscultare, obtemperareq; domino, sed qa charitate uestri uehementius ardeo. Nã nihil prorsus aliud uestri esse ci causa, neq; longã peregrinationem accepi, nec in illo habitu ita ueni, ut nihil prorsus haberem. Quapp nosipsos prius accusemus, nec sine calceis, nec absq; secũda tunica ueni, ac ideo forsan uos quoq; negligẽtiores facti estis. Veruntamẽ nõ est id satis ad uestrã excusationẽ: sed quãuis iudiciũ nobis maius ipsi prę parauimus, nulla tamẽ hinc uobis uenia cõcedetur.

G Domus priscis tẽporibus ecclesiæ erant, nũc ipsa ẽt ecclesia in domum redacta est. Nihil aũt in priuata domo carnale loquebantur, nihil nũc in ecclesia spiritale meditatur: sed huc ẽt fori & iudicij negocia introducitis. Cumq; deus loquatur, non modò ipsum silentio nõ auditis, uerũetiam cõtraria inferẽtes inculcatis: atq; utinam ad hanc uitã saltem utilia, & ad uos ipsos pertinentia, & non illa q̃ nihil ad uos pertineant & diceretis & audiretis, quas ob res acerbè fleo, & nunq̃ flendi finem faciã. Nunq̃ enim possum ab hac domo in aliã proficisci, sed necesse est mihi donec à præsenti uita in aliã traducar, hic habitare.

Ro.15.b et ad Phile.b Suscipite igitur nos sicut Paulus quoq; iussit. Nec.n. hæc de mensã dixit, sed de animo, atq; mẽte: hoc ipsum ergo nos ẽt à uobis quærimus, charitatem. s. di lectionẽq; feruentem illã propriam. Quòd si hoc ẽt recusatis, saltem omni lãguore animi depositò, uosipsos diligite, ad meliora progrediẽtes. Qua ratione maiorem ẽt ipse potero ostendere charitatẽ? Nolite igitur facere, ut quantò magis uos amem, tantò minus à uobis diligar. Multa.n.nos coniungunt ac cupulant, una mensa oibus nobis proposita est, unus

H nos oẽs genuit pater, eosdẽ oẽs dolores partus intulimus pareti, idẽ potus oibus: quid dico, idẽ ac unus potus, cum ẽt ex uno & eodem calice detur? Pater enim noster magno charitatis uinculo studens nos unire, ut ẽt ex uno calice biberemus effecit: q̃ res maxima nos charitate copulat. Sed longè, inquies, à dignitate apostolorũ tu abes. Fateor, nec unquã negabo non solũ non illis, sed ne umbra quidẽ eorũ me dignũ esse: sed tamen si nostrum officium uos cõsernabitis, nullã iacturam hinc facietis, imo magnã ẽt utilitatem consequimini. Nam cũ uel erga indignos magna sitis affecti charitate, cũ singularem præstetis eis obedientiam, maiora tũc præmia, maiorq; uobis debetur retributio. Non.n.nostra prædicamus, quoniã est nobis doctor in cœlis: sed q̃ recepimus, ea tradimus, & tradentes ea, nihil aliud à uobis flagitamus, q̃ ut diligamur. Quòd si ẽt diligi sumus indigni, sed nos dilectione ac charitate uestra dignos citò facietis: quanuis mandatũ sit nõ amicos solum, uerũetiã inimicos diligere. Quis ergo sic durus atq;

I agrestis est, ut cum hmõi mandata sibi tradita sint, nihilominus amicos auersetur, atq; oderit, ẽt si mille uitijs mentẽ irretitam atq; oppressam habeat? Communicamus eadẽ mẽsã spiritali, cõmunicemus & spiritali charitate. Nã si latrones cum alreri alteris sale cõmunicauerint, latrocinandi ferocitatẽ deponant: quibus nos rationibus excusabimus, domini corpore cõmunicantes, & latronũ consuetudinem atrocitate superantes? pstim cum multis gentilibus, non quoniam una mensa uterentur, sed quoniam unius essent ciuitatis, satis ad amicitiam fuerit: nos aũt qui eiusdẽ sumus ciuitatis, una nobis domus est, eadem mensa, eadẽ uia, ianua, radix, uita, quibus idẽ caput est, idẽ pastor, idem rex, unus & idẽ magister, iudex, cõditor, pater. q̃ omnia nobis æquali quadã insunt cõmunitate, qua erimus ira digni si mẽte diuisi alter alterũ non diligimus? Sed signa forsan queritis, quæ Apostoli faciebant: uelletis uidere mũdari leprosos, dæmoniacos curari, defunctos è sepulchris exilire. Sed maximũ uobiscũ & ardentis illud charitatis signum est, si absq; pignoribus firmiter deo credatis. Qua de causa iam cessasse crediderim, quãuis ẽt aliã cessationis causam habeam. Nã si qui doctrina aut uirtute aliqua præstant, seipsos extollunt, paruiq; cæ K teros facientes, disseparant se ab illis atq; seiungunt: quot quantasq; diuisiones ac schismata esse putaretis, si miraculo signorũ aliqui præfulgerent? Hęc nõ cõiectura mihi inani dicta sunt, sed attestantur mihi Corinthij, qui multa perpessi dissidia sunt quoniam 1.Cor.1. ualde signis attẽdebãt. Nõ ergo signa, sed animi in- c.d columitatẽ quæras: noli defunctũ aliquem ex mortuis suscitari desiderare, cũ didiceris uniuersos hoies resurrecturos. Nõ queras cęci curationẽ, qui oẽs nũc uideas acutissimè aspicientes sublimiori atq; utiliori aspectu. Quare discas tu quoq; continentissimè aspicere, ut incolumitatẽ oculorũ possideas. Nã certè si talis uita nostra esset, qualẽ scripturæ instituũt: multò magis de nobis q̃ de signa faciẽtibus gentiles admirarẽtur. Signa.n.nõ uerè, sed phantasticè nõnunquam apparuisse hoies suspicati sunt, & à dæmonibus plerũq; fieri credita, quãuis nostra semper uerissima fuerint: uita uero integra nullã unquã patitur suspicionẽ, sed omniũ hominũ qui detrahunt ora facilè obstruit uirtutis possessio. Virtutis igitur, quęso, cura & studio exardescamus: ingentes in ea opes de L positæ sunt, oẽs eam admirãtur: hęc hoies uel dum seruiunt liberos esse ostendit, nõ seruitutẽ depellendo, sed liberis multò præstãtiores seruos faciendo: q̃ res ipsa libertate multò excellẽtior est. Hæc nõ facit qdẽ ex paupere diuitẽ, uerũ ut paucioribus pauper, q̃ diues egeat facilè facit. Quòd si uelis ẽt signa uidere, extermina abs te omne delictũ, & uidisti qd cupiebas. Magnus.n.dæmon peccatũ est, quod si abs te abieceris, maior tu eris, mihi crede, q̃ qui dæmonia eiiciunt. Audi Paulũ dicẽtẽ & miraculis longè uir 1.Cl.12.d tutem anteponẽtẽ: Aemulamini, ait, charismata meliora, & adhuc excellentiorẽ uobis uiã ostendo: quã uiam deinceps exponens, nullã facit mentionem de mortuorũ resurrectione, nihil dixit de leprosorũ mũdatione: nihil, inquam, omnino harũ rerũ, sed charitatẽ in medio posuit. Audi Christũ etiã ipsum dicentẽ: Nõ lætamini quoniã dæmonia uobis obediunt: Luc.6.d sed quoniam nomina uestra scripta in cœlis sunt. Et iterũ: Multi dicẽt in illa die domine domine, nõnne Mat.7.d in nomine tuo prophetauimus, & dæmonia eiecimus, & uirtutes multas fecimus? tũc respõdebo eis, M quoniã non nouì uos. Ad crucẽ ẽt iturus uocauit discipulos, & dixit eis: In hoc cognoscent oẽs, quoniã mei discipuli estis. nõ si dæmonia eiiciatis, sed si charitatẽ habeatis inter uos. Et alibi: In hoc cognoscẽt Ioã.13.d quoniã tu me misisti, nõ si mortuos hi suscitauerit, Io.17.d.b sed si unũ fuerint. Nam signa sæpe profectò utilitati cęteris fuerunt: eũ uero q̃ fecit, cum in tumorẽ inanemq; gloriã impulerunt, plurimũ nocuerunt. Virtutis aũt opus, tum alijs, tum uel maximè eis qui operantur profuerit. Virtutis igitur, uirtutis inquã, curã oro habeatis. Si ex auaritia in liberalitatẽ transieris, siccam & mancã manũ recuperasti. Si Theatralibus ludis spretis, atq; relictis, ecclesiã petieris, claudicãti pedi incolumitatẽ restituisti. Si oculos tuos ab aliena forma, & à meretricio aspectu reuocaueris, cæcũ te illuminasti. Si diabolicos cant⁹ despexeris, ut eorũ loco spiritales psalmos didiceris, iã loq̃ris, cũ antea mutus esses. Hęc maxima miracula sũt, hęc signa eximia, hęc si faciem⁹, nosipsi pclari erim⁹, atq; illustres, & multos à fœditate uitiorũ ĩ uirtutis fulgorẽ reuocabimus, & uitã demũ ęternę beatitudinis cõsequemur. Ad quã utinã pueniam⁹, gr̃a & misericordia &c.

A *Homilia.xxxiiij.ex capite.x.*

Cce ego mitto uos sicut oues in medio luporũ. Esto
e *te ergo prudentes sicut serpẽtes, & simplices sicut colũbæ. Cauete autẽ ab hominibus: tradẽt.n. &c.*

Cũ magno animo esse, & de necessarijs ad uitã cõfidere, fecerit, omniũ hominũ domos patefaciendo, & honestissimam ingressus causam ostẽdendo. Nõ enim ut errantes quosdã & mendicos, sed ut ipsis etiã suscipiẽtibus excellẽtiores adire alios iusit, quod Suprà.b ostẽdit dicẽdo. Dign⁹ est operarius cibo suo. Et quo niã præcepit dignos esse quęrendos, & suscipientes es Ibidem. se salutandos, & quoniã intolerabilia nõ susciptientibus imminere supplicia dixit. Cũ igitur his omnibus omnem solicitam curã ab ipsis eorum cordibus eiecerit, & signorũ armauerit miraculis, oĩq; seculari negocio liberos, ferreos quasi atq; adamantinos fecerit: tunc euentura sibi aduersa pdicit, nõ ea solũ quę paulò post futura erãt, uerumetiã illa quę post lõga temporũ spatia, ut ab initio & antequã duri labores acciderẽt, aduersus diaboli bellũ ipsos ĩstrueret. MulB ta enim ex hac prædicatione futurarũ rerum in melius rediguntur. Primũ ut summam eius uirtutem atque potentiam, qua etiã futura nouerat, non ignorarent. Deinde nemo poterat suspicari de imbecillitate ipsius q misit, in tãtas ipsos afflictiones incidisse. Præterea ne si repente atrocitate malorũ pmerẽtur quia præter spem, & contra opinionẽ aliquid accidisset, turbarentur. Denique ne passionis tẽpore stuperent nimiũ, & ultrà quã oporteret mouerẽtur: quod certè Iob 16.b fugere dominicæ tẽpore passionis nõ potuerunt: undè & increpabat ipsos, dicẽs: Quoniã hęc locutus sum uobis, tristitia ipleuit cor uestrũ, & nullus ex uobis ĩterrogat me, quo uadis? Nondũ tamẽ de se quic quam dicit, quòd. s. uinciretur, flagellis cęderetur, & demũ crudeliter & iniquè interficeretur. Magis enim hæc mẽtes eorum profectò exagitassent, quàm quę sibijpsis futura prædicabantur. Deinde ut uideant nouum quendã atque inauditum bellandi modum immincre, ac mirabilẽ hanc aciem militum futurã, q nudi una induti tunica, sine calceis atq; uirga, sine cingulo, absq; proprio cibo in prælia descendebant. Non fecit hic dicendi finẽ, sed inexpugnabilem uirtutem suã ostendens, quanuis aduersus lupos essentC ituri: nec simpliciter aduersus lupos, sed in medium luporum, omnem tamen mãsuetudinẽ eos habere iubet: nec id solũ, sed columbæ quoq; simplicitatẽ: sic enim uirtus eius maximè patere potest, si lupi supabuntur ab ouibus, quę cũ in medio luporum sint, & hinc atq; illinc morsibus luporũ lacerarẽtur, nõ modò non deficerent, sed lupus in naturã ouium transmutaretur. Maius certè atq; admirabilius est mentẽ atq; animũ aduersariorum commutare, quã gladio ipsos superare: pstim cũ duodecim numero ibi essent, aduersus cæteros oẽs homines qui lupos atrocitate uincebant mitterẽtur, Erubescãt igitur qui cõtrã facientes, q̃si lupi aduersarios suos persequuntur, cũ uideãt, innumeros lupos ab ouibus uinci pauciores. Et certè quouisq; simus oues, facilè hostes uincimus: cũ uerò in naturã luporum transimus, tũc superamur: tunc.n.nullum nobis à pastore patrocinũ adest, q non lupos, sed oues pascit: atq; ideo cũ in lupũ te conuerteris, abit confestim, & relinquit te, qui non permittis uirtutẽ ipsius in te claresce re. Quãdo enim iniuria uexatus, ęquo mitiq; animo cũcta pateris, ipsi soli trophęũ attribuis. Si uerò exieris aduersus hostes atq; pugnaueris, uictoriã illius obfuscas. Tu D autẽ ẽt diligenter considera, qui sunt qui hæc ardua & labriosa adeũt, formidolosi uidelicet, & indocti, illiterati, rudes, obscuri quidẽ homines & ignoti, qui nunqnam philosophorũ perceperunt instituta, nunquam in forũ descenderunt, piscatores & publicani, multis repleti rebus, q̃ iure animos eorũ possent dejcere. Nã si magnos & claros uiros tanta difficultas rerum potuisset cõmouere, quomodo nõ potuisset imperitos homines, qbus nullius rei magni aliquid uenit in mentẽ? Sed non deiecit neq; turbauit: nec id iniuria, dicet quispiã, cùm se intelligerẽt posse leprosos mundare, dæmonia ejcere. Ego autẽ dicere nõ dubitarim, qa uidelicet idipsum iure dedebat ipsos cõturbare: quoniã q tantã potestatem haberent, ut defunctos etiã à morte possent excitare, hi tãta pericula essent subituri, tãta bella gesturi, ad iudices uincti deducẽdi, cõmunis deniq; totius orbis abominatio futuri. Quę igitur ĩ oĩbus his erat cõsolatio? Sola mittẽtis uirtus. Quocirca ita signãter incepit: Ecce ego mitto uos. Sufficiat hoc uobis ad omnẽ cõsolationẽ, satis sit ad cõfidendum. Vides quãta eius est E authoritas, intelligis quoniã maxima sit potestas⁹ pcipis inexpugnabilẽ eius esse uirtutem? sic enim dicere uidetur, nolite turbari, si quasi oues in medio luporũ uos uersari, & colũbas esse iubeo. Nã & si possum contrariũ quoq; pstare, ut nihil laboris atq; doloris ad uos ueniat, neq; ut tanquam oues lupos timeatis, sed ĩsi leones terrorẽ iferatis oĩbus, tamẽ cõfert ita fieri quemadmodum iubeo: id.n. illustriores uos facit, id meã facilè declarabit uirtutem. Sic enim postea dixit Paulo: Sufficit tibi gratia mea, nã 2.Cor.12.b uirtus in infirmitatibus pficitur. Ipsẽ igitur Apostolos oues mansuetudine fecit. Id.n. significatur, cũ dicitur: Ego mitto uos sicut oues ĩ medio luporũ. Nolite igitur animo esse deiecto, mittẽti mihi credite hac re præcipuè inuictos uos esse futuros. Deinde ut etiã aliquid à seipsis conferant, nec oĩa uideantur esse à gratia, nec frustra et aliena solũ uirtute coronari ęstimentur, adiecit: *Efficiamini ergo prudentes ut serpentes, & simplices sicut colũbæ.* Sed quid poterit nostra prudentia in tot tãtisq; piculis efficere? Aut qualiter poterimus tantis agitati fluctibus prudenter qppiã proF uidere? Quid enim sibi prodesse poterit ouis, etiãsi oẽm ouium sensum accumulauerit, cùm in medio tam multorũ conuersetur luporũ? Aut quid emolumenti columba cõsequetur, etiã si fuerit simplicissima, cũ eã undiq; truculentissimi accipitres inuadãt? Certè rationis experiẽtia, nec sensu suo, nec simplicitate nostra præcipua quędã, ac eximia cõsequimini: sed inspiciamus quando prudentiã quærit, serpentis certè prudentiã imitari cohortatur. Nam quèadmodum serpens totũ seipsum tradit, nec minimùm cu- *Serpentis* rat, si corpus inciditur, donec caput suũ integrũ ser- *astutia.* uet: Eodẽ tu quoq; modo, præter fidem cætera pdere non cures: profundas uniuersam tuã pecuniã, tradas corpus: uitæ ipsius, si opus est, minimè parcas, dũmodo fidẽ serues q̃ caput & radix est: qua seruata, etiamsi oĩa perdas, oĩa tamen rursus maiore cum magnificentia recupabis: idcirco nec simplices solũ iussit esse, nec prudentes solũ, sed ambo hæc in unũ commiscuit, ut in præcipuã uirtutem simul uertantur. Et prudentiã qdẽ serpentis adhibere te iubet, ne uelis uulneribus atq; periculis principalissima membra obijcere. Simplicitatẽ uerò columbæ, ne iniuria-

G tus ulciſcaris, aut ad punitionẽ inſidiantes abducas: nihil.n. tibi prudentia proderit, niſi hæc ſimplicitas ſibi adijciatur. Quid ergo magis arduũ atq; difficilius his, inqes, poterit unquã inueniri p̃ceptis? Nõ ſufficit quòd malè uexer, uerũetiam omnẽ animi moleſtiam ejiciendam imperas. Id.n. per ſimplicitatem colũbę ſignificas, quod ſimile eſt, ſiqs fœnũ in ignẽ imponẽs non cremari ab igne illud uelit, ſed contrà igne à fœno extingui. Sed nihil uobis, queſo, contur bationis oriatur: hæc.n. quæ impoſsilia uidẽtur, exitum ſuum iam & finem cõſecuta ſunt, & re ipſa atq; opere, nõ mutata natura, ſed ĩ eadẽ humanitatis natura perſiſtẽtes, ſerpentis prudẽtiã, & ſimplicitatem colũbæ habuerũt Apoſtoli. Nemo igitur impoſsibilia quædam data putet illis mandata. Scit.n. ipſe naturam rerum ante oẽs alios, ſcit non audaciam audacia, neq; temeritatẽ temeritate, ſed manſuetudine extigui ſolere. Quòd ſi reb⁹ ipſis id ita fieri uidere de ſideras, Actus Apoſtolorũ diligenter lectitato: pſpicies profectò cũ ſępe Iudęorũ populus ĩ Apoſtolos
H inſurrexerit, ac dentes in eos acuerit, colũbę ſimplicitatẽ nunquã ipſos pdidiſſe: ſed mãſuetudine ac moderatione reſpondendi irã ipſorum ſuperaſſe, furorẽ
Acto.4.d incitatũ extinxiſſe, impetum retardaſſe. Nam cũ illi dicerẽt, Nonne etiam atq; etiam præcepimus uobis ne doceretis in nomine iſto, nihil tamen aſperũ, nihil acre neq; dixerunt, neq; fecerũt, ſed manſuetè reſpondẽtes dicebãt: Si iuſtũ eſt uos audire magis quã deum, iudicate. Perſpexiſti ſimplicitatẽ colũbę, uide nunc ſerpẽtis prudentiam. Non.n. poſſumus, inquiunt, nos q̃ uidimus & audimus non loqui. Perpende qualiter exactè nos admonet, qa pfectos undiq; eſſe oportet, ut neq; piculis aĩmus deijciatur, neq; ab ira efferatur: idcirco dicebat: *Cauete ab hominibus, tradẽt.n. uos in concilijs, et in ſynagogis ſuis flagellabũt uos, et ad reges atq; præſides ducemini pp me, in teſtimoniũ illis & gentibus.* Ita ubiq; ad uigilandum eos animo præparat, afflictiones quidẽ ipſis tribuẽdo, affligere autem poſſe cæteris pmittẽdo, ut tu ex hoc diſcas in afflictionibus eſſe uictoriã, & prædara hinc ſtatui trophæa. Non.n. dixit, luctamini cum illis & cõcertate,
I & contra inſidiantes inſurgite: ſed, ad ultimas afflictiones atq; pericula uenietis: ô admirabilẽ dicentis uirtutẽ, ô ſublimẽ audientium philoſophiam: ualdenanq; mirandũ eſt, quomodo nõ ſtatim hæc audiẽtes, fugã ceperũt formidoloſi homines atq; imperiti, qui nihil ultra ſtagnũ illud, in quo piſcabantur, norant. Quomodo autẽ nõ cogitarunt, neq; hæc ſecum dixerunt: quò igitur fugiemus, ſi oĩa iudicia hominum in nos pparãtur, ſi reges aduerſus nos futuri ſunt, ſi Iudęorũ ſynagogę, ſi duces, ſi populi gentiũ, ſi principes demq;, & ſubditi? Nõ.n. in Iudęa ſolũ hæc futura prædixit, ſed in toto terrarũ orbe. Ad reges.n. inquit, & ad duces ducemini: ut oſtenderet ad gẽtes quoq; ipſas ſuo iuſſu illos deſtinari. Omnẽ orbem in nos concitaſti, oẽs terrarum habitatores aduerſus nos armaſti, populos, duces, reges. Sed lõgè horribilius eſt quod ſequtur, cũ & fratricidas & patricidas propter noſtram doctrinã homines futuros pronuncies. *Tradet.n. frater fratrem in morrem, et pater filium, & inſurgent filij in parentes, & morte eos afficiẽt.* Quomodo igitur cęteri credent, q propter nos uiderint filios interimi à parentib⁹, fratres à fratribus, cũ ſcelerib⁹ cũcta repleri ſenſerint? Nõne ut ſeductores dæmones, nõnne ut ſceleſtos latrones, & totius orbis corruptores undiq; nos expellẽt, cũ uiderint cognatorũ atq; affiniũ ſanguine omnia repleri? Hancne igitur pacẽ ita optabilem quæ tot tantasq; cędes illis inſerat, domi ſuſcipientibus retribuemus? Quòd ſi nõ duodecim, ſed mille millia eſſemus: ſi nõ rudes atq; indocti, ſed ſagaces & peritiſsimi ad dicendum oratores: ſi nõ inopes atq; mẽdici, ſed reges magnos exercitus, magnas opes poſsidentes, nõ poſſemus ad huc profectò terrarũ orbi perſuadere, cum ad inteſtina, ciuiliaq; bella, imo ciuilibus multo peiora inflammare uidemur. Nam & ſi parũ, ut præcipis, de ſalute noſtra curabimus, quis tamen nobis mentẽ adhibebit? Nihil certe horũ cogitauerunt, nihil dixerũt, nec præceptorum temeraria curioſitate rõnes q̃ſierunt, ſed cedebant libenter imperãti, atq; obſequebantur: quod non ſuæ erat uirtutis, ſed præcipientis ĩmenſæ ſapientiæ. Examinemus.n. diligentius qualiter unicuiq; afflictioni conſolationem adiunxit. De nõ ſuſci pietibus enim dixit: Tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæ in die iudicij, quàm ciuitati illi: & *Ma.10.b* hic rurſus qa dixit, ad duces & reges ducemini: ſtatì intulit, gratia mei in teſtimoniũ ipſis & gẽtibus. Nõ eſt profectò parua hæc cõſolatio, ut propter Chriſtũ L patiaris, & in redargutionem illorũ qui tibi moleſti erant. Nã deus etiam ſi nullus attendat, ubiq; tamen q̃ ſua ſunt, ineffabili uirtute operatur. Hæc ipſos non ideo conſolabantur, quoniã punitionis aduerſariorũ cupidi eſſent, ſed partim quia cõſidere poterãt, ubiq; ſeipſum habituros p̃ſentem, qui hæc prouideret: partim quia non quaſi pernicioſi & pditi homines, ſed altioris diſpẽſatione myſterij hæc paterẽtur. Quibus etiam aliã addidit præcipuam, meo iudicio, afflictionis mitigationem, dicit.n. *Cum autem tradiderint uos, nolite cogitare quo aut quid loquamini: dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. Non enim uos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris ueſtri qui loquitur in uobis.* Ne dicere poſſent, qualiter, cum tam crudeliter atq; acerbe in nos inuehantur, perſuadere ipſis poterimus: sũmopere iubet & defenſione confidere. Et alibi quidem ait. *Luc.21.d* Ego uobis os & ſapientiam dabo: in hoc autem loco, ſpiritus patris ueſtri eſt, qui loquitur in uobis. Sic ad dignitatem prophetarũ qui ſpiritu loquebantur eos adducit. Ac ideo cum uirtutem eis datã expoſuerit, tũc etiam conſecutura mala cõiunxit, cę-
M des ſcilicet atq; interitus. *Tradet enim frater fratrem ad mortem, ait, & pater filium, & inſurgent in parentes filij, & mortificabunt eos.* Nec finẽ hic fecit, ſed aliud quoq; multo horribilius addidit, uel qd lapidea corda poſſẽt exagitare atq; concutere. *Omnibus enim odio eritis.* & confeſtim conſolationem adiunxit, cũ dicit, *propter nomen meum.* cui alteram copulauit. *Qui autem perſeuerauerit uſque in finem*, dicẽs, *hic ſaluus erit.* Hęc etiã alioquin animos eorum extollere poſſent, atq; cõfirmare quoniam tantam prædicationis ſuæ uirtutem audiebãt futurã, ut omnis ſanguinis cõiunctio uirtute illius contemneretur, omnis affinitas ſperneretur, omnia illi cederent aduerſa, oĩs poteſtas undiq; pelleretur. Nã ſi nulla naturæ uis aduerſus ſermonẽ ueſtrũ poteſt reluctari, ſed uniuerſa deprimitur atq; reſoluitur, quidnã aliud uincere uos poterit? Nec tamẽ quoniã tãta poteſtas uobis data eſt, idcirco in ocio uitã agetis, ſed omnes cõmuniter homines qui terrarũ orbem habitãt, hoſtili odio uos aggredietur. Vbi nũc Plato, ubi nũc Pythagoras, ubi Stoicorũ turba? Plato certè, quanquã magnam gloriam fuerit conſe

A cutus, ſic tamen à nonnullis contẽptus fuit, & ut ui
Platonis interitus. detur, nihil earum rerũ quas optauerat in finem perduxit, neq; uni ſolummodo principi perſuadere potuit, ſed perditis auditorib⁹ nõ parua cũ miſeria naturæ cõceſsit. Cynicorũ aũt duriſsima uita quaſi umbra atq; ſomnium ab oĩbus iãdiu contenta eſt: atq
Cynici. nullos in labores, nulla in odia hoĩum inciderũt, ſed contrà clari atq; illuſtres pp ſeculares has literas, & inanem mundi philoſophiam uidebantur, adeo ut
Dion. Athenienſes Dionis epiſtolas, quas ille Platoni ſcripſerat, publicè propoſuiſſe ferantur. Et tamen ſolutam uitam ſemper uiuebant, & opibus nõ paruis affluebãt. Vnde Ariſtippus quidẽ magni precij ſtorta cõduxit. Alius uerò teſtamenta cõdidit, nõ contemnendam pecuniam hæredib. relinquẽs: alius cũ diſcipuli ſeipſos ſubſtrauiſſent, deſup ambulauit. Sinopẽ
Ariſtipp. ſem aũt Diogenẽ ſcribũt in foro turpitudinẽ publicè peregiſſe. Talia certè oĩa p̃clara illorum ſunt: nihil
Diogenes Sinopenſis. uerò hic hmõi cernimus. Sed oĩa cũ exquiſita modeſtia, & honeſtate ſuprema, & bellum etiã aduerſus terrarum orbem pro ueritate & pietate ſuſceptum:
B quo fiebat, ut quotidie cæſi, & neci traditi, fulgẽtiſsima tamẽ poſtea trophęa erigerent. Sed fuerũt apud gentiles ẽt, obijcies, illuſtriſsimi duces, qualis Themiſtocles ille, qualis Pericles fuerat. Puerorum ludos &
Themiſtocles. ineptorum ſtudia, res geſtas iudicabis, ſi cũ his q̃ piſcatores geſſerunt, conferre uolueris. Quid.n. magni de Themiſtocle dices, an quoniã pſuaſit Athenienſibus naues cõſcendere, cũ ingenti exercitu Græciam Xerſes aggrederetur? Sed hic nõ Xerſes inuadit Græciam, ſed diabolus cum uniuerſo terrarum orbe, innumeris dæmonibus, aduerſus duodecim hoies nõ breui tpe, ſed per totam eorum uitam inſurrexit. Superarunt tamen atq; uicerunt duodecim illi homũculi: quod dq; mirabilius eſt, nõ fuderũt aduerſarios, nec trucidarũt, ſed mẽtes atq; aĩos ipſorũ in melius reduxerũt. Illud uerò obſeruãdũ ubiq; eſt, quòd nõ fugarũt atq; interfecerũt inſidiãtes ſibi Apoſtoli hoſtes. ſed cũ fœdiores atq; immaniores dęmonib. inueniſſent, ad angelicã uitam traduxerũt. Sic humanę naturæ libertate donata, ne pnicioſo ſimulachrorũ cultui ſeruirent, ſeductores illos & corruptores homi-
C nũ dæmones, nõ ſolũ à domibus ac ciuitatibus, uerũetiam ab eremo exterminarũt. Teſtãtur id chori, & multitudo monachorũ, quib. ubiq; plãtatis habitata ſimul loca & deſerta oĩ ab inquinatione mũdata plucent: & qđ nemo unq̃ cogitaſſet, nulla hæc legione, nullis armis, ſed paſſionib. ſolũ Apoſtolorũ perfecta ſunt. Habebant in medio ſui ciuitates, ſynagogæ, reges ac principes, duodecim hoies: uinculis, flagellis, carceribus, quibuſcũq; poterant, ut ſilerent cõminabantur, nec potuerunt ora eorũ obſtruere: ſed ueluti nemo ſolares radios uincere põt, ſic nullus linguam eorum potuit cõpeſcere. Quæ res ea de cauſa ſic fiebat, quoniam non hoies, ſed ſpũs ſancti uirtus loquebatur: qua ẽt Paulus Agrippã & Agrippæ miniſtros, Neronem quoq; oĩum hoĩum pernicioſiſsimum facilè ſuperauit. Dominus.n. mihi aſſtit, ait, & confortauit, & eruit me ab ore leonis. Tu
2.Tim.4.d. uerò de ipſis ẽt Apoſtolis mecum admirare, qui cũ
Luc.12.b. audierint, ne ſoliciti ſitis: & crediderunt, & obſecuti ſunt, & nihil ex terribilibus horrorẽ potuit illis inferre. Si uerò quiſpiã obijciet, ſatis illos inde corroboratos fuiſſe, quoniam audiuerint: Spiritus patris ueſtri
Mat.10.c loquetur. Ego certè etiã pp hoc ſtupeo, quòd nulla ambiguitate detenti fuerunt, nullã liberationem ab D his malis quæſierunt, præſertim cũ non per duos uel tres annos, ſed per totam uitã hoc impendere ſibi p̃ciperent. Hoc.n. ipſum ſignãter expreſsit, cùm dixit: Qui aũt in finem perſeuerauerit, hic ſaluus erit. Vult *Apoſtolos* quippe non ſolũ gratia ſui ipſos eſſe munitos, ſed à *aliquid* ſeipſis ẽt nonnihil conferre. Quod ita eſſe uidebis, ſi *poſſe à ſe* altius cõſideraueris, alia oĩno ad eũ, alia ẽt ad diſci- *ipſis.* pulos poſſe referri. Nam quòd ſigna facere queant, Chriſti eſt, quòd aũt nihil poſsideant, Apoſtolorũ. Similiter quòd domus alienæ ipſis paterent, gratia Chriſti faciebat: quòd uerò nihil ultra neceſsaria peterent, ad pfectionem ipſorum pertinere uidetur. Dignus eſt.n. oparius cibo ſuo. Præterea quòd poſſent *Matt.10.* pacẽ ſuſcipientibus donare, cœleſtis liberalitate mu *& Lucæ* neris præſtabatur: quòd aũt dignos quærerent, neq; *10.b. &* oẽs indiſcretè adirent, grauitatis erat hoc ſuæ, atque *1.Tim.5.c* maturitatis. Adhuc quod pœnas daturi eſſent, q nõ ſuſceperint omnipotentiæ Chriſti: quòd uerò clemẽter abirent, nullam iniuriam, nullam reddentes contumeliam, ad mãſuetudinẽ illorũ ſpectabat. Quòd etiam ſpiritus eis daretur, & ab omni ſolicitudine li- E berarẽtur, Chriſti erat mittẽtis ſpiritũ: quòd uerò mites, ut oues fierent, & colũbæ ſimplicitatem imitarẽtur, ac oĩa magno animo ferrent, robur Apoſtolorum profectò, ac prudẽtiam reſpicit. Quòd ẽt odio haberẽtur, neq; tamẽ mentẽ atq; aĩum deijcerẽt, ipſorum erat: quòd uerò pſeuerantes ſaluarentur, mittentis ſpiritũ propriũ eſt: ideo dicebat, Qui pſeuerauerit in finẽ, hic ſaluus erit. Nam quoniã pleriq; conſueuerũt magnã diligentiã incipientes adhibere, ac poſtea reſolui & deijci: idcirco finẽ, ait, ego ſũmopere conſidero. Nam quã utilitatẽ pullulatio ſeminum poteſt habere, ſi cũ uſque ad flores creuerint poſteà exaruerint? Continuam ergo patientiam quærit. Nã nequis nihil Apoſtolis, ſed totũ Chriſto attribuat, nequis nihil mali pertuliſſe Apoſtolos putet, atq; iõ de p̃ſentia ipſorũ nõ admiretur, idcirco patiẽtia quoque noſtra opus eſt, ait. Nã & ſi primò uos à periculis eruã, grauiora tamen alia atq; alia deinde ſuccedent, nec exitus unꝰ illorũ erit in hac uita. *Qui enim perſeuerauerit in finem, hic ſaluus erit.* Hac ẽt de cauſa F hic idẽ dicit, Ne ſoliciti ſitis qd loquamini: alibi uerò: Parati ſitis ad reſpondendũ oĩ petenti uos ratio- *Mat.13.b* nem de ſpe ueſtra: ita quãdo certamẽ quoddam, & *1.Pet.3.c* luctatio ad amicos eſt, nobis quoque nõnullam eurã reliquit. Quãdo aũt terribilis iudex ſedet, & populus rabie furit, & horror undiq; circũſtat: ſiia ope facit ut cõfidamus, ut oĩ trepidatione ab animis pulſa non prodamus ueritatẽ. Incredibile profectò eſt hominem in ſtagnis exercitatũ, circa pelles & publicanorum officia educatũ, audere os aperire, cũ reges ſatrapæq; ſtudeant, ſatellites cũ euaginatis aſsiſtant enſibus, uinctũ catenis atq; oppreſſum cunctis undique prementibus. Incredibile eſt, inquã, audere os aperire, & uerbũ aliquod proferre poſſe. Neq;.n. excuſationẽ aliquã audire patiebantur, ſed dogmatis nouitate perculſi, ceu cõmunem orbis peſtiferũ hoſtẽ ad cruciatũ atq; tormẽta rapiebant. Qui.n. orbẽ *Act.16.d* terrarũ perturbãt, hi ſunt dicebant, & hic aĩ ſunt. Et *Ibid.17* rurſus aduerſus edicta Cæſaris iſti pdicant, cũ Ieſum Chriſtum regem appellant. Iudices ergo ubiq; iã ad uerſus eos erãt pſuaſi, & abſq; ſupiori auxilio nulla humana uirtus uera eos pdicare potuiſſet oſtẽdere, & quòd communi hoĩum legi non aduerſarentur.

G Nam si de ueritatẽ dogmatis ſui nõ perterriti exclamarent, mandata legũ euertere uidebantur: ſi uerò pterriti cõmunem diſciplinã ſuſcipere fateretur, ueri dogmatis ſyncritatẽ confundebant: q̃ tamẽ oĩa tã à Petro & Paulo, q̃ cæteris oĩbus prudenter atq; decẽter facta eſſe nõ ignoramus. Nã cũ quali factioſi, nouarumq; rerum cupidi accuſarentur, nõ ſolũ hãc ſuſpicionẽ tanquã fallam refutarunt, uerũetiam cõtrariam de ſe animis hominum exiſtimationẽ immi ſerunt: ut ubiq; quaſi ſaluatores & p̃cipui benefactores, & quaſi patres curam de omnibus gerentes, facilẽ p̃dicarentur, q̃ omnia inaudita incredibiliq; patientia faciebant: quod Paulus oſtendit, dicẽs: Quo tidie morior: & tamen ad finem in periculis patienter perſeuerabat. Qua igitur uenia nos erimus digni, in omni tranquillitate & ſecuritate rerũ molliter ac deiectẽ uiuentes? Nam cũ nemo nos hoſtiliter perſequatur, cedimus: cùm nemo nos fuget, fundimur atque diſsipamur, nec in pace ipſa ſalui poſſumus uiuere. Et illi quidẽ cũ totus orbis cremaretur, cũq; in tota terra unus quaſi rogus flagraret, in medias flãmas inſilientes multos eripiebãt. Tu uerò nec tibi ſoli ſaluti eſſe potes. Quænã ergo libera nobis reſpondendi poteſtas erit, q̃ uenia cõcedetur, quos nõ exagitant flagella, nõ urgent carceres, quibus nõ principes, non ſynagogæ minãtur, nec aliqd hmõi malorum impẽdeat, immo uerò oĩa ſe in contrarium habeant? dominamur. n. & regna poſsidemus: quippe qui fideles reges habemus, unde Chriſtiani honoribus affluunt, pfecturas regionũ adipiſcũtur, honore, ſecuritate, ac pace potiuntur, neq; ſic tamẽ uincimus. Et illi quidẽ cũ ad cruciatũ quotidie ducerentur, & tam magiſtri q̃ diſcipuli, mille tormentis atq; flagellis cæderentur, bonorum tamen paradiſi aĩo & cogitatione fruebantur. Nos uerò qui nec in ſomnis quidẽ cruciatum aliquẽ ſuſtinuimus, multò moliores q̃ cera ſumus. Sed illi, dices, miraculis atque ſignis fulgebant. An fortaſsis idcirco nõ cædebãtur, an ideo undique non pellebantur? immo uerò ẽt id præter ſpem, cõtraq; opinionẽ ſibi accidebat: ut uel ab his de qbus bene meriti fuerãt, ſæpenumero uexarentur. Nulla tamen moleſtia mouebantur, male ficia pro beneficijs recipientes. Tu uerò ſicui nõ magnum beneficiũ contuleris, ac deinde ab eo pro gratia malũ ſuſceperis, pœnitet illico te beneficij, ac omni tribulatione, furoreq; plen⁹ pati nõ potes. Quòd ſi acciderit, quod deus auertat, neq; pmittat unq̃ uenire, bellum eccleſiæ ac pſecutio: cogita quãtus oritur riſus, q̃ magna erũt noſtra opprobria. Meritò id quidẽ. Nam cũ nemo in arena ſeipſum exerceat, quo aliqs in certamine inſignis erit, atq; cõſpicuus? Quis unq̃ athleta nõ ab ineunte adoleſcentia in palæſtra corroborat⁹, potuit i Olympicis, excelſo ac magno aĩo aduerſarium aggredi? An non oportet quotidie luctari atque currere? Nõne uidetis eos quos qnque certaminũ athletas appellant, cùm nullum fortè reluctatorem repererint, ad ſaccum arena plenum, uires ſuas excitare: iuniores uerò his cũ iunioribus⁹ quaſi cum aduerſarijs pugnã ad exercitationem inire? Hos imitari ſtude, ac ipſe tecũ altioris philoſophiæ inſtituta meditare, ac re ipſa plerunq; confirma. Sunt. n. multi qui ad iræ nos rabiem incitant, multi qui concupiſcentiæ flãmam incẽdunt. Inſurge igitur contra paſsiones, uincas animi labores, ut corporis quoq; labores poſsis pferre. Nã & beat⁹ Iob ille, niſi antea præmeditatus fuiſſet, nõ ita in certamine refulſiſſet, K
niſi certè crebrò cogitaſſet, qua ratione mœrorem oẽm ſuperaret: dixiſſet oĩno aliquid mœſtum, cũ repentè obijſſe filios reſciſſet. Nunc uerò ita p̃meditatus, exercitatusq; fuerat, ut ad oĩa ingenti aĩo perſti terit, ad totius ſubſtãtiæ, & tam multarũ rerũ iacturam, ad filiorũ amariſsimum obitũ, ad uxoris affectum, ad acerba corporis ulcera, ad iniuſta amicorum opprobria, ad ancillarũ contemptũ atq; ſeruorũ. Quod ſi eius mirabilia geſta cupis iſpicere, ipſum audi, ac ab eo ipſo diſce qualẽ uniuerſam ſpnebat pecuniã. Si lætatus ſum, inquit, multis mihi affluentib. undique diuitijs, ſi recõdidi aurũ in puluerẽ, ſi ſpem in precioſis lapidibus habui. Hæc ille. Propterea nec cũ erepta quidẽ oĩa ſubitò eſſent, turbatus eſt, qppè qui p̃ſentibus nõ delectabatur. Tu uero ẽt animaduerte qũo filiorum rem gubernabat, & admiraberis ipſum nulla negligentia unq̃, quẽadmodum nos retardatum, ſed exactiſsima cura q̃ facienda eſſent illis propoſuiſſe. Nã qui pro occultis filiorũ delictis ſacrificabat, quãta eos ſolicitudine in manifeſtis debebat corripere? Quòd ſi continentiæ quoq; certamina uidere cupis, audi ipſum dicentem: Legẽ poſui oculis meis, ne aſpicerent uirginem alienam. Hac de cauſa nõ fregit aĩam ei⁹ uxor: diligebat. n. profectò, ſed non magis q̃ debebat, ſed ſicut prudens uir atq; fortis uxorem modeſtã. Quas oẽs ob res mecũ ipſe plerũq; admirari ſoleo, quare in mentẽ diabolo uenit, exercitationes iſtius non ignoranti, tot tantosq; aduerſus ipſum cogitaſſe labores. Cur igitur illi uenit in mentem? Truculẽtiſsima certè beſtia nunq̃ ſolet deſperare uictoriã, quod ad condemnationẽ noſtram ſpectat: nam ille nunq̃, ut dixi, noſtram deſperat perditionẽ, nos de ſalute noſtra ſæpius deſperamus. Sed perpende ẽt qũo corporis dolores, & mẽbrorum abſciſionẽ, anteq̃ pateretur, cura & cogitatione ferebat. Nam quoniam nihil tale unq̃ pertulit, ſed in diuitiarum uiuebat delicijs, alienas calamitates præ oculis indies ſibi proponebat. Id enim ſignificat, dicẽs: Timor quem formidabam, peruenit ad me, & quem trepidabam, offendit me. Et rurſus: Ego uerò ſuper omni imbecillo ploraui, & ingemui in neceſsitate hoĩem uidens. His igitur de cauſis nulla rerũ acerbitas, nullus calamitatum impetus eũ p turbauit. Nec ſolũ ſubſtantiæ iacturã conſidera, nec immaturum filiorum obitum, nec ulcera illa procul ab omni curatione remota, nec uxoris aſtutas inſidias, uerũetiam ea q̃ his & oĩbus lõgè grauiora fuerunt. At qd grauius, obijcies, his paſſus unq̃ Iob eſt? Nihil. n. p̃ter hæc ab hiſtoria diſcere poſſumus. Rectè dicis: nã quoniam ſedemus dormitantes & oſcitantes, nõ diſcimus: nam qui diligenti cura, & ſolerti ſtudio margaritas q̃rit, multò plura inuenit. Grauiora quippe alia erant, q̃ turbare magis aĩam hoĩs poterant, q̃ ea quæ dicta ſunt. Ac primũ, quoniam non ita clarè de regno cœlorum, & reſurrectione noſtra quicquam perceperat, unde lugens quoq; ipſe dicebat: Non n. in æternum uiuam, & longanimus ſum: deinde, quoniam multorum bonorum ſibi conſci⁹ erat. Tertiũ, quoniã nullius delicti conſcientia eum remordebat. Quartùm, quoniam à deo hæc ſibi putabat illata: quod ſi ẽt à diabolo, idipſum ſatis erat ad perturbandũ. Quintùm, quoniam audiebat amicos tanq̃ perditum hoĩem uituperantes. Non enim condigna, dicebant, neque ut peccata tua flagitant

percuſſus

A percuſſus es. Sextũ, quoniam iniquè uiuentes in fœlicitate uiuere cõſpiciebat, qui ẽt quod acerbius eſt, ipſi illudebant. Septimũ, quoniam non habebat, cuius exẽplo poſſet cõſolari. Hæc q̃ maxima ſunt, facilè intelliges, ſi cõſiderabis, quòd quãuis firma ſpe cœlorũ regnum, & beatitudo illa ſuprema expectetur: quãuis multorũ hoĩes ſibi ac atrocium peccatorũ conſcij ſunt: quãuis exẽpla ſublimis philoſophiæ plena nõ deſint, ſi tamen parum quid auri quiſpiã amiſerit, nec id forſan ſuũ, ſed quod aliũde ui rapuit, nec moleſtia uxoris incũbẽte, nec liberis ſuis defunctis, nõ inſultantib. ſeruis cũ multi uerbis, multi reb⁹ conſolentur, uitam ſibi acerbam putat. Quibus igitur ille laudibus dignus nõ erit, qui uidebat q̃ iuſtis laboribus ſibi ac liberis collegerat, repentè abſq; cauſa eripi: q̃ poſteaquã oĩa perdidit, quaſi uim pluuiæ tentationũ multitudinem pertulit, nec cõmotus unquã fuit, ſed gratias ſemp domino decentes peregit.
B Sed ut alia omittamus, nõne ſoli⁹ uxoris uerba duriſsimos ſilices cõmouiſſent? Animaduerte q̃ uerſutè atq; malitioſè ipſum inuadit. Nullã de diuitijs fecit mentionẽ, nullam de camelis, nullam de gregib. atque armentis. Sciebat. n. quanta philoſophia mariti animus in contemnendis rebus hmõi muniretur. Sed quod erat durius atque acerbius, liberorũ obitum ante oculos ponit, hãc rem tragicis uerbis amplificat, cui ẽt uexationẽ ſuã adiunxit. Quòd ſi multi cũ fœlici etiam in ſtatu eſſent, cùm nihil mali ſibi accideret, uxoris tamen uerbis deliniti peccarũt: quãti roboris illi animum fuiſſe credendum, qui tãtam uxoris uim atq; arma facilè repulit, qui duas acerrimas paſsiones depreſsit, cupiditatẽ. ſ. atque miſericordiam? Multi. n. cupiditatis uictores miſericordia
Gen. 39. b fracti ſunt. Nam glorioſus ille Ioſeph ardentiſsimas quidem cupiditates, atq; tyrannicas flammas extinxit, & formoſam mulierem, q̃ mille indies machinas ad capiendum excogitabat, robore animi repulit, lachrymas uerò idem continere non potuit: ſed cũ ui
Ibid. 37. f diſſet fratres quorũ iniuria uenundatus fuit, flagra-
Ibi. 45. a uit affectu, & uelamine abiecto rem totã patefecit.
C Quãdo aũt uxor q̃ poſſunt ad miſericordiã cõmouere flebiliter dicit, cui ẽt opportunitas tpis opitu-letur, ulcera quoq; atq; liuores, milleq; alij ærumnarũ fluctus: quonam modo adamantis ẽt naturam ſuperaſſe illum animũ non dicemus, qui à magnę tempeſtatis impetu, atque procellis cõmotus nõ eſt? data ueniam libere loquenti. Si nõ fuit maior Apoſto-
Iob non minor apoſtolis. lis beatiſsimus ille Iob, certè nec minor, meo iudicio, fuit. Nã Apoſtolis nõ parua erat cõſolatio, cũ ſe ſcirent cauſa Chriſti tormẽtis uexari: quod remediũ tanti erat, tantãq; uim ad ſubleuãdos à paſsionibus quotidie Apoſtolos retinebat, ut ubiq; firmè id ponies, pp me, & gratia mei. Ille aũt tali conſolatione oĩno carebat, ſed nec ſignorũ miraculis iuuabatur, nec gratiæ cauſa cõfirmabatur. Nõ. n. gratia ſpũs tãta ui tpibus illis fuiſa erat, & quòd mai⁹ eſt in diuitia fuit, nec tenuiter uitam peregit. ſed qui antea honorificentiſsimè uixit, multa poſtea indignè perpeſſus eſt. Quodq; in Apoſtolis grauius uidetur, idipſum ille quoq; ſuſtinuit, ab ancillis & ſeruis, ab inimicis, ab amicis, ab his ipſis de qbus bene meritus fuerat, acerbiſsimo⁹ uexatus odio: nec ſacratiſsima illa mniebatur ancora, nec trãquilliſsimo portu illo quie-

D ſcebat, q Apoſtolis erat donatus, gratia mei. ſ. & pp nomen meũ. Mirabiles eſſe dico tres illos pueros, q Dan. 3. b. ardentẽ fornacẽ contẽpſerunt: ſed audi quid dicũt, c.
Deos tuos nõ colimus, & imaginẽ quã ſtatuiſti, nõ adoram⁹. Idipſum certè magnũ illis robur p̃bebat, quoniã nõ ignorabant pp deum oĩa eſſe ſufferẽda. Iob aũt neſciebat quòd certamen quoddam in his erat atque luctatio. Nã ſi reſciuiſſet, nullo penè ſenſu percepiſſet dolorem. Vnde quando audiuit: alia me ratione putas tibi reſpondiſſe, q̃ ut iuſtus p̃diceris? animaduerte qualiter cõfeſtim hoc uerbo reſpirauit, qualiter ſeipſum humiliorẽ fecit, qualiter nihil ſe paſſum ſtatim æſtimauit, dicẽs: Quid adhuc iudicor admonitus & correctus à domino, cũ hæc audiã q nihili ſum? Et rurſus: Auditu quidẽ auris audie- Iob 42. a
bã te prius, nũc aũt & oculus meus uidet te: quapp nihil me facio, & liquefactus ſum, ducoq; meipſum terram eſſe ac cinerẽ. Hanc igitur animi fortitudinẽ, hãc incredibilem manſuetudinẽ imitemur, qui poſt legem, qui poſt gratiã ſumus. Illius exẽplo uiuamus, E
qui ante legem & gratiã uixit, ut in æterna tabernacula ad eum peruẽiamus. Quod utinam oĩbus nobis cõtingat, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Xp̃i, cui cũ patre, ſimul ac ſpiritu ſancto gloria imperium & honor, nũc, & in ſecula ſeculorum, Amẽ.

Homilia xxxv. ex capite x.

Vm autem perſequentur uos in ciuitate hac,
c *fugite in aliam. Amen dico uobis, non conſummabitis ciuitates Iſrael, donec ueniat filius hominis.* Cùm illa terroris, atq; horroris plena abſoluerit, q̃ uel adamãtinos aĩos frãgere potuiſſent: q̃ poſt crucẽ & reſurrectionem, & aſcenſionem domini eis erant euentura: ad fœliciora rurſus orationẽ deducit, ut milites uidelicet illi reſpicere poſſent, atq; aliq̃ trãquillitate p̃nunciatã duriciem rerũ mitigare. Non enim iuſsit cominus aggredi pſecutores, ſed fugere. Nam quoniã adhuc in principijs atq; in ipſa origine res erat, mitiori utitur oratione. Non. n. de his perſecutionibus dicit q̃ poſt crucẽ fuerũt, ſed de his quas ante crucẽ & paſsionem habuerunt: quod ſignificãter expreſsit, dicens: Non. n. obibitis ciuitates Iſrael, F
donec uenerit filius hominis. Nam ne diceremus, ſi ab alia ciuitate in aliam fugerimus, quid faciendum nobis eſt, ſi illuc uſq; perſecutores peruenerint? ab hoc timore ipſos liberans, Non poteritis, inquit, Palæſtinã prius circuire, q̃ ego ad uos ueniã. Tu uerò perpẽ de qualiter etiã in hoc loco non penitus imminentia mala repellit, ſed adeſt in periculis atq; leuat. Nõ enim dicit, eripiã uos à perſecutoribus, ac pſecutiones cũctas diſſoluã: ſed nequaq̃ explebitis ciuitates Iſrael, donec filius hominis uenerit. Sufficiebat certè ad ſedandos labores ſuos ſolus aſpectus Chriſti. Tu uerò hic conſidera non oĩa ſibi per gratiam cõcedi, ſed nonnihil ẽt ipſos conferre iubet, qd ſignificauit, dicens: Si timetis, fugite: nec anteq̃ pellerentur fugere permittit ſibi nec magna ſpatia locorum, cũ Palæſtinæ ciuitates ſolũ circũeundas dicit. Deinde rurſus ad aliam partem philoſophiæ traducit. Nam primũ quidẽ à ſolicitudine ciborũ liberauit, deinde pericu- *Hic, & Luc. 10. b*
lorum terrorem expulit, nũc aũtẽ detractionis atq; infamiæ abijcit timorẽ. Primũ illis uerbis docuit: Di- *et 1. Tim. 5. b.*
gnus eſt operarius cibo ſuo: quibus ſignificauit multos eorũ doctrinam eſſe ſuſcipientes. Alterũ cũ dicit, *Mat. 13. b*
Non ſitis ſoliciti, qualiter aut qd loquamini. Et, Qui *Hic. et in*
perſeuerauerit in finẽ, hic ſaluus erit. Verũ quoniam *frã 24. b*

Universidad de Navarra
Biblioteca

timere poterant, ne infamię maculis laborarent, qđ molestius multis plerũq; solet uideri: attẽde quo ipsos hac quoq; in re consolatur à seipso, & ab alijs dictis suis cõsolatione diligenter contexta, quo quidẽ consolandi modo nihil melius, nihil ipsis gratius in
Hic, & Luc. 21. d ueniri poterat. Sicut igitur prius dixit, Omnes uos odio habebũt: & statim adiecit, pp nomen meum: ita etiã in hoc loco, quãuis alteram quoq; afferat cõsolationem, cũ dicat: *Non est discipulus super magistrũ, nec seruus super dominum suum*. Satis certè discipulo est, si rectè poterit imitari magistrum: satis etiam seruo, si domini authoritatem consequetur. *Quòd si dominũ, Beelzebub appellare ausi sunt: quid domesticis suis facient?* Perpende quemadmodũ deum dominũ, cõditorẽq; oium seipsum esse ostendit. Quid igitur, inquies? Nequaquãne discipulus super magistrũ, & seruus super dominũ reperiri potest? Népe quouisq; discipulus, aut seruus est, magistro & domino nũq; excellentior erit honore ac dignitate. Noli n. ea q̃ rarissima sunt in mediũ producere, sed ab his q̃ sæpe solent fieri, orationẽ considera. Non aũt dicit, quantò
H magis seruos: sed, quantò magis domesticos eius, ut magna se illi charitate cõiunctos cognoscerẽt: sic ẽt
Ioã. 15. b alibi. Vos amici mei estis, & nõ dico seruos uos. Nec generaliter solũ contumelijs, atq; maledictis patrẽsa miliãs petitum dixit, uerumetiam cõtumeliæ modũ expresit, dicẽs: Beelzebub uocarunt. Tertiã quoque ad hæc addidit cõsolationem, ut quoniã altiorẽ philosophiam adhuc non attigerunt, rationum ui eos recreet. At sermo quidẽ uniuersalẽ de oibus annunciationem continere uidetur: non tamẽ ad omnia, sed ad proposita solũ pertinet. Quid. n. ait? *Nihil est opertum, quod non reuelabitur: nec occultum, quod non cognoscetur.* Hoc aũt hmõi est: sufficere uobis debet illa consolatio, quòd me quoq; magistrũ similib. iniurijs, ac contumelijs lacerarunt. Si uerò adhuc dolore uexamini, quoniam malè audituri pp me sitis: illud dolorem uestrum sedet, quòd nõ multò postea ab
omni suspicione liberabimini. Cuius. n. rei gratia graiter contumelias fertis? An grauis iniuria est, quia magos & seductores uos uocant? Certè non multò
I post saluatores uos, benefactoresq; totius orbis terrarũ p̃dicabunt. Tempus. n. qđ obumbrata oia declarat, ac detegit, & illorũ aduersus uos ementita uerba redarguet, & uirtutis uestræ splendorẽ accendet. Nã quãdo re ipsa benefactores esse cognoscemini, quãdo uidebũt oẽs ueræ cultores uirtutis uos esse, tũc aduersariorũ uestrorũ sermonẽ contẽnent, ueritati rerũ adhærẽtes. Sic illi mẽdaces, maledici, falsiq; aliorum accusatores uidebũtur, uos aũt uel Sole ipso clariores eritis, atq; illustriores: longa. n. spacia tẽporis oẽm tubarum clangorem in p̃dicandis meritis uestris superabũt, testesq; claritatis uestræ uniuersos simul habebitis hoies. Nequaq̃ uerò p̃senti labore animus uester deijciatur, aut inimicorũ calũnia, aut uestræ uirtutis latebra. Deinde quoniã ab oi terrore & solicitudine ipsos eripuit, atq; acriores oi calumnia effecit, opportunè nũc de libertate p̃dicationis disserit. Quid. n. ait? *Quod in tenebris uobis dico, dicite in lumine: & quod in aure auditis, p̃dicate super tecta.* Quãquam. n. non fuerint tenebræ, quando hæc illis cõmittebat, nec in aure clàm sibi loquebatur, super latione quadam tamẽ sermonis utitur. Solis. n. ipsis,
H & in angulo Palæstinæ dicebat, idcirco quasi ad futurũ ubiq; ingentẽ euãgelij sonitum hæc cõferendo ita dixit: nõ. n. uni, aut duob⁹, aut oĩno paucis ciuitatibus, K sed toti orbi terrarũ, maria, terras, loca inuia transeuntes ostẽdit. Nec pauperib. solũ, aut rudib⁹, sed regibus opulẽtis, potẽtibus populis, acutissimis philosophis, facundissimis oratorib. apto ac nudo capite liberè ac fidenter hęc dicturos p̃nunciat. Propterea dixit, in domib⁹ & in lumine, ne aliqd subticẽdum, aut celandũ putẽt. Sed, nónne satis erat, forsan quispiam obijciet, in domibus, atq; in lumine dicere: sed adiecit, quod in tenebris uobis dico, & quod in aure auditis? Nõ erat certè satis maiores ipsorum animos reddere uolenti: nam ueluti quãdo dicebat, Qui credit in me, opa q̃ ego facio, ille quoq; faciet, Ioã. 14. b & maiora his faciet: sic ẽt in hoc loco, ut ostẽdat totum, aut certè multò maiorẽ partem per illos q̃ per se facturũ, id posuit. Principia. n. ait, horum exorsus per me: q̃ uerò post principia sequuntur, per uos cõficere statui. Hæc aũt non imperando solũmodo dicit, uerũetiam multò antè futura p̃dicẽdo. His. n. dictis, & oium illos uictores fore, & occultè cõtumeliarum molestiam sedauit. Nam ueluti hoc euangelũ in lucẽ ex tenebris prosiliuit, sic malitiosa Iudæo L rũ, ac pernicios̃a de Apostolis existimatio citò cecidit. Verũ cũ extulisset aĩos eorum, atq; sublimius reduxisset, pericula rursus pronũciat. Quid. n. dicitur? *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum qui potest & corpus & animam perdere in gehennam*. Crebrò id facit: sæpe. n. ad oppositũ cũctatione detorquet. Nã quid pertimescitis, inquit? mortẽne, aut eius terrore pulsi tardiores eritis ad p̃dicandum? At hac de causa potius uobis p̃dicandum est, quoniam mortẽ perhorrescitis. Nihil. n. aliud à uera morte uos eripiet, q̃ salutaris euãgelij p̃dicatio. Nã etsi interẽpturi uos sunt, meliorẽ tamen partem uestrã nullo modo attinget: idcirco diserte nõ dixit, aĩam nõ interficientibus, sed non potentibus aĩam interficere, ut itelligamus nõ posse ipsos ẽt si uoluerint. Quare si ultima supplicia timetis, illa perhorrescite, q̃ multò grauiora sunt. Vides quòd nõ promittit ipsis hui⁹ uitæ ppetuitatem, mori aũt promittit, ut maiora sublimioraq; conferat, q̃ si nuquã morti traderẽtur. Et certè multo melius est mortem oĩno despicere, q̃ eã effugere. Quo- M circa non in periculum mortis cũ nati essent homines ipsos introducit, sed terrore moriendi morte superiores facit. Ita breui oratione duobus, uel tribus uerbis absoluta, salutarẽ de immortalitate opinionẽ in animis eorũ fixit, atq; locauit. Postea ne putarentur quasi se derelictos ab eo, ad cædem & uiolentũ peruecturos interitum, de prouidentia dei disputat, decens: *Nõne duo passeres asse uenduntur, & unus ex ipsis non cadit in laqueum sine patre uestro qui est in cælis? Vestri autẽ & capilli capitis oẽs numerati sunt*. Quid enim uilius passeribus? ait, sed tamẽ nunq̃ ignorãte deo capiũtur. Nõ. n. cooperãte deo ĩcidere in laqueũ passeres ait, qđ diuinæ maiestati indignũ est, sed nõ esse clam deo, ẽt uilissimarũ auium causam ostẽdit. Quòd si nihil penitus deus ignorat: at uos paterna charitate prosequitur, & ita amat, ut pilos capitis quoque uestri nõ negligat: quid timẽdũ uobis est? Hoc aũt dicebat, nõ qa de⁹ aliquo humano more numerat, sed qa pfectã cognitionẽ rerũ oĩum, & sũmã de oĩb⁹ dei prouidẽtiã ostẽdere uoluit. Si ergo cũcta nouit q̃ fiũt, si uult, pòtq; simul seruare uos: nolite cum tribulatiões uobis acciderit, derelictos uos eẽ à deo

A existimare, Non. n. ab incõmodis corporis liberare uos uult, sed ad eã pfectionẽ adducere studet, ut incõmoda corporis cotẽnatis. Id. n. est quod maximè à corporis liberat inconmodis. *Nullas ergo timor animos uestros p̃turbet, cũ multis passeribus uos sitis præstantiores.* Vides quomodo timorẽ eorũ depsit. Sciebat enim arcana mẽtis, ac ideo attulit. *Nolite ipsos timere.* Nam si uos uincẽt, inferiorẽ partem uestri, corpus uidelicet, solũmodo uincẽt: quod etiã si ab istis trucidatũ non fuerit, natura tamen duce obruetur: nã nihil isti à se uobis faciẽt, sed quod duce natura fit, id ferocitate cõpulsi. Quòd si hos timetis, quãtò magis ille timẽdus est, qui tã animã quã corpus in gehennã perdere potest? Nõ expresit tamen apertè se illum esse, sed per ea quæ iã dicta sunt, neminem sugiet, quòd de seipso dicit, cũ iam ipsum iudicẽ fore significauerit. Nos uerò contrarium oĩno facimus: nam eũ qui potest animã perdere, id est, ẽternis supplicijs punire, nequaquã timemus: eos aũtẽ qui corpus interimunt, perhorrescimus: atqui cũ anima puB niatur, corpus quoq; simul cruciatur. Hi uerò quos nimiũ metuimus, nõ solũ animã, sed ne corpus quidẽ punire possunt. Nã quę pœna hæc est, quę quãtò maior fuerit, tantò illustriorẽ reddit patientem? Percipis qualiter hęc certamina faciliora facit: ualdè nã que adhuc terribilis mors uidebatur, nondũ contẽpta ac spreta erat. Nec qui eã neglecturi erant, spiritus sancti gratia potiebãtur. Terrore igitur mortis, quo mouebãtur repulso: timore iterũ timorẽ eijcit, & spe p̃miorũ corroborat. Magna igitur cõminatur eis potestate, atq; licentia. Ita utrinq; timore peiorũ, & certa spe meliorũ, ad liberã ueritatis p̃dicationẽ impellit, dicens: *Quicũque igitur confitebitur in me corã hominibus, cõfitebor eũ et ego corã patre meo, qui est in cælis. Qui autẽ negauerit me corãm hominibus, negabo & ego ipsum corã patre meo qui est in cælis.* Ita non spe meliorum solũ, sed ab oppositis ẽt horratur, & in acerbiora tandem desinit. Tu autẽ diligenter scriptũ cõsidera. Non. n. dixit, qui confitebitur me, sed in me: ut tibi ostẽderet nõ propria uirtute, sed gratia superiore adiutũ confiteri eum qui confitetur. Qua etiãC de causa non similiter dixit de negante, q in me negauerit, sed qui me negauerit. Nã qui negat, superioris patrocinio gratiæ priuatus negat. Sed cui⁹ rei gratia, inquies, si priuatus qs gratia, derelictúsque negat, quasi crimino egisset accusatus? qa uidelicet, qui derelinqtur, culpa sua derelinqtur. Sed quamobrem, quispiã obijciet, non sufficit animus solus, atq; uoluntas, uerumetiã oris cõfessio flagitatur? Liberã certè petit confessionẽ, ad maioremq; charitatẽ nos adducit, & sublimes atque inuictos esse desiderat. Quapropter oibus hæc pcipit: non enim ad psonã solummodo spectãt discipulorũ, sed discipulorum quoq; discipulis robur adijciunt. Nã qui hęc rectè intellexerit, ac crediderit: is nõ liberè solũ prędicabit, uerũetiam cũcta pericula magno & æquo animo perferet. Id certè firma creditũ fide multos fecit cõfluere ad Apostolos. Nã ut in malis maiora supplicia sequuntur: sic in bonis maior erit retributio. Etenim quoniã q cõfitetur in Christo, tẽpore primus est, & qa tarditate supplicij nõnihil se lucrari peccator puquã boni rerributionẽ habẽt: uidelicet prior tu, ait, tẽpore me hic confessus es, sed maiora tibi referam, & tantò maiora, ut omnẽ ad hæc quæ tu fecisti, cõparationem effugiant, ibi. n. te confitebor. Vides ibi D nobis tã bona quã mala reseruata fore? Cur ergo festinas cur properas? cur in hac uita retributiones q̃ris, qui ad spẽ regeneratus es? His de causis siqd boni hic feceris, cuius retributionẽ non receperis, forti tranquilloq; animo sis: maiora. n. præmia in futura uita tibi reseruata sunt. Quòd si quicquã perperam gesseris, neque pœnã unquã propter id dederis, noli credere iam te effugisse, futura. n. te ibi, æternáque pœna expectat, nisi pœnitentia meliorẽ te feceris. Si uerò parũ mihi credis, saltem à præsentibus futura conijcias. Nã si in certaminis laborisque tempore sic sunt illustres, q cõsitentur: quales in coronæ retributionisq; tẽpore futuros credis? Si hostes hic superant te atq; deprimunt, q te magis diligit, quã parẽs tuus dilexit: admirabitur te ibi & laudabit, ubi tã bonorũ præmia quàm malorum supplicia reseruãtur. Quare qui Christũ negant, & nũc uexãtur, & tũc in æternum punientur. Nunc quidẽ quoniam conscię tiæ stimulis exagitãtur, nec uitã negatione cõsecuti sunt, q paulò pòst morituri sunt: tunc autẽ etiã ipsi non dubitãt ultimos se cruciatus ppetuosq; subitu E ros. Qui uerò Christũ confitẽtur, magnos & in hac uita, & in illa q̃stus, & magna lucra inuenient. Cũq; bene mortui sunt, & hic uiui clariores sunt, & ibi bonis ineffabilibus pfruentur. Non. n. ad puniendũ solũ, uerũetiam multò magis ad bona largiendũ paratus est deus: Sed cur nã, inquies, alterũ semel, alterũ bis posuit? nouit pœnarũ timore magis, quã bonorum spe homines castigari: idcirco cũ dixisset, Time te magis eũ, qui potest & animã & corpus in gehennam perdere: iterũ itulit, Negabo & ego ipsum. Hac ratione Paulus quoq; assiduè pœnarũ meminit. Verũ oi ex parte audiẽtes cõmuniuit: cœlos. n. nobis aperuit, terribile iudiciũ monstrauit futurũ, ubi angelici præconis tuba athletarũ coronę prędicantur, quibus magna incẽtiua nobis p̃bentur ad seruandã facilè pietatẽ ac fidem. Nã ne timiditate Apostolorũ euãgeliũ retardari queat, ad armatas quoque, expeditasq; legiones paratos esse iubet: ut discamus ĩsi deles homines nõ solũ suæ perfidiæ, uerumetiam in fidiarũ, quas aduersus fideles cogitant, acriores pœ F nas daturos. Cũ simus igitur certiores ad meliorem uitã nos morte traiecturos, antequam tẽpus moriendi aduenerit, mortẽ contemnamus. Sed dolendũ est, quispiã dicet, quoniã corpus post mortem omnino corrũpitur. Ego uerò ideo gaudẽdũ nobis magis censeo, quoniã corruptione corporis mors ipsa corrũpitur, mortalitas destruitur, non substãtia corporis: nã ut quãdo æs funditur, ut ide statua conflẽtur, nullã ęris pditionẽ tũc esse dicimus, cũ ad melioré usum traducatur: similiter de corpore quoq; tuo futurum est. Nullis ergo lachrymis, nullo mœrore, quoniam moriturus es, te lacera. Tunc enim flendũ esset, quando in huiusęmodi conditione, ac pœna perpetuò corpus tuũ permansurum scires. Sed melius esset, ĩques, si nulla putredine corpora tabescerẽt, si integritatẽ suam semper cõseruarẽt. Ego uerò nõ uideo, quã hoc aut defunctis aut uiuis utilitatẽ afferre posset. Quousq; hęc fœtida corpora diligetis? Quousq; terrę affixã mẽtem habebitis? Quouisq; hu ius umbræ ardenti amore laborabitis? Non. n. intelligo quid emolumẽti si corpora integra pmanerẽt, consequeremur, mimo uerò è cõtra magna pnicies nos inde inuaderet. Nã si corpora nullo fœtore in-

G quinata conseruarentur, primũ pernicioſiſsimum ſuperbiæ malum magis uigeret. Nam ſi ēt cũ putredine tabeſcant, cũ uermibus poſt mortem ſcaturiant: multi tamen deorum honoribus coli uoluerũt: quã plures huiſcemodi hoïes futuros credis, niſi fœdiſsimo corporis fœtore ab hac inſania deterrerẽtur? Deinde nõ facilè aliqui ſibi pſuaderent terrena eſſe corpora noſtra. Nam ſi cũ in terram modò reſoluũtur, nõnulli tamen an terrena ſint ambigũt: quid nõ ſuſpicarẽtur, niſi hoc ita fieret? Tertiũ, magis ab oĩbus corpora diligerentur, & carnales magis, rudioresq; multi hoïum efficerentur. Nam ſi aliqui ēt fœtentibus ſepulchris ſtulto ſuorum amore cõiunguntur: quid facerent ſi corpus integrum detinere poſſent? Quartũ, nõ ualde hoïes futuræ uitæ ſtatum deſiderarent. Quintũ, qui perpetuum fore mũdum opinãtur, quaſi certior cõſeruatione corporis eſſet ſua opinio, eſſe cõditorem muñdi aliquẽ pernegarẽt. Sextũ, quanta ſit uirtus animi nõ facilè cognoſceretur, nec quantũ ipſi corpori affert, cũ ei coniuncta ſit. Septimũ, multi amore ſuorum cœtibus hoïum ſpretis, ut
H continuè ſuos uiderent ſepulchra mortuorum habitare nõ erubeſcerent. Etenim ſi chariſſimorum effigies plerique depingentes, quoniam defluẽs corpus ſecum detinere nõ poſſunt, tabulis affixi uitã peragunt: quid nõ auderent excogitare, ſyncerũ ac integrũ corpus ſuſpicientes? Facilè mihi uidetur ad condenda corporibus tẽpla multos cõſpiraturos fuiſſe,
Arioli, et Necromãtici, qui. & cultu dæmonũ ariolos, qui talibus reb⁹ dediti sũt efficere, ut mortui ſui quaſi uiui loquerẽtur, quãdo ēt nũc hi quos necromãtas Græcè appellamus, multa huiuſcemodi ſolent excogitare. Quãta uerò idololatriæ cultus ſequitia fureret, quis ignorat, cũ in puluerem, ac cinerem corporib. redactis nõnulli cõtendere audeant, idololatriæ cultũ reſtituere? Ne igitur oĩa hæc mala, cæteraq; huiuſcemodi locũ habeant, ac ut diſcamus nõ eſſe mentẽ in terrenis rebus retinendam, noſtra ante oculos noſtros corpora oẽm fœtorem exhalantia tabeſcunt: ſic qui nimiũ corporis formam admiratur, muliebri ardore perflagrãs, ſi ratione deformitatẽ noſtri corporis itelligere nolIet, ipſis oculis cernere poſſet, cũ multæ pares atq; ęquales eius quã ardet, ditiores ēt plerũque, ac delicatiores morte præuentæ, poſt unum uel alterũ diem fœtida ſanie fluentes, uermium materia factæ ſunt.
I Quæ ex re pcipere debes, ẽli forma occupatus es, & quæ te puertit cupiditas, Quòd ſi corruptionẽ corpora omnẽ effugerẽt, unde id aliqs rectè pdiſceret? Nõne quemadmodũ ad ſepulchra dęmones cõcurrere uidẽtur, ſic morbo cupidinis laborantes, ſepulchris cõtinuè affixi, dæmonũ ſuas animas efficerent habitacula, atq; hoc ſequiſsimo inſaniæ furore animã emitterẽt? Nunc uerò ad hęc oĩa id etiã animũ cupiẽtis cõſolatur, quoniã cũ nullibi uerã deſideratę imaginem rei uidere licet, in obliuionẽ facilè labitur: ego uerò arbitror nec ſepulchra qdẽ fuiſſe, ſi corpora illeſa remanerẽt: urbes qppe nõ ſtatuis, ſed mortuorũ corporibus plenas uideres, cũ ſinguli ſuos apud ſe retinerẽt. Qua ex re, magna quædã, & det eſtãda fieret confuſio: Pauciſsimi animę curã haberent, cũ plures nihil de ĩmortalitate animi audire paterentur. Multa prętereo fœdiora: quæ ſilẽtio trãſeũda iudico. Ea ergo de cauſa cõfeſtim tabeſcant, ut tu pulchritudinẽ animi nudã pſpicere queas: nã ſi talẽ formã, & talẽ uitã anima corpori prębet, qua ipſa in ſe pulchritudine, ac uita uiuit? ſi corpus ita deforme, ac fœtulentũ K
ipſa cõtinet & cõſeruat, quatò magis ſeipſam conerubit? Nulla. n. alia corporis noſtri pulchritudo eſt, niſi ſtatuæ cõpoſitio, & flos q ab anima corpori cõceditur. Animã ergo dilige tuã quę corpus tuũ in pulchritudine ac ĩ flore cõſeruat. Sed neſcio cur dixi, in morte quãta ſit uis animæ facilè uideri, cũ in ipſa uita facilius hoc perſpiciatur. Lætitia. n. animus perfuſus, roſeo genas cõſpſit colore dolore: autẽ uexatus, omnẽ oris pulchritudinẽ ſtatim deformauit: unde q aſsidua lętitia gaudẽt, in bonã corpora ſua reducũt habitudinẽ: q uerò ſemper dolẽt, imbecilliora telis aranearum, atq; ſubtiliora reddiderũt. Ita pterritus animus, furibundũ uultũ efficit, tranqllitate aũt ſtabilitus, iucundã cõſtituit faciẽ. Si laborauit iuidia, tabidũ pallorem p corpus effudit: honeſto amore, ac moderato captus, formoſitatẽ corpori mirabilẽ largitus eſt. Qua ratione multæ deformes non paruã gratiã ab anima ad corpus traduxerũt, nõnullę p̃cipuam corporis formã animi uitioſitate corruperũt.
L Veniat ĩ mentẽ tibi, quomodo cãdida facies interio re rubro ptincta, cũ pudoris affectus animã inuaſit, uarietate coloris ſuauiſsimã reddit faciẽ: ſicut etiam è cõtra, impudẽs animus coruinũ uiſum efficit, atq; inanẽ. Nihil. n. eſt formoſo animo formoſius, nihil iucundius: nãcorpora quidẽ abſq; dolore amari nõ poſſunt, animi autẽ pura ſyncera q; uoluptate amantur. Cur igitur regẽ omittis animum, & ad præconia corporis refugis? cur philoſopho ſpreto iterpretẽ nimia cupidine ardes? oculos pſpexiſti formoſos, quę re quo animo reguntur, quę ſi turpẽ inueneris, oculos quoq; deſpicies. Nã ſi mulierẽ deformẽ ſpecioſo uelamine adopertã cõſpiceres, nullo affectu mouereris: ſic è cõtrà pati nõ poſſes, ut ſpecioſa & pulchra uelamine tegeretur. Idipſum igitur ĩ anima ēt facias, cui q̃ſi uelamẽ corporis põdus circumpoſitum eſt: quod qdẽ uim ſenſitiuã omnino deponere non poteſt: animus autẽ citò à deformitate ad pulchritudinem tranſibit, dum uelit. Nam cũ deformem, aſperũ atq; duorũ habuerit oculũ, facilè poteſt eũ in formoſum, mitẽ, ſerenum, iucundumq; reformare. Animi ergo noſtri pulchritudinẽ quæramus, oro, huius decore gloriemur, ut deus q hũc decorẽ cõcupiſcit, M
æternã beatitudinem nobis largiatur, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

Homilia. xxxvi. ex capite. x.

Olite arbitrari, quia ueni mittere pacẽ in terrã:
n nõ ueni mittere pacẽ, ſed gladiũ. Iterum difficiliora, magisque ardua, & quidẽ affatim atque copioſè proponit, quodq; ipſi obiecturi erãt, id præueniẽdo prædicit. Nã ne ſuperioribus auditis in talem ſermonẽ erumperent, idcirco ergo aduenisti, ut tam nos q te ſecuti ſumus, quã eos qui ſermonẽ noſtrũ non repudiabunt interimas, ac orbem terrarũ bellis & cædibus repleas: præuenit ipſe, atque ait: Non ueni pacẽ in terram mittere. Quomodo igitur *Luca.2.* præcipit, cũ ad ſuſcipientium domos ingrederentur, pacẽ omnibus dicere? aut quomodo angeli clamabãt: Gloria in excelſis deo, & i terra pax hominibus bonæ uoluntatis? Quomodo etiã omnes prophetæ pacem tempore ipſius futurã prænunciarunt? Quia uidelicet p̃cipua, ſingularisque pax tunc præſtatur, quando quod tabo uel ſanie corruptũ eſt, abſcindi tur atq; proijcitur: quando factioſa & improba pars repellitur, aut oĩno deſtruitur: ſic certè cœlis terra

coniungi

A cõiungi poteſt. Nam & medicus hoc modo reliquũ corpus conſeruat facilè, ſi quod reduci ad ſanitatẽ nõ poteſt, ecciderit atq; abiecerit: & militiæ dux ad ſoluendã militum conſpirationẽ alterũ in alterũ cõcitat. Sic in turre factũ uidemus, quando pernicioſa illa pax per diſcrepantiam diſſoluta, tranquillã atq;
Acto.9.c et.23.c.d laudabilem pacẽ reddidit. Sic ēt Paulus eos, qui aduerſus ſe conſpirabant, diuidebat, atq; diſſipabat. In bello uerò Nabuthę, nõne iproba multorũ concordia pernicioſiſsima fuit? Nec. n. ſemper cõcordia laudanda, cum ēt latrones magna inter ſe cõcordia cõſpirare ſciamus. Non igitur ex proposito Chriſti, ſed ex mente, animoq; hominũ uitioſo bellũ erumpit. Nam ipſe certè uellet, ut oẽs uno cõſenſu ueritatem amplecterẽtur: uerũ quoniam reſiſtunt atq; reluctãtur, bellum prorumpit. Quid igitur ait, non ueni mittere pacem? Nolite, ait, exiſtimare harum rerum cauſam uos futuros. Ego ſum, qui quoniã homines ad uitia, infidelitatẽq; procliues ſunt, hęc pręparo. Non ergo quaſi præter expectationẽ ueſtram quicquam
B acciderit, turbatione aliqua moueamini, cũ ideo uenerim, ut bellum cõmittam. Hæc uoluntas mea eſt, nulla uos inuadat turbatio, quaſi bello, atq; inſidijs orbe terrarum ferocius exagitato. Nã ſi hoc modo peiorem partẽ conciderimus, tunc pars melior cœlo copulabitur. His ēt uerbis aduerſus malam multorũ exiſtimationem ipſos facit firmiores. Non aũt dixit, bellum, ſed quod atrocius eſt, gladium: quòd ſi acerbius hæc, & minus cõpoſitè dicta tibi uidentur, nequaquã mireris. Nam ne ſuſpicari quis poſsit uerborũ lenocinijs allectos à Chriſto fuiſſe Apoſtolos, ac ēt ut aſperitate uerborũ ad iniuſtas contumelias auditũ præparet, non iucundè rem aſperam, ſed aſperrimè atq; duriſsimè protulit. Nec iſta ſibi ſuſſecerũt, ſed latius naturam iſtius belli, ac ſingulas partes amplificans, omni bello inteſtino, atq; ciuili multò magis peſtiferũ oſtendit, dicens: *Veni enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum, et filiam aduerſus matrem ſuam, & nurum aduerſus ſocrum ſuam.* Non enim
C ciues ſolũ, aut inimici, ſed affines atq; cognati alter in alterũ inſurgent, & natura ipſa diſſeparata, nũc ſemetipſam impugnabit. Separare nãq; hominem ueni, ut filius patrem, filia matrem, & nurus ſocrũ inuadat: ita non ſolũ inter domeſticos bellum oriri prædicabat, uerũetiam inter ipſos, qui neceſſarijs naturę uinculis proximè colligati ſunt: q̃ res uirtutẽ ipſius magnopere declarat. Magnum. n. omnino, ac ſuper hominẽ eſt, quod qui primi hæc audierint, libenter ſuſcipere, & alijs perſuadere potuerũt. Et q̃q nõ ipſe, ſed hominũ improbitas horum omniũ cauſa futura eſſet, ſe tamen facturũ omnia dicit. Talis quippe ſcripturarum eſt cõſuetudo: ut enim ēt alibi dicitur,
Exe.12.a & Ioan. 9.g Dedit ipſis deus oculos ne uideãt: ſic ēt in hoc loco, ut quemadmodũ diximus, hæc omnia pręmeditati atq; his uerbis ſtabiliti, cũ opprobrijs & cotumelijs peterentur, minus turbari poſſent. Si autẽ grauiora hæc cuipiam uideantur, priſcam hiſtoriam animo uerſet, Hoc. n. ipſum & ſuperioribus temporibus cõtigit: quod maximo argumento eſt, cognata eſſe uetera nouis, & eundẽ eſſe, qui hæc dicat, & illa impe-
Exod.32.e.f rauit. Iudæis. n. tunc pepercit, cum ſinguli proximos ſuos interemiſſent. ſic ēt quando uitulũ cõſecrarũt,
Num.25.b.c & quando Beelphegor dedicarunt. Vbi ergo ſunt, q dicere audent, peſtifer eſt ille deus, hic propitius atq; mitis? Ecce nanque cognatis uidemus ſanguinibus

orbem redundaſſe, & tamen magnam in hoc opere D
miſericordiam ac mãſuetudinẽ dei fuiſſe aſſerimus. Quapropter ut oſtendat ſeipſum eſſe, cui ēt illa grata fuerunt, prophetiæ mentionẽ fecit: q̃ quamuis ad hoc propoſitũ dicta nõ ſit, hoc ipſum tamen ſignãter expreſsit. Sèd quænam hęc eſt prophetia? Inimici *Mic.7.b*
hominis domeſtici eius. Nam cũ pariter tẽporibus Iudęorũ accideret, ut populus pp prophetas, & pſeudoprophetas ſcinderetur, & oẽs diuiſi, iſtos alij, alij illos ſequerẽtur, monebat populũ propheta, dicẽs:
Nolite credere amicis, nec ſperate in principibus. A *Ibidẽ.a*
coniuge quoq; tua te cuſtodias, nec quicquã ſibi cõmittas. Inimici. n. hois ſunt, qui in domo eius ſunt. His uerbis propheta omnibus rebus ſuperiorẽ facere conatur eum, qui dicta eius eſſet ſuſcepturus, Nec enim mori, ſed malè mori malum eſt: ideo dicebat, Ignẽ ueni mittere in terrã: quibus uerbis uult ſignificare magnitudinẽ, ac ardorẽ charitatis quã flagitat. Nam quoniã ipſe nos mirum in modũ dilexit, ideo ſingulari à nobis quoque charitate diligi deſiderat. His quippe monitionib⁹ Apoſtolos ſimul & munie
bat, & ſublimiores faciebat. Nam ſi à poſterioribus E
uxores unà, & liberi, & parẽtes pp me contẽnentur: quales oportet uos eſſe, à quibus illi quaſi magiſtris fidẽ ſuſcipiẽt? Nec. n. hæc, q̃ prędixi dura & ardua uobiſcũ finẽ habebunt, ſed in poſteriores quoq; tranſfundentur. Sicut. n. ſummam uobis attuli beatitudinem, ſic ſingularẽ obedientiam affectuum à uobis poſtulo. *Qui amat patrem aut matrẽ plus quàm me non eſt me dignus: et qui amat filium aut filiam ſuper me, non eſt me dignus. Et qui non accipit crucem ſuam, et ſequitur me, non eſt me dignus.* Vidiſti pręcipuam docentis authoritatẽ: intellexiſti cũo patris dei filiũ ſe eſſe oſtendit, cum iubet oĩbus rebus charitatẽ ſuam anteponere? Sed quid de amicis, atq; cognatis diſputo, cum etiã ſi animã tuam meæ charitati anteposueris, procul à diſcipulorũ meorũ numero, ait, te ſeparaueris. Quid igitur, obiiciet quiſpiam, an hęc uetetibus cõtraria non ſunt? Nequaquã, imo uerò & ualde cõſona, omninoq; cõiuncta. Sic enim ēt non odio ſolũ, uerumetiã lapidibus cultores idolorũ perſequẽdos
iuſsit: & in Deuteronomio ueritatis cultores admirã *Deu.33.b*
dos, ait: Qui dicit patri, aut matri, non uidi te, & fra- F
tres ſuos nõ cognouit, & filios ignorauit, is cuſtodiuit eloquia mea. Si aũt Paulus multa diſputat de pa- *Colo.3.c. et.1.Theſ*
rentibus, ſummã eis obedientiã uolens pręberi, non *ſa.5.a*
admireris. In omnibus. n. obtemperandum parentibus eſt, pręterquã in his q̃ pietatis ueritatẽ ſpectant. Ita cum ſanctum ſit oẽm honorem parẽtibus afferre, cum plus q̃ oporteat, quærunt ueritati reluctantes, reſiliendum eſt: ſic Lucas quoq; ſcribit: Siquis ue *Luc.14.f*
nit ad me, & non habet odio patrem ſuum, & matrem, & uxorem, & liberos, & fratres, & adhuc animam ſuã, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Non ſim pliciter iuſsit te coniunctos tibi homines inſequi: id enim iniquum omnino, atq; peſtiferũ eſt. Sed quando plus me petit aliquis diligi, odio ipſum habeas, ait. Hoc. n. tam diligenti, q̃ ei qui diligitur, pernicioſiſsimum eſt: hac doctrina & credentes filios maioris animi fecit, & patres, ne ab amore Chriſti liberos deturbent, admonuit, uidentes tantas eſſe ipſius uires, ut facilè poſſet à parentibus filios eripere: quare ea tentare non debent, quæ ad finẽ deducere non poſſunt. Deinde ne moleſtè, aut grauiter ferant fideles, animaduerte quò ſermonem deducit: cum enim

G dixerit, Qui non odit patrem & matrem: confestim intulit, & animā suā. Quid.n. parentes, fratres, sorores, uxorē, pro me solū abiiciendos putas? Nihil est homini anima sua cōiunctius, & tamen nisi hanc ēt oderis, non ea q̄ diligenti, sed ea q̄ odio habenti tibi retribuentur. Nec simpliciter odisse animā iubet, sed adeò, ut ad bellū, ad pugnas, ad cædē, ad sanguinē prodas. *Nam qui non portat crucem suam, & uenit post me, non potest meus esse discipulus.* Ita nō ad mortē simpliciter paratos esse iubet, sed ad mortem ēt uiolentam: nec ad uiolentā solū, uerumetiam ad maximè omniū exprobrabilem. Nec tamē aliquid adhuc de sua passione disseruit, ut istis interea castigati, equiori animo de passione ipsius uerba facturū audiant. An nō est dignū uehementer admirari atq; stupere, quō anima à corpore illorum non euolauit, qui hęc audiebant, qui dura & tristia oīa iam sentire poterant, iucunda uerò atq; fœlicia spe sola consequebātur? Quō igitur non euolauit? Maxima erat ac ineffabilis uirtus dicentis, audientium ergo charitas ēt nō parua: hac de causā cū grauiora multò & duriora, q̄ magni illi uiri, Moses atq; Hieremias perpessi fuerāt, audirent, ferebant æquo animo, imo persuasi nihil penitus obiecerūt. *Qui inuenit animam suam*, ait, *perdet eam: & qui perdet animā suam propter me, inueniet eam.* Perspicis quantā iacturam faciant, qui animam suam plus q̄ oporteat, diligāt? perspicis quā utilitatē cōsequantur qui oderint? Nam cū amarissima quedam illis, atq; ardua præciperet, cū aduersus paretes, aduersus liberos, aduersus naturalē cognationē, cōtra uniuersum orbē terrarū, contra ēt ipsam animā pugnam indiceret, atq; aciem esse instruendam, magnitudinē quoq; utilitatis ostendit. Non.n. magna hæc atq; aspera, q̄ multis detestanda uidentur solūmodo nō obsunt, sed summā quoq; afferunt utilitatem: horū aūt contraria sunt, q̄ maximè obsunt: sic ab his q̄ ipsi desiderant, quod sępe facit, sibi persuadet. Cur.n. ait, tuam despicere animā non uis? an qa ipsam amas? Ideo ergo quia ipsam diligis, despice, ut summo opere ipsi prosis. Animaduerte aūt quo ineffabili prudentia hæc dispositā sunt. Nam posteaquā de parentibus & liberis dixit, tunc ad animā opportunissimè transit: ut ab hoc ultimo illa priora minora animo uideantur, ac ēt ut discāt sic se parentibus maximè proficuos fore, quemadmodū animæ suæ prodesse possunt. Quæ oia satis poterant hoies ad cultū Apostolorū inducere. Quis.n. tam generosos animos, tam fortes uires, qui ceu leones cursu orbē circūibant, qui cuncta spreuerūt sua, ut alios saluos facerent, libenti ac prōpto animo nō susciperet? Sed aliā quoq; mercedem proponit, ut uideāt nō minorem sibi de susciepientibus hospitio curā esse, q̄ de hospitio susceptis. Et primū quidē maximū honorem prębet, cū dicit: *Qui recipit uos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me misit.* Cui quidē rei qd unquā æquale poterit inueniri? Aut quid cōferri oīno huic poterit? patrem.n. ac filiū una susceptos esse uides, promittit tamē ēt alteram retributioné nō paruam. *Qui recipit*, ait, *prophetam in nomine prophetæ, mercedē prophetæ accipiet: & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet.* In superioribus quidē nō parua supplicia nō susciepientibus minatus est: hic uerò bonorum requie ac fœlicitate ipsos cōdonat. Et ut discas maiori sē habere curæ susciepientes, nō dixit solum qui prophetam, aut instū susciput: sed adiecit, in nomine prophetæ, & in nomine iusti: quod significat, ne alia quidem de causa seculari, neq; pp has caducas, mortalesq; res: sed solū quia propheta sit, uel iustus sit, susciput: tunc.n. prophetæ, uel iusti merce dem capiet: illā uidelicet, quā decens est ut is capiat, qui prophetam aut iustum recipit, uel certè qualē ip se propheta aut iustus consequetur: quod & Paulus dicebat: Vestra abundātia illorū inopiam suppleat, ut & illorū abundātiæ uestræ inopiæ sint suppleme tum. Deinde nequis inopia se posit excusare, ait: *Quicūque potum dederit uni ex minimis istis calicē aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, amen dico uobis, nequaquam perdet mercedem suam.* Etiam si frigidę aquę calicem dabis, quam rem nullo impendio facillimè facies, erit tibi merces omnino reposita. Hæc.n. uniuersa gratia eorū qui recipiunt. Animaduertis quot, quibusq; causis persuadet, & domos totius orbis Apostolis aperit, cum planè his omnibus significet uniuersos sibi homines debitores futuros. Primum quia dixit, dignus est operarius cibo suo. Deinde qa nudos nihil habentes emisit. Tertiò, quia in bella & pugnas pro susciepientibus eos emisit. Quartò, quia mirabilib⁹, atq; inauditis signis eos illustrauit. Quintò, quia quod omnium bonorū causa, pacem ipsorum ore ad domos recipientium adducit. Sexto, qa grauiora non susciepientibus minatus supplicia, q̄ Sodoma mereantur. Septimò, quia ipsum etiam cum patre apud recipientes hospitari asseruit. Octauò, qa prophetæ mercedē, ac iusti futuram recipienti pollicetur. Nonò, quòd aquæ frigidæ calicem prębētes, nō paruas sint retributiones habituri. Quorū unūquodq; per seipsum satis magnas uires ad attrahendum possidet. Quis enim militiæ ducē, quanuis uulneribus sanguinolentum uideat, nō magno gaudio tamen domi recipiat, cū ab acie redeuntem magnis trophæis, & singulari uictoria uideat? Sed quis nam talis modò est, inquies, & recipiemus ipsum? Propterea discipuli, prophetæ ac iusti deniq; nomen adiecit, ut discas nō ex dignitate recepti, sed ex uolūtate recipiētis mercedē oēm esse cōstitutam. Nam qd in hoc loco de prophetis, discipulis, ac iustis dicit: id alibi de recipientibus abiectos, ac minimos homines protulit. Inquantum enim, inquit, uni minimorum feciſtis, mihi feciſtis. & contrà rursus, si nulli horum, nec mihi. Nam etsi nihil habeat magni qui ad te refugit, homo tamen est, qui eundem quem tu terrarum orbem habitat, eisdē radijs solis illustratur: immortalem sicut tu habet animam, eundē adorat cō ditorem, ad eandem mysteriorum cōmunicationē crebrò accesit, ad eosdem uocatus est cœlos: & qđ negligendum non est, iustè ideo petit, quia paupertate oppressus, necessarijs eget uiuēdi alimentis. Nūc uerò qui te à somno hyemis tpe tibiæ sonitu, atque fistularū excitant: q̄q̄ ea res plerūq; tibi molesta sit, multis tamē onerati muneribus abeunt, histriones præstigiatoresq; & qui fuligine obliti ne noscantur, turpia in omnes iaciunt scommata: & qui sagaciori uersutia prodigia facere uidentur, omnes harum rerum abs te nō paruam mercedem accipiunt. Si autē mendicus ac pauper, ipsius etiam panis indigens te adierit, quibus tu non uteris maledictis, quæ crimina, quas contumelias, quæ conuitia, quas desidias non obiicies? cum nec tecum ipse reputas, quanta etiam tu desidia uitam trahas, & cum deus multa tibi bona indies præbet. Nec uolo mihi respondeas,

A nonnihil te quotidie facere. Sed illud mihi ostēde, si earū rerū aliquid tractas, ac facis quę necessarię sunt. Sin uerò pecuniarū quęstus quasi diligētissimus cupo, & iugem quam de accumulādis opibus habes, curam mihi proponis: nō uerebor ipse tibi respōdere, non esse opera hæc: quippe cū illa mea sententia, & quidē certè, magnaq; opera sint, misericordia erga pauperes, oratio iugis, cæteraq; hmōi, eorumq; protectio, qui maioris alicuius iniuria uexātur. Quæ omnia nullū apud nos habent locū, sed in maxima desidia, ocioq; uiuimus semper, nec tamen uobis unquam à deo dictum est, Ociosius es atq; deses. Nolo ergo tibi solem accēdere, nihil quod sit necessarium operaris, lunam ergo tibi extinguo, in sterilitatē gremiū uertam terrarum, retinebo stagna, fontes recondam, flumina exiccabo, aërē in nihilū redigam, pluuias retrudam: sed omnia nobis affatim, atq; copiosè proponit. Quid quòd multis nō solum ocio corruptis, uerūetiam non parua peccatorum illuuie mersis, eorū omniū q̄ diximus, usum præstet? Quare cū inopem uideris, nulla dedignatione mo-
B uearis, si iuuenis, atq; saluus abs te alimēta petat, ne siquidē sicut seruus sit fugitiuus: sed ea q̄ diximus, tecū uersa, immo uerò illi ad hęc dicēda libertatem concede, & clamabit ad te iustus magna se turbari dedignatione: quoniā cū sanus fœlixq; iudicio tuo sis, nihil eorū agas, q̄ à deo nobis mandata sunt: sed quasi seruus à cōi omnium domino arrepta fuga in alienis. i. in omni uitio uersaris, temulentia, furto, rapina, cæterisq; uitijs inquinatus aliorū domos subuertis. Deinde audes ocium cæteris obiicere, qui tot delicta tibi nō obiicis, non insidias, nō periuria, non mendacia, nō latrocinia, non alia mille tua huiuscemodi facinora & flagitia recordaris. Hæc aūt dico, non quia uelim legē pro ociosis cōdere, sed quia ual de desidero bonis uos esse operib⁹ occupatos. Omnium.n. uitiorū quasi magistra quędā, atq; origo est ociositas. Itaq; oro uos atq; obsecro, ne misericordiam contēnatis, ne duri & illiberales sitis. Nā & Paulus cū multū cōquestus fuerat, dicens: Siquis operari nō uult, nō comedat: nō facit hic finē, sed ad hæc addidit, Bonū facientes, nō deficiatis: q̄ certè contra-
C ria esse uidentur. Nā si iusisti ne comedamus, quō alijs dare ociosis mones? Itaq;, inquit, iusi: remouere enim uolēs uos ab illis, & nō conuersari cū illis: ac rursus monui ne inimicos eos putetis, sed continuè ac diligēter admoneatis, nō discrepantia, sed cōsona nimiū, atq; conuenientia ad unius legis seriem dedu cēs. Nam si ad misericordiā ambos procliues facii, citò & ille ab ocio, & tu à mēte illiberali recedes. Sed multa, inquies, mendacia, multas fabulas pauperes fingunt. Ego uerò hac ēt de causa maiori misericordia moueor, cū in eā necessitatē incidisse homines uideam, ut impudentissimè mendacijs uiuere cogātur: quorū nos non modò nō miseret, sed uerbis etiā asperis eos laceramus: non accepistis dicentes semel iam, atq; bis? An ergo cibo rursus non indigent, quia semel, atq; bis acceperunt? Cur nō tuo quoq; uentri eandē legē imponis? Cur ad eum non dicis, repletus hesterno die, atq; nudiustertius fuisti, qd amplius q̄-
ris? Sed uentrē quidē tuum ēt ultra mensurā replēdo disrumpis, à paupere aūt modica petēti, faciem auertis, cuius uel hac de causa misereri debes, quoniam quotidie te adire nō parua premitur necessitate. Nā si nulla esset alia ratio, q̄ ad misericordiam flecteret:

Tonus secundus.

propterea tamen misericors erga pauperē esse debe D
res, quoniā necessitate coactus ad te uenit. Tu uerò nō modò benigno animo non es, quoniā illū impudentē uides, qui paupertate superatus est, nec solū te illius non miseret, uerumetiā paupertatē multis præsentibus exprobras. Cūq; deus iubeat occultè, atq; in abdito ꝓbere: audes tu publicè pauperē afficere opprobrijs, qui à te misericordia esset subleuandus. Dare misericorditer non uis? Quid igitur criminaris? quid tribulas calamitosam atq; miserā animā? Refugit ille ad manus tuas ceu in tranquillū portum. Cur tu oēm fluctuum uim in illū cōcitas, & maioris hyemis sibi reddis procellas? Cur miseriæ ipsum condēnas? Credis, quia si talia se putasset abs te percipere, uenisset ad te? Quòd si talia se auditurū abs te putauit, & tamen uenit: multò magis tamen eius miserādum est, q̄ tuam illiberalitatem pertimescendū, qui cū ita inuictam necessitatē imminere illi uideas, mitior factus nō es, nec opinaris satis ipsi esse ad excusationē impudentiæ ingentes famis uires: sed impudē tiam ei obiicis, qui maioribus in rebus impudētissimus sæpe fuisti. Quippe pauperū impudentię uenia E
iure cōceditur. Nos aūt plerunq; tāta impudentia feruemus, ut nō modò ueniā non mereamur, uerūetiā acerbis supplicijs simus puniendi. Hæc, quæso, ita in memoria teneamus, ut humiliores facti non irridea mus miseros, nec uulneremus eos qui remediū à nobis quęrūt. Nā si præbere non uis, cur cædis? Nō est tibi animus largiendi, quid cōtumeliaris? Sed nō uult aliter abire, inquies, Sic ergo fac, quemadmodū uir quidā sapiens iusit: pacificè ac manſuetè pauperi respōdeto, qui certè inuitus ita impudēs est. non.n. est omnino, nō est (inquam) homo, qui nō inuitus impudentię crimine uelit cōfundi. Nam si ēt mille quis-
piam afferat rationes, quibus oppositū probare cō tendat: nunq̄ tamen mihi persuadere poterit, eū qui uictū facilè habeat, malle se ab alijs turpiter mēdicare, q̄ honestissimè suis uesci. Nemo ergo uos falsis ra-
tionibus decipiat. Si aūt Paulus scripsit, Siquis opari nō uelit, nō māducet, pauperibus, nō diuitibus, scripsit. Nā potentibus quidē contrarium dicit: bonū facientes nō deficiatis. Etenim quemadmodū nos sæpe facimus, qui, quādo uiderimus duos amicos, alterum in alterū acerbè insurgere, seorsum alterū dedu centes, utrunq; admonēdo culpamus: sic nō Moses solū uerumetiā ipse deus fecit. Nam Moses quidē ad deū dicebat: Nisi dimittis ipsis peccatum, me quoq; unà cū ipsis destruas. Ipsos aūt iusit seuerissimè puniri, cognatosq; à cognatis interimi. Quę quāuis opposita uideantur, ad unū tamen finē concurrebant. Deus aūt ad Mosen quidē ludęis audientibus dicebat: Dimitte me, & cōterā populū hunc. Nā etsi tūc nō aderant Iudęi, quādo hęc deus Mosi dicebat, postea tamen hęc audituri erant: seorsum aūt, atq; priuatim cōtraria his Mosi committit: unde Moses coactus exclamabat, dicens: Nūquid ego ipsos in utero concepi, quia dicis mihi, Leua eos, sicut leuat nutrix lactentē in sinū suū? Similia in magnis familijs quoq; fiūt. Nam crebrò paterfamilias pædagogū seorsum increpat, dicens: Nimiū es acerbus in adulescentulū, atq; durus. Adulescentem autem, quasi iure cæsum criminatur. Sic à contrarijs eandem utilitatem educādi honestè filij collegit. Pariter igitur Paulus quoque sanis quidē, ac inopibus scribit, ut ad operandū eos excitet: Siquis nolit operari, non comedat: his

Gautem qui possunt liberalitate uti non sic, sed aliter
2.Thess. 3.c scribit, Bonũ facientes nõ deficiatis: ut eos ad benig-
Rom.11.c nẽ dandũ impellat. Eodẽ quoq; modo in epistola ad Romanos his qui à gẽtibus erant, cõsulit, ne ceruices in Iudæos extollant, & oleastri similitudinem adduxit in mediũ, ita ut alia his, alia illis dicere uidea-
tur. Nõ ergo in tenacitatẽ incidamus, sed pareamus Paulo dicenti: Bonũ facientes non deficiatis. Audia-
mus ẽt dominũ, qui iubet omni petenti dare: & ali-
Luc.6.e bi ait, Estote misericordes, sicut & pater uester. Ita cum pleraq; alia dixit, de nullo id præter q̃ de miseri-
cordia dixit, Sitis misericordes sicut pater uester. Nihil n certè nos usq; ad similitudinẽ dei sic effert atq; extollit, quemadmodum libera, benefica & copiosa collatio. Sed nihil est impudentius paupere, ais. Cur
quẽso? Quoniam huc atq; illuc percurrens, aduersus oẽs inuehitur, atq; obtrectat. Vis ergo, ut facilè tibi
H ostendã multò ipudentiores, molestioresq; nos illis esse? Veniat tibi (oro) in mentem, quoties ieiunij tpe mẽsa uesperi apposita, si minister uocatus tardiuscu-
lè accesserit, omnia euertisti cõtumeliando, calcitrã-
do, atrociter miserũ ministrũ uerbis ac pugnis mul-
ctasti: q̃ omnia parua mora incitatus feciſti, cũ tamẽ certior esses paulò pòst uarijs posse uentrẽ tuum ci-
barijs explere. Deinde non uocas teipsum, qui nulla de causa uel certè minima in bestiarũ ferocitatẽ exci-
disti, impudentem atq; importunũ: pauperem uerò, qui magno pondere premitur, qui non morã eden-
di, sed inopiam perhorrescit, importunũ atq; impu-
dentem, cæterisq; conuicijs audes petere. Et qũo, dic mihi, non maximæ impudentiæ hoc est? sed hęc nec cogitare quidem uolumus, ac ideo molestos esse il-
Luc.18.b los arbitramur. Nam si nostra quoq; diligentius exa-
minaremus, & cũ factis eorũ iustius conferremus, non putaremus illos esse importunos: noli igitur iu-
dex esse iniustus. Nam etsi ab omni delicto liber es-
ses, nec tamẽ ẽt sic lex diuina tibi cõmisit temeraria curiositate aliorũ crimina rimari. Nam si Pharisæus hac de causa seipsum perdidit, quã nos excusationẽ inueniemus? si rectè uiuentes nõ patitur aliorũ crimi-
na indagare, quantò minus peccatores patietur. No-
lite igitur duras atq; inexorabiles pauperibus aures præbere. Nolite ferarũ immanitatẽ superare. Non. n.
I sum nescius ad tantam crudelitatẽ nonnullos deue-
nisse, ut ex desidia fame pereuntes neglexerint, & ad hæc uerba impudenter eruperint, nullus impræsẽ-
tiarũ hic famulus mihi adest, procul ab ędibus meis absum: nullus hic mihi argentarius cognitus est. O immanitatẽ ab humanitate omni alienam, maius facilè perfeciſti, & quod minus est non absoluis: ne paululum itineris defatigeris labore inedia mẽdicus peribit. O contumeliæ nouũ genus, ò superbiã inau-
ditam. Nã si per decem millia passuũ eundum esset, nonnihil rationis hæc excusatio habere forsan uide-
retur. Nec cogitas tantò maiorẽ mercedẽ tibi esse re-
positã, quanto magis laboras. Nam quando de tuo solũmodo præbes, pro eo solũ quod dediſti, quãdo uerò ipse quoq; ad dandũ profectus es, huius ẽt la-
boris retributio tibi debetur. Sic & patriarchã ideo magis admiramur, quoniã cum trecentos & decem & octo uernas haberet, non aliũ misit, sed cursu ad
Gen.18.a boues cõtendit, ac uitulũ attulit. Nunc uerò ita infla-
ti nõnulli sunt, ut non uereantur per famulos miseri cordię uti uirtute. Sed nõne si per me faciã, ut tu iu-
bes, inquies, inanis gloriæ crimine captus uidebor? immo uerò nũc hoc crimine laborare mihi uideris, K
cũ te frustra pudeat ad pauperẽ uenire, ac eum allo-
qui. Sed hęc nunc nõ disputo, tantũmodo per te tua
præbeas, idq; uel per te, uel per alium facere tui arbi-
trij sit: illud obsecro, atque obtestor, ne contumelijs atq; criminibus inopẽ turpiter cędas: remedio indi-
get, qui te adijt, nõ uulneribus: misericordiæ ope, nõ
acuto gladio. Nã siquis lapide percussus, cæteris oĩ-
bus neglectis ad genua tua sanguinolẽtus refugerit, alióne tu iterum lapide caput eius percuteres, & uul
nus uulneri adderes? Nequaquã certè id faceres, sed priori ẽt uulneri mederi conareris. Cur igitur in pau
pere oppositũ facis? an ignoras quantũ prodesse iu-
cunda, & quãtũ obesse amara potest oratio? Melius est, inquit, sermo pius q̃ datio. Non putas aduersum teipsum ense abuti, grauioreq; ictu cõfossum iacêre,
cum dolore pauper cõmotus, gemens atq; lachrymãs, silẽtio abs te discesserit, nempe à deo ad te mis-
sus fuerat? Quare cogita nunc, quò illæ cõtumeliæ atq; iniuriæ peruenerunt: cũ deus quidẽ ad te paupe-
rem miserit, quia dandi potentẽ fecit, præbere illi ius-
sit: tu aũt non modò non dederis, sed conuicijs tur- L
piter expuleris: huius delicti magnitudinem si facilè percipere nõ potes, cõsidera id in his temporalibus rebus, & tunc ultrò intelliges q̃ atrox facinus cõmisi-
sti. Nam si famulus tuus ad alium famulũ similiter tuum argẽtũ repetiturus, quod illi dederis, iussu tuo profectus sit, nec inde solũ inanis, uerumetiã omni conuicio, atq; contumelia pulsus redierit: dic, quo
supplicio famulũ tuum punires, cum teipsum ab eo contemptũ atq; spretũ censeres? pariter ergo de deo etiam cogita. Ipse. n. est qui ad nos pauperes mittit,
nec nostra, sed dei damus, si quicquam dederimus: quòd si nõ dederimus, uerũetiam iniuria lacessitos repulerimus, ipse tecũ animo uolue, quibus suppli-
cijs, quo fulmine rem dignã egerimus. Hæc omnia (quæso) cogitãtes, & linguã domitã, quasi frẽno te-
neatis, & oẽm illiberalitatẽ eiiciatis, manusq; uestras ad misericordiæ munera porrigatis. Nec pecunijs so-
lum & rebus nostris, uerumetiã suauitate sermonis cõsolemur pauperes: hoc. n. modo tam æterna, quę cõtumelioſis hominibus impendentur, supplicia fu-
giemus, q̃ beatissimè illa regna, q̃ misericordibus & benignis cõferentur, adipiscemur, gratia & misericor M
dia domini nostri Iesu Christi, Amen.

Homilia. xxxvij. ex cap. xi.

Factum est cum consummasset Iesus præcipiens duodecim discipulis. Cũ Apostolos dominus
e miserat, tunc seipsum data opera subtraxit ab ipsis, ut opportunitatẽ, occasionẽq; haberẽt mã-
data efficere. Nemo. n. profectò præsente magistrõ, morbumq; oẽm repellẽte, discipulos adire nouisset. *Cum autem audisset Ioãnes in uinculis opera Christi, mit-
tens duos de discipulis suis, interrogabat eum dicens: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus?* Lucas autẽ dicit Luc.7.d
ipsos Ioannis discipulos signa Iesu ad Ioannẽ detu-
lisse, ac tum demum ad Iesum missos fuisse: quod ta
men nullã prorsus habet ambiguitatẽ, sed altiorem quandam solũ considerationẽ. Hinc etenim etiam q̃
acerbo inuidiæ flagrarent ardore, occultius suboste-
ditur. Quod aũt sequitur, ambiguum ualde perple-
xumq; esse uidetur. Quid enim sibi uoluit illa inter-
rogatione, Tu es qui uenturus es, an alium expecta
mus? Quo enim qui uel antea q̃ signa Iesus feciſſet, ipsum cognouit, qui à spiritu hæc didicerat, qui à
patre

A patre ipso audierat, qui in omnibus ipsum esse agnũ dei prędicauerat: quo (inquam) interrogatum nunc mittit, utrũ ipse, an alius uenturus sit? Nã si dubitas, an ipse sit Christus, cur ei tãtã fidẽ præbes, ut de re-
conditis rebus credere paratissimus sis? Sumẽ nanq; fidei dignitatẽ oportet eũ habere, qui testimonij sui
Luc.3.et Ioan.1.d põdere tantã rem sit approbaturus: an nõ es tu qui dicebas, Non sum sufficiens corrigiam calciamenti
Ioan.1.e eius soluere? qui dicebas: quoniã nõ nouerã ipsum, sed ille qui misit me baptizare in aqua, ille dixit: Sup
quem uideris descendentẽ spiritũ, & permanentẽ in ipso, hic est qui baptizat in spiritu sancto? An non ui
disti spiritũ in specie columbæ? Non audisti uocem?
Mat.3.d Nõne tu prohibebas ipsum, dicẽs: Mihi est opus à te
Ioan.3.d baptizari? Nõne discipulis quoq; tuis dicebas, illũ ex tolli ad maius indies oportere, te uerò ad minus
Mat.3.c deprimi? Nõne uniuersæ pdicabas plebi ipsum esse, qui baptizabat in spiritu sancto, & igne: & quòd ip-
Ioan.1.d se est filius dei, qui tollit peccata mũdi? Hæc certè tu omnia, anteq; ille signorũ miraculis coruscaret, ma-
gna uoce prædicasti. Quo ergo nunc, quando iam
B oibus sua uirtus manifestior est, quãdo per totã Pa-
læstinam celeberrima eius fama præfulget, quando mortui ab eo excitati sunt, dæmones depulsi, mul-
taq; alia perlucẽt miracula, tũc mittis, ac interrogas ipsum? Quidnã hoc est? an p fraudẽ illa priora quasi
Luc.1.e longas fabulas cõfinxisti? Et quis mẽtis cõpos talia fecisset? Nõ dico de Ioanne, qui exultauit in utero, q
priusquã nasceretur, Christũ prædicauit, qui eremũ habitauit, qui angelicã uiuendi perfectionem in cor
pore adhibuit: sed de quouis hoie non insano. Nam si ẽt abiectissimũ quendam dicas, certè ramen post tot tãtaq; tam sua q̃ aliorũ testimonia nullo modo
dubitasset. Ex his oibus apertissimè patet nõ ambi-
gentẽ, nec ulla ignorantia ductũ misisse qui quære-
rent. Sed nec illud dicere quisquã poterit, sciuisse qui
dem ipsum, terrore aũt carceris, ac uinculorum tinni
diorẽ fuisse. Num liberationẽ sibi hęc interrogatio affert? nec si ẽt hanc speraſſet, quicquã aduersus ueri
C tatem simulasset uir ille, qui pietatis gratia uel mille mortes obiisset. Nam nisi excelso robore animi atq;
inuicto fuisset, nunq; profectò ad uniuersum Iudai-
cum populũ iam diu exercitatũ effusione prophetici sanguinis tam fortis extitisset. Nunq; ferocissimũ illum tyrannũ tanta fiducia sui sic redarguisset, ut in
media urbe, ac foro cunctis audientibus, tanq; infan
tem, aut adulescentulũ increpasset. Quod si timidio rem quispiam suspicatur factum fuisse, qũo discipu-
los suos non fuerit ueritus, quibus audientibus tot, tantaq; de Iesu attestatus fuit: sed eos interrogatum misit, cũ alios mittere potuisset, quanuis nõ ignora-
ret inuidia quadã illos i Christũ cõmoueri, & ansas reprehendendi semper quæsisse. Qũo autem plebis etiam eũ Iudaicę non puduit, cui multa de Christo, ac magnifica prędicauerit? Quid aũt ipsi ad effugien
da uincula & carceres hoc profuisset, qui nec Chri-
sti causa uinctus fuerit, nec quia diuinã uirtutẽ Chri
sti prædicauerit: uerũ quia iniquitatis Herodis cõiu-
gia accusauit? Patet igitur non dubitasse Ioãnem ea de re, de qua nec infans quidem, aut mente captus
dubitasset. Quare oportet respõsum adinuenire, cu-
ius nã rei gratia interrogatũ Ioannes misit. Alienio-
res erant à Christo discipuli eius, & inuidiæ cuiusdã stimulis semper agitabantur, magistrum suum plu-
ris esse cupientes, quæ res maximè uerbis ipsorum comprobatur. Dicebãt ad Ioannem: qui tecum erat D
trans Iordanẽ, cui & testimonium perhibuisti, ecce
is baptizat, & oẽs ad eum ueniunt: ac rursus de mun
datione facta est quæstio inter Ioãnis discipulos, & Iudæos: præterea Iesum aggredientes dicebãt, Cur
nos & Pharisæi ieiunamus, discipuli aũt tui non ieiu Mat.9.b.
nant? Nam cũ nihil adhuc altius, ac super hominem de Christo cogitarent: Ioannẽ aũt plusquam homi-
nem abitrarentur, non poterant æquo animo ferre, crescere indies Iesum uidẽtes, Ioannẽ uerò quotidie
minoris æstimari: q̃ tamen turbatio faciebat, ut me liori Iesum mente audirẽt: ad quod Ioannes donec cum ipsis erat, tam precibus, q̃ rationibus hortaba-
tur. Verũ cum nõ persuaserit, mortẽ licet propinquã fore uideret, timens ne pernicioſæ materiam opinio
nis relinqueret, si maiorem se Christo putantes, di-
scipuli nullo pacto illi coniungerentur, hoc modo Christo ipsos offerre curauit. Nam si apertè ipsis cõ
suluisset, ut Christo tanq; meliori adhærerent, nullo pacto ei credidissent. sed pręcipua Ioannis modestia id dictũ putantes, magis ipsum colerent, silentio aũt
tantã rem pertransire non potuit. Quid igitur facit? E
ut ab illis ipsis quanta miraculorum splẽderet gloria Christus, posset audire, non oẽs, sed duos, quos for
san faciliores ad credendũ cæteris putabat, & q sim pliciter absq; suspicionẽ interrogare possent, ac rebus ipsis discere, quantũ interest inter Ioãnem & Iesum,
mittere studuit. Ite igitur (inquit) atq; ab eo quęrite, tu es Christus, an aliũ expectamus? Iesus aũt qui mẽ
tem Ioannis non ignorabat, non dicit: Respondete Ioanni, quia ego sum: sed quãuis ad interrogationẽ
consequens erat, tamen quoniã poterat turbare au-
ditores, ut ab ipsis rebus possent quod quęrebãt p-
discere, sedulò facit. Scribitur. n. multos ipsum tũc cu
rasse cũ aduenissent, & certè nõ erat consequens cũ interrogatus esset, tũne Christus es, ad quæritũ qui-
dem nihil respondisse, sed confestim multos ægrotã
tes curasse, nisi hoc facere uoluisset quod diximus: cum nemo ignoret testimoniũ, quod à rebus trahi-
tur, certius esse, q̃ uerborum, & absq; ulla suspicione. Quia ergo sicut deus qua mente misit Ioannes, nõ
erat nescius: cæcos, claudos, aliisq; morbis plurimis laborantes illico curauit. Non ut Ioannes hæc disce F
ret: non indigebat. n. his ille qui credebat: sed ut disci
pulos eius ambigẽtes attraheret, ideo post curatio-
nem multorum, ait ad eos: *Ite & renunciate Ioanni quæ audistis & uidistis: cæci respiciunt, claudi rectè ambu
lant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur.* Quibus adiecit, *& beatus est qui non scandalizatur in me.* Ex quo illis ostendit, non esse sibi occultas cogitationes eorũ. Quòd si respon
disset, ego sum, & offendisset nempe ipsos respõsum hoc, & dixissent, aut certè cogitassent, q̃d Iudæi cre-
bro more solent dicere, tu de teipso testimoniũ per-
hibes: idcirco non ita dicit, sed signis ipsos ad fidem adducit, ut & omni suspicione doctrina sua careat,
& hac luce dilucidior sit. Quapropter æquè occultè ipsos arguendo momordit. Nam cũ illi scandalum propter ipsum paterentur, passionẽ mentis eorũ ita detexit, ut nullus huius rei testis esse posset, sed cõ-
scientiæ ipsorum qui sibiipsis conscij erant, res tota relicta sit, quantum in ipso scandalũ paterentur, ac ideo attraxit eos, dicens: Beatus est qui non scanda-
lizatur in me. Verũ ut ueritas undiq; colluceſcat, illa etiam quæ ab alijs hoc in loco dicuntur, in medium

Universidad de Deusto
Biblioteca

G protrahamus. Negāt igitur nōnulli, ea de causa quæ
iā dicta est ad interrogandum misisse Ioannem, sed
quia ignorabat: ignorabat autē, aiunt, nō totū my-
steriū, sed ipsum quidē esse Christū nō ambigebat:
utrū uero ab hominibus morti traderetur, an nō,
id dubitabat: præterea etiā interrogabat, dicēs: tūne
es uenturus? id est, tūne ipse ad inferos descendes?
sed nulla prorsus hic sermo rōne cōprobari potest.
Ioan.1.d Non.n. ignorabat hoc Ioannes, qui hoc ante alios
maximē prædicauit. Ecce nanq; inquit, agnus dei, q
tollit peccata mundi. Agnū quippe uocauit, quia in
crucis patibulo suspendendū sciebat. Cum etiam di-
Colo.2.c xerit, qui tollit peccata mundi, idipsum significauit.
Nō.n. alia, quàm per crucem, uia peccatū mundi ab
stulit, ut Paulus etiā declarat, dicēs: Quod aduersus
nos erat, chirographum de medio abstulit, cruci ip-
Ioan.1.e sum affigēs. Quando aūt dicebat, hic est qui uos in
spiritu baptizabit, ea quæ post resurrectionē futura
erāt prædixit. Sed resurrecturū qdē ipsum, & spiritū
daturū, inquiunt, sanctū, non ignorabat, sed cruci-
affigendū nesciebat. Quomodo igitur resurgere po
terat, nisi passus crucifixusq; fuisset? Aut quō maior
H prophetis Ioannes, qui uel ipsa quæ prophetæ dixe
M.11.b et Lucæ.7.d runt, nesciebat? Quod uerò maior erat q̄ propheta,
ipse Christus attestatus est Quòd aūt prophetæ pas
sionem Christi præuiderunt, nemo unquā inficiabi
tur. Esaias.n. clamat: Sicut ouis ad occisionem du-
Esa-53.c. ctus est, & sicut agnus corā tōdente se, obmutescet.
Et rursus: Erit radix Iesse, & qui exurget principari
gentibus, in ipso gentes sperabunt. Passionē deinde
Esa.11.c significās, passionisq; gloriā adiecit: Et erit requies
eius honor. Nec solùm quia crucifigetur Esaias præ
dixit: uerūetiam cū quibus crucifigetur. Reputatus
Esa.53.d est.n. inquit, cū iniquis: neq; id solū, sed etiam quòd
nulla se defensione liberabit: hic nanq; ait, non ape
ibidem, riet os eius. Iniquitatem etiā condemnantiū significat, cùm dicit: In humilitate eius iudicatio sua ab-
lata est. Sed Dauid quoq; ante Esaiā totū prædixit,
& iudicium simul descripsit. Quare, inquit, fremue-
Psal.2.a rūt gētes, & populi meditati sunt inania? Adstiterūt
reges terræ, & principes congregati sunt in unū, ad-
uersus dominū, & aduersus Christū eius. Alibi autē
modū quoq; ipsum crucifigendi expresit, dicens:
I Foderunt manus meas, & pedes meos. & ipsa quæ
Psal.21.d milites facere ausi sunt, exquisitissimè expressit. Par
Ibidem. titi sunt, inqt, uestimēta mea, & in uestē meā miserūt
sortē. Nec de aceto siluit, quod Christo allatū in cru
ce est. Dederunt, inquit, in escā meam fel, & in siti
Psal.68.e mea potauerunt me aceto. Deinde prophetæ quidē
ante multos annos iudiciū & condemnationē cru-
cifigendorū cum ipso, uestimentorū distributionē,
uestis sortem, aliaq; huiusmodi plura præscierunt:
nec enim omnia dicere necesse est, ne prolixa nobis
nimiū fiat oratio: Hic uerò qui maior illis omnibus
fuerat, etiam hæc ab aliis prædicta ignorabat? Quo
nam rationis colore hic sermo sustentari poterit?
Aut cur illo modo non interrogauit Ioānes, tu es q
ad inferos uēturus es, sed simpliciter, tu es uēturus?
Multò autem illud ridiculosius est: asserunt.n. ideo
à Ioāne quæsitū fuisse, ut cùm ad inferos deuenisset
ibi quoq; prædicaret: aduersus quos nō erit absq; re
ita dicere, Nolite fratres ad infantiū mentē descen-
dere, sed uitio ac malitia infantes sitis: præsens enim
hæc uita tā rectè quàm contrariā tibi uiuendi pote
statem dat: postquam uerò diem tuū obieris, iudi-
ciū & pœna consequitur. In inferno.n. Psalmista di- K
cit, quis confitebitur tibi? Quomodo igitur æneæ *Psal.6.b*
portæ cōfractæ sunt, & uectes contriti? Per corpus
eius: tūc.n. primò immortale corpus hominis appa-
ruit, quod etiā mortis ipsius tyrannicā dissoluit po-
testatē omnibusq; ostēdit uires mortis iā esse destru
ctas, non eorū qui ante ipsum mortui fuerāt, pecca-
ta dissoluta. Quod si ita nō est, sed omnes ab initio
defunctos à gehēna liberauit: quo ipse inquit, tole-
rabilius erit Sodomis & Gomorrhæ? Quod certè si *Mat.10.b*
gnificat puniendos quidē illos omnino, quāuis re-
missius. Nā si hac quoq; in uita pœnas dederūt, non
tamē idcirco punitionē in uita illa effugerūt. Quòd
si illi qui tā grauiter hic puniti sunt, ibi quoq; puni-
untur, quantò magis qui nullū hic perpessi sunt sup
pliciū? Sed magna, inquies, iniuria illis hac ratiōe fit,
qui ante aduentū Christi naturæ concesserūt. Mini-
mè, inquā; poterāt.n. homines tunc, etiā ipsum non
confessi, saluari. Non.n. Christi, qui nondū uenerat,
ab illis cultus petebatur, sed ut idolorū cultu spre-
to, unū solū deum conditorē omnium nosceret.
Dominus.n. inquit, deus tuus, dominus unus est: id- L
circo Machabæi, qui ne legē traderent, mori malue
runt. Valde admiramur pueros quoq; illos, aliosq; *Deut.6.a*
cōplures apud Iudæos, q bene & optimè uixerūt, & *Vide lege*
hāc cognitionis mensurā inuiolatā cōseruarūt, à qui *phū. etiā*
bus nil aliud certū petitū est. Nunc aūt non ita est, *Machab.*
sed necessaria est ad salutē Christi cognitio: propte- *hæorū.2.*
rea dicebat, Si non uenissem, & locutus eis non fuis-
sem, peccatū non haberent: nunc aūt excusationem
non habent de peccato suo. Pariter etiā maiora in ui *Ioan.15.d*
uendi disciplina petuntur à nobis. Nā cùm illis tē-
poribus cædis pernicies, nunc etiā irasci satis est, ut
pereas. Et tunc quidē alienæ uxori commisceri, atq; *Exo.20.b*
adulterati, suppliciū afferebat: nunc aūt etiam incon
tinenter oculis cernere, punitionē non fugit. Nam
sicut cognitio ad pfectius, atq; sublimius puenit, sic
certè disciplina quoq; uiuendi ad melius nunc pro-
gressa est. Nō igitur præcursore apud inferos opus
erat. Præterea si post mortē infideles reduci ad fidē
possunt, atq; saluari: nullus unquā peribit. Poterunt
homines tūc pœnitentiā agere, & Christū adorare, *Phili.2.b*
qd Paulus testatur, dicēs: Omnis lingua cōfitebitur, M
& omne genu flectetur, cœlestiū, terrestriū & infero *1.Co.15.a*
rū. & iterū: Vltima inimica destruetur mors. Sed nul
lā utilitatē ex ista subiectione consequētur. Non.n.
uoluntatis gratæ ac bonæ opus erit, sed rerū ipsarū
(ut ita dicā) necessitatis. Fugiamus ergo tales opinio
nes: fabulas certè aniles, atq; inualidas. Ipsum audia-
mus Paulū de his differentē, Quicūq;.n. ait, sine lege
peccauerunt, sine lege etiā peribunt: quod de his q *Rom.2.b*
ante legem fuerunt, protulit. Et quicunq; in lege pec
cauerunt, per legē iudicabuntur: id iam de his qui
post Mosen fuerunt, omnibus dicit. Et quoniā reue
latur ira dei de cœlo in omnē impietatē & iuiusti-
tiā hominū, furor, & ira, & tribulatio, & angustia,
in omnē animā hominis operantis malum, Iudæi
primùm atq; Græci. Et certè mille afflictiones, ut hi
storia sua prædicat, & scriptura quoq; nostra, gētes
in hac uita passæ sunt. Quis n. narrare poterit exqui-
sitè, quæcunq; Babylonij passi mala omni tragœ-
dia digna? Aut quis Aegyptiorum exponet calamita-
tes? Quòd autem qui ante Christū obierunt, ac-
ideo ipsum non cognouerūt, si ab idolorū cultu re
cesserunt, ac deū solum adorarunt: si præterea ho-

A nestè uitam peregerunt, æterna bona & beatitudi-
Rom.2.b nem adipiscētur. Paulū rursus audi: Gloria, inquit, &
honor, & pax omni operanti bonū, Iudæo primū &
Gētili. Vides apertè retributiones bonorū istis repo
sitas, contrà supplicia & pœnas illis, qui cūcta oppo
sita effecerūt. Vbi ergo, ubi sunt (inquam) qui gehē-
nam fore nō credūt? Nā si qui ante aduentū Christi
uixerunt, qui nunq; gehennæ, aut resurrectionis no-
men audierunt, qui hac in uita graues pœnas dede-
runt, ēt ibi puniuntur: quid de nobis erit, qui tam su
blimis philosophiæ præceptis educati sumus? Sed
quænā ratio persuadebit, inquies, eos qui nunq; ali-
quid de gehenna perceperūt ad ipsam esse uēturos?
Poterunt.n. facilè seipsos excusare ac dicere, Si gehē
nam nobis excudisses, metu perterriti, modestius ui
tā egissemus: nec sicut illi qui etsi quotidie tanta ma
lè uiuentibus imminere supplicia prædicātes audiūt,
minimè tamen attendūt. Sed nemo unq; dubitabit,
siquis huius uitę supplicijs non corrigitur, eum mul
tò minus futuris punitionibus emēdatè uicturum.
B Rudiores.n. homines psentia magis q̄ futura mala
perhorescunt. Sed cur, inquit, cū maiore formidine
nos à malè agendo deterreamur, non iniuria illis fa
cta est, qui tanto timore castigati nō sunt? Primum
quidem nō iidem labores nobis, atq; illis propositi
sunt, sed multò maiores nobis. Qui aūt maiore one
re laboris premuntur, eis maiore patrocinio opus
est. Nō est aūt paruum patrociniū atq; tutela, formi
dinis incrementū, Quòd si nos illis potiores sumus,
quia futura nō ignoramus, in hoc ēt illi nos superāt,
quoniam uehementius, ac ferè confestim punieban
tur. Sed aduersus hæc nonulli dicunt: Et qūo iustus
est deus, siquis cū hic peccarit, hic atq; ibi puniatur?
Vultis igitur in memoriā eius rationis uos redigam,
quam in ore habere soletis, ut nullū nobis afferatis
laborē, cum satisfactionem à uobis ipsis habeatis.
Multos uestrū ego sæpe audiui, cū latro, aut fur, pœ
nas dederit, ex dedignatione hmōi uerba dicere: Mil
le cædes sceleſtus ille, mille furta cōmisit, & unica so
lum morte morietur? Vbi ergo iustitia? Vosipsi ergo
cōfitemini non satisfeciſſe ad iustitiam qd morte ille
mulctatus est. Cur igitur nūc contraria sniа iudica-
C tis? quia uidelicet uobisipsis, non alijs modò iudices
estis. Impeditur certè qui seipsum nimium amat, ne
possit quod iustū sit prospicere. Propterea quādo-
quidem de alijs iudicamus, diligenter oīa perscruta-
mur: quādo uerò de nobisipsis sniam laturi sumus,
tenebris obducti parum intelligimus. Nā si tam acri
cura nostra examinaremus, quemadmodū aliorū,
syncera integraq; sententia iudicaremus. Sunt.n. &
uobis certè peccata non duabus, aut tribus, sed mil
le dignissima mortibus. Et ut alia prætermittā, recor
demur quoties indignè corpus Christi suscepimus,
1.Co.11.f cū non ignoremus hmōi homines corporis atq; san
guinis Christi reos esse. Ita cū de homicida quicquā
dicis: tuiipsius ueniat in mentē. Et considera illū qui
dem hominem nudum interfeciſſe, te aūt cædis do-
minicæ reum esse. Et illū quidem tantorum partici-
pationem mysteriorū non habuiſſe, nos aūt ad san-
ctissimam mensam sæpius accesisse. Quid de his di
cam, qui proximos assiduè mordent, atq; deuorāt,
magnum illis uenenū immittentes: aut de his qui ci
bum inopum rapiūt? Nam si qui retinet, nec prębet
pauperi de suo, quasi cibū eripiat ab eo, peccare ui-
detur: q̄ multis latronibus peiores hi sunt, qui auari-

tia inducti per fraudem aliena retinent? q̄ multis ho D
micidis hi qui rapiunt, fœdiores? Quot aūt inueniun
tur qui spolijs hominum non satiati, sanguinē eorū
etiam concupiscūt? Minimè minimè, inquies. Nunc
quidem minimè dicis, sed uellem tunc potius dice-
res, quando inimicum tuum persequeris: tunc (quę-
so) hæc uerba memoria habeas, ut cū exquisitè uixe
ris, Sodomorū supplicia fugias. Ne Gomorrhę mala
in te ueniant, ne Tyriorū afflictiones Sodomorūq;
patiaris, ne deniq; Christum malè uiuēdo offendas:
quod mihi cæteris omnibus magis pertimescendū
uidetur. Nam etsi multi gehennam omnium malo-
rum supremū, atq; ultimum putant: ego tamen sic
cēseo, sic assiduè pdicabo, multò acerbius esse Chri
stū offendere, q̄ gehennæ malis uexari. Hortor uos,
atq; oro, ut mecum hac in re sentire uelitis. Hoc.n.
modo & gehennam fugiemus, & Christi gloria per-
fruemur. Quam utinā oēs consequamur, gratia &
misericordia domini nostri Iesu Christi, Amen.

Homilia.xxxviij.ex cap.xi.

Llis autem abeuntibus cœpit Iesus dicere ad tur- E
bas de Ioanne: Quid existis in desertum uidere?
arundinem uento agitatam? Sed quid existis vi-
dere? prophetam? etiam dico uobis, & pluſquam prophetā.

Bene cōfecta fuisse à Iesu q̄ ad discipulos Ioannis spe
ctabāt iam uidimus. Signis.n. atq; miraculis illico fa
ctis confirmati redierunt. Restabat aūt ut multitudi
nem ēt ad meliora reduceret. Nam etsi discipuli qui-
dem Ioannis nullū leuitatis crimen de magistro suo
cogitassent, uulgus tamen & turbæ, cū qua mēte Io
annes interrogaret scire nequirent, ad absurda mul-
ta poterant deuenire, secumq; ipsis cogitare: Nonne
Ioannes multa de isto testimonia perhibuit? qūo igi
tur nunc dissuasus ambigit, utrū iste an alius uentu-
rus sit? Num dissidia forsan iter ipsum & Iesum sunt,
an fortasse afflictiōe carceris timidior factus est? An
potius illa testimonia uera non erant? Hæc igitur,
aliaq; hmōi quæ illi ex imbecillitate poterant suspi-
cari, uide quomodo destruit. Euntibus aūt illis, in-
quit, cœpit dicere turbis. Cur ita illis abeuntibus? ne
multitudo putaret assentatiunculis gratiam Ioānis
Christum colligere. Nec tamen in mediū cogitatio-
nes eorum produxit, sed responsum solū proponit,
ut ēt istis ostendat non ignorare se arcana mētis eo F
rum. Nec dicit quemadmodū ad Iudæos, quid cogi
tatis praua in cordibus uestris? Nā quicquid illi cogi *Mat.9.a*
tarunt, non ex malitia, sed ex ignorantia eorum quę *& Mar.*
dicta erant agitabantur: ideo non acriter illis loqui- *2.b*
tur, sed suauiter ab omni falsa suspicione ipsos remo
uet, & pro Ioanne respondet, ostendens non ipsum
esse mutatum ab illa priore sua opinione. Non esse
leuem quendam hominē, qui huc atq; illuc Euripi
modo iactetur: sed stabilem, atq; constantem, ita ut
nullo modo proditam ab eo ueritatem fuisse suspi-
cari possitis. Hæc aūt non statim sua sentētia, sed ab
eorum prius opinione probat, ostendens eos non
uerbis solū, uerumetiam factis stabilitatem Ioannis
attestatos fuisse. Dixit enim: Quid existis in desertū:
id est, cur omisis ciuitatibus, atq; domib⁹ uestris ad
desertū unà omnes concurristis, ut miserum quen-
dam, atq; mobilem hominem uideretis? Nō potuis-
setis certè tanto studio in desertum impelli, tot tan-
tarumq; ciuitatum populi, nec ita facilè omnes ex
uniuersa Iudæa effusi in Ioannem fuissetis, nisi ma-
gnum quendam & mirabilem uirum, & adaman-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gtinis lapidibus firmiorẽ Ioannem putassetis. Nec.n. ad uidendũ arundinẽ existis. Istis maximè sunt simi les illi qui nunq̃ idem dicunt, sed huc, atq; illuc facilè pulli, modò hæc, modò illa soliciti sunt asserere. Cõ sidera autem quo cæteris omnibus omissis hanc so lam suspicionem posuit, quia tunc illi turbabantur. *Sed quid existis uidere? hominem mollibus uestimẽtis ami ctum? Ecce qui mollibus induti sunt, in domibus regum sunt.* Quod quidem hmõi est: A seipso mutabilẽ atq; inconstantem nõ fuisse Ioannẽ, totius Iudææ ad ipsum effusio demonstrauit. Nec tamen illud poterit quispiam dicere, flabilem quidem illum prius fuisse, sed emollitum uitæ delicijs, mobilitatis macula deturpari. Nam hominũ alij natura procliues ad aliqd sunt, alij uitæ institutione ac casu procliues fiũt: quẽ admodũ iracundi multi sunt natura, nõnulli longa ægrotatione ad hmõi uitium lapsi fuerũt. Et rursus alij leues natura & inconstantes, alij delicijs effœminati, enerues & instabiles facti sunt. Sed Ioannes nec natura instabilis est: non.n. quasi ad uidendũ arun dinem in Iordanem ad ipsum Iudæa fuit effusa. Nec
H delicijs corruptus robur animi sui perdidit: probat hoc amictus suus, probat eremus, probãt carceres. Nam si delicijs ille caperetur, non eremũ, non carce res, sed regias domos habitasset: poterat.n. profectò, si tantummodo silere uoluisset, magnis ab Hero de affici honoribus. Nam si uinctũ mirum in mo dum Herodes uerebatur, multò magis tacentẽ co luisset. Quare qui gestis suis tantã constantiã ostendit, quo poterit in suspicionem incidere leuitatis? Ita partim à loco, partim à uestimentis, partim à cõcur su populi, Ioãnis moribus laudatis, maius quid ad duxit, dicens: *Sed quid existis uidere? prophetam? utique dico uobis, & plus quàm prophetam.* Hic *enim est de quo scribitur: Ecce mitto angelum meũ ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam coràm te.* Primũ Iudæorũ de Io anne adduxit existimationem, quod quidẽ testimo nium, quoniã ab inimicis ipsis ferebatur, maximas uires habebat. Deide arduam uiri uitam præ oculis posuit. Tertiò, sentẽtiam suam protulit. Quartò, au thoritate prophetica ora ipsorum obstruit: & ne di cere aut cogitare possent, magnum quidẽ illũ prius uirum fuisse, nunc aũt mutatum, uestimentis atque
I carcere in oppositũ induxit. Tandẽ cũ dixisset pro phetis illũ esse maiorem, quare maior sit ostendit. Cur igitur maior prophetis Ioannes? quoniã propin quior erat Christo uenturo. Mittam.n. inquit, angelum meũ ante faciem tuam: qui aũt ante faciem est, is proximus est. Nam quemadmodũ maiore dignitate hi sunt, qui proximè regibus deambulantibus ordinantur: sic & Ioannes in ipso aduentu constitutus, maiore gratia fulsit. Nec tamen testimoniũ prophetę ad ostendendam excellentiam ipsius sufficit, sed sententiam quoq; suam attulit: *Amen dico uobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista.* id est, nõ peperit mulier Ioanne unquam maiorem. Quæ sententia, quanuis p seipsam sufficiat, tamen si uelis à rebus ipsis ueritatem inspicere, ueniat in men tem tibi mensa illius, educatioq; & mentis altitudo: ita enim in terris quasi in cœlo uersabatur. Naturæ nanq; omni necessitate superata, mirabile quoddã peregit iter. Semper in hymnis, semper in orationib⁹ fuit. Nulli hominum antequam ad baptizãdum accederet, deo autem soli sua semper offerebat collo quia: neminem uidit unquam conseruorum, nec ab aliquo horum uisus fuit: non lacte nutritus, non lec to susceptus, non tecto, non foro, nõ alia re huma na usus erat: tamen mitis simul & acer, quorũ alte rum ex conuersatione sua cũ discipulis, alterum ex responsione ad Iudæos atq; ad regem libera, facilè perdisces. Ita dicebat, non surrexit inter natos mulie rum maior Ioanne Baptista. Verũ ne his Ioannis lau dibus ab alijs q̃ audiebãt priora exciderent, ac Chri sto Ioannem præponerent, perpẽde qua ratione ip sos detinet. Nam quemadmodũ unde firmabantur discipuli, inde multitudo conturbatur uiriorẽ Ioan nem suspicando: sic unde multitudo ad meliora re ducta est, inde maior pestis sequi cæteris potuisset, maiorem pp hæc dicta de Ioanne, q̃ de Christo exi stimatione faciẽtibus: id ergo apertè corrigit, dicẽs: *Qui autem minor est in regno cœlorum, maior est illo.* Mi nor quippe ætate, minor multorũ opinione. Edacẽ enim Christum appellabant, & uini potatorem: & nõne hic est fabri filius? & ubiq; ipsum minoris facie bant. Quid igitur, inquies? Comparatus Ioanni ma ior erat? minimè. Nec.n. ipse Ioannes cũ de Christo dicat, Quia fortior me est, comparando se illi dicit: nec Paulus cũ de Mose scribat: Ampliori gloria hic, q̃ Moses dignus est, cõparando id scribit: ipse etiam Christus cum dicat: Ecce plus Salomone hic, nõ cõ parat se Salomoni. Quod siquis per comparationẽ id dictum contendat, dicemus accomodatè hoc fa ctum, propter audientes: qui & semper ante procli uiores ad Ioannẽ erant, & tunc partim pp carceres, partim propter fiduciam, qua liberè regibus loque batur, clariorem existimabãt, satisq; erat, si ita dictũ etiam per comparationem accepissent. Consueuit. profectò etiam uetus scriptura per comparationem introducens, ea q̃ inter se comparari nõ possent, ab erroribus homines liberare: ut quando dicit, Nõ est similis tibi in dijs domine: & rursus, Non est deus, si cut deus noster. Dicunt aũt aliqui de Apostolis id di ctum fuisse, aliqui de angelis. Nam qui à ueritate se mel aberrauerunt, ad multas uariasq; fraudes dedu cuntur. Et quænam cõsequẽtia rerũ seruari poterit, si aut de apostolis, aut de angelis dictũ accipiamus? Præterea quid prohibet nominatim discipulos dice re? Nã seipso minorem nominatim nõ dicit pp suspi cionem hominũ, & ne multũ arrogare sibi uideretur: quod in alijs quoque locis factitat. Quid aũt est quod dicit, in regno cœlorũ? In spiritalibus. s. omni busq; cœlestibus. Verum ẽt cum dixerit, in natis mu lierum, distinguebat dissepar abatq; se ab hac cõpa ratione. Nam si ex muliere natus est, sed non sicut Ioannes, nec oino naturę hominum lege, sed inaudi to quodam atq; mirabili partu. A *diebus autem Ioan nis Baptistæ*, ait, *usq; nunc regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud.* Et quãnam consequentiam, inquies, hoc habet ad ea q̃ iam dicta sunt? Magnam certè, ualdeq; illis concinẽtem. Hinc.n. audientes im pellit iam ad fidẽ, ac ea q̃ pridem dixit Ioannes, ue hementius cõprobat. Nam si usq; ad Ioannem om nia completa sunt, ego ille sum qui uenturus sum. *Omnes enim*, inquit, *prophetæ & lex usque ad Ioannem prophetarunt.* Non.n. cessassent prophetæ, nisi ego ue nissem. Quare nemo expectãdus ulterius uobis est, cum inde apertè pateat, quia ego sum: quoniã pro phetæ iam cessarunt, & quoniam multi quotidie fi dem rapiunt. Sic enim iam manifesta, atq; illustris est, ut ad ipsam multi cursu contendant. Et quis un-

A quã rapuit? obiicies. Oẽs scilicet, qui magno studio properantes Christo adhæserũt. Aliud deinde signũ ponit, dicens, *Si uultis recipere, ipse est Helias qui uentu*
Mala.4. b *rus est.* Mittã.n. ait, uobis Heliam Thesbiten, qui con uertat corda patrum ad filios. Hic est (ait) Helias, si
Mala.3.a attendere diligenter uolueritis. Mittam.n. ait, angelũ meum ante faciem tuam. Rectè aũt apposuit, si uul tis recipere: non ueni cogere aliquem, ut gratam ab omnibus petere mentem uideretur. Significauit aũt Ioannem Heliam esse, & Heliam Ioannẽ: utriq; enim unam administrationẽ susceperunt, & præcursores ambo constituti sunt. Quapropter nõ dixit, hic est profectò Helias: sed si uultis suscipere, hic est: si mẽte uidelicet attenta utriusq; gesta, & animo facili, non cõtentioso considerare uolueritis. Nec finem hic fe cit: sed ut ostendat quanta solertia opus sit cũ dixis set, Helias qui uenturus est, cõfestim adiecit: *Qui ha bet aures audiendi, audiat.* Multa uero hmõi, ut ad in terrogandũ eos incenderet, ænigmata proferebat. Qui si nõ excitabantur, sed quasi dormitantes negli
B gebant, multò grauiores certè fuissent, si apertè pla neq; oĩa dixisset. Nemo.n. obiicere audebit, ita diffi cilem Iesum fuisse, ut interrogandi fiduciam difficul tate illius amitterent. Nã qui de paruis rebus per ten tationẽ interrogabant, quiue subdolè quærere, quã uis sæpius refutati fuerint, nunq̃ cessauerunt: quo nõ quæsissent de necessarijs, si discendi cupiditate incẽsi fuissent? Et qui de legalibus quærebant, & quodnam esset mãdatu primũ nulla opportunitate inducti sci scitabantur: quo dictorum suorũ de quibus rationẽ reddere, si dubia erant, tenebatur, sensum nõ inue stigaret, præsertim cũ ipse ad hoc incitare uideretur? Nam cũ dixerit, uiolenti rapiunt illud: &, qui habet aures ad audiendũ, audiat: ad interrogandũ eos im pellebat. *Cui autem assimilabo generationem hanc? Simi lis est pueris sedentibus in foro, & dicentibus: Tibia cecini mus uobis, & non saltastis: lamentati sumus, & non plan xistis.* Hęc rursus, quãuis suspẽdi, separariq; à superio ribus uideãtur, ualde tamẽ illis cõiuncta sunt, & ad illũ locũ pertinent, quo sibiipsi cõsona Ioannẽ facere, & nõ cõtraria, ut illi estimarũt, ostẽdebat. Probat
C igitur nihil spectare ad salutẽ ipsorũ, quod iam dili genter adhibitum non sit, & in medium illud quasi
Esa.5.a adducit propheticũ: Quid oportebat facere huic uine æ, & nõ feci? Cui aũt similem existimabo hanc ge nerationẽ? similis est pueris sedentibus in foro, q cla mantes cũ æqualibus dicũt: Cecinimus uobis, & nõ saltastis: lamẽtati sumus, & nõ planxistis. *Venit.n. Ioã nes neq; manducans, neq; bibens, & dicũt, dæmonium ha bet: uenit filius hominis manducans, atq; bibens, & dicũt: ecce homo uorax, & uini potator, publicanorũ amicus & peccatorum.* Huiusmodi aũt est qđ dicitur, Oppositis quibusdã itineribus ego & Ioãnes ad uos uenimus, idẽq; fecimus, qđ uenatores solẽt facere, q quãdo fu gacissima captuq; difficillima insectantur animalia, nõ una uia, sed diuersis, & nõ diuersis solũ, sed p cõ traria plerunq; aggrediuntur, ut si alterũ effugerint, in alterũ incidant. Nã quoniã uniuersum penè genus hominũ maximè ieiunantes solet admirari, & duri ciem uiuẽdi nimiũ approbare: idcirco statim à tene ris unguiculis dispẽsatione diuina duriter uixit Ioan nes, ad hoc ut ad credendũ uerbis suis populi duce rentur. Sed cuiusnã rei gratia, inquies, hoc ipse iter
Luc.9.g uiuẽdi ingressus nõ est? Immo uero hãc quoq; uiam ipse cõfecit, cũ quadraginta dieb⁹ ieiunauerit, & cir-
D cumierit ita docens, ut nõ haberet ubi caput declinaret, Sed tamen ẽt aliter ad ipsum præparauit, ut fa cilius oẽs lucrifaceret. Multò.n. maius erat testimo niũ eius, qui duris sima disciplina uiuẽdi fuerat usus, approbrari, q̃ ipsum ieiunare, atq; duriter uiuere. Præ terea p̃ter uitę sanctimoniam nihil aliud magni Ioã nes ostendit. Nullũ.n. ait, signum Ioannes fecit: Xps
Ioã.10.g uero signorũ, atq; miraculorum testimonio claruit
Ibid.11.f illã aũt aliam uiuẽdi uiam Ioanni oĩno postea dimi sit: ipse uero publicanorũ atq; peccatorum mensas elegit, ut publicanos & peccatores saluaret. Interro gabimus ergo Iudæos si ieiunium admirantur, atq; collaudant: cur Ioanni ieiunãti nõ crediderũt, cuius uerba ad Iesum apertissimè illos reducebãt? Quòd si grauis quędam res, atq; tristis ieiuniũ sibi uidetur: cur Iesum comedentẽ atq; bibentẽ repulerũt? utraq; enim uia siue Ioannẽ, siue Iesum recepissent, salutem consequebantur. Illi aũt quasi crudelis quędã bestia cõtumelijs utrũq; lacerarũt. Pręterea nemo nõ insa nus cõtraria simul uituperare, ac laudare studet. Qđ aũt dico hmõi est: qui remissos, lętosq; homines lau
E dant, hi seueros atq; tristes ferre nõ possunt: & qui se ueros laudant, hi lætos repudiant. Nõ.n. possumus utrosq; simul iudicio nostro approbare. Propterea etiã ipse ait: Tibia cecinimus uobis, & nõ saltastis, id est, remissiore uiuẽdi disciplina uolui uos attrahere, & noluistis: lamẽtati sumus, & nõ plãxistis. i. noluis tis attẽtã Ioanni mentẽ adhibere, qui durissima di sciplina uiuẽdi ad uos uenit. Non.n. ad aliud Ioãnes, ad aliud ego uos induco. Quippe unũ est utriusque consilium, ẽt si uiuendi studia contraria uideantur. Quapropter ea q̃ ab utriq; facta sunt, cõia sunt. Nõ enim à discrepãtia, sed à summa cõcordia cõtrarias uias elegimus, q̃ tamen ad unũ exitum oĩno perdu cunt: qua igitur excusatione uti poteritis? *Et iustifica ta est*, inquit, *sapientia à filijs suis*. Id est nasci uos po tui attrahere uia, quare iure me iam incusare nunq̃
Psal.50.a poteritis: qđ de patre pariter dixit: propheta, Vt iusti ficeris in sermonibus tuis. Deus.n. quanuis sciat nihil boni uos facturos, cura tamẽ ac prouidẽtia summa erga uos utitur: ita ut ẽt his qui impudẽtissimi sunt, nec umbrã quidem dubię atq; ingratæ excusationis
F relinquat. Si uero exẽpla, quibus utitur, tenuia qui dẽ tibi uidentur, ac cõposito orationis cõtextu, nõ moueris. Ad fragilitatẽ.n. audientiũ sermo semper accõmodandus est. Sic Ezechiel multis similitudi
Eze.4.a & 16.c nibus q̃ Iudæis cõueniebant utitur: quãuis nõ ignora ret, à diuina maiestate alienos fuisse. Id enim maxi mè dignũ atq; gratũ deo est, qđ imbecillitati huma næ accõmodatum, ad salutẽ nostrã pertinet. Tu ue ro aduerte quemadmodũ repugnantibus Iudæi se ipsos implicabant. Nanq; de Ioanne ieiunante dixe rũt, qđ dæmoniũ haberet. Iidẽ ipsi rursus hoc ipsum de Christo cõtrario quodã modo uiuente affirma runt. Sibiipsis semper repugnantes, nunq̃ constanter idem senserũt. Lucas aũt ad ea quæ dicta sunt, aliud etiã addit, quo multò magis Iudæi accusandi esse ui dentur: *dicit* enim: Quoniam publicani iustificarũt
Luc.7.e deum suscipientes baptisma Ioannis. Tũc incepit ex probrare ciuitatibus, cũ iustificatã esse sapientiam à filijs suis plenè ostendisset. Nam q̃ docendo persua dere nõ potuit, q̃ signis atq; miraculis non effecit, ut duriciem cordis deponerẽt, ad exprobrandũ iã ac cedit, quod multo maius mihi uidetur, q̃ ti formidi nem atque timorem incuteret. *Tunc igitur*, ait, *Iesus*

Cœpit exprobrare ciuitatibus,in quibus facta sunt plurimæ uirtutes eius,quia nũ egissent pœnitentiã. Væ tibi Chorazin,uæ tibi Bethsaida. Et ut uideas non natura illos tales fuisse,nomẽ illius urbis posuit,unde qnq; emicuerũt apostoli. Nã Philippus,& duo illa paria q̃ apostolatus uerticẽ tenuerũt,inde fuisse dicũtur. *Quoniã si in Tyro,atq; Sidone factæ essent,ait,uirtutes,quæ in uobis factæ sunt,olim in cilicio et cinere pœnitentiã egissent. Veruntamẽ dico uobis.Tyro et Sidoni remissius erit in die iudicij,quàm uobis. Et tu Capernaum quæ usq; ad cœlum exaltata es,usq; in infernum descendes:quia si in Sodomis factæ fuissent uirtutes,quæ factæ sunt in te,mansissent utiq; usq; in hanc diem.uerũtamẽ dico uobis,quia terræ Sodomorũ remissius erit in die iudicij,quàm tibi.* Nõ simpliciter nec; ociosẽ Sodomorũ fecit mẽtionẽ,sed ut ostẽdat q̃ maxima sit prauitas eorũ q nõ solũ pẽsentes, uerũetiam pteritos oẽs uitijs superasse uidẽtur.Sicẽt alibi modò ad Niniuitas,modò ad reginã Austri cõferẽs,ipsos còndẽnat.Verũ eorũ ibi q rectè, hic eorũ exẽplo q perperã fecerunt,qd modo grauius est,eos
Eze.16.f accusat.Hanc condẽnandi legem ac rationem Ezechiel quoq; non ignorauit.Dicit.n. ad Hierusalem Iustificasti sorores tuas in oibus peccatis tuis:Ita ubiq; ueteri testamẽto doctrina sua consimilis est: nec tamen orationem adhuc usq; solum produxit,sed maiorem incutit metum dicẽdo, grauiora incredulos Iudæos, q̃ Tyrios atq; Sodomitas expectare supplicia: ita ipsos partim quoniã ut miseros luget, ptim quoniã terret, allicere studet. Hæc nos cũ audiamus, nõ incredulis solũ grauiores pœnas iminere, q̃ Sodomitis,sed nobis quoq; ipsis,credamus.Nam cum uenientes ad nos aduenas atq; peregrinos puluerem excutere iusserit,eadẽ supplicia,nisi suscipiam⁹, minatur: nec id iniuria.Nã Sodomitæ quãuis iniquissimè uixerint,sed tamẽ ante legẽ & gratiam peccarunt: nos aũt post legis & gratiæ tam diligentem curam, qua uenia digni erimus,aduenas atq; pegrinos, odio tã magno psequẽtes, & ianuas nostras,imo uero multò magis aures pauperib⁹ claudẽtes:qd dico pauperibus,cũ apostolis ipsis id faciamus?Nam quãdo publicè legitur Paulus,& tu non aiaduertis:quando Io
I annes tonat,& tu non audis:inopẽ tu audies, q apostolũ nõ audis?Vt igitur pauperibus domus nostrę, & apostolis aures pateãt,oẽm sorditiem ab auribus animi expurgemus.Nã quemadmodum sordes & limus aures corporis obstruere solent: sic meretricij cantus,huius seculi fabulæ,debitorũ onus,creditorũq; ac fœnorũ rõ,aures mẽtis solent obstruere,atq; imũdas facere:quasi.n.stercus auribus uestris imittũt huiusmodi colloqa:& quod Barbarus ille minabatur dicens:Comedetis stercus uestrũ: id nũc multi non uerbo,sed re in uobis faciũt,imo uero etiam multo peius,ac fœdius.Nã fornicatorij cãtus multò magis, q̃ stercora sunt abominabiles. Qdq; ægrius ferẽdum est,non solum nullam audientes molestiã capitis,uerũetiã ridetis,atq; lætamini. Cumq; uitare ista,abominariq; deberetis,susciptis ac laudatis. Descẽde igitur tu quoq; in ludum similẽ,imitare qd laudas,habeas cũ his qui huiusmodi cõmouent risum, societatẽ atq; cõmertium:sed si in illo ipso consortio coniungi nolles,cur tantum ei honorem tribuis ? Et eges quidem gẽtilium infames eos esse uolũt:tu ueo quasi ad legatos,aut duces militiæ cũ uniuersa ciuitate oib⁹ conuocatis effunderis, ut unà cum omnibus stercus in aures tuas imittas:& qui seruum cę
dis,si coràm te turpe quicq̃ protulit,qui filio id non K
pmittis,qui domi tuę quasi turpitudinẽ quandã ista fieri nõ pateris,cum uerberones quidam, & seruiles abiectiq; hoies,ut hæc audias,uocẽt,nõ modo molestè nõ fers,sed lætaris etiam,atq; laudas, & gratias agis.Et quid hac amentia maius unq̃ poterit inueniri?Sed ego turpia hæc,& incẽtiua uoluptatũ nec dixi,nec cecini unq̃,dicis.Et quænam utilitas est, si cũ non dicas,libenter audis?immo uero unde idipsum planũ facies qd non dicas?cum libenter hæc cum risu audias,& ad percipiendum magno cursũ contendas?dic mihi oro,cum blasphemãtes audis, gaudes atq; exultas,aut potius perhorrescis,aures obstruis? nõ dubito quoniã phorrescas.Quamobrẽ ? quia uidelicet nunq̃ tu blasphemare soleas : pariter ergo in turpiloquio etiã facito,si psuadere nobis oino uis, nõ libẽter turpissima te ueiba proferre.tunc tibi credimus,cum nec audire quidẽ perspeximus.Nã quomodo uirtutem colis, qui hæc audiẽdo corrũperis? qũo castimoniæ arduos poteris perferre labores, q risu destuis,&cantu meretricio caperis?Nã si uix quę longè ab huiusce modi cantibus remota est, anima, L
castimoniæ honestatem amplectitur,qũo continenter uiuere poterit,qui in his uiuit? An ignoratis prodiuiores nos esse ad uitia?Cum igitur etiam arte & studio ad ea curramus,qũo fornacẽ ęterni ignis fugiemus?Non audistis Paulum dicẽtem : Gaudete in
Philip.3 & 4.d domino?In domino dixit,non in diabolo. Quãdo igitur audire Paulum poteris?quãdo peccasse te sentiens,cũ semper ridiculis istis atq; spectaculis quasi ebrius efficiaris?Quòd.n.huc modo peruenisti,non miror,imo uero & ualde miror.Nam huc quasi simpliciter,ac ferè sine cã uenisti : illuc uero omni studio,cursu,alacritate quotidie ruis: qd inde patet,qa fœtulentissimũ limum,qui in animas uestras uisu & auditu infusus fuit inde à theatris domos uestras cõducitis,imo uero in mẽtibus ipsis , atq; animis collocatis, ac sumitis:& ea q̃ digna abominatione nõ sunt,auerteris,abominãda uero admiraris ac amas. Multi.n.à sepeliẽdi officio redeuntes,balneum confestim intrarunt : à theatris autẽ recedentes, nec gemuerunt,nec lachrymã ullã effuderunt. At certè nullam imunditiam cadauer habet,peccatum autẽ ita M
maculat,ut nulli fõtes,nulla flumina,sed lachrymæ solũ atq; confessio mundare q̃ant.Sed nemo est qui peccati sordes q̃ magnæ sint sentiat. Nam quoniam non timemus timenda,idcirco formidamus q̃ nullã in se cãm formidinis habẽt.Quis autem est ille theatralium hoium adeo magnus sonitus?quis tãtus tumultus?q diabolici clamores ? q uestitus satanicus? Alius cũ adolescẽs sit crimen nutrit,& naturam aspectu,uestitu,incessu,cæterisq; hmõi effœminãdo,ad teneriusculę imaginem puellæ deducere contendit: alius ecõtra cum sit senex,nouacula pilos pudorem oẽm abrasus,cinctus assistens,ad dicendũ ac faciẽdum oia paratus est.Mulieres aũt nudo atq; aperto capite populũ absq; rubore alloquuntur, tãtaq; præmeditatione impudẽtiã assciscunt , tantamq; lasciuiã in audientiũ atq; uidentium aios infundunt,ut uno oẽs animo radicitus modestiã è mentibus suis euellere , dedecore muliebrẽ naturã afficere , pernicioſa uoluptate cupiditates suas iplere cõari uideãtur. Cũcta.n.simpliciter quæ ibi fiunt turpissima sunt , uerba,uestitus,tõsura,icessus,uoces,cãtus,modulationes,oculorũ euersiões,ac motus,tibię,fistulę,& ipsa

A fabularum argumenta,oia (inquã) turpi lasciuia plena sunt.Dic ergo,quando à tanta fornicationis imũda cupidine,quã tibi diabolus infudit,teipsum recipies atq; resipisces?Nõ.n.ignoramus quot tibi fornicationes pagantur,quot adulteriis matrimonia maculẽtur,quot uiri muliebria patiantur,quot iuuenes effœminẽtur,cũcta iniqtatis summæ,cuncta prodigiorũ,cũcta ipudẽtiæ plena sunt: Quas ob res nõ cachinis diffluere ridẽtes,sed lachrymis gemere ac dolere oportet.Quid igitur uis,inqes, an ut ludorũ omnium locum claudamus,& tibi obtẽperãtes omnia euertamus?Quid euertamus dixisti?Nonne cũcta iã euersa sunt?Nã unde credis nuptiarum insidiatores proficisci?Nõne ab huiusce modi scenis?Vnde illos q domos ac thalamos aliorũ effodiũt? Nonne ab orchestra illa?An nõ hinc uxoribus uiri molestissimi, & uiris mulieres cõtẽnẽdæ fiũt?itaq; is mihi uidetur oia euertere,qui theatra petit,qui tyrannicæ cupiditatis uiros nimis nutrit fauore.Minimè,inquies,mulieres à uiris suis disseparare,puerorũ pudicitiã rapere,domos euertere:hęc oia eorum tyrãnorum sunt,
B qui arcẽ occuparunt,& ciuitatẽ ui premunt. Quæ uero nos facimus,legibus approbata sunt,& adulteriis nũq̃ hæc spectacula opportunitatẽ pbuere. Immo uero quis nõ adulter modo factus est?Nã si possem nomine omnes appellare,citò tibi ostendere. Quot quasi captiuos scorta inde abduxerũt , quot aut ab uxoribus abstraxerunt,aut ad legitimũ oino thorũ puenire nõ dimiserunt? Quid igitur,inquis , an leges oẽs euertemus,quibus hæc cõstituta sunt?imo uero his theatralibus ludis euersis,non leges sed iniquitatem euertetis , ac oẽm ciuitatis pestem extinguetis. Hinc.n.seditiones excitantur , hinc tumultus oriuntur.Qui.n.his ludis aluntur , omnes uocem uentris causa collocant,qui dicere facere oia promptissimi sunt,hi maximè solent rumoribus populos inflãmare,& tumultum in ciuitates imittere.Ociosã enim iuuẽtus ipudẽter educata,omni ferocissima bestia immanior est.Malefici aũt nónne à theatralibus ludis multi cõstituũtur?Nã ut uniuersum populũ ad hæc posśint inflãmare,ut tripudiantes suas consequãtur uoluptates , ut modestas mulieres meretricibus cõmistas corrũpant,ad tãtũ maleficij genus pueniunt,
C ut nec ab osibus quidẽ mortuorũ abstineãt . Quid dicã quòd ad diabolicas has sodalitates innumeras multi cõsumũt pecunias? Quid de lasciuia? qd de aliis malis ? Aiaduertis te illũ esse qui uniuersam uitã hoium euertis,cum ad hæc cæteros horteris,nõ me qui huiusce modi oẽs ludos omittendos censeo.Diruemus igitur oium loca ludorum?inquies.Vtinam diruta essent,quanuis,quantũ ad nos attinet, iã pridem desolata iacẽt.Nihil tamẽ facere horum uos iubeo,quippe cum ædificiorum magnificẽtia pmanere possit,& ludi & tripudia oino cessare:quod maiori uobis laudi erit,q̃ si cuncta funditus euerteretis. Sumite saltẽ exẽplum uobis à Barbaris,qui omnium hmõi spectaculorum turpitudine carent : quam ratiõnẽ pro uobis afferetis,si,qui adscripti estis in cœlis,angelorum atq; archãgelorũ socij ac cohęredes, multò peiores hac in re Barbaris ipsis iueniamini?psertim cũ queas multa aliunde tibi solatia cõparare. Nam cum recreare animũ uolueris , poteris hortos petere,fluentes riuos conspicere,ingentes lacus considerare,amœna cernere loca,cicadas audire canentes,in tẽplis martyrũ cõuersari:unde pcipua tibi cor
D poris suauitas tribuetur,ac ad aiam tuã eximia peueniet utilitas,unde singularẽ capies uoluptatẽ:quoniam nullus dolor,nulla mœstitia conseqtur.Habes uxorem,non cares liberis,abundas amicis,quæ oia ad dilectionẽ honestam & emolumenta nõnunquã solent pbere.Quid.n.liberis suauius ? quid uxore casta,moderatoq; marito dulcius ? Barbari quidẽ ipsi cum de theatralibus his ludis,& importuna delectatione fabularũ audissent, dixisse ferũtur uerba oibus institutis philosophiæ dignissima.Prudẽter.n.Roma ,,
nos dixerunt,quasi liberis atq; uxoribus careant, ta ,,
les sibi excogitasse uoluptates.Quibus uerbis ostendebãt nihil uxore modesta,nihil liberis esse posse suauiº.Sed ego iqes,ostẽdã nihil multis hmõi ludos obfuisse:imo uero id maximè nocet,quòd frustra & incassum tempus consumis, & scandalum alijs offers. Nã etsi tu quodã excelsi animi robore , nihil ide tibi mali contraxisti:attamen quoniam alios imbecillio
E res exẽplo tui spectaculorum studiosos fecisti,quomodo non ipse cõmisisti,qui causam cõmittẽdi alijs præbuisti?Qui.n.ibi corrumpuntur, tam uiri quàm mulieres,oẽs corruptionis crimina & causam in caput tuum transferunt.Nã quemadmodum si nõ essent qui luderent,sic quoniam uterq; sunt causa peccatorũ quæ cõmittũtur,ignẽ patiuntur. Quare quãuis animi tui modestia effecisti,ut nihil tibi inde offuerit,quod ego fieri posse non arbitror: quoniã tamen alij causa ludorum multa peccarũt, graues propter hoc pœnas lues,quãuis etiã multo modestior esses,si nullo modo eo pergeres.Non ergo inutiliter contẽdamus,nec uanas excusationes excogitemus, cũ una nobis sufficiat excusatio,longe à fornace Babylonia fugere : procul ab Aegyptio scorto abesse, atq; si necesse sit,nudos à manibus eius elabi : sic.n. ingentes uoluptates capiemus,cũ stimulis cõscięntiæ minimè pungamur.Sic & in hac uita moderatè uiuemus,& futura bona consequemur, gratia & misẽricordia domini nostri Iesu Christi,Amen.

Homilia.xxxix.ex capite.xi.

N *illo tempore respondens Iesus dixit : Cõfitebor*
i *tibi pater domine cœli & terræ,quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus,& reuelasti ea* F
paruulis. Perpẽdis quot,qbusq; modis ad fidẽ ipsos inducit?Primũ pcipuis Ioãnis laudibus:nã cum eum magnũ atq; mirabilẽ,& plus quàm prophetã ostenderet,ad præbẽdam illi fidẽ impellebat,qui apertissimè ipsum esse Christũ attestabatur.Deinde, qa dixit regnum cœlorum uim patitur: hoc.n. non hor- *Supra. b*
tantis magis ad fidẽ,quàm impellentis esse uidetur. Tertiò,quoniam oium prophetarum prædicationẽ adimpletam iam esse docebat,quo significabat seip sum esse,quẽ illi pdixerũt uẽturũ. Quartò , quoniam oia iam facta esse monstrauit,quę ab ipso fieri oportebat , qd similitudine puerorũ ante oculos posuit. Quinto,exprobrãdo ac miserãdo incredulos,& terrore ac minis reuocando.Sexto,quoniã gratias modo pro credẽtibus agit.Quòd.n.hic, confiteor dixit: idem ualet quòd gratias ago.Gratias,inqt,tibi ago, quoniam à prudentibus &,sapiẽtibus hęc celasti.An igitur perditione illorum gaudere ipsum dicemus,& quoniã illi hęc nõ didicere?Minimè . Sed hęc est uia salutis optima,ut qui respuunt q̃ dicuntur,& nolunt susciꝑe,nullo pacto cogãtur:ut quoniã uocati nõ obtẽperarunt,nec meliores hic facti sunt,sed spreuerunt atq; contẽpserũt salutem,quoniam electi sunt,

Universidad de Sevilla Biblioteca

G resipiscere cogantur: sic certè diligentiores etiã fient, qui crediderũt, qbus quoniã reuelata mysteria sunt, lętari atq; gaudere dignũ est. Quoniã quod ab illis occulta sunt, non gaudere, sed lachrymarũ fontes emittere digniſsimum: qđ profectò facit lachrymans atq; cõmiserans ciuitates. Non ergo, qa sapiẽtes non cognouerunt, gaudet: sed quia paruuli pceperũt, lætatur. Ita & Paulus dicit: Gratias ago deo meo, quoniã fuiſtis serui peccati: obediſtis aũt ex corde in quã traditi estis formã doctrinæ. Non ergo itaq; Paulus propterea gaudet, qa erant serui peccati: sed quia cũ essent hmõi, ueritatis cultores facti sunt. Prudentes autem hic scribas & Pharisæos appellat: quibus uerbis alacriores reddit discipulos, cum intelligãt illa sẽ piscatores esse consecutos, à illi quibus sũmi, ut uidebãtur, uiri exciderunt. Cũ aũt, sapientes, dixerit: non illam ueram laudabilẽ sapientiam intelligit, sed hanc quæ seculari doctrina prętatur: idcirco ẽt non dixit, stultis reuelaſti, sed paruulis: quasi non formatis ad huc, sed simplicibus. Ita ostẽdit nõ indignè illos, sed iure his rebus fuisse priuatos: ac per oĩa nos docet

H
1. Cor. 3. d

ſtatum superbię omnino esse fugiendũ, ac simplicitatẽ admirãdã. Quod Paulus amplioribus uerbis scribit dicens: Si quis in uobis uidetur in hoc seculo sapiens esse, is fiat stultus, ut sapiẽs efficiatur. Sic.n. gratia dei mostratur. Cur uero gratias agit patri, cũ ipse illud fecerit? Sicut orat & ĩtercedit pro nobis ad deũ ex magna erga nos charitate, sic etiã & hoc ex charitatis feruore peragit: & simul ostẽdit non à seipso solũ, uerumetiam à patre illos excidisse. Vt.n. suum est gratias agere, atq; gaudere quòd paruuli recepti sũt: sic patris est ne pcibus flexus, sed sponte sua cõmotus id feciſse uideatur. Sic.n. inquit, facta est acceptatio coram te. i. sic tibi patri omniũ placuit. Sed cur tã dẽ, inquies, occultata: ab illis sunt? audi Paulũ dicentẽ. Quoniam quærentes propriam iuſtitiã ſtatuere,

Ro. 10. a

iuſtitiæ dei subiecti non fuerant. Perpẽde igitur qualiter affici discipuli debebant, cũ audirent, qa sapientes non nouerunt quæ ipsi cognouerunt: & cognouerunt paruuli pmanẽtes, cognouerũt ipsius dei reuelatione. Lucas aũt dicit, ea hora quãdo septuaginta redierunt de dæmonibus nũciantes, tunc gaudentẽ ista dixisse, quæ tam diligentiores, quàm moderatiores ipsos faciebant. Erat.n. moderante doctrina certè illis opus, ne magnum quid de se crederẽt, atq; inflarẽtur, quoniam dæmonia eis obtẽperarent. Reuelatio.n. magnarum sibi rerum nõ studio, nec merito suo cõcessa fuit: quapropter scribæ ac Pharisæi q se sua opera sapiẽtes eẽ arbitrabãtur, elati tumore ceciderũt. Quare si arrogãtia illis offuit: formidate uos inquit, ut paruulorum ſtatum cõseruetis, nõ ignorãtes id illud esse qđ uobis hęc reuelari effecit, cuius cõtrarium illos hac reuelatione priuauit. non.n. quãdo dicitur, occultaſti hæc à sapiẽtibus, rem totam Deo attribuit: sed sicut cũ Paulus dicit. Quia tradidit eos

Luc. 10. c

I

Rom. 1. c

in reprobum sensum, & excæcauit intelligẽtiam ipsorum: nõ operatũ hæc deũ fuisse asserit, sed illos qui cãm præbuerunt: sic etiam hic dictum est, reuelaſti. Deinde quoniã prædixit, Confitebor tibi pater, quia occultaſti ab illis, & reuelaſti paruulis: ne putes hac reuelãdi potestate ipsum eẽ priuatũ, ac ideo gratias agere: *Omnia mihi tradita sunt à patre meo.* Adiecit hęc ad eos qui lętabãtur, quoniã dæmones sibi parẽrẽt. Quid ita gaudetis frustra, inquit? mea oĩa sunt mihi à patre meo tradita. Cum aũt audis, tradita: nihil humano more factũ susp iceris, q̃ dictio, ne duos ingenitos arbitrari quis possit, posita est. Filius aũt dominus omnium nascitur, qđ alibi multis in locis significat. Maius quiddã deinde adducit, ut mẽtem tuam ad sublimius erigat. *Et nemo nouit filium, nisi pater: neque patrem quis nouit, nisi filius.* Et uidetur qđ id multis qui hæc altius non examinãt, separatum atq; alienum à superioribus esse: qđ certè plurimum illis conuenit, atq; cohęret. Nã quoniã dixit, Tradita sunt mihi oĩa: quid miramini intulit, si omniũ ego sum dominus, q & aliud quid multo maius possideo, patrẽ nouerim, quòd eiusdẽ cum eo substantiæ sim? Id.n. occultius significatur, solũ se nouisse patrem dicit, id ipsum (inq̃) significatur quando dicitur: Nullus cognoscit patrẽ, nisi filius. Tu autem diligenter perspice quãdo hęc dixit, quãdo uidelicet, quanta esset potẽtia ipsius operibus cognouerũt, quãdo nõ solum ab ipso signa uidissent fieri, sed ipsi quoq; in nomine ipsius miracula ppetrarunt: deinde quoniam & reuelaſti ea paruulis dixit, ostẽdit etiam ipsum fecisse. Nemo.n. inquit, cognouit patrem, nisi filius, *Et cui uoluerit filius reuelare.* Nõ, inquit, cuicunq; iniunctũ sit, nec

K

L

cuicunq; iussum sit, sed cuicũq; uelit reuelare. Quòd si patrem reuelat, & seipsum uidelicet, quod tanquã manifestum, & tanquam consequens, reliquit, quod

Ioã. 14. d

& alibi facit: ut quãdo dicit, Nemo potest uenire ad patrem, nisi per me. Hinc etiã monstratur unius esse uolũtatis cum patre. Ita n. inquit, procul absum, ne repugnare deo patri uidear, aut illi aliquo modo reluctari, ut nemo ad ipsum aliter q̃ per me possit accedere. Nam quoniam multi turbabãtur, antitheũ appellantes: propterea tã signis, quàm doctrina hãc eorum opinionẽ destruit. Cũ autem dicit à nemine patrẽ, nisi à filio cognosci: nõ dicit ab omnibus deum ignorari, sed nõ cognosci ea cognitione ab alio qua ipse cognoscit: qđ pariter de filio quoq; dicendũ est. Non.n. de ignoto quodam deo, cuius nulla unquã habita sit cognitio, hęc dicit, ut qđ Marcio asserit: sed exquisitam, pfectamq; cognitionẽ hic intelligit. Nã nos quidẽ nec filiũ perfectè cognoscimus, qđ Paulus scribit dicẽs: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum igitur per ea q̃ dicta sunt, confirmasset ipsos, atq; in desideriũ sui attraxisset, omnipotentia ipsius aliqualiter monstrata, tunc ad se uocat, dicẽs: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos.* Nõ hic aut ille, sed oẽs qui curis, q doloribus, q peccatis laboratis, uenite ad me, nõ ut pœnas luatis, uerũ ut dolores peccataq; uestra resoluantur: uenite ad me, nõ qa glorificari me à uobis opus est mihi, sed quia salutẽ uestram maximè sitio. Ego, inquit, requiẽ uobis tribuam: non dixit saluos faciã, sed qđ maius est, in omni quiete constitu am. *Tollite iugum meum super uos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum.n. meum suaue est, & onus meum leue.* Nolite igitur onus ptimescere, suauitatis.n. eximię plenũ. Quo autem in superioribus dicebat angustam esse ianuã, & arduã tribulationibus uiã? quando uidelicet desidia, quando ignauia dissolutus es. Nã quãdo quæ dicta sunt pfeceris, leue tunc erit onus quapropter magnitudine retributionis ẽt nũc leue appellatur. Quomodo autem, inquies, quę dicta sunr perficiam aio? Si humilitate syncera, si mãsuetudine uera, si moderatione integra te cõmunes. Humilitas, qppe uirtus est, & sublimioris philosophiæ mater est atq; origo.

M

1. Cor. 13. c

Propterea

A Propterea etiã cum nobis diuina traderet instituta, ab humilitate initiũ fecit. Et in hoc loco ab eo iterũ exorsus magnam pollicetur mercedẽ. Nõ.n. alijs, inquit, solũ accommodus atq; utilis fueris, sed tibiipsi firmam ſtabilemq; requiem cõpræſtabis. Inuenietis enim animabus uestris requiem, inquit. Sic antequã futura ueniant, hic quoq; retribuit, & uictoria præmium præbet, nõ solũ (ut dictum est) uerũetiam qa seipsum exemplũ nobis posuit, ut acceptior doctrina hæc sua, & gratior esset. Quid.n. dubitas, inquit, ne minor atq; despectior pp humilitatẽ uidearis? In me igitur respice, meaq; omnia hæc præcepta nõ ab alio, sed à memetipso discas: ita.n. & luce clarius patebit tibi q̃ maximum bonũ humilitas sit. Cõsidera quomodo his omnibus ut humilitatẽ præcipuè colant, ipsis persuadet. Primo in his q̃ ipse peregit. Discite (inquit) à me, quoniam mitis sum. Deinde magnitudine retributionis: Inuenietis enim requiẽ animabus uestris. Pręterea his q̃ ipse gratis afferi: Ego.n. inquit, requiem uobis compręſtabo. Ad hęc, quia facilem rem atq; suauem esse approbauit. Suaue nanq;

B

2. Cor. 4. d

iugum est, inquit, & onus, meum leue. Sic & Paulus persuadet, dicens: Quod.n. momentaneũ & leue tribulationis nostræ est, per superabundantiã æternæ pondus gloriæ operatur. Sed quo, inquies, leue hoc

Luc. 14. f

onus est, cũ dicatur: Nisi quis odio habuerit patrem

Ibidem.

ac matrẽ: &, nisi quis tollat crucem suã, & sequatur

Ibidẽ. g

me, nõ est me dignus. &, nisi qs omnibus rebus suis renũciauerit, non potest meus esse discipulus: cũ iubeat ipsam quoq; animam esse tradendã, quo (inquam) leue est? doceat te Paulus, dicens: Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia,

Rom. 8. g

an persecutio, an fames, an nuditas, an periculũ, aut

Ibidẽ. d

gladius? Et quoniam nõ sunt cõdiguæ passiones pẽsentis huius tẽporis ad reuelandã in nobis gloriam.

Act. 5. g

Doceãt te illi qui à synagogis Iudæorũ post mille flagella ac uerbera, summo gaudio affecti redibant, qa uidelicet digni sunt inuẽti qui pro Christi noie uexarentur. Quòd si adhuc iugum ac onus audiẽdo formidas nimium, atq; perhorrescis non naturę rerum hmõi timorem, sed ignauiæ totũ attribuas. Nam si accinctus & pręparatus eris, & nulla desidia effœmi

C

natus, cũcta tibi facilia, leuissimaq; uidebũtur. Quapropter eos etiã Xps, ut quanta cura uigilandũ esset certiores nos redderet, nõ siluit onera, nec suauia tacuit: sed utrunq; cõplexus, & iugũ dixit, & suaue appellauit: onus apposuit, & leue adiecit: & ne aut tanquam laboriosa nimiũ fugeres, aut tanq̃ nimium facilia cõtemptu prosequereris. Quòd si post hęc oĩa uehementer ardua, difficilisq; tibi uirtus uidetur, ueniat in mentem tibi quantò difficilior uitiositas est: quod ipse occultius significat, cũ antequã de iugo suo aliquid dixerit. Venite ad me oẽs, exclamauerit, qui laboratis & onerasti estis. Hinc.n. ostendere uoluit, quantũ laborem, quantũ grauamen intolerabile, peccatũ hominibus afferat: idcirco nõ qui laboratis solũmodo ait, sed ẽt qui onerati estis: quod Psalmista significauit apertius, & naturã ipsius peccati descripsit, dicens. Sicut onus graue grauatę sunt supra me. Zacharias quoq; similiter plumbi talentum esse

Psal. 37. a
Zach. 5. c

ait. Id ẽt rerũ experientia facilè itelligimus. Nullo.n. põdere grauius premitur anima, nihil tam uehemẽter mẽtis restringit oculos, nihil magis deiicit atque prosternit, q̃ malè actæ uitæ, ac peccatorũ cõscięntia & recordatio. nihil ecõtra sublimiorẽ atq; altiorem mentẽ hominis reddit, sicut iustitię atq; uirtutis possessio. Quid.n. intolerabilius esse uidetur, q̃ nihil penitus possidere? Quid difficilius q̃ si uapules, non solum uices reddere, uerũetiam alterã uertere maxillã? Quid grauius, q̃ mortẽ uiolentia obire? Sed tamen hæc omnia, si rectè perpetiamur, leuia & facilia, & honestę uoluptatis efficacia cõstituuntur. Sed nulla turbatione moueamini: Inquirere nanq; singula diligenter, ac exactè tractare animus est, & si ita uultis quod primũ dictum est, quodq; multis difficillimũ esse uidetur, iam perscrutemur. Vtrum igitur graue atq; molestũ est, unius habere uentris curam, an de mille solicitũ esse? unico uestimẽto indui, nec plura desiderare, an plura & pretiosa possidentẽ, die ac nocte cruciari de cõseruatione ipsorum, atq; custodia metuẽtem, & sola memoria dolentẽ, ne fortè tineis corrodantur, ne seruus furto auferat? ueruntamen quantũcunq; dixero, nunq̃ tãtũ oratione assequar, quãto uos periculo rerũ cognoscitis. Quare optarẽ aliquem eorũ qui ad summum philosophię apicem peruenerunt nobis adesse, ut facilè aspiceres, quãta res ista uoluptate potiatur: propterea nemo eorum

D

E

unquã qui paupertatẽ amplectuntur, diuitias optat. Sed ne diuites quidẽ, inquies, paupertatẽ eligeret, ut à multarũ rerum curis persoluerentur. Et quid istud est? Mentis.n. ipsorum ac ęgroti animi, nõ iucunditatis rerum hoc signũ est. Nec alios huius rei testes citare uolumus, q̃ uosipsos, qui quotidie curis pressi, acerbam hanc uitã uobis putatis: non aũt illi sic, sed gaudentes semper, sed exultantes semper, nõ minus paupertate, q̃ reges diademate gloriantur. Maxillam aũt uertere multò facilius uapulanti, q̃ repercutere, si attenditis. Hinc.n. bella & dissidia originẽ trahũt, inde bellorum omnium atque inimicitiarum causę soluuntur. Et altero quidem modo maiorem flammam susciteſti, altero aũt utriusq; incendium extinxisti. Quod uero nullo incẽdio laborare suauius est, q̃ igne peruri, nullus unquam si de corporibus dicitur, dubitabit. Quantò aũt animus corpori præstat, tantò & incendium eius periculosius est, & suauitas certè iucundior. Præterea quid leuius atq; facilius, in

F

luctamine cõcertare, aut corona donari: currere in stadium, uel brauium iam obtinuisse: fluctibus agitari, aut in portu deuehi? quare mori ẽt melius, q̃ uiuere censeo. A procellis enim atq; periculis per mortẽ liberamur, uita uero & laborum cumulos exaggerat, & plurimorũ peccatorũ reos facit, & insidijs quotidie implicat, quibus efficitur ut mori melius, q̃ uiuere mihi uideatur. Quòd si mihi nõ credis, ab his audias, qui uultus martyrum in tpe certaminis conspexerunt. Quando flagellis cæsi, uncis ferreis laniati, in sartagine immissi lætabantur, gaudebãt, & ceu in rosario cõstituti gestiebant. Quare Paulus quoq;

Phil. 2. c

hinc abiturus, & uiolenta morte obiturus, Gaudeo, inquit, & cõgaudeo uobis oĩbus, & uos pariter gaudete, & mihi cõgaudete. Vides quanto conatu uniuersum orbẽ terrarũ ad cognitionẽ gaudij conuocat? ita in magnã beatitudinem hinc abire putabat, ita mortẽ illam terribilẽ atq; uiolentam desiderandam existimabat. Verũ quòd suaue leueq; sit uirtutis iugum, multis alijs ẽt posset comprobari: sed nos ad ultimũ iam ueniamus s, & molesta onera peccati cõsideremus, ac ex oĩbus maximè auaritiam in me diũ educamus, qua turpissima multi peccata dolosè cauponãtur recauponãturq;. Quid igitur molestius

Universidad de Deusto
Biblioteca

G hac re unquã inuenitur? quot dolores, q̃ magnæ curæ, quot rerũ offensiones quãta pericula, iusidiæ, pugnæ, huiusmodi homines quotidie aggrediuntur? q̃ turbationes, qui tumultus eos exagitant? Nam quẽ admodum sine fluctibus mare nunquam conspicitur, sic animos eorum absq; solicitudine, terrore, turbatione nunquam reperies: sed antequam priora cõponant, alia inuaserunt: & ad hæc rursus alia subingressa, ingentem cumulum montium instar erexerunt. Sed iracundi animum atq; contumelioſi fortè uelles uidere, quo quidem cruciatu quid peius? quid intestinis ulceribus asperius? quid fornace qua utrũ tur quotidie & flamma qua semper incenduntur, ardentius? At uero uita eorum qui corporum formas admirantur, & pulchritudine aliorum tabescunt, qd miserius? quid hac deiectione animi formidolosius? quia uitam gementes atq; trementes isti mihi uiuere uidentur. Quid porrò turbulentius supbia & ceruicibus? aut quid tumore hoc animi furiosius? Discite, inquit, à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris Omniũ. n. bo

H norum fons atq; origo innocentia est. Non ergo ptimescas onus, nec ab eo iugo resilias, quo te Christus ab omnibus istis uendicat: sed omni alacritate animi iugũ hoc subeas, & tunc q̃ suaue sit, facilè cognosces. Nec. n. teret ceruicem tuã, sed ornatus gratia iponitur? & ut discas ordine ad regiam uiam procedere, & prẽcipitia utriq; uitare, ac facilè per angustam uiam lætus iacedere. Quoniã ergo tot tantaq; bona hoc iugum præbet, quoniam tanta securitate uallatũ est, quoniam tãto gaudio replet: omni cura, studio, operaq; ipsum trahamus, ut & hic requiẽ animarũ iueniam⁹, & futura beatitudine potiamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Xpi, Amen.

Homilia. xl. ex capite. xij.

N *illo tempore: abiit Iesus sabbato per sata: discipuli autem eius esurientes, cœperunt euellere spicas & manducare.* Lucas uero in sabbato secũdo, primo. Quid igitur est, in sabbato secũdo, primo? Quando festũ duplex erat, tã sabbati domini, q̃ solẽnitatis alterius succedẽtis, Sabbatũ. n. quietẽ atq; ocium appellabant: cur nam per ea loca illos ducebat, cũ sciret omnia, nisi soluere quietem sabbati uellet? Et uolebat quidẽ, sed nõ absq; causa soluere: qua propter nunquã nisi data occasione soluit, ut & legi satisfaciat, & obtrectatores nõ offendat. Est autem quando principaliter, etiã nulla re cogente sabbatũ soluit: & cum luto cæci oculos perunxit: & cũ dicit,

I. Ioan. 5. c Pater meus usq; modo operatur, & ego operor: quę omnia sic gerit, tum ut patrem glorificent suũ: tũ ut imbecillitati consulat Iudæorũ: quod etiam hic factum uideamus, cum esurientiũ naturalis necessitas ad excusationem adhibeatur. In his aũt quæ peccata omnino sunt, nulla certè unq̃ excusatio inueniri potest. Nam neq; homicida, si homicidium se fecisse dicet neq; adulter, si cupiditatẽ cõmisisse asseuerabit, nũquam satisfaciet: nec alia ulla excogitari causã poterit, quin hæc quæ peccata sunt, nõ esse peccata uideantur: hic autẽ cum famis necessitatem ad satisfactionẽ attulerit, ab omni crimine illos uidicauit. Tu uero abstinẽtiã discipulorũ mecum admirare: admirare, inquam, quomodo nullã corporis curam, nullum studium habeãt: sed sine p̃meditatione aliqua ac p̃paratione mensam sibi sic constituunt, ut continua ferè cogantur inedia premi, neq; tamen à Chri-

K sto abscedant: nã nisi malo inediæ nimium uexarẽtur, nunquam certè illud in sabbato fecissent. Quid igitur Pharisæi? cũ uidissent, ait, dixerunt ei. *Ecce discipuli tui faciũt, quod non licet facere in sabbatis.* Non uehementer quidem hoc in loco, quãuis cõsequentia rerum id petere uideatur, inceſi sunt, sed simpliciter atq; oratione quieta criminantur. Quando autẽ sic eam, detentamq; manũ curauit, atq; restituit: tanta tunc exarserunt ĩmanitate, ut etiam de interimendo ipso consilia agitarent. Cum. n. nil magnum, atq; sublime fit, quietiores sunt: cum autem sanitatem hominibus solo uerbo præstari conspiciunt, quasi feroces bestiæ pturbati, uehemẽtius in illũ insiliũt. Sic inuidię ueneno suffecti, salutẽ hominum p̃sequuntur. Quo autem discipulos excusat Christus? *Non legistis, ait, quid fecit Dauid in templo quando esurijt & ipse, et* I. Reg. 21 b
L *qui erant cum eo, qualiter intrauit in domum dei, et panes propositionis comedit, quos non licebat ei comedere, neque his qui cum ipso erant, nisi solis sacerdotibus?* Ita quando pro discipulis cãm dicit, prophetã aliquem: quando aũt pro semetipso, patrem in mediũ solet adducere. Et animaduerte quã acriter: nõ legistis, inquit, quid Dauid fecit? Magna. n. erat de propheta illo hominum existimatio atq; opinio, & ita singularis, ut Petrus etiã postea cum ad Iudæos faceret uerba, sic dixerit: Licet ad uos libere de patriarcha Dauid dicere, Actor. 2. d
quoniã & obiit, & sepultus est. Cur autem cũ Dauid mentionem faciat, neq; hic, neq; alibi adiecta dignitate unquã nominauit? ideo forsan, quoniam secundum seriem generis ab illo trahebat originẽ. Si Pharisæi autem indulgere atq; ueniam opportune sciret concedere, inediæ causam pro integra satisfactione solã potuisset adducere: uerum quoniã iniqui atq; inhumani sunt, historiæ quoq; recitatione comprimũ
Marci. 2. c
tur. Marcus aũt sub Eleazaro sacerdote illud factum fuisse asserit: neq; dissona hinc dicit, sed primo diuersis nominibus illum appellatũ fuisse ostendit: deide cũ ab eo datos fuisse panes Dauid, atq; suis asseueret magnos defensioni campos asserit. Siqdem etiam sacerdos ipse id fieri pmisit, neq; permisit solum, uerũ etiam diligentius administrauit. Nec modo mihi illud opponas, qa Dauid propheta erat. Nam nõ prophetis quidẽ id licebat, sed soli sacerdoti hic honor
M cõferebatur: unde & adiecit, Nisi solis sacerdotibus. Quãuis. n. propheta non erat sacerdos, & ille quidẽ tantũmodo, non aũt & qui secũ erãt, quibus pariter de propositionũ panibus concessum fuit, prophetæ fuerũt. Quid igitur? æqualésne Dauid prophetæ isti sunt, qspiã obiiciet? Cur dignitatẽ qris, ubi legis trãsgressio fieri uidetur? Quid si naturalis necessitas urget? hac rõne maxime crimen criminatũ est, præsertim cũ qui maior fuerat, similiter fecerit. Sed qd ad propositum inquies? Non diẽ sabbati Dauid contẽpsit. Maius certè qd dicis, quo p̃cipuè sapiẽtia Christi demõstratur, q die sabbati ptermisso aliud quod dam exẽplum protulit, ipso sabbato maius. Non est profecto æquale diei solẽnitatem non obseruare, & sacram illam mẽsam, ad quam tibi accedere nephas sit, manibus cõtrectare. Sabbatũ quippe sæpe solutũ Nu. 28. a
fuerat, imo uero & in circuncisione, & in aliis cõpluribus semper soluitur. Et in Hiericho aũt hoc ipsum Iosue. 5. b
esse factum licet cõspicere: quare à pluribus uictoria p̃statur. Quomodo igitur hac de re Dauid non ci- I. Re. 21.
minatus est: p̃sertim cum maior hinc culpa cædis sa- a. b
cerdotum, atq; interitus exordium sumpserit? quam

A rẽ ideo nõ posuit, quoniam ea sibi sola sufficiunt, q̃ ad propositũ spectant: sed aliter quoq; respõdere uoluit. Nã cum arrogantiam, elationemq; ipsorum Dauid dignitate atq; authoritate cõpressent, tunc maiorẽ subiũgit ambiguitatis illarum solutionem: Et quænam hæc est? *Nescitis, inqt, quoniam in templo sacerdotes sabbatũ uiolant, & sine crimine sunt?* In superioribus qp pe necessitatis causa, hic aũt nulla ex cã satisfactio asfertur: itaq; primum confessione, deinde p negationẽ respondit: & quod uehementius est, ultimum ut oportuit collocauit, quãuis etiam prius sua recte cõsiderantibus satisfecisset. Noli. n. mihi obiicere non esse idoneã excusationem, cum alium idem impunè fecisse in medium adducimus. Nã quando qui fecit, nullius criminis accusatur, tũc quod factũ est, quasi lege lata cõprobari uidetur. Non tamen illo solo cõtentus fuit, sed uehemẽtius etiã ac maius attulit, cum apertè neget culpam esse quicq̃ in sabbatis operari, quod clarè ac indubitatè uictoriæ propriũ est. Sic à seipso sabbatũ iã solutum ostendit, nec esse nefas id

B facere, dupliciter, partim à loco, ptim ab ipso sabbati die comprobat: imõ uero tripliciter, quoniam & duplicatũ opus attulit, & aliud de sacerdotibus subiungit, quod mirabilius ac maius est, absq; culpa ipsos ẽt tunc fuisse asseruit. Perpẽdis quot argumẽta induxit? locum, qa in templo: personam, quia sacerdotis: tempus, quia in sabbato: rẽ ipsam, qa sacerdotes ipsi cõtaminant: nec dixit, quia sabbatũ soluunt, sed cõtaminant. Et cũ illi qui maius faciũt, quia cõtaminant, non modo pœnas non luant, uerũetiã culpa careãt: qui iuculpabiles sunt, non debebant qui similiter soluunt accusari. Quod certè nullo modo illi priori simile putare debemus: nã illud semel duntaxat pp necessitatẽ, nec à sacerdote factum, ueniam nõ iniuria consecutum est: hoc autẽ omni sabbato & in tẽplo, & secundũ legem sacerdotes facẽtant. Quapropter etiam non cõcessionis atq; ueniæ iure, sed authoritate legis longè ab omni culpa, inqt, remoti sunt. Nec enim criminando hæc dixi, ait, neq; ut uenia dignos ostendã: sed ut iustitiæ diginitate defendã. Ita illorũ quidẽ causam dicere uidetur, & discipulos innocẽtes esse ostendit: Nã quãdo de illis dicit, quòd inculC pabiles sunt: relinquitur quòd isti multo magis incupabiles sint. At non fuisse hos sacerdotes, fortè obiicies: ego aũt nõ uerebor respondere multò maiores sacerdotibus illos fuisse, p̃sertim cũ ipse dominus tẽpli, ipsa ueritas secũ affuerit: quapropter etiã dicebat, *Dico autem uobis, quia templo maior est is.* Quã rẽ ita magnam, atq; mirabilem illi audiẽtes, nihil dixerũt, forsan quia non de salute hominis agebatur, cui tamen quia molesta uideri poterat, citò medetur ad ueniã,
Oseæ. 6. c cum quadam acrimonia traducens orationem: dicit enim, *Si autem sciretis, quid est, misericordiam uolo et non sacrificium, nunquam condemnassetis innocentes.* Animaduertis quo ueniæ innititur, & quomodo rursus præstantiores ostendit, quã qui ad ueniã debeant cõfugere? non. n. condemnassetis, inquit, inculpabiles. Et prius qdem à sacerdotum facto idem inferebat, quòd inculpabiles essent: hoc autem à seipso, imo uero etiam hoc à scriptura concludit, propheticũ etiã dictum recitauit. Demũ post hæc omnia aliam etiã causam adiecit: *Dominus enim est sabbati filius hominis,*
Marc. 2. d quod de seipso dictũ accipimus, quanuis Marcus de natura cõmuniter hominum id dictũ scribat. Dicit enim sabbatum propter hominem factum est, non

D autem homo propter sabbatum. Sed si ita est, inges, cuius rei gratia qui ligna colligebat, puniebatur? Certè quoniã si statum à principio, quando ferũtur leges ac ferè in promulgatione ipsa contẽnerentur, nullo modo possent postea custodiri. Sabbati aũt obseruatio, magnas utilitates cõtulit populo: mites enim atq; humanos alterum ad alterũ reddidit, prouidẽtiã
Exo. 20. dei atq; creationẽ rerũ, ut ait Ezechiel, docuit, castiga b
uit pauliſp, & à malignitate remouit, ac spiritalibus rebus attẽtiores effecit. Nã quãdo lex de sabbato dabatur, si scriptum fuisset, bona quidẽ omnia in sabbato faciatis, mala uero nõ faciatis, nõ cõseruassent legẽ Iudæi: quocirca necesse fuit ab omnibus eodẽ modo cõpelcere: nihil enim in die sabbati faciatis, inquit: neq; tamen sic detineri potuerunt. Ipse autẽ occultius signiſicauit, quoniã à malignitate solũmodò legis cõpescat authoritas: nihil faciatis, inquit, præter quam ea quæ facit anima: Cum autẽ in templo die sabbati, & quidẽ studio atq; opera multo maiore fierent omnia, per ipsam certè legis umbram ueritatem his subaperiebat. Sed cur, inquies, tantã utilitatem, quantã sabbato consequebantur, abstulit Christus? E
ĩmo non abstulit, sed felicia illi addidit incrementa. Tẽpus enim iam aderat altiore sublimioreq; rerum omniũ intelligẽtia erudiri: quare non oportebat manus hominis, qui prauitatẽ odisset, & uirtutis ardore sublimius uolaret, uinctas coerceri. Nec docebat authoritate legis solũ à deo creata esse oĩa credere, nec terrore p̃cepti humanos eos esse, qui ad imitationẽ dei cõuocantur. Sitis enim, ait, misericordes, sicut & Luc. 6. c
pater uester: nec unum diem solẽnem agere ipsos, qbus tota uita solẽnitas est. Celebremus enim, ait, nõ in fermento ueteri, nec in fermẽto malitiæ & nequitiæ, sed in azymis synceritatis & ueritatis. Nec iuxta
dei arcã assistere atq; altare aureũ, eos qui creatorem 1. Cor. 5. c
omniũ in seipsis habebant habitantem, multisq; modis, ĩmo uero modis omnibus ipsos alloquentem: alloquitur. n. certè fideles, orantes, offerentes, per scripturas, p misericordiæ officia, & quod omnia continet, qa in ipsis habitat. Cur igitur sabbato illi opus est, qui p totã uitã suam agit solẽnitatem, qui cœlesti uiuit disciplina, qui peccatorum ĩmunis, uirtutes obseruat & colit? Soleniter igitur uiuamus continuè, ni F
hil omnino malignitatis cõmittentes. Nam tunc solum uerã solennitatem peragimus, cum spiritalis uitę continuè cultum augemus, cũ ab alienis manus abstinemus, cum in laboribus supfluis atq; inanibus, quos propter hãc uitã sustinemus, legem sabbati cõseruamus. Seruitutis enim sunt extremæ hi labores, illisq; profecto similes sunt, qbus in Aegypto Iudæo rũ populus uexabatur. Nullum enim inter auri solicitos collectores, & cœni atq; laterum operarios discrimen omnino est. Nam ut tunc Pharao atrocissimus Exodi. 1.
ille tyrãnus, flagellis ad colligẽdas paleas cõpellebat c
Hebræos: sic etiã nũc diabolus ad officiũ laterũ fla- Ibidẽ. 5.
gellis cupiditatum multos incẽdit. Quid. n. aliud aurum est, quã cœnum? & argentũ quid aliud, quã palea? sicut ergo palea ignẽ, sic pecuniæ cupiditas auaritiæ flãmã incẽdit, & quasi cœnũ inquinat possidentes: sed missus est nobis liberator, nõ Moses à deserto, sed dei filius de cœlo. Quare si post aduentũ eius etiã in Aegypto pmanebis, Aegyptiorũ etiã suppliciis cruciaberis: sin uero Aegyto spreto Israel spiritalẽ sequeris, miraculorum omnium eris spectator. Nec tamen id solum ad salutẽ sufficit: nõ enim ab Aegypto

G tantūmodo recedendum est, sed in repromissionis
quoq; terram omnino ueniēdum. Nam & Iudei, si-
Heb. n.f & Exo. 14.f cut Paulus attestatur, &si p mare rubrū facto itine-
re transierint, &si manna comederint, &si spiritalē
biberint potum, omnia tamen hæc perierunt. Ne igi
Exo.16.d tur etiā nos similia patiamur, omnē desidiam, oēm
Ibidē.17. torporē proijciamus. Cūq; audiuerimus malignos
b quosdā præfectos, qui per angustū & laboris plenū
iter quemadmodum illi, cōdenent, non uulgus, sed
Iosue.14. & 15. Iesum Caleb filiū omni animo psequamur, nec à la-
tere ipsius aureo recedamus, quā repromissonis ter-
Eccli.46. f rā, & cœlos ipsos adipiscamur. Itineris autē difficil-
tatem cur quisq; timebit? Nam si hostes, atq; inimi-
Rom. 5.b ci dei reconciliati cū deo sumus, multò facilius post
recōciliationem saluabimur. Sed angusta est, inqes,
uia hęc, & ardua nimis: illa uero prior, quā faciebas,
nō angusta solū & ardua, uerumetiam inuia, & atro
cissimis plena bestijs fuit. Et quēadmodum impossi
bile oīno erat per mare rubrū pertransire, nisi mi-
raculo facta uia fuisset: sic à priore uita ad cœlos cō
scendere sine meditatione baptismi non possumus.

H Et si qd factu impossibile erat, factum est possibile:
q̄tò magis angustū hoc atq; arduum iter facile fiet?
Ita, inquies, sed diuina potestate, atq; gratia solū trā-
situs tūc Iudæis cōcessus fuit. Idcirco tu debes consi
dere. Nā si gratiæ opera solum illi transierunt, cū tu
ad gratiam laboribus quoq; tuis niteris: nónne secu
rior es? Si enim ociosos saluauit, quāto magis solerti
laborantibus studio certissimā feret opē? Sed qd ab
impossibilibus diuina potestate cōfectis, ut in difficili
re cōfidas te hortor, cū illud liceat dicere, quòd si iu-
giter uigilamus, non est angustum, neq; difficile hoc
iter. Considera.n. diligenter quæ facta sunt, mors iā
ipsa conculcata est, diaboli crudele imperiū cecidit,
atrox peccati lex extincta est, spūs gratia diffusa, uia
in cōpendium redacta, onera legis ablata: at si uelis
ita esse ut dico pdiscere, cogita quòd iam uiri sancti
maiora, q̄ Christus præcipiat, effecerūt: tu uero me-
diocriter quæ scripta sunt, reformidas. Quā igitur sa
tisfactionē habebis, cum alijs etiam ultra metā cur-
rentibus, tu uel ad constitutū terminū peruenire gra
ueris? Tibi qppe ut partem tuarum rerū pauperibus
offeras p̄cipitur, qui alios uides omnia sua contem-
psisse. Tu rogaris cum uxore modestē uiuere, q alios
uideas ne legitimo qdem cōiugio copulari uoluisse.
Et quotidie qdē nostro tu hortatu impelleris, ne ue
nenosæ inuidię uitio labores, ne crudelis in peccato
res sis, cū ab alijs pcussus, alterā quoq; maxillā uerte
rit. Quid igitur (quæso) respōdebimus, aut quō de-
fendemus, qui nec iussa quidem susc̄ipimus: cū alij
multa maiora, quā iuberentur, perfecerint, qui certē
nequaquā p̄cepta ipsa superassent, nisi mirū in mo
dum res ipsa facilis esse cōprobaretur? Respōde, que
so. Quis tabescit, & quasi cera cōtinuē liquatur? utrū
q bonis aliorū insidiatur ac inuidet, an q gaudet ac
cōgratulatur? Quis atroci suspitione semp uexatur,
ac tremit? utrum qui moderatē uiuens, castitatē co-
lit ac seruat, an q alienis uitijs plagas tēdit? Quis opti
ma spe munitus, gaudet? utrū q rapto uiuit, an q sua
indigentibus partitur? Hæc igitur cogitantes nō cun
ctemur, nec ignauia uirtutis cursum reliquamus: sed
cū omni alacritate animi suaues hos amplos labo-
res paruo tēpore collucremur, ut coronas semp flo-
rentes adipiscamur. Quibus ut oēs potiamur, gratia
& misericordia domini nostri Iesu Christi. Amen.

Homilia xli. ex capite. xij. K

T transiens inde uēnit in synagogam eorum: &
e *ecce homo habens manum aridam.* Iterum ut re
quoq; ipsa pro discipulis satisfactionē red-
deret, in sabbato curat. Et alij qdē scribunt in medio
hoie constituto interrogasse, an bene agere liceret in
sabbatis. Vide igitur misericordiæ uiscera, constituit Mar. 3.a & Luc. 6.b
hoiem in medio, ut uidentes uiderēt, ut oculis cer-
nētes misericordia fracti, malignitatem deponerēt,
aut saltē ita ægroti hoīs eos puderet, ut ab imanita-
te ferarū cessarent: illi autē nō inhumani solum, ue-
rumetiā hominum omnino inimici malebāt glorię
Christi officere, quā ęgroti hominis salutem uidere:
ita utrinq; prauitatem animi ostēdebant, & qa Chri
sto data opera repugnabant: & qa id fic obstinato
aio faciebant, ut cōpescere atq; prohibere ipsum, ne
cui benefaceret, conarētur. Et alij qdem, ut diximus,
ipsum Christum interrogasse scripserunt, hic aūt in-
terrogatūe fuisse asseruit. *Et interrogauerunt ipsum,*
inqt, *dicentes: Licet in sabbatis curare?* Vtrūq; aūt factum
esse credendū est. Scelesti enim illi atq; astuti, quoniā
non ad curationem hominis tandem ipsum puentu L
rū dubitant, interrogando præuenire studuerunt, ut
hoc pacto ipsum à benefaciendo remouerent. Nō er
go iterrogabāt si licet in sabbatis curare, ut discerēt,
sed accusandi reprehendendiq; materiam nanciscē-
rentur. Cūq; operatio ipsa ad accusandum malignis
animis posset satisfacere, uerbis tamen etiā irretitum
ideo capere conabantur, ut magnā sibi argumētorū
copiam inde constituerent. Ipse aūt & humaniter cu
rat, & respondet, q̄ mitis sit facilē omnibus aperiens,
ac insidias inimicorum in ipsos cōuertēs, ac inhuma
nitatem atq; atrocitatem ipsorum omnibus manife
stās. Statuit, inquit, hominē in medio: non quia ipsos Mar. 3.b & Luc. 6.b
metueret, sed quoniā ad misericordiam eos trahere
cupiebat. Cum aūt nullo modo illi flexi sunt, tūc cō
tristatus ait, atq; iratus ipsis propter duritiem cordis
eorum. *Quis erit homo, inquit, ex uobis, qui habet ouem*
unam, & si sabbatis in foueam hæc ecciderit, nónne tene-
bit & leuabit eam? Quantò melior est homo oue? Itaque li
cet sabbatis benefacere. Nam ne rursus impudēter inue
hātur, nec trāsgressionis crimine iterū incusent, hac si
militudine prius ad eos rōcinatur. Tu uero diligēter M
ppēde, qualiter uarijs modis, & ubiq; cōuenienter ac
consequenter satisfactiones de sabbati solutione in- Ioan. 5.d
tulit. Et q̄is pariter cæci miraculū, quādo lutū fecit- Matt. 9.d
ab eis reprehenderetur: tamē tacuit tunc, quoniā res
ipsa dominū legis p se p̄dicabat. At uero in paralyti- Ioan. 7.c
co qui lectulū portauit, modo ut deus, modo ut ho
mo respōdere uoluit. Vt homo qdem cum dicat cir-
cuncisionē sumit homo in sabbato, nec lex Mosaica
soluitur: mihi quoniā hominem saluum feci, irascimi Ibidē. hic simile & 2. Reg. 6.
ni, ut deus autem, quoniā dicit: Pater meus usq; mo-
do operatur, & ego operor. Pro discipulis autem satis
facies, dicit: Non legistis qd fecit Dauid, & q cum eo 21.
erant, quomodo introiuit in domū dei, & panes pro
positionis comedit? Sacerdotes quoq; in mediū de-
tulit, hic uero interrogauit utrū liceret in sabbato be
nefacere, aut male facere, & qs ex uobis, cum habeat
ouem &c. Nō erat enim nescius quāta æris cupidita Marci. 3.
te uexarentur, & qd auri multo magis, quā humani a
tatis essent cultores. Alius autem euangelista scribit:
quòd circūspexit etiam eos cum hęc interrogaret, ut
etiam aspectu atq; oculorū motu ad misericordiam
ipsos flecteret; sed nequaquā illi facti sunt meliores:

& hic

A & hic quidem uerbo tantūmodo, alibi autē manus
Mat. 9.c & Mar. 7.d quoq; impositione curauit, sed nihil horū ipsos red-
didit misericordiores. Homo igitur ægrotus sanitatē
adeptus est, ipsi aūt curatione illius ad peius fuerāt
deuoluti. Et quidē præ cæteris illos curare uolebat,
& multis modis remediū afferebat, tum re ipsa & si-
gnis, tum uerbis & argumentis. Cum aūt oēm illi ra
tionē retruderunt, tunc homini dixit: *Extende manū*
tuam: & extendit, & restituta est sanitati, sicut altera.
Quid aūt illi? *Pharisæi exeuntes, consilium ceperunt ad-*
uersus eum, quomodo eum perderent. Ita nulla iniuria ue
xati de interitu meditabātur, adeò pernicios̄um ma
lum inuidia est: nec.n. alienis solū, sed domesticis &
illis ipsis qui inuidēt pestifera est. Marcus aūt, inquit,
Mar.3.a quoniam cū Herodianis tale consilium capiebant.
Quid aūt ille mitis atq; mansuetus, quem oia nequa
quam fugiebant? quid inquam fecit? *Iesus aūt*, inquit,
cum cogitationes eorum cognōsceret, receßit inde. Vbi sūt
ergo, qui clamare audent signa fieri oportere? ēt eis
planē mōstratur, nec signis quidem animo ingrato
posse persuaderi. Obseruare aūt diligenter oportet,
B tūc maximē illos efferatos, cum iuuari homines p-
spexissent: tunc.n. incusabant, tunc uehementi furo-
re incitati insaniebant, quando ægrotū aliquē repen
tē incolumitati restitutū cernebāt, quando ēt à prau-
itate, corruptisq; moribus reuocatos ad uirtutem
Ioan.8.b Luc.7.e nonnullos intelligebant. Nā quando meretricē erat
seruaturus, & quando cū publicanis comedebat, q̄si
atrox facinus cōmisisset, criminabantur: nūc & quā
do manum si ecam restituit, ferre non possunt. Tu
uerò illud mecum admirare, qualiter & ægrotorum
præcipuam habet curā, & inuidiam illorū multis mi
tigat modis. *Et secuti sunt ipsum multi, & curauit eos*
omnes, & præcepit eis ne manifestum eum facerent. Tur-
bæ quidē nimium admirantur, nimium ēt diligēter
sequuntur. Illi aūt à mente mala, maloq; animo non
recedunt: uerū nequis conturbetur, inauditū illorū
furorem considerans, prophetæ prædicentis hęc te-
stimonia affert. Tanta.n. fuit prophetarum diligen-
tia, ut ne tam minutiora quidē reliquerint: sed tam
itinera eius, q̄ migrationes prædixerint, quaq; mente
fecerit nō cōticuerint, ut tu credas spiritus sancti po
C testate cuncta fuisse prædicta. Nam si nudi cuiusdā
hominis impossibile est arcana cognoscere, multò
minus certē Christi animus atq; uoluntas, nō reuelā
te spiritu, à prophetis cognita fuisse. Quid aūt pro-
pheta dixit? Vt *impleatur quod dictum est per prophetā*
Esa.42.a *Esaiam: Ecce puer meus: quem elegi: dilectus meus, in quo*
bene complacuit anima mea: ponam spiritum meum super
ipsum, & iudicium gentibus nunciabit. Non contēdet, ne-
que clamabit, neque audiet aliquis in plateis uocem eius:
arundinem quassatam non confringet: & linum fumigās
non extinguet, donec emittat in uictoriam iudicium: & in
nomine ipsius gentes sperabunt. Clementiam atq; man
suetudinē eius, & ineffabilē potentiā huius effert, &
ianuam gentibus latā adapertā ostendit, & futuros
Iudæorū labores prædicit, & æqualitatē honoris cū
patre nō occultat. Ecce, inquit, puer meus quē elegi:
dilectus meus, in quo cōplacuit anima mea. Qui au
tem electus est, is non uti inimicus atq; hostis legū,
latoris legē soluit: sed ut cōsentiens, eaq; agens, q̄ à le
gum latore similiter cōprobantur: Clementiam aūt
ipsius mirabilē, inauditam māsuetudinē, incredibilē
humanitatem prædicendo, inquit: Nō litigabit, neq;
clamabit. Nam ipse quidē optabat cum eis esse, atq;

eos curare: renuentibus aūt ipsis, atq; adeò repellen- D
tibus resistere, atq; reluctari noluit. Deinde prophe-
ta ut uirtutē Christi, & illorū ibecillitatē ostenderet:
Arundinem, inquit, contritam nō franget. Sic certē
ipse oēs frangere facilē poterat, ut arundinē: nec ut
arundinem simpliciter, sed ut arundinem iam con-
tritam. Et linum fumigans non extinguet. Hic accen
sam illorū iram, atq; furorem præ oculis ponit: & uir
tutem Christi tātam esse cōfirmat, ut cōprimere ac
extinguere facilē possit: quod cū non fecerit, immen
sa humilitate ac mansuetudine fecisse cōprehēditur.
An igitur semper hæc ita erunt, semperq; feret eos, q
singulari furore concitati, hæc insidiantur? Nequa-
quam: sed cum sua omnia optatum exitum fuerint
consecuta, tunc ēt illos castigabit, quod inde signifi
catur. Donec, inquit, emittet in uictoriam iudicium 2.Co.10.
eius: & in nomine eius gentes sperabūt. ut & Paulus b
quoq; dicit: Parati sumus, inquit, oēm inobedientiā
ulcisci: cum cōpleta fuerit uestra obedientia. Quid
aūt est, cum emiserit in uictoriam iudicium eius? cū
sua omnia implebit, uidelicet tunc ultionē consum-
mabit, tunc grauia nimis, duraq; aderunt omnia, cū E
ipse clarū trophęum statuerit, cū iustificationes suæ
uictoriam nactæ fuerint, cū deniq; nullam, etiam si
impudentissimi sint, respōnsionem sibi relictam ui-
derint. Nouit.n. iudicium & iustitiam dicere, uerum
non in supplicio seductorū dispensatio finietur, sed
orbem quoq; uniuersum ad se attracturus est, ideo
subiunxit: Et in nomine ipsius gētes sperabūt. Et ut
certior fis hoc etiam uoluntate patris factū, ideo sta
tim propheta cū cæteris hoc quoq; confirmauit, di
cens: Dilectus meus in quem cōplacuit anima mea.
Qui enim dilectus est, is cuncta ex sniа diligētis per-
agit. *Tunc oblatus est ei dæmonium habēs cæcus et mutus,*
& curauit eum, ita ut loqueretur & uideret. O pestiferā
dæmonis astutiam, utranq; uiam occupauit atque
obstruxit, quibus erat ille crediturus, uisum. s. atque
auditum, quas tamē ambas uias Christus reserauit:
Et stupebāt turbæ dicētes: Nunquid hic est filius Dauid?
Pharisæi audientes dixerunt: Iste non eiicit dæmones, nisi
in Beelzebub principe dæmoniorum. Et certē nihil ma-
gni turbæ dixerūt, & tamen nec illud pati potuerūt,
adeò quemadmodū iam dixisse memini, beneficijs F
aliorū ceu acerbo morsu exagitantur. Nec quicquā
est quod eos tanto dolore cruciet, sicut indubitata
hominum, certaq; salus. Nam quamuis & recesserit,
occasionēq; ipsis sedādi perturbationes dederit, in-
flammabatur tamen rursus illorū animus, quoniam
iterū beneficio illius incolumē hominem uidebant.
Qua ex re dæmone quoq; ipso magis dolebāt: quip
pe dæmon ab homine citò recedens, ac nihil dicēs,
fugā arripuit: illi uerò modò interficiendi agitabant
consilia, modò quoniā illud sibi non processit, calū-
nijs existimationē hominū de eo retundere conabā
tur. Tale certē malū inuidia est, qua nulla unquam
malignitas peior inuenitur. Nam adulterio inquina- Inuidia.
ti, uoluptatis saltē iniquæ fructū, ut putāt, aliquē ca-
piunt, & breui tpe peccatū committunt. Inuidi autē
& multò ante seipsos, q̄ quibus inuident perturbant
& cruciant, & ita in agēdo semper, inuidēdoq; sunt,
ut nunq; peccandi afferāt finem: sed quemadmodū
sues lutosa immunditia, & dęmones nostris dānis lę
tantur, sic inuidi calamitate proximorum exultant.
Cumq; aliquid triste, ac doloris efficiens proximo
acciderit, tunc aliquātulum acquiescit, atq; respirat:

G alienas.n.iacturas suos quæstus existimat, & aliorũ fœlicitatẽ miseriam suam arbitratur: nec magis consiliorat quid ipse suaue cõsequatur, q̃ quid proximo calamitosum inferatur. Nonne igitur tales homines lapidibus petendi? Nõne omni cruciatu torquendi sunt? Nõ aliter profectò q̃ rabie cõcitati, canesq; per nicios, dæmonesq; atrocis furiæ. Nã quemadmodũ scarabæi alieno stercore, sic inuidi aduersa aliorum fortuna nutriuntur, cũ sint cões humano generi hostes atq; inimici. Et alij quidẽ hoies si animantes rationis expertes crudeliter cædi, ac dilaniari uiderint, aliquantulũ cõmiserantur: tu uerò cũ salutis beneficium conferri homini cernas, expalles & tremis, & in ferocitatẽ cędendi benefactoris cõspiras. Et quid hac insania furiosius unquam reperietur? His profectò de causis fornicatores, ac publicani ad cœlos cõscendere potuerunt, obscœno aũt uitio laborantes, à regno cœlorũ exciderunt: filij aũt, inquit, regni eiicientur foras: præterea omni prauitate illi ex animis expulsa, ea quæ nunq̃ sperarũt, facilè nacti sunt. Pharisæi aũt uel ea q̃ retinebant bona penitus amisserunt: neq; id iniuria. Nã inuidia pestiferũ malum, homĩe in diaboli conditionẽ, ac in dæmonẽ immanissimũ conuertit. Inuidia prima hominis cædes apparuit. Inuidia fraterna charitas contempta est. Inuidia sanguine hois terra primo maculata. Inuidia denicq; factũ est, ut hiatu suo terra Dathã, Chore, Abyron, uniuersumq; illũ populum uiuos absorpserit. Sed facillimũ est inuidos accusare, difficillimũ aũt talem ægrotationem oĩno euitare. Quo igitur ne ueneno suo nos inficiat faciemus? Si dabimus operã, ut quẽadmodum fornicatori nephas est ecclesiã ingredi, sic inuido quoq; ĩmo uerò multò magis inuidus, q̃ fornicator à cœtu fidelium exterminãdus est. Si.n. nunc, cũ id malũ indifferens penè uideatur, à nõnullis spernitur: profectò si atrocitas malignitatis eius oĩbus patuerit, facilè ab ea resilietis. Lachrymarũ igitur fontes in fletibus manare deberent ex oculis. Deus orandus, perdiscendumq; tibi est turpissimum flagitiũ esse inuidiam: sic enim affectus celeriter tanquam à periculoso morbo fugies, ac pœnitentiam ages. Sed qs ignorat, inquies, uitiũ esse inuidiã? Ignorat quidẽ, ut dicis, nemo: non tamẽ sicuti fornicationem, aut adulteriũ, abominandã ducunt. Qd ut credas, queso, dic mihi, quãdo quispiam amare fleuit, quoniã in inuidiam lapsus esset? Quando deum aliquis propitium esse sibi orauit, quoniã inuidia peccasset? Nemo certè unquã. Sed quãuis omnibus inuidẽtior hominibus sit, ieiunio tamẽ aliquo, aut paruo argẽto pauperibus dato, effecisse credit, ut nihil mali cõmisisse uideatur, cùm tamẽ oĩ pessima atq; scelestissima passione uexetur. Nã unde Cain fratricida effect⁹ est? Vnde uero Esau fratrẽ insectabatur? Vnde Labã: unde Iacob filij: unde Chore, Dathan, & Abyrõ: unde Maria atq; Aaro ingnati fuerũt? Vnde ipse diabolus calũniæ nomẽ sortitus est? Ad hæc illud ẽt tecũ semp uerte, ga nõ maiorem illi cui inuides, q̃ tibiipsi facis iniuriã, cum tepisum uersus mucronẽ impellas. Quã.n. Abel ipsi Cain iniuriã intulit? Nõne illũ qdẽ inuitus ad meliorẽ uitã citius transmisit, ac seipsum ærũnis inuoluit? Esau uerò qua in re mãsueto Iacob obfuit, cùm ipse ẽt matrimonia consumpsit: Iacob uerò cũ multis bonis, atq; diuitiis abundauit. Qua in re fratres sui Ioseph peiorẽ reddiderũ? Nõne quanquã usq; ad sanguinẽ ferè ueniss ẽt

Mat.8.b

H

Gene.4.a.b
Num.16.&.26.a

I

Gn. 4.b
Ibid.27.g
Gene.31
Ibid.37
Nume.16&.26
Ibid.12
Gene.3

K

L

M

inediæ malo in extremis periculis fuerũt, cũ ille regia potestate in Aegypto potiretur? Nã quantò maiore inuidia laboras, tãtò maiora illi offers bona, cui inuides. Deus.n. qui oĩa pspicit, cũ uiderit innocẽtẽ iniuria circũuentũ, extollit multò magis, darũq; illum facit, inuidẽtẽ aũt deprimit. Nã si lætitia inimicorũ incommodis affectos, impunè id cõmittere nõ patitur: (Nõ lætare, inquit, casu inimicorũ tuorũ, ne quã do uideat deus, & nõ placẽbis ei.) multò maioribus profectò eos, à qbus innocẽtes p inuidiã exagitãtur, supplicijs tradet. Interimamus ergo pestiferã hãc bestiã, ac multa eius capita detruncemus. Multæ quippe inuidiæ sunt species. Quòd si qui amantem se dili git, nihil maius publicanis adipiscitur: qui odio innocentẽ insectatur, quid patietur? Quo aũt gehennam effugietis, qui gẽtibus atq; infidelib⁹ deteriores estis? Quibus de causis fit, ut uehementius doleam atque crucier, cũ uideo nos qui angelos, atq; archangelorũ dominum imitari ex precepto debemus, diabolum obnixa æmulatione zelare. Magna.n. etiam in ecclesia & in clero, multoq; maior q̃ in laicis est inuidia: propterea de nobis quoq; ipsis dicendũ est aliquid. Cuius.n. rei gratia proximũ inuidendo persequeris? An quia in honore, ac dignitate uiuit? Non cogitas igitur, quantam honores perniciem ignauis ac indiligentibus solent afferre? Extollunt.n. ad inanẽ facilè gloriam, in tumorẽ atq; superbiam, & contemptum aliorum impellunt, desidiam augent: & ad hæc oĩa ipsi ẽt parua cõmoti aura defloresc unt: quodq; acerbius est, malorũ præcipitia, in q̃ honores detrudunt, perpetua sunt atq; prærupta. Voluptas uerò q̃ ab eis capitur, uix sensum deliniuit, ac repentè uniuersa deuolauit. Istis ergo de causis inuides, respõde quæso? Ita, inquis: sed plurimũ ille apud pontificem potest. Ducit, fert, uexatq; omnia quę quo uelit, & offendẽtes atq; inimicos persequi potest: adulatores, assentatoresq; suos in maius euehit, magnaq; usus fœlicitate, potestatesq; simul lætatur. Secularium, perditorũq; hominũ hęc uerba sunt. Nam spiritalem hoiem nulla res potest dolore uexare. Quid.n. malefaciat, si ẽt à dignitate te deponeret? Nam si iustè id fecerit, maxima certè cõtulit. Nulla.n. re magis deus offendi tur, q̃ siquis ĩdignus sacerdotij dignitate prefulgeat. Sin uerò iniuria, omnis culpa nõ te tenet irretitum: nam qui iniuriam passus æquo animo perfert, maiorem hacre apud deũ acquirit fiduciam: quare nolimus, obsecro, excogitare qũo in honoribus atq; dignitatibus, sed qũo i uirtute, atq; recta philosophia uiuemus. Nam dignitates profectò ad multa obscœna hominẽ inducunt. Quapropter ẽt ualde magno animo, sublimiq; opus ingenio est, ut dignitate uti, nõ abuti possis: ita qui ea caret, uolens nolensq; philosophatur. Qui uerò dignitate ac potestate floret, ei similis est qui cũ puella formosa cohabitans, legẽ atq; preceptũ susc epit, ne iniquè lasciuiẽtibus ipsam oculis uideat. Talis quippe res dignitas, atque potestas est: Quocirca multos ẽt inuitos ad cõtumeliãdũ intrusit, iram plerunq; accendit, linguæ frenum abstulit, & ianuã morti reserauit, quasi magna procellarũ ui animũ subuertẽs, & ad profundũ malorũ oĩum nauiculã submergens. Cur igitur uirũ tu admiraris, eiq; inuidẽdũ esse putas, q tot, tantisq; periculis cõcutitur? Sed ad hęc q̃ dicta sunt, tecũ illud ẽt uersa, quot inimicis, quot accusatorib⁹, quot asẽtatorib⁹, qui in dignitatib⁹ est obsideatur. Hæc igitur respõde

A quęso, beatificatione digna opinaris? quisnã insanus id diceret? Sed apud populũ, inquies, magna de ipso existimatio est. Quidnã hoc sibi uult? Nõ.n. certè populus, sed deus iudex est, cui uitę rationes redduntur⁹. Quare quãdo populum dicis, caue promõtoria, scopulos, atq; latentia saxa. Approbatio.n. uulgi quã tò clariorẽ quẽpiam facit, tãto maiorib. curis, solicitudine atque periculis uexat. Nec.n. respirare qui dominatui populi seruit, nec in re aliqua firmiter stare potest. Cur aũt nec respirare, nec firmiter stare diximus? Difficilè (inquã) himõi hoies, etiãsi mille uirtutibus muniantur, in regnũ dei peruenient. Nihil.n. magis è iugo iustitiæ subducere collum solet, q̃ hic inanis cõflatus glorię, q̃ tumidos, remissos, adulatores, simulatores homines reddit. Cur aũt putas Xp̃m à pharisæis dæmoniacum fuisse appellatũ? Nõne quia gloriam à multis aucupari cupiebant? Vnde aũt uulgus rectius de Christo sentiebat? nõnne quia procul ab himõi ægritudine aberat? Nihil certè ita iniquos, atq; amentes facit, quẽadmodum si ad inanẽ multorum gloriam inhiare cupiditate cogaris: nihil ita probos, fortes, ac adamãtis instar infractos cõstituit homines, quẽadmodum inanis huius gloriæ, ac existimationis multorũ contemptus. Quare excelso quodã robore animi opus est, ut possimus tot, tantosq; undarũ fluctus euadere, tot uentorum flatibus reluctari, atq; resistere. Nam qui multitudinis existimationem & famã sequitur, quãdo aspirauerit fortuna, oĩbus seipsum fluctibus proponit: quãdo uerò respirauerit, in profundum uellet seipsum submergere. Etenim cũ hac passione quispiam uictus fuerit, sicut populari aura extolli, regnũ cœlorũ ducit ita deprimi, atq; exhibilari gehennã arbitratur. Hæc igitur, obsecro, digna sunt, qb⁹ iuideas, an potius fletu atq; lachrymis copiosis? Tali ergo tu homini cũ iuideas, ei similis es, qui cũ uinctum, assiluitq; uiderit, atque cæsum uulnerib. ac flagellis, cõmotus ipsi nimiũ inuidet. Nã certè quot hoies in populo sunt, tot uinculis cõstringitur, tot dominis subijcitur, qui uulgi laude gaudet: quodq; indignius est, quãuis diuersis utãtur sententijs: qui cũ incõmoda accidunt: ea oĩa seruienti attribuunt, nullũ negocium examinãtes, sed q̃ huic uel illi uisũ in concione fuerint affirmãtes. Hæc igitur qua tempestate, quibus procellis peiora non sunt? Inflantur.n. uoluptate tales hoies, ac extolluntur, & in profundum rursus facilè demerguntur, semper uexati animo, nunquã in tranquillitate uiuunt. Nam antequã dies concionis, & orandi facultas aduenerit, tremũt, ac de exitu nimiũ reformidant: post concionem uerò, atq; comitia, aut repulsi mœrore repulsæ iacent, aut quod mœstitia turbulentius est, immoderata lætitia inflantur. Quòd.n. uoluptas nõ minus malum, q̃ dolor est, facilè credes, si quo animum nostrum afficit, diligentius cõsiderabis. Leuẽ enim, atq; quasi alatum faciens uentis secundis cõmittit: quod à prioribus illis uiris facilè discere possumus. Quãdo igitur probũ fuisse Dauid legim⁹? Vtrũ cũ secunda afflaret fortuna, an quãdo aduersa premebat? Et quãdo Iudęorũ populus uirtutẽ colebat, utrum cũ angustis reb. perdomiti, gemitib. atque lachrymis deũ inuocabãt, an quando lętitia corrupti uitulum adorabãt? Quas ob res ẽt Salomõ, qui maximè oĩum quidnam uoluptas sit percepisse uidetur: Melius est, inquit, ire in domum luctus, q̃ in domũ risus. Idcirco dominus quoq; alteros beatificat:

Exo. 32.b

Eccl o.7.a

B

C

Beati qui lugent, dicens, alteros quasi misericors deflet: Væ uobis qui ridetis, quoniã flebitis. nec iniuria. Nam in delicijs mollior flexibiliorq; est aĩus, in luctu uerò quasi cõtractus, atq; in se reuersus moderationem colit, & à cõgerie passionũ liberatus, robustior atq; sublimior efficitur. Hęc igitur oĩa probè sciẽtes, inanẽ gloriã & uoluptatẽ, q̃ ab ipsa capitur celeriter fugiamus, ut uerã atq; permanentem consequamur. Qua potiri ut oẽs possimus depcemur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, Amen.

Matt.5.a

D

Luc. 6.d

Homilia.xlij.ex capite.xij.

Ciens autem Iesus cogitationes eorum, dixit eis:
Omne regnum contra se diuisum desolabitur, & omnis ciuitas diuisa contra se non stabit: & si satanas satanam eijciet, aduersus satanam diuisus est: quomodo ergo stabit regnum eius? Calũniati iam pharisæi fuerãt, quòd in Beelzebub dæmonia eijceret: sed tũc quidẽ nõ increpauit, nec quicq̃ oĩno ad hoc respondit: sed partim à multitudine ignorũ, partim à dignitate doctrinæ, ad cognoscendam oĩpotentiã suã inducebat. Verũ quoniam in nequitia eorum perseuerantes eadem dictitabãt, respondit nunc, ut deitatẽ suã ostẽdat. Primũ quando arcana cordium ipsorũ, quæq; inter eos secretè agitabant, proferret: deinde quã facillimè dæmones proijceret. & quãuis ualde impudens illa calumnia erat, cũ inuidentes nõ considerẽt quid dicant, sed quicqd in buccã uenerit, proferant: nõ neglexit tamen Christus, sed pp utilitatẽ ipsorum clementer, atq; utiliter respõd ̃t: ut nos doceat ita mites eẽ erga inimicos, ut ẽt si aduersus nos ea dicant, q̃ nulla ratione nitãtur, quorumq; ipsi nequaquã conscij simus: non cõturbemur tamẽ, neq; cõmoueamur, sed æquo aĩo ipsis oĩum rerũ rationem referamus, Quod ideo maximè tũc peregit, ut uel hoc signo mentitos esse aduersus ipsum eos confirmaret, quoniam nõ sit dæmoniaci tanta clementia, mansuetudine, humanitateq; uti, nec est arcana hominum nosse. Nam quia impudentissima erat talis excogitatio, ideo ẽt timore multorum perterriti, non ausi fuerant in publicũ efferre, sed mente secum assiduè uersabant. Christus uerò, ut uiderẽt quoniã hæc ipsum nõ fugiunt, arcanas eorum cogitationes atq; calumnias nõ publicauit, nec uersutam maligni tatem eorum effert, sed occultorũ incusatione solutionem adducit, cõscientiæ ipsorũ redargutione ptermissa. Vti.n. solũmodo rei maximè studebat, uti litati peccantũ, non ut in uulgus eos traduceret. Et q̃q̃ si uoluisset rationibus eos quasi nequã hoies cõuincere, ac pœnas ab eis petere facilè potuisset, hac re tamẽ ptermissa ad illud solũmodo respiciebat, ut moderatiores eos redderet, aut saltẽ à praua cogitatione subduceret, ac aptiores ad emendandũ redderet. Quoniã igitur respõdet, nõ à scriptura certè, cui minimè ipsi probè uacabãt, falsis eã expositionibus subuertẽtes, uerũ ab his q̃ cõiter solẽt fieri arguit, dicẽs: *Omne regnũ in seipsum diuisum nõ stabit.* Ciuitas.n. ac domus si fuerit scissa, dissoluetur. Non.n. adeò externa quãtũ intestina, atq; ciuilia bella prosternunt: idipsum in corporib. quoq; fieri solet, id in cęteris, ac ẽt oĩbus rebus: sed à manifestioribus similitudines sumpsit. Nã etsi nihil regno in terris est firmius, facilè tamẽ destruitur seditio e dissipatũ. Quòd si multitudine ac magnitudine rerũ regni, q̃ in se aduersę corruẽt, fieri quispiam cõtendit: quid de ciuitate, aut domo una dici potest: Ita siue paruũ, siue magnum sit,

E

F

G quod secũ ipsum diſsidet:proſterni, atq; cadere neceſſe eſt. Si ergo dæmoniũ ipſe habeo, quo dæmones eiicio, ſeditio iam & pugna inter dæmones eſt, cũ alter in alterũ inſurgat:quòd ſi dabitis, diſſoluta eſt iam oĩs uis ipſorũ, atq; corrupta. *Si ſatanas ſatanã proijciet.* Nõ dixit, ſi ſatanas dæmonia, ſed ſi ſatanas ſatanã, ut magnã inter eos concordiam oſtenderet. In ſeipſum aũt regnum diuiſum, ait, quoniã quod diuiſum eſt, imbecillius factum diſpergitur: diſperſum autẽ atq; diſſolutũ, quã uim habebit ut alios poſsit eiicere? Vides quanto riſu digna eſt hæc accuſatio, q̃ furioſa, q̃ repugnãs. Impoſsibile.n.eſt, ut ſimilis quiſque magna potentia munitus dæmones expellat, & propter hoc ipſum poſsit, pp quod deſtructas iam eẽ uires ipſius oporteret: & hęc qdẽ una ſolutio eſt. Altera uerò illa, q̃ de diſcipulis diſcitur:nõ.n.uno ſolo argumẽto, ſed altero, atq; tertio nõnũq; futiles rõnes diſſoluit, multis modis uolẽs ipudentiã eorũ retundere:ſic & de die ſabbati feciſſe ipſum uidemus.

1.Reg.21.b Cũ & Dauid regem in mediũ produxerit, & ſacerdotum factũ non tacuerit, & ſcripturarũ teſtem citauerit, dicentẽ: Miſericordiã uolo, & non ſacrificiũ: ac de

H Nu.28.a Oſee.6.c & Matt. hic & ſupra.9.b niq; cauſam ſabbati adduxit, q̃uo hominis cauſa factum fuit: pariter igitur etiam hic ſecundam ſatisfactionẽ multò q̃ primã clariorem ſubiunxit, dicens: *Si ego in Beelzebub dæmonia eiicio, filij ueſtri in quo eiiciunt?* Perſpicis ẽt hic q̃ mitis ſit ſermo. Nõ.n.dixit diſcipuli mei, aut apoſtoli, ſed filij ueſtri, ut ſiquidẽ ad eandem cũ illis animi nobilitatem uenire uelint, magnam hinc opportunitatẽ, atq; occaſionem nanciſcantur. Si aũt in gratitudine, ac ſopore mentis in nequitia permaneant, nulla ſibi ratio ad excuſationẽ relinquatur. Tale igitur eſt qd dicitur: Si ego in Beelzebub eiicio, apoſtoli ac diſcipuli mei in quo eiiciũt? Expulerũt.n.iã & diſcipuli dęmonia, poteſtate illis à Chriſto data, nec ipſos criminabantur: non.n.rem, ſed perſonam perſequebantur. Vt igitur oſtenderet ea q̃ aduerſus ipſum aut dicebant, aut cogitabãt, ex ſola inuidia proficiſci, apoſtolos i mediũ produxit. Nã ſi ego ea ratione dęmonia expello, qua ſuſpicamini, multò magis illi q à me poteſtatẽ proiiciendi acceperũt: de quibus cũ nihil tale unquã ſuſpicati ſitis, q̃uo mihi, à quo illi hanc gratiã habuerũt, moleſti eſtis, nihil tale in ipſos cõferentes? Qua de re non euadetis ſuppliciũ, ſed cruciatu maiori torquebimini. Ac ideo ſubiunxit, Ipſi ueſtri erunt iudices: nam quoniã à uobis ſunt eiuſdẽ legis atq; diſciplinę, & tamẽ mihi paruerũt: nõ eſt dubiũ, quin condẽnabũt uos à quibus cõtrà & dictũ & factũ eſt. *Si autem ego in ſpiritu dei dæmones eiicio: igitur peruenit in uos regnũ dei.* Quid eſt regnũ dei? Aduentus.ſ. Chriſti. Tu uerò diligenter rurſus conſidera, q̃uo ipſos attrahit, mitigat, & ad cognitionẽ allicit ſuam oſtẽdens eis, quòd bona propria, & felicitatẽ propriã cõtemnant. Nam cũ gaudere & exultare debeatis, inquit, quoniã ingẽtia & ineffabilia illa, q̃ prophetæ cecinerũt largiturus uobis ueni: quoniamq; beatitudinis ueſtræ iam tempus adeſt, uos contrà facitis, non ſolũ hęc bona repellentes, uerũetiam calumniãtes & falſas aduerſus me cauſas confingentes. Et Matthæus quidẽ, Si ego

Luc.11.c in ſpiritu dei: Lucas aũt, Si ego in digito dei, ſcriptũre liquit. Qua ex re mõſtratur maximæ uirtutis, nec cõtemnendæ gratiæ, pp dæmonũ expulſionẽ. Vndè ratiocinando concludi poteſt: quoniã ſi hoc eſt, certè peruenit ad uos filius dei. Sed id quidẽ nõ apertè infert, adumbratè aut & occultius, ut æquiori animo K
ferant, illud ipſum ſignificauit, dicens: Peruenit ad uos profectò regnũ dei. Vides excellentiã ſapientiæ, atq; præſtantiam: per ea quibus incuſabant mõſtrabat aduentus ſui fulgorẽ. Deinde ut alliciat, nõ dixit ſolũ, peruenit regnũ dei: ſed, ad uos, inquit, hæc bona iugiter manant. Cur ergo in beatitudine ueſtra tãto mœrore turbamini? Cur aduerſus ueſtrã ſalutẽ arma cõfertis? Hoc tẽpus eſt quod prophetę futurũ prędixerunt, hoc ſignũ aduẽtus mei dederũt, quòd hęc diuinitus fierẽt. Nam quia hęc aguntur, uoſ ipſi uidetis: quia diuinitus, magna uoce res ipſę pdicant. Nõ.n.poſsibile eſt, cũ hęc in ſalutẽ hominũ fiãt, fortiorem eſſe q̃ prius ſatanam, ſed imbecillior eſt neceſſariò. Qui uerò imbecillior eſt, nõ poteſt quaſi robuſtus robuſtũ dæmonẽ eiicere. His uerbis charitatis uires, & diſsidij, atq; litigationis imbecillitatẽ patefacit: idcirco aſsiduè ſurſum atq; deorſum ad charitatẽ hortatur, ut diaboli robur deiiciat, qui omni conatu aduerſus nos incũbit. Ad ſecundam aũt ſatisfactionẽ ſubiunxit, dicens. *Quomodo poteſt aliquis intrare in domum fortis, & uaſa illius diripere, niſi prius ligauerit fortem, & tunc domum illius diripiat?* Nam quoniã L
non poteſt ſatanas ſatanã pellere, à dictis manifeſtũ eſt. Quoniam aũt nemo extrudere fortẽ poteſt, niſi prius illũ ſuperet: nullus unquã dubitauit. Quid igitur ex his cõficitur? Maiori robore confirmatur, qd dictũ eſt. Adeò.n.procul abſum ne ſocio, atq; coadiutore diabolo utar, quòd bellũ mihi perpetuum cũ eo eſt, & uictũ uincio, atq; ſpolio, cuius rei certũ illud ueſtigium eſt, quia uaſa eius direpta uidetis. Animaduerte qualiter in oppoſitũ q̃ argumẽtantur, cõcluditur. Illi.n.inferre uolebãt, nõ propria ipſum poteſtate dęmones eiicere, ipſe aũt oſtendit nõ ſolum dęmones eiicere, ſed principẽ quoq; dęmonũ uincu lis cõplicatũ detinere, atq; illũ ſua propria poteſtate uiciſſe: qd à rebus factis cõprobatur. Nã ſi diabolus qdẽ princeps eſt, cæteri uerò dęmones illi ſubiiciuntur: q̃uo illo nõ uincto, atq; perdomito ſatellites uincerentur? Mihi aũt propheticè id dici uidetur. Nõ.n. ſolũ dæmones uaſa diaboli ſunt, ſed uniuerſi certè hoſtes, qui malè uiuendo illi adhærent. Quare nõ dęmonia ſolũ eiici ab eo cõfirmat, uerumetiam totius M
orbis terrarũ tenebras illuminaturum, & ſeducẽtes dæmonem artes deſtructurũ prędicit. Nec dixit rapiet, ſed diripiet, ut cũ poteſtate fieri hæc ab ipſo ſignificaret: fortè aũt diabolũ appellauit, non quia ut natura talis ſit, ſed ut tyrãnicas eius uires, quas ex natũra ſumpſit, ignauas oſtenderet. *Qui non eſt mecum contra me eſt: & qui non congregat mecum, ſpargit.* Ecce quarta ad idẽ ſolutio. Quid.n.ego quæro, aut quid uolo, i quit? uniuerſos ad deũ reducere, uera ipſis uirtutũ tradere documenta, regnũ cœlorũ cunctis annunciare. Quid aũt diabolus, atq; dęmones q̃rũt? Quippe omnia q̃ eis oppoſita ſunt. Q̃uo igitur qui mecũ nõ colligit, neq; mecum oĩno eſt, ſua me operatione iuuat? Cur non iuuare ipſum dixi ſolum, qui etiã ſpargere, atq; diſsipare mea deſiderat? Quoniã qui non iungit ſolũ, uerumetiam cuncta mea diſpergit, q̃uo adeò mihi aſſentiret ut mecũ uellet dęmonia eiicere? Hoc aũt non de diabolo tantũmodo, uerumetiam de ſeipſo dictum non iniuria poſſet quiſpiam opinari. Hoſtis quippe diaboli Chriſtus eſt, & omnia quæ diaboli ſunt ipſe diſpergit. Quomodo aũt qui non eſt ſecum, aduerſus eum eſt? hac ipſa re

ſcilicet,

A ſcilicet, quia non colligit, neq; congregat ſecũ: quod ſi uerum eſt, multò magis ipſe aduerſatur, qui aduerſus eũ eſt. Nã ſi ille eſt inimicus, qui nõ iuuat, quantò magis erit, q bella ſuſcitat? Hęc ab ipſo dicta ſunt omnia, ut magnas iter ſe ac diabolũ inimicitias eſſe oſtenderet. Reſponde.n.obſecro, ſi aliquis cũ bellũ geras, nullo tibi eſt auxilio: nõnne idcirco aduerſus teipſum eſſe iudicabis? quod ſi alibi ſcribitur, qui nõ eſt aduerſus nos, pro nobis eſt, nõ eſt profectò illud huic contrariũ. Nam hic aduerſarium eum oſtẽdit,

Mat.7.c qui ſecum aliqua non approbauit. In nomine quoq; tuo, inquit, dæmonia propellit. Quamuis mea quidem ſmia Iudæos hic occultius denotaſſe uideatur. Qui.n.aduerſus ipſum inuigilabant, & q̃ ipſe congraſſet, diſpergere conabantur, cũ diabolo conſtituti ſunt, quod ſignificauit dicens: *Omne, inquit, peccatũ et blaſphemia dimittetur hominibus, blaſphemia uerò ſpiritus non dimittetur. Et quicunque dixerit uerbum contra filium hominis, remittetur ei: quicunque autem dixerit cõtra ſpiritum ſanctum, non remittetur ei, nec in præſenti ſeculo, neq; in futuro.* Quid igitur eſt quod dicitur? Mul-

B ta iam aduerſus me calũniati eſtis, quoniã ſeductor, quoniam deo aduerſarius, aliaq; plura q̃ omnia uobis ſi pœnitentiam gefferitis, penitus dimitto, nulla ſupplicia ſumam. Spiritũ ſne, inquies, blaſphemia nõ dimittetur pœnitentibus? quod oĩno falſum eſſe pa-

Peccatũ in ſpiritũ ſanctum. tet. Nam & hoc peccatũ dimiſſum ſcimus, cũ multis eorũ, qui talia in ſpiritum dixerant, quia poſtea eius rei pertæſum fuit, ignotũ fuiſſe conſtet. Quid igitur eſt qd dicit? Significare uoluit multò minus cæteris hoc eſſe ignoſcibile, ac ueniale. Quãnam ob rem? Quia uidelicet quiſnam eſſet Chriſtus, ignorabant. Spiritus aũt ſancti gratia multis, & magnis, & paruulis ſignis ſeipſam manifeſtauerat. Nam & prophetæ per ſpiritũ oĩa locuti ſunt, & oẽs illi ueteres multa de ipſo acceperant documenta. Tale igitur eſt quod dicitur: Sedulò in me offenditis pp hanc mihi aſſumptam carnem. An igitur ẽt de ſpiritu poteſtis dicere, quoniam ipſum quoq; ignoretis? Minimè. Ideo cum ueniale uobis nõ ſit hoc peccatũ tam in præſenti uita, q̃ in futura, pœnas luetis ingentes. Multi.n.hic ſolum puniti ſunt: ut ille qui fornicatus eſt, & qui ſacramentis indignè cõmunicarunt. Vos aũt tam hic, q̃

C ibi uexabimini. Nam quæcunq; aduerſus me anteà blaſphemaſtis, æquo animo uobis dimitto: pariter etiã facinus illud atrox crucis, qđ in me committetis dimittã, & ſolius infidelitatis ſuppliciа patiemini. Id ideo fecit, quoniam qui ante crucẽ eciderũt, plenã in oĩbus fidem nõ habebant. Qua de cauſa crebrò admonet, ne ante paſsionem ipſum manifeſtum faciant: & in ipſa cruce pro eis orauit, ut illud ſibi peccatũ dimitteretur. Quæ aũt de ſpiritu dixiſtis, nullã pro eis ueniã impetrabitis. Quæ aũt de his, q̃ aduerſus ipſum ante crucẽ fecerunt, uel cogitarunt, uel dicta ſunt, ſignificauit dicens: Quicunq; dixerit ſermonem aduerſus filiũ hominis, dimittetur ei: quicunq; aũt aduerſus ſpiritum ſanctũ dixerit, minimè. Quare ſic? quoniã cũ ſpiritus iam uobis notus eſſe debeat, rem clarã atq; manifeſtã oppugnatis. Nã ſi me ignoratis, ignorare tamen nõ poteſtis expulſionẽ dęmonum, curationeſq; hominũ mirificas ſpiritus ſancti eſſe operationes. Nõ ergo mihi, ſed ſpiritui ſancto cõtumelias exaggerare conamini: quaptopter niſi pœnitentiã agatis, nec in præſenti uita, nec in futura puniD
tionẽ effugietis. Vniuerſorũ.n.hominũ alij & hic, & ibi ſupplicia dabunt, alij in præſenti ſolũmodo uita, alij in futura tantũ: alij nec in præſenti, nec in futura: ut illiipſi de quibus nunc agitur. Nã & hic ipſos ultus eſt, quoniam intolerabilia paſsi ſunt, urbe ipſorum ui à Romanis expugnata: ibi aũt acerbiſsima eos expectant tormẽta, ut Gomorrhæ ac Sodomorũ ciues,

Luc.11.f alijq; cõplures. Ibi uerò ſolũmodo, ut diues ille qui nec guttę unius aquę dominus eſt. Hic aũt tantũ, ut

1.Cor.5.a qui apud Corinthios fornicabatur: neq; hic uerò, b. neq; ibi ſicut apoſtoli, prophetæ: ſic beatus ille Iob, cæteriq; hmõi. Non.n.ad punitionẽ aliquas paſsiones hic ſuſceperũt, ſed ut clarius in luctamine uicisſe cognoſceretur. Diligenter igitur demus operã, oro, ut in portione iſtorũ inueniamur. Quòd ſi iſtorum aſſequi portionem pp negligentiã nõ poterimus, ſaltem partem eorũ conſequi ſtudeamus, qui hic in uita comiſſa deponunt. Terribile nãq; illud iudicium eſt, ineuitabilis pœna, intolerabilia tormenta: ſed ſi uis, qđ ego conſulo, nec hic quoq; aliqua pœna cruciari, tu ipſe tibi iuſtus ſis iudex, referas tibiipſi rationes uiuẽdi. Audi Paulũ dicentẽ, quoniã ſi noſmetip-

1.Cor.11.f ſos iudicauerimus, non utiq; iudicemur. Si id facies E
ordine paulatim progrediẽs, ad coronã quoq; peruenies. Et quo nã modo, inquies, mihiipſi rationes uiuendi referã? Largos lachrymarũ effunde fluuios, ingẽtes cõpũctionis gemitus redde, humillimus ſis, laboribus ac uigiliis teipſum afflige: peccata tua per ſingulas ſpẽs recole. Non paruus eſt hic cruciatus animę, nec quantus ſit ab alio cognoſcitur, niſi ab eo q cõpunctus eſt, qui nõ ignorat hac re animã in hac uita maximè torqueri, nec eſt neſcius quantus dolor ex memoria peccatorũ naſcatur. Quas ob res

Eſa.43.d iuſtitiã deus huic pœnitẽtię propoſuit, dicẽs: Dic tu prius peccata, ut iuſtificeris. Nõ eſt profectò, nõ eſt inſufficiẽs ad emendãdũ uia, ſi cũ oĩa ſcđm ſpẽm in unũ peccata collegeris, aſsiduè aio deinde ipſa uerſes, ac de ipſis continuè mediteris & cogites. Nam q hoc faciet, his adeò cõpũgetur, ut neq; hac uita ſeipſum dignũ exiſtimet. Quòd q de ſeipſo iudicabit, oĩ cera tenerior, humilius uiuet i dies, nec fornicatiões ſolũ & adulteria, atq; ſi illa q̃ oẽs perhorreſcũt, colle geris: uerũetiã occulta inſidiarũ cõſilia, & calũnias, obtrectationes arcanas, inanẽ gloriã, inuidiam, cęte F
raq; hmõi diligentius euitabit. Nõ aũt effugient qui hęc delinquũt extremos ſuppliciorũ dolores, nã & cõuiciatores in gehẽnã incidẽt: & q uino inebriatur, nihil cũ regno dei habet cõe. Et qui proximũ nõ dili-

1.Co.6.b git, ſic deũ offendit, ut neq; martyrio iuuetur. Et q propinquos negligit, fidẽ negat: & q pauperes deſpicit, atq; cõtemnit, ad ignem mittitur. Noli ergo tanq̃ parua hęc negligere, ſed collige, ac in mente peruide ac ſi in libro cõſcriberes. Cũ.n.nõ cõſcripſeris, deus & diligẽtius, ſcripſit, & poſtulabit. Quare multò melius eſt à nobis iſta cõſcribi, ut à deo deleãtur, q̃ horũ nobis omniũ oblitis, prę oculis noſtris in die iudicij hæc à deo proponi. Qđ ne ita fiat, exquiſitè oĩa recolamus, & inueniem⁹ multis nos eſſe obnoxios. Quis.n.auaritię crimine mundus? Noli.n.mihi dicere, moderatè aliena atq; timidè tetigiſſe: ſed cogita pp hanc rẽ paruã, quã rapuiſti, nõ paruo te cruciatu in æternũ eſſe puniendũ. Id inquã cogita, & pœnitẽtiã age. Quis à cõuicio atq; obtrectatione liber eſt? Id aũt proculdubiò in gehennã intrudit. Quis occultè proximũ calumniatus nõ eſt? Hic ẽt cęteris oĩbus ĩmũdior eſt. Quis oculos à laſciuo aſpectu cõtinuit?

G Quem adulterio deliquisse nō dubitamus. Quis fru
strā fratri suo iratus, nō consilio atq; reatui reus est?
Quis nō iurauit? Qui à malo esse cognoscitur. Quis
nō periurauit? De quo quid possum dicere uidetis,
cū qui iurauit eū à malo esse contendā. Quis aliquā-
do mammonæ seruus nō fuit? Qui profecto fecit ne
Christi seruus sit. Et cū uideātur, plura maioraq; mi
hi restant: sed hęc sufficientia duxi ad cōpunctionē
uos inducere, nisi quis ualde lapideus atq; insensa-
tus est. Nā si singula istorū ad gehennā deducūt, qd
futurum est, si ad unū omnia coëunt? Quo igitur,
inquies, saluari possibile est? Si opposita his adhibea
mus remedia, misericordiā in pauperes, orationem,
compunctionem, pœnitentiam, humilitatem, cōtri
tum cor apprimè, contemptū rerum p̄sentium. Mil-
le nāq; salutis uias deus nobis proposuit, dummodo
diligēter uelimus attēdere. Animaduertamus igitur
nos, ita medicinam recipiamus, ut per oia remedia
uulnera nostra curemus, & maculas detergamus:
quod facilè facimus, si nobis misereſcimur, si his q
nobis dolori fuerant, nequaquam irascimur: si gra-
tias in omnibus deo agimus, ieiunātes pro uiribus,
H orantes assiduè, amicos nobis ex māmona iniquita
tis facientes. Sic.n. certè poterimus & delictorū ue-
niam impetrare, & futura bona consequi. Ad q̄ uti-
nam omnes perueniamus, gratia & misericordia do
mini nostri iesu Christi, Amen.

Homilia.xliij.ex cap.xij.

Vt facite arborem bonam, & fructum eius bo-
a *num: aut facite arborem malam, & fructum eius*
malum. Ex fructu enim arbor cognoscitur. Rur-
sus aliter ipsos cōfundit, nec sibi satis superiores sunt
redargutiones, qd nō facit ut seipsum à culpa defen
dat: sufficissent n. quę iam dicta sunt, sed emēdatio-
nē eorū sedulò facit. Tale igitur est qd dicit: Nemo
uestrū curatos reprehēdit, nec malū esse ausus est eis
dicere à dæmone liberari. Nam etsi ualde temerarij
erant, nō fuerant tamen id dicere ausi. Quoniā ergo
operibus quidē non detrahebant, operū aūt autho
rem diabolum nuncupant: ostēdere uoluit, quia &
præter cōes hominum cogitationes, & cōtra conse-
quētiam rerum, calumnia & obtrectatio illa est. Et
certè inauditæ uidetur esse impudentiæ, quòd non
I malignè solum cogitarent, sed ea ēt cogitarent, quæ
cōiter homines concipere, atq; cogitare non soleāt.
Tu uerò perpende q̄ procul à contentione sit. Non
enim dixit, arbitremini arborem bonā, quoniā fru-
ctus eius bonus est: sed ultrà q̄ dici possit, ora eorū
obstruit, tam mansuetudinem suam, q̄ impudentiā
eorum aperiens. Dicit.n. Si opera mea reprehendere
uultis, nihil prohibeo, dummodo cōstanter, nec in-
cōsequenter id faciatis. Sic.n. manifestius quasi cō-
pediti teneri poterant, si ostenderētur clara nimium
impudenter confundere. Nam & malignè agitis, in-
quit, nec consequentia ac cohærentia sibiipsis & co
gitatis, & dicitis. Arbor.n. à fructu, fructus uerò ab
arbore dignoscitur: uos aūt contrarium omnino fa
citis. Nam cum arbor fructus sui causa sit, & fructus
arboris præbeat cognitionē, consequens erat aut ēt
opera reprehendere, quoniam nos accusatis: aut si
opera laudatis, nos quoq; operū authores ꝺmunes
criminis ducere. Nunc autem cōtrà omnino facitis.
Nam cum nullo modo fructui, id est operibus, con
uiciari possitis, dæmoniacum me appellatis, qui ar-
boris locū in hac similitudine teneo: quod extremę
dementiæ est. Hoc iam ēt in superioribus approba- K
uit, dicens: Quoniā non potest arbor bona fructus
malos facere, nec ecōtrà. Quare præter oēm rerū cō
sequētiam, atq; naturā hmōi criminatione usi sunt.
Deinde quia non pro se, sed pro spiritu uerba facit
acrius inuehitur, dicens: *Progenies uiperarum, quomodo*
poteritis bona loqui, cum sitis mali? Id iam & accusantis
est, & superiora cōfirmātis. Ecce nanq;, inquit, cum
deprauatę uos arbores sitis, bonū fructū producere
nō potestis. Quare non mirandū, si malè loquimi
ni, quia cū à malis parentibus malè educati sitis, mē
tem quoq; malā possidetis. Tu aūt diligenter perspi
ce, quo crimina tam clarè illata sunt, ut negari non
possint. Nec.n. dixit, quo nā pacto bona loqui pote-
ritis, cū progenies sitis uiperarū, cū hæc ab illo aper-
tè cōsequantur: sed qualiter potestis bona loqui, cū
sitis mali? A uiperis aūt eos productos dixit, quoniā
de maioribus nimirum gloriabantur. Vt igitur ostē
dat nihil eos à progenitorib⁹ lucratos fuisse, ab Abra
hæ quidē coniunctione ipsos abscindit, similiū uerò
malorum progenitores ipsis attribuit, & à nobilita-
te Abrahæ denudauit. *In superabundantia enim cordis*
os loquitur. Hic rursus deū se ostēdit, quoniā secretas L
cogitationes eorū pernosceret: & docet, quia nō de
uerbis solum, uerumetiā de cogitationibus pœnas
luent. Quia deus est, nequaquā ignorat, quamuis &
omnibus posse scire cōcedat, cum malignitate intus
ebulliente, uerba foris p os effundātur. Quare cum
hominē audias turpiter loquentē, noli tantā putare
in animo ipsius prauitatē esse sitā, quāta impudēter
nimium os hęc agere, & suspicari manifestauit. *Bonus*
aūt homo de bono thesauro profert bona, et malus homo de
malo thesauro profert mala. Noli putare, inquit, id in ui
tijs ita fieri solūmodo, cum ēt in uirtute pariter con-
tingat. Proba.n. uerba multò probatiorē uirtutē in-
tus esse significāt: ita & illos peiores esse, q̄ uerba si-
gnificarent, & se meliorē q̄ uerbis cōfirmaretur: the-
saurum aūt, ait, ut stupendā multitudinē ante ocu-
los ponat: deinde rursus timorē intulit. Nec.n. puta-
re debetis, inquit, ad hęc usq; condēnationē uestrā
progressam esse, ut prauæ cogitationes uestrę omni
bus notę factę sint: sed ad ultima tormenta deuenie
tis, quicūq; talia perpetratis: nec uos puniemini, air, M
partim ut communius oratione prolata uniuersum
genus hominū cōmoneat, partim ut minus onero-
sior sermo esse uideatur. *Dico aūt uobis, omne uerbum*
ociosum quodcunq; loquētur homines, reddent de eo ratio
nem in die iudicij. Ociosum est uerbū, qd nulla de re
profertur, qd mendacio inquinat, qd ad calūniā dici
tur. Quidnam aūt ociosa ēt asserunt uerba, q̄ uana
sunt: ut q̄ profusum mouēt risum, aut turpia, ꝑudi-
ca, illiberalia. *Ex uerbis enim tuis iustificaberis, & ex uer*
bis tuis condemnaberis. Perpēdis nō esse molestū, aut
crudele hoc iudicū. Vides quo hę reuelatiōes ratio-
nū tranquillę sunt. Nō.n. aliorū uerbis, aut testimo-
nio aduersus te, sed uerbis, ac testimonio tuo ad fe-
rendā sniam iudex utitur, qd oium certè iustissimū
est. Tu.n. q iudicaris, dicēdi malè, & nō dicēdi quoq;
potestatē habes: quare nō hi quorū aures iniurijs p-
cussę sunt, sed hi q cōiuciantur, perhorrescere debēt.
Nō.n. qui malè audierūt, sed q malè dixerūt, iudicio
subiecti sunt: his pericula iminēt, hos cruciatus expe
ctant. Quare q malè audierūt, cū nullā eius rei reddi
turi sint rōnē, trāquillo aio esse oportet. Qui aūt nō
dubitant ad iudicū sē hac de re esse peruēturos, dia-

A bolicus certè hic malè dicēdi laqueus est, nullā escā
uoluptatis, sed sobrio damnū afferēs, & magnū de-
lictorū aceruum efficiēs: quòd siquis pernicios̄is hu
moribus plenus, ægrotationis laborem nō effugiet:
multò magis q hāc omni cholera amariorē maligni
tatem in seipso recondit atq; cōseruat, ultimi atque
perpetui doloribus morbi laborabit. Quod planū à
uerbis suis est, q̄ cū alijs dolorē inferāt, quāto magis
animam prorumpentis interiment? Nā insidiator &
calumniator non aliter seipsum prius interficit, q̄ qui
accēdit ignē prius cōcalescit: ut qui duros silices ma-
nu cędit, ipse nō lapides uapulat: qui ad stimulos cal
citrat, seipsum ferit: contrà uerò qui magno aio iniu
riam perfert, ceu silex ignis & stimulus aduersariū ul
cisci tur, p̄sertim cū nullas uires iniuriantes habeāt,
sed ceu lutum facilè dissoluantur. Nō ergo iniuriā pa
ti, sed iniuriā facere, aut nescire pati, malū est. Quot,
quātasq; iniurias ferebat Dauid? quot quātasq; facie
bat Saul? uter enim istorū fortior, ac beatior fuit: &
uter miserior, aut miserabilior? Nōne q iniurioſe fa-
B na fuerit, affinitate sibi eū cōiungere, ac filiā illi uxo
rē libenter tradere. Interēptus a Dauid fuit alienige-
1.Reg.18.d. na, neglexit cōuentiones, atq; pacta Saul, nec solū fi-
liam illi nō tradebat, sed necē quoq; machinabatur.
1.Re.17.f Vter igitur illorū clarior atq; illustrior? nōne alter tū
Ibid.19.a mœrore, tū pernicioso dæmone angebatur, alter sul
gorē solis trophæis, atq; uictorijs superabat, quodq;
maius est, gratiā diuinā cōsequebatur? In mulierū ue
rò choro, nōne alter inuidia tabescebat, alter silētio
cūcta ferēdo ad se uniuersos attraxit, atq; cōiunxit?
1.Re.24. Cūque illū in manib⁹ haberit Dauid, atque peper-
cerit, uter miserior ac imbecillior, aut beatior atque
fortior? Nōne ille qui ne iustè quidē inimicū animad
uertit? Meritò, inquā, ille fortior. Nam Saul armatus
erat, cōstipatus militib⁹: Dauid aūt iustitia munieba
tur, q̄ multis exercitibus robustior est: idcirco iniuria
uexatus, nec iustè quidē perimere inimicū uoluit, nō
quia fugiebat ipsum, admonēs nequaquam nos in-
ferendo iniuriam, sed æquo aio patiendo fortiores
fieri: quod & in corporib⁹, & arboribus perspicere li
Gen.31.d cet. Quid porrò Iacob? Nōne à Labā iniuriā accepit?
Vter igitur fortior atque robustior, q cū alterum in
C manu habuerit, nec tangere unquā ausus fuerit, sed
semp eum timuerit: an qui sine turba militū oī exer-
citus ductori illi terribilior fuerit? Verū ut nobis con
firmatior hæc oratio fiat, in ipso rursus Dauid in cō-
trariam partē uerso sermone rem considerabimus.
2.Re.10.b. Nam qui cum magno aio ferebat iniurias, inuictus
erat: is postea iniuriatus, imbecillis factus est. Nā or-
do ille tunc pe: mutatus fuerat, cū Vriæ iniuriā intu-
lit, & imbecillitas quidē iniuriati, robur aūt iniuriam
2. Re. 11. d. perpessо cōiungebatur: quippe Vrias uel mortuus
domum illius uniuersam depopulabatur, ita ut Da-
ille aūt gregarius miles & occisus oīa illius intus fo-
ris q̄ confudit. Vultis quoq; alia ratione, ac loco mu
eueneri, qui iustè uindictam peregerūt. Nam q̄ iniu-
riantes uiliores cæteris sint, aiam suā oppugnantes,
nullus unquā negabit. Sed quisnam, inquies, iustam
expetens ultionē mille incendit mala, & multis cala-
mitatib. fuit confossus? Ductor exercitus Dauid. Nā
& hic bellum graue cōcitauit, & non pauca pericula
subiit, quorū nihil accidissēt, si philosophari uoluis-
set. Fugiamus igitur, fugiamus hmōi delicta, studea- D
musq; ut nec uerbo, nec re iniuriā inferamus. Nō.n.
dixit, si accusabis publicè, si ad iudicem deferas, sed
simpliciter, sic maledixeris, ēt si tecum id feceris, ēt si
uerè, non falsò dixeris, non effugies tamē extremas
pœnas, nec sic psuasus quidē dixeris: nō.n. à factis il
lius, sed à uerbis tuis aduersus te diuinitus sententia
feretur. Ex uerbis.n. tuis condemnaberis, ait. Nō ani
maduertis quia & pharisæus, quanquā & uera & ma
nifesta dixerit, nec tectū aliquid retexerit, condem-
natus tamē est? Quòd si & aperta in dedecus aliorū
dicenda nō sunt, quantò magis silentio tradenda q̄
ambigua sunt? Est.n. cōstitutus iudex peccatori: no-
li tu dignitatē unigeniti temerario impetu rapere, illi
iudici solū cōseruatur. Quòd si cupiditate iudicandi
iudex esse uelis, sedē ego tibi ostendā, q̄ magnū quę-
stum tibi cōferet, & nulla criminis sorde maculabit.
Sedeat mēs, atque cogitatio tua iudex in animā atq;
conscientiam tuā, adducas oīa delicta tua in mediū
scrutare q̄ aio commisisti, & pone dignas singulorū
pœnas, dicas tecū assiduè, Quare hoc, atq; hoc au-
sus es? quare illud & illud perpetrasti? Quòd si ab his E
quidē cōscięntia tua refugit, aliena uerò curioſe rima-
tur, dic ad ipsam: Nō ego iudex in alios, nec tu alios
defensura iudiciū subiisti. Quid.n. ad te, si hic uel ille
malè uiuat? tu cuius rei gratia hoc atque illud deliq-
sti nō defende: accusa tua uestigia, nō aliena. Sic assi
duè ipsam ad hūc terrorē reuoca, deinde si causam
suā dicere non possit, sed balbutiat atque stupescat:
quasi supbā ancillā, & fornicatione corruptā, cæde,
uerberibus ac flagellis dilania. Hoc iudiciū quotidie
tibi diligēter cōstituatur. Venenosum uermē propo-
ne, cæteraq; tormēta oia ostende, neque dimittas in
posterū cū diabolo fornicari, neque patiaris si impu
denter dicit, diabolū ad ipsam uenire, insidias sibi ab
eo struis: sed dic ad eā, Supflua sūt hęc oīa, si tu uelis.
Quòd si rursus dicit, corpori colligata sum, carne in
duta, cū hoibus habito, in terris cōuersor, dicas qa
hęc oīa inanes causę sunt, peccādi opportunitatē uo
lenti p̄stantes. Nam & alij corpori cōiuncti, carnēq;
habētes, cū hoibus habitātes, & in terra cōuersati re
ctè uixerūt, tu quoque ipsa carne induta nullo à be- F
ne faciendo impedimēto nonnūquā uetaris. Quòd
si hæc audiens doleat, nō subtrahas manū: nō enim
morietur p cussa, sed mortē effugiet: & si rursus dicit,
ille me irritauit, respōde, quia in potestate tua est nō
irritari: cuius certissimum argumentū est, quia non
nunquā iram superasti. Si dixerit, formositate mulie
ris incensam se, atque inflammatam fuisse, respōde
ad eam, Poteras profectò teipsam continere. afferas *Gene.3.e*
exempla multorum, memento mulieris primæ, q̄ di
xit, serpens decepit me, & non effugit. Hæc oīa cum
inquiras, nemo assit, nemo perturbet: sed quemad-
modū iudices semotis arbitris sentētiam cōscribūt,
pariter tu quoq; ad occasionē trāquillitatis secretio-
ra loca require. Itaque lectū, atque quietē petiturus,
hoc iudiciū ineas: idoneum.n. ad hanc rem hoc tem
pus est, & cōsentaneus locus, camera & lectulus: qd
propheta quoque denotauit dicens: Quæ dicitis in *Psal.4.b*
cordib. uestris, in cubilib⁹ uestris cōpungimini. Nec
es paruas contēne, sed magnas ēt earū rōnes repete.
Hoc mō magna facili⁹ euitabis delicta. Id si quotidie
diligēter facies, terribili futuri iudicis tribunali let⁹ as
sistes. Hoc mō Paul⁹ seipsum mūdauit, ac ideo dice- 1. Cor.11.
bat: Si nosipsos iudicauerim⁹, nō utiq; iudicaremur. f.

G Sic & Iob liberos suos mũdauit: nam qui pro incertis hostias assiduè offerebat, multò magis certorũ illũ atq; manifestorum rationes repetisse credẽdum est. Nos aũt non ita facimus, sed cõtrà: quoniã quãprimum recũbimus, secularia nobiscũ negocia uertimus, ac alijs spurcissimis cogitationib⁹ inquinamur: alij quid mutuò dedimus, aut accepimus, cæteraq; huiusce modi caduca & instabilia cogitamus. Et filias quidẽ uirgines diligenter obseruamus, animam uerò q̃ omni hac uita præstantior est, fornicari atq; deturpari mille spurcissimis cogitationibus sinimus. Nam siue deliciarũ, siue formosi corporis, siue odij, siue alia quęcunq; cogitatio nobis inciderit: ianuis continuò apertis inuitamus & trahimus, & cũ omni securitate fornicari cũ anima nostra permittimus. Qua re qd ineptius, aut stultius fieri potest? Animã uostrã qua nihil habemus ptiosius, tot tantisq; sordidissimis adulteris quasi despectã tradere, ut cũ illis tandiu corũpatur, quãdiu satietate illi sesi decesserint. Quod nunq̃ certè fit, nisi cũ iam somnus desatigatos.inuaserit, immo uerò ne tunc quidem tan-
H tum. Sõnia.n. atq; nocturna earundẽ rerum simulachra nobiscum pernoctant, ita illucescente iam die, somnia plerunq; in rem uerã exeunt. Et pupillã quidem oculorũ tuorum, ne minimo lędatur puluere, diligenter custodis: animã autẽ tuam tanta malorũ cõgerie pressam negligis. Quãdo igitur ab his sordibus animã detergemus? Quando hmõi uepriũ radices amputabimus? Quando uirtutũ semina spargemus? Nescitis tps messis iam instare? Nos uerò nec nouales quidẽ adhuc præcidimus. Si ergo agri dominus uenerit, & rationes petat, qd dicemus? qd respõdebimus? An quia semina nobis adhuc tradita non sunt? Atqui quotidie in animis nostris disseminatur. An quia sentes incidere nullus docuit? Atqui assiduè acutas nobis falces præbemus. An quia seculariũ curæ rerũ illiciunt? Quare igitur nõ eruis? Verbis declarantur, sed multo maiorẽ fontem q̃ riuulos iudico. Qd.n. extra profertur, ex illo profluit: eiusq; superfluũ est, quod intus est. Vides quanta eos acrimonia percusit: Nã si dicta eorum praua sunt, & ab
I ipsõ diaboli sensu scatent, coniice qualis est ille fons, ex quo ista deriuãtur, q̃ res certè natura duce ita fit. Nã lingua quodã rubore impedita, non põt uniuersum mentis furorẽ effundere: pectus aũt cum nullũ hmõi testẽ habeat, intrepidẽ quæcunq; uult excogitat, si mens ad deũ conuersa nõ sit. Quoniã igitur q̃ dicimus, trutinę audientiũ subiecta esse: q̃ uerò in pectore sunt, uelaminibus obducta penitus obfuscari nõ ignoramus, idcirco praua uerborum turpitudo magnã intus reconditam esse testatur. Cũ uerò magnus obscœnarũ cumulus cogitationũ intus ebulliat, tunc magno impetu obducta exiliunt. Et quem admodũ uomitu laborantes, in principio quidẽ detinere intus egredientes humores nituntur: cũ uerò fastidio uicti succubuerint, magnis singultibus oia è profundo eructant: sic q praua consilia in proximos uersant, cũ malignitatẽ mentis ferre nequeant, obtrectationis saniem euomunt: à quo precipuè nobis cauẽdũ rogitemus, gratia & misericordia, &c.

Homilia xliiij. ex cap. xij.

Vnde responderunt ei quidam de scribis & pharisæis dicentes, Magister, uolumus à te signum uidere. Qui respondens, ait, &c. Poteritne quic-
quã, nõ dico impiũ magis, sed stolidius istis inueniri, qui ẽt post tot tantaq; signa, quasi nullũ signum K
esset factũ, dicere audẽt, uolumus abs te signũ uidere? Cuius igitur rei gratia ita stultè loquuntur? Profectò ut rursus carpant. Nam quoniã nõ semel, sed bis atq; sæpius inuerecundorũ linguã argumentis cõpescuit, opera rursus quęrũt, ac ideo quasi admirãs euãgelista scribit: Tunc respõderunt ei quidã scribarũ & pharisęorũ signum petẽtes. Tunc istud quãdo signi ficat? Quando. s. flexos iam esse oporteret, quãdo admirari atq; obstupescere, quando saltẽ confusi decedere debebant, tunc in malignitate atq; pertinacia sua pertinaciter perseuerant. Tu uerò ipsa ẽt uerba considera, quo adulatione, ac derisione plena sunt. Putarũt.n. assentatiuncula ipsum allicere, qui modò adulantur, modò conuiciantur, modò illudunt, modò dæmoniacũ, modò magistrũ appellant. Quę q̃q̃ inter se opposita reperiantur à malo tamen animo, atq; mente procedunt, quapropter ualde ipsos carpere uoluit. Ita cũ illi aspere, atq; cõtumeliose interrogant, iucũdius atq; humilius respõdet: cũ uerò assentantur, & derideant, tũc nõ mediocri utitur acrimonia, omni se perturbatione superiorẽ ostendẽs. Velu L
ti enim tunc nulla ira concitatur, eodẽ nunc modo adulationibus nõ delinitur. Aduerte aũt quia ita cõuiciando respondere uidetur, ut non solũ conuicietur, sed uestigia illorũ etiã malignitatis afferat. Quid enim ait? *Generatio mala, & adultera signũ quærit.* Tale igitur est, quod dicit: Quid mirũ est, si ita perperã me tractatis, quem nondũ cognouistis, cũ etiam patrem quẽ plurimis & maximis periculis noscere deberetis, pariter offendatis: quẽ crebrò derelinquẽtes dęmonũ cultus secuti estis, malos uobis (ueluti Eze Exe.16.d
chiel assiduè carpere solebat) amatores allicientes. & 23.c.d
Quibus uerbis & se consonũ, atq; concordẽ esse patri ostẽdit, & eos nihil alienũ maioribus suis facere. Arcanaq; mentis ipsorũ reuelat, quòd simulãtes, & ceu inimici miracula petebant propterea & generationem malã nuncupauit, tum quia semper ingrati benefactoribus extiterunt, tum quia susceptis beneficijs, qd extremè uitiositatis est, ad malignitatẽ inclantur. Adulterã porrò generationẽ appellauit, tam priorẽ q̃ præsentem ipsorũ deformitatẽ designans. Vnde rursus patri seipsum æqualẽ esse demonstrat. M
Siquidẽ pariter qui sibi, quemadmodũ qui patri nõ credunt, adulterij crimine notantur: infert enim, *Non dabitur ei signum, nisi signum Ionæ prophetæ.* Resurrectionis iam mentionẽ facit, & à figura Ionæ rem ipsam cõfirmat. Quid igitur inquies? Nõne data sunt tibi signa petenti? Sed nõ ut eos induceret, sciebat.n. obstinatos esse, uerum ut alios alliceret, signa faciebat. Aut ita igitur respõdere possumus, aut qa non habebunt signũ, quale illud erat, quo uexati, quãta esset uirtus illius cognouerunt. Et hic quidẽ cõminationibus terrenis occultius id tãgit: ut quasi dicere uideatur. Mille.n. uobis beneficia cõtuli, & nihil horũ uos mihi conciliauit, neq; fecit, ut omnipotentiam meam uelitis cognoscere: sed cognoscetis tunc à cõtrarijs, quando urbem uestrã prostratam uidebitis, quando mœnia eius deiecta, quãdo templũ subuersum, quando libertate, priscaq; uiuẽdi disciplina priuati, errantes ac profugi per uniuersum orbẽ dispergemini. Hæc igitur omnia, q̃ post passionẽ meã euenient, in signum uobis maximũ sint. Et certè maximũ uideri debet, sicuti & est, quòd afflictiones eorũ nec auferentur, nec remittãtur, neq; quamuis multi

A conati sint, nullus tamẽ potuerit ęrũnis, atq; miserijs Iudæotũ mederi. Nec hæc expresit, sed futuris tẽpo rib⁹ manifestãda reliquit. Nũc aũt resurrectionis sermonẽ quẽ futuris calamitatibus cognituri erãt, pro-
Ionæ.2.a bat atq; adstruit. *Sicut enim fuit Ionas, ait, in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.* Liquidò ne uerba eius illuderent, nõ dixit, quia resurget:
Mn.27.b eos aũt occultius tetigit, ut præscięti㠠 eius nõ ignorarent, q̃ ipsos adeò non fugit, ut ad Pilatũ postea assereret, qa ille seductor dixit, post tres dies resurrecturũ: qd certè discipuli eius tanquã rudiores nõ in intellexerũt. Quocirca pharisæi & scribæ sua ipsorũ sententia condẽnati esse uidentur. Aduerte aũt quomodo, quãuis occultè, significanter tamẽ dixit, Nõ enim ait, interra, sed in corde terræ: ut & sepulchrũ denotet, & suspicionẽ effugiat. Tribus autẽ diebus mortuus esse uoluit, ut nemo mortuũ esse ambigeret. Nõ.n. crucẽ solũ, & uisu omnium qui tunc ade-
B rant, uerũ etiam dierum numero mortẽ confirmat. Nã etsi uniuersa futura tempora resurrectioni testatura erant, tamẽ si tunc non multa morti attestata fuissent, potuisset dubitari: morte aũt non credita, resurrectionis ẽt mysteriũ omnino uacillabat. Idcirco signũ etiã mortẽ uocauit: quare nisi crucifixus fuisset, signũ datũ non esset: Hac etiã de causa in me diũ adduxit, ut præteritis signis præsentium ueritas crederetur: Dic mihi, quæso, fictone sermone putas in uentre ceti Ionam fuisse? Nec potes id quidẽ dicere: quare nec Christum in corde terræ fuisse negandũ tibi est. Non.n. fieri potest, ut ueritatis figura procul à figmento sit, ueritas aũt ipsa falsa imagine inuoluatur: idcirco ubiq; & mysterijs, & in baptismate, & in cæteris oĩbus mortẽ ipsius annunciamus. Ideo Paulus magna & clara uoce clamat dicens: Mihi aũt absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu
Cala.7.d Christi: Vnde apertissimè patet, diaboli discipulos esse oẽs, qui Marcionis morbo laborant, cũ hæc nõ credãt: q̃ ne obliuioni traderẽtur, mille sacramẽtis effectũ à Christo est, & q̃ maximè diabolus delere
C obliuione conatur. Ita & alibi dicit: Soluite tẽplum
Ma.26.f hoc, & in tribus erigã ipsum diebus. Et erũt dies quã
et Io.2.d do auferetur ab ipsis sponsus: hic aũt, Non dabitur signũ, inqt, nisi signũ Ionæ prophetæ. Quia ipsi nihil inde lucrabuntur ostendẽs, qd paulò pòst significauit. Et tamẽ quãquã sciret nihil se ipsis profuturũ, tãta eius misericordia est, qd pro ipsis mortuus est. Sed ne qs putet tales Iudęorũ exitus futuros, quales Niniuitarũ fuerunt, quorũ urbẽ, quoniã pœnitentiã egerunt, ab irruẽtibus Barbaris eripuit. Ne igitur qs putet pœnitẽtiã Iudæos hanc quoq; acturos, audias quẽadmodũ contrariũ designatur. Nã quod nihil fructus ex tot tãtisq; beneficijs cõsequãtur, imò etiã econtrà, intolerabiles ærũnas patiẽtur, similitudine dæmonis denotauit, ac futurarũ afflictionum
Gen.18.e cãm rediddit, qa merito in ipsos incident, qd antiquissimis ẽt fecit tẽporibus. Sodomorũ enim urbẽ uastaturus, causam Abrahæ prius exposuit, declara
ib.dẽ.19. uitq; quatenus uirtutũ cõtẽptus Sodomis esset, ubi in tã magnis, populosisq; urbibus, ne decẽ quidẽ uiri moderatè uiuẽtes poterãt reperiri. Ipsi quoq; Loth inhospitalitatẽ ipsorũ antea, & amores monstrauit turpissimos, & postea ignẽ immisit. Pariter etiã in di-
Gene.6.c luuio rebus ipsis ad Noe cãm detulisse uidetur: sed
Ezec.5.b Ezechieli ẽt cũ apud Babylonios degeret, quæ Hierosolymis mala fiebant, ante oculos pspicienda pro D
posuit. Cũq; Hieremię dicibat: Noli pro ipsis orare, *Hie.7.d*
an nõ uides quid isti faciunt? causam profecto dice- *et.11.et*
bat quod igitur ubiq; ferè factitauit, id ẽt hic conse- *14.b*
uat. Quid enim ait? *Viri Niniuitæ surgent, & condẽnabunt generationẽ hãc, quia pœnitẽtiã egerunt in prædicatione: & ecce plus quàm Iona hic.* Nã cũ ille seruus fuerit, ego dominus sum: ille à cete exiliit, ego à morte resurgã. Subuersionem ille urbi futurã prædicauit, ego regni cœlorũ euangelia uobis enuncio. Et Niniuitæ quidẽ absq; signo aliquo timuerũt, cũ uos multa miraculorũ signa uideatis, nec quicquã ante Ionę uerba illi audierunt, cũ uos per diuersa genera philosophiæ ego educarim. Præterea Ionas quasi minister ad Niniuitas accesit, ego aũt ad uos dominus atq; creator deueni, nihil intẽtans, nullas uiuẽdi rõnes exigẽs, sed peccatorũ remissorũ estis alũni. Accedit qd de Iona nemo illis prędixit, cũ de me plurimi prædixerint, & opera p̃dicationi cõsonare perspicitis. Ionã etiã ne deriderẽtur fugisse non ignoratis, cũ E
ego & crucis patibulũ subiturus, & omnes illusiones uestras laturus ultrò aduenerim. Itaq; cũ ille nullũ pro Niniuitis opprobrium tulerit, ego uel mortis acerbitatẽ libenter sufferam. Et ille aduena quidem atq; peregrinus erat, & hominib⁹ illis omnino ignotus: ego uerò uobis cõiunctus secundũ carnẽ ab eisdem sum oriundus progenitoribus. Multa huiusmodi relinquo, quæ ab exẽplo Ionæ atq; Niniuitarũ facilè quis potest excogitare. Dominus uerò aliud subiunxit, dicens: *Quoniam & regina Austri surget in iudicio cũ generatione ista, & condẽnabit eã, quia uenit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis: & ecce plus quàm Salomon hic.* Hoc priore maius atq; mirabilius
Ionæ.3.a est. Ionas.n ipse ad Niniuitas abiit: Regina uerò austri nõ expectauit oscitando, ut Salomõ illã requireret: sed ipsa & mulier barbara, & tanto interuallo locorũ remota, studuit ad Salomonẽ uenire, nõ minis aut terrore aliquo impulsa, sed solo sapiẽtiæ amore incensa. *Sed ecce plus Salomone hic.* Tunc ad Salomo- E
nẽ regina mulier accesit, nũc ipse rex omniũ ad uos aduenio. Et illa ab extremis orbis terrarũ partibus accesit: uos in urbibus atq; uicis uestris sedẽtes oia
Eccl.2.et me lustrantẽ uidetis. Et Salomon quidẽ de arbori- 3.a
bus & plãtis peritè disserebat, unde nõ præcipuã utilitatẽ audiens consequi poterat: ego aũt ineffabiles quasdã res & mirabilia sacramẽta uobis annuncio. Cũ igitur oratione ipsos corripuerit, ac quasi futurarũ afflictionũ cãm dixerit, ostenderitq; ingratitudini atq; pertinaciæ suæ inobedientiã eorũ, nõ imbecillitati dicentis esse attribuẽdã, idq; tã alijs multis, q̃ Niniuitarũ ac reginæ exemplo communiuerit: tunc futuros quoq; labores prænunciat, & quãuis occultè & ænigmaticè, ita tamen ut nõ paruum narrationis series terrorẽ inferre uideatur. *Cũ enim, ait, exierit immundus spiritus ab homine, ambulat per loca arida requiẽ quærens, & nõ inueniens dicit, reuertar in domum meã unde exiui. Et ueniẽs inuenit eã uacantẽ, scopis mundatã & ornatã: tũc uadit, & assumit secũ alios septẽ nequiores se, & intrãtes habitãt ibi: & fiũt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit & generationi huic.* Hinc dilucidius ostẽdit, nõ in futuro seculo solũ, uerũetiã hic grauiora durioraq; ipsos passuros. Nã quoniã Niniuitas dicebat resurrecturos in iudicio, & cõdẽnaturos generationẽ hãc: ne prolixitate tpis ad iniuriã deuoluãtur, hac in uita futuras sibi afflictiões

G subtexit:quas Osee propheta minãdo diecbat, quo
Oseæ.9.b niã erãt(ueluti mẽte captus propheta,homo habẽs
spiritũ)uidelicet sicuti furiosi atq; bacchantes, falsi
prophetæ, q malis spiritibus exagitantur. Mente.n.
captũ hic prophetã, falsum prophetam appellauit:
quales arioli,& gentiũ uates fuerũt.Quod significã
ter expresit,dicens:quia peiora priorib⁹ erunt. Ad-
uerte quo pacto undiq; attẽtiores facit:à pstentibus,
à futuris,à cõprobatis atq; laudatis. Niniuitis dico,
Austri regina,& Tyri ac Sodomorũ ciuibus,q uehe
mentius offenderũt.Pariter ẽt prophetæ hac simili
doctrina utebantur,q filios Rachabin adducunt:&
Hi.34.ab spõsã q̃ ornat⁹ proprij,atq; monilis nõ obliuiscitur:
Oseæ.2.c & boue q cognouit possidẽtẽ,ac asinũ qui præsepe
Esa.1.a domini sui nõ ignorauit.Hac ergo trita prophetarũ
doctrina progrediẽs,cũ per cõparationẽ ingratitu-
diuem eorũ,atq; malignitatem præ oculis posuerit,
tunc futuras calamitates prænunciat.Quid igitur di
cit?Quẽadmodũ dæmoniaci,ait,cũ ab infesto dæ-
mone sunt liberati,si negligentia corrũpantur, gra-
uiores aduersus se attrahũt imaginatiões:sic uobis
accidet.Dæmonio.n.tũc uexabamini, quãdo idola
H colebatis,& dæmonijs filios uestros occisos offere
batis,ingetẽ hac ex re insaniam ostẽdẽtes:nec tamẽ
dereliqui uos,sed per prophetas dæmonem eieci,&
nũc p memetipsum curare penitus uos cõstitui:Ve-
rũ,quoniã aduertere nõ uultis,sed ad maiorẽ praui-
tatẽ spõte ruitis:qppe cũ multo deterius sit in meũ,
q̃ in prophetarũ interitũ sæuire:idcirco multò gra-
uiora nobis imminẽt,q̃ Babylonis, quàm Aegypti,
q̃ Antiochi mala fuere.Nam quæ Vespasiano duce
ac Tito ipsis acciderunt,multo magis omnibus illis
Mat.14.b asperiora durioraq; fuerunt. Quapropter dicebat,
erit tribulatio magna,qualis nunquam erit,uel fuit.
Non aũt hoc solũ similitudo designat,uerumetiam
quia omniũ uirtutũ numero contempto, facilius à
prauis spiritibus q̃ prius occupabantur.Nam quãuis
olim assiduè peccarent,habebãt tamen emendantẽ
doctoris disciplinã,aderat illis ipsa dei prouidentia,
non omnino dereliquerat eos spiritus gratia, cura,
castigatione,omniũq; remedio iuuans:nunc uero
penitus à diligẽti cura spiritus desolatos fore p̃dicit.
I Quare cũ uirtutis penuria sit, crimina intẽdũtur,dæ
mones acrius in eos insurgũt.Nemo.n.uestrũ igno-
Iulianus. rat memoria nostra,quando Iulianus,q oẽs homi-
nes impietate superauit, quo furore cõtra ueritatẽ
bacchabatur,quẽadmodũ gentibus adhærebat,&
cultus idolorum præferebat.Quare si aliquo modo
modestius nũc degere uidẽtur, formidine principũ
id simulãt:q si nulla esset, crudeliora q̃ anteà unquã
facere auderent,cũ omni prauitate atq; malitia pri-
scos nimiũ antecedant,meleficas artes atq; magicas
petulantiã,audaciam,cæteraq; uitia supra modum
colentes:& quãuis tanto freno coerceantur, sæpe-
numero tamen in principes conspirarunt,& in extre
mas inde calamitates inciderunt.Vbi ergo nũc, ubi
(inquã)sunt,q signa & miracula curiosè inquirunt?
Audiant & intelligant mente,atq; animo grato no-
bis opus esse:q̃ res si nõ adest, nihil utilitatis à signis
adipiscimur.Nã & Niniuitæ absq; aliquo penitus si-
gno animo crediderunt:Iudæi uero ẽt post tot &
tãta miracula in peius deuoluti, domiciliũ dæmonũ
facti sunt,& innumeras cõtraxerũt ærũnas: neq; id
iniuria.Nã quãdo quispiã ab afflictionibus libera-
tus non modestior fit,multò grauiora q̃ prius patie
tur:idcirco.n.dixit,Non inuenit requiẽ:ut ostendat K
necessario ad huiusmodi hominẽ insidias dæmonũ
peruenturas.Nã qui duabus, aut præcipuis causis
castigatus nõ est,à præcedẽtibus uidelicet calamita
tibus,& à liberatione secuta,quibus tertiã quoq; ad
dere possumus,comminationes scilicet peioris: nisi
resipuerit,qua ratione sperare de illo poteris ampli⁹,
quod melios futurus sit?Hæc nõ ad illos solũ,uerũ-
etiã ad nosipsos dicta esse credamus.Nã si diuina lu
ce illuminati,& prima delictorũ miseria erepti, rur-
sus ad eãdẽ malignitatẽ reuertimur,grauior punitio Ion.3.d
nos profectò expectabit.ideo Christus quoq; para-
lyticũ admonebat dicẽs,Sanus iã factus es, noli er-
go amplius peccare,ne qd peius tibi eueniat.Sed qd
peius,inquies,illi accidere poterat,q triginta & octo
annos ęgrotus iacuit?Multa profecto peiora & gra
uiora diuturno illo morbo possent excogitari. Vti-
nãq; tot tãtaq; nobis nõ accidãt,quot,quãtaq; pati
possum⁹.Magna.n.suppliciorũ atq; punitionũ apud
deũ copia est,quãuis per ineffabilẽ misericordiã eius
iusta ipsius ira clementer mitigetur,quod ad Hieru L
salẽ p Ezechielẽ dicit:Vidi.n.tẽ, pollutan sanguine, Ez.16.ab
& ablui,atq; unxi,& factum est tibi nomen in pul-
chritudine tua,& fornicata es cũ finitimis tuis: ideo
nunc gratiora illi peccanti minatur. Qua ex re non
supplicia tantũmodo,uerumetiã infinitã dei longa
nimitatem,atq; misericordiam admirari debemus.
Quoties.n.ad eadẽ peccata lapsi sumus, & usq; ad-
huc in clementia & misericordia sua perseuerat. Nõ
tamen propter misericordiam suã nobis confiden-
dũ est magis quàm pertimescendũ.Nã & Pharao, si Exo.7.11
confessim prima pcussione fuisset admonitus,neq; seq.
posteriores plagas habuisset,neq; tandẽ cum eo tan Exo.14.
tus exercitus demersus periisset.Hæc ideo dico, qa
nõ ignoro multos etiã nunc in Pharaonis impietate
uiuere,& luto ac lateribus sibi obnoxios affligere.
Quandoq; ẽt deus minas esse inferẽdas proximo iu
beat illi ne labores quidẽ remittunt,q non in rubro
mari demergentur,sed in ignis fluuiũ, atq; pelagus
intrudentur,pelagus impertransibile,atq; magnitu M
dine acerbissimũ, in quo ignei fluctus motiũ instar
eriguntur:ignei dico,nõ huius ignis,sed ignis certè
multò q̃ hic horribilioris,cuius flãma maximam cõ
ficit abyssum,ita ut undiq; ignis immanissimæ simi
lis feræ trãscurrere uideatur. Quòd si sensibilis ille,
atq; materialis,eos q extra fornacẽ erant absorpsit,
qd iste ignis faciet peccatoribus?Et audi quid pro-
phetæ de illo die pcinerũt:Dies domini incurabilis,
furore ac ira plenus.Nullus.n.erat q assistat, nemo Esa.13.b
qui iuuare possit,nunquã iucundam & tranquillam
Christi faciem perspicere poteris.Verũ quemadmo-
dũ qui ad metalla destinantur,acerbis ita tradũtur
hominibus,ut nullos amicorũ postea,sed solos eos
q præsunt uideãt:simile quid tũc ẽt erit,immò uerò
asperius atq; truculentius.Nã hic quidẽ accedere nõ-
nunquã ad principes,atq; rogare pro condemnatis
possumus:ibi aũt non amplius licet,sed perseuera-
bunt in tanto dolore atq; molestia,quantũ nec dice
re homini possibile est.Nam si acerrimos quos iste
ignis,& hæc flãma dolores infert,oratiõe assequ nõ
possumus:qd de illo dicemus? psertim cũ hic uno
tẽporis momẽto in ignẽ positus homo experat, ibi
aũt crematur quidẽ ac dolet,sed nequaquã qd cre-
matur,consumitur.Quid ergo ibi faciemus? Nã hęc
ẽt de meipso dico.Sed tu qui magister es, de teipso

A hæc dicis,qtispiã obijciet, Nulla mihi ergo cura est,
nec etiã supplicia illa euitare potero.Noli, obsecro,
his cogitationib⁹ deprauari.Dic.n.qso, none naturę
Psal.e.14 incorporeę diabolus est?nõne multo melior homi-
d. nibus erat?hic tamẽ i tenebras ex luce cõuersus est.
Putasne igitur cõsolationẽ ide tibi futuã,si una cũ
illo punieris?Minimè certè. Quid porrò Aegyptij?nõ
ne magistratus ẽt suos, & singulas principũ domos
eisdẽ ulceribus uexari uidebãt?an igitur putas ea de
re illos respirasse?Nequaquã. Quod à factis eorũ pa-
tuit.Nam ut quasi flagello igneo cõpulsi, ad regẽ ir
ruerunt,& Hebræorũ populum emittere coegerũt.
Friuola.n.atque facilis hæc ratio,nec credas, si cum
alijs puniaris,cõsolari te posse. Podagricos tibi ante
oculos pone,qui quãdo acutis cõpungũtur dolorũ
stimulis,etsi mille offerres uehemẽtius dolẽtes,ne re
spicere quidẽ dignantur.Non enim patitur intensus
dolor,ut quasi ocioſi de cęteris cogitent,ac inde cõ
solẽtur.Minimè igitur nos huiusmodi spes alat:nam
cõsolatio q̃ à malis aliorũ originẽ trahit,i mediocri
afflictione locũ habet. Quãdo autẽ magnus est cru
ciatus,& anima uexata nimiũ,adeo fluctuatur,ut se
B ipsam quoq; ignorare uideatur:unde fructũ cõsola-
tionis excerpere poterit? Ridicula ergo sunt huius-
modi uerba,& puerorũ incõpositæ fabulæ,mœroꝛi
atq; luctui,& huic moderato hæc solẽt remedia de-
cãtari. Quiescimus.n.aliquãtulũ, quamuis plerunq;
ipse quoq; luctus hac ratione nõ mitigetur. Quid er
go erit in cruciatu pœnarũ,quę stridor dentiũ inge-
ret?Ideo molestus forsan uobis sum, & dolorem his
uerbis infero.Sed qd faciã?Vellẽ ita mihi & uobis cõ
scius esse uirtutis,ut hæc dicẽda non uiderentur. Ve
rùm quãplurimi nostrũm i peccatis uitã trahimus,
utinã possem uerè ad dolorem uos iducere,utinam
mentem atq; animũ uestrũ possem cõmouere:quo
facto,exitum orationi tunc optatũ facerem.Nũc au
tem uereor,ne quidã hæc dicta mea contemnãt, &
maiores hac de causa pœnas mereãtur. Nec.n.cùm
dominus qspiã seruis suis cõminetur, siquis uerba
eius contẽnat,ipunè id faciet, sed huius quoque rei
suppliciũ luet.Quare oro atq; obsecro, quãdo de ge
C hẽna quicquam audimus, conpungamur. Nihil.n.
certè hoc sermone iucũdius est, nihil his rebus ama
rius.Et qũo,inquies,de gehenna audire quicquã, ac
dicere iucundũ esse asseris? quippè quoniã res tristis
est,ideirco qui ab ea re procul se amouẽt,sermones
suauissimi sunt. Præterea hæc audiendo aĩa ad se cõ
uertitur, & cautior facta effertur altius,uolatq; subli
mius,malignæ cupiditatis expulsa tyrãnide.Ita hæc
de gehẽna uerba, ne in gehennã deuenias efficiunt.
Hic,& Quare date mihi ueniã, ut uerecundiã ẽt atq; dede-
Lucæ. 11 cus futurũ adijciam. Nam quemadmodũ Niniuitæ
d. Iudæos tunc cõdemnabunt,sic multi q modò infe-
riores uidẽtur,nos condẽnabũt.Veniat ergo in mẽ-
tẽ quãta erit illa derisio,quãtus despectus:ueniat ita
(inquam)in mentẽ, ut incipiamus aliquãdo ad uerã
accedere pœnitẽtiæ ianuã.Mihi hæc ipsi dico, meip
sum primo exhortor,nemo mihi quasi contẽptus at
que cõdemnatus iraſcatur. Capiamus iter angustũ.
Vsq;quo deliciabimur?usq;quo degemus ocioſe,ri
dẽtes ac oſcitantes?Nõ sumus adhuc satiati desidia,
quòd quasi noua q̃imus?Nõne eadẽ semp erũt,ea-
dẽ iterũ mẽsa,eadẽ saturitas,idẽ sumptus,eædem pe
cunię,possessiones,constructiones ędiũ,quarũ rerũ
omnium quis erit demũ finis? Inquã cinis, uermes,
puluis.Aliam ergo uiuamus uitã, faciamus de terra D
cœlũ,monstremus rectè uiuẽdo gentilibus, quibus
bonis carebũt:nã quãdo laudabiliter nos uiuere ui-
debunt,quasi faciẽ regni cœlorum aspicient. Quan-
do qppe cernẽt modestos,iustos,procul ab ira, inui
dia,auaritia,atq; ab omni praua cupiditate:quãdo
cernent oẽs uirtutis numeros in nobis,admirabun-
tur ac dicẽt:Si angeli nũc facti sunt Christiani, qua-
les postea futuri sunt?Si uehemẽter hic splendẽt,ubi
se peregrinos arbitrãtur,quo fulgore rutilabũt, cùm
patriam recipient? Sic illos etiã meliores faciemus,
sic religionis nostræ sermo nõ minus, quã tempore
apostolorũ mirabilis admodũ gentibus uidebitur.
Nã si duodecim illi uiri,ciuitates, ac nationes ĩtegrè
conuerterunt:quid erit, si uitam illorũ omnes imita
bimur?Cogita tecũ ipse,quò sublimitatis religio no
stra cõuolabit:non.n.ita resurrectionẽ à morte ho-
minis,quemadmodum philosophiam uiuentiũ ad-
mirantur,ab hac uerò magnã utilitatem consequũ-
tur.Prẽterea resurrectio à mortuis semel facta,facilè
obliuioni cõmittitur: philosophia uerò uiuendi per
petuò manet, & uiuentũ animos sedulò excolit atq;
nutrit. Excolamus igitur nosmetipsos,ut ẽt illos lu- E
crifaciamus.nihil dico arduũ,nihil difficile.Nõ præ-
cipio ne uxorem ducas,non iubeo ut urbẽ derelin-
quas,ut secularia negocia negligas:sed ut in his ipsis
uiuẽdo uirtute prefulgeas.Volo.n.maiori gloria uir
tutis coruscare uos, qui in medio urbis uersamini,
quã illos qui mõtes, & eremum petierũt. Quare sic?
Quia magnã hinc utilitatem cæteri consequuntur.
Nemo.n.accensa lucerna sub modio ipsam ponit. Matt.5.b
Hac de causa hortor,ut supra ornata cãdelabra cũ- et Luc.11
ctas ĩponatis lucernas, ut amplissima inde luce hũc c.
ignẽ accẽdamus, cuius lumine sedẽtes i tenebris ab
errore liberabimus.Nec mihi dicas(quęso)uxorẽ te
duxisse,liberos procreasse,magnarũ ædiũ guberna-
tionẽ habere,ac ideo nõ posse ista pficere.Nã q̃mad
modum etiam si nihil harũ rerum haberes, nihil ta-
men facere posses pigrescendo:sic his oĩbus circun-
uẽtus,diligẽtia,studio curaq; supabis. Vna certè res F
quæritur,magnitudo & generositas animi:quã non
ætas,nõ inopia,nõ diuitiæ,nõ aliqd aliud,ne ad uir
tutẽ puenias coercebit. Quippe tã senes q̃ iuuenes,
quã uxores habẽtes,liberos educãtes, artes profesi
prẽceptis domini rectè paruerunt.Iuuenis atq; adeo
adolescẽs Daniel erat: Ioseph in Aegypto seruiebat: Daniel.1.
Aqla artẽ profitebatur:& purpurã qdã uendẽs,offi- Ge.39. et
cinæ prẽerat:alius carceris custos:alius Centurio,ut se.
Cornelius:alius ibecillis ac æger, ut Timotheus:ali⁹ Acto 18.a
nõ solũ seruus,sed & fugitiuus,ut Onesim⁹:sed nihil Ibid.16.c
horũ obfuit,ne oẽs uiri,mulieres,iuuenes,senes,ser- Ibi.16.e j
ui,liberi,tã priuati quàm cũ potestate uirtute coru- Ibi.10.a
fcent.Nõ ergo uanis nos causis excusemus, sed opti c d
mo usi cõsilio,meliora capessamus,ut rectè uiuẽdo Ibi. 16.a
futura bona cõsequamur, gratia & misericordia do Ad phile
mini nostri Iesu Christi,Amen. monẽ per
totum.

Homilia.xlv.ex capite.xij.

Dhuc eo loquẽte ad turbas,ecce mater eius, et fra
a *tres eius stabãt foris,quærẽtes ei loqui.Dixit aũt*
quidã ei:Ecce mater tua et fratres tui foris stant
quærẽtes te.Ipse aũt respõdẽs dicẽti sibi,ait: Quæ ẽ mater
mea,et qui sunt fratres mei?Et extẽdẽs manũ in discipulos
suos dixit:Ecce mater mea,et fratres mei. Quod pridie di
cebã insania.f.esse cũcta,atq; supflua,cũ uirtus nõ as-
sit:id nunc,imo multo magis ẽt ostenditur. Nã ego

G quidem dicebã, nec ætatem, nec sexũ, nec eremi habitationẽ, nec cætera huiusmodi quicquã nobis cõferre, si mẽs atq; animus probus nõ sit: hodierno uero die maius aliquid quã hoc sit, ab euangelio discimus. Nam neq; si Christũ concepisti, & mirabile illi festum dedicasti, nihil magnũ tibi aliquid affert, nisi uirtutem colas. Adhuc.n. ipso loquẽte, ait, dixit, quidã ei, qa mater tua, & fratres tui quærũt te: cui Christus respõdet, Quænã est mater mea, aut q sunt fratres mei? Hoc autẽ dicebat, nõ quia de matre sua uerecundaretur, aut quia natũ se negaret ab illa. Nõ enim profecto ille uterus eũ cõcepisset, si ab ea matre nasci noluisset. Verũ ut significanter exprimeret, nullam ẽt esse matri, quoniã peperit, futuram utilitatẽ, nisi ut decet uitã peragat. Quãuis & ex facto matris nõnihil importunitatis quoq; accesit. Cõsidera igitur tam matris, quàm fratrũ importunitatẽ: nã cùm debuissent intrare, atq; cũ turbis simul audire, aut sal tem expectare foris sermonis finẽ, ac demum accedere, ambitione quadã ac ostẽtatione commoti, foris eũ in præsentia omnium euocarunt, ut uideretur
H facilè ac magna cũ potestate Christo imperare. Hoc enim ipsum occultius significãs euãgelista dicit: Adhuc ipso loquẽte turbis: ac si diceret, an nõ erat alia opportunitas? an nõ poteratis seorsum atq; secretius colloq? Quid porrò alloq Christũ uolebant? Si enim de dogmatibus ueritatis, publicè atque in mediũ cũctis audiẽtibus proponere debebãt, ut communiter oĩbus fierẽt utilitati: sin uerò de rebus quibusdã priuatis atq; suis, nõ licebat tãta festinatiõe urgere. Nã si ad sepeliendũ patrẽ ne consequentia disciplinę inscinderetur, nõ abire permisit: quãtò minus prędicationem absoluisse pro re aliqua priuata? Vnde patet inani quadã gloria illos cõmotos fuisse, nihil adhuc magni de ipso cogitãtes, quod apertius significauit Ioãnes, dices: qa neq; fratres eius credebãt in eũ. Verba quoq; ipsorũ nõ recitat, nõ paruę plena demẽtię, quia magno studio Hierosolymã ipsum trahebant, nõ alia de re, nisi ut à signis illius aliquod choragiũ glorię cõsequerentur. Nã tu q hęc facis, aiebant, ostẽdas teipsum mundo. Nemo.n. talia faceret in occulto, sed qreret omnibus esse manifestus. Ipse aũt tunc
I eos ícrepauit, carnales eorũ accusans cogitationes.
Marc.6.a & Ioan. 6.c Nam quoniã Iudæi conuiciãtes dicebãt: Nonne hic est fabri filius, cuius & patrẽ & matrem nouimus, & fratres eius apud nos sunt? ignobilitati generis detrahẽtes, propterea ipsum ad ostẽdenda miracula prouocabant. Christus autẽ ipsos depellebat, ut ab hac ægritudine animos ipsorũ liberaret. Nam si matrem uoluisset negare, tũc opportunè profectò negasset, quãdo sibi opprobrio mater à Iudæis dabatur. Nũc autẽ tantã curã de ipsa facere uidetur, ut cũ uel ĩ cruce penderet, amantissimo eã discipulo commendaret: nunc uerò non tantũ ei honoris conferre uidetur, quoniam fratrũ qui nudum hominem illum cẽsebant, inanem ambitionẽ eĩcere studebat. Itaque acerbius nõ ad contumeliã, sed ad emendationem respondit. Tu uerò noli uerba tantum perdere, quę mediocrem acrimoniã continent, uerumetiam importunitatem, atque audaciam fratrũ considera. Et ad hæc, quanta esset maiestas illius q increpat, in animo tuo uersetur, quia nõ nudus homo, sed unigenitus dei filius: quẽ etiã ad finem uerba illa tẽdant cogita. Nõ.n. uilipendẽdo, sed ut à tyrannica passione ipsos liberaret, & paulatim ad rectã opinionem traduceret, persuaserat: quia non solũmodo filius erat matris suæ, uerumetiã dominus atque curator: tunc uidebis increpationẽ illam decentem, atque utilem, admodumq; mansuetam. Non.n. respondet, abeas, & dic mulieri huic, qa mater mea non est: sed ad dicentem directo sermone dicit, q̃ est mater mea? Præterea illud etiã probat, nec matrem, nec fratres suos, nec quoscunq; alios sua fretos necessitudine, uirtutẽ negligere oportere. Nã si nullã mater etiam, inquantum mater, utilitatẽ cõsequitur nisi uirtutem colat: multò minus alij necessitudine saluabuntur. Vna.n. sola & uera, & cõmunis nobilitas atque necessitudo cum Christo est, ut uoluntatẽ dei facias: hic propinquitatis modus multò melior illo est atq; uberior. Quæ oĩa probè tenentes, nec de filiorum gestis gloriemur, nisi uirtutes eorũ imitemur: nec de parentũ nobilitate quicquã nobis arrogemus, nisi probã eorum uitã sequamur. Potest quippe etiam qui non genuit pater esse, & qui genuit eodẽ modo non esse. Id circo alibi cùm mulier quædã dixisset, Beatus uenter qui te portauit, & ubera q̃ suxisti: non respondit, nullus me portauit uenter, nec ulla ipse ubera suxi: *Luc.11.d* L sed, beati qui faciũt uoluntatẽ patris mei. Vides quẽ admodum nullibi coniunctionẽ hãc naturæ hominum negat, sed addit semper illã, q̃ à uirtutibus est. Præcursor etiã Ioannes cùm dicit: Genimina uiperarum, ne uideamini dicere, patrem habemus Abraham, noluit ostẽdere qa nõ essent ex Abraham, sed *Matt.3.b* quia nihil ipsis proderat esse filios Abrahæ, nisi etiã uirtute illi coniungerentur: quod & Xps denotat dicens, Si filij estis Abrahæ, opera utique Abrahę facietis. Nec.n. carnis coniunctione ab Abraham eos separare uolebat, sed admonebat ut nobiliorẽ hac atque ueriorem inuestigarẽt propinquitatẽ. Quod & hìc diligẽter facit, quamuis aliquantulũ grauius atq; acrius uideatur, quia de matre sermo habetur. Nec dixit, nõ est mater mea hęc, nec illi fratres mei, quoniam non faciunt uoluntatẽ patris mei: non enim cõdemnare fratres suos, sed emẽdare uoluit, ac ideo mansuetè, ut ipsum decebat, respõdens: *Qui facit uoluntatem patris mei*, inquit, *hic frater, soror & mater est.* Quare si isti etiã esse uolunt, hanc uiam peragant, in M hac perseuerent. Quando autẽ mulier illa exclamauit dicens, Beatus uẽter q te portauit: nõ dixit se non habere matrem, sed inde matrem quoque suã beatitudinem cõsecuturam asseruit, si patris eius faceret uoluntatem: quã qui diligenter sequuntur, & fratris, & sororis, & matris retinent locũ. O mirabilem honorẽ, ô uirtutis incredibiles uires, quò ducitis bene uiuentes homines? mulieres sanctissimam illam uirginem beatificarunt, quotquot uterum illũ admirãtur, quotquot optarunt tales fuisse matres, & cætera contemnere oĩa. Quid igitur prohibet? Ecce nãque rectam, atque facilem uiã nobis proposuit, ut non fœminis solum, uerumetiam uiris ad hũc ordinem peruenire liceat, imo uerò etia ad maiorem. Multò enim propinquiores deo sunt, qui uoluntatẽ eius faciunt, quã qui summa carnis necessitudine coniunguntur. Non ergo simpliciter propinquitatem illam desidera, uerumetiã uiam capesse, magnoq; studio confice, quæ ad hoc desiderũ te perducat. Hoc cũ dixisset, exiuit è domo. Ita & increpauit, & citò fecit quod postulabant. Pariter in nuptijs quoq; factũ ab eo uideamus. Nã & ibi increpauit importunè petentem, non tamen contradixit, ut imbecillitati mederetur,

A retur, & beneuolentiam erga parentẽ ostẽderet: hic uerò & ægritudinẽ inanis gloriæ repulit, & matrẽ ut decebat, quamuis nõ in tẽpore petierit, honorauit.
Cap.xiij. *In illo .n. die, aut, exiens Iesus è domo, sedebat secus mare.* Ac si diceret, si uidere me, ac audire uultis, iã exeo ut disserã. Et quoniã multis coruscauit signis, prædicãdo rursus prodesse hominibus uult. Et propè mare sedens, eos q in terris erant piscabatur. Sedisse aũt in littore secus mare, nõ simpliciter positũ ab euangelista est, sed ut intelligamus ne quispiã à tergo Christi esset, sed omnes contra faciẽ eius aspicerent. *Et congregatæ sunt*, inquit, *ad ipsum turbæ multæ, ita ut in naviculã ascendẽs sederet, & omnis turba in littore stabat & locutus est eis multa in parabolis.* Nõ ita certè in mõ
Matt.1.a te, neq; p tot parabolas sermonem contexuit: tunc enim ibi quędã turba erat, & plebs incõposita, hìc uerò & scribæ & pharisæi pleriq; assunt. Sed aduertamus (quæso) diligenter quã primó parabolã attulit & quo ex consequẽtia Matthæus omnia nobis proposuit. Quam ergo primũ dixit? Certè quam primã
B esse oportebat, quæq; auditores mirum in modum attentiores faciebat: nã quia ænigmatice prædicaturus erat, exuscitandæ uehementius primùm erãt audientium mentes. Hac ratiõe increpasse quoq; ipsum alius euãgelista scribit, quasi nõ intelligẽtibus, *Mar.4.b* dicentẽ: Quomodo non percepistis parabolã? Neque hac rõne in parabolis solũmodo loquitur, sed etiã ut tenacius memoriæ quæ dicuntur cõmẽdari possint, & expressior propter similitudines sermo res ipsas ante oculos apponat: qui dicendi modus propheticus etiã tritus est. Quæ igitur parabola est? *Exiit qui seminat seminare*, inquit. Vnde exiit, qui ubique pręsens est, qui omnia replet? aut qualiter nã exiit? Certè nõ loco, sed habitudine, atq; incarnationis dispẽsatione propinquior nobis factus. Nã qa nos uenire ad ipsum nõ poteramus, peccatorũ maceria ingressum atq; aditũ prohibente, ipse ad nos egreditur. Ad quid igitur exiuit? an ut terrã uepribus plenã perderet, & ignauos agricolas puniret? Minimè: uerũm ut optimo cultu terrã arãdi fertilẽ faceret, religionis ac pietatis seminibus diligẽtius iactis. Nã semen hic doctrinã suã, aruam uerò & campos animos
C hominũ, seminatorem autẽ seipsum appellat. Quid igitur de isto semine fit? Tribus pditis partibus, una tantũmo saluatur. *In seminando .n. ipsum*, inquit, *quædã secus uiã ceciderunt, & uenerunt uolucres cœli, & comederunt ea.* Nec dixit seipsum in uiam proiecisse, sed quia ceciderunt secus uiam. *Quædã uerò supra lapidẽ ubi non habebant terrã multã, & continuò exorta sunt, quia non habebant altitudinẽ terræ: Sole aũt orto æstuauerunt, & quia nõ habebant radicẽ, aruerunt. Quædã autẽ ceciderunt inter spinas, & creuerunt spinæ, & suffocabant fructũ, aliud cẽtesimũ, aliud sexagesimũ, aliud tricesimũ. Qui habet aures audiendi, audiat.* Quarta pars dã interiecto discrimine. His uerbis copiosissimè oĩmodũ agricola seminãs nõ discernit cãpũ, ut in altera parte seminet, in altera uerò minimè, sed ubique proiicit semina: eodẽ ipse modo saluator noster nõ diuitẽ, non pauperẽ, non ingeniosum aut rudẽ, aut fortẽ aut ignauũ, aut diligentẽ aut desidem discernit: sed omnibus, quãuis non ignoret futurũ exitũ, pietatis doctrinã commendat. Sic certè licebit ei dicere: Quid oportuit me facere, nec feci? Et prophetę D quidẽ tanquã de uinea & de populo loquũtur. Vinea.n. facta est, ait, dilecto: &, uineam de Aegypto transtuli. Ipse aũt tanquam de semine: unde significat facilius, atq; maturius nunc homines obtẽperaturos, & fructũ confestim daturos. Quãdo autẽ audis exiisse seminantẽ, ut seminet, non idem iterari putes. Sæpius.n. egreditur seminans ad aliam quoque rem, q̃ ad seminandũ: puta ut nouales scindat, ut pernicioſas herbas amputet, ut uepres euellat, aut tale qd aliud faciat. Ipse aũt ad seminãdũ egressus est. Cuius igitur causa, dic (quæso) maior pars seminis amissa est? Non seminãtis quippe causa, sed susciꝑientis culpa terræ, hoc est pp reluctantem atq; repugnãtẽ animam. Sed cuius rei gratia non dixit quòd inertes ac desides ocio semina corruperũt, diuites deliciis merserunt, molles atq; ignaui perdiderũt? Noluit nimirũ reprehẽdere, ne in desperationẽ immittat: sed conscientiæ audientiũ, atq; prudentiæ huiusce modi examinationem reliquit: non autem E semẽ solũmodo, uerumetiam sagenam hoc passam esse inuenies. Multa.n. quoq; incõmoda tulit. Hac parabola discipulos docuit & exercuit, ut etsi plures eorum qui prædicationem apostolorũ susceptu ri erant, perderentur, non caderent animis, cùm id etiam in domino atq; magistro pariter factũ recordarentur: neq; tamen ipse, quãuis ita id futurũ non ignoraret, semina proiicere neglexit. Sed qũo, inqes, credẽdum est in uepribus, & in lapide, & in uia prudentem hominem seminare? In agris certè & in seminibus quæ terræ traduntur stultè factũ uideretur: in animis aũt, atq; doctrina probè atq; laudabiliter. Nõ.n. absq; crimine agricola illud faceret cùm non sit possibile lapidem, aut uiam ut fertilem terram producere: in animis autem hominum non ita. Possibile enim est, ut lapis in terram fertilem cõuertatur, & ut uia uon conculcetur, nec prætereuntibus cũctis proposita iaceat: sed in uberes agros traducta, nec uepres emittat, & semina foueat. Nã nisi hoc possibile, immo uerò facilè esset, nec certè seminasset. Quòd si hæc præterea mutatio in omnib⁹ facta nõ est, nõ seminãtis culpa, sed audientiũ inobediẽtia id cõtigit. Nã ipse quidẽ diligenter eis semina tradidit. Si uerò illi corruperũt accepta, inculpabilis omnino est, qui tanta benignitate in omnes æqualiter utitur. Nos uerò illud etiã intelligimus, quia nõ est una perditionis uia, sed multæ, magnoq; inter se disiunctæ interuallo. Nã qui uia significantur, hi negligentes sunt, atq; ociosi. Qui lapidi conferuntur, hi sunt q instabilitate atq; ignauia non pseuerãt. Qđ in lapide cecidit, hìc est, inqt, q uerbũ audit, & accipit cum gaudio: sed quoniã non habet radicem, in tempore credidit, & persecutione ueniente scandalũ passus est. Omnes audiẽtes ueritatis uerbũ, & nõ intelligentes, quoniã à cordibus eorũ pernicioſus diabolus rapit quod seminatũ est: hi omnes uiæ cõferuntur. Non est aũt æquale nulla tribulatione atq; uexatione deficere, & tentationibus uictũ succumbere. Qui aũt uepribus atq; spinis similes sunt, multò magis cæteris omnibus peccare uidentur. Quare ne quid tale nos patiamur, diligentia, magnitudine animi, & iugi memoria semina obducamus. Rapere ipsa diabolus pòt, sed nos possumus facere ne rapiãtur. Are scunt plerunq; semina, sed nõ exusta calore. Nõ.n. æstibus calefacta exaruisse dixit, sed quia ra-

G dicẽ nõ habebãt. Suffocãtur ſpinis quę audiuimus: non quidem ipſarum ſpinarum culpa, ſed eius q creſcere ipſas permittit. Potes.n. dummodo uelis, perniciosa hæc germina ſentiũ incidere, ac diuitiis laudabiliter uti. Ideo nec ſeculum dixit ſolicitudinẽ ſeculi, nec diuitias, ſed diuitiarũ fraudẽ, nõ ergo rebus cauſam, ſed menti corruptæ, atq; animo attribuamus. Poſſumus.n. ita ditari, ut non decipiamur: & in hoc ſeculo ſic conuerſari, ut harũ rerũ curis nõ ſubmergamur. Duo quippe uitia inter ſe oppoſita in diuitiis ſunt. Alterũ quod incendit ſolicitudinẽ, & obfuſcat curis: alterũ qd molliores delicijs reddit. Rectè aũt dixit fraus, atq; deceptio diuitiarũ: quippe cũ nihil aliud in delicijs ſit præter deceptionẽ: nomina.n. ſola ſunt in illis de rebus poſita. Nam cũ uoluptas & gloria, tum ornatus & pompa horũq; ſimilia, phantaſmata quædã ſunt, nullam uirtutẽ rerum continentia. Quando igitur perditionis modum primò expoſuit, de agro feraci poſtremo mentionẽ facit, docens quòd deſperandũ non ſit, ſed ſpẽ ſalutis
H per pœnitentiã eſſe retinendam: hoc n. poſſibile eſt à dictis perditionũ modis ad hunc ſalutiferũ modũ traduci. Sed cur, ſi fertile territoriũ eſt, & agricola, unus, & eadem ſemina, alius centum, alius ſexaginta, alius triginta producit? Certè hoc quoq; propter ipſam terrę naturã, cũ diſcrimine ac differentia hæc prodeunt. Ita non agricolæ, neq; ſeminũ cauſa: ſed terræ conditione non naturaliter inſita, ſed uoluntate conſtituta, maior atq; minor progreſſi ſit. Miſeri cordia uerò eius, atq; benignitas hic quoq; appareat, cũ non unã ab omnibus menſurã exigat: ſed primos ita libenter recipiat, ut ſecundos nõ eiiciat, & terrijs locũ præbeat. Quæ oĩa dixit, ne ſequentes ipſum putarent ſolã audientiã ad ſalutem ſufficere. Sed cur nã, inquies, nullã aliarũ malignitatum mentionẽ facit? nihil de amoribus, nihil de uana gloria, nihil de alijs compluribus dixit. Omnia comprehẽdit, oĩa enim hæc huius ſeculi & diuitiarũ ſunt. Viã autem & lapidem adiecit, ut oſtendat non eſſe ſatis pecuniã contemnere, ſed oportere alijs etiã uirtutibus operã dare. Quid enim prodeſt, ſi diuitijs non
I ſeruis, ignauus aũt atq; mollis ſis? Quid etiã, ſi cũ ſis generoſus, pigritia & cõptu nihil audeas, nihil opereris? Non n. una re ad ſalutẽ opus eſt, ſed primũ oportet exquiſitè audire atq; perdiſcere, deinde magnitudinem animi adhibere. Accedit, quòd omnis pecunia contemnenda ſit, & ſecularium cura rerũ eiicienda: ac ideo audientiã primò poſuit. Quomodo aũt credent, ſi non audiẽt? Nos quoq; ipſi, quo
Ro.10.c quæ facienda ſunt perdiſcemus, niſi prædicantibus diligẽter attendamus? Fortitudinẽ animi, ac diuitiarũ contemptum ſubiunxit. Hæc attentè audientes, undiq; noſipſos diligẽter muniamus, firmas in profundũ radices iacientes, ac ſeculares res omnes paruiſcientes. Quòd ſi illa faciemus, alia negligemus, nihil nobis cõfert ad ſalutẽ. Quid.n refert, utrum hoc uel illo modo perdaris? Quid intereſt ſi non diuitiarũ fraude, ſed ocio: aut nõ ocio, ſed puſillanimitate corrũparis? Sic & agricola quocunq; modo ſemina peritura pariter luget. Non ergo conſolatur te magis, quia hoc modo q illo perdaris: ſed acerbè dolẽdũ eſt, quocunq; modo deprimaris. Crememus uepres, q pdicationẽ ſuffocant. Sciunt id probè diuites, quoniã nõ hæc ſolũ, ſed nihil ẽt ad aliud ualẽt: nam cũ uoluptatibus ſeruiant, uel ad rẽ ciuilẽ inu-
K tiles facti, uilipẽduntur: multò ergo minus cœleſtia reſpicere poſſunt. Duplex.n. peſtis cogitationes ſuas inuadit: deliciarũ putredo, & curarum magnitudo: quorũ unumquodq; ad ſubigendum nauigiũ ſufficit. Si uerò ambo concurrant atq; conueniant, quãti prohdolor fluctus, quanta tempeſtas concitatur? Nec mireris, ſi noie ſpinarũ delicias appellauit. Tu enim harũ turbatione ſuperatus, non ſentis: ſed qui procul inde abſunt, nõ ignorant q uehemẽtius omnibus ſtimulis pungãt ciborũ deliciæ, ac multò magis q ulla ſolicitudo tabefaciant animam, acerbiſſimos dolores tam animæ q corpori inferentes. Nõ ita certè curis homo ſauciatur, ut uoracitate. Itaq; quando auriũ, quãdo capitis dolores, atq; tinnitus, quãdo ſtomachi ſubuerſio, cæteraq; huiuſmodi hominẽ occuparũt: nõne omniũ ſtimulorũ punctũras hæc ſuppetunt? & quẽadmodũ acuti uepres undecũq; capiũtur, atq; cõſtringuntur, manus cruentãt: eodẽ modo deliciæ pedibus, manibus, capiti, oculis, oĩbus ſimiliter mẽbris officiunt: ſteriles ẽt ſunt,
L nullũ quẽadmodum uepres fructũ producẽtes, ac multò magis q cætera penè oĩa hominẽ cõficiunt. Delicijs.n. ſenectus citius ſurrepit, delicijs ſenſus obtũduntur, delicijs cogitatio retardatur, citius mẽs tenebris obducitur, corp⁹ diſſoluitur, maior ſtercoris copia recõditur quaſi atq; reponitur: ita ex ingẽti affluctionũ aceruo, nauigio nimiũ oneribus oppreſſo, crebra cõtingũt naufragia. Quid. n reſpõde qſo, ita ping ue corpus efficere ſtudes? An ut te ad immolãdũ ducamus, an ut mẽſæ ĩmolatũ apponam⁹? aues certè pingues ad ſaniorẽ diætã inutiles ſunt. Adeò mala deliciarũ laſciuia eſt, ut irrationalib⁹ quoq; peſtifera ſit. Nã & uolucres ſaturitate nimia, & ſibi & nobis inutiles efficiũtur: ſuperfluitates.n. indigeſtæ, ac putredo humidior à pinguedine oriũtur: q uerò animalia nõ copioſè alũtur, ſed quaſi ieiunãtia mediocri uictu ſimul & labore exercẽtur, hæc animalia ſibi ſanitatẽ ſeruant, q nobis accõmodiora ſunt. Quare q bis ueſcũtur, ſani uiuũt: q uerò illis pinguioribus uẽtres uoraciter replẽt, illis ſimiles efficiũtur, tardi, & ad ęgrotãdũ aptiores facti, & ſtrictiora ſibi
M uincula cõparãtes. Nihil certè ita corpori noſtro repugnat & obeſt, ut ſatietas: nihil ita reſcindit, & ſuffodit ipſum, atq; corrũpit, ut luxuria. Quare amẽtiã atq; ſtoliditatẽ ipſorũ inde maximè quiſpiã admirabitur: qa nec ita ſibi parcere uolũt, ſicut utrib⁹ cæteri. Nã q uina huc & illuc traducunt, nolũt nimiũm utres implere, ne diſtenti rũpantur: iſti uerò ærũoſum uentrẽ nec utris quidẽ dignitate condonãt, ſed diſtentant, & replent uſque ad fauces duplices, non ut animalia ſibi faciẽtes anguſtias. An ideo tibi fauces factæ ſunt, ut uſq; ad os uino atq; cibo, & alijs corruptionib⁹ te impleas? Nõ idcirco mihi, ſed principaliter, ut orando canas ad deũ, & diuinas ſcripturas ſacro ore perlegas, & proximis oratiõe cõſulas. Tu uerò ad hoc miniſteriũ nũquã aut rariſsimè fauces uteris, ſed per totũ uitæ ſpatiũ uoracitatis inſanæ ſubiicis ſeruituti. Et quẽadmodũ ſi quis citharã aureis fidibus coaptatã in manus ſumeret, & cũ pulſare deberet, ſtercore atq; cœno ipſam indignè deturparet: ſimiliter hi quoq; faciunt. Stercus aũt nõ alimentũ, ſed delicias à uoracitate appellaui. Qđ .n. neceſsitatem in comedendo excedit, id non alimentũ, ſed peſtis eſt. Et os enim, & fauces, & lingua nõ ad comedẽdũ ſolùm, ſed ad quoq; maiora crea-

A ta ſunt. Venter aũt, atq; ſtomachus nõ ad recipiendũ ſimpliciter cibũ, ſed moderatè recipiẽdũ factus eſt: qđ manifeſtat, cum uehemẽter repletione grauatur, nõ modo reclamãdo nobis, ſed ulciſcẽdo, & ultima ſupplicia inferendo. Nam primũ pedes acrius punit, qbus ad praua ſympoſia, & ad incontinẽtes epulas reducimur. Deide manus, quę ſupflua miniſtrarunt, acrius ligat: in pleriſq; autem diſtorſione os, oculi & caput dolore uexati ſũt. Et quẽadmodũ ſeruus, quãdo ſupra uires quicq; impoſitum eſt, domino impudentius maledicit: ſic & uenter nimium plenus, mentẽ & cogitationẽ plerũq; corrumpit. Quod mirifica diſpẽſatione dixerim diuinitus factũ: ut ſi ſponte moderatiorem uiuẽdi contẽnis normam, ſaltẽ inuitus, quoniam uideas tãtum ex ſaturitate tibi imminere periculũ, modeſtius uiuere coneris. Hæc igitur probè tenẽtes, fugiamus delicatas ciborũ apparationes, q̃ in uoracitatẽ inducunt. Curæ nobis moderatio magna ſit, ut & corpore bene ualeamus, & aĩam ab oĩ
B ſãguore liberem⁹, & futurã btitudinẽ conſequamur, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Xpi, &c.

Homilia.xlvi ex capite.xiij.

T accedẽtes diſcipuli dixerũt ei: Quare in parabolis loqueris eis? Ipſe aũt reſpõdens, dixit eis: Quia uobis datũ eſt noſſe myſteriũ regni cœlorũ, illis aũtẽ non eſt datum. Dignum certè eſt de diſcipulorũ admirari prudentia, qui etſi magna diſcendi cupiditate arderent, opportunitatem tamen interrogationis expectant. Non enim coram omnibus id faciũt, quod Matthæus uno uerbo deſignauit, dicens: & accedentes. Nec à uerbo hoc ſolũ quaſi coniciens id aſſero, ſed à Marco apertius ſcriptũ non ignoro, dicẽte, quo
Mar. 6.d niam ſeorſum. Sic matrẽ quoq; ac fratres feciſſe docuiſſet: nunc autem palàm eſt, oſtẽtationis cauſa foras euocaſſe. Sed charitatem eorum diligẽter perpẽde, quomodo non mediocri curę omnes, qui ſeſum ſequebãtur, ſibi erant. Prius enim aliorum cõmoda, deinde ſua quærere uidentur, in parabolis eis loqueris? Nõ dixerũt, cur in parabolis nobis loqueris? Nam & alibi ſępius nimium ſe proximis affectos eſſe omnibus oſtendunt: ut cum dicũt, abſolue turbas,
C & quoniam nouiſti quod ſcandalizati ſunt. Quid
Infrá. 14 bi igitur Chriſtus? Vobis datũ eſt noſſe myſteria regni cœlorũ, illis autem datum non eſt. Hoc autem dixit
Infrà. 15 b. nõ neceſsitatem quãpiam oſtendens, nec certam ad aliquos doctrinæ attributionẽ à caſu, & ut cõtingit, illatã: ſed ut in ipſis omniũ cauſam eſſe, ac gratiã ſuperius eſſe malorũ ſignificaret, ac aperiret donũ qđdam hoc eſſe, ac gratiã infuſam, q̃ nullo pacto libertatẽ humanæ tollit naturæ: qđ a ſequẽtibus liqdius efficitur. Et attende quo ne aut illi deſperent, aut iſti torpore tabeſcãt, datum & non datum eſſe audientes, in nobis harum eſſe principium rerum aſſeruit. *Quicunq; autem habet, & dabitur ei, & abundabit: quicunq; autem non habet, & quod habet, auferetur ab ipſo.* Is locus nõ parua caligine obductus eſt, & ineffabilẽ diuinæ maieſtatis iuſtitiam aperit. Tale nanq; eſt qđ dicitur: Cum.n. quiſpiã deſiderat, ait, & magno ſtudio atq; cura uirtutẽ inquirit, tũc ei ex deo cuncta pſtabuntur: cum autẽ nullo ſtudio atq; uoluntate ad rectè faciẽdũ pronus eſt, tunc ei diuinũ auxiliũ non cõceditur: & qđ etiã habet, auferetur ab ipſo. Nõ auferet certè deus, ſed nõ pbet indignis fauorẽ, & patrocinium ſuũ. Hoc ipſi quoq; nos factitamus. Cum.n. negligentẽ quẽquam ad audiendum perſpexerimus, adhortamur & admonem⁹, ut diligẽtius attẽdat: & D ſi crebrò id facientes nõ pſuademus, ſilẽtio utimur, præſertim cũ uideamus ex maiori cura in maiorem illũ deuolui deſidiam. Attentiores autem, diſcendiq; cupidos attrahimus libẽter, & cõplura docemus. Rectè aũt dixit, quod habere uidetur: neque.n. habet, quod æſtimatur habere. Deinde aperiẽs qd ſibi uult illud: ei q habet, dabitur: ab eo uerò q non habet, auferetur: *Ideo ideo, ait, in parabolis eis loquor, ut uidẽtes non uideant, & audientes non audiãt, neque intelligant.* Aperire igitur oculos eorũ oportebat, inquies, quoniam non uidebant. Oportebat qppe, ſi natura cæci nõ uident. Verũ quoniã uolentes oculos claudebãt, ideo non ſimpliciter dixit, non uidẽt, ſed uidentes non uident, ut à praua illorũ mente cæcitatis originem eſſe
intelligeremus. Nam cùm uideant dęmonia eijci, di- *Suprà. 12 b.*
cũt in Beelzebub principe dęmoniorũ dęmonia eijcit. Cùm audiãt, quòd ad deũ eos adducam, & magnam ipſorũ habeo curam, nõ eſſe me à deo contẽdunt. Quoniam igitur cõtra ueritatẽ, quam uiderũt & audierunt, iudicant: ideo etiã ipſam audiẽdi facultatem ab eis aufero, cũ nihil ipſis utile inde, ſed ma- E
ius peccatum accidere, rerũ periculo pateat. Non enim ſolùm incredulitatis crimine tenebãtur, uerum etiam quoniã accuſabãt, & increpabant, & inſidiabãtur, & maiorẽ ſibi delictorum cumulum exaggerabant. Nõ autẽ dixit hæc apertè, ne accuſando moleſtus eſſet: ſed ab initio quidẽ nõ ſic locutus eſt, ſed enodatius atq; apertius: poſtea uerò, qa ſeipſos peruertebãt, in parabolis loquitur. Sed nequis eorũ putet odio atque calũnia ad dedecus ipſorũ dicta, prophetam in medium adduxit. *Completur enim, ait, prophetia, q̃ dicit: Auditu audietis, & nõ intelligetis: et uidẽtes uidebitis, & nõ uidebitis. Incraſſatum.n. eſt cor populi huius, et auribus ſuis grauiter audierũt, et oculos ſuos clauſerũt: nequãdo uideãt oculis, et auribus audiãt, et corde intelligãt: et cõuertãtur, et ſanẽ eos.* Vides quã exqſitè prophęta iſte prędixit? uides quã palàm ipſos accuſauit? Nec.n. dixit, non uidebitis: ſed, uidebitis & non uidebitis: nec ſcriptum reliquit, quia nõ audietis: ſed, audietis, & non intelligetis. Quare ipſi ſeipſos intelligẽtia uera priuarũt, qui aures obſtruũt, q oculos clauſerunt, corda obdurarunt, q nõ modo audiebãt: Ne F
quando igitur cõuertãtur, & ſanabo eos. Intruſam nimirum nequitiã eorũ ſignificat, & ſtudioſè ipſos auerti oſtẽdit: quamuis etiã his uerbis incitet ipſos, atque attrahat, cũ oſtendat, qa ſi cõuertãtur, ſanabit eos. Ac ſi quidẽ diceret, noluiſti me uidere, & gratiam habeo: nã ſi dignũ me putaſſes, ſtatim flexus tibi affuiſſem: q enim his uerbis utitur, reconciliationis uiã affert. Sic igitur etiam hic quãdo ait, conuertantur, & ſanabo eos: ita utrunq; oſtẽdit eſſe poſsibile, & conuerſionẽ uidelicet hominum, & ſalutem cõuerſorũ: & quòd non ad gloriã ſuam, ſed ad ſalutem illorum oĩa faciebat. Niſi enim noluiſſet eos conuerti, ac ſaluos eſſe, tacuiſſet profectò, neque in parabolis quicquã locutus eſſet: nunc uerò hac ipſa re quia tenebris obfuſcatur oratio, ad q̃rendũ eos monet. *Exe.18.g* Deus.n. non uult mortem peccatoris, ſed ut conuertatur, & uiuat. Nã quòd nec à natura, nec à neceſsitate atq; ui delicta oriũtur, audi quid ait Apoſtolus: *Veſtri autem beati ſunt oculi, quoniã uident: & aures, quoniam audiunt.* Non dicit qppe de uiſu hoc, neque de auditu corporis, ſed de uiſu atq; auditu mẽtis. Iudæi etiam illi erant, ad quos hæc ſcribit, in eiſdẽ legibus

G atq; moribus educati, nec tamen ipsis quicq̃ obfuit prophetia, quia bona fundamẽta, bonas radices uolutatis atq; mẽtis posidebãt. Vides nõ significare ne cessitatẽ, quod dicitur uobis datum est? Non. n. beatificarentur, si coacti ui quiq̃ rectè fecissent. Nec obijcere potes, obscurè illis hæc dicta fuisse: potuissent enĩ opportunè accedere ac iterrogare, sicut & discipuli fecerũt: sed torpore atq; negligẽtia corrupti noluerũt. Cur dixi, noluerunt? imo etiam aduersus eũ studiose nitebantur: nec. n. solum nõ credebant, aut nõ audiebant, uerumetiã impugnabant, & perseque bantur p̃dicantem: quod propheta illis uerbis denotauit, dicẽs: grauiter audierũt. Discipuli quia tales nõ fuerunt, beatificãtur, & alibi rursus beatitudinẽ eorũ cõfirmãdo, dicit: *Amen amen dico uobis, quia multi prophetæ & iusti cupierunt uidere quæ uidetis, & non uiderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt* aduẽtũ. s. meum, p̃sentiam, miracula, uocem, prædicationem. Hic. n. non solum perditis illis eos anteponit, uerum etiam prophetis ac iustis p̃stantiores esse asserit atq; beatiores. Quare ita? quoniã nõ solum ista aspiciũt, quæ illi non uiderunt, uerũ etiam quæ illi uidere cupierunt, isti oculos cernunt. Nã fide illi etiam intuiti hęc fuerunt, sed isti multò clarius oĩa perspexerunt. Perpendis quo rursus uetera nouis conglutinat? cũ enim non solum præcise illos futura non uidisse, sed desiderasse quoq; ostendat: si alienus quidem à deo esset, aut deo contrarius, profectò nõ desideraſſent. Vos igitur, inqt, q̃bus datum est, audiatis parabolã. Exposuit deinde q̃ nobis dicta pridẽ sunt de negligẽtia & studio, de ignauia & fortitudine, de cõsequendis & abiiciendis pecunijs, ut quãtũ altera noceãt, tãtũ altera prodesse itelligamus. Virtutis quoq; ipsius nõ unam dedit uiam: neq; dixit, nisi qui centum faciet, eiicietur, sed saluabitur, ẽt si sexaginta reddet, si ad triginta solũmodo peruenĩet: ita facilè nobis per omniã salutis iter cõstituit. Quas ob res etiã si uirginitatis arduum iter ingredi non potes, uiuas moderatè cũ uxore. Non potes omni ex parte pecuniam eiicere, offeras partem egẽtibus: graue uidetur onus
Luc. 3. b æqualiter cũ Christo partiri, quę habes, uestẽ unam petenti tradas: & quoniam ad medietatẽ p̃stare grauaris, tertiã saltem partem concedas. Frater tuus est,
I atq; cohæres in regno cœlorum, faciem etiam hic cohæredẽ, præsertim cum oĩa, quæ ei præstas, ad te
Esaiæ. 58 b ipsum redundent, atq; refundantur. Non audis prophetam dicentẽ: Propinquos seminis tui non despicias? Quòd si coniunctos sanguine minimè oportet negligere, quãto magis deus negligẽdus nõ est, qui cũ sit dominus, summa etiam tecum necessitudine iungitur, qui etsi nihil abs te acceperit, ultrò tamẽ in effabili sua cõmotus misericordia, cohæredẽ te suũ constituit. Quo igitur non est extremæ tuæ demen tiæ ad nullã te benignitatem tãto munere moueri? Nec retributionẽ aliquã pro gratia, nec minima pro maximis reddere? Ipse te cœlorũ hæredẽ statuit, tu nec ex istis terrenis quicq̃ ipsi cõcedis? Ipse nullius te boni authorẽ, sed hostẽ atq; inimicum dei reconciliauit: tu nec etiam amico & benefactori quippiã retribues? Quãuis certè etiam anteq̃ regnum adipiscaris, anteq̃ cætera consequaris quæ tibi promittũtur, propter idipsum, quoniam das, gratiam ei referre p est: sic. n. etiam liberti atq; clientes, cũ dominos atq; patronos in conuiuium inuitarunt, non obtulisse illis aliquid, sed accepisse ab illis arbitrãtur: hic aũt cõ
K tra factũ esse uidemus. Non. n. seruus dominum, sed dominus seruum ad mensam suã primus inuitauit, primus ad tecta sua sub duxit: tu uero etiã nec post hęc, nec secũdo loco iuitare sustines. Nudũ te iduit, tu nec peregrinũ conducis: primus tibi calicẽ suum obtulit, tu uel aquã frigidam ei negas? potauit te spũ sancto, quãuis indignus esses, tu ne corporalẽ hãc si tim suã mitigare studes, præsertim cum omnia hæc non à tuo, sed à suo proueniãt. Nõne magnũ ducis, quòd calicẽ illum tenere potes, unde Christus bibit, atq; ori tuo adducere? nõne uides: quia soli sacerdoti fas est sanguinẽ huius calicis tibi tradere? Ego uero, Christus inquit, nõ ad unguẽ ista pscrutor: sed cum præbueris, accipiã, etiamsi secularis sis, nõ recusabo, nec tantũ postulo, quantum dedi: non. n. sanguinẽ, sed aquã flagito. Cogita igitur cui potum prębes, &
L perhorrescas: cogita qa sacerdos Christi tu fias, cum propria manu ei offeras, non carnẽ, sed panem: non sanguinis, sed aquæ frigidæ calicem. Vestimẽtum te induit salutare, & hoc per seipsum, atq; ultro pfecit: tu saltem ipsum per puerum atq; famulũ indue. Glo riosum te fecit in cœlis: tu nuditate, deformitate, frigore ipsum eripe. Angelorũ te conciuẽ effecit, tu in
H tecto saltẽ suscipias, & sicut unum famulorũ domo tua cõtegas. Non renuo, inquit, hoc ego diuersoriũ, qui tibi ad cœlũ uiã cõstruxit: qui te à duriſsimo erũ carcere, peto nunc abs te, si liberare me à carceribus non potes, nõ paruũ mihi solamen est, si modo uin ctũ uisites. Ego te mortuum suscitaui, nec tale quid abs te requiro, sed ad uidendũ ægrotum solũmodo uenias. Quãdo igitur ita se res habeãt, & magna no bis largitus sit, pro quibus minima q̃dã repetat: negligentes iure ad ignẽ intrudemur, ad quem sponte ruimus, diabolo & angelis eius præparatũ, cum uel lapides ipsos, ac duros silices insensibilitate superemus. Dic. n. q̃so, quanta tibi hæc mentis uidetur tarditas, si qui tot tantaq; accepisti, qui tot tantaq; acceptur us es pecuniæ seruies, quã paulò post etiã inuitus relinques? Quandoq; multi uel uitam ipsam neglexerint, sanguinẽ suum effuderint: tu nec ista q̃dẽ supflua, ut cœlo potiaris, promere uelis: qua dignus eris uenia? aut quã satisfactionẽ inuenies, q semina terræ spe inductus tradis, qui magnas fœnore pecunias locas, & in domino alẽdo durus atq; inflexibilis
M oĩno esse uideris? Quæ oĩa, iugiter animo uersantes, ac recolẽtes q̃ accepimus, quæ accepturi sumus, q̃ à nobis repetũtur: omni studio, cura, opera spiritalib⁹ rebus incũbamus, humiles atq; misericordes simus, ne intolerabiles cruciatus nobis attrahamus. Cur. n. nõ putas sufficere ad cõdenãdos nos, quòd magna cõsecuti, parua nõ reddimus, ibiq; ea repetãtur, q̃ inuiti relinquimus? Quorũ singula ad cõdenationẽ nostrã certè sufficiũt. Si uero uniuersã cõfluãt atq; con currãt, q̃ nobis spes reliqua salutis erit? Ne igitur con dẽnati cruciemur, benignè inopes pertractemus, ut hic honestè, & ibi gloriosè i æternũ uiuamus, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, Amen.

Homilia. xlvii. ex capite xiij.

Liã parabolã proposuit eis dicens: Simile factum
a *est regnũ cœlorũ homini, qui seminauit bonum se men in agro suo: cũ autem dormiret, &c. usq; simile est regnum cœlorum fermento.* Quid interest inter hanc & superiorẽ parabolam? Illud certè: nã ibi eos, qui nullo modo eũ audire uoluerunt, sed confestim resilientes, semina oĩno perdiderunt: hic hæreticorũ

A conciliabula significauit. Prædixit. n. etiã hoc, ne hac de re discipuli postea turbarentur. Illa igitur parabo la non suspectũ, aut abiectũ Christum esse ostenditur: hac uero corruptorem ẽt simul demonstret suspectũ. Illud profectò diaboli artibus astutè fieri scire debemus, ut ueritati semper errores connexi atq; inserti, per similitudines facilè decipiãt leuiores. Propterea non alia semina, sed zizania immista dixit, q̃ tritico simillima sunt. Modũ quoq; insidiarũ propo suit: dum enim homines dormirent, ait. Non paruũ periculum prępropti prępcipitij præsulibus hinc imminere uidetur, q̃bus ęgrorũ custodia cõmissa est, nec præsulibus modo, uerumetiam oĩbus. Liquidò aũt hinc apparet, post ueritatis semina iam collecta erroris fraudem pullulasse, qđ euentus quoq; rerum confirmauit. Falsi. n. prophetæ post prophetas apparuerũt, & fallaces apostoli post apostolos, & post Xp̃m Antichristus. Nam diabolus nisi prius uideat, quid sibi sequendũ sit, aut quibus insidiandũ, cum qđ faciendũ sit nesciat, nec conatur qdẽ. Sic ergo ẽt nunc,
B posteaquã intellexit ab alio centum, ab alio sexagin ta, ab alio triginta fuisse producta, fraudẽ excogitauit. nã quoniã euellere non potuit, qđ actis radicib⁹ iam propagatũ fuit, nec suffocare, nec urere: si audu lẽter nisus est sua disseminare: Et quo nã discrimine disseparantur dormiẽtes hi, & illi, qui p uiam significati fuerãt? quòd uidelicet ibi cõtinuò rapuit, anteq̃ radices emitterent: unde maiori artificio, & nõ paruo conatu hoc sibi opus fuisse uidemus: ita oĩbus istis semper uigilãdũ esse admonet. Nã si illas pestes effugies, non adhuc tutus es, inquit, atq; securus: sed quemadmodũ ibi alios uia, alios lapide, alios uepri bus, sic multos hic somno salutẽ cõmittere uidem⁹. Iugi ergo, atque perpetua nobis custodia opus est.
Sup. 10. c & infrà 24 b Ideo alibi dicebat: Qui ad finẽ usq; perseuerauerit, hic saluus erit. Principiũ aũt mali fuit, quia multi ex pręsulibus dormitantes, prauos & hęresim occultãtes uiros, ad gubernacula ecclesiarũ promouerunt: qua ex re tãta facultas diabolo data est, ut iam illis i medio p̃latis multò minus laboret. Et quo, inquies, nõ dormire poterimus? Corporis certè somno peni tus impossibile, uolũtatis aũt oĩno possibile. Quare
C Paulus quoq; dicebat: Vigilate, state in fide. Nec no-
1. Co. 16. c xiã solũ, sed superfluã rem ostendit, cũ posteaq̃ cultus seminatusq; sic ager fuerit, ut nulla re opus esse uideretur: tũc tandẽ diabolus p hęreticos seminat, q nõ alia de re, q̃ inani cõmoti gloria, pernicio sum uenenũ effuderũt: nõ aũt his uerbis solũ, sed per sequẽtia ẽt diligenter eorũ figmenta descripsit. Quãdo. n. germinauit, ait, fœnũ, & fructũ fecit, tũc apparuerũt zizania. Id certè moris est apud hęreticos, ut obum brent seipsos, atq; occultẽt in principijs, quousq; ma iorẽ fiduciã capiant, & quodã fauore multitudinis iuuẽtur: tunc. n. contagiosa uenena intrepidi effundũt. Sed cuius rei gratia seruos introduxit, factũ nar rantes? ut. s. nõ esse timendos hęreticos ostenderet. Hominẽ uero inimicũ ipsum diabolũ, quia semper oĩbus obesse conetur, meritò appellauit. Conatus enim ipsius omnis aduersus nos est, causa uero atq; origo, ut nos impugnet, ab odio quo in maiestatẽ diuinã fertur, profecta est. Vnde patet quia maiore charitate nos à deo, q̃ à nobisipsis diligimur. Verum inimici malignitas ẽt inde perspicitur, quia nõ prępa rauit seminare tunc cũ nihil poterat interimere, sed cũ alia fata diligẽter uidisset, tũc seminauit, ut uniuer so simul labori agricolæ, studioq; officeret. q̃ omnia D propter testatas erga agricolã inimicitias fecit. Vide aũt & ipsorum seruorũ diligentiã. Nã etsi non prudẽ ter, sedulò tamen ad euellenda zizania festinant, q̃ res solicitudinẽ ipsorũ ac diligentiam erga satanam ostendit, quodq; ad unũ solũmodo respiciant, non ut pœnas inimicus luat, sed ut iacta semina nõ depe reant. Quare qũo morbum depellant, inquiunt: nec sibi confidunt, sed domini fiiam expectant, ac ideo interrogant, dicẽtes: *Vis igitur abeuntes colligimus ea?* Dominus aũt prohibet, ne fortè simul cum zinanijs herbã etiam tritici euellãt, quod dicebat, ut bella & effusionẽ sanguinis prohiberet. Nam si trucidarẽtur hæretici, absq; fœdere pacis atq; inducijs bellũ orbi inferretur. Duabus igitur rationibus prohibuit: Altera, quia frumentis parũ nocerent: altera, quia nisi sanarentur, extrema supplicia nõ euaderent. Quare si & puniri eos uultis, & frumentis nequaquã officere, opportunitas tpis congrua expectanda uobis est. Quid aũt est quod eradicabitis simul cũ ipsis ẽt frumenta? Certè aut quia si arma capietis, inquit, necesse est, cũ hęreticos trucidatis, multos sanctorum si- E
mul interimere: aut quia ab ipsis zizanijs multa cõmutata, in frumenti cõditionẽ seipsa conuerterẽt. Si ergo præueniẽtes euelletis, ea frumenta deperdũt, q̃ à cõmutatis zizanijs proueniret. Non prohibet aũt cõciliabula hęreticorũ disipare, ora obstruere, libertatẽ loquendi concidere: uerũ interficere ac trucidare. Sed uide q̃ mitis sit: non. n. solũ prohibet, sed cur prohibet, rationẽ exponit. Quid aũt si perseuerabũt ad finẽ usq; zizania? *Tunc dicam messoribus, inquit, colligite primum zizania, & in fasciculos ea alligate ad comburendum.* Rursus eos uerbo Ioannis cõmonefacit, quibus iudicẽ ipsum fore asserebat, dicens parcẽdũ esse zizanijs quousq; unà cũ frumentis in agro sunt, quia possunt in frumenti statũ cõmutari. Si uero nihil hac lõganimitate domini lucrabuntur, & recesserint, tunc ineuitabilis pœna necessariò eos suscipiet. Dicã. n. messoribus, ait, colligite zizania primũ? Cur ita primũ? Ne suspicentur serui, quasi unà cũ zizanijs frumẽta incidãtur. Cremẽtur, inquit, primò zizania, & tũc triticũ in horreis recõdatur. *Aliam p. arabolã posuit eis, dicens: Simile est regnum cœlorum grano sinapis.* F
Nã quoniam dictũ est tres partes seminis amitti, ac unã solummodo cõseruari, ipsi quoq; cõseruatę portioni tot tantaq; p̃terea imminere pericula: ne occasionẽ interrogandi habeãt, quot & qui fideles erũt, ultrò ipsorũ solicitudinẽ tollit, p ipsius grani sinapis parabolã ad syncerã fidem conducens. Hac quippe imagine prædicit prędicationẽ per uniuersum orbẽ omnino coruscaturã: idcirco huius oleris similitudinẽ proposuit, quia his reb⁹ apprimè accõmodetur. *Cæteris enim seminibus minus est, sed in herbam resolutũ, omnibus magis oleribus crescit, adeò ut ad arboris cõditionẽ perueniat, ac uolucres cœli ueniẽtes i ramis eius habitẽt.* Quod ẽt in prędicatione futurũ dicit. Imbecilliores cæteris oĩbus, atq; minores erant Apostoli, uerum quia in ipsis magna erat uirtus, fama eorũ ubiq; terrarũ claruit. Deinde fermenti ponit imaginẽ. *Simile est regnũ cœlorum fermento, quod accipiens mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totũ.* Nã sicut fermentum magnã farinæ copiã in uires suas, quãuis modicũ sit, conuertit: sic quoq; uos uniuersum terrarũ orbẽ cõuertetis. Prudẽtissimè aũt ex natura rerũ imagines cõduxit, ut ostẽdat quòd sicut il-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G la natura duce impoſsibile eſt non fieri, pariter hæc quoq; naturę domino conducente necesſariò fient. Nõ igitur opponetis. Et quid poterimus ad tantam duodecim hoies multitudinẽ? Id.n.ipſum maximè uirtutis ueſtræ ſplẽdorẽ oſtendat, quod multitudini orbis immiſti non cõfundemini. Nam & fermentũ cũ farinæ appropinquauerit, non ſolũ appoſitũ, ſed immiſtũ penitus totã maſſam fermentat: propterea nõ dixit, appoſuit: ſed, abſcõdit. Sic igitur & uos cũ uniti atq; comiſti impugnationibus fueritis, tũc tro phæa conſequemini: & quemadmodũ fermentũ in farina ſubmerſum non deperditur, ſed in naturã ſuã farinam tranſmutat: pariter in prędicatione hac euã gelij fiet. Nolite igitur timere, ſi magna pericula futu ra prædixi: non.n. extinguetur fulgor ueſter, ſed oĩa ſuperabit. Tria uero pro multis hic poſuit. Cõſueuit enim hoc numero pro multitudine abuti ſcriptura. Nec mireris, ſi de regno cœlorũ differens, ſinapis & fermenti fecit mentionẽ, homines.n. alloquebatur quaſi agreſtes, atq; imperitos, qui maximè his rebus cõmoneri ſolent, quiq; ſic erant agreſtes, ut harũ re-
H rum ẽt ſæpius interpretationẽ requirerent. Vbi nunc gentilium alumni ſunt? Intelligant ſaltẽ nunc à rerũ ipſarum euentu, q̃ ineffabilis ſit Chriſti uirtus, & utraq; ratione ipſum adorandũ credãt: uel quia incredibilẽ futurã rem prædixit, uel quia qđ prædixit, non aliter q̃ prędixerat, adimpleuit. Ipſe nanq; eſt q tantã fermento uirtutẽ impoſuit, & multitudini hominũ ita credentes immiſcuit, ut infideles fidei credentium adhęreret. Nemo ergo paucitatẽ ueſtram, inquit, deploret: magna enim eſt prædicationis uirtus. Et qđ ſemel fermentatũ eſt, fermentũ rurſus ad reliqua efficitur. Et quemadmodũ fauilla cum in arida ligna inciderit, in flammã ipſa conuertit, q̃ ui ſua deinde uel uiridia ligna facilẽ incẽdit: eodem quoq; modo prędicatio. Sed cur nam nõ dixit ignis, ſed fermentũ? Quoniam nõ ignis uirtute totũ ſit, ſed ligno rum quoq; ariditate: fermentũ uero p ſeipſum omnia conficit. Si aũt duodecim hoies totã penẽ farinã orbis fermentarunt, diligenter animo uerſa, quæſo, quanta ſit noſtra malignitas atq; ignauia, qui cum
I iam innumeri ſimus, has gentiũ reliquias couertere nõ poſſumus, qui uel mille mundis ſatisfacere debe remus. Sed Apoſtolos illos fuiſſe, inquies. Quid ad rem? Nõne recum eiuſdem naturę fuerũt? Nõnne cũ hominibus ẽt ipſi conuerſabãtur, artes profeſsi, eiſdem rebus nutriti? An forſan credis illos angelos natura, aut de cœlo lapſos fuiſſe? Non, inquies, ſed ſignis illis rutilabant. Non pp ſigna certè illi claruerunt. Vſquequo negligentia ita ignauiam noſtrã mi raculorũ fulgore, q̃ tunc coruſcarunt, quaſi uelamine quodã obducimus? Multi eiicientes dęmones pu
Suprà.7. nientur. Quid igitur, inquies, fuit, qđ præcipuè illos
b magnos effecit? Certè uerus ac nõ ſimulatus glorię atq; pecunię contemptus, & quoniã nullã ſeculariũ harum rerũ oĩno curam habebãt. Nam niſi hoc habuiſſent, ſi paſsionibus ueluti nos ſeruiſſent, ẽt ſi de morte innumeros hoies ſuſcitaſſent, non ſolũ nihil utilitatis feciſſent, uerũetiã ſeductorũ atq; deceptorum nomen nõ effugiſſent. Viuendi ergo diſciplina eſt, q̃ ubiq; fulget, q̃ ſpiritus ẽt gratiã attrahit. Quod enim ſignũ Ioannes fecit, qui tot tantasq; ciuitates
Ioã.10.g erudituit? Nam nihil miraculos è ipſum egiſſe teſtatur
Re.18.c euangeliſta, dicens: Ioannes quidẽ nullũ ſignũ fecit. Vnde aũt Helias mirabilis factus? nõne quia regem liberè alloquebatur? Nõne quia nihil poſsidebat, cla K
rius q̃ per ſigna quoq; perfecit? Iob aũt illũ, quibus *Iob.1.&*
ſignis diabolus admiratus eſt? Certè ſigno quidem *2.*
nullo, uitæ aũt mirabili diſciplina, & robore animi excelſo atq; inuicto. Quæ ſigna Dauid adhuc adule *Act.13.d*
ſcens effecit, ut deus diceret: Inueni Dauid filiũ Ieſſe, uirũ ſecundũ cor meum? Abraham porrò, Iſaac & Ia cob quos mortuos ſuſcitarunt? quẽ leproſum mundarunt? An ignoras quia miracula niſi iugiter uigile mus, plerunq; nocent? Multi.n. è Corinthijs alter ab altero ſciſsi miraculis fuerũt, multi Romanorũ reſi- *1.Cor.1.*
lierũt. Simon quoq; Magus hac ratione fuit eiectus: *&.3*
qua ẽt ille qui ſequi Chriſtũ deſiderauit, quaſi repro *Acto.8.d*
bus audiuit, foueas eſſe uulpeculis. Nã horũ oĩum *Supr.8.c*
alius pecuniã, alius gloriam à ſignis accumulare cu *& Luc.*
piens, eiicebantur, & deperibãt: cura uero rectè uiuẽ *9.g*
di & ſyncerus uirtutis amor, nõ modò tales cupiditates nõ parit, ſed natas ẽt radicitus euellit. Ipſe aũt dominus quãdo leges diſcipulis ferebat, quid eis p̃ci piebat? nõ certè ut ſigna facerent, ut uidentes hoies glorificarent patrẽ. Sed quid porrò? Luceat lumẽ ue *Supr.7.d*
ſtrum coram hominibus, ut uideãt bona opera ue- L
ſtra, & glorificent patrẽ ueſtrũ qui in cœlis eſt. Petro *Ioã.10.d*
quoq; nõ dixit: ſi me amas, ſigna fac, ſed, paſce oues meas. Cumq; ipſum cæteris prępone ret, cũ Iacobo ſimul atq; Ioanne pp ſigna forſan præponebat. Ab oĩbus certè pariter leproſi mundabantur, mortui ſuſcitabantur: oĩbus.n. equaliter poteſtas fuit cõceſſa. Vnde igitur tres illi anteponebantur? Non profectò præterquam à uirtute ac magnitudine animi. Vides quia bene uiuendi norma, & rectis operibus opus
Supr.7.b eſt. A fructu nanq; ipſorũ cognoſcetis eos, inquit. Vi tam aũt noſtrã quid eſt qđ maximè cõmendat? Pu tãsne quia ſignorũ oſtentatio, an uiuendi exquiſita diſciplina? Illud uidelicet ultimũ, à quo ẽt ſigna origi nem trahunt, & ad qđ tandem deuenire ſolent. Nã & qui rectè uixit, ſignorũ gratiã impetrauit: & qui gratiam impetrauit, ideo ſuſcepit, ut aliorũ uitã faci lè poſsit emẽdare. Nã & Chriſtus propterea miracu la fecit, ut cũ fide dignus uideretur, ad ſe hoies attra heret, & uirtuoſe uiuere perſuaderet. Quocirca magnã curam, magnumq; ſibi ſtudiũ uirtutis fuiſſe uidemus. Non.n. ſignis utitur ſolũ, uerumetiã gehẽnæ M
atrocitatem intentat, regnũ cœlorũ pollicetur, mira bilia pręcepta ac leges poſuit, cęteraq; omnia pertra ctauit, ut in angelorũ beatitudinẽ homines adduce ret. Cur dixi à Chriſto oĩa uirtutis gratia facta fuiſſe? cũ tu ſiquis optionem tibi daret, utrũ ſuſcitare in nomine Chriſti mortuũ uelles, an pp nomen ipſius mortẽ oppetere: hoc ultimũ proculdubio eligeres. Alterũ.n. ſignum eſt, alterum opus. Siquis aũt ut alte rutrum optares, tibi poteſtatẽ daret, lapides in aurũ uertere, aut auri cupiditatẽ nullã habere, nõne hoc ſecundum capeſſeres? neq; id iniuria: hac.n. re hoies maximè alliciuntur. Nam ſi alias res in aurum uerte res, augeretur certe pecuniæ cupiditas, cũctis optãti bus talem uirtutẽ poſsidere, atq; inuidẽtibus: ſin ue ro aduerterint te, quaſi fœnum cõtemnere aurum, hoc exemplo cõmoti, morbo huic meritò mederen tur. Vides quia uita recta magis cæteris oĩbus iuuat. Rectam aũt uitam appello, non ieiunãdi laborem, nec cilicij ac cineris lectulum: ſed ſi pecuniam nõ ali ter q̃ oporteat deſpicias, ſi charitate ardeas, fameſcẽ tes pane tuo nutrias, ſi ſuperior ira ſis, ſi gloriam inanem non concupiſcas, ſi inuidia non detineari-

A Hęc.n. ipſius documenta ſunt. Non enim dicit ieiu-
niũ ſuum eſſe imitãdum, quanuis quadraginta illos
Suprà.11.d dies poſſet proponere: ſed, Diſcite a me, quoniã mi-
tis ſum, & humilis corde. Immo uero cõtrà: Omne
Luc.10.b q̃d apponitur uobis comedite, inquit. De pecunijs
&.1.Co. aũt quã exactiſſimè mãdauit, dicẽs: Non poſſideatis
10.f aurũ, neq; argentũ, nec æs in zonis ueſtris. Hęc dixi,
Suprà. non quia ieiunĩũ mihi nũ placeat, quod magnis ſo-
10.b leo efferre laudibꝰ: ſed qa doleo, ſi cęteris neglectis, ſatis ad ſalutẽ uobis ieiuniũ exiſtimetis, qđ in choro uirtutũ ultimum certè ſortitur locũ. Præcipuæ nãq; uirtutes ſunt charitas, humilitas, miſericordia, quæ uel uirginitatẽ ſuperãt. Quare ſi uolueris apoſtolorum uirtutes aſſequi, nihil te prohibebit: ſola.n. uoluntas, ac feruentiſſimus uirtutũ amor tibi ſufficiet: nullum igitur expectatio ſignorũ retardet. Multò.n. magis dæmon dolet, ſi pẽto ſuperiorẽ aĩam perſpe xerit, quã ſi ab homine fuerit eiectus: maxima enim eius uirt? eſt peccati amplificatio, quã ut extinguat Chriſtus, in patibulo pepẽdit. Peccatum.n. mortem induxit, peccata q̃ ſuperiora fuerãt, ad inferos de-
B preſſa ſut. Id igitur ſi deſtruxeris, neruos diaboli oẽs incidiſti, caput eius cõtriuiſti, uires reſoluiſti, ac uniuerſum eius exercitũ fudiſti atq; fugaſti: ſignũ omni
1.Co.12.d bus miraculis maius effeciſti. Nec a me id, ſed à bea to Paulo dictũ putes, q cũ dixerit: Zelamini gratias ſpirjtales, & uiã ſupra modũ uobis oſtendo: non dixit ſigna, ſed charitatem, quæ oĩum bonorũ radix & fundamentum eſt. Hanc igitur ſi retinebimus, & oẽm quæ ab hac oritur philoſophiã, non erit nobis opus ſignis: ſin uero negligemus, nihil nobis prode rũt ſigna. Hæc igitur ſciẽtes, illa faciamus, q̃bus apoſtoli pfulſerũt. Vnde igitur illi tales facti ſunt? Petrũ
Infrà.19.d audi, rogo. Ecce nos dereliquimus oĩa, inqt, & ſecuti
ibidem. ſumus te: quid ergo erit nobis? audi & Chriſtũ reſpõ
Ibidem. dentẽ: Super duodecim ſedes ſedebitis: & alibi, Qui cunq; reliquerit domũ, aut fratres, aut patrẽ, aut ma trẽ, centuplũ accipiet, & uitam æternam poſſidebit. Quas ob res oĩbus ſeculi negocijs poſtpoſitis, Chriſto noſipſos tradamus. Ex ſentẽtia ipſius ad apoſto lorũ ęqualitatẽ aſcẽdemus, & uita ęterna pfruemur, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Xpi, Amẽ.

C *Homilia. xlviij. ex capite. xiij.*

Pſal.77.a *Aec omnia Ieſus in parabolis locutus eſt ad tur-*
b *bas: & ſine parabolis nõ loquebatur eis, ut imple retur qđ dictũ eſt p prophetã, dicentẽ: Aperiã in*
Marci. 4. *parabolis os meũ: & eructabo abſcõdita à cõſtitutione mũ di.* Marcus aũt aſſeruit, nõ aliter ipſum in parabolis fuiſſe locutũ, quã ferre poterãt. Sed nequid in noua re pręter ueteris ſcripturæ documẽta dicere uidere tur, prophetã introduxit, huius prędicationis modũ magnis antea tpibus præcinentẽ. Deinde oſtendens ea mente Chriſtũ ita prędicaſſe, nõ ut ignorarẽt, ſed ut ad ſuſcitandũ incitarentur, ſubiunxit: *Et abſque parabola nihil loquebatur eis.* Dixit quippe multa etiã abſq; parabola, ſed nõ illo tpe, nec ullus ab eo quic- quam ſciſcitatus eſt. Et prophetas quidẽ ſępius inter rogabant, ut Ezechielẽ, alioſq; cõplures: à Chriſto aũt nihil prorſus de his parabolis queſierũt. Nã quã uis q̃ dicta erant, ſufficerent ad incendendũ eorũ animum ad quæſtionem, maximè quia ſupplicia, plerũ q̃ cõminari parabolis uidebatur, nullo tamen pa- ẽto illi cõmoti fuerũt. Quocirca reliquit ipſos, atque abijt. *Tunc.n.* ait, *dimittẽs turbas, uenit in domum.* & ne mo ipm ſcribarũ ſequebatur. Vnde clarũ fit, nõ alia de cauſa ipſos ſecutos fuiſſe, quã ut capiendi cauſas D
reperirent: reliquit ergo eos, & abijt. *Et acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, dicentes: Ediſſere nobis parabolã Zizaniorũ agri.* Cũq; eos trepidantes plerunq; aliãs q̃quã ab eo quærere nõ ignoremus, unde nũc ipſis tãta fi-
Suprà.b. ducia eſt? Quia audierũt: Vobis datũ eſt noſſe my- *& Marc.*
ſteria, & audẽtiores facti, ſeorſum ſciſcitãtur, non qa *4.& Lu.*
inuidebãt multitudini, ſed quia dominũ audierunt: *8.b.*
Iſtis aũtem datum non eſt. De fermento aũt, & ſina pi parabolas, tanquã liquidiores prætereiunt: hanc uero ut coniunctã illi de ſemine, & maius aliquid afferentẽ exponi maluerunt, quã bis dixit, quia diſcendi cupidos illos uidebat: cupidi autẽ erant, quia ſibi cõminari hæc parabola uidẽbatur. Præterea nec car pit quaſi parũ intelligentes, ſed explanauit apertius parabolã: & ita explanauit, ut ſæpius me dixiſſe memini, nõ ad uerbum exponendas eſſe parabolas, ne multa ſequãtur abſurda. Id diligenter ad noſtrã doctrinã ſubſeruit. Nõ.n. dixit, qa eſſent ſerui qui acceſſerũt, ſed ut oſtẽdat cõſequentię cuiuſdã cauſa, ac ferẽ ad duplicationẽ imaginis eos poſitos eſſe. In hac relicta particula, neceſſaria & pp quæ parabola hæc E
dicta eſt, interpretatur: ſeipſum & iudicẽ, & dominũ oĩum rerũ declarãs. *Et reſpondens.n.* inquit, *dixit eis: Qui ſeminat bonum ſemen, eſt filius hominis: ager aũt eſt mũdus. Bonũ autem ſemẽ, hi ſunt filij regni: Zizania aũt, filij ſunt nequã: inimicus uero q ea ſeminauit, diabolus eſt: meſsis uero, cõſummatio ſeculi eſt: meſſores aũt, angeli ſũt. Sicut ergo colligũtur Zizania, & igni cõburũtur: ita erit in cõſummatione ſeculi. Mittet.n. angelos ſuos filius hominis, & colligẽt de regno eius omnia ſcandala, & eos qui faciebãt iniquitatẽ, & mittẽt eos in caminũ ignis, ibi erit fletus & ſtridor dentiũ. Tũc fulgeb ũt iuſti ſicut ſol in regno patris eorũ.* Nã quoniã qui ſeminat agrũ ſuũ, quiq; ex regno ſuo cõgregat, nõ eſt clã, qa & hic mũdus ſuus eſt. Tu uero cõſidera ineffabilẽ eius miſericordiã, et quòd ad bene faciẽdũ quidem pronus eſt, á deſide-
rio aũt puniendi alienus: nam quando ſeminat, per ſeipſum id peragit, ſupplicia uero p alios infert. Mittet.n. inquit, angelos ſuos. Tũc, ait, iuſti fulgebũt ut ſol in regno patris ſũi: non quia Solis etiam ſplẽdorẽ nõ ſuperabũt, ſed quãdo nihil fulgentius Sole uidemus, propterea re apertiſſima nobis ad exprimendũ F
uſus eſt. Cũ aũt alibi meſſem iã adeſſe dixerit, ut cũ de Samaritanis dicat: Leuate oculos ueſtros, & cõſi derate regiones, quoniã iã albæ ſunt ad meſſem. & *Ioan. 4.e*
rurſus, Meſſis quidẽ multa, operarij autẽ pauci: quare hic futurã eſſe oſtendit? Aliam certè ibi, aliam hic *Suprà. 9.d*
uerbi huius poteſtatẽ eſſe uidemus. Quare etiam, *& Luc.*
inquies, cũ alibi dixerit, quòd alius eſt qui ſeminat? *10.a*
profectò ibi nõ ſimpliciter, ſed ad prophetarum atque apoſtolorũ diſtinctionẽ illud dicebat, quod de Iudæis quoq; ac de Samaritanis dicebat. Ipſe enim eſt qui per prophetas ſeminauit: quanuis nonunquã meſſem & ſemen eandem rem, ad aliud tamen atq; aliud referens nuncupauit: nam quando credulitatẽ atq; obedientiam audientium deſignat, ut rei conſummationẽ oſtendat, meſſis uero uocabulo denotat: quando autem fructũ prędicationis ab authoribus quærit, tam ſemen quã meſſem ipſam conſummationem appellat. Et quomodo etiam alibi ſcribitur, quoniã primi iuſti rapiuntur? rapiuntur quidem *Luc. 13.f*
primi, poſt autem Chriſti aduẽtum, pœnis tradun- *&1.The.*
tur iniqui: & tunc ad regnum cœlorum iuſti profici *4.d*
ſcuntur. Nã quoniã in cœlo iuſtos oportet couuer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G fari, iudicium uerò à terris peragitur: cũ alteros condẽnarit, tunc à iudicio abiens, alteros quasi rex amicos suos in ultimã beatitudinẽ illã traducet. Ita duplicem futurã punitionem uidere licet, alterã quoniã igni æterno ardebunt, alterã quoniam ab ineffabili gloria excident. Sed cuius rei gratia, inquies, cũ multitudo iam recesĩt, ĩ parabolis ẽt discipulos alloquitur? Sapientiores iam prẽcedẽtibus facti, facilius atq; melius intelligebant: propterea ẽt cum ad eos dixisset, intellexistis hæc oia? utiq; domine, respondẽrũt. Sic ad alia q̃ dicta sunt, hoc ẽt parabolis effectũ est, ut perspicatiores discipuli redderentur: qd igitur rursus ait? *Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo, abscondit, & præ gaudio illius uadit, & uendit omnia quæ habet, & emit agrũ illũ. Item, simile est regnum cœlorũ homini negociatori, bonas quærenti margaritas: qui inuẽta una pretiosa margarita, abiit, & uendit omnia quæ habet, & emit eam.* Sicut granum sinapis & fermentũ, sic duæ parabolæ istę thesauri atq; margaritæ parũ inter se differunt: illud. n. ambabus his denotatur, quoniã oporteat prędicationẽ euangelij oibus cæteris anteponere. Et illis qui dem fermẽti dico, atq; sinapis, magna euangelij uirtus ostendebatur, q̃ omnino totum orbẽ terrarum erat superatura: hę uero posteriores summi esse pretij significãt: sicut. n. ceu sinapis extẽditur, atq; propagatur, & ceu fermẽtum superat, sic quasi margarita pretiosissimũ est. Nec illud solũ discimus, quia cætera abiicienda sunt oĩa, & sola p̃dicatio euangelij retinenda, uerumetiã magno id esse cũ gaudio faciẽdũ. Sanè qui renũciationẽ bonorũ facit, is nullã iacturam, sed quæstuosissimam facit mercaturã. Perpendis quo in mundo abdita atq; ẽlata prędicatio est, & in prędicatione summa fœlicitas recõdita? nisi ergo cunctas res tuas uenundabis, non emes: nisi cuncta sẽ queras, nõ inuenies. Duo hæc quippe nobis ad salutẽ necessaria sunt secularium rerum cõtemptus, & iugis uigilantia. Querebat. n. inquit, bonas margaritas: & cũ inuenisset unã pretiosissimã, uendidit quęcunq; habebat, ac emit. Vna quippe ueritas est, nec in multas scinditur partes, ac ueluti qui margaritam habet, nouit se diuitẽ esse, ẽt si ignotũ nõnunq̃ illud fit, cũ paruo in loculo margarita recondatur: Sic & in prædicatione ueritatis, qui ei adhęrent, totoq; aĩo illam amplectũtur, opulẽtos sese nõ ignorãt, quãuis infideles thesauri uim nõ cognoscentes, fideliũ opes contemnant. Deinde ne confidamus plurimũ, quoniam euangeliũ suscepimus, neq; opinemur sufficere solũ nobis fidem ad salutẽ, horroris plenã affert parabolã. Quæ nam est illa? *Simile est*, inquit, *regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, ac ex omni genere piscium congreganti, quam cum impleta esset educentes, & secus littus sedentes, elegerunt bonos in uasa sua, malos aũt foras miserunt.* Sed qd interest hæc ab illa, q̃ de zizaniis est? eodem. n. modo ẽt ibi alij saluantur, alij perduntur. Verũ ibi hæresi, atq; prauis dogmatibus, & qui ante illã parabolã sunt, quoniã prædicationi nõ adhæserunt: isti uero malè uiuẽdo pereũt, & cæteris sunt inferiores, quoniã ueritatẽ quidẽ cognouerũt, & ĩ uerticulũ piscatorum inciderũt, & tamẽ malè uiuẽdo periere. Et certè alibi ait: Quia ipse segregabit eos, ut pastor oues segregat: hic uero & ĩ parabola de zizaniis angelos istud facturos dixit. *Si enim*, inquit, *erit in consummatione seculi, exibunt angeli, & segregabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in fornacẽ ignis, ibi erit fletus & stridor dentium.* Quid igitur hoc est? Nonnunq̃ condescendens ipsis crassius, ut ita dixerim, nonnunq̃ ut res petit, sublimius loquitur. Hanc aũt parabolam non interrogatus, sed sponte atque à seipso ex parte interpretatur, & formidinem magis amplificat. Nam ne cũ aduertis, putrida foras iecta esse, nullũ aut paruum iectionis periculũ credas, interpretando subiunxit: quia in fornacem immittent. Et stridore dentiũ, doloris magnitudinẽ expressit. Animaduertis quot perditionis uiæ? Vides quòd alij uepribus, alij ueneno, alij lapidibus, alij zizaniis conterũtur, alij in sagena atq; iaculo pereũt? Nõ igitur iniuria dictũ est, latam esse uiam illã, q̃ in perditionẽ adducit, ac multos esse qui per eã ingrediuntur: hęc enim cũ dixisset, & ad horrorem terminasset sermonẽ, atq; immoratus amplificasset adiecit: *Intellexistis hæc omnia? dicunt ei, Vtique domine.* Deinde quoniam intellexerunt, laudat, dicens: *Propterea omnis scriba doctus in regno cœlorũ, similis est homini patrifamilias, qui præfert de thesauro suo noua & uetera.* Ideo alibi ait: Mittã uobis sapientes & scribas. Vides quo uetus testamentũ nõ eiicit, sed laudibus effert, & thesaurum appellat? Quare qui diuinarũ scripturarum imperiti sunt, nõ erũt hi certè patresfamilias, qui cũ nec à seipsis habent, quærere indignũ putant, sed negligenter uiuendo inedia depereunt. Non aũt hi solũ, uerumetiam hęretici expertes sunt huius beatificationis, quia nõ possunt emittere noua & uetera: nã cũ uetera nõ teneant, noua credere non possunt: sicut econtrà, qui noua nõ habent, hi ueteribus penitus carẽt: hęc. n. inter se magno iũcta & cõnexa uinculo sunt. Audiamus igitur, audiamus quicunq; scripturarũ lectionẽ negligimus, quãtũ damnũ, quantã inopiam patiamur. Quando. n. bona uiuendi opa faciemus, qui ẽt pręcepta & instituta ipsa, quibus uiuendũ est, ignoramus? Et opulenti quidẽ qui cupiditate pecuniarũ insaniunt, assiduè uestes suas, ne tineis corrodantur, excutiũt: tu uero cũ obliuio oibus tineis peior ac maior pestis animã tuã deuoret, non accedes ad libros, nõ excuties tineas, nõ ordinabis animam tuam, nõ aspicies cõtinuè imaginẽ uirtutis, nec mẽbra eius & caput consideras: habet. n. certè caput & mẽbra omni muliere formosa multò uenustiora ac pulchriora. Qd igitur caput uirtutis est? humilitas certè: quapropter ab ipsa incipit Xps, dicens: Beati pauperes spiritu. Hoc caput, etsi nec cæsariem, nec crines habet: sic tamẽ pulchrũ est, ut deũ ad seipsũ attrahat. Ad quẽ. n. inspiciam, ait, nisi ad mitẽ & quietũ, & humilẽ, & trementẽ sermones meos? Et, oculi mei super mites terræ: &, propè dominus est tribulatis corde. Hoc caput pro crinibus atq; comis hostias offert deo gratissimas, hoc aureũ certè altare est, hęc ara spiritalis. Sacrificiũ deo spiritus cõtribulatus. hęc sapiẽtię mater est: q hoc habet, is mẽbra ẽt cõsequetur. Perspexisti caput qd̃ nunq̃ uidisti, uide nũc ẽt faciem, ac primũ attẽde qualis color eius sit, q̃ rubicũdus, q̃ floridus, q̃ gratiosus, & discе unde cõstat. Vnde igitur constat? ab erubescentia certè atq; pudore: propterea qdã dicebat, ante uerecũdũ gratia procedit. Hæc & alia quoq; mẽbra magnã uim formositatis effundũt: nec si mille cõmisceas colores, talẽ speciem cõficies. Quòd si oculos quoq; uelis aspicere, cõsidera modestiã, quãto decore, quãta diligẽtia depingãtur: unde nõ solũ speciosissimi, uerũetiam tam acri acumine pollent, ut uel dominũ ipsum aspiciãt.

Beati

A Beati enim, inquit, mundo corde, quoniam ipsi deũ uidebunt. Huic capiti os est sapientia & intellectus, & spiritaliũ cantuum perpetua uox. Cur aũt magna scripturarũ peritia, ueri dogmatis conseruatio, misericordia & benignitas. Et quemadmodũ nõ est possibile animal sine capite uiuere, sic sine hoc capite salus haberi nõ potest: hinc. n. omnia bona originem trahunt. Pedes ac manus habet, quibus recta opera ostẽdat: animata est pietatis & rectæ fidei anima: pectus aureũ ac adamãte robustius ipsi est fortitudo, per quã efficitur, ne unquã pectus hoc queat infringi. Spiritus aũt qui animalium corda & cerebrũ cõtinet, charitas est. Vis re ipsa tibi hanc imaginẽ ostendamus? Hunc ipsum euãgelistã considera, cuius etsi conscriptã uniuersam nõ habeamus uitã, possumus etiã ex paucis coruscantẽ effigiem eius uidere. Quanta. n. humilitate, quantaq; contritione rutilaret, inde cognosces, quia uel posteaquã præest euãgelio, publicanũ seipsum nominat. Misericordiã uero ei? inde percipies, qa cunctis exutus Iesum sequebatur. Syncerã fidem de dogmatibus percipies, prudentiam & B charitatẽ ab euangelj compositione facilè intelliges. Vide quantã peritiam, quantamq; uniuersi orbis curã gerebat, perspicies: fortitudinẽ eius cognoscimus, quia cũ gaudio cœtui conuersabatur: bonorũ autẽ operũ ostentationẽ, quia in sublimi sede oĩno sessurus est. Imitemur ergo oẽs eius uirtutes, ac maximè omniũ humilitatẽ & misericordiã, sine quibus salutem cõsequi nõ possumus: ut quinq; illæ uirgines, & Pharisæus post illas ostendũt: quippe absq; uirginitate multi beatitudine illa potientur, quã nemo absq; misericordia consequetur. Vna. n. res ex necessarijs, quibus salus ipsa cõtinetur, misericordia est. Quare meritò in corde uirtutis ipsam collocauimus, & cor ipsum esse censemus: qd quidem cor nisi cæteris omnibus spiritũ præbeat, uelociter extinguitur. Nã quẽadmodum fons si aquarum flumina in seipso quasi stagnũ quoddã retineat, facilè putrescit: eodẽ certè modo diuites, cũ in seipsis opes suas detineant, marcescũt: idcirco trito prouerbio fertur: Multa diuitiarũ putredo apud hominẽ est, nec dicitur magna copia ingẽs thesaurus: putredo. n. profectò est, nõ possidentiũ, sed opum ipsarum. Nã recõdite uestes corrumpũtur, aurũ ęrugine decoloratur, frumẽta marcescunt. Quid plura? Cor possidentis hęc, atq; cõseruantis maioribus indies curis, q̃ ærugine decoloratur atq; tabescit. Nã si animũ auari nudũ absq; corpore cogitatione perspexeris, inuenies sicut uestem mille tineis corrosam: sic utiq; à curis perforatum, à peccatis putrefactum, & habendi solicitudine tabescẽtẽ. Nõ talis profectò animus inopis est. Inopis dico, ultrò ac sponte suã: sed fulget ille qdẽ ut aurum, splendet sicut gẽma, floret quasi rosa: nulla tinea ibi est, nullus fur, nulla cura secularis, sed uiuit angelica uita. Vis huius animi pulchritudinẽ aspicere? uis paupertatis opes quãtæ sint discere? Nõ imperat hæc uiris, sed imperat dęmonibus: non assistit regi, sed assistit deo: nõ homini, sed angelorũ cõmilito est. Non habet duos, tres, uel uiginti loculos rerũ plenos: sed sic abundat, ut uniuersum mundũ paruipendat, & thesaurũ habet in cœlo. Nõ indiget mãcipijs, sed habet loco seruorũ passiones, habet seruos appetitus, qui regib? dominãtur, ut nec respicere audeãt: regnũ porrò atq; aurũ, & oĩa huius generis hęc, de qua dicimus paupertas, q̃si pueriles ludos, trochos dico, pilos, turbones, aspernatur atq; contẽnit. Habet. n. ornamenta & instrumenta ludorũ, q̃ uidere atq; sentire nequeunt opulenti. Quid igitur hoc paupere melius excogitari poterit? Hic in cœlo tanq̃ in pauimento ambulat. Quod si tale pauimentum domus eius est, cogita per teipsum qualiter tectum sit. Sed non habet, inquies, equos, neq; uehicula. Certè nec harũ rerum opus est ei, qui nubibus uectatur, & cũ Iesu conuersatur. Hoc igitur tam uiri q̃ mulieres diligenter intelligentes, diuitiarum copiã inconsumptibiliũ inquiramus, ut & regno dei perfruamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, Amen.

Homilia xlix. ex cap. xiij. & xiiij.

T factum est, cum consummasset Iesus parabolas e istas, transiuit inde, usque ibi: & accedentes discipuli eius tulerunt corpus eius, & sepelierunt illud. Cuius rei gratia has parabolas dixit? quoniã & alias uidelicet dicturus erat. Qua porrò de causa inde recedit? ut certè uerbũ euangelij ubiq; seminaret. *Et cum uenisset*, inquit, *in patriã suã, docebat eos in synagogis eorum.* Quamnã patriam eius modò appellat? meo quidẽ iudicio, Nazareth: nõ. n. fecit ibi, ait, uirtutes multas: in Capernaũ aũt fecit: unde dictũ est. Et tu Capernaum q̃ usq; ad cœlos exaltata es, usq; ad inferos descendes: quoniam si in Sodomis factæ essent uirtutes q̃ factæ sunt in te, mansisset utiq; usq; hodie. Cum igitur iussset illuc, signa quidem multa non ostendit, ne maiore ui Iudæi exardescerent, ne propter incredulitatem ad detrahendum magis conarentur. Doctrinam aũt proponit, non minoris q̃ signa admirationis: illi uero cũ mirari ac stupere pp docendi uirtutem debuissent, ex uecordia uilipendunt eum, qui Ioseph filius uidebatur. Et cum exemplis priscorum potuissent commoneri, qui à parentibus parũ notis insignes filios procreatos nouissent: Nam & Dauid agricolæ ignoti filius erat. Et Amos caprarij, & ipse caprarum custos. Moses quoq; ille multò inferiorẽ seipso parentem habuit. Cum igitur eò maximè admirari deberent, quòd à tali natus, ita diuinitus loquebatur, ut clarum esset, non humana doctrina, sed dei uirtute ipsum ita prædicare: unde admirari ac colere debebant, inde ad spernendũ cõcitantur. Assiduè aũt ad synagogas ibat, ne si continuò in eremo uersaretur, tanq̃ uerum inimicum impugnarent. Stupentes igitur & ambigentes dicebãt: *Vnde huic sapientia hæc, & uirtutes aut signa?* Virtutes nominabant aut ẽt sapientiam, atq; doctrinã ipsam. *Nõne hic est fabri filius?* quare miraculũ maius, & stupor multò amplior. *Nõne mater eius dicitur Maria, fratres eius Iacobus & Iudas? & sorores eius, nónne oẽs apud nos sunt? unde ergo huic omnia ista?* Et *scandalizabantur in eo.* Vides in Nazareth ista dicta fuisse. Nõne fratres eius, inquiunt, ille atq; ille sunt? Quid hoc sibi uult? Hinc. n. magis in fidẽ induci deberetis. Sed pessima certè res inuidia est, & sibiipsi sępe repugnat. Nam q̃ inaudita & mirabilia erãt, ac sufficientia ipsos ad Iesum attrahere, ea illos magis scãdalizabãt. Quid igitur dicit ad eos? *Non est propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua.* Et *non fecit ibi*, ait, *multas uirtutes pp incredulitatẽ eorũ.* Lucas aũt, inquit, & non fecit ibi signa multa. Atqui, quispiã obiiciet, facere debuisset. Nã si mirabãtur eũ, atq; stupebãt, quãobrẽ multa nõ fecit signa? Quia uidelicet nõ seipsum ostentare, sed aliorũ utilitatẽ q̃rebat. Quia igitur incredulos eos esse uidebat, ne maiori culpa obnoxij essent, nõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

G multa signa operatur. Quanquã.n.multo tpe pòst, cũiam miraculorũ fama uniuersam Iudæã impleuisset, patriam repetiisset, nó potuerunt tamẽ ferre, sed magno igne liuoris inflãmabantur. Sed cur ẽt pauca fecit signa?ne dicere possent ad eũ, Medice, cura teipsum, ne hostem atq; inimicũ putarẽt, neq; despici se ab eo arbitrarentur, ne deniq; sic excusare se auderent, dicẽtes: Si facta signa fuissent, credidissemus: idcirco igitur pauca, nó multa fecit, partim ne quod doceret, ipsi prętermitterent, partim ne maioris illi criminis rei fierẽt. Quanta igitur illius esset sapientia, tecum tu ipse cogita, quippe uel cũ inuidię malo uehementius laborãtes ipsum admirentur. Verũ quẽadmodũ in operibus atq; signis nõ accusant q̃ facta sunt, sed falsas confingũt causas, dicentes: In Beelzebub principe dæmoniorũ dæmonia eiicit: sic ẽt hic nõ ulipendũt doctrinã, sed ignobilitatem generis re spuunt. Doctor atq; magister nõ conuitiatus est, sed mirabili quadã mansuetudine respondet: Nõ est, inquit, propheta sine honore, nisi i patria sua. Nec hic sermonẽ terminauit, sed illud subiunxit: Et in domo sua, ut (mea quidem sniã) hac adiecta particula, fratres quoq; sui intelligerẽtur. Apud Lucã uero exẽpla quoq; ponuntur, qã nec Helias ad suos uenit, sed ad uiduam alienigenã: nec ab Helisæo quisquã leprosus alius mũdatus est, p̃ter alienigenã Naamã. Iudęi aũt nõ receperũt quicquã boni ab illis, neq; fecerũt, sed peregrini solũmodo atq; aduenę. Quibus dictis pra tuos eorũ mores, ac improbã consuetudinẽ à priscis defluxã tẽporibus reprehẽdit, ostẽdens nihil in ipso noui ab eis fieri. *In illo tempore, audiuit Herodes tetrarcha famã Iesu.* Rex.n.Herodes, pater hui⁹ qui pueros in Bethlehẽ crudelissimè necauit, ferè iam pridẽ expirauit. Non aũt ociosè tps euangelista denotauit, uerũ ut ceruices tyranni, qbus cæteros despiceret, oẽs intelligere possemus. Nõ.n.ab ipsis statim miraculorũ exordijs famã Iesu, sed post multũ tempus, percepit. Hmõi certè sunt qui in principatibus uiuũt. Nam quoniã fastu rerum plurimũ sibi arrogant, parui facientes cætera, rarò ea perdiscunt. Tu aũt ẽt hic animaduerte, q̃ ingentes uirtus habeat uires. Nã hic Herodes adeo Ioannem perhorruit, ut à nimia formidine uel de resurrectione philosophiaretur. *Dixit aũt pueris suis: hic est Ioannes, quem ego iuterfeci, ipse resurrexit à mortuis, & ideo uirtutes operantur in eo.* Vides nimiũ ipsum timuisse, nec ẽt hæc uerba ad alienos esse referre audet, sed uernas suos alloquitur. Sed tamẽ hęc sua opinio irrationabilis & uiolenta, &(ut ita dicã) militaris est. Multi.n.surrexerunt à mortuis, nec ullus eorũ hmõi quid unquam confecit, quãuis ambitionis simul atq; timoris hæc uerba mihi plena uideantur. Solet quippe uesanus animus repugnantia sæpe simul recipere. Lucas aũt ait, quia turbæ dicebãt, hic est Helias, aut Hieremias, uel priscorũ unus prophetarũ: quare hic quasi prudẽtius quicquã atq; uerius allaturus hoc dixit. Verisimile aũt mihi uidetur, aduersus eos q Ioannẽ esse dicebant, multi.n.etiã id de Iesu arbitrati fuerũt, illud primò Herodẽ dixisse quasi amentiæ cæteros accusantẽ, Ego Ioannẽ interfeci, cũ dicitis Ioannem hic esse? Solebat.n.dicere, ut à Marco & à Luca subintelligere possumus, Ego Ioannem decollauit fama uero signorũ iam corrobo rata surrexisse Ioannẽ suspicatur. Deindè historiã nobis euangelista contexit, nõ quidẽ principaliter: omnis.n.intẽtio eius atq; studium est, doctrinã & signa

Sup.12.b & Luc.e 11.b

H

Luc.4.c. d

3.Reg.17. a.b

4.Reg.5. d

Ca.xiiij.

I

Luc.9.a

Luc.e.9.a & Mar. 6.c

Christi describere, quare nihil aliud nisi qđ ad hoc negociũ conducat, exponit: sed hãc historiã non induxit, nisi pp Christũ, & quoniam Herodes dicebat surrexisse Ioannẽ. Marcus aũt ait, quia Herodes quã uis à Ioanne reprehenderetur, ual de tamẽ ipsum honorabat: ita inuicta res uirtus est. Narrando deinde, inquit. *Herodes enim cum tenuisset Ioannem, ligauit eũ, & posuit in carcerem propter Herodiadem uxorẽ Philippi fratris sui: dicebat enim illi Ioannes, non licet tibi habere eam. Et uolens eum interficere, timuit populum, quia sicut prophetam eum habebant.* Et cur nã nihil Ioannes hac de re mulierẽ, sed uirũ alloquitur? quia & principalior uir est, & potestas in illo erat. Animaduerte aũt quo hanc accusationẽ minus onerosam facit, quasi historiã describit, dicẽs: *Cum aũt natalitia Herodis agerentur, saltauit filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi.* O cõuiuium diabolicũ. O satanę spectaculum. O iniquũ tripudium, & mercedẽ tripudij multò iniquiorẽ. Cædes.n.omniũ scelestissima cędi excogitabatur. Et q coronari, ac laudibus in cœlum efferri merebatur, percussus securi iacebat. Qui dæmones deuicit, eius caput post cædẽ ad mẽsam afferebatur. *Saltauit*, inquit, *Herodiadis filia in medio, & placuit Herodi: unde ire iurẽrãdo affirmauit, quodcunq; petierit se illi daturum: illa uerò à matre præmonita: Da mihi*, ait, *caput Ioannis Baptistæ.* Duplex hic crimẽ est, quoniã impudenter saltauit, & quoniã adeò placuit, ut cędẽ loco mercedis acceperit. Vides q̃ atrox, q̃ insensatus, q̃ uecors est, qui iurando se obnoxiũ facit, & illi petendi potestatem concedit, & posteaquã uidit ad quantum mali res prorupit, mœrore confectus est. Atqui timuisse ipsum à pricipio scribitur. Cur igitur mœret? Quia uidelicet talis res uirtus est, ut nequã ẽt homines & admirentur ipsum, & laudent. Sed ò furiosam mulierẽ, q̃ cum adorare admiratiq; deberet Ioannẽ, quoniã ab iniuria eam uendicabat, cædẽ construit, laqueum ponit, & gratiã petit diabolicã. *Ipse autem iuramuit*, inquit, *propter iusiurandum & simul recumbentes.* Et quãobrem qđ graui? erat nõ timuisti? Nã si testes periurij habere formidabas, multò te magis metuere oportuit, tot tantos q̃ iniquissimę cædis testes habere. Verũ quoniã multos opinor criminis causam unde cædes oborta est ignorare, operę prętiũ duco id nunc discere, ut legumlatoris prudentiã uideatis. Quænã erat ergo prisca illa lex, quã Herodes cõculcabat, & Ioannes ulciscebatur? Siquis absq; liberis obierit, fratri eius uxor sua detur. An quoniã nullo solatio mors mitigabatur, & pro uita oia facere licebat? Lex promulgata fuit, ut frater uiuẽs mortui fratris uxorẽ ducat, & fœtus inde procreatus defuncti nomine appellaretur, ne domus.fallius oĩno corrueret: nisi.n.liberos defunctus reliquisset, quę res maximè mortis consolatio est, intolerabilis luctus atque inextinguibilis fuisset: idcirco tale solamen conditor legũ excogitauit, & nascituru illius noie uocari præcepit. Cum uero liberi ẽrãt defuncti, nullo modo tale matrimoniũ procedebat. Sed cur nã ita, inquies? Nam si alij uxorem defuncti ducere licebat, nonne multò magis fratri? Minimè. Voluit.n.latius affinitates euagari, ut multis modis inter se homines uincerentur. Quare igitur nõ alius q̃ frater, sine liberis defuncti uxorẽ ducebat? Quia eo pacto nequaquã defuncti fœtus putaretur. Nunc aũt si frater generaret, probabilis animos hominũ occuparet cautio, quan uis & alioq nulla necessitate alius urgebatur desun-

M

Deu.25.d

A cti domũ restituere, quod à fratre iure propinquitatis postulabatur. Quoniã igitur Herodes uxorẽ fratris cuius filia uiuebat, duxit: hac de causa Ioannes criminatur, moderatè id & cũ fiducia mãsuetudine mista faciens. Tu uero pspice qũo totum illud spectaculũ satanæ erat. Nã primum temulentia & delicijs constabat, unde nihil unquã probè factum est. Deinde spectatores omnes erant corrupti, & ille qui conuiuio pręerat omniũ iniquissimus. Tertio, uoluptas atq; licentia oĩa dicẽdi, audiẽdi, faciẽdi, maxima in ipsis erat. Quarto, puella pp quã matrimoniũ fieri non poterat, q̃ abdi atq; occultari pp contemptum matris debebat, ingreditur, oĩa palã faciens, & omnes meretrices uirgo impudentia superãs. Tẽporis quoq; ipsius inopportunitas scelus Herodis mirũ in modũ amplificat. Nã quando gratias deo agere oportebat, q̃ eũ illo die in lucẽ produxit, tunc nefandissimã cædẽ cõmittit: quãdò uinctũ ex gaudio soluere debebat, tunc ad uincula iniquissima iussu mors suo accesit. Audiatis hæc uirgines, immo uero ẽt nuptæ, q̃ in aliorũ nuptijs saltare ac tripudiare, & cõmunẽ fœminarũ sexũ deturpare non uereB mini. Audiatis ẽt hæc uiri, qui magnifica conuiuia ebrietate plena consectamini: audiatis, inquã, & diaboli barathrũ perhorrescite: sic enim omnino miserũ illũ hæc conuiuiorũ pompa oppressit, ut quẽadMarc.6.c modũ Marcus dicit, etiã iurauerit, quicquid puella peteret, & ad dimidiũ usq; regni sui se libenter daturũ. Tanti scilicet principatum suum faciebat, adeò uoluptate captus erat, ut tripudijs regna cõcederet. Miraris forsan si hæc tunc fiebãt, cũ ẽt nunc post tãtã religionis nostrę philosophiã, multi iuuenũ adeò molles eneruesq; sint, ut nulla iusiurandi necessitate urgẽte, uel animas suas tripudij gratia largiãtur. Nã à uoluptate semel uicti, quasi pecudes quò lupus trahit, cõcurrũt: qđ ẽt tunc uesanus ille patiebatur, q̃ duo maxima mente captus cõmisit. Nã & illã fũrore & temulentia concitatã, adeò, ut nihil mali p̃termittendũ duceret, dominã fecit, & iusiurandi necessitate rem confirmauit. Sed quãuis ita iniquus ille fuerit, multò tamen iniquior tyranno & puella muliercula illa fuit, q̃ omnia hæc mala cõtexuit, & quasi architectus magna uersutia totã rẽ fabricata est: quã maximas habere gratias Ioãni oportebat, hæc ad impudentissima tripudia filiã impulit, hæc cædẽ Baptistæ flagitauit, ab hac Herodes irretitus deperC Sup.10.d ijt. Vides q̃ probè illud à Christo dictũ est: Qui patrẽ aut matrẽ sup me diligit, non est me dignus? nã si hæc illa cõseruassent, nõ tot tãtas q̃ leges transgressa corruissent, non ita scelestã cædẽ perpetrassent. Quid enim hac immanitate peius excogitari poterit? cædẽ in gratiã petis, & cædẽ scelestissimã, & hoc inter cœnandũ publicè atq; impudentissimè. Nec.n. seorsum accesit, ac collocuta de istis est, sed coràm cũctis audiẽtibus, uelamine abiecto, nudo capite, diaboli usa patrocinio, petitionẽ peregit: ille comparari petitiões eius fecit, illa mẽtẽ Herodis eripuit. Vbi.n. saltus lasciuus, ibi diabolus certè adest. Nõ.n.ad tripudia hæc nobis p̃buit deus, sed ut modestè inceda mus, nõ ut impudenter camelorũ modo saliamus: nec.n.solũ fœminæ, uerũetiam cameli turpiter saliunt: sed ut in angelorũ choris consistamus. Quòd si corpus deformẽ sit impudẽter saliendo, quãtò magis animã fœdari credendũ est? His tripudijs diabolus saltat, his à dęmonũ ministris homines decipiũ-

tur. Sed petitionẽ ipsam consideremus. *Da mihi*, ait, D *in disco caput Ioannis Baptistæ.* Vides impudentiã puellæ, uides à diabolo penitus ipsam detineri? Nõ dignitatis etiã meminit, neq; uultũ demutit: sed quasi de dapibus loqueretur, sic sacrũ illud atq; beatu caput in disco afferri postulat: nec causam petitionis ullã affert, quippe nulla excogitari poterat: sed absq; ratione aliorũ calamitatibus honorari contendit: nec postulat ut corã producatur atq; interficiatur. Nec .n.ẽt ad mortẽ euntis, libertatẽ ferre potuisset, sed ex horruisset, etiã dũ necaretur, uocẽ illius. Non enim in extremo tempore uitæ siluisset: ideo da mihi, ait, in disco. Magna.n.inflammata cupiditate sum uidẽdi illã linguam silentẽ. Non enim effugere solũ illas redargutiones cupiebat, sed insultare quoq; ac illudere nacenti. Deus aũt sustinuit, nec fulgure à cœlo uibrata impudentissima facies illa est, nec terræ hiatu turpissimũ illud est absorptũ conuiuiũ. ut & iustus ille fulgentiores coronas consequeretur, & qui postea iniurią passuri essent, hoc exẽplo corroborati, æquiori animo cuncta pferrẽt. Intelligamus hæc E omnes, q̃ studiose uiuẽtes, à prauis uexamur hominibus: intelligamus hæc oẽs, inquã, deum tunc sustinuisse illũ, qui in eremo, qui in zona pellicea, qui in cilicio uixerat, qui propheta fuit, & prophetis oĩbus maior: quo nemo maior in natis mulierũ surrexit, à petulantissima puella, & impudentissimo scorto iugulari, pstertim cũ leges diuinas defenderit. Hæc cogitãtes, magno feramus animo q̃cunq; patiamur: nã & tunc polluta illa homicida tantũ efficere potuit, quãtũ uoluit, & animũ suũ superq; expleuit. Deus autẽ permittebat, quãuis nihil prorsus in illã, sed in illũ crimina Ioannes coniecit: sed habebat accusantem conscientiã suã, cuius morsibus tãquã stimulis concitata, magis bacchabatur, & in summũ dedecus oẽs detrusit, seipsam, filiã suam, defunctum maritũ, uiuentem adulterũ, & priora superare certabat. Nã si doles, inquit, quoniã adulterij crimine à Ioãne ac cuseris, ego te homicidã etiã faciã, & interfectorem accusantis conscią: Audiatis quicunq; de re incerta F iusiurandũ præstatis: nã & alijs perditionis uestræ potestatẽ tribuitis, & profundissimũ uobis barathrũ effoditis: sic enim ẽt Herodes perijt. Putauit.n.puellã in solennitate & conuiuio, in tanta celebritate gratiolã quandã festiuã, & sibi nihilominus conuenientem, non aũt caput Ioannis, petituram. Sed tamẽ nihil horũ à supplicio illum defenderet. Nam licet illa atrocissimi animi fuerit, non tamen ita facilè ille decipi debebat, ut in tyrannico imperio mulieris omnia subire uellet. Nã primũ quis non abhoruisset, sacrum illud in cœna caput propositum uidẽs sangui nẽ stillare? Sed non fuit cõmotus Herodes, nec illo sceleratior illa mulier. Tales quippe sunt mulieres oẽs, q̃ mercede corpus prostituunt, pertinacissimæ omnium atq; truculentissimæ. Quòd si nos modò hęc audiẽtes phorrescimus: quãta illos turbatione tũc cõmotos esse credimus, q̃ simul in cõuiuio recũbebãt, nup interfecti caput hominis cruẽtatũ uidentes? Sed nihil illa truculẽtissima, furijs quoq; ipsis immanior hoc aspectu passa est, uerũetiã exultabat ac lętabatur. Et quãuis ipsius aspectus flexisse ipsam debuisset, nihil tamẽ scelesta & sanguinẽ propheticũ sitiens cõmota est. Talis certè res luxuria est, non petulantes solũ, uerũ homicidas facit. Nec dubitandũ est adulterij cupidas, ad maritorũ cædẽ, quibus in-

Giuriã afferre meditantur, paratas esse atq; accinctas: nec ad unius hominis interitum solũ, uerumetiã ad oĩum, ad quos sui dedecoris infamia pertinet: cuius rei multi passim testes inueniuntur. Qđ & illa tũc fecit, putans nullũ amplius quicquã de fornicatione sua dicturũ. Euenit aũt totum oppositũ, quia maiore ac clariore uoce postea Ioannes exclamauit. Verũ malignitas quemadmodũ febricitãtes, quãdo frigidam aquã expetũt, non futura, sed psentia solũ considerat. Nam nisi accusãte iugulasset, nõ ita prædicata esset petulantia sua: discipuli. n. eius, quando in carcerẽ fuit coniectus, nolẽtes aliorũ publicare flagitia, nihil oĩno dixerunt: cũ uero iniuria interfectum doctorẽ uidissent, tũc coacti rem oẽm exposuerũt, causam ẽt ipsius cędis, nequis fortè iustiorẽ putaret, sicut in Theuda & Iuda, impelluntur explicare. Vnde patet quãtò magis quis hoc modo peccata obũbrare atq; offuscare uoluerit, tantò magis in lucem omnia uenire. Sic del ẽta non adiectione delictorũ, sed pœnitentia & cõfessione celantur. Tu aũt perpẽ de quemadmodũ simpliciter oĩa, & absq; molestia ita narrat, ut quasi defendere uideatur Herodẽ. De ipso. n. dicit, quòd tristatus fuit, sed tamen pp iusiurãdum, ac simul recumbentes: de puella uero, quoniã à matre fuit inducta, cui ẽt postea caput attulit: mulierem illam omnia hęc facinora perpetrasse. Oẽs. n. iusti, non quia quispiã deceptus patiatur, sed quia faciunt iniuriã, dolent: quem profectò uerẽ iniuriã pati dicere possumus. Nullam. n. Ioannes, sed qui mortem sibi machinati sunt, iniuriam patiebantur. Ita & nos, oro, faciamus. Non insultemus proximorũ peccatis, sed quantũ possumus, occultare conemur: suscipiamus animũ philosophia dignũ, imitemur euangelistã, qui etsi de muliere fornicatrice & homicida diceret, quantũ potuit tamen absq; ulla reprehensione narrauit: nõ. n. dixit à scelerata & uesana, sed à matre puellam admonitã atq; inductã fuisse. Ille honestissimo uocabulo matrẽ appellauit. Tu maledicis & conuiciaris proximum. Nec ita mansuete si frater unquã te irritauerit, de ipso loqueris, ut ipse de corrupta muliere. sed quasi fera bestia ira tumescẽs, malignũ diceres illũ, fraudulentũ, amentẽ, cæteraq; huiusce modi. In ferarum. n. crudelitatẽ prorumpentes, quasi de alienigena loquimur, cõtumeliantes atque uituperantes. Non ita certè sancti uiri faciunt, sed lachrymas potius pro peccatoribus fundũt, q̃ eis maledicant. Hoc nos quoq;, obsecro, faciamus: lachrymis dignã putemus Herodiadẽ, & oẽs illius imitatores. Multa. n. etiã nunc huius sympositia celebrantur, in quibus etsi Ioannes nõ interficitur. Christi tamen membra dilaniantur, multoq; grauiora cõmittũtur. Non. n. caput Ioannis qui modò tripudiant, sed animas recumbentium petunt. Cũ. n. uoluptatũ seruos effecerint, & illicitis meretricũ amoribꝰ occuparint, non caput à ceruicibus, sed animã à Christo disiungunt, enerues ac effœminatos spectatores reddẽtes. Nec audebis, rectè scio, mihi respondere, uino te sepultũ, & ebrietate superatũ: tripudio mulieris, & cantu nõ fuisse cõmotum. Moueris n. certè, & illud in te horribile perficitur, quòd Christi membra, meretricis conficis membra: etsi non asit Herodiadis filia, sed adest tibi diabolus, qui ẽt tunc in illa tripudiauit, & nunc in ista te spectatore tripudiat, & discumbentium atq; spectantiũ animas captiuas abducit. Quòd siquis potest non commoueri uidendo, sed oẽm huiuscemodi temulentiam superare: aliorũ tamen peccatis adesse, nihil aliud est, q̃ peccato se participem facere. Multis certè rapinis huiuscemodi cõuiuia plena sunt. Nam si cũ appositas uideas carnes, & ingentis placentas pretij: unde illarum rerũ copia collecta sit, cogitas, inuenies ui & rapina fuisse accumulatas. Quòd si illa nõ fuerint rapta, neq; tamẽ ẽt sic opiparæ comparata cœnæ, delictis carent, audi qualiter propheta hinc accusat: Væ qui bibitis uinũ colatũ, & unguentis pretiosis ungimini. Vides quali ter hic delicatam uitã reprehendit? Non. n. auaritiam his uerbis, sed uoluptatem accusat. Et tu quidẽ immoderatè deuoras, cũ Christus esuriat. Tu pretiosissimas placentas, ac liba, Christus uero nec siccum quidẽ frustum panis. Tu uina bibis falerna, Christo uero nec frigidę quidẽ aquæ calicem sitienti dedisti. Tu in tenerrimo lecto atq; perornato stertis, cũ Xps frigore laboret. Quare si omni ẽt auaritia conuiuia tua uacent, tamen ideo flagitiosa sunt, quia cũ immoderatè omnia facias, nec necessaria quidẽ Christo præbes, pstertim cũ rebus illius lasciuias. Sed et si orbi parentũ adolescentuli tutelas haberes, quo famescente tu rebus illius lautissimè uiueres, & mille hoies haberes accusatores, & à legibus statuta supplicia non euaderes: cum aũt diuitias Christi recepe ris, nõ putas frustra eas consumendo pœnas te aliquando daturũ? Hęc non de his dico qui scorta nutriunt: non. n. magis ad illos mihi sermo est, q̃ ad canes. Nec de auaris atq; rapacibus, nec de his qui tam suo, q̃ aliorum uentri diligentissimè studẽt: nihil. n. mihi cõe cum ipsis est, quemadmodum neq; cum porcis, aut cũ lupis: sed de his dico, qui abũdè rebus suis potiuntur, nihil alijs præbentes, de his qui paterna bona ociosè consumunt, qui oẽs grauiter accusandi sunt. Cur. n. iure non accusaberis, cũ gnatones tibi, & canes pleno uẽtre assistãt: Christus uero indignus, qui tibi assit, uideatur? Cũ histrio ad risum te mouendo abundè ac delicatè cibũ abs te sumat: Christus uero cœlorũ regnum offerendo, nec minimam quidẽ partẽ accipiat? Et ille si facetè aliquid dixerit, plenus abiit: Christus aũt qui ea docuit, q̃ nisi sciremus, nihil canib⁹ pstantiores profectò essemus, nec tantum quidẽ quantũ ille cõsequitur. Horrescis hæc audiendo? horresce (quæso) nõ uerbo, sed opere: eiice hos gnatones, suscipe loco ipsorũ Christũ. Si sale ac mẽsa tibi cõmunicauerit, mitis erit cum te iudicet: solet enim ualde mẽsam uenerari. Nec id iniuria, cum eam ẽt latrones, uenerentur, quantò magis dominus? Veniat tibi in mentem meretricis illius, q̃ à mensa ita mãsuetum Christum reddidit, ut Simonem increparet, dicens: Osculum non dedisti mihi. Quòd si hæc de negligente, Christus quid tibi retribuet fastidienti? Nec inopem fastidias, quoniã sordidus, atq; pãnosus accedit: sed recordare quia Christus domũ per illũ tuam ingreditur, & derelinquas aliquando uerborum acrimoniam, quibus semper cõfundis accedentes importunos, ociosos, cæteraq; hmõi inclamando. Cogita, oro, quando hoc dicis, quot quantasq; res tibi gnatones conficiunt, quod emolumentũ tibi, aut domui tuę afferunt. Prandiũ, inquies, suauius reddunt: qũo suaue quicquã facere possunt, qui palmis cęduntur, q turpissimè loquuntur? Quid amarius, respõde, q̃ ad imaginẽ dei factũ, pugnis lacessere, & ab hac proximi cõtumelia iucũditate affici? An non pudet spectaculum ex domo

tua facere, cõuiuio horum repleta, & scenicos imitari, cũ ingenuus uir & generosus esse uidearis? Hæc igitur suauia tu uocas, respondẽ (q̃so) pro qbus largus lachrymarum fluuius effundẽdus, pro qbus flendũ atque ingemiscendũ est? Cũq; deberes ad probã eos uitã exhortari, & rectè cõsulere, tu ad periuria, & ad turpissima uerba impellis: inanẽ hãc rem tu uocas, & uoluptatis materiã tibi pbere putas, quę gehennã tibi administrat. Cùm. n. urbanè quicquã dicere gnatones non possunt, iureiurando & periurio inde sesoluunt. Hæc tu risu, & non lachrymis & plãctu prosequenda ducis. Quis non mẽtis inops hæc diceret? Hæc à me dicta sunt, non quia prohibeã alimenta illis præstari, sed quia hac de causa nollẽ præstari. Ex misericordia. n. non ex contumelia originem alimonia trahit: miserẽsce, non derideas, nutrias q̃; quia inops est, nutrias quia Christũ in ipso nutris, non quia diabolicis uerbis cachinnũ mouet, & suã obruit uitam. Noli facié respicere ridentis, sed animũ eius cõsidera, & tunc intelliges millies sibi à seipso maledici, tunc gementem atq; plangentem uidebis. Quam rẽ si occultat, propter te quippe occultat. Adhibeas igitur pauperes homines, & liberos in cõuiuio, nõ periuros, neq; mimos. Quòd si huius ipẽdij atq; laboris mercedẽ exigere ab eis uelis, dã eis libertatem, ut si qd abs te fieri absurdè uideãt, increpẽt, admoneãt, habeãt curã domus atq; familię tuę: habes liberos, sint tecũ patres illorũ qui oẽs lucra tibi afferant, qui deo placeant, in spiritalẽ ipsos remitte mercaturam. Auxilio qs eget, patrocinare, administra, uenare pegrinos hus modis, idue nudos, necessitates dissolue proximorũ, tunc tibi alimoniæ gratiã referant: quæ tam tibi, quã illis prodesse potest, quã nullus unquã accusabit: hoc modo ẽt amicitiæ cõglutinantur. Nã & qui gratis nutriuntur, etiam si diligi uideantur, uerentur tamen quasi apud te incassum uiuentes. Si uerò aliquid conferant, & ipsi ad te facilius ueniẽt, & tu suauius recipies, atque liberius. Ita domus tibi nõ spectaculum, sed ecclesia fiet. Ita fugam inde diabolus rapiet, & Christus cum angelorum innumera multitudine ingredietur. Vbi. n. Christ⁹ est, ibi angeli sunt, ibi cœlum, ibi lux hac solari luce fulgentior. Quòd si uberiores fructus eb eis capere uolueris, iube eum aliarum rerum curam agis, diuinas ab eis legi scripturas: libentius in his tibi morem gerent, quibus tam tu quã illi honestiores efficimini, quàm in illis gnatonicis, quibus unà oẽs dehonestamini, tu quasi contumeliator ac temulentus, illi quasi miseri ac uentri seruientes. Nam qui ad contumeliam aliquos miserit, grauius quid facit, quã si occideret: qui uerò ad lucrũ & laudẽ, is magis prodest, quàm si à morte liberaret. Et modò qdẽ magis quàm fœnora ipsos contemnis, & uernæ ipsi, cæteriq; serui liberius apud te uiuũt, tũc uerò angelis æquales facies. Libera igitur et te & illos ab his opprobrijs, & gnatonum & parasitorũ omisso uocabulo, socios uitãdi appella, amicos nõ adulatores uoca. Amicitia. n. diuinitus no in malo amicorũ, sed i utilitate atq; laude inuẽta est. Illę uerò parasitorum amicitię oĩ capitali peiores inimicitia sunt. Nam multa ab inimicis lucrati sum⁹, ab istis uerò semper nobis opprobria, semper nocumenta inuehuntur. Non retineas amicos damni magistros, non retineas amicos mensæ magis, quã amicitiæ cupidos. Hi oẽs, crede mihi, nisi delicijs dirũpa ris, non erunt tibi amici. Qui uerò uirtutis gratia tecum uiuunt, erunt cõtinui, etiã si aduersa fortuna reflauerit: parasitorũ aũt genus sæpe etiam ulciscitur, prauã de hominibus æstimationem suscitantes. Nõ enim ignoro multos hinc ignauos uiros praua & falsa fama laborasse, alios malefecis artibꝰ, alicos adulterij crimine, alios aliter dehonestatos. Cũ. n. nihil faciant, & lautè apud aliquẽ frustra uiuant, uoluptatis ministri fuisse facile traduntur. Quare ne i hãc suspicionẽ deueniamus, & ut maximè deo placeamꝰ, & gehennæ supplicia fugiamus, diabolicã hanc cõsuetudinem oĩno dissoluamus: & comedentes itaq; & bibentes, ad gloriam dei omnia facite, ut ad gloriã suam peruenire possitis, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, Amen.

Homilia. l. ex cap. xiiij.

T cũ audisset Iesus, recessit inde in naviculã. Vide crebrò ipsum secedentem. Nam & quando Ioãnes traditus fuit, & quãdo interemptus, & quando Iudæi audierunt cõplures ad eũ discipulos confluere: quod fecit ut mores hominũ plurium disponat, atque gubernet: cũ nondum tempus aderat, quo deitatẽ suam manifestè uellet reuelare, qua de re discipulis quoq; dicebat, ne ulli dicerẽt, qa ipse esset Christus: post resurrectionẽ. n. suam hoc manifestari uolebat: unde non seuerus fuit in eos Iudæos, qui ante crucẽ non crediderunt, sed ad dandã ueniam paratissimus. Cùm aũt recessisset, nõ ad urbem aliquã, sed in eremũ, & cum nauigio proficiscitur, ut nemo ipsum sęqretur. Tu uerò cõsidera, quo modo Ioãnis discipuli familiariores Iesu facti sunt. Ip si enim erant, qui ociosum Ioannẽ nunciauerũt: ita cæteris oĩbus derelictis, ad Iesum cõfugiunt. Si quæ optimè differendo ab eo responsa fuerant, nõ parũ utilitatis post calamitatẽ illis attulerũt. Sed cuius rei gratia non antè recesit, quàm de interempto Ioãne nuncium acceperit, præsertim cùm oĩa uel antequã fiant non ignoret? Ideo non solũ aspectu, sed re ipsa & opere hominẽ se credi uolebat, quoniam diaboli uersutiam atque malitiam nouit, quem oĩa facturũ uidebat, ut nõ uerè homo factꝰ fuisse uideretur. Et ipse qdẽ hac de causa discesit, turbæ autẽ neq; sic remorantur, nec Ioannis interitu quicquã de se reformidant, sed sequuntur diligẽter ubiq; (dilectio nẽpe atq; amor cuncta facilè mala & terribilia depellit) ideo etiã confestim retributionẽ laboris acceperũt. *Cũ. n. exisset*, ait, *uidit, turbã multã, & misertus est eis, & curauit languidos eorũ.* Quanuis magno sudore illi sequebantur, tamen q̃ Christus sibi retribuit, omnẽ studij sui diligentiã superabãt. Idcirco huius curationis causam intensam quandã misericordiam fuisse asserit: curauit. n. omnes, nec fidẽ ut solitus fuit eorum petijt. Nam quoniã urbibꝰ relictis, incertis eum locis diligenter quærebant, ac inedia etiã cogẽte nõ recedebant, quo aĩo atq; fide in ipsum essent, latere non poterat. Cumq; famescẽtibus cibũ miraculosè allaturus esset, nõ à seipso illud facit, sed pces aliorũ expectat. Cõseruat. n. consuetudinem suam, ut iam diximus, neq; prior quasi exultãs, sed uocatꝰ atq; rogatus signa & miracula cõficit. Sed cur nã nemo ex turba de seipsis cum Christo collocutus est? Mirũ in modũ uerebantur ipsum, atq; amabãt, adeo ut uel inediã æquiori animo perferrent: sed neq; discipuli pro turba orauerunt, inperfectiores. n. adhuc erant. *Vespere autẽ facto*, ait, *accesserũt ad eũ discipuli eius, dicẽtes: Desertus est locus, & hora iã pterijt, dimitte turbas, ut*

Universidad de Deusto
Biblioteca

G *euntes in castella emant sibi escas*. Nam si post factū miraculum obliti sunt, si post sportas, cū doctrinā phariseorum fermentū appellaret, de panibus ipsum putarūt dicere: quantò minus anteaquā hæc uiderunt, nihil huiusmodi suspicati fuissent. Et quanuis præuenies, multos curauit egrotos; sic tamē adhuc imperfectiores erant, ut neq; hinc quod de panibus factū est, cogitare potuisset. Perpende igitur Christi sapientiam, quomodo ad fidem uocare uoluit. Non.n. dixit, ego ipsos pascā: incredibile enim id uideretur audientibus. Quid igitur? *Iesus autē*, inquit, *dixit eis: Non habent necesse ire, date illis uos manducare*. Nō dixit, ego eis dabo: sed, uos date: ut homini.n. solū ei administrabant, nec adhuc cōmoniti emēdantur, aut ad altiora eriguntur, uerū ut homini respōdent, dicētes: *Mar. 6.g* Nō *habemus nisi quinq; panes, & duos pisces*. Vnde Marcus quoque ait, qa nō intellexerunt quod dictum erat: erat.n. obscuratum cor eorum, quoniam humi iacebant, à seipso iam omnia peragit. *Afferte, nanque*, ait, *illos mihi huc*. Nam etsi locus desertus est, tamen qui uniuersum orbē terrarum pascit, hic præsens est: H etsi trāsierit hora, sed qui tēporib⁹ nō subiicitur, uobiscum colloquitur. *Ioan. 6.a* Ioānes autē hordeaceos panes fuisse scribit, nō superfluè, neq; ociosè id enarrās, sed deliciarum luxū Apostolorū exemplo calcandū esse instruens. Talis nempe prophetarū etiam mensa erat. *Cū igitur sumpsisset quinque panes et duos pisces, ac iussisset turbas recūbere in fœno: respexit*, inquit, *in cœlū, & benedixit: cūq; fregisset, dedit discipulis eius, discipuli autē turbis: et mānducarūt oēs, et saturati sunt: et tulerūt reliquias duodecim cophinos fragmētorū plenos. Mānducātiū autē fuit numerus quinq; millia uirorum, exceptis mulieribus & pueris*. Cur ita respexit i cœlū, & benedixit? Vt crederetur non aliunde, quā à patre missus fuisse, & quoniam illi æqualis est, quarū rerū approbationes repugnare sibiipsis uidētur. Nam æqualitas quidem, quoniam magna potestate oīa faciebat, demōstrabatur: ā patre uerò ipsum esse unde psuaderetur, nisi multa cum humilitate quæcunq; faciebat, in ipsum ita retulisset, ut ēt eū ad præclara facinora inuocaret. Propterea non alterū ipsorum semper solùm factita I uit, sed ut utraq; illa cōfirmaret, modò summa cum potestate imperij, modò inuocās patrē atq; orās, miracula peragit. Ac ne repugnantia quędā in ipsis esse uideretur, in cœlū minora pacturus respicit, cū maiora cū potestate à seipso faciat: ut uidelicet tu discas, non qā nō posset minora peragere, idcirco inuocasse atq; orasse, se ut patri honorē redderet. Nam quādo peccata dimisit, quādo paradisum aperuit, & latronem introduxit, quando legē ut author eius soluit, quando mortuos quasi à somno excitauit, mari iperauit, secreta cordiū reuelauit, oculos cæci hominis curauit; q̄ nullus nisi deus facere potest, non orauit neque inuocauit. Quādo autē panes mutiplicauit, quod multò minus erat, tūc i cœlū respexit: partim ut ea quę diximꝰ firma, stabiliaq; haberētur, partim docēs nō esse ad mēsam accedendū, quousque gratias ei agamus, qui cibū nobis p̄buit. Sed cur panes non facit ex eo quod nō est? Vt Marcionis & Manichei ipudētia ora hinc obstruātur, q eū nō esse creatorem asseuerent. His.n. operibus docet opera sua esse oīa quæ uidentur, & eū esse qui terræ fructus prębet, qui ab initio dixit: *Gene. 1.b* Germinet terra herbā fœni, & producat reptilia uiuētia animarū. Nō est certè minus, illis, nā etsi ex eo quod non est, reptilia tūc producta uidētur, ex aqs tamen fuere. Nec est minūs ex K quinq; panibus tot panes produxisse, & ex duobꝰ piscibus tam magnam multitudinē pisciū, quam aut germinasse à principio terrā, aut aquas pisces produxisse. Hoc nēpe signum erat terræ ac maris ipsum esse creatorē. Nam quoniā crebrò in singulis ægrotantibus diuinas uires suas ostendebat, uniuersale nunc beneficiū turbę cōtulit, ne spectatores solummodo aliorū multitudo salutis esset, sed ipsi quoq; in seipsis gratia fruerentur: Ita quòd Iudæis i deserto mirabile uidebatur: dicebāt qppe, Nunqd & panē potest *Psal. 77.a* dare, uel parare mēsam in deserto? idipsum opere cōficit. Propterea in eremū etiam ipsos duxit, ut & miatus, & absq; suspicione aliqua, signū & esset, & uideretur: nequis putet si uicus aut uilla propinqor esset, in de ad illā mensam aliquid fuisse conductum. Quocirca non modò loci, uerumetiā temporis atq; horæ mentionem fecit. Illud.n. hinc discimus, quanta philosophia, angustaq; disciplina uiuēdi Apostoli uiuerēt, omniū deliciarū luxū contēnentes. In duodecim nempe hominibus, quinq; panes & duo pisces repti sunt: ita quæ ad corpus pertinēt, oīa superflua & cō L temnenda sibi uidebantur: ita spiritaliū rerum tamtūmodo cura tenebantur, ut ea quoq; pauca libēter aliis tradiderint: unde docemur etiā si pauca possideamus, ipsa tamen egentibus esse cōcedēda. Nam & illi cū quinq; panes afferre ad Christū iussi essent, non clamauerūt, Nihil nobis postea relinqtur, quo nostrā inediam mitigare possimus: sed confestim nihil murmurantes paruerunt. Accedit autē ad ea quę q̄sita sunt, quamobrē ex subiecto produxit? quoniā ad fidem eos, meo quidē iudicio, paulatim attrahebat: imbecilliores.n. adhuc erāt, qua de causa etiam in cœlum respexit. Nam aliorū quidē signorū multa sibi poterant exępla proponere, huic autē simile nihil habebant. Cū ergo accepisset panes, dedit discipulis suis, honoratiores hac re ipsos cōstituēs: nec id solùm uerūetiam ut ministri rerum facti, ne dubitarent, nec obliuiscerentur eius miraculi, qa manꝰ suæ attestarentur. Qua de causa non prius eū feciſſe crediderim, quā acriore inediæ sensū turba uexarentur, quanquā discipuli accessissent, atq; rogassent, p quos M etiam multitudinē uocauit, & quorum manibus distribuit, ita singulos opere ipse uoluit p̄occupare: ad hęc panes ēt ab ipsis accepit, ut multa signi haberēt testimonia, multa miraculi monumēta extarent. Nā si etiam his oībus adhibitis obliti sunt, si hæc nō fuissent facta, quid sibi accidisset? Iubet autē i fœno discumbere, ad sublimiorē philosophiā eos instituens. Nec.n. corporibus solū, uerumetiam animis alimēta prębere uolebat. Sic & à loco: & quoniam nō plures pānes ac pisces proposiiti fuerant, & quoniam omnibus cōmuniter eadē allata sunt, & quoniā equaliter distributa. ad humilitatē, abstinentiam, charitatem mutuā, & ut oīa communia esse putarent, eos inducebat. Cū igitur quinq; panes fregisset, eosdem in quinque manibus discipulorū reddidit, ubi mirificè quasi è fonte magna copia panes atque pisces saturabāt, adeo ut nō sufficerint solū, uerūetiā superabūdauerint. Non integri quidē panes, ut ostēderent illorū panū has reliquias esse, utq; ad omnes quod factū esset, peruenire facilius posset. Propterea & esuriisse turbas permisit, ne quispiā phantasma id fuisse opinaretur. Duodecim uerò corbes abūdarūt, ut Iudas etiam corbē portaret. Potuisset autem face

A re, ut extincta fame, nihil superfluire, nec maneret: uerū
3.Re.17.c quoniam & sub Helia simile qd factum est, non ita oipotentiā eius discipuli cognouissent. Vnde adeo
Ioan. 6.b ipsum hinc Iudæi mirati sunt, ut regē quoq; cōstituere uoluerint, cū in alijs signis nūquā cōmoti fuissent. Sed qua quis oratiōe assequi poterit, qualiter panes è panibus, ut de fonte profluebant, quo multiplicabantur in deserto, qua ratione tam multis satisfecerunt? Quinq; millia.n. erant absq; mulieribus & pueris. Magna profectò laus multitudinis illius, cū & fœminæ & pueri unà cū uiris oī labore contempto, se querentur. Sed illud prioribꝰ minus nō est, quo tātæ reliquiæ factæ sunt, ut æquales numero corbes, nec plures neq; pauciores discipulis exæquarentur: quos quidē fragmentorum corbes nō turbis, sed discipulis tradidit. Imperfectior nāq; multitudo erat q̄ discipuli. Signo aūt facto, statim ad nauigium ascendere discipulos iussit, ac in ulteriorem ripā traiicere, quousq; ipse turbas dimitteret: ut si p̄sentia sua phantasmatis suspicionē, nō ueritatis certitudinem ipsis p̄beret, absentia magis corroborarentur, cū monumenB ta signi, & testimonia miraculi secū habētes, traiicerent: Quātus ēt, quādo cūq; maiora faciebat, turbas à discipulis, & seipsum ab hoībus dirimere solebat. Docet quippe nos nunquā inanem multorum gloriā esse aucupandā, neq; multitudini semp adhærendum. Iussit uerò atq; coegit nauigium ascēdere, quoniam magno suæ amore p̄sentiæ discipuli detinebā tur, & occasione quidē turbæ mississe uidetur. Iussit aūt ut in montē ipse solus ascēderet, ut nos discamꝰ non semper cum multis esse conuersandum, neque semper multitudinē sugiendā, sed alterutrum esse faciendum. Discamus igitur ēt nos Christo adhærere, non corruptibilium harum rerū p̄mio, ne Iudæorū exprobremur more: Quæritis.n. inquit, me, nō quia signa uidetis, sed quia panibus saturati fuistis. Quapropter nec crebrò id signū, sed uix semel ac iterum operatus est, ut doctiores oēs redderet, nō esse uentri seruiendū, sed iugiter ac semper in spiritalibus cōmorandum. Sic igitur faciamus: q̄ramus panem diligenter illum cœlestem, quo accepto, oīum seculariū rerum curam proiiciamus. Nam si illi domo, patria, C propinquis oībꝰ neglectis, i desertis morabātur, nec urgente inedia recedebāt: quid facere nos oportet, qui in tali, tantaq; mensa recumbimus? Maiorem certè afferre nos philosophiā debemus, & spiritalia sem per petēda. Nam & illos accusari uidemus, non quia pp panes, sed quia propter id solùm, atq; principaliter eum quærebant. Caueamus igitur: nā si quis magna & mirabilia dona negligit & parua diligētius sectatur, ita illa magna perdit, quēadmodū si illa secta tur, hæc quoq; parua sibi accedūt. Magnis.n. parua, non econtra, in accessionem data sunt. Hæc aūt caduca & instabilia, etiamsi maxima in se uideantur, tamen illis collata, parua & uilia cōperiuntur. Nō ergo his studeamus, sed tam possessionē, q̄ priuationē
Iob 1.d indifferētem arbitremur, Iob illū imitantes, qui neq; cùm hæc adessent uehementius his detinebatur: neque cū, abessent, ualde q̄rebat. Pecunię certè chrema ta Græca lingua dicūtur, qa nō fuffodere, sed uti pro bè eis debemus, cū chraomę Græcè, Latinè utor dicamus. Et quemadmodū artificiū unusquisq; propriā artificij sui scientiam nouit, sic diuites nō fabricare, nec ædificare, nec texere, nec gubernare, nec aliud hmōdi sciunt, nec scire debent: illud suum artificiū atque studium est, ut diuitijs rectè uti non debeant D ignorare. Non est.n. certè ars illa contemnenda, qua discunt opulenti cōferendum indigentibus esse. Præcipua.n. est, & aliis artibꝰ multò p̄stantior. Huius artis officina in cœlo est, huius nō à ferro, neq; ab ære instrumenta sunt: sed uoluntate sola, ac benignitate mentis cōstructa. Huius magister Christus est, & pa ter eius. Sitis misericordes, iquit, sicut & pater uester *Luc. 6.f* qui in cœlis est. Quodq; mirabilius est, cū ita ceteras artes antecellat, non opus est labore, neq; tpe, sed sola uoluntas sufficit ut perdiscatur. Sed conspiciamus etiam finē istius artis. Quis igitur finis huius est? Cœlum, & q̄ in cœlo felicissima atq; beatissima sunt, ineffabilis illa gloria, spiritales thalami, fulgentissimi lapides, conuersatio ęterna cū sponso, cæteraq; hmōi, q̄ nulla oratio, nullum flumen ingenij potest assequare à fine quoq; multò excellētius hoc cæteris artificiis est. Nam cùm complures aliarum artium ad hanc solummodo uitā cōferant, hæc ēt ad futurā uitam nos ducit. Quòd si cōmodissimis & necessarijs in hoc seculo artibus tantùm p̄stat, utputa medicinæ, ædificatoriæ, cæterisq; hmōi: quantò magis aliis E excellat, quas nec artes quidem, siquis curiosius inuestigat, appellabit? Nunquā.n. ego superfluas atque ociosas artes uocabulo artis esse dignas putabo. At enim ars coquorū nobis prodest, immo uerò ad qd non obest, cùm tam corpori q̄ animo non mediocriter officiat? Matrem.n. oium egrotationum atque passionum, deliciarū. fusum, magna pompa constipatam, in medium adducit. Neq; pingendi artē, aut numulariam, artes ego nominarim, quippe cū nihil conferant necessariarum rerum, quibus uita nostra continetur: artes constructiuæ sunt. Propterea mens diuinitus nobis data est, ut artificia inueniamus, qui bus facilius atq; honestius uiuere possumus: qui uerò animalia in tabulis pingunt, aut in pānis intexūt, respondę, quæso, ad quid conducunt? quas ob res & à texentibus, & ab his qui calceos consuunt, multa sunt circūcidenda: Necessitate nāq; superata, ad delicatissima atq; supflua artes peruenerunt, quod ædifi catoria quoq; ars passa est. Sed quēadmodū ipsam quousq; domus nō theatra cōstruit, & in domibus necessaria nō supuacanea cōponit, artē appello. Tex F toris artificiū quousque pānos uestitui necessarios *Ars.* texit, nec araneas ita imitatur, ut multa ridicula inserat, artē nō are soleo. Similiter calceamentorum sutores, donec necessarios faciūt calceos, artificis uocabulo largior: cū uerò uirorum calceos mulieribus *Artifex* adaptant, & econtrà. tūc quia utriusque sexū eneruāt, superfluā immo uerò maleficā artē appellamus. Nec ignoro quia multi pusillanimi q̄rere, ac ualde me curiosum esse opinātur, nec uerò idcirco hæc p̄termittā: nā etsi parua hæc peccata uideātur, ac ideo negligantur, maiorum tamen delictorū causas nobis prębent. Sed qd minus peccatū ueniri poterit, inquiēs, q̄ ornatos, & quasi resplendentes habere calceos, ac pedibꝰ ita inhęrentes, ut nulla inde ruga cōficiatur? quod nec peccati quidē appellatione notādum est. Vultis igitur ut largas orationi habenas mittamus, ac dedecus huius rei prę oculis ponamꝰ? Sed nolite (oro) irasci, imo uerò ēt si irascimini, parua mihi cura est, nō. n. ipse, sed uos huius leuitatis causa estis, q cū nec peccata quidē ista putetis, ad reprehendendū acrius tale iniuriæ genus impellitis. Agè igitur diligētiori usi examine, quale malum hoc sit, uideamus:

G Quantum uobis dedecus esse putatis, cũ serica licia calciamẽtis uestris, q̃ nec uestibus quidẽ uir probus unquam subtexerit, diligenter inseritis: quãtis hoc digniu cachinnis arbitramur? Quòd si huic nostræ sententiæ nõ acquiescitis, audiatis Paulũ quãta hæc cũ acrimonia rephẽdat, & authoritate ipsius turpitudinẽ rei cognoscite. Quid igitur hac de re Paulus scribit? Nõ implicationib⁹, inquit, auri, aut margaritarũ, nec uestimento precioso. Quam igitur uenia habere poteris, cũ neq; uxori tuæ, iubẽte Paulo, precioſe uestes permittãtur: tu calceos luxuriosissimè polias, ac ita cõstruas, ut nimiũ attẽtus ad ridiculosa dedecora esse uidearis? Nõne uides naues fabricari, eligi remiges, uela dari uentis, maria nauigari, ac mercatores patria & liberis relictis, ac uita contẽpta, & fluctibus cõmissa, ad extremas Barbarorũ partes mille piculis puenire pp serica hæc licia, ut tu. calceis tuis ipsa inseras, quibus te ornatiorẽ esse putes? Dic, oro, quid hac curialitate amentius? Non erãt ueterũ certè hmõi, sed uirorũ calcei curialitatẽ quandam ostẽdebant. Quare ipse timeo ne tps ueniat, in quo adulescentes apud nos uestib. atq; calciamentis sine pudore aliquo mulierũ utantur. Illud aũt molestius diſ serendum est, quòd iuuenũ parẽtes cũ indifferẽtem hanc rẽ censeant, nõ increpent, nõ expostulẽt. Vultis ut afferã quod grauissimum mihi uidetur, in quo de decore uos pecunijs abutimini? Cũ inedia multi laborent, inops carne igitur, tum esuriens Xps ac nudus in medio uestri uersetur, catenis ẽt uinctus non nunquã, uos sericũ calceis inseritis. Ipse cùm discipulos suos legibus instituebat, nullos illis calceos permittebat: nos aũt nõ dico nudis pedibus, sed uiriliter calceatis deambulare non patimur. Qua turpitudine atq; risu quid peius fiet? Magnam. n. animi mollicie hoc ostẽdit, magnã leuitatẽ unà cũ curiositate temeraria. Nã quãdo rebus poterit, qui tãtis defluit luxurijs diligenter uacare? quãdo aiæ suæ curam habebit? immo uero, quando sẽ oĩno habere aĩum cognoscere t? pusillanimis. n. omnino est, atque abiect⁹ qui hæc admiratur. Atrox. n. atque crudelis, qui hac de causa pauperes negligit. Virtutis quoque penitus expers, qui studium suũ ad hæc contulit uniuersum. Nam qui gloriam serici, qui florẽ coloris, qui ad aureos intextus curioſẽ perſpicit: quando in cœlum suſpiciet, quando illam pulchritudinem admirabitur, qui tincturas istas reſpiciens, & ad terrã flexus altius se non potest erigere? Tu uerò ad terrena quasi porcus diaboli artibus pſuasus deuolueris. Hæc. n. oia ille excogitauit, ut illa tu beatitudine priuatus, & ad hæc miſerrima detrudaris. Ita deus qui cœlũ tibi offert, à diabolo serica tibi licia offerente supatur: imo uerò nec ista offert diabolus, opa. n. hæc ẽt dei sunt, sed mollitiẽ luxũ, atque maleficas artes, quibus oppreſsi adolescentes aſpicere terrã cogũtur: qui cœlorũ philoſophiæ ſtudere iuſsi sunt, magis calceis suis gloriãtur, quã si nouas res atq; inauditas geſsissent. Digitis. n. pedum subleuatis deambulant in plateis, nimio plerũq; inde mœrore cõfecti, in cœno in hyeme, aut puluere in æstate, ne uestimenta & calcei sui maculẽtur. Quid facis homo? aĩam hac luxuria ĩ cœnum comiecisti, eã in terra negligis detineri, & calciamentorum tanto mœrore angeris: diſcas usum ipsorũ, & tanti ea facere pudebit. Adinuenta. n. certè sũt, ut lutum & oẽs terræ sordes audacter cõculcemus. Quòd si tu ab huiuſceuodi labe mũda cupis calcia menta seruare, ceruicib⁹ tuis, aut capiti connecte. Ridetis hoc audientes, mihi aũt lachrymãdum potius uidetur, cũ ſtudia in his rebus uestra, & uesaniã considero, cumq; intelligã corpus uos malle luto, q̃ calceos deturpare. Ita puſillanimi, ac penit⁹ molles hinc iuuenes efficiuntur, erunt ẽt auidi non minus. Nam qui uestibus, calceis, cæterisq; hmõi ualde inhiare soliti sunt, cũ multa in his rebus consumãt, magno indigent pecuniæ cumulo: quòd si acciderit, ut ambitioſum ẽt, & ostentatorem patrẽ quiſpiã habeat, tũc uerò hac turpiſsima captus cupiditate, acriorib⁹ seruitutis uinculis coarctatur: ſin uerò auarũ, cogitur ad alia peiora confugere, ut ſibi pecuniã ad impendia iſta conquirat. Hac ratione multi ex adoleſcentibus ætatis florẽ perdiderũt, & gnatones atq; paraſiti diuitum cõſtituti, ut hmõi cupiditatẽ, atque aĩum suum expleant, turpia nimium miniſteria ſubierunt. Quòd igitur auarus, effœminatus, puſillanimis atq; ocioſiſsimus ſit, & ad oẽm luxuriã pronior qui hæc optat, manifeſtũ ex iſtis ſecimus: quòd aũt ẽt crudelis, ac inanis gloriæ cupidus, quis unquã nõ inſanus dubitabit? Crudelis enim eſt, quia cũ uideꝛit pauperem, tanta ſui ornatus cura detinetur, ut nec aſpexiſse quidẽ uideatur: ſed auro quidem atq; serico ſeipſum ornat, pauperem aũt fame deperire ſinit. Inanis uerò gloriæ cupidus eſt, qui uel minimarum rerum gloriam aucupatur. Ego qppe ſic arbitror, Romanorum nunquã imperatorẽ fuiſſe, qui ſe tantũ pp trophæa ſua iactaret, quantũ luxu perditi adoleſcentes cæſarie in modum pilę tonſoris ope circũducta: nec pudet alienis artificũ operibus gloriari. Quòd ſi aliorum artificio ſe iactant, quid facerent ſi quicquã magni de ſeipſis pſtarent? Adderem alia his grauiora, at hæc uobis ſatis ſunt: ſed mihi opus eſt orationẽ iam renunciare. Longior autẽ pp contentionis cupidos fui, qui nullum his rebus committi delictum arbitrantur. Et quãuis non ignorem plurimos adoleſcẽtum tanta huius paſsionis temulentia mente capi, ut nullam uerbis meis attẽtionẽ præbuerint, nõ fuit tamẽ conſilium ſilentio hæc pterire. Nam patres eorum, niſi mente capti ſint, uel inuitos filios ad meliorem cogent uitã trãſire. Nemo ergo mihi dicat nihil eſſe hoc, aut minimũ, etenim idipſum iam pridẽ cuncta deiecit. Quippe qui paruis in rebus magnanimos, & ornamentorũ cõtemptores filios reddit, is ẽt in magnis probatiores inueniet. Quid enim elemẽtorum doctrina humili⁹? Hinc tamẽ rhetores, hinc eloquẽtes, hinc philoſophi eruuntur. Et qui elementa ignorãt, maiora pcipere nequeunt. Quare nõ ad iuuenes ſolũ, uerũetiam multo magis ad puellas & mulieres hæc dicta eſſe uelim: q̃ eò magis ſpectãtur, quò uirginibus & mulieribus honeſtatis decus magis cõuenire uidetur. Quamobrẽ q̃ ad adoleſcẽtes diximus, ne rurſus eadem reuoluere opus ſit, uobis quoq; dicta putate. Sed iam tps eſt ſermonẽ orãdo concludere. Orate igitur uniuerſi nobiſcũ, ut adoleſcẽtes baptiſmatis lauacro renouati, honeſtè uitã pducant, & ad maturam ſenectutem perueniant. Nam qui luxurioſẽ ac malè uiuũt, eos ſenes fieri nõ expedit: qui uerò in adoleſcentia morib. cõſeneſcunt, eos oro ad extremã uſq; uiuere ſenectutem, & liberos ſui ſimiles procreare, quorũ uirtute deus gaudeat: qui utinam non iſtum ſolũ ornatus morbum, ſed oẽm animi perturbationem radicitus ex uobis reuellat. Nam quẽadmodum ager diu nõ proſciſſus, ſic iuuẽtus neglecta

Curioſitas ueſtimentorũ uituperatur.

1. Timot. 2.c

Sup.10.b Mar.6.a. & Lucæ 9.a

A ſyluescit, ac paſsim ĩnumeras uepres producit. Ignis ergo ſancti ſpiritus immittendus eſt, quo improbis cupiditatibus cõcrematis, noualia excolamus q̃ ſpiritalia ſemina poſsint ſuſcipere. Quod ſi nũc apertè fecerimus, iuuenes nobis ſenibus erunt modeſtiores: quod certè aduiratione dignum eſt, ut in adoleſcentia diligens fulgeat moderatio. Nã qui modeſtus eſt in ſenectute, eũ cũ ætate plurimum iuuetur, non magnã ſuæ modeſtiæ mercedem arbitror habiturum: illud uerò mirum eſt, ut in fluctibus & procellis tranquillitate fruaris, & in medio fornace non ardeas, & in iuuenta nulla corrũparis luxuria. Hæc igitur memoria tenentes, beatum illum Ioſeph, qui
Ge.39.bc ſummis temperantiæ laudibus coruſcauit, diligẽter imitemur, ut unà cum illo fulgentiſsimas conſequamur coronas. Quibus utinã omnes potiamur, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & imperium nunc & inſecula, Amen.

Homilia. li. ex cap. xiiii.

T dimiſſa turba aſcẽdit in mõtẽ ſolus orare, &c.

B e Cuius rei gratia in montem aſcendit? Certè ut nos eruditi, cũ orandum deo ſit, tunc eremo ac ſolitudine nobis maximè opus eſſe. Propterea igitur crebrò deſerta petit, & ſolus orans plerũq; pnoctat, ut eius exemplo tã à tẽpore, q̃ à loco tranquillitatẽ orãdi quæramus. Tranquillitatis quippe mater eremus eſt, quietus portus, oĩs turbatiõis expultrix. Et ipſe quidẽ his de cauſis aſcẽdit in montẽ, diſcipuli uerò iterũ procellis & fluctibus uexãtur,
Sup.8.c & tẽpeſtate nõ minori, q̃ prius exagitantur, niſi quia tunc in nauigio ſecũ dominus erat: nũc uerò abſentia domini deſolati, hyemis acerbitate iactãtur. Paulatim. n. ad maiora ipſos ita ĩducebat ut excelſo cũcta perferre animo diſcerent: idcirco præſens quidẽ erat in primo periculo, ſed dormiebat, ut non lõgè ſalutem abeſſe crederent. Nunc uerò firmiorem illorum animũ faciens, cũ omnino abſit tempeſtate ipſos per totã noctem laborare patmittit, ut hyemis & teporis terrore perculſi magis ipſum deſiderarẽt, & firmã eius atq; perpetuã memoriã retinerent. Pro
C pterea nec confeſtim periclitantibus ſuccurrit, ſed quarta uigilia in mari ambulans uenit ad ipſos, eruditos nos, nõ à ſe citò ſolutionẽ calamitatũ quærendam, ſed magno animo aduerſa perferenda. Verum quoniã iã confeſtim ſe liberatum iri crediderũt, tũc maior eis timor calamitatũ erat. Hoc uerò nũc obſeruat, ut quando urgentia mala expulſurus ſit, tũc grauiora & terribiliora inducat: quod ẽt tunc accidit. Ad hyemis. n. terrorẽ nõ minor à uiſu terror acceſsit: propterea nec tenebras omnino diſſoluit, nec ſe ſtatim manifeſtauit, ut quod dixi periculorũ frequentia fortiores redderentur. Hoc & in Iob factũ fuiſſe uidemus. Nã cũ tentationi ſinẽ allaturus eſſet, tunc moleſtiora fieri pmiſit, non dico de liberorum
Iob.4.8 & 13. morte, nõ de uerbis uxoris, ſed de ſeruorũ atq; amicorũ opprobrijs. Similiter quãdo de peregrinationis
Gene.31. c.d afflictione Iacob illũ liberabat, maior turbatio accidit: ſocer. n. eũ perſecutus, mortẽ minabatur, & paulopoſt frater ſucceſsit, q maiorẽ illi timorẽ incuſsit. Nã quoniã ferre iuſti homines non poſſent, ſi longo tẽpore, atq; acerrimè tẽtarentur, cũ pericula eua ſui ſint: tunc ut maiora mereantur, maiora inferri
Gene.22. a.b permittit certamina. Id etiã in Abraham factum nõ ignoramus: ultima. n. atq; terribilis illa tentatio fuit, qua immolatione filij angebatur. Sic. n. quæ intolerabilia ſunt, tolerari poterũt, ſi iuxta tentationũ finẽ illata uelociter diſſoluantur. Hoc igitur tunc ẽt factum uidemus. Nec. n. prius ſe Chriſtus reuelauit, q̃ magnitudine terroris ſuperati una omnes uoce clamitaſsent. Qua ex re? Lætior. n. atq; gratior præſentia eius illis apparuit: cũ enim clamaſsent, ait: *Statim locutus eſt Ieſus ipſis, dicens: Habete fiduciam, ego ſum, nolite timere:* His uerbis timor omnis ſolutus, fiduciæ ac certæ ſpei locum reliquit. Nam cũ uiſu ipſum nõ cognouiſſent, partim propter noctis tenebras, partim ẽt quia nunquã auditũ fuit ſup aquas hominẽ ambulaſſe, uoce ſeipſum manifeſtauit. Quid igitur Petrus, q ſemp feruẽtiſsimus fuit, & ubiq; antè alios præſiliebat? *Domine*, inquit, *ſi tu es, iube me uenire ad te ſuper aquas.* Non dixit, ora & deprecare deũ, ut uenire poſsim: ſed, iube ut ueniã. Vides q̃ uehementer arderet? uides quãta fides ipſis ẽt tunc eſſet? Et certè ſæpenumero, quia maiora petit q̃ uires ſuæ poſtularent, in periculum incidit, & nunc amore, & nõ oſtẽ
E tatione expulſus immenſa petijt. Nemo. n. ita ut ipſe Ieſũ amabat, propterea nec dixit, iube ut ſup aquas ambulem: ſed, iube ut ad te neniã. Pariter ẽt poſt reſurrectionẽ fecit. Non. n. potuit alios expectare, ſed feruore uictus pcurrit, non charitatẽ ſuã ſolũ, uerũetiã fidẽ oſtendens: quia. n credebat, non tantũmodo Chriſtũ ſuper mare ambulare, uerũetiam alijs id poſſe concedere, auſus eſt hoc petere, ut cũ eo citius eſſe poſſet. *Ipſe aũt dixit, Veni. Et cũ deſcendiſſet de naucula Petrus, ambulabat ſuper aquas, ut ueniret ad Ieſum. Videns uerò uentũ ualidũ, timuit: et cũ cœpiſſet mergi, clamauit dicens: Domine ſaluum me fac. Et continuò Ieſus extendens manũ, apprehendit eum, & ait illi: Modicæ fidei quare dubitaſti?* Hoc priore multò mirabilius eſt, ac ideo poſt illud ẽt conficitur. Cũ enim inde patuerit in maria ipſum habere imperiũ, tũc mirabilia peregit. Prius. n. uẽtis ſolũmodo imperauit, nũc uerò & ipſe ambulat, & aliũ ambulare ſup maria facit: qd ſi ab initio feciſſet, nõ ſimiliter certè Petrus (non. n. tantã fidẽ adhuc habebat) mari ſe cõmiſiſſet. Quãobrẽ igitur Chriſtus iuſsit? Quia ſi dixiſſet: Petre nõ
F potes, ille amore concitatus cõtendiſſet: ideo re ipſa eũ deterret, ut modeſtior poſtea fieret. Ille aũt non potuit ſeipſum detinere, ſed deſcendit: & timore uictus, fluctib⁹ obruebatur. Et timor qdẽ à uir procellarũ, periculũ uerò à timore originẽ cœpit. Ioannes
Ion.6.c aũt ait, qa uoluerũt ipſum in nauigiũ accipere, & cõfeſtim nauigiũ uenit ad terrã, ad quã ibat, idipſum certè ſignificans, ita cũ terræ applicaturus eſſet, de nauigio aſcẽdit, & ad Ieſum, ibat, non tãtũ gaudẽs, quia ſuper mare ambulabat, quãtũ quòd ad Ieſum itinere mirabili ueniebat. Ita quod maius erat, ſuper maria. ſ. de nauigio confidenter deſcendere, magno animo fecit: ut aũt uentorũ, & impetu fluctuum, qd erat minus, ſuperatus timuit. Naturæ quippe humanæ hæc conditio eſt, ut difficilioribus nonnunquã ſuperatis, ſuccumbat in minoribus, quod ẽt Helias & Ezechiel paſsus eſt, Moſes in Aegypro, Dauid in
3. Re. 19. Bethſabee: & nũc Petrus terrore tẽpeſtatis tota no-
Exo. 2.b. ctẽ uexatus, magna cũ fiducia, in aquas deſcẽdit: ad
2 Re.11.a uentorũ aũt impetũ animi magnitudinẽ retinere nõ potuit, præſertim cũ iam propè Chriſtum eſſet. Nihil certè prodeſt loco iuxta Chriſtum eſſe, ſi fide nõ ſis. Hac de re quantũ intereſt inter magiſtrũ & diſcipulũ patuit. Hinc cęteri ſolamen cõſecuti ſunt. Nã ſi in duob⁹ fratribus cõmoti fuerant, multò magis id

G moleste tulissent: nondum.n. gratia spūs corrobora
ti, facilè mouebantur: gratia uerò accepta, non tales
Gala.1.b & Acto. 2.e.f. nempe fuerunt, sed ubiq; primatū Petro p̄bent, & in
concionibus eū anteponūt, quāuis cæteris rudior ui
deretur. Sed cur nā nō imperauit uentis, ut cessaret,
sed ipse manu extēsa accepit eū? Quia uidelicet fide
ipsius opus esset. Cùm.n. nosipsi fide deficimus, tūc
dei patrocinia retardantur. Vt ergo ostēderet non à
procellis, neq; à uentis, sed à modica fide sua ipsum
euerti, ait: Quid hæsitasti modicæ fidei? Nisi.n. labe-
factatus in fide aliquo modo fuisset, & uentis facilè
restitisset: idcirco manu cōprehendens eū, confirma
uit uento spirāte, qui donec firma fides erat, nihil no
cere potuit. Et sicut cū anteq uolare queat, si nido
pullus exierit, in terram decidat, mater uelociter ra-
ptum in nidum restituit: sic tūc Xps in Petro peregit.
Sup.8.d. Et *cùm ascendisset in nauiculam, cessauit uentus.* Et prius
quidē dicebant, qualis est homo hic, quia uenti obe
diunt ei: nunc aūt non ita. Nam qui erant in nauicu-
la uenientes, inquit, adorauerūt eum, dicentes: *Verè
filius dei es tu.* Perpende qūo paulatim ad sublimius
H oēs adduxit. Nam et quia ipse ambulauit sup maria,
& quia alium ēt fecit ambulare, & quia ipsum à peri
culo liberauit, non parum eorū fides creuit. Et prius
quidē imperauit mari, ut quiesceret: nūc aūt nō sic,
sed alio quodam multo mirabiliori pacto oīpotēn-
tiam suam ostēdit. Vnde in fidē ducti: uerè filius dei
es tu, dicebant. Non igitur increpauit dicētes, immo
uerò econtrà uerba eorū cōfirmauit, cū maiori po-
testate q̄ antea ueniētes ægrotos curauit. *Et cū trans
fretassent*, ait, *uenerunt in terram Genesar. Et cùm cogno-
nissent eum uiri loci illius, miserunt in uniuersam regionē
illam, & attulerunt ei omnes malè habentes, & rogabant
eum, ut uel fimbriam uestimenti eius tangerent. Et quicun
que tetigerunt, salui facti sunt.* Nō.n. quemadmodum
prius ad domos suas ipsum trahebāt, nec manū ta
ctum quærūt, nec imperia eius uerbis edita, sed ma
iore fide altioreq; philosophia curatiōē morborum
Sup.9.c consequebantur. Ita mulier q̄ fluxū sanguinis patie-
Matt.5.c batur, rectius philosophari oēs eruiuit. Vt aūt ostē
deret euāgelista magno tpis interuallo illuc Xpm re
disse, ait: Quia cū cognouissent eum uiri loci illius,
I miserunt ad oēm regionem, ut ægrotos ad eum of-
ferrent. Sic longa tpis spatia nō modò non debilita-
runt fidem illorum, uerūetiam in maius desiderium
extulerunt. Tangamus ergo ēt nos simbriam uesti-
menti eius, immo uerò totum. Ipsum.n. si uolumus,
non uestis solū, sed corpus ipsius nobis propositum
est, non ut tangamus solummodo, sed ut comedamus
& saturemur. Adeam⁹ igitur Xpm singuli ægro
tantes magna cum fide. Nam siqui simbriam uesti-
menti eius tunc tetigerunt, rectè oēs conualuerunt:
quantò magis corroborabimur, si totum in nobis
habebimus? Cū fide aūt accedere, non est ut tantū-
modo propositū corpus recipias, uerūetiam multò
magis, ut mūdo corde tāgas, ut sic adeas quēadmo
dū ad ipsum Xpm. Quid.n. si uocē ei⁹ nō audis? nō-
ne uides iacentē, immo uerò & loquentē per euāgeli
stam ipsum audis? Credite igitur oēs, quia ēt nunc il
la cœna celebratur, in qua Christus ipse recūbebat.
Nihil quippe interest inter illam & hāc: Nō.n. hæc ab
homine, illa ab ipso conficitur. Quando igitur sacer-
dotem corpus tibi præbere uideris, noli sacerdotis,
sed Christi manū ad te porrigi arbitrari. Nam quem
admodum in baptismo nō à sacerdote baptizaris,
sed à deo caput tuum in uirtute uisibili tenetur, non K
ab angelo, nullus.n. prorsus id facere pōt: ita etiam
nunc. Cùm.n. homo regeneratur, solius dei hoc mu
nus est. Nonne uides eos, qui post hāc uitā sibi filios
adoptant, qūo nullo pacto rem seruis committunt,
sed ipsi p̄sentes in iudicio cuncta peragunt? Sic deus
nō angelis hoc munus cōmisit, sed ipse p̄sens iubet,
ac dicit: Ne uoces patrem in terra, nō ut parentes cō *Inf. 23.d.*
temnas, sed ut oībus illum anteponas qui te creauit
& adoptauit. Qui.n. maius, id est animam suam pro
te posuit, quare dedignabitur suum tibi tradere cor-
pus? Audiamus igitur tā sacerdotes q̄ alij, q̄ magna,
q̄ admirabilis res nobis cōcessa est. Audiamus, oro,
& perhorrescamus: carnes suas nobis tradidit, seip-
sum immolatum proposuit. Quam igitur satisfactio
nē offeremus, cū tali patibulo nutriti peccemus, cū
agnum comedentes in lupos cōuertimur, cū ouinis
carnibus saturati, ut leones rapiamus p̄sertim cū id
sacramentum nō à rapina solū, uerūetiam ab omni
suspicione inimicitiarum mūdum semper seruare iu
beamur? Pacis.n. sacramentum est hoc sacramentū,
inquisitioni pecuniarū & simoniæ nō conuenit. Nā L
si ipse sibi gratia nostri nō pepcit, quo supplicio non
erimus digni, si aīæ non parcimus, pro qua Christus
seipsum tradidit, & pecunijs parcimus? Et Iudæis qui
dē singulis annis beneficiorū suorū monimēta post
festos dies deus proposuit, tibi uerò quotidie ipse ne
obliuiscaris proponitur. Noli ergo crucē uerecunda
ri: hæc.n. sunt decora nostra, hæ sacramēta, hoc or
namur dono, hoc gloriamur: nec si cœlum, si terrā,
si maria dixero à deo creata: si prophetā, si angelos
missos quicquā huic æquale offerā. Hoc certè caput *Rom.8.f*
bonorum est, quia proprio filio nō pepercit ut fugi-
tiuos seruos seruaret. Null⁹ ergo Iudas, nullus Simon *Mat.27.a*
hanc mēsam adeat, quorū uterq; æris cupiditate pe- *Acto.8.a*
rijt. Quare fugiamus, oro, hāc foueā, neq; putemus
satis esse nobis ad salutē, si cū uiduas, & orbos parē-
tum spoliaueris, aureum calicē & gēmis ornatū huic
mēsæ offeras. Vis hoc sacrificiū honorare? aīam tuā
offeras, pp quā Christus immolatus est, eā aurea
facito. Quòd si aīa plumbea testa æris est, quid tibi
proderūt aurea uasa? Nō igitur laboremus ad aurea
uasa offerēda solū, uerūetiam multò magis de iusto M
labore acq̄sita offeramus. Hæc.n. aurea sunt & ptio
sa, q̄ auaritia nō maculantur: non.n. auri uel argenti
fusorium, sed angelorum celebritas ecclesia est. Ani-
marum ergo munditia opus est, pp quas etiam uasa
hæc deus recipit. Et cettè non erat ex argento illa
mensa, nec ex auro ille calix, quo Xps discipulis san-
guinem p̄buit suum: p̄tiosa tamen erant oīa, & uene
rationis plena, quia spiritu abundabant. Vis corpus
Christi honorare, nō despicias ipsum nudū: ne ⁊ hic
quidē in ecclesia sericis pānis induas, foris aūt frigo-
re, ac nuditate confici negligas. Qui.n. dixit, Hoc est *Infr.26.a*
corpus meum: & rem simul cū uerbo cōfecit. idem *& Marc.*
dixit: Esuriētem me uidistis, & nō cibastis. &, in quā *14.c*
tum nō feciſtis uni eorū minimorum, nec mihi feci- *Infr.25.d*
stis. Hoc certè corpus Xpi nō amictu, sed aīa munda
indiget: illud autem multa cura, & magna diligentia
eget. Perdiscamus igitur Xpm Iesum philosophari, &
ipsum ex uolūtate sua honorare: nā qui honoratur,
eo maximè honore lætetur, quem ipse uult, nō quē
optamus. Sic & Petrus honorare Christū credebat,
si eum à lotione pedum prohibuisset: quod certè cō *Ioan.13.a*
trarium erat. Pariter tu etiam ita eū honora, ut ipse

A uult, expone diuitias tuas pauperib⁹. Nō est opus ua
sis, sed animis aureis. Hæc dico, non qa uetare uelim
talium uasorū oblationem, sed quia dignum putem
ante oīa misericordiæ, ac benignitati esse incumbē-
dum: nā & uasa deus suscipit, sed illa multò magis si
bi gratiosa sunt. Et uasa quidē danti solū profuerūt,
benignitas uerò etiā accipienti. Et hic quidem ostē-
tatio nonunquā potest accusari, ibi uerò totū mise-
ricordi animo attribuitur. Respondē, q̄so, quæ nam
utilitas est, si cū mēsa eius multis calicibus aureis or
natur, ipse inedia pereat? Prius igitur ipsum esurientē
satura, deinde ex quadā superbundantia mensam e-
tiam eius ornabis. Calicem aureū facis, & aquę frigi
dæ calicē ei non p̄bes: & quod hinc emolumentū
conseqtur? Coopertoria mēsæ auro nitent, & ipsi ne
cessaria uelamina negas: quid igitur ipsi p̄bes? Dic,
oro, si quē fame pereuntem uideres, nec cibo soluere
necessitatē sibi curares, sed multo argento ac auro
mēsā exornares: quas putas illū gratias tibi habitu-
rū? Quid porrò si frigore cōgelatum hominē aspice
B res, nec uestē aliquā ei p̄parares? si aureas statuas ad
laudē eius erigeres, nonne contemnere uidereris? Ita
te oportet in Christo etiam cogitare, cū errabūdus
& pegrinus circumuagetur, tecto indigēs, tūc tu ip-
sum quidē non suscipis: uermiculato emblemate pa
uimēta ornas, magnificos muros cōstruis, colmna-
rū capita erigis, lychnos ab aureis laquearibus depē
dere facis: ipsum uerò nec uisitare quidē curas in cer
ceribus uinctū. Nec prohibeo magnifica templa cō
dere, sed prius illa facere moneo, imo uerò illa iquā
facere moneo: nemo.n. quia templa magnifica non
cōdiderit, unquā accusatus est: at uerò gehēna, ignis
inextinguibilis, supplicia dæmonū imminent, nisi qs
diligenter illa peragere uelit. Cū ergo ædes exornes,
noli afflictum fratre despicere: hoc.n. tēplo multò
principalius est: nā & illud infideles, reges & tyranni,
& latrones capere possunt. Quicquid benignè in fra
trē feceris, nec diabolus ipse potent unquā eripere,
Infra 26. & Marc. 14.a sed manet thesauris ęternis reconditū. Quare igitur,
inquies, ipse dixit: Pauperes uobiscū semper habetis,
me autē semper non habebitis? Propterea etiam cen
seo misericordia liberaliter esse utendū, qa non sem-
C per, sed in præsenti tantūmodo uita ipsum esurientē
habemus. Quòd si sensum cupis illius textus uniuer
sum p̄discere, scias illud nō esse aduersum discipulos
dictū, quāuis ita uideatur, sed imbecillitati mulieris
accommodatū. Nam cū adhuc imperfectior esset,
ne uerbis discipulorū quasi perperàm faciens turba
Ibidem retur, ad confirmādā ipsam hęc dicta sunt. Vnde pro
ea respōdens, intulit: Quid labores tribuitis huic mu
Infr.8.d lieri? Nam quia ipsum nobiscū semper habemus, ali-
bi manifestauit dicens: Ecce ego uobiscū sum omni
bus diebus usq; ad consummationē seculi. Ex qbus
omnibus patet, nō alia de causa Christū ita dixisse,
nisi ut tenera militia, atq; tūc primò uirescēs discipu-
lorū fides increpatione crescret. Non confugiamus
ergo ad ea, q̄ tūc aliqua de causa dicta, tēpori accō-
modata fuerunt. sed oīa quę in scriptura siue noua,
Luc.11.f. Ose.6.c. & Matt. 9.b siue uetera, de misericordia & benignitate scripta
sunt, diligēter lectitātes, magno studio huic rei incū-
bamus. Hæc.n. à peccato mūdat. Date, inqt, miseri-
corditer, & oīa uobis munda erunt. Hæc sacrificio
Act.10.a maior est: Misericordiā, inquit, uolo, & nō sacrificiū.
Infr.25.a Hęc cœlos aperit. Orationes, inqt, tuæ & misericor-
diter facta tua conscenderunt in memoriā in cōspe-
D ctu dei. Hæc magis necessaria, quā uirginitas est: te-
stantur uirgines, quarū aliæ huius rei diligēti cura sū
sceptæ, aliæ expulsæ à thalamis negligētia sunt. Quę
oīa colligētes, feminemus in benedictionibus, ut co
piosa nobis messis afferatur & futura bona cōsequa
mur, gratia, & misericordia domini nostri Iesu Chri
sti, Amen.

Homilia, lij, ex capite. xv.

Vnc accesserūt ad Iesum à Hierosolymis scribæ et
t pharisæi, dicentes: Quare, &c. Tūc, inquit, quā
do scilicet inumera signa operatus est, quā-
do tactu solūmodo fimbriæ multos curauit ægro-
tos: propterea.n. euāgelista notauit tēpus, ut magnā
eorum malitiam ostenderet. A Hierosolymis autem
ait scribas illos & pharisæos fuisse, quoniā p omnes
tribus ī duodecim partes erāt disseminati: ac nequio
res alis Hierosolymitanos fuisse nō est dubitandū,
quia cū maiores honores consequerentur, plurimū
sibi arrogabant. Tu autē considera, qūo abipsa in-
terrogatiotione capiuntur: nō enim dicunt, cur legē
Mosi, sed cur traditionē seniorum trangrediuntur.
Vnde patet multa fuisse à sacerdotib⁹ inouata: & q̄-
uis Moses magno terrore cōminatus fuerit, nequid E
addant, aut auferant. Non.n. adijctis ad uerbum, *Deu.*
ait, qd ego dico uobis hodie, nec auferetis ab eo. plu
rima tamen noua induxerunt. Ex qbus illa erāt, ne il
lotis comederēt manib⁹, calices ac uasa ænea & seip
sos baptizarēt. Cūq; oportuisset eos progessione tē-
poris huiuscemodi obseruationes cōtenere, plurib⁹
ac maioribus seipsos coarctauerunt. Ita cū timerēt
ne principatū amitterent, ceu legūlatores, ut maio-
res uiderentur, plurima inouarūt. Quæ res ad tantā
peruenit nequitiā, ut præcepta sua magis, quàm dei
mandata custodirentur, adeò ut iā iure reprehendi
uiderētur, q obseruationes suas negligebāt. Qua ex
re duplicem culpā cōtrahebāt: nā & innouatio ipsa
non paruum erat crimen, & quia nullā de mandatis
dei curā facientes, obseruationū contemptores ulci
scebātur, maximi delicti obnoxij erant. Prętermisis
ergo cæteris, quod p̄cipuū sibi uidebatur, id in me-
diū afferūt, ut si quoquomodo possent, ad irā eum
incitarent. Quocirca de senioribus etiā mentionem
faciunt, ut si eos despicere uideretur, quasi uictū, iā F
atque confusum tenerēt. Sed cōsideratione dignum
est, cur illotis manibus discipuli māducarent. Cuius
igitur rei gratia sic comedebāt? nō studiosè, atq; da-
ta certè opera, sed serijs atq; necessarijs apprimè attē
dētes, superflua & inutilia facilè spernebāt, ita ut nul
lam haberent legē lotis aut illotis manibus comede
re: ex tēporis opportunitate alterū faciebant. Nam
qui alimēta necessaria plerunq; negligebāt, quomo
do his minimis animū dedissent? Quoniā igitur sæ-
pius illotis manib⁹ nulla obseruatione comederēt:
ut quādo in deserto, ut quādo spicas incidebāt, idip
sum pro crimine illi obijciūt: qa grādia semper negli- *Sup.14*
gētes, maxima de friuolis cura solicitabantur. Quid *& 12.a*
igitur Xps? Non restitit eis, neq; causam discipulorū
dixit: sed statim recriminatus est ut audaciam eorū
reprimeret, atq; ostenderet non oportere illos q de-
linquūt in maximis pro paruis aliorū criminibus a-
deo moueri, ut diligētiores eorum trutinę subijcere
uelint. Non.n. accusari debet, qui accusandus nō est.
Tu autem diligenter perpende qūo quandocūq; le-
gale aliq̄d soluere uolebat, excusationis quodā or-
dine illud fecit: quod hoc loco factū uidemus. Non

G enim ad transgressionis crimẽ subitò uenit, nec friuolum esse id atq; supstuũ dicit, ne audientes magis inflãmarentur: sed prius maiora in caput illorũ crimina ingesit, deinde ferocitatẽ retrudit. Nec dixit rectè ipsos facere, qui non dei, sed legem hominũ contemnunt, ne rephendendi ansas ipsis pberet: neque rursus perperã discipulos suos facere cocesit, ne legẽ ipsorũ approbaret. Nec seniores tãquã iniquos & sceleſtos accusauit, ne quasi cõiciatorẽ ipsũ auersarẽtur. Verũ omnibus his neglectis, aliã quandam & altiorem uiã peregit: & uidetur quidẽ hos, qui hæc discipulis imponebant increpare, pũgit uerò eos q hęc quasi legalia tradiderũt. Ita quanuis nullã de senioribus fecerit mentionẽ, istos tamẽ accusando, ita illos deiecit, ut duplex id esse crimẽ ostẽderet. Primò, quia deo non parerent, deinde quia hominũ gratia id facerẽt. ac si diceret, Hoc inquã uos perdit, quia senioribꝰ ubiq; obtẽperare uultis. Nõ aũt exprimit aptè, sed occultius id significat, hoc modo respondẽdo:

H *Quare etiã uos trãſgredimini mandatũ dei propter traditionem uestrã? deus enim dixit, Honora patrẽ tuũ et matrẽ tuam: et qui maledixerit patri, uel matri, morte moriatur: uos aũt dicitis, Quicunque dixerit patri uel matri, munus quodcũq; est ex me tibi proderit: et non honorabit patrem suũ, aut matrẽ suã, et irritũ feciſtis mãdatũ dei propter traditionẽ uestrã.* Nõ dixit seniorũ traditionẽ, sed uestrã: nec quia seniores, sed quia uos dicitis, ut minus molestior sermo uideretur. Nam quoniam transgressores legis discipulos ostẽdere conabãtur, idipsum eos re uera facere ostendit, & discipulos ab hoc crimine uindicauit. Nõ. n. habet authoritatẽ legis, qđ ab hominibus adinuentum est: quocirca nõ legẽ, sed traditionem hoium iniquissimorũ traditionem appellat. Verũ quoniã nõ erat illa traditio legi contraria, q̃ lotis manibus comedere iubebat, aliam legi contrariã in medium adducit: quod n. dicit, tale quid est: Pietatis simulatione despicere parẽtes adolescentes fuerunt eruditi. Quo pacto? Siquis parens à filio ouem flagitaret, aut uitulum, aut hmõi aliquid, pmonitus à scribis & pharisæis filius respondebat: Quod à me in utilitatẽ tuam pater petis, dono iam deo promissum est, ac ideo dare non possum: ita dupliciter peccabant, Nam neq; deo offerebant, & parentes oblationis noie deridebant. Parentes igitur quasi gratia dei, & deum parentum nomine contemnebãt. Non intulit aũt id anteq̃ legem diuinã recitasset, qua ostẽditur q̃ maximè deo placeret, parẽtes à liberis honorari. Honora enim, inquit, patrem tuum, & matrem tuã, & eris longæuus in terra. Item, Qui maledixerit patri aut matri, morte morietur. Christus aũt determinatum his qui parentes honorant pmium promisit, & horribile contemnentibus genitores supplicũ posuit, ut perterriti, cõminatione legis resipiscerent. Morte nãq; digni facilè occiduntur. Nam siqui uerbo parentibus iniuriantur, morte plectãtur: quo supplicio digni estis, qui re ipsa & opere uiolatis? Nec solùm id uos facitis, uerũetiam alios instruitis. Qui ergo capitali supplicio digni estis, qũo meos discipulos criminamini? Non aũt mirum est, si ita me quem nõ cognoscitis, ac meos repellitis, cũ aduersus patrẽ talia machinati sitis. Ita ubique & dicit, & ostendit à contemptu patris hanc arrogantiam originẽ traxisse. Nonnulli aliter id exponunt, donum quodcũque ex me tibi proderit: id est, nullum honorem tibi debeo, sed dono tibi datum sit, si à me honoratus fui

Exo. 20. c et Deut. 5 b.

Exo. 21. c &. Leu. 20. b. & Prou. 20 c.

sti. Sed huius contumeliæ nullam Christus mẽtionem fecisset. Marcus ẽt liquidius fecit sic dicẽs: Corban quodcũq; tibi proderit. Corban uerò nõ donũ, non munus, sed oblationem Latinè possumus dicere. Cũ igitur demonstrasset, non iure illos qui legem dei conculcent, alios reprehendere, quòd seniorum instituta non seruãt: prophetica ẽt authoritate idipsum approbat, & aduersus confusos ui maiori inuehitur: quod ubique facit, scripturã in medium producens, ut eius authoritate consonum se deo atq; concordẽ ostendat. Quid igitur ait propheta? *Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum lõgè à me est: incassum uerò colunt me docentes mandata, & doctrinam hominũ.* Vides ad unguẽ prophetica uerba euangelicis conuenire? Vides à priscis tẽporibus maligitatẽ ipsorũ esse prædictam? quod enim Christus postea criminabatur, id Esaias multò antè prædixit, quia scilicet deum quidem spernent: incassum enim inquit, me colũt. Magnã uerò curam de seruanda sua doctrina habebant: docentes. n inquit, mandata & doctrinã hominum. Iure igitur doctrinam non dei, sed hominum discipuli mei non seruant. Ita tamen moraliter eos certis rationibus perculit, & rebus ipsis sua sentẽtia prophetica authoritate accusationem eorum in maius extulit. Nihil iã ad illos qui emendari non poterant, sed ad turbas refert orationẽ, sublime quoddam, & perfectiore philosophia plenũ dogma introducens, sumptaq; occasione maius illud ex hac opportunitate cõstruit, uniuersam ciborũ obseruationẽ eijciens. Et pspice quãdo. Quando leproso mũdato sabbatũ dissoluit, quando terrę & maris dominũ esse res ipsa ostendit, quãdo peccata remisit, quãdo mortuos excitauit, quando multa iã deitatis suæ testimonia extabant, tũc de cibis disputat: nec id iniuria. Vniuersus Iudaismus hac re cõtinetur, qua refuta ta totus facilè refutatur: hinc qppe ostẽditur circũcisionẽ quoque soluere oportere. Sed non principaliter de circuncisione quicquã induxit, quoniã cùm multò antiquior esset alijs mãdatis, maiore hominũ existimatione seruabatur, sed discipulorũ legibus eã postea soluit. Nẽpe adeò magna res uidebatur, ut cùm postea discipuli eã deiecturi essent, magna dispensatione atque tractatione ad dijciendã indiguerint. Sed uideamus qualiter legem induxit: *Cùm aduocasset* (inqt) *turbas, dixit eis: audite & intelligite.* Ita non simpliciter qđ uult enunciat, sed sonoroſe prius attẽtiores ad audiendũ facit, quod eo denotauit euãgelista, quia dixit: Cũ aduocasset turbas: quanuis etiã opportunitate ipsa multo attentiores reddebãtur. Postea. n. quàm pharisæi & scribæ confusi sunt, posteaquã prophetica turbæ authoritate illos cõdẽnari audierunt, tunc legẽ proposuit, est iam facilius omnia q̃ dicebantur possent suscipere. Nec solùm aduocãdo eos, uerumetiam uerbis attẽtiores facit, dicens: Intelligite, id est attendite, atq; aures erigite. Si. n. istis auscultastis institutis suis tradentibus, multò magis par est me audire, qui ad uerã uos opportunè prophetiã induco. Nec dixit friuolam esse obseruationẽ ciborum, atque inanem, nec quia non rectè fecerit Moses, qui hæc præcepit, nec quia condescendens hæc scripserit: sed quasi admonẽdo, atque consulendo à conditione ipsarũ rerum testimonio sumpto, inquit: *Non quod intrat in os coinquinat hominem, sed quæ ab ore procedunt.* Ita secundum rerum ipsarum naturam legem ponit, & sententiam profert.

Hæc pha-

Mar. 7. b.

Esa. 29. d

Act. 19. b

Infrà. 17. a

Exo. 20.

Tomus secundus.

A Hæc pharisei ac scribæ audientes, nec contradixerũt quidẽ, nec dixerunt: Quid tu ais, cũ deus de obseruatione ciborum millies præceperit, tu contradicis? Sed quoniã iam uehemẽtius refutati, atq; reiecti fuerant, non solũ quia confusi, tiertumetiam quia q̃ dolosè intendebant, aperuit, & arcana mentis suę reuelauit: cũ silentio recesserunt. Tu aũt considera quomodo nondum manifestè pp infirmitatem multitudinis contra obseruationem ciborũ inuehitur. Non enim apertè dixit cibaria, sed ea q̃ intrant non coinquinant hominẽ. Quod nõ absurdè de illotis ẽt manibus accipi potuisset. Tanta quippe cura obseruatio ciborum defendebatur, tanta existimatione hominum muniebatur, ut uel post resurrectionem Petrus dixerit: Non domine, quia nunquam cõe, aut immundum quid comedi. Nam etsi aliorum gratia hæc dicebat, & ut satisfactionẽ ad accusantes præpararet, cum se contradixisse ostẽderet, nec quicquã efficere potuisse: magnam tamen mõstrat de hac re curam, & opinionem hominum fuisse. Ideo & Christus non apertè dixit cibaria, sed q̃ in os intrãt. Cũq; B circa hmõi sermonis finem clarius id expressisset, illis tamen uerbis expressum obduxit, atq; obumbrauit, dicens: illotis aũt manibus manducare non coinquinat hominem. Ita uisus est hoc orationis exitu de illotione manuũ cuncta disseruisse. Quocirca nõ dixit nulla cibaria q̃ comedit homo, inquinãt eum: sed quasi de re illa disputans, q̃ intrãt dixit, ut illi omnino confusi, nec mutire quidem possent: hęc igitur audientes, inquit, scandalizati sunt, non turbæ, sed pharisæi. *Accedentes enim, inquit, discipuli eius dixerunt ei: Scis quia pharisæi audito hoc uerbo scandalizati sunt?* Et certè nihil aduersus eos dictum erat. Quid igitur Christus? Non soluit scandalũ illorũ, sed increpauit, dicens: *Omnis plãtatio quam non plantauerit pater meus cæleſtis, eradicabitur.* Sciebat. n. quando coeminenda, & quando non contemnenda scandala erant: quippe alibi ait, Sed ne scandalizemus eos, mitte hamum in mare. hic aũt: *Simite illos, cæci sunt, & duces cæcorum. Cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.* Hæc aũt discipuli dixerunt, non quia solum pro illis dolebant, uerumetiam quia ipsi quoq; C aliquantulum turbabantur, neq; audentes de seipsis hoc dicere, quasi condolentes alijs certiores fieri nitebantur: quod ita esse facilius credideris, si ardentem illum, & ubiq; cæteros præuenientem Petrũ audias: paulò enim pòst accesit ac dixit: *Edisſere nobis parabolam hanc.* Ita & si turbationem, atq; imbecillitatem animi non omnino reuelauit, tamen quia parabolæ petebat explanationem, commotum se esse ostendebat. Quid igitur Christus? *Omnis plantatio quam non plantauerit pater meus, eradicabitur.* Quod de lege dictum esse Manichæi contendunt: sed ea q̃ præcesserunt, ora ipsorum penitus obstruunt. Nam si de lege hoc dictum est, quo superius acerrimè pro lege ipsa pugnabat, dicẽs: Quare mandatum dei pp obseruandas traditiones uestras trangredimini? Quomodo etiam prophetam in medium induxit? Non igitur de lege, sed de illis ipsis, ac de traditionibus suis hæc disputat. Præterea si à deo dictum est: Exo. 20. honora patrem tuum, & matrem tuam: quomodo non est plantatum à deo, quod à deo dictum est? à sequentibus aũt etiam patet nõ de lege, sed de ipsis, & traditionibus dictum esse. Quippe cũ subiũxerit, duces sunt cæci cęcorum: ita legem ab omni accusa-

tione uindicauit, & ad illos oẽm culpam traiecit: qđ D si de lege illud dictũ esset, dixisset utiq;, dux est cęcus cæcorum. deinde multitudinem ab eis disseparans, quæ per doctrinã illorũ ad interitum ueniebat, ait: *Si cæcus cæcum ducat, uterque in foueam cadet.* Magnum quidem malũ est, siquis cæcus est: quòd si talis quispiam existat, non solũ doctorem aspernetur, uerum etiam ipse si ducis locũ retineat, multiplex culpa cõtrahitur. Si enim periculosum cæco est, ductore carere: multò periculosius profectò erit, si alijs quoq; loco ducis uelit prędesse. Quid igitur Petrus? Nõ dicit, quid hoc est qđ proposuisti, nec tanq̃ iniquum reprehendit, ne cõmotus putaretur, sed quasi de obscuro dicto interpretationẽ desiderat. Quòd uerò non obscuritatis causa, sed scãdalizatus, quærebat, locus ipse in quo nihil obfuscatũ latet, ostẽdit. Quocirca & increpatur à Christo dicẽte: *Adhuc uos etiam amentes estis?* Nam turbę forsan intellexerunt, q̃ dicebantur, ipsi uerò scandalizati, primò quidẽ quasi de pharisæis dolentes occultius discere uoluerunt? deinde posteq̃ cõminantem ipsum, atq; dicentẽ audierunt: Quia oĩs plantatio, quã non plantauerit pater meus E cœlestis, eradicabitur: &, duces sunt cęci cęcorũ: depressi atq; coarctati tacuerunt. Sed ardor Petri silere non patitur. quid igitur dicit? Edissere nobis parabolam hãc. Christus uerò uehemẽtius increpat, dicẽs: Adhuc uos sine itellectu estis? nondũ. Cl̃hęc intelligitis. Hęc dicebat & reprehẽdebat, ut à præoccupatione animos illorũ eriperet. Ideo non hic finẽ fecit, sed alia quoq; adiecit, dicens: *Quoniam omne quod intrat in os, in uentrem uadit, & in secessum emittitur: quæ autẽ procedunt ex ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, blasphemiæ, falsa testimonia, & hæc sunt quæ coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominẽ.* Vides quanta uehementia atq; acrimonia utitur, ab eo qđ natura duce solet fieri ad utilitatẽ ipsorum, q̃ dicta sunt cõprobans. Cũ. n. dixerit, in uẽtrem uadit, & in aluuũ emittitur: iuxta Iudaicã deiectionẽ adhuc ad illos respondet: Non. n. permanet, inquit, sed egreditur, ac certè etiamsi permaneret, nullo modo imundum redderet. Sed nondũ id æquo animo audire poterant. Propterea & legislator tanto dimittit tempore, quanto intus maneat: cũ aũt egressum fuerit, nõ amplius ita: in sero deniq; lauari iubet, ac mundum esse, digestionis ac expulsionis tẽpus diligentius examinans. Quæ aũt cordis sunt, inquit, non solũ cum intus locata sint, uerumetiam egressa contaminant. Primũ aũt prauas posuit cogitatiões, quod maximè Iudęorũ erat: nec adhuc à natura rerum, sed à partu uentris & cordis redarguit, quia hęc remaneant, illa minimè. Nam q̃ deforis ingrediuntur, foras rursum expelluntur: q̃ uerò intrinsecus oriuntur, hęc & cum intus sint, & multò magis cũ exierint, maculãt. Hæc ita dicit, quia nondũ poterant altiora conuenienter recipere. Marcus aũt scribit, quia hæc ad purgãda ci- M. 7. c baria dixerit, non tamen expressit, quia talibus uesci nõ maculat animã. Non. n. potuissent ita clarè id dictum æquo animo perpeti, ac ideo illico subiunxit: Illotis aũt manibus manducare, non coinquinat hominem. Discamus igitur, obsecro, q̃ nam ea sint, quibus turpiter homines fœdãtur. Discamus, oro, & fugiamus: in nonnullis enim iam ecclesijs hunc morẽ corroboratum uidemus, ut diligenter multi stu-

G deant, quō manibus loti, candidis induti uestimentis, in ecclesiam ingrediantur: quō aūt animam atq; mentem suam puram, atq; desęcatam offerant deo, nullā prorsus habēt curam. Hæc dico, nō quia lauare os aut manus prohibeam: sed quia non aqua solum lauare os uelim, uerūetiam, ut ęquius est, omni uirtutis numero. Sordescunt quippe manus homicidio, cęterisq; opationibus prauis: os aūt maledictione, blasphemia, contumelia, uerbis iracundis atque obscœnis, dissoluto risu, atq; scurrilitate. Si ergo nullius horum tibi cōscius es, neq; his maculis obscœnus, ingenti accede fiducia: sin aūt millies his sordibus te deturpasti, cur icassum laboras? cur aqua os, atq; linguam diligenter lauas, pernicioſam uerō, atq; pestiferā maculam ipsorū non abstergis? Dic sodes, si stercore manus, atq; cœno illitas haberes, auderesne ita sordidus orare? Minimè, inquies. Atqui hoc nullū tibi damnū afferret: illud omni peste pernicio sius est. Quō igitur ea, q̄ indifferentia sunt, uereris: q̄ aūt certā perniciem habent, ex desidia abiicis? Quid igitur? an nō est orandū, inquies? Orandū quidē tibi est, sed nō sordido, neq; ita deturpato. Sed si casu lapsus fueris, inquit, quid faciendū censes esse? Deterge maculas tuas diligenter. Quo pacto? Largas effunde lachrymas, ingemisce, misericorditer pauperibus de tuis offeras. si iniuriatus cupiam es, satisfacias abūdè, recōcilia te illi, & ne magis oratione tua deus irritetur, deterge linguā oraturus. Nā siquis pedes tuos stercore sordidatis manibus supplicando tangeret, nō modò nō exaudires, uerumetiā calcibus expelleres. Quō igitur audes tu hoc modo deū orare? nam qui orat, quasi manu lingua utitur, qua genua dei supplicando attingit. Nolite igitur ipsam maculare, ne deus ad uos dicat: Si multiplicaueritis deprecationem, nō exaudiam uos. Vita. n. & mors est in manu linguæ: &, ex sermonibus tuis iustificaberis, atq; condemnaberis. Magis igitur uertice ipso capitis linguā tuā custodias, regius quidē equus est lingua nostra. Si ergo ei frenū immiseris, doctrina tua gradariū feceris, ascendet in eum rex, & quiescet in eo: si aūt nullo fræno domueris, sed huc atq; illuc infrenē iactari permiseris, diaboli eam uehiculū feciſti. Tu uerò eo die quo liberis legitimè operam dediſti, quanuis crimen illud non sit, orare tamen nō audes: conuiciatus aūt atq; contumeliatus, quod gehennā tibi præparat, antequā teipsum mundes, manū ad cœlū tollis: dic quæso, quō non inhorrescis? An non audisti Paulum dicentē, honorabiles esse nuptias, ac lectū incontaminatū? quòd si ab incontaminato resurgēs lectulo times ad orādū accedere: cum in diaboli lectulo sis, cur horribile dei nomen audes inuocare? Diaboli quippe lectus, est omne cōuicium, atq; ira, quasi pernicioſius quidā adulter, occulta uoluptate cū animo adulteratur, & ex pernicioſo spermate diabolicas inimicitias parit: contraq; matrimoniū oia peragens, eos qui pacis uinculo in unū coarctantur in multas dirimit partes, cum matrimonium in una duos carne coniungat: nec coniunctos solū dissepa rat, sed ipsum et animum scindit & lacerat. Quare ut liberè deum adire possis, coniunctionē hanc atque adulterium furoris quasi rabidum canē procul ab animo tuo extermina. Sic Paulus etiam iussit: Leuantes, inquit, sanctas manus absq; ira & disceptatione. Nolī igitur pati linguam sordescere: quo enim pacto pro te deprecabitur, si libertatem propriam amittat? Orna eam humilitate atq; modestia, dignā fac deo qui per eam rogatur, repleas ipsam benedictionibus, repleas misericordiæ muneribus: possumus enim etiam uerbis misericordiæ opera efficere. Melior, inquit, est sermo q̄ datio. &, respondē pauperi pacifica in mansuetudine: omni tempore diuinarū legum narratione ipsam politiorem facere coneris. Omnis enim narratio tua, inquit, ī lege altissimi sit. Sic dispositi atq; affecti ad regem accedamus, & ad genua eius procidamus, non corporis solum, uerūetiam multò magis mentis atq; animi figura. Veniat nobis in mentem quem adire constituimus, & pro quibus, & quid facturi adimus, quem Seraphin aspicere nequeunt, quem terra contremiscit, qui lucē inaccessibilem habitat. Adimus aūt, ut nos à tormentis gehennæ uindicemus, ut peccatorum indulgentiam impetremus, ut intolerabiles pœnæ dissoluantur, ut cœlos, & q̄ ibi bona sunt, consequamur. Concidamus igitur tam corpore q̄ mente, ut ipsę iacentes nos erigat: oremus humiliter ac māsuetè. Sed qs ita miser, inquies, ac ęrumnosus, ut dum orat, humilis atq; mansuetus non sit? Ille certè qui maledictionibus & furore plenus orat, qui inimicos persequitur. Nam si uis accusare, teipsum accusa: si uis acutā atq; uolubilem ad eneruanda peccata hominis linguam habere, tua delicta sedulò recense: nec quid alius, sed quid tu aduersum teipsum feciſti, enarra. Id enim maximum malū tibi est, quod tu perpetrasti. Nemo enim potest iniuriam tibi inferre, prętere te ipsum. Quare si iniuriatos tibi persequi cupis, teipsum primo inuadas, nullus enim prohibet: nā si aliū aggredieris, maiori iniuria pressus iacebis. Quas uerō iniurias alterius aduersus te dicere potes, quia tibi scilicet alius conuiciatus est, alius te percussit, alius tua rapuit, alius in pericula iniecit? Sed nō est hoc iniuriam pati: uerū si uigilanter inspicimus, non paruo emolumento iuuari: non. n. qui passus est, sed qui fecit, iniuriam patitur. Omniū certè malorum hęc causa est, quia nec intelligimus quidē quis facit, & quis patitur iniuriam. Nam si rectè intelligeremus, non iniurijs nosipsos uexaremus aduersus aliū orantes, cum certiores essemus, neminē in terris posse nobis officere: non. n. tua rapi, sed aliena te rapere, tibi malum est. Quare si rapuisti, acerrimè teipsum accusa: sin uerò alius tua rapuit, non parua tibi sedulitate orādū pro illo est, qui tibi maximè profuit. Nā & si nō ea mente fecerit, plurimū tamen tibi cōtulit, dūmodo tu uiriliter, ac magno animo perferas. Illum quippe tam hoies, q̄ diuinæ literæ miserantur: te aūt qui patienter iniuriam pertulisti, & corona donāt, & æternis præconijs laudant. Quemadmodū. n. siquis febricitans, plenū frigidissima uas aqua rapuerit ab aliquo, & cū pestiferam bibendi cupiditate expleuerit, morti seipsum tradiderit, nō eū unde aqua rapta est, sed eum qui rapuit accusamus, & sibiipsi iniuria tum censemus: sic certè de auaris atq; rapacibus cogitare debemus. Peiore nanq; isti febri laborantes, alienarum rerū rapina habēdi cupiditate inflammātur. Si quisquis etiam furore concitus, gladio à latere cuiuspiam rapto, seipsum occiderit: nonne qui rapuit, sibiipsi iniuriā intulit, cū is à quo ensis raptus fuit, nulla sit uexatus iniuria? Hoc ipsum ergo in pecuniarum quoq; rapina fieri iudicemus. Sicut enim periculosissimum est furioso, si ensem teneat: sic diuitiarum cumulus auaro perniciosus, immo ue-

Esa.1.d
Prouer.18.d
Sup.12.c
I
Heb.13.a
1.Tim.2.b

A rò etiā multò magis. Insanus enim ille mucrone ad seipsum conuerso, à furore liberatus quieuit: rapax uerò atque auarus posteaquam semel seipsum percusserit mille indies uulneribus laceratur. Non. n. potest à cupiditate seipsum rapiēdo uindicare: sed quātò plura, maioraq; ulcera sibi præparauerit, tanto inconsideratius ad alia ruit. Hæc igitur nobiscum quotidie uersantes, magno hunc mucronem studio fugiamus, inhorrescamus istam insaniam: non parum faciemus si aliquando, quanuis tardè, ab hac libera ti, temperiem colemus. Non enim minus hæc uirtus modestia potest appellari, quàm illa cui hoc uocabulum uulgò accōmodatur. Ibi enim aduersus unā cupiditatem certatur, hic multæ ac uariæ cupiditates extirpandæ sunt: nihil est quippe amentius, nihil deterius eo, qui pecuniæ seruit. Dominari uidetur, cū seruiat: imperare cæteris credit, cum à uilissima metallorū sibi materia imperetur: uinculis seipsum uehementius coarctando gaudet, cum ferocior propter maiorem rerum copiam aduersus ipsum bestia insurrexerit. Lætatur tunc in cupiditate uinctus, gau
B det & exultat: cúmque à rabido isto auaritiæ cane opprimi se uideat, nec uinculis arcere, nec inedia eū consumere parat, sed largiora ei pabula præbet, quibus & fortior factus, maiore ui aduersus miserū insiliat. Hæc igitur omnia cogitantes, dissoluamus uincula quibus ligati sumus, iterimamus atrocissimam hāc feram, quæramus remedium morbi, liberemus nos à furore: ut quiete animi serenissima, & sanitate potiri, ad tutissimum securúmque deducamur portum, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, Amen.

Homilia liij. ex capite xv.

Tegressus inde Iesus, recessit in partes Tyri et Si
Mar.7.c e *donis.* Marcus autem ait, quia cum in domum uenisset, latêre non potuit. Quamob rem autē in illas partes profectus est? Quoniam obseruationem ciborum contemnendam esse docuit: tunc recto itinere ac ordine progrediens, gētibus ēt
Act.10.b ianuam aperit. Sic & Petrus, cum soluere has obseruationes iussus esset, tunc ad Cornelium missus fuit. Si uerò quispiam dixerit, & quo nam modo cùm di
C scipulis iniūxerit, dicens: In uiam gentiū ne abieritis,
Sup.10.a ille ipse abijt? Primùm illud adducemus, quia non tenebatur ipse, quæ discipulis seruāda præcepit, omnino conseruare: deinde quia nō ut prędicaturus illuc accesit, quod denotauit Marcus dicēs, quoniā & occultauit seipsum, & non latuit. Et quemadmodum
Mar.7.c rerum cōsequentia postulabat, ne ad gentes primū proficisceretur, sic nō erat humanitatis, ultrò uenientes repellere: nam si fugientes sequendi sunt, multò magis sequētes expectandi. Cōsidera denique omni beneficio dignam mulierem fuisse: non autem ausa fuit in Iudæam abire, quādo seipsam indignam putabat. Nisi enim is timor eam deterruisset, Hierusalem ipsam profecto petiisset: qđ partim ardore fidei suæ, partim quia terminos suos egressa fuerat, cōprobatur. Nonnulli autem & allegoricè istud exponunt, dicentes: quia quando à Iudęa Christus exiuit, tunc &
Esa.44.c ecclesia gentium terminos suos egressa, adire ipsum ausa est. Obliuiscere nāq;, ait, populum tuum & domum patris tui. Tam enim Christus, quàm mulier illa egressi à terminis suis, cōuenire, & colloq potuerunt. *Ecce nanque, inquit, mulier illa Chananæa egressa à finibus suis.* Accusare mulierem euangelista uidetur, ut & miraculum ostendat, & ipsam laude dignā fuisse confirmet. Cum. n. audiueris Chananęam, nō poteris non meminisse iniquissimarū illarū gentium, apud quas ēt leges ipsius naturę funditus euersę fuerāt: quod cum memoria repetieris, uirtutem quoq; aduentus Christi diligentius cogita. Qui enim eiecti sunt, ne Iudæos peruerterēt, hi adeò ipsis Iudæis meliores fuerunt, ut terminis suis relictis, ad Christum accederent, cum Iudæi ad ipsos uenientem extruserunt. Cum igitur accessisset mulier, nihil aliud nisi misererē mei exclamabat, & ingens spectaculum clamore suo concitauit. Erat enim certè miserabilis q̄dam res, mulierem aspicere tam magno dolore coactam exclamare: mulierem, inquam, & matrem, & pro filia quæ malè uexabatur, miserabilis res erat exclamantem præ dolore aspicere. Nec enim ausa fuit ad magistrum & dominum dæmoniacā filiam adducere, sed illa domi iacere dimissa, sola ipsa ad supplicādū proficiscitur: & morbi quidem genus exponit, medicum autem non domum suam ut regulus
Supr.9.e ille adducere conatur, qui dicebat. Veni & impone E manum tuam, & descende antequā moriatur puer meus: sed calamitatibus suis expositis, & morbi ignominiosa narrata, misericordiā à domino postulabat uehementius clamans. Nec dicit, misere filiæ meæ: sed, misere mei: nam illa insensata iacet, ego uerò quam sensus morbi non fugit, q̄ sentiēs atque intelligens insanio, mille uexor ærumnis. *Ipse autem non respondit ei uerbum.* Quàm nouum atq; inauditū hoc est. Iudæos ingratos rationibus etiam inducit, & blasphemātes rogat, & tentantes nō negligit: hāc autem quę sponte uenit, q̄ deprecabatur & supplicabat, q̄q̄ quæ nulla lege, nullis prophetis fuit cōmonita, tamen tanta cum reuerentia accessit, nec responso quidem dignam putare uidetur. Et quis non moueretur, cum aliter q̄ fama prædicaret, fieri uideret? Audierunt certè quia ciuitates & uicos Iudææ circumiens, ægrotos curabat, & hanc uident mala sua deplorātem depelli. Quis porrò misericordia flexus non fuisset, cum ita humiliter illam pro laborāte filia supplicare oculis cerneret? nec enim quasi digna, nec quasi debitum efflagitās adijt, sed misericordiā petebat, & calamitates suas tragica oratione narrabat, nec responso digna uisa fuit. Multi forsan eorū qui audiebant, scandalum passi sunt, ipsa uerò nec commota quidem fuit. Quid dico multos audientium, ubi & discipulos ipsos calamitate mulieris cōmotos fuisse, atq; turbatos arbitror? nec tamen ausi fuerunt dicere, cōcede sibi quod petit. *Sed accedentes discipuli eius, rogabant eum, dicentes: Absolue eam, quia clamat post nos.* Nos enim cum uolumus ut auditorum animum nostra oratio penetret, contraria sæpenumero dicimus. Christus uerò ait: *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.* Ita quando responsum ei dedit, tunc magis q̄ prius silentio exulcerauit: non enim ad alios causam traducit, nec se non esse missum affirmat: sed quantò illa feruentius orat, tantò ipse uehementius retrudit: nec oues Iudæos amplius, sed filios, ipsam uerò canem appellat. Quid igitur mulier? Ab ipsis Christi uerbis deprecatoriam orationem connectit: Nā & si canis sum, inquit, non tamen penitus aliena sum. Rectè igitur Christus dicebat, in iudicium se in mundum uenisse. Philosophatur alienigena fœmina, & dum contemnitur, singularem patientiam, præcipuámque

D

E

G fidem ostendit. Iudæi uerò tantò affecti honore, tot tãtisq; miraculis admoniti, mala pro bonis referũt. Non n. ignoro, inquit, quin necessaria hæc alimenta filijs seruanda sint: ueruntamen cur ego uetor, ẽt si canis sum? Nam si nefas est quicquam accipere, nec micæ quidẽ sumendæ sunt: sin uerò licet quodãmodo participare canibus, non oĩno ipsa prohibeor. Hac de causa certè Christus eam repellebat, ideo negare uidebatur gratiam, ut philosophiam eius omnibus patefaceret, non quia curare filiã eius nolebat, quam certè curauit: sed quod ad Centurionẽ dixit,

Supr.8.a Ego ueniens curabo ipsum: ut reuerẽtiam, & fidem illius nos perdiscamus, ac audiamus dicentem: Non

Supr.8.b sum dignus, ut intres sub tectũ: quodq; in fluxũ sanguinis patiente fecit: Ego, inquit, noui uirtutẽ ex me

Mat.5.c & Lucæ 8.g egressam: ut & miraculum, & fides illius paterẽt. Qd

Io.4.c.d deniq; in Samaritana, ut nec redarguta quidem destitisse nosceretur, hoc in hoc loco facit: noluit enim talem, tantamq; mulieris uirtutem ignorationis tenebris obfuscari. Non ergo quia negligebat, uerum ut repositum atq; absconditum in animo eius uirtutis thesaurum in lucem protraheret, eam repellebat.

H Tu uerò non fidem solũ illius, uerumetiã humilitatẽ mecum admirare: nam cũ ipse Iudæos filios appellasset, adeò procul aberat, ne liuore alienæ laudis cõtaminaretur, ut maius adiecerit, atq; dominos nuncupauerit. *Etenim catelli, inquit, edunt de micis, que cadunt de mensis dominorum suorum.* Vides prudentiam mulieris? uides quo nec contradixit, nec aliorum laudibus doluit, nec, quia contemni uidebatur, molestè tulit? uides magnitudinem animi, atq; constantiam? non est bonum, ipse dicebat: atq; illa, utiq; domine, respondebat. Filios ipse Iudæos uocauit, illa dominos: in conditione canum illam locauit, & cõfestim ipsam conditionem canum, atq; statum ultrò illa subiunxit. Mirabilis tibi hæc uidetur humilitas, audias & Iudæorũ iactãtiam: Sperma, inquiũt, Abraham sumus, & nulli unquam seruiuimus, & ex deo

Ioan.8.d nati sumus. Non sic certè mulier, sed quemadmodũ se canem, ita illos dominos appellauit, & hac humilitate ex abiecta conditione canum uendicata, filia facta est. Quid igitur Christus? *Magna est fides tua ò*

I *mulier.* Ideo certè eam repellebat, ut ad hãc uocem consequentia rerũ conueniret, ut fulgente corona mulierem ornaret. *Fiat, inquit, tibi sicut uis.* Ac si dicere, fides quidẽ tua maiora q̃ petis posset impetrare,

Gene.1.a ueruntamen fiat ut uis. Hæc uox illi affinis est, qua dictum est: Fiat cœlum, & factum est cœlũ. *Saluata est enim, ait, filia eius ab illa hora.* Perspicis iam nõ parũ ab ipsa ad curationem filiæ collatũ fuisse, propterea nec dixit Christus, sanetur filia tua: sed magna est fides tua, fiat tibi ut uis: ut nos discamus non ociosè, nec assentationis gratia ita ipsum dixisse, sed eximiã illius uirtutem, ac fidẽ prædicare uoluisse: rerum. n. euentus facilè fidem illius docuit. Sanata est enim, inquit, statim filia eius. Tu uerò diligenter cõsidera, cum nihil ab Apostolis in re mulieris factum fuerit, totũ ab ipsa fuisse perfectum: tantũ quippe potest, iugis & feruens oratio: Mauult enim nostram deus, qui rei sumus, q̃ aliorum pro nobis orationẽ. Nam quamuis maiore illi ad Christum potiebantur libertate, magnam tamen mulier patientiam ostẽdit, & exitu ipso rerum facillimè intellexerunt Apostoli, quam ob rem non statim ipsis qd pro ea petebant, concesit. *Et cum transisset inde Iesus, uenit secus mare Galilææ, & ascendens in montem, sedebat ibi: & accesserunt ad eum turbæ multæ habentes secum claudos, cæcos, mutos, debiles, & multos alios: & proiecerunt eos ad pedes Iesu, & curauit eos: ita ut turbæ mirarentur, uidẽtes mutos loquẽtes, & claudos ambulantes, & cæcos uidentes: & magnificabant deum Israel.* Nonnunquam quidem ipse ciuitates ac uicos circuit, nonnunquam sedet, expectatq; laborantes, & claudos ad cacumina montiũ ascendere facit. Nec fimbria uestimenti modò tangitur, sed sublimiores iam animo, qui adeũt ad pedes se ipsius proiiciunt, & dupliciter fidem suam ostendunt: quia claudi ascenderunt, & quia nihil aliud q̃sierunt, sed solum corã eo proiecti, posse sanari crediderunt. Et erat ingens omniũ admiratio, cũ multos illuc portatos ambulare absq; ductore uiderẽt: ita & multitudo eorũ, qui curati fuerant, & summa curatiõis facilitas obstupescere uniuersos cogebat. Perpendis quia Chananæam quidẽ tardius, & quasi uirtute illius inductus, tandẽ curauit, hos uerò confestim ut ad eũ peruenerunt: nõ certè quia meliores illa fuerunt, sed quoniam fide illa multò istis feruentior. Quo circa tardior tunc fuit, ut perseuerãtia mu- L
lieris ostenderetur: at uerò istis statim quod petebãt concesit, ut Iudæorũ ora magis obstrueret, & nullus eis defensionis locus relinqueretur. Nã quo maiora quis beneficia cõsecutus est, eo maiori subiacet culpæ, si nullo beneficiorũ aceruo uictus, in ingratitudine pertinaciter perseuerat. Qua de re locupletes quoq;, quia nulla copia rerũ facti sunt meliores, multò magis q̃ pauperes punientur. Nec uolo mihi respondeas, quia misericorditer aliquid ediderũt: nam nisi liberaliter secundũ rerum tuarũ affluentiã dederis, non oĩno pœnas euitabis. Non. n. mensura rerũ quæ offeruntur misericordia iudicatur, sed largitate ac liberalitate mentis & animi. Quòd si hmõi hoĩes puniantur, multò magis uexabuntur, qui superflua detinent, qui sibi tristega & quadristega fabricãtes, nulla cura esurientium cõmouentur: qui unde argẽtum colligant, perspiciunt, quo rectè collocent, nec cogitant quidẽ. Verum quoniã & de misericordia & benignitate mentionem feci, agè iam sermonẽ illũ suscipiamus, quem nudiustertius de humanitate ac liberalitate facientes, infectum reliquimus. Memini- M
stis profectò quando iampridẽ de inani calceamentorum cura, de uano circa hmõi res labore, de adolescentium molli ornatu disputabam, quo à liberalitate ad illa crimina lapsa nobis oratio fuit. Quod igitur fuit exhortationis illius initium? Quia cũ ars quædã liberalis misericordia sit, in cœlis habens officinam, & non hominem, sed deũ magistrũ possideat: deinde quærẽtes quid nã ars sit, in uanos labores, & inutiles artes excidimus: & sic etiã huius artis, qua faciunt calceos, superfluitatẽ reprehẽdimus. Habetisne memorię? Age igitur hodie illũ sermonẽ resumamus, ostẽdamusq; quo ars misericordię sit cæteris oĩbus multò præstantior. Et certè si illud maximè propriũ artis esse ab oĩbus p̃dicatur, ut ad utilissimum finẽ rectissimè tendat, nec utilius quicquã liberali misericordia facilè inuenies: nemo ipsam & artem esse, & cæteris excellẽtiorẽ dubitabit. Non sanè hæc nobis calceamẽta, nec uestimenta cõtexit, nec lapideas domos construit: sed uitã æternã facilè prębet, ac à manibus mortis eripit, & tam in hac uita, q̃ in futura p̃claros reddit. Hęc mansionẽ nobis in cœlo ædificat, & ęterna tabernacula prępărat, Hęc lam

Misericordia ars artium

A pades nostras extingui nõ sinit, hæc uestes nostras ita lauat, ut nõ sordidi, sed mue candidiores ad nu-

Esa.1.e ptias peruenire possimꝰ. Si. n. fuerint, ait, peccata uestra sicut puniceũ, super muẽ dealbabo. Hæc non pa-

Lu.16.e.f titur eò nos detrudi, ubi dues ille cruciatur, sed in sinũ Abrahę certo itinere ducit. Et cæterarũ quidem artiũ quælibet unũ aliquẽ finem respicit, ut agricultura hominis pabulũ, ars textoria nostrum amictũ, immo uerò nulla sola fine suum consequitur. Et pri-

Agricultura. mò, si placet, in agricultura id curiosius perscrutemur. Hæc igitur nisi ferrarius faber uomerẽ, rastros, falcẽ, securim, aliaq; cõplura sibi mutuetur, nisi lignarius aratrum sibi fabricet, & iugum pręparet, & uehiculũ ad terendas cõstruat spicas, nisi à coriariorũ artificibus corigiã sumat, nisi ędificator aliquis arantibus tauris stabulũ, & colentibus agrum tugurium struat, nisi denique pistoris artificium tandẽ accedat, uniuersa penitus agricultura euanuit. Non aliter ẽt textoria multas ad auxilium sui artes conuocat, q̃ si opitulatę nõ fuerint, remanet inutilis: ita singulæ artiũ altera alterius auxilio eget. Cũ uerò liberaliter mi-

B sericordia moti, quippiã facimus, nulla re alia præter uolũtatẽ nobis opus est. Si aũt putas magno pe-

Mar.12.d. & Luc.12.a cuniarũ cumulo, & uestibus, & calceis sibi opus esse illa Christi uerba quæ de uidua dixit, tecũ retracta: Et si adeò pauper es, ut mendicare cogaris, nulla tamẽ animi solicitudine laborabis. Nã si duo minuta miseris, dũmodo id ex facultate feceris tua, præclarũ facimus edidisti. Si panis frustũ, quia nihil aliud habeas, dederis, ad huius artis fastigium ascendisti. Hãc igitur artẽ, oro, professi, diligenter officia eius prosequamur. Hæc uberiores nobis affert fructus, q̃ imperia huius uitæ ac regna. Non. n. hac re solũ cæteris p̃stat, quia eis non indiget, uerũetiã quia multa nobis, & uaria sola constituit. Nã & domos perpetuas in cœlis condit, & facit ut professores eius in mortali morte nõ moriãtur, & thesauro locupletat immarcesibili, q nec à latronibus, nec à uermibus, nec à tineis, nec à lõgis tẽporũ spatijs uiolatur. Siqs te docere polliceretur, quo artificio ad lõgiora tẽpora fruges terræ posses reseruare: qd non dares, ut tibi frumenta magnis tẽporibus illæsa permanerẽt?

C Ecce aũt hæc non ut frumenta solũ, sed ut cuncta q̃ habes in æternũ conserues, docet, & pollicetur, & potest: nec solũ quemadmodũ externæ res tuæ, uetustatẽ quo tam corpus, q̃ anima perpetua integritate fruantur, diligenter instituit. Cur tempus contemnimus in exponendis artis huius officijs? Hæc eruditio solet quo pacto posis deo similis esse, quòd omnium bonorũ caput & radix est. Sed breuiter fines quoq; ipsius perstringamus, ut uideas quo ad plurima cõducit, nulla re aliã adiuta. Vestimẽta igitur texit, thesauros immarcesibiles reddit, mortẽ superari facit, diabolũ nobis domat, deoq; deniq; similes efficit. Quid igitur hac arte utilius atq; p̃stãtius? Nã alia ad ea q̃ dicta sunt, simul cũ hæc uita prætereũt: & cũ artifices ægrotent, labantur, opera quoq; sua non permanent, & ad hæc lõgo egent tẽpore, alijsq; quàmplurimis. Hæc uerò post hãc uitã maximè sufget, post radios suos & opera sua ostẽdit: nec spatijs tẽporũ longioribus, nec labore improbo, nec alia re huiusmodi eget: quodq; maius est ẽt, quãdo ægrotas tione laboras, quãdo senio cõfectus iaces, operatur & tecũ similiter ab hac uita egreditur, nec te unquã solũ deserere patitur. Hæc eloquẽtissimis te oratoribus superiorẽ facilè reddit, & cũ illis plures inuidebant, & prosperitate illorũ tabescant, qui hoc artefício utũtur, ab uniuersis benedicũtur. Accedit, quòd illi ad mortaliũ tribunalia uenientes, ab iniuria nõnullos defendunt, & nonnũquã iniuriantibus patrocinantur: hæc uerò ad tribunal Christi accedit, nec ipsa solũ patrocinatur, ut pro eis sententiã ferat: *Misericordiam nobis patrocinatur.* sed & si millies homo peccauerit, coronat tamẽ eũ, & laudibus effert. Misericorditer. n. dare, inquit, cõmemoro. Multos ego arbitror homines, si optio sibi detur: eloquẽtẽsne se oratores, aut misericordes, humanos & benignos uellẽt p̃dicari: hoc ultimum potius electuros. Et meritò quidẽ. Nã si uolubilitatẽ linguæ de medio tollas, nihil mali humana uita patietur, quippe q̃ multò antequã ars oratorja & polita orationis cõpositio inuenta sit, non peius gubernabatur. Sin uerò misericordiã, quemadmodũ nauigare tutè per maria nũquã poteris, si portus & flationes oĩno destruas, sic nulla erit hæc uita, si misericordiã, indulgẽtiam, humanitatẽ radicitus extirpaueris. Quas ob res nõ uoluntati solũ hanc tantã E
rem deus cõmisit, uerũetiã multas non paruas eius partes naturæ necessitate construxit. Natura enim duce patres & matres liberorũ miserentur, & filij parentũ: neq; id in hominibus tantũ, sed in rationis ẽt expertibus fieri uidemus. Natura duce fratres alter in alterũ humaniores sunt, propinqui ẽt ac affines, & simpliciter homines inter se uniuersi. Natura utiq; proni ad misericordiã facti sumus. Quamobrem ẽt si iniuria pelli aliquos uideamus, molestè ferimus, cõmouemur, iracimur: & cædi homines aspicientes, aut interimi, flectimur: & cũ flentes cernimus, colla chrymamus: ita quoniã huius rei armis & pugnare, & defendi nos deus uoluit, iussu eius natura nobis ad ista plurima contulit, ut saltẽ ex hoc intelligamꝰ, q̃ magnæ deo curæ misericordia sit. Hæc igitur nobiscũ uersantes, nosipsos, liberos, propinquos, atq; affines ad misericordiæ scholã perducamus. Magnæ quippe res homo est, & pretiosum quid est uir misẽ- *Lucæ.6.e* ricors. Qui hoc non habet, à natura hominis decidit, hoc sapientes facit. Et tu miraris si hoc homo F
est: hoc deus est, & tu miraris. Sitis. n. misericordes, inquit, sicut & pater uester cœlestis misericors est. Discamus igitur hanc misericordiæ artẽ, non solũ multorũ, sed omniũ gratia, præcipuè aũt quia nobis quoq; ipsis magnã misericordiã agimus. Misericordiam porrò quando dico, de illa dico, quę auaritia uacat. Nam si qui suis contentus nihil offert, procul à misericordiæ officio abest: quomodo misericors erit, qui aliena rapit, etiam si contrà inopibus subuenerit? Quòd si suis solum frui, putatur esse inhumanum: inhumanius certè multò erit, si abstuleris aliena. Si igitur qui nihil iniuriati sunt, quoniã de suo nõ dederunt, punientur: quantò magis uexabuntur, q alios suis priuant? Nolite ergo mihi dicere, quoniam si abstuli ab alio, huic tantundem contuli. Hoc enim certè pessimum est. Par enim erat, eum ipsum qui passus iniuriam est, misericordiæ opera iuuari: nunc uerò alios cędis, & quos non cæcidisti, curas, cum æquum sit illos curare quos sauciasti: immo uero nullo modo cædere hominem, aut iniuriari oportet. Misericors enim non est, qui curat quem uulnerauit, sed q aliunde uulneratis medetur. Tuos ergo morbos diligẽter cura, resarcias quæ laceraſti, ĩmo uerò noli aliũ lacerare, noli alij detrahere: ludẽ-

Gtis enim est quotidie deiicere ac erigere, sed erige dei-
ectos undecūq. Nec credas esse posibile eadē dan
do mensura, qua rapuisti, uulnus illud curare, quod
ab aliena tibi fraude illatū est. Nā qui mnam rapuit,
non erit sibi satis ad remediū huius ulceris, si pœni-
tentia pulsus, mnam misericorditer dederit, sed talē-
to indigebit, propterea furti cōdemnatus quadru-
plum reddit. Cum igitur fure multò peior rapax sit,
cūq; ille quadruplū reddat, decuplū, imo uerò mul-
tò plus restituere isto debet, atq; utinam ēt sic rapi-
næ sordes oīno detergamus. Non.n. puto hanc illā
esse misericordiam, cui magnus meritorū cumulus
Luc.19.b reseruetur. Quocirca Zacchæus dicebat: Siquid ca-
lumniatus sum, quadruplū dabo, & mediam mearū
rerum partem inopibus offeram. Quòd si quadru-
plum tpe legis redditur, quantò magis sub gratia? &
si furem tantū restituere oportet, quantū rapacem?
Nam præter damnū contumeliosa res rapacitas est.
Quare si centuplum ēt dabis, uix totum reddidisti.
Non temere igitur diximus talētum esse offerendū,
si mna tibi rapta sit. Quæ cum ita se habeant, si hūc
H ordinem peruerteris, & integras alioīū hæreditates
rapueris, pauca uerò ex multis, & ea nō illis, quibus
iniuriam intulisti reddideris: q̄ tibi satisfacio, q̄ indul
gētia, quæ salutis spes remanet? Vis uidere q̄ magnū
ex huiusce modi misericordia facinus cōmittas? audi
scripturam: Sicut, inquit, qui filium coràm patre suo
interficit, ita qui offert sacrificium ex pecunijs paupe
Eccle.34. rum. Has intētatas nobis minas in corde primò scri
d bamus, deinde hinc abeamus: has in parietibus, has
in cubilibus, has ubiq; cōscribamus, ut saltē harum
minarum iugi memoria ingens semper, ac recēs for-
mido manus nostras à quotidiana cæde coērceat.
Peior sanè multò q̄ cædes rapina est, paulatim tabo
paupertē consumens. Vt igitur hoc scelus euitare pos
simus, & nobiscū adinuicem hęc crebrò loquamur:
hoc enim pacto ēt ad misericordiā erimus proniores, & fructus uberiores eius capiemus, & ęterna bo
na consequemur, gratia & misericordia domini no-
stri Iesu Christi, Atuen.

Homilia.liiij.ex cap.xv.

Esus autem conuocatis discipulis suis dixit: Misereor turbæ. Quemadmodū superius cū tale
I i signum facturus esset, primò corporis ęgro
tationes curauit: sic ēt in hoc loco à cæcorum, atq;
claudorū curatione, ad id tādem deductus est. Cur
aūt tunc quidem discipuli eius miserti plebis, Dimit-
Sup.14.b te turbas dicebant: nunc uerò nihil hmōi dicunt,
& Mar. præsertim tribus iam diebus exactis? Aut quia iam
6.c meliores facti erant, aut quia ēt multitudine non ni
mia inedia uexari, sed glorificare deum in his quę fa
cta erant, uidebant. Tu ēt considera, quoniam etiā
nunc non simpliciter, neq; priusquam discipulos ad
hoc prouocasset, ad agēdū miraculosē peruenit. Nā
turbæ quidē quæ ob morborū curā suorum ipsum
petierant, nō audebant aliquid petere: ipse uerò qui
misericors est, quiq; omniū curam gerit, ēt non petē
tibus præbet, & ait ad discipulos: *Misereor turbæ, quia triduo iam perseuerauerunt mecum, & non habent quod manducent: & ieiunos dimittere ipsos nolo.* Nam ne re-
spondere possent, quia secum uiatica portarunt, tri-
duò iam mecum sunt, inquit. Ita etiā si quicquā secū
habuerunt, consumptū esse debet: quocirca non in
prima, neq; in secunda die id fecit, sed expectauit, ut
omnibus consumptis, indigentia coacti maiori ad-
miratione factū prosequerentur. Ne aūt in uia dissol K
uantur, ideo ait, ut ostenderet nō propè sibi esse do
micilia, & simul aperiret nihil eis esse derelictū. Sed si
non uis, quispiā obiiciet, ieiunos dimittere, cur prius
ad miraculū non accedis, q̄ te moueri super turbam
dixeris? Vt, inquit, uerbis de hac re ultrò citroq; datis
attentiores fiant discipuli, & fidē suam ostendētes,
peterent panes produci. Sed illi non intellexerunt
quamobrem ita locutus esset: unde postea dixit ad Mar.8.b
eos, ut Marcus ait. Sicne sunt obturata corda uestra,
ut oculos habentes non uideatis, & aures habentes
non audiatis? Qua.n.de causa nisi hoc esset, discipu-
lis ostendere uoluisset dignam esse turbam hmōi be
neficio, aut qa misericordia moueri super turbā addi
dit. Matthæus autem, quia postea increpauit, dicēs:
Paruæ fidei, nondū intelligitis, nec meministis quin-
que panum & hominum, & quot portastis corbes?
nec septē panū, & quatuor hominū millia, & quot
sportas habuistis? Ita euangelistæ concordes inter se
sunt, discipuli aūt adhuc serpunt. Et quāuis multa fe
cerit atq; dixerit, ut prioris miraculi memoriā habe-
rent, interrogando, respondendo, & quo ministerio L
ipsorum usus fuerit, & quomodo eis corbes distri-
buerit: tamen quasi nulla re admoniti, imperfectio-
res adhuc respondent: *Vnde nobis in solitudine tot panes?* Sic & prius & nunc solitudinis meminerunt, q̄d
quanuis ipsi ex imbecillitate dicebant, signo tamen
ab hac infirmitate, & omni suspicione liberās, clarū
faciebat. Nā ne, quemadmodum diximus, cogitare
quispiā posset, à propinqua quadā uilla, aut uico pa-
nes assumptos fuisse, solitudo loci undiq; idcirco de
claratur, ut miraculi fides excrescat. Propterea &
prius & nunc multò procul à uicis, atq; habitatione
hominū in deserto tale signū operatur. Sed discipuli
horū nihil intelligētes: unde nobis, dicebant, tot pa-
nes in solitudine? Putarūt.n. ita Christū dixisse, quasi
eis præciperet, ut panes inuenirent. Ideo ēt superius Sup.14.b
dixit, Date uos eis māducare. ut commoti rogare ip
sum cōpellerentur. Nunc uerò non dicit, date uos ip
sis manducare: sed quid? Misereor, inquit, & dimitte-
re ieiunos nolo: mouēs ac incitans ipsos, ut apertis
oculis uideant, ut ab ipso petant. Verbis.n. illis certè
significatur, quia poterat nō ieiunos eos dimittere, M
potestatem.n. suam ostēdebat, profectò cū nolle se
dicebat: sed postquam & multitudinis, & loci, & so-
litudinis ipsi mētionē fecerūt: unde nāq; nobis in so
litudine, inquiunt, tot panes, ut tantā turbam sature
mus? Postq̄ igitur nihil intellexisse uidētur, tunc suū
ipse opus peragit. Et *ait ad eos, Quot panes habitis? At illi dixerunt: Septem, et pancos pisciculos: sed hæc quid sunt in tanta multitudine.* Sic etsi rē si totā nō cōpre-
henderent, sublimiores tamen paulatim fiebāt: quā-
obrem ipse quoq;, ut mentem eorum erigeret, simili
quodā modo, ut prius interrogauit, ut ipso interro-
gationis modo, &(ut ita dicam) uultu interrogātis
prioris miraculi recordarentur. Vidisti discipulorū
imperfectionē, uide nunc q̄ sublimi postea fuerint
philosophia, quantā curam ueritatis habuerūt. Hæc
enim ipsi scripserūt, & tamen culpā suam, quāuis nō
paruā occultare noluerunt. Magnū.n. erat profectò
crimen, miraculi & inauditi & recentis nullā tenere
memoriam. Qua de re increpati, nec increpationem
quoq; siluerunt. Ad hæc illud etiam philosophię tu
genus admirare, quòd ueraciter uentris superiores
nulla pręparandæ mēsę solicitudine tenebātur. Tri-

A duò.n. iam in uasta solitudine commorantes, septē
solummodo panes habebant. Sed Christus cætera
quidem omnia similiter: ut prius. Recumbere nanq;
Ioan.12.c illos fecit in terra, & in manibus discipulorum pa-
nes multiplicauit. *Iussit.n.* ait, *turbis recūbere super terrā, & accipiēs. septē panes & pisces, & gratias agens fregit & dedit discipulis suis: discipuli aūt populo, & comederunt.* Finis uerò miraculi huius priori non fuit simi
lis. *Manducauerunt oēs, & saturati sunt, & quod superfuit de fragmentis, tulerunt septē sportas plenas. Qui comederunt aūt, erant quatuor millia, sine mulieribus & parulis.* Sed cur nam tūc quidē cū quinq; millia uirorū
comederent, duodecim corbes superfuerunt, nunc
autem septem sportæ postquam quatuor uirorum
millia comederunt? quamobrem igitur, quāuis pau
ciores essent comedentes, pauciora relicta sunt? Cer
tè aut multò maiores corbibus sportæ fuerunt, aut
ne reliquiarum æqualitas miracula confunderet, &
obliuionē obduceret, hoc describē hac differentia
utriusq; signi memoria uoluit cōfirmare: propterea
B tunc qdē discipulorū numero corbiū numerū, nūc
uerò panibus sportas exæquauit. Accedit quòd inef
fabile quoq; uirtutē suam, & quod omnia potesta-
ti suæ subiecta sunt, ut quoquo modo uelit, nutu tā
tummodo peragat, oibus monstrauit. Non enim
erat humanæ uirtutis ita in utroq; numerum posse
cōseruare, ut cū multitudo comedentium alia atq;
alia fuerit, nec plura, nec pauciora reliquiarum fra-
gmenta, q̄ duodecim corbes, aut septem sportæ su-
Sup.14.c perfuerint. Signo aūt facto relicta turba ut prius, na
Ioan.6.b uigio recesit, sicut ait Ioannes. Nam quoniā nullo
miraculo ad sequendū ipsum magis turbæ induce-
bātur, q̄ hoc signo: quippe qui non solū sequerētur,
uerūetiam ad regni fastigium promouere uellēt: ut
omnē tyrannidis suspicionē euitaret, post huiusmo
di miracula confestim recedit, nec pedibus secuti eū
C sūt, sed nauigio ad Magdalorū terminos nauigauit.
Cap.xvi. Et *accesserūt*, inquit, *pharisæi & sadducæi tēt̄tes, & rogauerūt eū, ut signū de cœlo eis ostenderet. Ipse aūt ait eis: Vespere fa ćto dicitis, serenū erit, rubicundū enim cœlum est: & mane, hodie tēpestas erit, rutilat enim triste cœlum. Hypocritæ, faciē quidem cœli nostis diiudicare, signa uerò temporum non potestis. Generatio mala, & adultera signū quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ pro-*
Ionæ.2.a phetæ. Et *derelinquens eos, abiit.* Marcus autem dicit,
Mar.8.b quia cū accessissent, & quærerent, ingemuit spiritu:
ac dixit, quòd generatio hæc signū quærit: ita quòd
cuiusuis animā hæc interrogatio ad irā posset cōci-
tare, non cōmouetur tamen ille misericors & prote
ctor hominū: sed tāquā miseros, ac incurabili mor-
bo laborātes miseratur eos, qui post tot tantaq; suæ
uirtutis signa, ut tētarent accesserunt. Non.n. ut cre-
derent quærebant, sed facultatē reprehendēdi inue-
Sup.15.c & qui Chananææ dixit: Non est bonū panē filiorū ca-
Mar.7.c nibus mittere, & tamen præbuit ei quod quærebat:
multò magis istis petentibus præstitisset. Idcirco ēt
hypocritas appellauit, quia aliud ore proferebant,
aliud mēte tegebāt. Quāuis inde quoq; pateat, nulla
illos fide adisse, quòd increpati & redarguti uerbis
nō respōderunt: quia ignoramus, idcirco discere q̄ri
mus. Quæ porrò signa de cœlo petebant? Certè ut
Solē sisteret, aut lunā quasi fœnū, aut fulmina proii
ceret, aut aēra cōmutaret, aut huiusmodi aliquid
faceret. Quid aūt ipse ad hæc ait? Faciem diei di-

iudicare scitis, & signa tēporū non potestis. Vide mi D
tissimū, ac humillimum animū. Non enim solū ne-
gauit ut prius, uerūetiam quāuis non discendi gra-
tia quærerent, causam subiecit, quare negauit. Sicut
enim in cœlo, inquit, aliud hyemis, aliud sereni tem
poris signum est, & nullus signo hyemis cognito, si
gnū trānquillitatis quęrit, neque in tranquillo tēpo-
re tēpestatē scrutatur: eodē quoq; modo in me co-
gitare oportet. Aliud enim tempus huius aduentus
est, aliud futuri. His miraculis quæ modo facimus,
uobis nunc opus est: quæ uerò de cœlo fiunt, illi tē-
pori reseruātur. Nūc.n. quasi medicus ueni, tūc qua
si iudex adero: nunc quasi errabundas oues reducā,
tunc uerò factorū rationes repetā. Et nunc quidem
occultius, tunc uerò apertissimè cœlo reuoluto, So
le abdito, luna obscurata ueniā, tunc uirtutibus cœ
lorū cōmotis, quasi fulgur subitò meus aduentus
oībus apparebit: sed horū opportunum nūc tēpus
non est: non.n. ad hæc, sed ad passionem ueni, atq;
ad mortem. Non audistis prophetam dicentē: Non Esa.41.a
contendet, neq; clamabit, neq; audietur foris uox E
eius? Et aliū prophetā rursus: Descendet sicut pluuia
in uellus. Quòd si qs ea signa commemorat, quæ Psal.17.a
Pharaonis tempore facta fuerunt, sciat non iniuria Exod.7.
tunc ad incutiendum hosti terrorem illa facta fuisse & seq.
quibus non eget, qui ad amicos ac domesticos ue-
nit. Quo aūt & magna illa quę petitis faciam, cū par
ua hæc non credatis? Parua quantū ad ostentatio-
nem dico. Nā uirtute quidem multò hæc illis maio
ra fuerunt. Quid enim peccatorum remissioni exæ-
quabitur? aut quid maius excogitari potest, quàm
mortuos excitare, dęmonia depellere, dissolutā cor
poris compaginē uerbo consolidare? Tu aūt cor-
dis eorū tarditatem, & mentis cæcitatem cōsidera,
quomodo cū audierint, quia non dabitur eis signū
nisi Ionæ prophetę, non interrogarunt. Oportebat
enim certè, cū non ignorarent, quę illi prophetę ac-
cidissent, cumq; iam iterum idipsum audirent, di-
ligentius rogare, ut discerent quid nam erat quod
dicebatur. Verum, ut diximus, non discendi, sed ten
tandi gratia ista dicebant, ac ideo ipsis relictis abiit. F
Et cum uenissent, ait, *discipuli eius trans fretū, obliti sunt panes accipere. Iesus aūt dixit eis: intuemini & cauete à fermento pharisęorum & sadducæorum.* Quare non
apertè dixit, cauete diligenter à doctrina eorū? Quia
cū sciret præteriti arū rerum iam esse oblitos, in me-
moriā sibi eas reducere uoluit, ac ita occasione ab
ipsis habita, opportunè reprehendit, adeò ut nullā
criminatio hęc molestiam afferre uideatur. Et
quamobrem, iuquies, tunc non increpauit, quando
dixerūt: Vnde nobis in solitudine tot panes, prę̄ser- Ma.14.b
tim cū non parua opportunitas reprehendendi sibi Ioan.7.a
daretur? Ne uideretur cū ostentatione ad signa prę
currere, quanuis coràm multitudine reprehenden-
di opportunitas non est ei, qui ambitionē & inanē
gloriā contemnit. Nunc uerò hęc idcirco etiam in
stior est increpatio, quia bis iā eodem miraculo fa-
cto, nihilominus non cōmouebantur, quocirca co-
gitationes eorū in medium producit. Quid porrò
cogitabant? Ipsi autē, inquit, cogitabant in seipsis di
centes, quia panem non accepimus. Adhuc enim
purgationibus & obseruationibus ciborū Iudaicis
nimiū solicitabantur, quorum omniū gratia acrius
inuehitur, dicens: *Quid cogitatis inter uos modicæ fidei, quia panes nō habetis? Nōdum intelligitis, neq; recor-*

G damini: turbatum est cor uestrum, oculos habentes non uidetis, aures habentes non auditis. Nō meministis quinque panum in quinque millia hominum, & quot cophinos sumpsistis? neq; septem panum in quatuor millia hominum, & quot sportas sustulistis? Vides tanta eū ferri in illos acrimonia, ut nunq̄ alibi sic uehemēter increpasse ipsos uideatur. Cur igitur ita facit? Vt ciborū obseruationem qua præoccupati erāt, eiiceret: quapropter tūc quide nec intelligere, nec cognoscere ipsos solūmodo dixit: nunc uerò magna cū uehemētia parū fideles ait. Non enim semper uerborū remissio laudabilis est. Quare sicut magna uti libertate apud eū sibi concedebat, sic ēt si opus erat reprehēdebat, ut hac ueritate rebus accōmodata, mirabili sua dispēsatione salutem eis conferret. Tu aūt animaduerte quō mansuetudo increpationi permista est. Quasi.n. excusando increpata responderit, dixit: Nondū intelligitis, nec meministis quinq̄ panū, & quinq̄ milliū, & quot corbes accepistis? & septē panū, & quatuor milliū, & quot sportas accepistis? Nam idcirco tam eorū qui manducarunt, q̄ reliquiarū numerum posuit, ut & præterita memoria colligerent, & ad futura se attentiores præberent: atq; ut uideas quantum hęc increpatio ualuit, & quō mētes eorū quasi somno grauatas excitauit, ipsius euangelistæ uerba diligenter considera. Nam cū Iesus increpasset, atq; subiunxisset, quō non intelligitis, quia non de panibus dixi uobis, attendite à fermento pharisæorū & sadducæorum, tunc tandem euangelista illud addit: *Et tunc intellexerunt, quia non dixerit, cauendum à fermento panis, sed à doctrina pharisæorum & sadducæorum*, Vides q̄ multa præclara uehements efficit increpatio. Nā à Iudaicis obseruationibus eos abduxit, & desidia remota multò attentiores reddidit, & ad maiorem fidē inuitauit, ut iam nō formident, neq; cōtremiscant, siquando pauciores habere panes uideantur, ne inediæ malo pereant, sed oia hæc ceu caduca oīno negligant. Sic igitur ēt nos non ubiq;, neq; semper assentari subiecti uelimus, nec optemus ut principes nobis adulētur. Nā utriusq; remedijs istis mens hominū, atq; animus idiget. Vnde uniuersum quoq; orbem terrarum ita gubernat, ut modò hoc, modò illud adhibeat, nec secunda semper cōcedat, nec aduersa incutiat. Et quemadmodū nox est post diem, & dies post noctē, & æstas atq; hyems uicissim: eodē nos quoq; modo aliàs dolor uexat, aliàs uoluptas permulcet, & nunc quidē ægrotatione laboramus, modò aūt fruimur sanitate. Non ergo admiremur, quando morbis exagitamur, quoniā ēt quando nobis sanitas adest, admirari oporteret: nec conturbemur cū nos dolor exagitat, quoniā ēt quando gaudemus, conturbari par esset. Naturali.n. successione, ac cōsequentia hęc oia fiunt. Cur igitur admiraris, si hæc tibi accidat rerū uicissitudo, cum & priscis illis, atq; sanctissimis uiris non aliter accidisse perspicias? Verū ut inducas animū ita id esse, illis uitam hominis in medium producamus, quam procul maximè ab omni cura constitutā, ac uoluptatis plenā fuisse arbitrare. Vis igitur Abrahæ uitam ab ineunte adolescentia examinemus? Quid ergo ille adolescētiam ingressus statim audiuit? Exeas de terra, inquit, atq; cognatione tua. Perspicis rem doloris plenā illi mandari: uide nunc prospera succedere: Veni in terram, quam ego tibi monstrauero, ac faciam te in gētem magnam. Quid deinde, posteaquam in terrā illam peruenit, ac ceu in portum quendā deductus fuit, ni hilne aduersi accidit? Minim.ē: sed alia rursum grauiora irrumpunt, fames, trāsmigratio, uxoris rapina. Meliora deinde successerūt, Pharaonis uidelicet uulnus, honor, dimissio, & magnifica munera illa, & in domū suam regressio. Cætera quoq; oia hanc inter se habuerunt seriem, q̄ prosperis & aduersis connectebantur. Apostolis quoq; similia euenerūt. Vnde Paulus dicēbat: qui nos consolatur in hac tribulatione, ut possimus nos quoq; illos cōsolari, qui in omni uitribulatione sunt. Sed quid hæc ad me, dices, qui semp in doloribus sum? Non sis ingratus, neq; animo ita duro, ut meliora nō cognoscas: non.n.in doloribus quisquā semper esse potest, quippe cū ipsa natura id fusserre nequeat. Verum quoniam in gaudio semper esse uellemus, idcirco in doloribus semper esse putamus. Nec hac de causa solū, uerumetiam quia secundarum rerū obliuio citò irrepit, aduersarū uerò memoria iugis atq; stabilis est: idcirco i doloribus nos semper esse cōtendimus, cū impossibile sit hominē semper in dolorib⁹ esse. Sed si uultis cōditionē quoq; illorum inuestigemus, qui aut delicijs, & abundātia rerum omniū affluunt: aut uiuendi angustia, omni onere ac ærumna opprimuntur. Facile nanq; uobis ostendemus neutrā uitæ conditionē dolore, aut uoluptate carere. Afferantur aūt in medium rex, & plebeius, ac etiam delicijs defluens iuuenis, qui magnā diuitiarum copiam à parentibus susceperit: & huic oppositus mercenarius quidē, qui quotidiano labore panē inquirat. Vis igitur illius ăngores primò perstringamus, cui magna facultas affluit rerū? Cogita quibus illius mentē fluctibus par est agitari, cū maiorem appetat gloriā, q̄ assequi possit: cum nonunq̄ à seruis suis ēt despiciatur, cum à minoribus negligatur, cum mille luxum suum accusent, ac si studio sissimè detrahant. Nemo posset oratione assequi, quæ incommoda diuitias cōsequuntur. Quis.n. recensebit angustias, offensiones, damna, inuidentium insidias, qui si nō potuerint falsis criminibus opes eius in sespsos traducere, mille calūnijs huc atq; illuc hominem trahentes, quiescere non sinunt? Videas nūc mercenarijs uoluptates, cunctis.n. huiusmodi molestijs uacat: si quispiam uituperat, qui nullo se maiorem ducit, non dolet, non angitur, neq; timet ne magnum aliquod damnū patiatur: uescitur uoluptuosē, dormit tutus. non ita phalerno uino gaudēt qui luxu pereunt, ut hic fontibus & liquido fluuio. Verū quia forsan quæ dicta sunt, tibi nō sufficiunt, ut præclara sit nostra uictoria, agè iam plebeium, & regē inter se comparemus. Videre igitur licebit illum quidem magna uoluptate cōmotum ridere, ludere, gestire: hunc uerò diademate ornatum, & purpura resplendentē, mille curis & solicitudine continua uexari & timore, ita etiam nonnunquā pallescere, ut mortī propinquus esse uideatur. Non est igitur, nō est sine dolore uitam hominis inuenire, sed nec uoluptatis quidem omnino expertem. Non enim posset natura humana, ut iam dixim⁹, perferre. Quod si alius alio plus gaudet aut dolet, non naturę rerum istud, sed hominis animo tribuendum est. Si enim continuò gaudere uolumus, multas certè adhuc causas habemus. Nam si uirtuti nos tradamus, nihil poterit nobis dolorem inferre. Hæc enim spem bonam suggerit, semper hæc & deo nos reconciliat, & hominibus gratos facit, hæc denique ingēnti animum

A replet uoluptate. Nā etsi laboriosa uirtutis operatio esse uidetur, facilè tamen efficit, ut cū nullis stimulis cōscientię animus pungatur, magno semper fruatur gaudio, adeò ut nemo id oratione possit exponere. Quid.n. tibi uidetur in psenti uita iucūdum atq; suaue? Mensane deliciosa, bona ualetudo corporis, ingens gloria, diuitiarū copia? Sed hęc illi uoluptati, q̄ uirtutē cōsequitur, collata: amara, & inœstitię plena uidebūtur. Nihil.n. aliud iucūdum est, q̄ conscientia proba, & spes futurorū certior. Quòd si uultis firmiter credere, iam moriturū hoiem ut à senio cōfectū, cū ei in memoriam primū reduxerimus, magnificæ mensæ, insignis gloriæ, p̄cipuæ laudis, & gestarū rerum quas ex officio uirtutis operatus est: tūc demū interrogemus, quibus maximè gaudet, & uidebim⁹ non medio cri pudore ipsum pp illa commoueri: pp hæc aūt q̄ rectè fecit tanta lætitia gestientē, ut saltare & uolare uideatur. Sic & Ezechias cū ægrotaret, nō mensæ deliciarum plenæ recordabatur, non eximiæ
4. Re. 20. a. gloriæ, nō regnorum, aut imperij, sed iustitiæ ac rectę conscientiæ. Memento enim, inquit, qualiter am
B bulauerim in cōspectu tuo in uia rectа. Paulū quoq;
2. Ti. 4. b uide pp hæc exultantem, atq; dicentē: Certamen bonum certaui, cursum consummaui, fidē seruaui. Sed quid aliud, inquies, Paulus poterat dicere? honores
Gal. 4. b certè, gloriā, cęteraq; hmōi nec parua, nec pauca. An nō audis ipsum dicentē: Sicut angelum domini suscepistis me, sicut Iesum Xp̄m: & si possibile fuisset, oculos uestros effodientes dedissetis mihi? & quoniam pro anima eius collum suppossuerūt. Nihil aūt horū oīum, sed labores, sed pericula, & repositas pro his sibi coronas in medio attulit. Neq; id iniuria. Illa.n. cū hac uita finiuntur, hæc uero nobiscū egredиūtur: & illorum quidē rationes exiguntur, pro his aūt præmia nobis retribuētur. An ignoratis quēadmodum in die nouissimo acerba recordatio est delictorum? quō funditus cor euertit, quō summis doloribⁿ cruciat? Tunc igitur, tunc iucūda bene actę uitæ memoria, quasi tranquillitas post tēpestatem ueniens, conturbatam facilè animā consolatur. Verū si ab oī temulentia liberi uigilaremus, per totā uitā hmōi nobis formido abesset: sed quoniā sicut insensati uitā
C agimus: in decedendo ex hac uita procul dubio adebit. Nam & qui uinctus pp sua scelera fuerit, cū soluitur ut ad iudicium produci queat, tunc maximè tremit, tunc formidat quando ad tribunal iudicis iam appropinquat, quādo ad relationē rationū iam deuenit. Idcirco terribiles uisiones narrare solent morituri, quarū speciem nullo modo ferentes, & lectulos plerunq; ipsos magno iacētes impetu cōcutiunt, & coruis eos qui adsunt aspiciunt oculis: uel quia uis à corpore rescinditur aīa, uel quia spirituū speciem ferre non possunt. Si.n. terribiles timemus hoies, quid faciemus cū minaces angeli, & rescindentes aīam à corpore uirtutes nos inuadunt, cū à corpore aīa tracta multa incassum defleat? Sic & diues ille post mortem multùm plorauit, & nihil sibi prodesse potuit. Hæc igitur nobiscum uersantes & reuoluētes, neqd tale ipsi quoq; patiamur, iugem horum oīum timorem retineamus, si uolumus re ipsa timorem & punitionem effugere, & ad æterna bona peruenire, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, Amen.

Homilia. lv. ex cap. xvi.

c *Vm uenisset autem Iesus in partes Cæsareæ Philippi, interrogabat discipulos suos dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis?* Cuius rei gratia nomen illius scripsit qui urbē cōdidit? Quoniam alia ēt est, q̄ Stratonis dicitur, nec in illa, sed in hac discipulos interrogauit. Procul.n. à Iudæis abduxit, ut ab oī solicitudine liberi, nō dubitarēt apertè dicere q̄ sentirent. Cur aūt nō statim de sua, sed de multorū prius sententia ipsos interrogauit? Vt opinione aliorum exposita, rursus interrogati, Vos aūt quem me esse dicitis? ab ipso interrogandi modo, nō abiecta atq; humilia, ut multi: sed sublimiora, ac diuiniora respōderēt. Qua ēt de causa nō illico ab ipso prædicationis initio hæc quæsiuit, sed quādo multa corā ipsis operatus miracula iam fuit, cū sublimiora dogmata perceperint, cū de sua deitate, ac æqualitate cum patre multa significauit, tūc demum ad hæc interroganda descendit. Nec dixit, quē nam me asserūt esse scribæ & Pharisæi, quāuis crebrò ēt ipsi collocuti cū eo fuerint, & miracula nōnulla uiderint: sed quē me, inquit, hoīes esse dicūt? Populi certè opinionē de se q̄rebat. Quoniam & si deiectior esset, procul tamē ab omni erat malitia, qua pharisæi & scribæ maximè p
D uertebantur. Vt aūt ostenderet, q̄ ualde uellet humanitatis suæ dogma cōfirmari, filium hoīs inquit: deitatem enim sua sic solet appellare. Nullus.n. ait, ascēdit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit filius hoīs. Et rursus: Cùm autem uideritis ascendentem filium hominis ubi erat prius. Cùm itaq; discipuli respondis
E sent, quoniam alij te Ioannem, alij Heliam, alij Hieremiam, aut unum prophetarū æstimant, hac falsa eorum opinione in medium prolata, *Vos uerò*, inquit, *quem me esse dicitis?* Ita eos hac secūda interrogatione, ut maiora de ipso cogitarent, admonuit. Ipso.n. interrogandi ostendit modo, multū à dignitate sua uulgares illas abesse opiniones: idcirco.n. iterum interrogando aliā ab eis sententiā quærit: & quoniam plura maioraq; signa, q̄ cæteri uiderūt, maiora ēt de ipso dicerent, q̄ homini cōueniat. Nam uulgus quidem hoīem nudum putabant ex mortuis resurrexisse, ueluti ēt Herodes dicebat, à qua suspicione procul abducens: uos uero, ait, quē me esse dicitis? Vos, inquam, qui plura me fecisse uidistis, qui meo nomine cōplures uirtutes ipsi quoq; fecistis. Quid igitur Petrus oīum apostolorū os, uertex consortij totius? cū oēs interrogati essent, ipse solus respondet. Et quā
F doquidem de sententia uulgi petebat, oēs respondebant: cū uero de sua eos rogaret, Petrus cōfestim prę siluit, ac præueniens ait: *Tu es Christus filius dei uiui.* Quid igitur Christus? *Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi.* Atqui nisi propriè sic Petrus intellexisset, & ab ipso patre natum crederet, nō fuisset reuelationis opus illa cōfessio, nec aliqua beatificatione digna, si unū ex multis dei filijs illum putasset. Etenim iam pridem post tēpestatē, qui erāt in nauigio, uerè filius dei es tu, dixerūt: & quāuis uerè dixerint, beatificati tamē ab eo nō sunt. Nō.n. ita ut Petrus, sed unū ex multis uerè filium ęstimabant, p̄cipuum quidem, magisq; dilectum, nō tamē ex patris substātia natum. Nathanael quoq; dicebat: Rabbi, tu es filius dei, tu es rex Israel: nec solū beatificat⁹ nō est, uerūetiam quasi multò inferiora q̄ oporteat, cogitaret, sic à Christo erat redargutus. Quoniā tibi dixi, quia uidi te sub ficu, credidisti: maiora his uidebis. Ea igitur de rē Petrus beatificatur, qa Xp̄m patris propriè filiū cōfessus est, qua ēt de causa nihil tale de illis dictū est, quale de hoc dicitur, qa pater re-

Ioan. 3. b. & Ephe. 4. b
Ioan. 6. g
Luc. 9. a
Sup. 14. d
Ioan. 1. g.
Luc. 16. f.
Gen. 12. a
Ibidem.
Ibidē. d
Gene. 41. c. d

Guelauit tibi. Nam ne, quoniã uehemẽter amoris uinculo Petrus Christo coiungebatur, assentatiuncula gratificans, hęc uerba dixisse multis uideretur, in medium patrem produxit, qui ad confessionẽ ueritatis animũ Petri cõmouit: ita Petrus quidẽ locutus est, pater aũt illi quod loqueretur, subiecit, ut nõ humanam opinionẽ, sed diuinam sniam diuinitus dictam Petrũ credas enunciasse. Quare aũt nõ ipse aperte dicit, ego sum Christus, sed de aliorũ snia rogando discipulos conducit? Quia uidelicet & ipsum magis ita decebat, & illi ad fidem hoc modo inuitabantur. Vides quo filium pater, patrẽ filius reuelat. Nec enim patrem quisquam recognoscit, ait, nisi filius, & cuicunq; uoluerit filius reuelare. Non ergo possumus aliunde cognoscere filium, q̃ à patre: nec patrẽ aliunde, q̃ à filio: ita etiam hinc honoris gloria, & substantiæ prædicatur idẽtitas. Quid igitur Christus? Tu es Simon filius Ionæ, tu uocaberis Cephas: Nam quia patrem meũ prædicasti, ego ẽt illum nomino qui te genuit: ac si diceret, quemadmodũ tu Ionę filius es, sic ego patris mei filius sum: Nam aliter superuacaneum oĩno, atq; superfluum esset dicere, tu es filius Ionæ. Verũ quia ille dixit, tu es filius dei: ut sic se esse filium dei ostendat, sicut ille Ionæ filius, eiusdẽ uidelicet substantiæ cũ patre, idcirco illud adiecit: *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.* id est, fidẽ atq; cõfessionẽ. Hic aperte prædixit magnã eorũ qui crediturí & erãt & sunt multitudinẽ fore, & sublimiora sapere ipsum facit, & ecclesiæ futurę pastorẽ constituit. *Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* Si uero aduersus ecclesiam non pręualebũt, multo minus aduersus me pręualebunt. Nõ.n.turbari te cõuenit cũ audieris, quia tradar & crucifigar: aliũ deinde honorem ei præbet. *Et ego autem dabo tibi claues regni cœlorum.* Non dixit, rogabo patrẽ, ut tibi det, sed quãuis magna erat potestas, & domi magnitudo ineffabilis: & ego tamẽ dabo tibi, inquit: ac si diceret, Quemadmodũ tibi pater dedit, ut me cognosceres, ita & ego tibi dabo. Quid das, quæso? Claues, inquit, regni cœlorum: *Vt quæcunq; ligaueris super terram, sint ligata in cœlis: & quæcunq; solueris super terram, sint soluta in cœlis.* Quo igitur nõ est eius qui dicit, ego tibi dabo, sessum etiã in dextris & sinistris concedere? Animaduertis quo pacto ipse ẽt ad altiorẽ de se opinionẽ Petrũ adducit, & seipsum his duabus pollicitationibus reuelando filium dei ostendit. Nã q̃ deus cõcedere solus potest peccatorũ. s. remissionẽ, & ut futura ecclesia tot tantisq; fluctibus impetu irrũpentibus imobilis maneat, cuius pastor & caput piscator homo, atq; ignobilis terarũ orbe relucẽte adamãtis naturã firmitate superet, hęc inquã omnia q̃ solius dei sunt, se polliceturq; daturũ. Ita & pater ad Hieremiã, dicebat: Sicut columnã ferream, & sicut murũ æneũ posui te. Sed ipsum qdẽ genti uni pater, hũc aũt uniuerso terrarũ orbi Christus præposuit. Quare libenter ab his quęrerẽ, qui dignitatẽ filij minorem, q̃ patris dicũt, q̃ nã sibi maiora dona uideãtur, q̃ pater, aut quę filius Petro largitus est? Pater quidẽ reuelationẽ ei filij sui dedit: filius aũt partim, ut tam patris q̃ filij sui reuelationem ubiq; terrarũ posset seminare, partim ut quãuis homo esset mortalis, cœlesti tamen potestate polleret, & claues haberet regni cœlorũ: ita Petrus ecclesiam p uniuersum orbẽ amplificatã, cœlo ẽt ipso ualidiore monstrauit. Transibunt.n. inquit, cœlum & terra, uerba aũt mea non transibunt. Quo ergo minor est, qui hęc in Petro effecit? Hęc aũt non ideo dico, quia alia patris, alia filij opera esse putẽ. Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: Sed ut linguam eorũ abscindamus, qui talia proferunt, Tu uero mecũ ex eis oĩbus quanta sit potestas eius intellige. Ego tibi dico, inquit, tu es Petrus, & ego super te ædificabo ecclesiã meã, ego tibi dabo claues regni cœlorũ. Hæc cũ dixisset, *Præcepit eis, ut nulli dicerent, quia ipse est Christus.* Cuius rei gratia mandauit? Vt. s. scãdalis de medio sublatis, & mysterio crucis, ac oĩno passione cõsummata, cũ nihil restaret quod retundere aut perturbare fidem posset, syncera & immobilis opinio de ipso in audientium animis cõfirmaretur. Nondũ.n. clarè sua uirtus effulserat, qua de causa post resurrectionẽ, quando rerũ ueritas erat coruscatura, & uirtus eorum q̃ fiebant præcipuè apostolis auxiliatura, uolebat ista predicari. Non.n. erat æquale, modò quidẽ miracula facientem in Palæstina uidere, modò aũt contumelijs peli, ac maximè quãdo crux miraculis erat successura, & ubiq; terrarũ fide, ac adoratione certa perspicere nihil amplius tale patientem: pp hęc igitur oĩa mandauit, ne ulli dicerent. Quod.n. iam radices egit, si euulsum fuerit, nõ facilè potest iterum plantatũ pullulare: quod uero posteaquã semel locatum est, immobile atq; innexum remãsit, facilè propagatur ac crescit. Nam si discipuli qui plura uiderũt, multáque audierũt arcana, solo auditu scãdalizati fuerũt, nec ipsi solũ, uerũetiam & uertex omniũ Petrus: cogita nunc tecũ quid uulgus, qui nihil altius secretè inspexerũt nulla spiritus gratia stabiliti fuere, perpessi fuissent, si quem filiũ dei esse perceperint, eũ crucifigi, & omni cõtumelia exagitari uiderent? Prętera si discipulis dicebat, Multa habeo uobis dicere, sed nõ potestis ferre modò: quantò magis reliqua multitudo decidisset, si ante opportunũ tempus huiusce modi mysteriũ fuisset reuelatũ? Et ut credas quantũ intererat, plenã postea doctrinã accipere, cum ea q̃ scãdalizare possent prætulerint, ipsius Petri facta diligenter considera. Ille nanq; ipse Petrus qui post tot tantaq; signa ter negauit, & uilẽ puellã timuit, posteaquam crucis mysterio cõsummato claras habuit resurrectionis demonstrationes, ne quicquã relinqueretur, qd animũ eius conturbaret atq; cõcuteret: sic immobilẽ & fixã doctrinam spiritus tenuit, ut ueluti leo in populũ Iudæorũ irrueret, & pericula mille, ac deniq; ipsam mortẽ contẽneret, Iure igitur iussit, ne ad multos sermonẽ ederent, cũ neq; ipsis qui orbis magistri futuri erãt, cũcta cõmittere apertè ante crucẽ uoluerit. Multa.n. illis dixit, q̃ ante crucẽ nõ intellexere. Ipse quoq; ait, Habeo uobis dicere multa, sed non potestis ferre modò. *Et tunc incepit eis ostendere, quoniam oporteret eũ pati.* Et tũc inquit, quãdo in animis eorũ pręcipuũ hoc dogma fixit atq; locauit, tũc de passione incepit dicere: neq; tamen ẽt sic intellexerunt qd dicebatur. Erat.n. inquit, quasi uelamine obductus hic sermo, & ceu obscuritate ita tectus, ut capere nõ possent, qa & resurrecturus erat: idcirco i difficilioribus imoratur, & sermonẽ i latius extẽdit, ut mẽte ipsorum adaperta, percipere possent quicq̃. Sed nõ intellexerunt, inquit, sed erat hoc occultum ab eis, & timebãt eũ interrogare, non utiq; utrũ mo rietur, sed qualiter & quo, & qdnã hoc mysteriũ sit. Nã cũ nescirent qd ipsum resurrectionis uerbũ signi

Sup. 11. d & Luc. 10. d

Hie. 1. d

Infrà. 24 c

Ioan. 1. d

Ioan. 16. a

Luc. 22. f

M

I

K

L

A ficaret, nõ mori nõ modico pstantius esse putabãt: quam ob rem cũ alij dubitantes turbarentur, Petrus iterum ex feruore solus audet ea de te quicquã dicere, neq; illud palã, sed sigillatim, atq; seorsim alijs remotis discipulis. *Propitius*, inqt, *tibi esto, nec fiat tibi hoc.* Quid nã ô Petre hoc est, tu q reuelationẽ desup habuisti, qui beatificationẽ cõsecutus es, cui claues cœlorũ traditæ, tam citò adeo grauiter lapsus cecidisti, ut passionẽ pertimueris? Cur mirum tibi uidetur, inqt, si ea re id passus sum, de qua nihil reuelatũ est? Hinc certe clarè uidem⁹, non à seipso, sed ex reuelatione illa dixisse: qa in his q̃ reuelata nõ sunt turbari, & turbare, & cẽties audiẽdo nõ sentit quod dicitur. Didicit certè, quia filius dei est: quid aũt mysterium crucis, & resurrectionis sibi uelit, nõdũ didicit. Erat enim, ait occultus ab eis hic sermo. Perspicis qa iure mandauit, ne in publicum hæc efferẽtur. Vbi.n. isti turbantur, qbus hæc necessariò cõmittũtur, qd nõ paterentur cęteri? Ipse uero ut ostẽderet, spõtè se ad passionem uenire, increpauit Petrũ, & satanã appellauit. Audiãt quicũq; passionis Christi crucem uerecundãtur. Nam si apostolorũ uertex, etiam antequã crucis mysteriũ disceret, satanas uocatus est: quã ue niam impetrabunt, qui ubiq; iã prædicatam Christi crucẽ negare audent? Nã si q à deo beatificatus fuerat Petrus, qui ex reuelatione fuit ueritatẽ confessus, sic acriter increpatur: quo supplicio cruciabũtur, qui crucis mysteriũ nõ suscipiũt? Nec dixit, quia satanas per te locutus est: sed, uade post me satana. Hęc.n. ilius oppositi cupiditas erat, ne Christus è morte resurgeret: idcirco sic uehemẽter increpauit, qa sciebat tã ipsum quã cæteros ualde id formidare, nec facilè posse audire: quocirca & mẽtis ei⁹ arcana reuelat, di cẽs: *Quia non sapis ea quæ dei sunt, sed ea quæ hominum.* Nã ille cũ humanis caducisq; cogitationib⁹ rẽ pensaret, turpe ac indecorum id oĩno futurũ ęstimabat. Carpẽs igitur ipsum, ait: nequaquã me quidẽ passio dedecet, sed tu carnali cõsilio id ita iudicas: Nã si diuinis ductus pceptis, atq; carnalis sensus immunis, hęc audires: nõ te fugeret profectò, quia pcipuũ mihi decus est passio, tu indignãne ipsam arbitraris? Ego uero dico, qa passionis negatio mæa ex consilio diaboli est. Sic ex cõtrarijs solicitudinẽ mẽtis eius cõ primebat. Et quemadmodũ, Ioanni idignum putanti, quòd à se Xps baptizaretur, baptizare persuasit, cũ dixerat, ita decens est nobis. Et huic ipsi Petro pedes suos prohibẽti lauari, cũ dixerit: Nõ habebis partem mecũ, si pedes tuos non lauero. sic etiam hic à contrarijs eũ represit: & increpationis acrimonia timorem passionis extinxit. Neminẽ igitur pudeat horum salutis nostrę symbolorũ atque signorũ. Passio certè domini nostrę beatitudinis caput est atq; origo, qua uiuimus, & p quã sum⁹. Sed ueluti coronã, sic lęto animo crucẽ Xpi circũferamus. Omnia.n. q̃ ad salutem nostram conducunt, per ipsam consummãtur. Nam cũ regeneramur, crux domini adest, cũ sacratissimo alimur cibo, cũ in ordine consecrandi statuimur, ubiq; ac semp id uictorię signe nobis assistit: Quapropter & in penetralib⁹, & in parietib⁹, & in fenestris, & i frõte quoq; ac mẽte, magno studio crucem inseramus. Id.n. salutis nostræ, id communis liberatis, id mãsuetudinis atq; humilitatis domini signum est. Ductus est.n. ut ouis ad occisionẽ. Quansam uerte, & iræ ac reliquarũ passionum incẽdia extingue: quando te cruce signas, magna tuã frontẽ arma fiducia, libertate animum munias. Nec.n. latet uos quę nã sint, qbus libertati donati sumus. Paulus enim cùm ad capessendã ueram hãc libertatem nos hortaretur, ad crucis & sãguinis dominici memoriã reduxit dicẽs: Precio empti estis, nõ sitis serui hominum. Preciũ autem hic crucem appellauit, quam nõ simpliciter digito in corpore, sed magna profectò fide in mẽte formare oportet. Nã si hoc modo eã impresseris, nullus sceleste rũ dæmonum cùm hastã uideat, qua letale uulnus susceperit, congredi tecũ audebit. Nã si cũ solũmodo loca in qbus capite damnati pœnas psoluunt uidem⁹, ingẽti horrore cõcutimur: quid passurum putas diabolũ, si mucronẽ tenere te uiderit, quo uires ei⁹ Xps dissoluit, & quo caput draconis magno ictu rotauit? Noli ergo tanto bono uerecundari, ne quando in maiestate sua ueniat Christus de te uerecũdetur. Tunc.n. signum hoc super radijs solis coruscans, ante Christũ uidebis. Præcedet enim profectò crux magnã uocẽ aspectu emittẽs, & ad uniuersos homines pro domino respondẽs atq; ostendens nihil ex parte domini defuisse. Hoc signũ & priscis, & nostris tẽporibus clausas ianuas reserauit, hoc uenenorũ uires extinxit, hoc feroces bestias represit, hoc letales serpẽtũ morsus curauit. Etenim si portas iferni pfregit, si cœlorũ ostia reclusit, si paradisi renouauit igressum, si diaboli neruos recidit, quid mirum est, si pestifera uenena, atroces bestias, aliaq; huiusmodi supauit? Hoc igitur in mẽte tua celato, & animarũ amplectere salutẽ, hæc crux terrarũ orbẽ cõuertit atq; sanauit, hæc terrorẽ abegit, ueritatẽ reduxit, terrã in cœlum restituit, ex hominibus angelos effecit. Hæc crux nõ terribiles, sed despicabiles hominib⁹ dęmones effecit. Hac cruce mors in sõmnũ redacta est, hac oĩa quæ nobis aduersabãtur, humi deiecta cõculcantur. Si ergo gentiliũ quispiam tibi dixerit, crucifixũ ne adores, noli dubitare clara uoce, & læta facie dicere: Et adoro, & adorãdi nunquã faciã finẽ. & si ridebit, largas tu effunde lachrymas de insania ei⁹. Agas imortales domino gratias, cuius beneficio hæc susceperim⁹, q̃ null⁹ absq; diuina gratia dicere potest. Nã idcirco hic etiam ridet, quia homo animalis nõ suscipit ea q̃ ipsius spiritus sunt. Sicut etiã pueri tunc mirantur, quãdo magnũ quid, atq; mirabile pspexerint: & si ad uidẽda mysteria infantes pduxeris, proculdubio ridebũt. Infantibus sanè gentes mihi similes uidẽtur, immo uero illis quoq; impfectiores, ac ideo multò miseriores: qa nõ in ætate iuuenili, sed i prouecta ifantiũ leuitate adeò pturbãtur, ut nulla uenia digni & sint, & uideãtur. Sed nos clara & magna uoce dicam⁹, & tunc maximè quãdo assũt gẽtiles, eximia fiducia exclamemus: Gloria nostra, caput & origo beatitudinis, libertas, & corona, crux est. Vellẽ cũ Paulo posse dicere: Per quẽ mihi mũdus crucifixus est, & ego mũdo. Sed cũ multis atq; uarijs detinear passionib⁹, nequeo id sanè dicere. Quare uos moneo, & multò antequã uos meipsum, crucifigamur mũdo, nihil cõmune habeamus cũ terra: sed tota mẽs nostra amore supioris patriæ, gloria beatitudinis ardeat. Cœlestis.n. milites regis sum⁹ ac arma spiritalia iduti: cur igitur cauponũ & abiectarũ psonarum, imo, uermiũ uitam eligimus, cũ ibi oporteat esse militem, ubi & imperator est? Militamus.n. non sub illis qui longè absunt, sed sub illo q̃ propè adest: Mortales qppe imperatores,

Supra. c.

B

C

Sup. 1. a.

Ioan. 13. a

Crux ubiq; inferenda.

Esa. 53. c. & Acto. 8. f.

D

E

F

1. Cor. 6. d

2. Cor. 2. d

Gal. 6. d

G non oēs in prætorio, & ad latus suum esse patiūtur: at uero cœlestis oēs propè suam regiam sedem esse desiderat. Et quo fieri potest, inquies, cœlesti assistere sedi quempiam, cùm in terris conuersetur? Ita & Paulus cū in terris esset, ubi Seraphin sunt, ibi cōuersabatur, propius Xpo assistens, quā hastati, & stipatores isti regi suo assistāt. Quippe cū isti aspectū huc atq; illuc circūferāt, ille uero nulla rerum specie motus uniuersam mentis aciē ad regem semper tendat: quare si uoluerimus, nos quoq; pro culdubio poterimus. Nāsi locorū interuallo diiunctī essem⁹, nō iniuria illud obiectū esset: si uero ubiq; rex noster est, studēti semp atq; attēto proxim⁹ adest, ideo propheta
Psal.22.a quoq; dicebat: Nō timebo mala, quoniā tu mecum
Hie. 93.e es. Et ipse rursum deus: Deus appropinquans ego sum, & nō deus à lōgè. quare q̄madmodum peccata nos ab illo diuiungūt, sic uirtus nos illi conglutinat.
E *Isa.58.c.* Adhuc.n.te loquēte, ait, dicet: ecce ego adsum. Quis enim adeò fuit paratus, & erectis cōtinuē auribꝰ adstās, ne quando à filijs suis uocaretur? Nemo profecto, deᵉ aūt paratus, cōtinuē ad suorū uocē seruorū
H est, nec ūquā ut oportet uocauit, obaudiuit. Hac de causa dicit, adhuc te loquēte: nō expecto, inqt, ut orationē finias, sed cōfestim cū incipias, exaudio. Vo-
Ibidem. cem⁹ ergo ita ipsum, ut uocari desiderat. Quomodo autē uocari uult? Solue ait, oē uinculū iniustitiæ, dissolue fasciculos uiolentarū pmutationū, diuelle iniustam omnē conscriptionem: Frāge panem tuū esurienti, & pauperes q sine tecto sunt, in domum tuā inducas. Si uideris nudū, idue ipsum, & domesticos seminis tui nō despexeris. Tunc scindetur matutinale lumē tuū, & uestimēta tua citò tibi orietur, & prēibit ante te iustitia tua, & gloria dei circūamiciet te. Tūc uocabis me, & ego exaudiam te: &, adhuc te loquēte, dicā: Ecce adsum. Sed qs hæc oia poterit facere, inquies? Immo uero, dic q̄so, qs nō potest? Quid enim ex illis difficile, aut qd arduum⁹ quę certè ita facilia facta sunt, ut multi mensurā eorum in agendo excesserint: non iniusta chirographa solū lacerantes, uerumetiam oibus suis se denudantes, non tecto, & mensa pauperes tantūmodo recipiētes, uerūetiam magno se pudore cōficiētes, ut inopes nutriāt: qui nō cognatis tantūmodo, uerūetiam inimicis beneficia contulerunt. Tu uero nescio quid illorū difficile putas. Non.n. dixit, mōtes pertranseas maria nauiges, tot tātaq; terræ iugera effodias, ieiunus permaneas, cilicio te induas: sed pbe de tuis, frange panem esurienti, iniusta chirographa proiice. Quid istis facilius inuenire potes? Si uero tu difficilia putas, magnitudi nē pmiorū cōsidera diligētius, & facillima tibi reddentur. Nam quemadmodū reges in equorū cursu atq; certamine, in ipso agone coronas, uestes, cæteraq; munera ante certantiū oculos ponūt: sic & dominus ī medio stadio pmia locauit, & quasi multorū manib⁹ p uerba prophetæ ostēdit. Et reges qdem isti, & si reges sunt, tamē qa & ipsi mortales sunt, & sua facultas caduca, & liberalitas facilè potest exhauriri: idcirco ut multa uideātur q̄ donāt, singulis singula munera ministris in medū producūt: rex autē noster ecōtrà. Nā quoniā immortalis & ditissimus, & nihil oīno facit ad ostentationem, omnia simul collecta ante oculos posuit: q̄ siquis per singula diuidat, innumera erunt, & infinitis opus manib⁹ erit, ut teneri & oblectari possit. Quod ita esse credes, si unū-
E *Isa.58.b* quodq; in se diligenter pspicias. Tunc scindetur, ait, matutinale lumen tuū. Putásne unū multis hoc mu K
nus uideri? sed non est certè unū: multas enim coronas, multa pmia in seipso includit. Quare si placet, reuoluamus hoc inuolucrū, quantū in nobis situ est, & ingētes in hoc contineri diuitias inspicietis, dummodo nō deficiatis: sed attētè, oro, mētem adhibeatis. Et primū illud uideam⁹, cur non, apparebit, dixit: sed, scindetur? Vt uelocitatem. s. & copiam dantis ex primeret: utq; hoc uerbo intelligamus ualde illū nostræ salutis cupidū esse, quodq; munerib⁹ plenus ex largiendi festinatione quasi prorūpit, cùm nihil sit quod inęstimabile dādi desiderio prohibere possit, qbus oibus infinitā profectò bonorū copiā parata nobis esse ostēdit. Deinde uideam⁹ qd sibi, matutinale, uelit. Nihil aliud certè hoc te noīe docet, nisi ut scias, quòd non posteaquā periculum tentando fecerit, neq; postquā afflictiones inuaserint solùm, uerumetiā antea pręuenire solet. Nam quemadmodū in frugibus matutinalia quę citius, quā speraui⁹ in maturitatē peruenerūt, appellare soliti sumus: eodē hic sanè pacto qd uel ante tēpus nobis illuceat, ma- *Ibidem.*
tutinale nuncupauit. Quale illud etiā est, adhuc te lo L
quēte dicā: Ecce adsum. Quod porro lumē dicit? Nō istud certè qd sensib⁹ nostris subiectū est, sed aliud multò pstantius, quo cœlū, angelos, archāgelos, cherubin, seraphin, sedes, dominationes, principat⁹, potestates, uniuersum cœleste exercitū, regia deniq; illa tabernacula uidem⁹. Quod lumē qui receperunt, non ad gehennā, non ad uermē, à quo pestifera funduntur uenena, non ad stridores dentiū, non ad uincula quę dissolui nō possunt, nō ad angustias, tribulationes, profundas tenebras, fluuiū ignis, maledictionē loca doloris: sed eò pueniunt, unde dolor & mœstitia semp fugit, ubi gaudiū igēs, pax, charitas, deliciæ spirituales, ubi uita æterna, inffabilis gloria, inenarrabilis pulchritudo, maiestas regis inæstimabilis, ubi bona illa sunt, q̄ oculus nō uidit, auris nō audiuit, & q̄ in cor hoīs nunquā ascenderūt: ubi thalamus est spiritalis, ubi ornamēta cœlorū cōspicūtur, ubi uirgines q̄ fulgidas habēt uestes, & oēs qui nuptialē habent amictum conuersantur, ubi opes sunt M
domini, ac thesauri, & æraria eius. Vidisti quā multa & magna sunt hæc prēmia, quę oia uno uerbulo cō
1. *Cor.2.c* prehendit: sic aliorum etiam uocabulorū potestatē reuoluētibus, magna nobis copia & profundissimū pelagus occurret. Tardabimus igitur, respōde(q̄so) adhuc, nec prōpti erimus ad misericordiā? Minimè, oro: si oia nobis eiicienda essent, si in ignē saliendū, si in enses atq; mucrones incumbēdum, magno aīo cuncta perferamus, ut regni cœlorū amictum, & ineffabilem illam gloriā consequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, Amen.

Homilia.lvi. ex capite. xvi.

Vnc Iesus dixit discipulis suis: Siquis uult post
t *me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suā, et sequatur me.* Tūc, istud ad qd nā est tē pus referendū? ad illud uidelicet, quādo Petrus dixit, propitius esto tibi: & audiuit, Vade post me satana. Nā cū magis, atq; magis horū uerborū Petri absurditatem, & passionis utilitatem uoluerit ostendere, nō fuit cōtetus increpasse solūmodo. Sed tu, inquit, mihi dicis, propitiꝰ tibi esto, nec erit tibi hoc: ego uero tibi respodeo: qa si meā passionē prohibueris, aut molestē feras qa patiar, non solū damnaberis, uerū etiā nulla tibi prorsus spes salutis restabit, nisi & ipse

ad passionem

A ad passionē semper paratissimus sis. Nā ne indignā eā passionem putarent, nō contentus his quæ dicta
Ioan.12.c sunt, alia ēt attulit consequēter, quibus utilitas enodatur: ac apud Ioannē quidē dicit, Nisi granū frumēti cadens in terrā mortuū fuerit, ipsum solū manet: sin uero mortuū fuerit, multū fructum affert. apud istum uero, Matthæū dico, hoc ipsum magis proba re studens, non se solūmodo pati oportere ostēdit, uerūetiā & discipulos in id tandē deuenturos prænunciat. Tanta.n. istius rei utilitas est, ut non bene uobiscum agatur, si hanc mortē effugiatis. Beatissimi aūt sitis, si parati semp ad patiendū fueritis: sed hæc quidē postea, interim uero ex una tantūmodo parte hoc probat. Tu aūt ppende, qūo nullo pacto cogit oratio. Non.n. dixit oportere ipsos pati, uellēt nollentq; sed quid? Siquis, ait, post me uenire uult: non impello, nō urgeo, sed liberā singulorum uoluntatē efficiens, dico, siquis uult. Non.n. ad afflictiones & onera, nec ad supplicia, & pœnas, ut co-
B gere mihi opus sit, sed ad ineffabilia bona cōuoco, quorū ea natura est, ut facilè p seipsam uos inuitare possit. His dictis uehemēter eos attraxit. Nā sicut q uim affert, plerūq; auertit: sic qui liberos audientes cōstituit, multò magis attrahit: potētior. n. omnino est oratio mitis, q̄ uiolenta, ideo dicebat. Siqs uult. Magna.n. sunt, ait, quæ retribuo, ac talia, ut ultrò ac spontè homines ad ea concursuros dubitare nō debeas. Nō.n. si quis aurū atq; argētū proponeret, uim inferret: quātò igitur magis in cœlestibus bonis inferēda nō est? & certè si rerū ipsa natura nō psuadet, & nisi spōtè curres, nec accipere quidē dignus es, nec si acceperis, quale quantūq; sit quod acceperis, cognosces: ideo nō cogit Christus, sed hortatur, indulgens nobis. Nā quia murmurādo, turbati & cōmoti pp dictū illud uidebantur. Nō est opus, inqt, turbari, si nō putatis uobis commodū esse quod dixi: nec
C ad similia uos descēdere arceo, sed eos duntaxat uoco, q me sequi uolūt. Nec istud sequi quod modo facitis, post me uenientes, intelligere me arbitremini: multis laboribus uobis opus erit, multa pericula subeūda, si me illo modo seq cōstitueritis. Nō.n. ò Petre, quoniā me filiū dei cōfessus es, hac re solū coronæ tibi expectādæ sunt, & quasi hoc tibi ad salutem sufficerit, totaq; res cōsummata sit, in ocio & uoluptate uiuēdū. Nā etsi facilè ipse queā, qa filius sum dei, omniū te periculorū experte facere: tui tamen gratia nolo, ut & ipse nōnihil afferas, & maiore probitate confirmeris. Quēadmodū enim qui ludicrū instituit agonē: sicut athletarū amicitiæ uinculo iūgitur, nunquā eū nisi descenderit in certamine coronabit, qui proprium illius uidelicet laborem desiderat: & quò magis eū diligit, eò magis uictorē uidere cupit: sic etiā Christus quos maximè diligit eos nō solū auxilio suo dūtaxat, uerūetiam & à seipsis uult cōprobari. Minimè aūt onerosam oratione reddit, quia non sibi solis hæc imminere, sed communiter uniuersō terrarū orbi proponit, dicens: Siquis uult, siue uir, siue mulier, siue princeps, siue subditus, hāc uiā ingrediatur. Et fermo qdē unū quid significare uidetur, tria uero cōtinet, abnegationē tuiipsius, & ut crucē accipias, & tertio ut Christū sequaris: quorū duo cōiuncta sunt, unū p seipsum separatim poni tur. Cōsideremus igitur prius qdnā sit abnegare seipsum. Si ergo intelligis quid sit aliū abnegare, tunc rectè pcipies quid sit abnegare teipsum. Quid igitur abnegare teipsum? Quid igitur abnegare aliū? Qui D
aliū nā abnegauit, fratrē puta, aut seruū, aut quēuis aliū, si cædi eum uirgis uideat, si arceri uinculis, quicquid aliud mali pati eū conspexerit, non occurrit, nō auxiliatur, non flectitur, nec prorsus ullo modo mouetur, ceu ille q penitus ab illo alienatus est. Sic igitur nullo nos pacto corpori nostro parcere uult, ut neq; si cæditur, neq; si pellitur, neq; si uritur, nec si qd aliud huiusmodi patitur, ei parcam⁹. Quid dixi, nō parcamus: cū id profectò sit uerè parcere? Nā ēt tunc patres maximè filijs parcunt, cū magistris atq; doctoribus tradentes, maximè rogāt ne parcāt. Sic igitur Christus, nō dixit tamen non parcas, sed significantius ac expressius, denega teipsum, pericula subi, certaminibus te offer, & quasi alius hæc patiatur sic afficiare. Nec dixit, neget: sed, abneget: ac ut hac adiūctiuncula plurimū addat, cū abnegare multò plus q̄ negare profectò sit. *Et tollat crucē suā.* Nam ne
qs putet ad uerba usq; tantūmodo, ac contumelias & opprobria abnegationē hāc sui fieri oportere, id subiūxit, ut uideas abnegādos nos esse usq; ad mortē, & mortē turpissimā: quā designans non dixit, ab E
neget seipsum usq; ad mortē, sed, tollat crucē suam: non semel, nec bis, sed cōtinuē per totā uitam hanc tecū mortē circūferas, & continuē ad necē paratissimus sis. Multi quidē pecunias cōtēpsere, multi delicias uitæ ac gloriā conculcauerūt, mortem autē despicere nō potuerūt, sed pericula & dolores formidarunt: ego uero ad effusionē usq; sanguinis uolocertatores meos luctari, & ad necē usq; pugnā cōtinuare. Quare si mottē obire oporteat, & eā turpissimā & æstimatione hominū pessimā, ferenda omnia sunt æquo, immo potius læto animo. *Et sequatur me.* inquit. Nam quo posset quis sic talia pati, ut Christū non sequeretur? si nihil uidelicet pp ipsum pateretur. Quippe latrones, sepulchrorū uiolatores, dæmonū inuocatores, multa plerunque talia patiūtur. Ne igitur credas ipsius passionis naturā per se sufficere, causam eius subiecit. Quā ipsam? Vt quæ dicta sunt, uniuersa faciens atq; patiens, ipsum sequaris: ut. s. propter ipsum omnia sustineas, utq; omnē F
uirtutis numerū habeas: Is.n. Christū sequitur, qui non in periculis modò fortitudinē adhibet, sed modestiā, sed humilitatē, & omne sublimioris philosophiæ genus coplectitur. Id.n. est rectè dominū sequi ut & propter ipsum cuncta sufferas, & alias uirtutes non negligas. Multi diabolum sequentes, multa patiuntur, & uitā propter ipsum perdunt, quā nos pp Christū, immo uero pp nosipsos perdamus. Illi hoc faciūt, & tā hic q̄ in futura uita sibi obsunt: nos utraque uita patiamur, faciamus obsecro. Summa enim ignauia est, nō tantā saltem solertiæ magnitudinem animæ nos adhibere, qui fulgentibus coronis frue-
nur, quantā perditi homines ostentant, præsertim cū nobis Christus adsit atq; opituletur, illis uero nemo patrocinium præbeat. Verū hoc præceptum iā
tunc dixit, quando mittebat eos, dicens: In uiā gen- *Sup.10.a*
tiū ne abieritis. Mitto.n. uos, inqt, si cuti oues in me- *Ibidē.b.*
dio luporū, & ad principes & reges ducemini. Nunc *& Luc.*
aūt idipsum multo intensius, atq; acrius expressit. *10.a*
Mortis.n. tunc solūmodo, nunc aūt crucis etiā mentionē fecit, et crucis iugis atq; perpetuæ: Tollat nāque, ait, crucē suā: id est. portet semper, feratq; secū. Illud porrò solitus est ubiq; conseruare, ut non à primis exordijs, sed paulatim progrediēdo, ne audiē-

Gtes, conturbentur, sublimiora p̄cepta edicat. Verū quoniā nimiū uidebatur qđ dixit, uide qūo ex cōsequentibus illud mitigat. No enim solummodo p̄stantissima præmia, quæ labores excedāt: sed uitiorū ēt supplicia ponit, in quibus multò magis immoratur. Quoniā non ita præmiorū retributione, quē admodū pœnis & cruciatu multi resipiscere solent. Quare cōsidera qūo & initiū hinc sumpsit, & exitū huc tandē conducit. *Quicunque enim uoluerit animā suam*, ait, *saluā fa cere, perdet eam: quicunque autem perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. Quid.n. prodest homini, si uniuersum mundū lucretur, animæ aūt suæ detrimentū patiatur? aut quā dabit homo permutationē pro anima sua?* Tale quid igitur est qđ dicit, Nō qa nolim uobis parcere, sed quia ualde parcere uolo, hæc impero. Nā & qui liberis parcit, is eos pdit: q
Prou.23.b aūt castigat, & nō parcit, is salutē eis præbet: quod & sapiēs quidā dixit, Si erudieris, inqt, filiū tuum uir
Ibid.29.c ga, non morietur, sed animā eius eripies de morte: & rursus: Qui refrigerat filiū suum, colligabit uulnera eius. hoc & in re militari fieri solet. Nā si quando
H militibus dux parcat, & idcirco in urbe semper eos detineat, tā milites q̄ alios simul corrumpit, ac perdit. Quod ne uobis accidat, inquit, necesse est ut ad morte semper expediti sitis: bellū enim graue indicitur, quare noli domi sedere, sed expeditus ad pugnā egrediaris, & si ceciderit in acie, tūc uicisti. Nā si qui in his secularibns pugnis morte contempta magno aggrediatur hostes animo, is probatissimus inter alios, & inuictus plerūq; pmanet, & terrorē hostib⁹ facilius incutit: qbus de causis, quāuis post mortem imperator, cuius edicto arma capta sunt, suscitare neminē pōt, multi tamē uiri fortes inueniūtur: quanto magis in spiritali & nostra pugna, ubi certa resurrectionis spes nobis proponitur, is inueniet animā suā, q morti eā exposuerit? Primò quidē, qa citò non capietur: deinde ēt si ceciderit, ad meliorē uitā perducit eā. Verū quoniā dixit, Qui uult animā suā saluare, perdet eā: & quicūq; perdet, saluabit, & salutē & perditionē in utroq; collocauit, nequis & hāc pditionē illi equalē putet, & salutē saluti similē: sed certior sit tantò salutē à salutis discrimine differre, quātò perditio à salute simpliciter distat: à cōtrarijs hoc
I cōprobat. Quid enim expedit homini, ait, si uniuersum lucrabitur mundū, & animæ suæ detrimentum patietur? Vides salutē hanc animæ perditionē esse, immo perditione omni peiorē, quia nullo remedio sanari, nullo præmio amplius redimi potest: non ergo dicas, ait, animā suam eum seruasse, qui hæc pericula euasit. Nā si orbem quoq; terrarū lucratus fuerit, quid plus habebit? Dic, oro, quid lucraberis, si dū seruos tuos magnificis dapibus deliciosè uiuere uideas, tu extremo inediæ malo debilitatus iaceas? An fortè qa domin⁹ es lucrari te q̄quā dices? Nequaquā. Id ergo ipsum ad animā tuā trāsferas, cū delicias corpore, & magna rerum affluentia ditaris, esuriente anima, & extremā expectante perditionem. Quid aūt dabit homo in permutationē pro anima sua? Immoratur iterū atq; iterū in eodē. Nū, ait, aliā habes animā, quam posis pro anima tua dare? Nā pecuniā qui amisit, aliam pro amissa potest afferre. similiter qui ædes, qui seruos, qui cętera huiusmodi amisit: animā uero si perdas, aliā pro ea dare nunquā poteris: sed si rex orbis atq; domin⁹ esses, si omnia q̄ in orbe sunt, & ipsum orbem offerres, nō poteris animā eruere unā. Non est aūt mirum, si hoc in K
anima ita fit, cū & in corpore similia p̄spicere liceat. Nam si natura debile corpus habes, non poteris si mille alia corpora, mille urbes, mille regna, infinitā pecuniam impenderes, à debilitate illud uindicare. Pariter itaq; de anima, immò multò magis q̄ de corpore cogita, & cæteris omnibus neglectis, omnē curā, omne studiū, oēm operam tuam ad ipsam confer as. Noli igitur de alienis curare, & te ac tua negligere: quod plerique omnes nunc faciunt. His similis es, qui metallorū operi traditi sunt, nullū enim illi emolumentū, nullas opes inde consequūtur, sed magno periculo atq; detrimento suo alijs laborant, nihil prorsus de sudore, ac labore & morte, quā plerunq; obeunt, ad fructū suū inde conuertentes. Hos igitur plurimi nunc imitantur, qui nō sibi, sed alijs diuitias quærūt. Immo uero & his multò miseriores sumus: quoniā mors doloris finē illis, nobis aūt quos gehēna expectat, ueræ afflictiōis initiū affert. At si dices, fruar laboribus atq; diuitijs meis. Animā fruentem
L ostende, q̄ princeps oium nostrarū est rerū, & mihi persuasisti: sin uero corpus pinguescit, atq; floreſcit illa tabescēte, quid ad te ptinet hæc rerū copia? Nihil certè, sicut nec ancillæ uoluptas mœrenti dominæ aliquid cōfert, nec uestis magnificētia imbecillitati corporis. Quare tibi Christus iterū atq; iterū dicit, qđ dabis ò homo in permutationē pro anima tua? Ita sursum atq; deorsum, & ubiq; ad cōseruandā animā te impellit, & de ipsa solū curādū admonet. Verū post hos terrores à retributione bonorū dolores mitigat. *Venturus est.n. filius hominis*, ait, *in gloria patris sui, & tunc reddet, unicuiq; secundū opera eius*. Vides unā eē gloriā patris & filij: quòd si gloria una est, ne
1. Cor.15 cessario & substātia una. Nā si una substantia, glorię differētia inuenitur: Alia.n. inquit, gloria Solis, alia lunæ, alia stellarū: &, stella à stella differt in gloria, quāuis ambarū una substātia sit: quonā modo quorū gloriā una est, eorū aliā atq; aliā substantiam esse putabimus? Non.n. dixit, in tali gloria, qualis patris M
gloria est, ne discrimē aliquod esse suspiceris: sed exactissimè ac exquisitissimè in ea gloria, inquit, adeò ut una & eadē sit. Cur igitur reformidas Petre, cum moriturū me audias? uidebis.n. tunc me in gloria patris. Si uero ipse in gloria ero, & uos similiter. Nō.n. præsens hæc uita terminū uobis apponet, sed uera beatitudo uos suscipiet. His dictis, nō fecit hic finē, sed terribile illud iudiciū, relationē rationū, ineuitabilē sententiā quæ flecti, & iudiciū quod decipi non pōt, in mediū adduxit. Quam orationē rursus bona spe pmiscuit, qa nō dixit, tūc se peccatores puniturū, sed unicuiq; secūdū operationē suā redditurū. Hoc ita facit, ut & peccatores supplicij, & rectè uiuentes coronæ ac præmiorū recordentur. Et ipse quidē ut & bonos confirmaret, & alios reduceret, hæc dicebat. Ego uero cū cognosco, qa nō sum de numero eorū q coronātur, perhorresco hæc audiēs: puto autē in hoc timore, atq; angustia nōnullos me socios habere. Quē.n. non possent hæc uerba in seipsum ita cōuertere, ut cū sibi cōscius sit, nō phorreſcat psuasus, qa cilicio nobis opus est, & lōgiore ieiunio, q̄ Ni Ionæ.3.b
niuitarū populus olim adhibuit? Non.n. orbis euersio, & cōmunis mors nobis imminet, sed æterna supplicia, & ignis inextinguibilis intentatur. Quare illos monachos q eremū habitāt, & aliorū multorū causa, & maximè pp hæc uerba & laudo, & admiror.

A Nam illi post prandiū, immo uero post cœnam prādium. n. penitus ignorant, quia uidelicet certiores sunt, luctus & ieiunij p̄sens tempus hoc esse: post cœnā igitur quoslibet gratiarū actionis hymnos ad deū dicentes, huius etiā uocis meminerunt. Sed si placet uniuersum sacratissimū illum cantū uobis exponā, ut adsiduè illū uos quoq; canatis. Benedict⁹ deus, q me pascis à iuuentute mea¹, qui oi carni cibum præbes, reple lætitia & gaudio corda nostra, ut semp satis habētes, ad omne bonū opus abūdem⁹, in Xp̄o Iesu domino nostro, cū quo tibi gloria, honor & imperium cū sancto spiritu in secula, Amen. Gloria tibi domine, gloria tibi sancte, gloria tibi rex: quoniā dedisti nobis escas, gaudio & lętitia reple nos in spiritu sancto, ut inueniamur in cōspectu tuo acceptabiles sine uerecūdia, quādo unicuiq; reddes secundū opera sua. Omnia igitur huius hymni admiratione digna sunt, sed exitus multò magis. Nā quoniā mensa & cibus diffundere solet atq; grauare, quasi frēnū ali
B quod hęc euāgelica uerba tēpore lętitię animo ipo- nūt, ut diligēter illius iudicij recordētur: nō.n. fugit
Deut.32.c eos quanta mala passus à mēsa luxuriosa Israel fuit. Comedit.n. inquit, & incrassatus est, & calcitrauit di
Ibidē.6 lect⁹. Ideo ēt Moses scripsit: Cū māducaueris, atq; bi
b. beris, & impleueris te, memēto domini dei tui: post mēsam. n. iniquissimè agere ausi fuerāt. Caue igitur etiā tu, ne tale qđ patiaris: nā si nec lapidi, nec auro, oues ac uitulos sacrificaueris, caue tamen ne animā tuā, ne saluationē tuā fornicationi, aut huiusce modi cęteris passionib⁹ sacrifices: hac.n. de causa ēt monachi hęc p̄cipitia, & prærupta metuentes, cùm mēsa, immo uero ieiunio usi fuerint, ieiuniū quippe mēsa eorū est, in illius se diei, & terribilis iudicij memoriam reducunt. Si autē illi qui ieiunando, humi dormiendo, uigilando, ciliciū induendo, millecq; alijs seipsos castigant, hac etiā admonitione indigent: quādo nos, moderatè ac probè uiuemus, qb⁹ mēsę mille naufragijs refertæ proponūtur: q nec in principio manducādi, nec in fine ad orationē nos cōuertim⁹? Quod ne faciam⁹, & ut naufragia mensarū dissoluamus: totus ille hymnus ī medio positus explanetur, & quantā utilitatē afferat nō ignorantes, assiduè ip-
C sum ī mēsa canamus, & uētris, & insultationes cōprimamus, moribus atq; legibus illorū domi nostrę subiceptis. Nā quoniā ad illos ut oportet uos ire nō uultis, saltē nostris uerbis huius spiritalis cātus fructum
1. Cor.10 colligite, & post mensam singuli hæc uerba cātetis,
& et Col. sic incipiētes: Benedictus deus: Secūdū apostolicā le
3.c gē, qua iubemur, ut q̄cunq; facimus aut dicimus, in nomine Iesu Christi, gratias deo patri reddētes, agamus, statim incipiunt: & gratiarū hęc actio nō pro illa, & una die solū, sed pro uniuersa uita effunditur. Qui.n. me pascis, ait, à iuuētute mea. Ecce sublimioris philosophiæ doctrina: cū.n. deus te pascat, nulla tibi solicitudine opus est. Nā si rege aliquo tibi polli cente quotidianū ex mensa sua cibum ac refectus, cibū nō q̄reres: multò magis cū oia tibi diuina uolū tate quasi è fontibus emanāt, oi cura expers esse debes. Idcirco. n. hæc dicunt, ut tam sibiipsis quàm discipulis suis persuadeant, ut ab oi seculari cura immunes se conseruent, ac neqs suspicetur, pro seipsis solūmodo gratias deo reddere, subiungunt: Qui oi carni cibū p̄bes: ita quasi uniuersi orbis parētes pro omnib⁹ gratias agūt, & ad fraternā omniū dilectionem seipsos hortātur, nō.n. possunt eos odisse, pro-
quibus, qa diuinitus nutriātur, deo gratias agāt. Per- D
pēdis in actione gratiarū & præcipuam charitatem adesse, & seculare calcari solicitudinem. Nam si carnem omnē nutriat, multò magis alet eos, qui semp ei adhærēt: & si eos q secularibus curis iuoluti sunt, quantò magis illos qui oia hæc mundana contemnunt? Quam rem Xp̄s etiam confirmans: dicebat:
Quot passerib⁹ meliores uos estis? His. n. uerbis in du Luc.12.d
cit nos, ut non opibus, & terræ seminibus nos iacte mus, quoniā non his, sed uerbo dei alamur. Ceterū hoc exordio hymni, Manichæos quoq; ac Valentinianos, & uniuersum illorū morbū retrudūt. Nō.n. nequā & prauus potest esse ille, qui oibus ipsis etiā non adorātibus, immo blasphemātibus eū affatim sua proponit. Reple lætitia & gaudio corda nostra. De quanā tętitia dicūt? de seculari ne? Minimè: nō.n. profectò, si hanc expectarent, deserta loca & mōtiū cacuminia peterent, nec cilicio sibi opus esset: sed illā optāt lętitiā, cui nihil cū uita p̄sente cōmune est. Il lā dico, q̄ angelorū est, quæ suprema omniū est, nec simpliciter eam petunt, sed optant. Non.n. dicunt p̄sta, sed reple: nec dicūt nos, sed corda nostra. Hæc enim maxima lætitia, & summū gaudiū est, quę cor E
dis est. Fructus. n. spiritus, inquit, charitas, lætitia, & Gala.5.d
pax. Et quoniā mœstitia peccato inducta est, orāt ut per gaudiū iustitia in cordib⁹ eorū plantetur, nec sanè aliter lætitia unquā uera potest generari. Vt semper satis habentes, ad omne opus bonū abūdemus. Vide euāgelicū illud dictū ab ipsis impleri, quo dicitur: Panem nostrū quotidianū da nobis hodie. Quę
Suprà.6 panem etiā propter spiritualia quęrunt, Vt ad omne b. et Luc.
opus bonū abundem⁹, subiūgentes. Nec dixerūt, ut 11.a
faciamus quod debemus, sed ut ulteri⁹ etiā quā nobis iniunctum est, progrediamur: hoc.n. significat, ut ad omne opus bonū abundemus: sic à deo qdē, quod sibi satis sit, petunt: ipsi uero maiora & plura quā sufficiāt, immo autē oia offerre parati sunt. Hoc seruorū non ingratorū est, hoc uirorū qui uerè philosophantur, ut semper & in oibus bonis abundare uelint. Deinde ut imbecillitatis suæ memores sint, nec obliuiscātur, nihil absq; dei nutu generosum fieri posse, cū dixerint, ut ad oē bonū op⁹ abundemus:
Ephes.3 adiiciūt, In Xp̄o Iesu domino nostro in secula, amē. b.
Aequalē principio finem per gratiarū actionem te- F
xuerunt. Deinde uidentur iterū exordiri, cū eandem orationē continuent, sic & Paulus in quodā exordio epistolæ cùm in glorificationē deueniisset dicens: Se
Galat.1.a cundū uoluntatē dei patris, cui gloria ī secula, amē. Et alibi rursus: Et coluerunt creaturā p̄ter creatorē, q est benedictus in secula, amen: non absoluebat
Rom.1.c orationē, sed cōtinuabat. Nemo igitur hos angelos incuset, tanquā sermonis seriē confundentes, qui leges apostolicas sequentes, quāuis, in glorificationē exisse uideātur, sacrū tamen hymnum continuant. Sed à glorificatione cœperūt, & in glorificationē diuerterunt, & post huiusmodi diuersoriū ceu iterū exorsi dicūt: Gloria tibi domine, gloria tibi sancte, gloria tibi rex, quoniā dedisti nobis escas ī lætitia. nō.n. pro magnis solū, uerumetiam pro minimis gratię agendæ sunt: quāuis etiā hinc Manichęorū hæresim, & omnes qui p̄sentem uitam malam arbitrantur, repellāt: nam nequis propter arduā eorū philosophiā & uentris cōtemptū suspicetur, quòd escas sicuti illi qui se præcipitent, abominētur: his uerbis docēt omnes, quòd non abominatione creaturarū dei, sed qa

G sublimiori philosophia uiuere statuerūt, à pluribꝰ se abstinēt. Tu aūt cōsidera quomodo ab actione gratiarum propter illa q̄ iā data sunt, ad petitionē maiorum accedūt, nolētes ex cupiditate cœlestiū in terris permanere. Dicūt. n. repele nos spiritu sancto. Nō enim probè, ac ut oportet, agere possumꝰ, nisi gratia illa repleti fuerimꝰ. Quis. n. potest generosè quicquā facere, nisi Xpi nutus accedat? Sic ut igitur postquā dixerūt, ut ad omne bonū opus abūdemus, in Christo Iesu adiūxerūt: ita hic dicūt, reple nos spiritu sancto, ut inueniamur ī cōspectu tuo acceptabiles sine uerecūdia. ac si dicerēt, Nulla cura est nobis, ne uere cūdemur in cōspectu hominū, sed q̄cūq; de nobis homines aut ridētes aut exprobrātes dixerint, ad ea nec uertimur quidem: totū autē hoc certamen nobis est, ne tūc uerecūdemur. His dictis ignei tandem fluuij recordantur, & præmiorū mentionem faciūt: nec dicunt ne puniamur, sed ne uerecūdemur: id. n. nobis ēt gehēna ipsa terribilius est, si uidebimur dominū offendisse. Quod (quia multos & rudiores nō
H terret) addūt, Quādo unicuiq; reddes secūdum opera sua. Vides quātū nobis aduenę ac peregrini posuerūt, hi dico eremi habitatores, immō uero cœlorū ciues: nos certè qui harū urbiū ciues sumus, peregrinamur à cœlo, illi autē econtrà. Qui post huiuscemodi orationem ac hymnū magna compūctione cōmoti, & largioribus lachrymis perfusi, ad somnū gradiūtur, tantū dormientes, quantū necesse ad requiē est: ac rursus ex noctibꝰ dies faciētes, in actionibus gratiarū, glorificatione & psalmis uiuūt: nec uiri solùm, sed mulieres etiā hoc genere philosophandi exercentur, & naturæ ifirmitatē magnitudine animi supant. Vereamur igitur inuictum illarū robur, nos qui uiri sumus & censemur, aliquādo præsentiū rerū, immo uero umbræ somniorū, ac euanescentis fumi cupiditate tabescere. Magna. n. pars uitę nostrę sensū quasi carere uidetur. Iniens. n. ætas multa dementia plena est: matura uero, & q̄ iā senectuti admouetur, sensus
I aciem hebetiorē reddere solet. Ita parua illa uitę particula est, q̄ deliciarū uoluptate potest potiri: immo uero, nec illa syncerè hoc facere potest, cū mille curę, mille labores ipedimēto sint. Quare (obsecro) stabilia, immortaliaq; illa q̄ramus bona, & eam uitā, in qua nunquā senescimus. Potes. n. & urbes habitare, & monachorū philosophiā imitari. Potes & uxorem habere, & i magna familia uersari, & orare, simul ieiunare atq; cōpungi. Nam & qui ab apostolis in principio initiati fuerunt, urbes quidē habitabant, & eorū
Act.18.a nulli, ut Priscilla & Aquila officiniæ pērant: prophetę quidem oēs & uxores, & domos habebāt, sicuti Esaias & Ezechiel, & eximius ille Moses, & nihil hinc
Exo.2.d. & 18.a uirtuti eorū fuit impedimento. Horū igitur zelo cōmoti, semper gratias deo agētes, semper hymnis eū laudemꝰ, & omne uirtutis genꝰ amplectamur, & eremi philosophiā in urbes adducamus, ut cœlestiū bonorū participes in ęternum gaudeamus, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, Amen.

Homilia. lxvij. ex cap. xvi. & xvij.

Men dico uobis, sunt q̄dā de hic adstātibus, qui
a *nunquam gustabunt mortem, donec uiderint filium hominis uenientem in regno suo.* Quoniā multa de periculis, multa de morte, multa de passione sua, & de cędę discipulorū locutꝰ est, & aspera cōplura, atq; ardua eis inūxit: q̄ oia cū pręsentē uitā sequerentur, imminere iā atq; incumbere uidebantur: K
bona uero q̄ pollicebatur, longiore spe erāt expectāda, utputa qa seruarent animā suam si perderent eā: quia in gloria patris sui uenturus sit, & pmia redditurus: ut uisū etiā certiores faceret, quantùm capere possint, gloriam suam qua cū uenturus est, in pręsenti uita ipsis ostendere, & iā uisuros pollicetur, ne aut sua, aut domini morte doleāt, & maximè Petrus. Et uide qd agit, cū de regno & gehenna differuerit: quā
Ioan.12.d do. n. dixit, Qui inuenit animum suam perdet eam, & quicūque perdet eā gratia mei, inueniet ipsam: &,
Rom.2.d quia unicuiq; secūdum opera sua reddet: regnū & gehēnā designauit. Cum igitur utriusq; differuerit, regnū quidē ut oculis cernatur concedit, gehennā autē minimè. Quare sicꝰ quoniā rudioribus, ac ineptioribus id necessarium erat, probis uero & iā perspicacibus satis fuit à melioribꝰ cōfirmari: præterea hoc multò magis ipsum decebat: non tamen oīno illam
L partē prætermisit, sed est quādo atrocitatē gehennæ quasi ante oculos oratione proponit: ueluti quādo Lazari effigiē descripsit, & eius meminit q denarios centū repetiit, & illius q sordida uestę uestitus
Luc.16.c erat. *Et post dies sex assumpsit Petrū, Ioannē & Iacobū.*
Inf.18.d Alius aūt euāgelista, post octo, ait: nec ulla certè dis-
Inf.22.d sonātia est. Nam alter tam illā diem qua Christus lo-
Ca.xvij.d cutus est, quā qua in mōtem adduxit: alter intermedias solū connumerauit. Tu uero Matthæi philoso-
Luc.9.d phiā considera, qui nō celauit nomina eorū qui prępositi fuerant: qd & Ioānes sæpius facit, cū eximias
Inf.20.c Petri laudes uerissimè, ac diligētissimè describat. Nullum. n. in hoc apostolorū consortio liuor aut inanis gloria locū habebat. Primos igitur apostolorū seorsum assumpsit *Et adduxit in montē, et trāsfiguratus est*
ante eos, & resplenduit facies eius sicut sol: uestimēta uero eius facta sunt alba sicut nix. *Et ecce apparuerūt eis Moses et Helias loquētes cū ipso.* Quā ob rē hos accipit? qa excellētiores cæteris uidelicet erāt. Et Petrus quidē, quia ualde Xpm diligeret, idcirco præstabat. Ioannes uerò, qui nimiū diligebatur, ac Iacobus à respon-
so quod dedit, cū fratre interrogatus dicens, Possūmus hūc calicem bibere: ab operibus ēt ipsis, partim
M alijs, qa perfecit qd dixerat: sic acer atq; grauis Iudęis erat, ut magnum munus illis obtulisse, cū eū interfecerit Herodes, uisus sit. Cur aūt nō illico, sed post sex dies hoc fecit? ne cęteri. s. discipuli seu hoies mouerētur. Qua de re nec eos noīauit quos acceptur⁹ erat? Ne audientes alij ardore sequēdi uexarentur: desiderassent. n. exemplum futuræ glorię uidere, doluissent ēt forsan tanquā neglecti. Nā & si corporale magis illud ostēdebatur, summa tamē erat cupiditate desiderādum. Cur aūt id prędixit? Vt ipsa pdictione dociliores, ac paratiores ad spectaculum faceret, & dierum numero, atq; mora maiori desiderio concitati, uigilanti animo, & attenta mente accederent. Cuius aūt rei gratia Mosen & Heliam produxit? Multas qui dem dicere quis causas posset, & primùm quoniam turbę, alij Heliam, alij Hieremiam, alij priscorum prophetarum unum opinabātur: idcirco Mosen & Heliā cæterorū prophetarū uertices, ut q̄ magnum sit inter seruos & dominum discrimen oculis cernerēt, utq; rectè laudatum] crederēt Petrum, qui filium dei eum confessus est. Deinde quoniā assiduè, quasi trāsgressorē legis Iudæi accusabant, & blasphemare putabant, quasi gloriā patris nihil ad eum pertinētem uendicaret. Dicebant. n. hic non est à deo, quia sab-
Ioan.9.d batum

A batum non seruat, & rursus: De bono opere nō lapi-
Ibid.10. d damus te, sed cū sis homo, deum te facis ut ipsa re monstretur, quia ex inuidia hæc criminabantur, qa neutri horū criminum subiiceretur. nec legis pręuaricator esset, nec alienā gloriam sibi acquireret, ęqualem se patri faciendo: eos produxit in mediū, quorū
Deu.5.c alteruter in alterutra istarū rerum perfulsit. Mosi. n. legē dedit, quare non fuisset passus Moses cōculcari legem ut Iudæi credebant, nec pręuaricatorē eius, & legum latori hostē lator ipse unquam coluisset. Helias aūt pro gloria dei zelauit, quare nō astitisset ei q ęqualem se patri dicebat si nō esset, nec paruisset illi qui sibi quod nō habebat uendicaret. Ad hęc oia illud ēt possumus dicere, ut tam mortis, q̄ uitæ habere potestatē liquidò ac uerè crederetur, utq; superno rum & infernorū dominus ostēderetur, idcirco Mosen iam mortuū, & Heliam, qui nondū id passus est in medium produxit. Quartā uerò causam (quarta enim est prioribus cōnumerata) euāgelista quoq; ip
B se tetigit. Quæ nam igitur illa est? Vt crucis gloriam ostendat, & tam Petrū q̄ reliquos, qui passionē formidabant cōsolaretur, & ad sublimius erigeret. Non
Luc.9.d enim tacebant, inquit, sed loquebātur de gloria, quā completurus erat in Hierusalē, de cruce uidelicet, ac passione. sic enim ipsam semper appellabāt. Accedit ad hæc omnia uirtus quoq; uirorū singularis atque præcipua, quā maximè à discipulis flagitabat. Nam
Sup.16.d quoniā dixit: Siquis uult post me uenire, tollat crucē suam, & sequatur me: hac de causa eos qui centies pro dei pręceptorū custodia, & populi qui sibi credi turus fuerat mortē suscepissent, in mediū producit: quorū uterq; cū animam perdiderit, inuenit eā uterque sanè magna libertate aduersus tyrannos locuti
Exod.5.a sunt: alter aduersus Aegyptiū, alter aduersus Achab
3.Reg.17. a & qd magnū est, pro ingratis hominibus & inobedientibus, à quibus in atrocia pericula cōpulsi sunt: quia etsi priuati ac absq; potestate fuerāt, propositū tamen habuerunt ab idolorū cultu populū eripere: quorū alter tardus lingua, & uoce tenuis, alter etiā
Exo.4.c aliquo modo rusticior, & uterq; secularū diuitiarū apprimè cōtemptor. Nā neq; Moses quicquam possidebat, nec Helias præter melotē aliquid habebat,
C præsertim cū ueteres essent, neq; tanta gratia signorum pollerent. Nā etsi mare Moses scidit, sed Petrus
Exo.14. d per maria deambulauit, montes transferre poterat, uarios morbos curabat, immanissimos dæmones pellebat, & sola umbra corporis miraculosa agebat,
3.Reg.17 d & uniuersum orbē ad Christū reduxit. Si uerò ēt Helias mortuū suscitauit: sed ab istis mille, uel antequā spiritu essent donati, fuerāt excitati. Produxit igitur illos in mediū, ut eos qui maximè populares fuerūt imitarentur, & animi robur atq; constantiā sequerētur, fierentq; mites ut Moses, zelotes ut Helias, & pię curiositatis similiter. Alter. n. triennem annonæ ino-
3.Reg.17 cebat, Si quidem dimiseris ei peccatum, dimitte, aut
Exo.32.g dele me quoq; de libro tuo. Ad hæc oia suæ quoq; gloriæ apostolos admonebat, cū assistere fecisset, non ut ad similē solum, sed ut ad maiorem certādo
Luc.9.g 4.Reg.1c c statum conscenderent. Quare quando dixerūt, dicamus ignem de cœlo descendere, & Heliæ qui hoc fecit, meminerūt, Nescitis respōdit, cuius spiritus estis: ad innocentiam enim eos charismatis, ac doni præstantiam exercebat. Non putet autem aliquis Heliā nos tanquam imperfectum uilipendere: perfectum enim illum omnino, tempōrum tamen suorū consi- D
deratione arbitramur fuisse. Nā cum puerilior tunc, ut ita dicā, mens hominum fuerit, non tam exquisita egebat doctrina. Hac quoq; ratione Mosen perfectum æstimamus fuisse, & tamen plus ab apostolis petitur, q̄ ab illo fuit desideratū. Si. n. iustitia uestra, *Sup.5.c*
inquit, scribarū & Pharisæorū iustitiam nō excedet, non intrabitis in regnū cœlorū. Non. n. in Aegyptū solum, sed in uniuersum terrarum orbē non minore idololatriæ insania furentē mittebantur: neq; ut cū Pharaone colloquerētur, sed ut aduersus ipsum diabolum uitiositatis principem arma sumerent. Illud certè ipsis luctamen fuit propositū, ut diabolū uincerent, & uasa eius omnia raperent: q̄ quidem fecerunt, non mare diuidentes, sed impietatis profundū maioribus insurgens fluctibus uirga Iesse dirumpentes. Et expende diligenter, quot quantaq; à Christo illos remouebant, mors, paupertas, infamia, & mille passiones, quibus omnibus magis terrebantur, q̄ tunc mari rubro Iudęi. Persuasit tamen eis, ut oia de spicerent, & quasi solido itinere securi pertransirent.
Ad hæc igitur omnia ipsos confirmans, uiros adduxit, quorū uirtus apud ueteres rutilauit. Quid igitur E
ait feruentissimus ille Petrus? *Bonum est nos hic esse.* Nā quoniam audiuit iturum ad Hierosolymam ut pate- *Sup.16.d*
retur, propitius quidem esto tibi: semel increpatus *& Mar.*
non amplius hoc audet dicere. Sed quoniam adhuc *8.d*
pauore tenebatur, idem alijs uerbis occultius suggerit. Nam cum montē & solitudinem uiderit, tutum se à loco putauit fore: quare uolebat ibi se perpetuò manere, quocirca & tabernaculorū recordatus est. Cogitabat enim si non ascenderet in Hierosolymā, non moriturum Christum, quia ibi audiuit scribas eum aggressuros: hęc cū dicere non auderet apertè, occultius adstruit, dicens: Bonū est nos hic esse, ubi Moses & Helias quoq; adsunt. Helias qui de cœlo se
4.Reg.1. c cit ignem descendere: Moses qui ingressus in caligi-
Exo.33.b nem cū deo collocutus est: prętera nullus sciet hic nos esse. Vides quanto Christi ardore incēdebatur. Non enim quærere debes q̄ prudenter hortabatur, sed q̄ feruens charitate Christi, quamq; inflāmatus esset. Nam quòd non pro se tantū, quantū pro Christo timeret, quādo mortem & insidias Christus pdicabat, ipsum audias dicentem: Animam meam pro F
Mat.14. d te ponam: etsi oportuerit me tecum mori, nō te negabo: unde factum est, ut in medio periculo consti tutus tam ingenti caterua circūfusus, non modò nō fugerit, uerumetiam gladio arrepto sacerdotis serui aurē absciderit. Nō itaq; pro se, sed pro magistro expauescebat. Deinde quoniam bonū est nos hic esse, enunciauit: timens ne iterū increparetur, emendauit seipsum dicens: *Si uis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Mosi unum, & Heliæ unum.* Quid facis Petre? nōne paulò antè à seruis eū separasti, cur seruis modò cōnumeras? Perpendis quo ante crucē erant imperfectiores. Nā etsi pater ei reuelauit, sed nō continuē reuelationē secum tenebat, sed pauore, nō quo diximus solū, sed ēt eo qui tūc uisū ipsum inuasit turbatus fuit: quod alij euangelistæ significantes, & cōfusionē mentis à uisione illa factā ostendentes: Mar
Mat.9.a cus quidē dicit, Non. n. sciebat quid loqueretur: per-
Luc.9.d territi nanq; fuerunt: Lucas uerò cū illud posuerit, sa ciamus hic tria tabernacula, statim subiūxit, nescięs qd dicit. Deinde ostēdens magno fuisse oēs terrore deiectos, Grauati erant somno, ait, & cū uigilassent,

G uiderunt gloriam eius. Somnum. n. hic uocauit, magnā resolutionē uirium, q̄ ab illa uisione facta fuit. Nam ueluti oculi ex nimio fulgore obtenebrantur, sic tunc illis nō in nocte, sed in media die accidit, & splendoris excellētia imbecillitatē oculorum grauabat. Quid deinde? ipse quidem nihil locutus est, sed nec Moses, nec Helias, pater aūt oībus maior, & fide dignior, magnā ex nube uocem emittit. Quamobrē ex nube? Sic ferè semper deus uidetur. Nubes enim & caligo in circuitu eius. &, sedet i nube leui. &, Qui posuit nubem ascensum suū. Et, Nubes suscepit eum ab oculis eorū. Et, Sicut filius hominis ueniēs in nubibus. Vt igitur credant ab ipso deo uocē uenire, à nube uox emittitur q̄ lucidissima erat. *Adhuc enim,* inquit, *eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit illos, & ecce uox de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite.* Quādo. n. minatur, tenebrosam ostendit, quemadmodū in Sina: intrauit enim, ait, in nubem & in caliginē Moses, & uelut uapor ita ferebatur fumus. Et propheta de minis eiº differens, Tenebrosa, inquit, aqua in nubibus aëris. hic uerò, quia nō terrere, sed docere uolebat, lucida nebula uidetur. & Petrus quidē dicebat: Faciamus hic tria tabernacula. ipse aūt tabernaculum nullis factū manibus ostendit: ideo ibi fumus & pauor fornacis, hic uox & lux ineffabilis. Vt aūt nulla dubitatio emergeret, de quo nam uox emitteretur, utq̄ de Christo solū dictum esse intelligerent, illis iam duobus, Mose. s. & Helia remotis, uox fertur: *Hic est filius meus dilectus.* Nullo metu Petre mouearis, oportet enim iam te omnipotentiā eius non ignorare, ac de resurrectione certiorē esse: uerum quoniā adhuc dubitare uideris, saltē à uoce patris fidentior esto. Si. n. omnipotens pater est, proculdubio ēt filius omnipotens est: quòd si adhuc formidas & paueſcis, non solū filium esse, uerūetiam dilectum scito. Quid igitur metuis? nemo perdit quē amat. Noli ergo turbari, nō potes tu magis ipsum diligere, q̄ à patre amatur: *In quo bene complacui.* Non n. quia genuit idcirco tātummodo diligit, uerūetiam quia cū sit ipsi æqualis, in oībus eiusdem ēt penitus est uolūtatis. Duplex igitur, imo uerò triplex dilectio est, quia filius, quia dilectus, quia, bene in ipso complacuit. Quid porrò significat, in quo bene complacuit? ac si diceret, in quo requiesco, cui placeo. Quæ ideo ita se habēt, qā expauisti: patri æqualis una cum patre uoluntatem habet: & cū permaneat filius, unū cum patre est: in omnibus ipsum, inquit, audite. quare si crucis patibulum sustinere uult, non cōtradicas. *Et cum audissent, ceciderunt in faciem suam, & timuerūt ualde. Et accessit Iesus & tetigit eos, & dixit: surgite, nolite timere. Leuantes autem oculos suos, neminem uiderunt, nisi Iesum solum.* Quo autē cum iam antè similis uox in Iordane audita fuerit, nemo ex turba qui aderat expauit: & iterū quando tonitru factū fuisse dicebāt, nullus cōmotus fuit: quo, inquam, nunc timore perculsi ceciderunt? Quoniā uidelicet solitudo & altitudo mōtis ingens, & transformatio plena horroris, lux fulgentissima, profunda nubes & latio, & hæc oīa magnum undiq̄ illis pauorem inferebāt, & ceciderunt trementes, simul atq̄ adorantes. Ne aūt ex timore obliuio fieret, citò eos liberauit, & solº ipse uisus mādauit eis, ne cuiquam dicant, donec à mortuis resurrexerit. Cum enim descenderent de monte, ait: *Nemini dixeritis uisionem, donec filius hominis à mortuis resurgat.* Nam quantò maiora de ipso dicebantur, tantò difficiliora tunc creditu multis uidebantur, & scādalū quod à cruce oriebatur, multò magis crescebat: idcirco silentiū iussit, neq̄ id simpliciter, sed cum passionis intētione, quasi causam exponat, quare opus silētio sit, donec à mortuis resurrexerit. Ita hic quod iucundum erat, solum dixit: asperum uerò atq̄ amarū, silentio tradidit. Quid igitur inquit? nōne id post resurrectionem scandalū passi sunt? Minime: nam & spiritu recepto, & signis clara uoce attestantibus, cæterisq̄ rebus omnibus ad declarandū omnipotentiam ipsius undiq̄ cōfluentibus, nullo scandalo poterant commoueri. Nihil ergo apostolis, & maximè his tribus qui sub nube unā cum domino fuerunt, beatius inuenitur. Verum si uoluerimus nos quoq̄ Christum, non ut illi tunc in monte uidebimus, sed multò certè fulgentiorē. Nam tunc discipulis parcēs tantum splendorem adaperuit, quantum illi percipere poterant: in extremo aūt die in ipsa gloria, atque maiestate patris, non cū Mose & Helia solis, sed cum innumero angelorum, archangelorū, aliarumq̄ potestatum exercitu ueniet, nulla nube caput eius cōtegente, uerūetiam mirum in modum cœlo cōpresso: & quemadmodum cū publicè sentētiam iudices prolaturi sunt, uelamina stratores contrahunt, ut ab omnibus uideantur: sic in solio suo dicentem, uniuersi conspicient, & uniuersum genus hominū iudicio aderit, quos ipse non per alium, sed per seipsum alloquetur: & alijs quidē dicet, Venite benedicti patris mei: esuriui enim, & dedistis mihi manducare. Alijs: Euge serue bone & fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam. Contrà uerò alijs: Ite maledicti in ignē æternū, qui paratus est diabolo & angelis eius. Alij: Malè serue, ac deses. & hos quidem bipartitò scindens tradet tortoribus: hos uerò manibus & pedibus in tenebras iubebit iniitti exteriores. Ita post securim fornax succedet, & qui à sagena proiiciuntur, ibi mirabiliter insident. Tunc quasi sol iusti, imo uerò multò magis, q̄ sol resplendebūt. Non n. id dictum est, quoniā tantus splendor eorū futurus est: uerū quia nihil sole fulgentius, uidemus, ab eo quod nobis notissimū est, futurum designare sanctorum splendorem uoluit. Hac. n. de causa & in monte sicut sol effulsisse scribitur. Nā maiorē lucem illam fuisse, q̄ sit hęc sol aris: inde patet, quia discipuli cū ferrè non possent, ceciderunt. Sic igitur iusti solē fulgore superabūt, peccatores aūt extrema supplicia patientur. Nō erit tunc opus chirographis, nō argumētis, nō testibus, omnia. n. hęc in ipso iudice sunt, ipse testis, ipse argumētorum radix, ipse iudex, & omnia nuda, omnia clara sunt apud oculos eius: nō diues, non pauper, non robustus, non imbecillis, non sapiens, nō insipiens, non seruus, nō liber aliquis ibi uidebitur: sed his laruis cōtritis, operū solummodo erit scrutatio. Nam si quādo de tyranide, aut de cæde quispiam causam dicit, quicunq̄ fuerit, siue præfectus, siue cōsul, siue quauis alia dignitatis excellens præstantia, nihil penitus ualet, sed cōdēnatur, ad pœnam arripitur: multò magis id tunc in oībus pariter fieri uidebitis. Qd ne fiat, deponamus obsecro sordidos peccatorum amictus, & arma lucis diligenter induamus, & gloria dei amiciet nos. Quid. n. ex præceptis graue ac onerosum est? Nec flectes sicut sub iugo colli tui, & saccum ac cinerē substernes, neq̄ id uocabis ieiunium acceptabile: sed solue oēm con

Psal.96.
Psal.103. a
Acto.1.b
Mar.13.c & Lucæ 21.c
Exo.24. d
Psal.17.b
H
Sup.3.d & Ioan. 1.c
Ioā.12.d
K
L
M
Esa.58.b

A nectionem iustitiæ, dissolue cōmutationum uiolentarū fasciculos. Vide quanta sapientia loquitur propheta: abstulit difficiliora, & à facilibº saluari iubet, ut cognoscas non labores, sed obedientiā à deo exposci. Deinde ostēdens uirtutis facilitatē, & grauissimum uitiositatis onus, nudisq̄ nominibus id comprobans, uincula & fasciculos, uitium: uirtutē uerò horum omniū dissolutionē appellat: oēm conscriptionē iniustam perrumpe, fœnoris uidelicet, ac usurarum literas, absolue cōfractos & miseros in remissione. Talis quippe debitor est, qui cū uiderit creditorē, mēte infringitur, & magis eum q̄ atrocē bestiā formidans, postergatur. Pauperes tecto carentes in domum tuam inducas: si uideris nudū, operi eum, & proprios seminis tui non despicias. Et quoniā primabiles diuitiæ iustis reseruentur, monstrabamus: uideamus nūc siquid horū mandatorū difficile sit, & naturam humanā transgrediens. Nihil igitur tale profectò, sed econtrà, incredibilem in his facilitatē, in omni autē uitio maximū laborem & sudorē non paruum inueniemus. Quid. n. difficilius, q̄ fœnerari, & pro usuris uel huiusce modi cōmutationibus uehementer solicitū uades quærere, & modò de pignoribus, modò de sorte, nunc de calculis, nunc de usuris, nunc de uadibus ipsis formidare? in his. n. secularibus ēt subtilis fideiusionum securitas suscepta, fragilis est: ex misericordia uerò de tuis offerre tam facilē, q̄ ab omni cura liberū est. Non utamur ergo illa mercatura, q̄ calamitatem alijs infert, nec q̄ liberaliter offerenda sunt, ceu caupones fœneremur. Non sum aūt nescius molesta hęc uerba multis uideri, uerum quoniā nullū emolumentum silentij est, apertè mihi dicenda esse omnia uideo: quippe si tacuero, nec uerbis uos exagitauero, nō potero per taciturnitatē à supplicio uos liberare: imo uerò ecōtrà nō solum uestræ afflictiones futurę augentur, uerūetiam meæ crescunt. Quid igitur ualet blanda uerborum palpatio, q̄ non modò non iuuat ad opus, uerūetiā uehementer deterret? Quid lucrabor si lętitiā uobis afferā uerbo, & re ipsa mœrorem præparabo? Si delicatissimum auriū sensum demulceam, & animā in pœnas detrudā: Quare necesse est mœrorem hic inferre, ne ibi atrociter puniamur. Grauis dilectissimi morbus, & magno studio indigens in ecclesiā incidit. Nam cū neq̄ à iustis quidem laboribus reconderе pecuniā iubeamur, sed apertas pauperibº domos tenere, ex aliorū inopia opes nobis colligimus, excusabile auaritiæ ac rapinæ genus inuenisse putantes. Nec de illis quięq̄ mihi dicas, q̄ exterioris sunt legis. Nam & publicanus exteriore seruat legem, & tamen punitur, quod sanè nos quoq̄ patiemur, nisi cōterētes: ea enim de causa pecunijs abundas, ut pauperta tē hoīes liberes, nō ut in paupertatē intrudas: tu uelиberalitatē uendis fœnore. Vendas licet, si uendis regno cœlorū, nec centesimā partem abiectū certè & minimū liberalitatis pretiū, sed uitam rapis immortalē. Quid ita pauper & egenus es, ita pusillanimus, ut paruo magna, & caducis pecunijs liberalitatē uendas, cū possis ęterno regno uēdere? Cur omisso deo humano lucro solicitaris? Cur diuitē transcurristi, & pauperi adheres? reliquisti eū, qui reddere potest, & ingrato ac inopi loqueris. Ille restituere desiderat, hic

Luc.18.b

B
C
D
E
F

non reddet nisi coactus: hic uix centesimā partem, ille centuplū & uitā æternam: hic conuicio & contumelijs, ille singulari ac præcipua laude: hic inuidiam multorū in te suscitat, ille immarcesibiles tibi coronas connectit: hic deinde uix in hac uita, ille tam in hac q̄ in futura. Putásne igitur extremæ nō esse amentiæ, sic lucrari? Nescis quot hoies sortem amiserunt fœnoris expectatione, quot in pericula deciderunt, quoniā ampla desiderarunt fœnora, quot tam seipsos, q̄ alios in ultimā deuoluerunt paupertatem pp nimiam auaritiam? Noli. n. mihi dicere, quæso, quia gaudet & gratiā habet quòd sibi fœnore pecuniam colloces: id enim crudelitate tua coactus fecit. Nam & Abrahā cum uxorē barbaris traderet, ipse modū inuenit, quo facilius uxor susciperetur. Non libenter aūt, sed timore Pharaonis ipulsus: sic & pauper post quam ea re tu dignū non putas, cogitat crudelitati gratias agere. Tu aūt mihi uideris si à periculis hominem uindicares, mercedē ab eo flagitare, quoniam liberasti. Minimè, inquies. Quid dicis? Si à maioribus liberasti, pecuniā non exiges, qui pro multò minore tantam inhumanitatē ostendis, nec uides quòd intē tantur pœnæ? Non audis quia ueteri ēt testamento prohibetur? Sed q̄ nam est multorū excusatio? Fœneratus sum, aiunt, sed pauperi obtuli. Bona uerba q̄so, talia deus sacrificia non accipit. Noli cauillare legem. Multò melius est non dare pauperi, q̄ hoc modo dare. Quod. n. iustis laboribus collectum argentum est, propter hos iniquos fœtus plerunq̄ contaminas, quasi quis fœcundum cogat uterū scorpiones parere. Cur aūt dixi legem dei te cauillare? an nō & uos usuras sordes appellatis? Quòd si qui hæc faciunt, ita censent: cogita iam qualis dei de hac re sententia sit. Quòd si exteriores legum cōditores interrogare uolueris, disces ab illis, quia extremæ impudentiæ signum fœnus semper iudicatum est: quare nec amplissimos homines quos senatores appellāt, huiusmodi emolumentis dēturpari sinunt, sed lege prohibent, ne qui rem publicā gerunt, tali lucro maculentur. Quomodo igitur horrescere non oportet, si tantum regno cœlorum honorem non tribuis, quantum legislatores senatui? Sed minus tibi cœlū uidetur, q̄ terra: nec te pudet talem in hac re excusationem excogitare. Quid enim irrationabilius inueniri potest, q̄ ut sine agro & pluuia, & aratro semina fœnoris expectatione, quot in pericula deciderunt, quoniā ampla desiderarunt fœnora, quot tam seipsos, q̄ alios in ultimā deuoluerunt paupertatem pp nimiam auaritiam? Noli. n. mihi dicere, quæso, quia gaudet & gratiā habet quòd sibi fœnore pecuniam colloces: id enim crudelitate tua coactus fecit. Nam & Abrahā cum uxorē barbaris traderet, ipse modū inuenit, quo facilius uxor susciperetur. Non libenter aūt, sed timore Pharaonis ipulsus: sic & pauper post quam ea re tu dignū non putas, cogitat crudelitati gratias agere. Tu aūt mihi uideris si à periculis hominem uindicares, mercedē ab eo flagitare, quoniam liberasti. Minimè, inquies. Quid dicis? Si à maioribus liberasti, pecuniā non exiges, qui pro multò minore tantam inhumanitatē ostendis, nec uides quòd intē tantur pœnæ? Non audis quia ueteri ēt testamento prohibetur? Sed q̄ nam est multorū excusatio? Fœneratus sum, aiunt, sed pauperi obtuli. Bona uerba q̄so, talia deus sacrificia non accipit. Noli cauillare legem. Multò melius est non dare pauperi, q̄ hoc modo dare. Quod. n. iustis laboribus collectum argentum est, propter hos iniquos fœtus plerunq̄ contaminas, quasi quis fœcundum cogat uterū scorpiones parere. Cur aūt dixi legem dei te cauillare? an nō & uos usuras sordes appellatis? Quòd si qui hæc faciunt, ita censent: cogita iam qualis dei de hac re sententia sit. Quòd si exteriores legum cōditores interrogare uolueris, disces ab illis, quia extremæ impudentiæ signum fœnus semper iudicatum est: quare nec amplissimos homines quos senatores appellāt, huiusmodi emolumentis dēturpari sinunt, sed lege prohibent, ne qui rem publicā gerunt, tali lucro maculentur. Quomodo igitur horrescere non oportet, si tantum regno cœlorum honorem non tribuis, quantum legislatores senatui? Sed minus tibi cœlū uidetur, q̄ terra: nec te pudet talem in hac re excusationem excogitare. Quid enim irrationabilius inueniri potest, q̄ ut sine agro & pluuia, & aratro semina

Deu.15.b & Luc. 6.c

Vide Pādectas in titulo de usuris.

Sortē redire compelluntur,& inmaturum ac abortiuū partum párere uiperarū. Tales certè isti fœtus pecuniarū sunt,ut magis miserorum animas corrodant,quàm illæ ferę aluos parentum soleant lacerare.Hæc iniustitiæ uincula sunt,hic fasciculus uiolentarū cōmutationū.Do.n.concedoq;,inquit, tibi nō ut habeas,sed ut maiora restituas : & cū deus nolit quod dederis,accipere:date nanq; illis,inquit, à quibus accipere nō putatis:tu ēt plusquā dederis flagitas,& quod nūquā dedisti,illud quasi debitū exigis: & putas maiorē hinc tibi,atq; affatim bonorū copiā pparari,unde inextinguibilem ardorē ignis tibi incēdis:quod ne fiat,huiusmodi pecuniarū partū ex cidamus,recludamus hos iniquos parturiendi dolores,exiccemus hunc pestiferū uterū, & sequamur illa,quę sola & magna lucra sunt.Quę aūt ista sint, à Paulo audi,quoniam magnus quęstus est puritas conscientiæ.His igitur ditemur diuitijs,ut & hic iucūdè uiuamus,& futuris bonis fruamur,gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi,Amen.

Homilia.lviij.ex capite.xvij.

T interrogauerūt eū discipuli eius dicētes.Quid igitur dicūt scribæ,qđ Heliā oporteat primū uenire? Non ergo à scripturis id faciebant , sed quoniā scribæ illis declarabant,uulgò hęc opinio ferebatur:quēadmodum & de Christo ideo & Samaritana dicebat:Messias uenit,& cū ille uenerit , nunciabit nobis hæc oīa. ab ipsis quoq; interrogatus fuit Ioannes,Heliâsne es tu,aut propheta?latè nāq; ut dixi,hæc de Christo, & de Helia opinio animas hominū occupauerat,nō tamē rectè ab illis hæc interpretabātur.Diuinæ nāq; scripturæ duos aduētus Christi testātur,quarū alter iā factus est,quod signi ficauit Paulus,dicēs:Apparuit gratia dei,& saluatoris nostri oībus hominib⁹:erudiēs nos,ut abnegātes impietatē,et seculares cupiditates, modestè,iustè,ac piè uiuamus.Ecce de primo aduentu , audies nunc qūo & alterū significās subiunxit:Expectātes beatā spē,& apparentiā magni dei,& saluatoris nostri Iesu Christi.Sed prophetæ quoq; utriusq; mentionē faciunt,& secūdi cui pcursorē Heliā asserunt futurum: primi.n.Ioannes fuit pcursor, quem etiam Heliam Christus appellabat,non quia Helias esset,sed quoniā ministeriū Heliæ faciebat:nā sicut ille secūdi aduentus pcursor erit,sic primi fuit Ioannes.Sed scribæ ista confundentes,& populū peruertentes , secundi aduentus solūmodo recordabantur , & dicebāt ad plebē:Si Christus hic esset,iā Helias uenisset:quapropter discipuli quoq; dicunt,quare igitur scribæ Heliā oportere prius uenire asserūt?Hac de causa pharisæi miserūt ad Ioannē,ac interrogabāt Heliāsne ēs tu? nullā prioris aduētus memoriā retinētes:quā solutionē attulit Christus,quia.s.Helias quidē uenit,scilicet ante secundū meum aduentum,& nunc iā uenit:si uerò Thesbitē quæritis, ueniet:ideo dicebat, Helias quidē uenit,& restituet omnia. Quæ nā oīa? Quæcunq; Malachias propheta dicebat. Mittam.nuobis Heliā Thesbitem,ait, qui restituet cor patris ad filiū,ne ueniens percutiam terrā simul.Vides exactam diligentiā propheticæ prædictionis? Nā quoniā propter ministerij similitudinem Ioannes quoq; poterat Helias nominari,ne confusio fiat , patriam adscripsit , Heliam Thesbitem appellans .Ioannes enim non erat Thesbites.Aliud etiam signum addit, dicens:ne percutiā terram simul:secundum atq; terribilem illum aduentū significans, non enim ad feriendam terrā primò uenit.Non ueni,ait,ut mundum iudicē,sed ut saluem. Quod dixit , ut expresse significaret ante illū aduentū,quo iudiciū exercetur Thesbitē esse uenturū : causam quoq; cur uēturus sit,docuit.Quęnam uerò causa est? Vt Iudęis credere in Christū persuadeat,ne omnes simul condemnentur:quam rem ipse in memoriā reducēs , inquit, & restituet omnia,incredulitatem uidelicet Iudęorum,qui tunc erunt residui,ad fidem cōuertet. Exquisitissimè autem dictum est,qui restituet non filij cor ad patrem,sed patris ad filiū.Iudęorum enim filij apostoli erant , ad quorum dogmata pectora patrum,id est Iudæorum generis mentē conuertet. *Dico aūt uobis,Helias iam uenit,& non cognouerunt eū, sed fecerunt in eo quæcunque uoluerunt,sic filius hominis passurus est ab ipsis.* Tunc intellexerunt quoniam de Ioanne dixit eis: nā etsi nec scribæ, nec scripturæ id dixerūt,tamē quoniā acutiores & attentiores facti sunt,citò illud intellexerunt,& maximè quia iam pdixit,ipse est Helias qui uenturus est.& rursus: Dico autē uobis,quia Helias iā uenit.Nec ullo confusionis errore sermonem implicari putes,si modò uēturum uenisse asserat:ambo enim hæc uera sunt.Nam quando dicit,Helias uenit,& restituet omnia:de ipso Helia dicit, qui uēturus est.pp ministerij autem si militudinē Ioannem intelligit.Sic & prophetę unūquēq; ex approbatis regibus Dauid appellabant : & Iudæos pp morū deprauationē Sodomorū principes & filios Aethiopum nūcupabant.Sicuti.n. ille sē cūdi aduētus,ita iste primi pcursor fuit:quāuis & illa de causa Heliæ nomine Ioannē appellet,ut & ualde se ueteris scripturæ concordē,& hunc aduen ū p dicatione prophetæ confirmari ostendat, ac ideo subiecit:*Iā uenit,& non cognouerunt eū,sed fecerunt ei quæcunque uoluerunt.* Quid est, q̄cunq; uoluerūt? In uincula coniecerunt,contumelijs affecerunt,occiderunt,caput disco portarūt:sic & filius hominis passurus est ab ipsis.Opportunè iterū de passione sua facit mentionē,partim à Ioannis passione dolorē eorū mitigans,partim quia mirabilia signa confestim operatus est.Inuenies enim sæpius,si diligentius obseruaueris,quandocūq; de passione sua locutus est, & antè & post illico miraculose ipsum egisse. *Tunc deniq; incepit ostendere,quoniā oporteret eū abire in Hierosolymā,& multa pati.* Tunc,illud quādo significat? quādo pdicat⁹ fuit Christ⁹,& filius esse dei,quādo in mōte mirabilē eis uisionē ostendit, & de gloria sua prophetas colloquentes apostoli uiderunt,tūc apertius de passione pdixit:primò quia & filius hominis passurus ab ipsis est,deinde post paululū eiecto dæmone,quē discipuli expellere nō potuerūt.Cū.n.in Galilęam reuerterentur,dixit eis Iesus,quia tradēdus est filius hominis in manus peccatorū hominū , & interficient eum,& in tertia die resurget.Hoc autem faciebat,ut magnitudine miraculorum magnitudinē doloris minueret,& solamen omni modo ipsis præberet,ut hic ex memoria Ioannis eos consolatus est.Si autem quispiam obiecit,si tot tantaq; aduentu Heliæ bona futura testatur, cur ipsum modò nō misit?Quia certè quāuis Christum Heliā esse putarent,non crediderunt tamen ei.Alij enim Heliam dicebant , alij Hieremiam, & inter Ioannem & Heliam prēter temporum spatia nihil interest.Quomodo igitur crediturī sunt , inquies ? siquidem Helias

cuncta

cuncta restituet,non modò sanè quia notus,tierūtia quoniā usq; ad illū diē amplior magis,atq; amplior gloria Christi solaribus iam radijs erit fulgentior:ad quæ omnia cū prædicatio illius accedat, ad Christi fidē impellens,facillimè suscipient.Cū aūtē dicat: *Et non cognouerunt eum.* Excusare illos uidetur:& partim,quia iniustè passurus ab ipsis est,discipulos cōsolatur:partim qa signis duobus dolorem obtulit,altero iā in mōte facto,altero iā futuro.Cū uerò hęc audissent,aut mœrore passionis pressi,aut interrogare ueriti,quādo uenturus sit Helias non q̄sierūt:quādo deniq; in Galilæa cōmorabātur, cum audissent tradendū esse filiū hominis , & interficiēt eū:subiunxit,ualde illos doluisse. Marcus aūt dicit, qa ignorabāt hoc uerbū,& interrogare uerebātur: Et Lucas,quia occultatū fuit ab ipsis hoc uerbū, ne sentirēt,& interrogare de hoc timebāt.*Cū uenissēt ad tē ad turbā,accessit ad eū homo genua flectens ante eum, & dicens:Domine miserere filio meo,quoniā lunaticus est, & malè patitur.Sæpius.n.cadit in ignē , nonnunquam in aquā,& attuli eū discipulis tuis , & non potuerunt eum curare.* Valde hunc hominē infirmū in fide, scriptura ostendit,qđ multis manifestū est:uel qa Christus dixit,oia esse credēti posibilia:uel quia ille dicebat, iuua incredulitatē meā:uel qa iussum à Christo dēmoni fuit,ne amplius in eū intraret:uel quia rursus ille Christo dicebat,si potes. Cæterū si hominis illius infidelitate factū est ne dæmoniū exiret , quare discipulos criminatur? Vt ostendat quòd ēt absq; fide adducentiū curare poterāt.Nā quemadmodum petentis fides à minorib⁹ miracula elicuit:sic uirtus eorū qui faciunt,quāuis parū credant adeuntes,perficere potest:quæ ambo in scripturis inueniuntur. Cornelius.n.sua fide gratiam spiritus inuitauit : & ab Helisæo,nemine credēte,mortuus suscitatus est. Nā & qui proiecerunt,& proiectus ille cū esset mortuus,sola sancti corporis uirrute surrexit.Quare nō latet,qa & discipuli hac in re titubarunt,quāuis non oēs.Columnæ nanq; apostolorū non aderant : sed dementiā huius hominis illud quoq; significat , qđ discipulos magna turba præsente,ad magistrū accusat.Attuli enim,inquit , eum discipulis tuis , & non potuerunt curare.Christus uerò maiorem culpā illi attribuit,dicens:O *generatio incredula & peruersa,usquequo uobiscum ero? usquequo sustinebo uos?* Non ad hunc hominē solū dirigit sermonē, ne conturbaret eū,sed uniuersum Iudæorū genus:multos.n. cōmotos fuisse credibile est,maleq; de discipulis suspicatos.Cū aūt dicit, quousq; uobiscū ero,q̄ mori sitiat, quantūq; ad patrē redire desideret:& quia non sit sibi molesta passio,sed cū huiuscemodi hominibus conuersatio facilè ostendit,nec tamen increpatione Iudęorum sermonē terminauit, sed adiecit: *Ducite ipsum ad me.* Interrogauitq; quanto hæc tempore patiatur:tū ut discipulos hinc defenderet,tū ut meliore spe pater ductus crederet , posse filiū liberari: quē tamē uexari à dæmone permisit,nō ad ostentationem,quippe turbis coēuntibus cōpresit ipsum, sed pp patrem,ut si trepidare sola uocatione dēmoniū uideret,saltem hoc pacto ad futuri miraculi fidē duceretur.Sed postquā ille , ab ineunte respōdit ætate,adiuua me si potes:respōdit Christus,omnia esse posibilia credēti.Rursum Christus respōdit, ite rū in eū culpam reiiciens.Et quando quidem lepro sus dicebat:si uis,potes me mundare : laudans atq;

confirmans uerba eius,respōdebat.ualo,mundare. Nunc uerò cū iste nihil dignū omnipotentię Christi attulerit,perpende quo ab errato eum reuocat:omnia,inquit,credenti posibilia sunt:ac si diceret, tanta uirtus mea est,ut alij meo nomine miracula possint conficere:quare si credis,ut decet , tā filiū tuū, q̄ alios facilè curabis:his dictis dęmoniacū liberauit.Tu aūt non hinc solū prouidētiā ac benignitatem eis considera,sed ex illo tempore , ex quo dæmoni fuit permissum in hominem intrare : iā enim diu mortuus homo esset,nisi diuina prouidētia fuisset protectus.Nā qui in ignem & aquā eum immittebat,interfecisset profectò , nisi diuinitus frenaretur. quod similiter illi passi fuissent,qui nudi deserta petentes,lapidibus seipsos cædebant.Nō turberis aūt si lunaticus est appellatus,patris.n.dæmoniaci hæc uox fuit.Cæterū & euangelista multos lunaticos cū ratos fuisse alibi ait,à cōmuni omniū consuetudine ipsos nominans.ut.n.elemento illi,ac luminari dęmones detrahant,secūdū lunares cursus aggrediuntur , & remittunt homines . Vnde hęc falsa opinio apud multos cōualuit,quòd luna uarietate sui cursus operetur:qd minimè uerū est.*Tunc accesserunt discipuli ad eū secretò,& dixerunt: Quare nos nō potuimus eiicere illum?* Timuisse mihi uidētur apostoli,ne cessam sibi gratiā amiserint:data.n.sibi aduersus immundos spiritus potestas fuit,quare seorsum accedentes interrogare non uerecūdantur.Nā cū re ipsa potentia eorū fuerat redarguta,cur puduissent uerbis confiteri,quod opere apparebat? Seorsum autē & remotis arbitris faciunt,quoniā de arcana & magna re quæsituri erant.Quid igitur Christus?*Propter incredulitatem uestrā ait.Si enim habueritis fidem sicut granū sinapis,dicetis monti huic:transi hinc,& transibit: & nihil impossibile uobis erit.* Si uerò quispiā dicet, & quādo mōtes trāstulerunt? Respōdebimus,qa multa maiora fecerunt:multos.n.mortuos excitauerūt: æquale quippe nō est,montes transponere , & animā hominis reuocare.Dicūt aūt nonnulli , postea sanctitate illis multò minores,id re postulāte feciſſe. Vnde patet,quia si opus fuisset,montes quoq; transtulissent:ideo nō dixit,trāsponetis oīno mōtes,sed trāsponere poteritis:si aūt non fecerunt,nō est argumentum impotentiæ.Maiora.n.ab ipsis facta non ignoramus,sed quoniā res non postulauerat, noluerunt:quāuis posit ēt aliquid tale factū esse , & non scriptu.Non enim omnia miracula sanctorum conscripta sunt.Nōne igitur,inquies , tantam fidē tunc habebant?Nō certè. Ita.n.imperfectiores erant , ut non semp idē essent:unde Petrus quoq; modò beatificatur,modò increpatur:& reliqui quasi amentes castigantur,cū sermonē de fermento non intellexerint.Sic ergo & nunc ex imperfectione ipsorū accidit,ut maiore infirmitate languerent, quod sæpius ante crucē patiebātur:fidē aūt hic signorū dicit , & sinapis meminit,cuius maxima uirtus est.Nā cū minima sit,magnitudine uirtutis cęteris omnibus uehementior est.Vt igitur ostenderet syncerę fidei minimū ingētia posse,sinapis mentionē fecit:neq; hic stetit,sed mōtes addidit,& ulterius progressus,nihil (inquit)uobis erit impossibile.Tu uerò & discipulorū philosophiā,qui suā impotentiā nō occultarūt,& spiritus sancti uirtutē admirare,qui paulatim homines,ut granū qdē sinapis fidē habētes,sic in summa cōtraxit,ut largos fluuios,copiosos fidei fontes ege

C rerent. *Genus autem hoc, inquit, non eiicitur, nisi per oratione & ieiunium.* Vniuersum dæmonũ genus, non lunaticorũ solũmodo intellexit. Et uide quo iam in ipsis ieiunii semina iecit: nec mihi ea q̃ rara sunt dicas, quòd.s. absq; ieiunio eiecti dæmones aliquando fuerint: si enim unus aut alter sic expulit, impossibile tamẽ est, siquis id patitur, & in delicijs uiuit, ab hoc furore liberari. Aegrotis enim ieiunio maximè opus est. Sed si fide opus est, inquies, cur ieiunare oportet? quia unà cũ fide non paruas uires affert ieiunium. Cumq; maioris philosophiæ singulare opus sit, angelũ ex homine facilè reddit, & uirtutibus incorporeis mirũ in modũ reluctatur, quãuis non ieiunio solum, sed oratione quoq; ac multò magis oratione opus sit. Expẽde igitur, quæso, quot quantaq; bona ex utrisq; iunctis emanent. Qui.n. orat, & ieiunat ut oportet, is multis rebus nõ indiget: qui uerò multis nõ indiget, nunq̃ fiet auarus, & prõnior semper ad misericordiã erit. Qui ieiunat, leuior est, & uigiliãter orat, & cupiditatis incendia extinguẽs, ac animam suam humiliãs, facilè deũ placat: idcirco & apostoli ferè semper ieiunabant. Qui orans ieiunat, binas possidet alas, quibus uẽtos ipsos uolando prẽterue hitur: nõ.n. oscitat, nec extenditur, nec torpet orando, q̃ multi patiuntur: sed igne ardentior, & terra superior est, quare terribilis hostis dæmonibus redditur. Nihil.n. est homine probo orãte potentius. Nã si
Luc.18.a mulier crudelẽ iudicem, qui nec deum timebat, nec hoiem uerebatur, flectere potuit: multò magis propitium deũ faciet, qui continuè orationi adhærens, uentrẽ superat, & delicias spernit. Si uerò imbecillis corpore ieiunare semper nõ potes, nõ eris tamẽ ad orandũ infirmus, neq; ad cõtemnendas uentris delicias inualidus. Ieiunare quidẽ nõ potes, sed nõ uiuere in delicijs potes: qd sanè paruũ nõ est, nec magno interuallo à ieiunio distat. Sed sufficit ẽt hoc diabo li furorẽ deprimere, cui nemo magis amicus est, q̃ qui delicijs & ebrietate maculatur: hic.n. fons, hæc mater, atq; origo uitiorũ omnium est: hac uia olim Hebræos in cultũ diabolus idolorũ iniecit, hac iniquos amores Sodomitarũ inflãmauit: hæc.n. ait, iniquiras est Sodomæ, in copia & plenitudine panis luxuriabãtur, hac deniq; uia mille alij gehẽnæ traditi, periere. Quid.n. deliciarũ hęc fœditas mali nõ inducit? fues ex hominibus facit, imo uerò ẽt multò maiores. Sus enim in luto uoluitur, & stercore nutritur: hic uerò abominabilẽ magis sibi mensam cõstruit, iniquas cõmistiones excogitãs, & amores nefarios: hic nullo certè à dæmoniaco discrimine separatur: imprudẽs.n. & furiosus pariter est. & dæmoniacum quidẽ oẽs miseramur, hunc uerò auertimur, & odimus. Quid ita? quia spõtè furorẽ sibi attrahit: & os, oculos, nares, cætera simpliciter sensuũ instrumẽta amarissimas uoluptatis cõficit cloacas. Quòd si etiã interiora inspicias, uidebis animã eius ceu hyeme, ac intentissimo frigore congelatã adeò, atq; torpentẽ, ut nulla utilitas corpori ab ea possit afferri. Verecundor apertius enarrare q̃cunq; à delicijs mala tam uiri q̃ mulieres patiũtur: quare cõscientię singulorũ, q̃ certius hęc nouit, relinquẽda esse statuo. Quid turpius ebriosa fœmina, q̃ huc & illuc ex temulẽtia peruagatur? quantò.n. infirmius uasculũ est, tãtò magis naufragiũ fit, siue libera, siue ancilla mulier sit: nam libera in medio ancillarũ spectaculo deformatur, & ferua simili iter ancillas turpior redditur: ita facĩt, ut dei munera à stolidioribus uituperentur. Audiui enim multos, cũ insanę istę accidũt passiones, dicentes: Vtinã non esset uinũ. O amẽtiam singularem, ò stoliditatẽ inauditã, alij delinquũt, & dei tu dona criminaris: putasne à uino hoc factũ malũ? Nõ fecit uinum eertè, sed incontinentia eorum qui uino abusi sunt. Dicas ergo, utinam nõ esset ebrietas, non essent deliciæ. si uero dicis, utinã non esset uinum, ordine paulatim progrediens, optabis ne sit ferrum pp homicidiũ, ne sit nox pp fures, ne sit lux propter calũniatores, ne sit fœmina pp adulterium, & sic oĩa dei opera tibi destruentur. Nõ igitur ita dicas, nec uinũ, sed ebrietatẽ crimineris: & ebrio, cũ in se fuerit reuersus, omni dedecore suo prius descripto, dicas datũ esse uinum ad lętitiam, nõ ad turpitudinem nostrã: datum est ut rideamus, nõ ut derideamur, ut rectè ualeamus, nõ ut ægrotemus: ut imbecilla corpora reficiamus, nõ ut robur animi deiiciamus: honorauit te hoc munere deus, cur dehonestas pp intemperantiam bibendi teipsum? Audi qd ad Timotheum
1.Tim.5.d dicit Paulus: Modico uino utere pp stomachũ tuũ, & crebras ęgrotatiões tuas. Quòd si sanctus uir ille
L morbo depressus, & alternis ęgritudinibus laborãs, quousq; magister permisit uino nõ utebatur: quam ueniã nos consequemur, uino ad ebrietatẽ sani abutẽtes? Et illi quidẽ dicebat, pauco utere uino pp stomachũ tuum, ebrioso uero dicit, utaris modico uino propter fornicationes, ut crebra turpiloquia fugias, pp pestiferas cupiditates quas ebrietas parit. Quòd si hęc nõ persuadẽt uobis, ut ab his abstineatis, saltẽ propter dolores, & euersiones stomachi abstineatis. Nõ ad mœrorẽ, nec ad dolorẽ, sed ad lætitiam uinũ datũ est. Vinum.n. inquit, lætificat cor ho *Psal.103.b*
minis: quã eius uirtutẽ uos deiicitis. Nã q̃ lætitia est, si non es in teipso, si mille doloribus uexaris, si oĩa tibi circũferri uideantur, si tenebris detentus, quasi febricitans hominibus indigeas, qui oleo caput tuũ perfundant? Hęc non oĩbus dicta esse uelim, imo uerò dicta sunt oĩbus: non quia oẽs uino corrumpantur, sed quia nullã de ebriosis curã sobrij habẽt. idcirco ad sobrios magis orationẽ direxerimus, quoniã & medicus ægrotis omissis, sanos alloquitur. Vos
I ergo sobrios oro, ne hac turpissima insania unquã M capiamini, & ut eos qui capiũtur, diligẽter sanare curetis. Nolite pati peiores bestiis homines fieri, nihil enim ultrà q̃ opus est illę desiderãt: isti aũt mediocritatis terminos excedẽtes, irrationabiliores illis cõstituuntur. Quãto.n. melior asinus ebrioso est, quãto canis pstantior? Oẽs certè animantes, q̃ rationis expertes sunt, cũ bibunt, aut comedũt, ultrà q̃ satis est, ẽt si mille homines cogerent, nunq̃ elabuntur. Peiores igitur irrationabilibus uos estis, q̃ inebriabimini, nõ apud mẽtis cõpotes solũ, uerũetiã apud uos iudices. Inde nanq; manifestũ est, canibus atq; asinis uestro uos iudicio esse peiores, quia nullũ brutorũ comedere aut bibere cogitis. Et siquis huius rei causam quæreret, nemo respodere dubitabit, ne comedẽdi atq; bibẽdi excessus detrimẽto ei sit. Cũ igitur minus tibi q̃ bestię prouideas, nónne hoc facto tuo minoris te putare uideris, q te cõtinuè in dolores impellas? Nõ.n. in die quo inebriaris, uerũetiam in crastinũ ebrietatis reliquię cõseruãtur. Et quemadmodũ cũ febris cessauerit, debilitas tamẽ inde facta, diuti⁹ remanet: sic ebrietate trãfacta, effectus tamẽ ei⁹ tam corpus q̃ aiam diutius exagitat. Iacet.n. plerũq; tanq̃

A tẽpestate cõquassata nauis miserũ hominis corpus, anima uerò detestabili cupiditate cõpulsa, uehemẽter incenditur: & cũ iã ab ebrietate resipuerit, tunc multo magis q̃ prius insanit, uinũ, dolia, calices, cyathos, & crateres plenos confringens. Et quẽadmodum quãuis trãquillitas extempestate facta sit, detrimentũ tamẽ quod inde factũ est, nõ restituitur, si semel iactura facta sit. Sic oĩum penè bonorũ iactura trã ebrij patiuntur. Modestiam.n. pudorem, prudentiam, patientiã, humilitatem, omnia hęc quasi naufragium passi, iniquitatis pelago submerserũt: uerũ multo peiora sunt, quę sequuntur ebrietatẽ, q̃ quæ tempestatẽ. Nam ibi quidẽ iactura leuior est, hic uerò grauiorem nauiculam reddit: quæ diuitijs uirtutum eiectis, arenam atq; aquam fœtidã ex ebrietate sibi coaceruauit, quibus nauicula cum uectoribus atq; gubernatore simul demergitur. Quæ ne accidant, fugiamus, oro, hanc tẽpestatem: reuoluamus semper nobiscum ebriosum neminẽ in cœlorum re
1.Co.6.b gnum peruenturum. Nolite, inquit, Apostolus, errare: nec ebriosi, nec conuiciatores regnũ dei hæreditabunt. Quid regnũ cœlorũ dixi, cũ nec prẽsentibus
B quidem iucundè utãtur, noctẽ in die habentes, & in luce tenebris obuoluti, & apertis oculis nihil rectè uidentes? Et ad hoc grauissimum illud supplicium luunt, cũ mœrore sine ratione conficiantur, insaniãt ægrotent, ac omnibus ridiculi sint. Quę igitur uenia ipsis dabitur, qui sponte tantis se malis obruunt? Nulla profecto. Fugiamus igitur hunc morbum, si tam prẽsenti uita, q̃ futura frui uolumus: quod nobis gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi concedat, cui gloria in secula, Amen.

Homilia .lix. ex capite .xvij.

Omnes autem ipsis in Galilæa, dixit eis Ie-
c *sus. Tradendus est filius hominis in manus homi-*
nũ, & occident eũ, & tertia die resurget. Et contristati sunt uehementer. Idcirco de passione sua uerba facere uoluit, nequa de cãbi mora trahere possent, ac interrogare. Passurũ.n. in Hierosolyma ipsũ audiẽ
C tes, nec uidere quidẽ illã urbẽ uolebant. Considera igitur quo, & si Petrus fuerit increpatus, & Moses &
Luc.9.d Helias cũ ipso colloquti, gloriã hãc rem appellarint, & pater è nube uocem emiserit, & signa non parua fuerint facta, ac deniq; resurrectio in ianuis post passionẽ adesset: non enim longo tempore post, sed tertio se die resurrecturum affirmauit: nullo tamen pacto ferre potuerũt, sed tristati sunt, inquit, ualde:
Mar.9.e qd eis accidebat, quãdo adhuc eorũ uerborũ potestatẽ ignorabãt. Quod Marcus & Lucas significarũt quorũ alter ignorasse illos uerbũ, & ueritos modò interrogasse ait: alter uelatũ ab eis fuisse ne sentirẽt, & tamẽ timuisse de hoc uerbo quęrere. Atqui quo
Luc.9.e ignorantes cõtristati fuerũt? quia uidelicet moriturũ eũ non ignorabant, sed mortẽ hanc non duraturam, & mille allaturã bona penitus ignorabant, cũ qualis nam futura esset illa resurrectio non intelligerent: dolebant ergo, quia ualde magistrum suum diligebant: *Cũ aũt uenisset in Capernaum, adierunt Petrũ qui didrachma accipiebant, & dixerunt ei. Magister uester nõ soluit didrachma?* Quę nã sunt ista didrachma? Quãdo Aegyptiorũ primogenita deꝰ interfecit, tũc Leuiticã tribũ accepit, quoniã huius tribus minor numerus erat, q̃ primogenita Iudęorũ fuissent, pro deficientibus ad supplendum numerũ, siclum iussit deferri. Cõsuetudo igitur ex illo tẽpore obtinuit, ut primogeniti hoc uectigal persoluerẽt: cũq; ita pri- D
Col.1.e. mogenitus esset Christus, Petrus quoq; discipulorũ primus esse uideretur, ipsum adeũt. Puto aũt quoniã &
Apoc.1.b in Capernaũ, q̃ patria Christi putabatur, istud gesserunt, per singulas ciuitates id uectigal petere solitos fuisse. Nõ fuerunt aũt ausi Christũ aggredi, sed Petro nulla ferè acrimonia, nec ut criminantes, sed ut interrogantes dixerunt: Magister uester nõ soluit didrachma? Nã etsi de ipso conueniẽtẽ, decentẽq; nõ habebant opinionẽ, hominẽ eũ nudum putantes, tamẽ pp signa quæ fecerat, nonnihil reuerentiæ ipsi attribuebant. Quid igitur Petrus? *Vtique ait.* Ita illis quidẽ soluturũ esse respondit, Christo autem, ut erubescens forsan hac de re quicquã dicere, nihil retulit: sed mitis ille quẽ nihil fugere potest præueniẽs, ait: *Quid tibi uidetur Simon? reges terræ à quibus accipiunt tributũ, uel censum? à filijs suis an ab alienis?* At *ille dixit. Ab alienis. Dixit illi Iesus, Ergo liberi sunt filij.* Nã ne posset Petrus opinari hæc à Christo dici, quoniã ab illis quicquã pceperit, anteuertit Christus, ut hoc ipsum significaret, & fiduciam timentis quippiã de his di- E
cere Petro pbet. Quod aũt dicitur, tale quid est: Immunis ego à censu sum. Nã si reges terrę non à filijs, sed à subditis censum capiunt, multò magis me, qui nõ terrarũ, sed cœlorũ regis filius sum, liberũ à tributis esse oportet. Perpendis quo distinxit filios à non filijs? Si.n. filius non esset, hoc profectò regum exemplo usus nõ fuisset. Sed filius quispiã, inquiet, est nõ aũt proprius, non ergo filius: quòd si non filius, nec proprius, nec oĩno eius, sed alienus. Ita exẽplũ nullas uires habebit. Non.n. de filijs simpliciter, sed de propijs, & regni hęredibus disputat. Atq; ideo distinguendo alienos opposuit, quo uocabulo eos appellauit, q̃ ab ipsis regibus nati nõ sunt. Tu uerò ẽt illud considera, quo reuelatã Petro cognitionẽ hic confirmauit, neq; hic terminauit sermonem: sed condescendẽdo quod sapientiæ inæstimabilis est, idipsũ approbauit, cũ hęc dixisset, ait: *Vt autem non scandalizemus eos, uade ad mare & mitte hamũ: & eũ piscẽ qui* F
primus ascenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies staterẽ, illũ assumens da eis pro me & te. Vide quemadmodũ nec oĩno recusat, nec simpliciter iubet dare tributũ: sed prius monstrauit nõ esse his uectigaliũ legibus se subiectũ, tunc demũ dari iussit: alterũ ne illi, alterũ ne isti scandalum patiãtur. Non enim ut debitor
Sup.15.a reddidit, sed ut illorũ infirmitati consuleret. Et certè alibi cũ de cibis differeret, scandalũ nullo modo cõsiderasse, sed penitus spreuisse uidetur: ita nos decet temporũ, & opportunitatum rationem habere, ac scire quando, quibusq; in rebus contemnenda uel curanda scandala sint. Sed dationis etiam modo seipsum demonstrat. Nam ut rerũ omnium dominũ se esse ostenderet, utq; maris ipsius ditionem habere uideretur, non à reconditis, sed mirabili quodam modo inuentã pecuniam deferri iubet: & quãuis tũ
Sup.14.d increpatiõe, tũ quia uirtute sua super fluctus Petrus ambulauit, maris dominus demonstraretur, tamẽ alio quodã modo, nec minus mirabili idipsum impræsentiarũ ostendit. Non erat quippe paruum præ dixisse à profundissimis fluctibus eum piscẽ hamũ hausurũ, qui uectigal erat soluturus. Ita imperio eius q̃si iaculo in mari demerso ille captꝰ est piscis, in quo stater referuabatur. Diuinæ igitur ac ineffabili eius uirtuti munera pelagꝰ offerebat, & undiq; subiectionẽ suã ostẽdebat, uel qa increpatũ ex furore in tran-

Quillitatem subitò se cõuertit. Da eis, inquit, pro me & te. Vidisti honoris excellentiam, uide nunc quãta philosophia utitur Petrus. Hunc.n. totũ Marcus, qui Petri discipulus fuit, ideo non scripsisse uidetur, quo niã ingẽs hinc honor magistro deferebatur. Sed negationẽ quidẽ ille quoq; diligentissimè scripsit, hæc uerò q̃ ad magistri laudem pertinent, ipso forsan ita uolente oĩo siluit. pro me uerò, inquit, & te. quoniam & Petrus primogenitus erat. Miraris omnipotẽtiam Christi, mirare discipuli ẽt fidem qui ad rem ita natura incredibilẽ illico paruit, cuius quidẽ fidei retributionẽ cõfestim habuit, Christo in tributi solutione cõiunctus. *In illa hora adierunt discipuli Iesum dicentes: Quis putas maior est in regno cælorum?* Humanum quid passi discipuli sunt, qd euangelista quoq; significauit, dicens: In illa hora, quãdo. s. cæteris omnibus Petrũ prætulit. Nam cũ & Iacobus & Ioãnes primogeniti essent, nihil tamen talẽ pro ipsis fecisse uidetur: ueriti aũt turbationẽ pręferri suam, nõ apertè Petrũ pręponi sibi, sed confusè. Quis ergo maior est, interrogarunt. Quando certos præferri cõspexerunt, nihil tale passi sunt: cũ uerò ad unũ delatus honor est, tunc nimirũ doluerunt: quãuis non exhac re solũ, sed ex alijs quoq; multis inflãmati fuerunt. Tum quia dixit illi, Dabo tibi claues regni cœlorũ, tum quia, Beatus es tu Simon Bar Iona: tum ẽt hic, Da eis pro me & te: tum dẽiq; quia liberius cũ multò Christo colloqui consueuerant. Quòd si nõ interrogasse, sed secũ id cogitasse Marcus scribit, non sunt opposita profectò hęc, sed ualde inter se cõsonãt: nec semel, sed bis, ac tertiò hęc eos cogitasse credidérim, & tunc demũ interrogasse. Tu uerò nõ solũmodo crimen cõsidera, sed illud quoq; tecũ uerte primũ, quòd nulla eis de rebus huius seculi quæstio est: deinde quòd postea hac quoq; turbatione superata, alteri alteris i primatu cedebãt. Nos uerò neq; ad hos quidẽ defectus eorum deuenire possumus, nec quis futurus sit maior i regno cœlorũ, sed quis in terris maior sit, quis ditior, quis potẽtior q̃rimus. Quid aũt Christus? Reuelat arcana eorũ, nec simpliciter ad uerba, sed passionẽ respõdet. *Et aduocãs Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico uobis, nisi conuersi fueritis et efficiamini sicut paruuli iste, non intrabitis in regnum cælorum.* Curiosè, inquit, scrutamini uos qs uestrũ maior sit, & de primatus honore cõtenditis: ego aũt si quis humiliorẽ se cæteris nõ effecerit, ipso ingressũ cœlesti oĩno indignum asserо. Rectè aũt ante oculos mõstratione paruuli totã rem posuit, ipso aspectu eos cõuertens ac persuadens, ut absq; simulatione aliqua humilitatem amplectãtur. Paruuli aũt nõ inuidere, nec inanẽ expectare gloriã, nec primatus desiderare dignitatem nouerũt. Non ergo fortitudine tantũ, ac prudentia, sed humilitatis quoq; uirtute, & simplicitate nobis opus est: q̃ si non adest, salus nostra certè claudicat. Paruuli. n. nec si cõtumelientur aut uerberẽtur, afficiuntur odio: nec si laudãtur & honorãtur, ulla cõmouentur arrogantia. Vides quo rursus ad hęc nos prouocat, ut ostẽdat posse nos uoluntatẽ istã nanciſci, & pernicioſam Manichęorũ rabiem acuto cõcidit gladio. Si. n. natura p se mala est, cuius gratia philosophandi exẽpla inde trahit? Paruulũ aũt ætate, & quidẽ mea sẽia, ualde paruulũ q ab oĩbus esset passionibus liber in medio statuit. Illa. n. ętas omni arrogãtia, omni glorię inanis furore, omni liuoris insania, omni cõtẽtionis cupiditate, cæterisq; hmõi immunis est. Cũq; præcipuis muniatur uirtutibus, simplicitatis. s. ac humilitatis, de nulla istarũ superbit, ita duplici philosophia ornatur. Nam & hęc bona possidet, & nihil sibi pter hęc arrogat, his de causis in medio paruulũ statuit: nec sermonis finẽ hic fecit, sed ulterius admonitionẽ producit, dicens: *Et quicunq; susceperit unum paruulum talem in nomine meo, me suscipit.* Non. n. solũ, inquit, magna erit merces uestra si tales efficiemini, uerũetiam si alios pp me honorabitis, pp uestrum erga illos honorẽ regnũ uobis retribuetur, quodq; omniũ extremum est, me ipsum susciperis. Ita uehementer humilitate & moribus q procul ab omni simulatione absint afficior. Paruulos quidem hic simplices hoies atq; humiles, quos multi spernunt, appellauit: hunc aũt sermonem nõ præmijs solũ in animum penetrare facit: uerũetiam terrore pœnarũ corroborat, dicens: *Qui autem scandalizauerit unum de paruulis istis, expedit ei ut mola asinaria suspendatur in collo eius, & demergatur in profundum maris.* Nã quemadmodũ qui hos paruulos pp me honorant, cœlũ possidebunt, inquit, ĩmo uerò cœlo quoq; ipso maius aliquid, atq; pstantius: sic & qui despiciunt atq; uituperant, hoc. n. scandalizare hic significat, maximo plectentur supplicio. Nec mireris si scandali uocabulo, cõtumeliã & uituperationem intellexit, cũ multi propter pusillanimitatẽ nõ parum si contẽpti uituperatiq; sint, scandalizentur. Detrimentum aũt quod huius criminis causa hominẽs inuadet, & acerba supplicia & ab his quæ nobis notissima sunt, præ oculis posuit. Nã cum rudiores cõmouere summopere uelit, sensibilioribus utitur exẽplis. Quare in hoc ẽt loco atrocitatẽ punitionis exprimens, qua cõtemptores paruulorũ posit commouere, sensibilẽ pœnam molę, ac submersionis in medium attulit. Et quãuis scẽlm rerum cõsequentiã, qui non susceperit unũ horum paruulorũ, non suscipiet me dici cõueniebat, q̃ res omne punitionis genus excedit: tamen quia nec rudes atq; insensatos, nec inuidos multũ id mouere potest, molã, potius & submersionẽ posuit: nec dixit molã collo eius suspẽsum iri, sed expediet hmõi si hoc patietur: ut ostẽdat grauius quoddã, atq; acerbius malum istũ expectare. Quòd si hoc intolerabile iure uidetur, quantò magis illud? Ita utrinq; terribilẽ intentationẽ effecit, cõsolationẽ qdẽ exẽpli notissimi ante oculos adducens, excessum uerò multò maiorẽ hac illos cogitare cõpellẽs. Vides quo radicitus arrogantię tumorẽ euulsit? quo edocuit nulla in re primatus dignitatẽ expetendã? quo animos primatus honorem desiderantium induxit, ut ubiq; ac semper in ultimo se uelint ordine collocare? Nihil certè arrogantia atq; superbia peius, q̃ mentis quoq; uires natura hominibus cõcessas ita deiicit, ut amẽtes ex prudẽtia, ac animo stolidos efficere uideatur. Nam quemadmodũ siquis cum statura cubitus sit, instar montiũ, immo etiam altiorẽ se putet, ac ideo seipsum quasi mõtes excessurus erigat, nullũ aliud argumentũ insaniæ suę quæremus: Sic cũ inflatũ uideris hominẽ, qui meliorem se cæteris arbitretur, contemniq; opinetur, si cęteris hominibus cõferatur, nullũ iam aliud signum uecordiæ hois exquiras. Tantò quippe ridiculosior his est qui natura insaniũt, quãtò ipse spõte hũc sibi morbum iniecit: nec hac re solũ miser, uerumetiam qa in miserię fundũ se detrusit, ut nihil sentiat. Quã-

Marcus Petri discipulus.

Cap. 18.

Sup. 16. c

Ibidem.

Mar. 9. c

Scandalizare quid.

A do. n. is peccata sua ut oportet cognoscet? Quando nimiũ se delinquere sentiet? Certè quasi uile mancipium & miserũ, captiuum diabolus eũ abduxit, agitatq; uerberibus & mille contumelijs quocũq; uelit. Nam in tantam amentiam plerunq; impelluntur, ut persuasi esse uideãtur, liberis quoq; ac uxoribꝰ, & parẽtibus, ac maioribꝰ suis multò se esse meliores. Nonnullos autem maiorũ excellentia inflari nimium facit. Ita contrarijs causis febricitant. Nam alij quoniã parentes, auos, proauos humiles ipsi habuerunt, alij quoniã claros & nobiles, efferuntur: qũo igitur quisq; piam utriusque poterit tumorẽ deprimere? Si ad alteros. s. dixerit, tu qui magna de nobilitate maiorũ iactas ultra proauos atque atauos tuos si progrediaris, iuenies multos è genere tuo agasones forsan, aut caupones fuisse: ad alteros è cõtrario, progredia

2. Re. 12. f ris tu aliquãtulũ ultra parẽtes, & inuenies multos te clariores fuisse: hoc. n. cursũ genus ferè humanũ etiã à scripturis cõprobari potest. Salomõ rex erat, & regis illustrissimi filius, cuius pater abiectꝰ atq; ignobilis: matrꝰ etiã auus adeo uilis, ut nec gregario miliB liti filiã collocare posset: hæc ipsa si altius repetes, in-

1. Re. 9. a. uenies rursũs horũ uiliũ genus illustre ac regiũ. Hoc de Saul, hoc de multis alijs dici potest. Non igitur multũ hinc extollamur. Dic. n. quęso, quid genus est? Nihil aliud certè quã uerbi sonitus ab omni re destitutus quod in extremo illo die probè scietis. Verùm quoniam nondũ dies illa adest, rationibus quãtùm in nobis situm est, nullã in genere fieri præstantiam uobis persuadebimus. Considera igitur, quãdo bellũ irrũpit, quãdo fames premit, quãdo cętera huiusmodi mala incũbunt, quomodo uniuersus nobilitatis huius flatus euanescit: nescit inter diuitẽ & pauperẽ ullo modo morbus discernere, gloriosum & ignobilẽ nõ cognoscit. Mors quoque aliæq; humanarũ rerũ mutationes pariter omnes aggrediũtur, ĩmo uerò, quod mirabile fortasis uidebitur, multò magis diuites inuadere solẽt. Quò enim minus ad ferendas mutationes exercitati sunt, eò magis cũ inciderint, pereũt. Timor etiã ditiores maximè terret. Nã & principes summopere formidãt, & liberos populos nõ minus quã principes metuũt. Multas qppe diuitiũ ædes modò impetuosa ira

C populi modò principis furor euertit, quorũ pauper fluctuũ ĩmunis oĩno est. Hac igitur nobilitate omissa, si nobilitatẽ tuam ostentare placet, libertatẽ mihi animi ostende, libertatẽ dico eam, quam ille uir beatus habebat, cũ esset pauperrimus, à quo iterũ at

Sup. 14. a que iterũ. Herodes audiuit: Non licet tibi fratris tui Philippi uxorẽ habere: quã is quoq; habuit ãte istũ,

3. Re. 18. c & post istũ. Huic similis fuit qui dicebat Achab: Nõ ego, sed tu & domus patris tui Israelẽ peruertis. Mentęs igitur nobilitatẽ possidere propera, quã prophenimi qui diuitijs seruiũt esse nõ possunt: sed quemadmodũ qui sub mille pędagogis degunt, quiq; à lictoribus detinẽtur: si e nõ audet extollere oculos, nec liberè quicquã dicere de uirtute. Acris enim cupiditas gloriæ ac aliarũ rerum auditas, tantum terrorem eis inserũt, ut seruiles, abiectos, adulatoresq; cõstituãt. Nihil prorsus libertatẽ animi sic tollit, quemadmodum secularium rerũ cupiditas, & eorum quę uidẽtur esse præclara. Nõ. n. sibi uiuunt, sed alteri, & mille crudelibꝰ dominis huiusmodi homines pmũtur: quos si recensere placet, aliquẽ ex his qui apud reges plurimũ possunt, nobis proponam⁹, cui magnarerũ affluat copia, ingẽs potẽtia, patriæ splẽdor, maiorũ nobilitas, ad quẽ uniuersa penè respiciat ciuitas. Cõsideremus igitur, an iste seruus omniũ abiectissimus sit: qd ut facilius demõstrem⁹, non simpliciter seruũ, sed seruũ serui ei conferamus. Is igitur serui seruus, etsi non liberũ, unicum tamen habet dominũ, ad cuius nutum oĩa refert: quem si bene agẽdo propitiũ sibi faciat, sine aliqua cura qetè uiuit. Ille uerò quem admiraris, non unũ aut alterũ, sed multos & importunos sibi dominos cõqsiuit. Dominatur. n. ei primò rex ipse. Nõ est autẽ equale abiectum habere dominũ, & regi seruire, cuius aures multorũ uerbis expositæ sunt, & modò hi sibi, modò illi persuadẽt. Quare quãuis nullius sibi mali cõscius sit q regi seruit, oẽs tamẽ timet, tam pares quã sibi subiectos, & tam amicos quã inimicos: sed hic etiam, inquies, domini terrore agitatur, at nõ est equale unũ & multos timere, ĩmo uerò siquis uoluerit diligẽtius inuestigare, multos ille, neminem hic formidat. Cur, & quo pacto? Quoniã isti nemo est q iuideat, quiq; uelit isto expulso ad eandẽ se intrudere seruitutẽ. Quare fit, ut nullus inueniatur, q sibi uelit insidias tende-

E re: multi uerò sunt q nulli aliæ rei studẽt, quã illũ qui proximꝰ regi est, à statu eiicere, quare oĩbus adulari cogitur, maiori, æquali, amicis. Nã ubi gloriæ cupiditas est, ibi qa liuor uires suas exercet, nulla syncera potest amicitia inueniri: sed quemadmodũ q eodẽ artificio quæstum habent, sic oẽs qui unam rem in sęculo appetũt, syncero ac puro nequeũt amore cõiungi, unde fit ut bellũ intus sine indicijs semper geratur. Vidisti acerborũ multitudinem dominorũ? uis grauiores alios afferamus? oẽs qui eo minores sunt, maiores fieri diligentissimè studẽt. Qui uerò excellunt, quoniã timent ne iste anteueniat, apertè ipsi aduersantur. Proh fidem hominũ. Quid dicã? uideo me pollicitũ fuisse dominorum horũ multitudinẽ recensere. Oratio uerò cõsequẽtur progressa, magis quàm polliciti sumus attulit, cũ hostium ingentem aceruũ, nõ dominorum recensuerit: immo uerò & dominos, & hostes eosdẽ esse probauerit, qppe qui ceu domini diligenter coluntur, & ceu hostes nimiũ terrent, ceuq; inimici occultè insidiantur. Nescio. n. F quid peius excogitari possit, quã ut eosdem quispiã & dominos, & ĩmicos habeat. Nã serui & si iussa capessere cogũtur, diligẽti tamẽ cura dominorũ protegũtur. Illi uerò, & iussa ut serui faciũt, & ut hostes ĩpugnantur: & tãtò peius, quã q aperto plio certãt, alter in alterũ insurgit, quãtò occultius pungũt, quãtoq; psonas amicorũ induti quasi hostes aggrediuntur, & aliorũ calamitatibus fœlicitatem sibi cõponunt. Nostra uerò nõ sunt huiusmodi: sed si qs ad uersa opprimitur fortuna, multi secũ patiũtur & dolent, in secundis rursus multi cõgratulãtur, sicut apo-

1. Co. 12. d stolus ait: Siue unum membrorum patiatur, oĩa cõpatiuntur: siue unum glorificatur, oĩa membra congaudent. Et modò qdẽ dicebat: Quæ autẽ mea spes

1. Thessa. 2. d uel lætitia est, an nõ uel uos? Modò aũt ex multa tribulatiõe & cõpressione cordis scripsi uobis. &, Quis

2. Co. 2. b infirmatur, & ego nõ infirmor? Quis scandalizatur,

2. Corin. 11. g & ego nõ uror? Cuius igitur rei gratia exteriores fluctus sustinem⁹, nec uolumus ad trãquillissimũ nauigare portũ? Quare noĩbus omissis, res oro, amplectamur. Gloria. n. & potentia, diuitiæ ac nobilitas, cętęraq; huiusmodi noĩa sunt apud exteros nuda, apud

G nos res firmæ atq; perpetuæ. Econtra uerò, mors, ignominia, cæteraq; quibus dolor ac mœror efficitur, nuda sunt apud nos nomina, res aũt apud illos ueríssimæ. Quod ut oculis ipsis cernas, gloriã in medium primò adducamus, q̃ magna expetẽdaq; illis uidetur. Nõ dico igitur, quia breuissimi est tpis: non dico, quia citò extinguitur: sed quãdo maximè floret, tunc mihi (rogo) ipsam ostẽde. Nõ auferas à scorto picturã & fucos, sed ornatum inducas, & tũc magis deformitatẽ ipsius reprehẽdã. Vestitum igitur expone, lictorum multitudinẽ, præconis uocem, populi subiectionẽ, silentiũ omnium, & qđ admirantes aspiciunt. An igitur, inquies, hęc prędara non sunt? Agè, perscrutemur ne sint superflua, & potius inutili quadam ac falsa opinione q̃ ueritate rerũ comprobẽtur. Quid. n. melius aut corpori aut animæ inde accidit? an maior statura huic erit, aut sanior, aur uelocior, aut acutiores perspicatioresq; sensus acquiret? Minimè. Cõsideremus ergo ne fortè anima quicquã lucrata sit. Num igitur modestior, aut prudentior, aut mãsuetior eo cultu hominũ erit? Nequaquã, immo
H uerò è contra: nõ. n. quemadmodum corpori nihil eueniebat, sic & animæ accidit. Sed qđ grauissimum est, non solũ nihil tum proficit anima, sed magnum insuper uitiorũ cumulũ attrahit: hinc. n. ad arrogantiam, hinc ad inanẽ gloriæ dementiam, iram, milleq; alias passiones ipellitur. Sed gaudet, inquies, iactat atq; gloriatur. Incurabilẽ morbũ, & malorũ apicem ei attribuis. Nã qui lætatur his rebus, non uolet, nec poterit facilè liberari, cũ hac uoluptate uiam remedij oino absciderit. Id igitur pestiferũ penitus est, qđ non dolet, sed lætatur magnitudine ac multitudine malorũ. Non. n. semper lætari bonũ est. Nã & fures furto lætantur, & adulter matrimonij sordibus, auarus rapina. Nõ ergo si lætatur solũ cõsidera, uerumetiã si rectè lætatur. Animaduertendũ. n. est, ne talis lætitia eius sit, qualis adulteri & furis. Cur. n. dic obsecro, lætatur? Quoniã à multis honoratur, circũspicitur, & extolli atq; inflari potest. Et quid hac elatione leuius excogitari potest? Nã si id malum non est, cur inanis gloriæ cupidos uituperãtes, mille opprobrijs laceramus? Cur arrogãtes, & aliorũ hominum
I contemptores odimus? Quod si rectè ab oibus fit, quanuis mille isti habeant lictores, accusandi tamẽ iniuria nõ sunt. Hæc de modestioribus mihi principibus dicta sunt. Multi. n. eorũ maiora q̃ latrones, q̃ homicidæ, q̃ adulteri & sepulchrorũ uiolatores plerũq; cõmittunt, cum principatu non rectè utantur. Nam & furantur aliena impudentius, occidũt crudelius, multò iniquius petulantia efferuntur, nec parietem unũ, sed innumeras domos effodiunt, facilius omnia principatus licentia peragẽtes. Ita durissima est eorũ seruitus, cũ passionibus dediti neminẽ uereantur. Vere igitur liber, & solus princeps, ac regum ille est, qui passionũ immunis est. Quæ omnia intelligentes, uerã libertatẽ amplectamur, & pernicioſam uirtutẽ fugiamus, nec principatus magnitudinẽ, nec diuitiarũ pondus, nec aliud hmõi præter uirtutem beatificandũ putemus: sic enim & hic iucundè uiuemus, & futura bona consequemur, gratia & miseridia domini nostri Iesu Christi, Amen.

Homilia. lx. ex cap. xviij.

Ae mundo ab scandalis. Necesse enim est uenire scandala, uerumtamen uæ homini illi per quẽ scãdalum uenit. Si aũt manus tua uel pes tuus, &c.

Sed si necesse est, ut scandala ueniant, quispiam opponet, cur mundũ quasi miserũ deflet, cum manum ei porrigere atq; opitulari potiꝰ oporteret? Hæc quippe prudentis medici, dominiq; prouidẽtissimi, illud cuiusuis opus esse non iniuria potest: quid igitur ad tam impudentissimã linguã respondebimus, quòd licet nihil diligentissimæ illius curæ par excogitari queat? Cum. n. deus sit, homo quoq; propter tẽ factus est, & serui assumpta forma extrema oia passus, nihil qđ ad se pertineret, prætermisit: cęterũ quoniam nihil hinc utilitatis ignauissimi homines cosecuti sunt, idcirco eos deflet. Quia ẽt post tot tantaq; sibi allata remedia in morbis eorũ perseuerarũt: ueluti siquis febricitãtẽ, cui licet peritus medicus affuerit, tamen quia præcepta eius cõtempsit, cõplorans diceret: Væ illi homini à graui ægrotatione, quã per ignauiam plurimũ atq; plurimum auxit. Verũ ibi nihil ploratus conducere potest. Hoc genus quoddã curationis est, futura mala prædicere, & deflere non pœnitẽtes, præsertim cũ multi nullã ex consilio, nullam ex fletu utilitatẽ habuerunt. Ideo, uæ, dolentis uocẽ adhibuit, ut dolore suo ipsos incitaret, ac diligentiores uigilantioresq; faceret. Ad hæc beneuolẽtiam quoq; suam erga illos, & clementię magnitudinem ostendit, quia uel cõtradicentes deflet. Ita non modò nullã molestiã ex duritia aduersariorũ capiebat, uerumetiã & flendo & prędicendo, ad sanã eos mentẽ reuocare conabatur. Sed quo inquies, id fieri potest? Nã si necesse est ut scandala ueniant, quo pacto ea euitare poterimus? Quia uidelicet necesse qdem est ut scandala ueniãt, perire aũt non oino necesse est: ceu si medicus quidẽ dixerit, si nulla medicina uteris, necesse est ut in hunc rursus incidas morbũ: nõ oino perire necesse eũ erit, qui uigilanter attẽdit. Accedit quòd discipulos ẽt hac ratione nonnihil exuscitat. Nã ne quasi dormitantes, quoniã ad profundã pacem & tranquillã uitã mittantur, negligentiores sint, multa undiq; aduersus eos tam deforis q̃ intus insurrectura bella ostendit: qđ Paulus quoq; significauit dicẽs: Foris pugnę sunt, intra timores, & pericula in falsis fratribus: & ad Miletos differens dixit: Exurgent quidã ex uobis loquentes peruersa. Ipse quoque dicebat: Inimici hominis domestici eius. Cum aũt neeesitatẽ sic dicat, non quia uoluntas libertatẽ, potestatemq; liberi arbitrij tollat, nec quia necesitati rerũ humanã subiiciat uitã. h. d. sed quod oino uenturũ est prænunciat. Quod Lucas alijs uerbis expresit, nõ esse susceptibile dicens, quòd nõ ueniant scandala. Quæ porrò sunt scandala? Rectè ac probæ uitę confutio atq; peruersio. Sic ẽt qui uersantur in scena, eos qui corpora peruertũt, scãdala uocant. Nõ ergo prædictio ipsius scãdala inducere putanda est. Nõ. n. quia futura scãdala prędixit, idcirco ueniunt: sed quoniã oino uentura erant, idcirco prędixit. Non. n. fierent, si nollent ea excogitare nequã homines atq; pestiferi: quòd si nentura nõ fuissent, nec ipse futura prædixisset. Ventura uerò erant, quia multi erãt grauiter ægrotantes, q uoluerũt nõ agere malignè, & ipse qđ futurũ erat, prædixit. Sed si illi curati fuissent, quispiã dicet, ac nemo esset qui scandala faceret, nónne hic sermo falsitatis crimine teneretur? Certè si curari, sanariq; oẽs uoluissent, nõ dixisset necesse est scãdala uenire. Sed qa sua spõtè incurabiles futuros pspiciebat, ideo uẽtura oino pdixit. Sed quãobrẽ ipse nõ eiecit scãdala, inquies? Et cuiꝰ rei gratia tollenda erant, ãn propter eos qui detrimẽto afficiuntur? Sed nõ quia qui inde detrimentũ patiuntur pereũt, sed desidia & ignauia sua: qđ uirtutis cultores uerum esse ostẽdunt q nõ modò nullã à scandalis iniuriam patiuntur, sed pcipuos ẽt quæstus nanciscuntur: Qualis certè Iob ille erat, qualis Ioseph, quales iusti denique omnes. Quòd si multi pereũt, propter negligẽtiam suam id accidit. Nisi. n. ita res se haberet, si propter scandala ipsa homines perirent, uniuersi sanè homines id paterẽtur: quoniã uerò multi euadunt, qui nõ effugit, sibiipsi culpã attribuat. Nã scandala quidẽ, ut iam tetigimus, excitant etiã atq; acuunt, & perspicaciorẽ faciunt non solùm eum qui sibi diligẽter cauit, uerumetiã eum qui fortè incidit: nam posteaquã inde se eripuerit, cautior atq; tutior redditur. Quare si diligentiores sumus, nõ paruũ fructum ea ex re capiemus, quare uigilare semper cõpelimur. Quòd si in ipso congressu hostiũ cùm tot tãtaq; incũbat tẽtationes, quasi sommo dissoluti iacemus: quid de nobis sperandũ esset, si magna in tranquillitate rerũ uiuerem⁹? Quod si uis à primo statim homine id consídera. Nam si cũ breui tempore, nec tantũ prauitatis deuenit, ut equalitatem dei falsa cogitatione sperauerit, & seductorẽ huius beneficij authorẽ opinatus, unũ pręceptũ seruare nõ potuit: qđ ille non feciſſet, si longissimo in tranquillitate illa tẽpore uixisset? His ita dictis, alia rursus iterrogãtes opponunt: & cur, inquiũt, deus talem ipsum effecit? Nõ fecit qppe deus talem: nõ. n. pœnis afflixisset, si talẽ ipsum feciſſet. Nam si nullius nos rei, cũ ipsi causa sumus, seruos nostros & uernas criminamur, multò minus creator oĩum criminaretur. Vnde igitur hoc factũ est inquiunt? ab eo sanè ipso, & negligẽtia sua. Quid porrò est, inqunt, ab eo ipso? Diligenter abs te ipso reqre. Nã si malignitates à seipsis nõ sunt, noli tuos seruos castigare, nec uxorẽ si peccat icrepa, nec liberos uerbera, nec amicos incusa, nec offendẽtib⁹ inimicis infensus sis. Nã hi oẽs nisi spõtè delinquãt, nõ punitione sed miseratione digni sunt. Nõ possũ, inqes, ita philosophari: certè si nõ illorũ culpa quicquam factum cõspexeris, sed quadã alia necesitate incũbente, minimè non poteris philosophari. Nam quãdo seruus ægritudine oppressus, iussa nõ fecerit: non modò nõ criminaris, uerumetiã ualde commiseresceris. Quare tu ipse testimoniũ perhibes, nonnihil ab ipso, nõnihil aliũde, ac non ab ipso fieri. Similiter ergo etiã hic, si scires primum hominem prauũ fuisse, qa talis fuerat factus, non solũ non accusares, uerumetiã ueniam facilè dares. Nam si morbo seruilem factũ à principio arbitraris? Verùm inde quoq; ora istorũ obruere facilè possumus: nã undique ueritatis affluũt adminicula, si eos interrogabim⁹, quã ob rem nunquã seruos criminãtur, si facie formosi non sint, si nõ proceres statura, si nõ quasi uolucres in eundo, cęteraq; huiusmodi, quia uidelicet natura hęc, nõ uolũtate cõcedũtur: inmunis est ergo ipse ei⁹ culpę, quã sibi natura inuexit: nec ullus unquã huic orationi contradicet. Cũ igitur accusas, tũc ostendis profectò nõ à natura, sed à uoluntate mali quippiã processisse. Nã si quæ minimè culpamus, ea naturæ delicta esse, aut saltem non uoluntatis testamur, patet ea solũ culpari, quæ uolũtate committuntur. Noli ergo peruersas in medium ratiocinationes inferre, nec sophismata & orationis contextũ telis aranearum uiliorem. Verum illud mihi rursum respõdeas, nõne oẽs homines à deo creati sunt? Quis dubitat, inquies? quo igitur uirtutis ac uitiositatis ratione omnes equales non sunt? Nam si naturæ sunt hæc, & non uoluntatis, quomodo uirtutem alij eligunt, alij uitiositatem sequũtur: cùm certè, si natura oẽs uitiosi essent cõcreati, nemo uirtutẽ colere posset? Sin uerò è contra natura boni oẽs prodiremus, nullus unquã malus inueniretur. Nam si una, eademq; natura oĩum est, hac ratione unum uniuersos esse oportet, siue bonos qs dicat, siue malos: si putarit natura alios bonos, alios malos, id (ut diximus) prẽter omnẽ rationẽ est. Nam cùm quę natura fuerint, immobilia sint, nunquã profecto hæc mouẽtur: quod hoc pacto considera, mortales oẽs sumus atque passibiles, quare nemo impassibilis erit, etiã siquis contemnẽdo dirupatur. Nũc uerò multos à probis moribus ad improbos, & è contra à malis ad bonos cõuerti: & illos negligẽtia delinquere, hos diligẽtia proficere quotidie uidem⁹: qđ maximè non naturę hęc esse facilè demõstrat. Quippe cũ naturalia nec ullo modo mutentur, nec studio ac diligẽtia hominũ ac quirantur: & quemadmodũ nulla indiges ad uidendum audiendúq; opera, sic nullo tibi labore ad colendã uirtutẽ opus esset, si natura nobis insita esset. Cui⁹ autẽ rei gratia malos natura nos ab initio creasset, præsertim cũ posset bonos creare? Nullius profecto. Vnde igitur mala, inquies, ortũ habuerunt? tu tibiipsi respõde. Meum. n. opus est, nõ à natura hoc neque à deo inditũ nobis fuisse. Casu ergo, inquies? Minimè, minimè inquam. An igitur nullum eorum principiũ est, sed ab æterno semper fuerunt? Meliora dic uerba homo, & immanissimũ hũc furorem execrare, quo unũ deo & peccato cultũ attribuis, & cultum pręcipuũ, immo uerò supremum, meo iudicio. Præterea si mala ingenita sunt, tantas uires possidebunt, ut nec euelli, nec oĩno non esse possint. Nam quod ingenitum & absque principio est, nulli corruptioni subiicitur. Ad hæc si nequitia sic inuicta esset, quomodo tã multi homines uirtutẽ colere potuerũt, aut quomodo mortales & caduci æternã & immortalem uitiositatẽ superauerunt? Sed deus, inqes, uires eorũ eneruat: quomodo enerabuit, aut omnino qũo destruet coæterna uitia, nec minus pollẽtia, sed æqualium uirium, & eiusdem (ut ita dixerim) ętatis? O acutam diaboli militiam, quantum quamq; perniciosum malũ excogitauit, qua ipietate ac blasphemia inuoluit homines? Simulatione nanq; pietatis, ne à deo peccatũ esse uideatur, pestiferũ dogma introductũ est, quo ingenitum esse peccatũ asserũt. Vnde igitur orta sunt, inqes? Ex eo profectò qđ est uelle & nolle. Ipsum autẽ uelle & nolle unde nã est? Sanè à nobisipsis. Verũ hęc crebra interrogatio tua ita profertur, quemadmodũ si à me quęreres, unde hoies uideãt: cũq; ipse respondere, ex eo qđ est oculos claudere, ac nõ claudere: rursum tu iterrogationib⁹ me fatigãdo diceres, hoc ipsũ aũt claudere oculos, & nõ claudere unde est? at si ego à nobisipsis dicerẽ, & à uolũtate nostra, huius rei respõsum uolũtatis causas q̃reres. Nihil. n. aliud malũ est, q̃ deo non obedire. Sed hoc ipsum, inquies, undè homines inuenerũt? Dic q̃so, putás ne difficile adinuẽtũ fuisse? Nõ dico, inquies, quia difficile hoc sit: sed unde inductꝰ est ut obtemperare nollet? Ex desidia sanè atq; igna

Guia.Nã cũ dominus ad utrũlibet sit, pronior ad hoc pp desidiam fuit. Quòd si adhuc ancipiti mente uagaris,& obstupescis cũ hęc audias,ego abs te nõ arduum quidẽ ac multiplex, sed simplex & perspicuũ qram . Fuistíne unq̃ malus , cũ anteà probus esses? utputa fuisti aliqua passione superior antè, deinde ab eadẽ ipsa superatus?Sopitúsne unq̃ uino fuisti,& rursus bibẽdi uoluptatẽ depulisti? Aut nonnunquã ira commotus,nonnunquã in te cõuersus,nihil aut parũ passus ab ira es?Despexisti pauperẽ aliquando, & aliquãdo fouisti.Fuisti fornicatus aliquãdo, cùm impræsentiarum modestissimè uiuas. Respondeo igitur q̃so, unde nam hæc oĩa sunt?quod si non facis, ego pro te libenter faciam, quia uidelicet studio ac diligentia uoluisti à malo nonunquã abstinere,nõnunquã uerò desidia dissolutus cecidisti.Hęc ad tenã his q bene agẽdi desperatione quasi furore quodam adacti,ita semper in peccatorũ sordibus inuoluuntur, ut nec audire quicq̃ de uirtute uelint,nullũ de uiuendi philosophia uerbum commitam:cũ his uerò qui modò rationem secuti rectè agũt, modò
H cupiditate superati delinquũt,iucũdè differam. Rapuisti aliquãdo alienũ, deinde pœnitẽtia flexus,nõ modò restituisti,uerũetiam de tuis egeno cõtulisti. Vnde igitur hęc tãta mutatio?nónne à uolũtate atque consilio tuo?Nemo profectò dubitabit. Quare obsẽcro studete inquam uirtuti,& friuolas q̃stiones has relinquatis.Mala.n.cũ nullam rem habeant,nomina solũ sunt.Nõ ergo q̃ras unde sint, nec ancipiti mẽte pendeas , sed cũ audieris ex negligentia nostra proficisci, quasi uenenũ ea fugito:& siquis dixerit non esse à nobis ipsa, cùm eũ uideris seruo iratũ, infestum uxori, criminãtem liberos,improbantem iniustos, dic ad eum : Quo igitur dicebas hæc non esse à nobis?Nam si à nobis nõ sunt, cur illos criminaris?ac rursum ad ipsũ dicas, abs tẽne ipso ad obiurgãdum & cõtumeliandum procedis,an nõ?Nam si nullo pacto abs teipso , nec tibi alius , nec tu alijs irascaris:sin uerò abs teipso,iã uides ab te , ac negligẽtia tua originẽ uitia traxisse. Quid porrò ? nũ opinaris nonnullos esse probos?Si nemo.n.probus est, unde tibi hoc nomen inuentũ est?unde hortatio ad
I uirtutẽ?unde bonorũ laudes ? Sin uerò probi aliqui sunt, proculdubio iure improbus increpantes ipsi hac ratione, quoniam iniuria increpant, boni nõ erunt. Quid.n.peius excogitari possit,q̃ innocentẽ criminibus falsò accusare? Quòd si prauos idcirco boni reprehẽdunt, quia possent esse nõ praui,hoc certè nõ paruum probitatis suæ argumentũ dixerim. Vnde uel mẽte captis patere arbitror,neminẽ unquã necessariò malum fuisse. Si uerò post hæc oĩa unde sunt mala quæreres,non dubitabo sæpius dicere,à desidia ac ignauia tua:qa cũ prauis cõuerseris,quia uirtutẽ spernas,hinc certè & mala sunt, & hoc ipsum ut unde sint mala q̃ras, hinc oĩno est. Nemo.n.rectè uiuentium,nemo eorum qui modestiã, atq; humilitatẽ colunt, friuola ista quærit:sed audaces atq; proterui,qui desidiam suã defendere conantur,has aranearum cõsimiles telis rõnes frustra confingunt,quas nõ uerbis solũ,sed multò magis opere nos destruamus. Nã si ex necessitate mala fierẽt, nõ dixisset profectò Christus: Væ homini illi p quẽ scãdala ueniunt.Illos.n.solos quasi miseros deflet , qui sponte sua malis adhærent.Noli aũt admirari si, ſPer quem,ſcriptum est. Consueuit quippe scriptura,Per

Per quẽ, quid in scriptura

quem:nonnunquã pro, à quo,dicere: sicut quãdo K
dicitur,Possedi hominem per deũ:non.n.secundam *Gen.4.d.*
quandam causam, sed primã oĩno posuit.Et rursus, Nõne p deũ manifestatio eorũ est : & fidelis est deº, *1.Cor.1.b*
per quẽ uocati estis in cõmunicationẽ filij sui.Cæterũ ut discas,nõ necessario nos malos esse,q̃ sequuntur cõsidera:nã posteaquã malos,quasi miseros defleuit.*Si manus,uel pes,*ait,*tuus te scandalizauerit,abscinde & proiice abs te.Bonum est tibi claudum,uel debilẽ intrare in uitã,quã duas manus,uel duos pedes habentẽ,mitti in ignẽ.Et si oculus tuus dexter,*ſcãdalizauerit *te , erue eum.Bonum tibi est monoculum in uitã intrare , quã duos oculos habentem,mitti in caminum ignis:* Non.n.hęc de mẽbris sibi dicta sunt, sed de amicis, ac necessarijs, quos quasi mẽbra nobis cõiunctos ducimus:quod etsi superius ab eo tactum sit,tamen ẽt nũc dicitur. Nihil.n.ita pniciosum ac pestiferũ est , ut cõsuetudo prauorũ hoĩum & cõuersatio:quippe cum amicitia atq; necessitudo, & ad nocendũ & ad iuuandũ plus nonnũquã efficit, q̃ necessitas potuisset:ac ideo magna quadam cum uehementia iussit nocentes à nobis propinquos depellere:eos uerò amputãdos atq; proiiciendos esse, cõsequentia ipsa rerũ significat , q scandali authores sunt . Vides quẽadmodum futurum ẽ scandalis detrimentũ exterminat,tum quia pdixit oĩno uẽtura, ut nullus ocio possit marcescere: sed expectatione scandali cõmotus, iugiter uigilet, tum quia ostenderit extrema & maxima esse mala. Non enim solummodo simpliciter , uæ dixit mũdo à scãdalis,uerũetiam ut maximã ab illis sequi perniciem monstret,authorẽ scãdali multò magis , quasi miserum deplorauit dicẽs . *Verũtamen uæ illi homini.* Quibus uerbis magnũ ostendit suppliciũ illi futurũ, nec id sibi satis fuit:sed similium adiectione terrorẽ in maius extulit, & uiã monstrauit,per quã hæc scandala fugere possimus. Quę aũt hæc uia est? Prauti homines,inquit,ẽt si ualde tecũ amore,aut necessitudine cõiuncti sint,abscindẽdi sunt ab amicitia tua.Nã nisi ẽt hoc feceris , nec illos lucraberis , & tu ipse simul peribis:sin uerò procul abs te illos abieceris,tu saltẽ salutẽ conseqeris : quare si cuius cõiunctio saluti tuæ obest, reiice ipsum abs te.Nã si nostra plerũ
que mẽbra rescindimus, cũ incurabili morbo & ipsa M
tabescũt, & reliquis officiũt:multò magis in amicis, atq; cognatis id faciẽdum. Sin aũt natura nobis mala insita essent,hæc sanè admonitio , atq; consilium frustra oĩno daretur,cũ oĩ cura & diligẽtia nihil posset prodesse:sin uerò uanũ hoc cõsiliũ nõ est , sicut certè nõ est,patet à uolũtate hoĩum iprobitatis opera proficisci. *Videte ne contemnatis unũ de paruulis istis: dico enim uobis, quia angeli eorum semper uident faciem patris mei,qui est in cœlis.* Paruulos hic non ætate, sed multorũ æstimatione appellauit:paupes dico, ignotos,cęterosq; hmõi,quos multi contẽnere solent , q nec reuera paruuli sunt, cũ creatori oĩum amici sint, sed multorũ æstimatione tales esse putãtur:hinc iterũ detrimentũ scãdali quasi materiã quãdam sẽmouet,atq; disterminat. Nã quẽadmodũ siquis proteruos hoies fugiat , sic si probis adhæret , uberes fructus inueniet,ac duplici quadã tutela, & firmiore securitate utetur : altera,qa scãdalizantiũ cõiunctionẽ aspnatur:altera,qa probos ac sãctos uiros colit,atq; honorat, quos multò magis uenerabiliores facit,dicẽs:Quia eorũ angeli patris mei faciẽ sẽp aspiciũt. Hinc manifestũ est, quia oẽs sancti angelos habeãt.

Apostolus

A Apostolus etiã ait de muliere,quoniam uelamen de
1.Cori 1.b. beat habere in capite propter angelos.Et Moses, statuit fines,inqt, gentiũ secũdum numerum angelorũ dei:hic uerò nõ de angelis simpliciter dicitur, sed de angelis excellentibus , atq; supremis . Nihil.n. aliud delignatur , cũ faciem dicat patris mei aspiciũt , quã summa fiducia eorũ & honor præcipuus. *Venit'enim filius hominis saluare quod perierat* . Aliã rursus infert rationem,& multò quã prior fuerat firmiorem,cui similitudinem subiũgit, qua patri eadẽ uelle iducitur. *Quid enim uobis uidetur,*inquit, *si fuerint alicui centum oues et errauerit una ex ipsis;nõ ne relinquens nona ginta nouẽ,ad montẽ profectus,quærit eam que erravit: & si inuenerit eã,lętatur super eam magis, quã super nonaginta nouẽ,quæ nõ erraverãt? Ita nõ est uolũtas corã patre meo, qui est in cœlis,ut pereat unus de paruulis istis* . Perpẽdis quot,q busq; rationib? ad curã tenuiorũ fratrũ nos inducit . Noli ergo dicere ferrariũ esse aliquẽ fabrũ, aut sutorẽ,aut agricolã,ac ideo,quasi rudẽ , atq; indoctũ esse cõtemnendũ.Vide quãta sibi cura sit, ne
B hoc patiaris,uide quot te argumẽtis ad modestiã, & ad curã minorũ fratrũ reuocat.Infantẽ in medio statuit,& dixit:Efficiamini ut paruuli:&,quicũque talẽ susceperit paruulũ,me suscipiet:quicunque huc scandalizabit,extrema luet supplicia:& ad terrorẽ molæ ac submersionis,uæ,nimiũ miserantis uerbum adiecit:& scãdalizãtes homines,etiã si loco manuum atque oculorũ nobis esset,abscindere iussit , angelorũ quoque,q hos tenues fratres tutãtur authoritate,ut eos ueneremur impellit,ac demũ à sua uolũtate , ac
Ro. 14.c passione hortatur.Nã cũ dicit , Venit filius hominis saluare quod perierat:passionẽ & crucẽ suam significat,sicut & Paulus de fratre scribens, dixit; Propter quem Xps mortuus est. Nec sufficerunt sibi hæc omnia,uerũetiam à dignitate patris ad hoc ipsum inducit,quia nec patri quidẽ uidetur,ut unus istorum paruulorũ pereat,& à communi cõsuetudine hominum,quia pastor saluis ouibus derelictis, eã q̃ erravit diligẽtius quærit:& cũ inuenerit, summopere de illiº salute lætatur.Si ergo deus mirũ in modum inuẽto paruulo gaudet, qua tu audes ratione ea cõtẽ
C nere,atque conculcare,q̃ deo charissima sunt , cùm oporteat animã quoq; ipsam pro uno istorũ tradere pusillorũ?Ita inqes,sed abiectus & tenuis est. Hac quidem ratione multò diligentius tibi oĩa facienda sunt,ut eũ conserues.Nam & ipse nonagintanouem relictis ouibus ad errantẽ descẽdit , nec potuit illarũ multarũ salus perditionẽ unius obducere,atq; obsu
Luc.15.a. scare . Lucas aũt i humeris quoq; attulisse ait,& maiorẽ factã esse lætitiã in uno peccatore asserit,quàm in nonaginta & nouẽ iustis . Ita & quia pp erantem uniuersum dereliquit gregẽ, & quia magis in hac ineuenta lętatus est,magnũ studium multamq; curam eius sẽ habuisse ostẽdit:criminationibus.n. illis quifuerit sicut paruulº, & mola & subuersione tumorẽ proteruorũ hominum depressit. Nihil sanè ita charitati repugnat,sicut superbia & mẽtis elatio. Quia uerò dixit scãdala necessaria fore,uigiliãtiores nos reddidit.Cumq; adiecerit,Væ illi p quẽ scandala ueniunt: unumquemq; cauere hortatur,ne culpa sua scandalũ accidat. Quòd autẽ ꝓcepit scãdalizantes esse propellẽdos,saluris iter nobis expeditius faciẽdũ admõet. Quòd deniq; iusserit,neq; id simpliciter,sed uehemẽter, atq; acriter cũ dicat : Videte ne aliquem istorum
contẽpseritis:paruulorũ,quia eorũ angeli patris mei D
faciem sẽper aspiciunt : & quia ego pp eos ueni,& hæc patris mei uolũtas est, ad tuẽdos cõseruãdosq; pusillos diligetiores nos reddit.Perspicis quã ingẽtia in tutelã tenuium mœnia erexerit,& quantũ studiũ, curamq; habeat ne perdantur,tũ quia sũpmas decipientibus eos pœnas statuit. tũ quia summã pollicetur mercedẽ his qui curam eorum suscipiũt , idq; tã suã,quã patris authoritate corroborat.Dominũ igitur etiã nos imitemur,& nihil pro fratribus omittamus,etiam eorum q̃ humilia , uiliaq; nimiũ uideantur:sed si administratione nostra ẽt opº fuerit , quãuis tenuis,atq; abiectus quidẽ cui administrandũ sit fuerit,quãuis ardua nobis res,atq; laboris plena esse uideatur, q̃uis montes, ꝓruptaq; ꝓcipitia transeunda, oĩa hæc pro fratris salute tolerabilia , facilioraq; oro uideantur:tanto.n.studio, tantaq; cura deus dignam esse animã ostendit,ut neq; filio suo pepercerit.Quare obsẽcro,summo mane cũ à domo exieritis,hanc unicam intentionẽ habeatis,& hoc ante omnia studiũ,ut è periculis aliquem liberare possitis. E
Rom.8.f
Nec dico ab hoc corporis periculo solũ:nã hoc neq; periculum quidem uerè dici potest , sed multò magis à periculo animæ,qđ tẽtatione diabolica hominibus inferri solet.Si mercator,ut rẽ familiarem amplificet , terroris plena maria nauigat : si opifices,ut rebus suis quicq̃ adiiciãt , duros tolerant labores:& nos pariter saluti nostræ salutẽ proximorũ adiiciamus,ꝑsertim cùm qui sua contentus negligit alienam,nec suam qdẽ consequi potest.In prælio enim, ac expedita acie,q sibi solũ consulit miles, nec aliud respicit,quã quomodo possit fugiendo animam suã seruare,is cęteros quoque milites secũ ad perniciem trahit: quemadmodũ è contra , generosus miles cũ alios tutari conatur,se quoq; ipsum defendit. Quoniam igitur bellũ quoque nobis indictum est,& prælium agitur amarissimum, & acie instructa iam pugnamus:sic magno animo,ut noster iussit ĩperator, ad sanguinem & ad necẽ simus præparati, ut ad salutẽ omniũ pugnemus,alios cohortatione, alios auxilio iuuantes.Multi.n.in hac acie fratres perfossi,atque sanguinolẽti iacent,nec ullus inuenitur qmedi- F
cetur,non è uulgo aliquis,non presbyter,nõ pontifex,nõ amicus , nõ frater,non alius quispiam:sed omnes ita nobis attẽdimº,ne ipsa quoq; nostra simul cum alienis corruant . Atqui nõ ignoramus magnã inde ad deũ fiduciam,magnam approbationem cõparari,siquis ob aliorũ salutẽ suam iugiter quæritet. Cuius rei oppositũ faciẽtes,tam prauis hominibus, quã diabolo faciliores, ibecillioresq; nosipsos cõstituimus: non.n.alter pro altero arma capimus , nec dei charitate nos cõmunius, sed externæ cuiusdã amicitiæ iuuamina q̃rimus:fic alius affinitate, aliº cõsuetudine,alius consortio,aliº uicinia,aliºalia quadã rõne,nemo fidei,ac religionis pietate nobis amicºẽ. Cũq; deberemus hinc solummodo amicitię fœdera cõtrahere,oppositũ oĩno, & quidẽ studioseº facimº, cùm ludæis nonnunquã & gentilibus magis, quàm cũ ecclesiæ filijs amicitias cõiungẽtes : proteruus enim iste,ille uerò humanº(aiunt)est atq; modestus. Quid agis,proteruũ tu fratrẽ uocas,q nec recta qdẽ dicere uideris , nec aliquo pudoris signo erubescis: ita de fratre sentiẽs atq; ꝑdicans , q membrũ est tuũ, qui eosdẽ unà tecũ parturienti labores atulit, qui eadem tecũ alitur mẽsa?At si fratrẽ secundum carnem

habeas, etiã si mille uitijs polluatur, non parũ tamẽ ad illius defensionẽ studes, cũ putes si facinora illius in lucẽ prodeant, socium te dedecoris futurum: spiritalẽ aũt fratrẽ non solũ à contumelia & maledicto non uis defendere, uerũetiam turpiter ultrò calumniaris. Proteruus enim est, ais, atq; importunus: idcirco igitur amicitia illi conũgaris, & ut ab hoc uitio semoueas, & ad uirtutẽ reducas: sed nõ exaudiet me, inquies, nec cõsiliũ meũ approbabit. Vnde id scis? an admonuisti unquã, emendareq; conatus es? Sæpius id, ais, atq; sæpius feci. Dicas, oro, certiore quo dã ac definito numero: Et semel, & bis feciſſe me arbitror, inquies. O rẽ mirã, ita semel, aut ad summũ iterũ illud sæpius atq; sæpius tibi significauit, & si p totã tuã id uitã feciſſes, nõ oportuiſſet te labore uictũ defeciſſe. Nõne uides, quo cõtinuè p prophetas, p apostolos, p euãgelistas nos deus admonet? putãsne igitur p oĩa nos persuasos emendare, rectèq; uiuere? Minimè: utrũ ab admonitione deſtitit, utrũ
Supr.6.d H siluit, an potius quotidie clamat. Nõ poteſtis simul mãmonæ, atq; deo seruire? Crescit diuitiarũ cupidi-
Luc.4.7.f tas atq; sitis, & tamẽ intonare nõ cessat: Dimittite, & dimittetur uobis. Indies ferarũ more ad luxuriam ruim⁹, ille semp ad cõtinẽtiã nos hortatur: nos quasi porci in luto libidinũ inuoluimur, ille p̃dicare non cessat. Cuius ergo rei gratia hæc nõ cogitamus, neq; id nobiscũ dicimus? At deus semp nos alloquitur, neq; quãuis ex negligẽtia obaudiamus defatigatur
Infra.20. semp id faciẽs: hac de cã nẽpe dicebat, pauciſsimos
& 22.b eos fore q saluabũtur. Nã si nõ est nobis satis ad salutẽ, quòd uirtuosè ipsi uiuamus, sed oportet aliorũ salutẽ re ipsa desiderare: cũ neq; nos rectè uiuamus, neq; alios hortemur, qd respõdebimus si quę nobis spes salutis reliqua erit? Sed cur hæc criminor, cũ ne que eorũ cũ qb⁹ habitamus, uxoris, liberorũ, famulorũ ullã curã habeamus, sed alia prò alijs quasi temulẽti soliciti cogitam⁹? quo. ſplures famulos cõparabim⁹, q diligẽtiori nobis studio ministrabũt, quo liberis amplas hæreditates relinquemus, quo uxor pretiosis uestibus, & ornatu aures pollicetur? Nullã enim nostri, sed rerũ nostrarũ curã habemus: uxoris obliuiscimur, & q̃ uxoris sunt recordamur: de liberis nõ prouidemus, & q̃ liberorum sunt, amplificare atq; augere studemus. Itaq; his similes sumus, q cũ malè maceriatã, ac ruinosam uideãt domũ, ipsam quidẽ restituere negligunt, amplos aũt ei hortos in circuitu p̃parant: aut illis, qui quãuis morbo cõficiãtur, cura tamẽ ualetudinis neglecta, aureas sibi uestes cõtexũt: aut mulieri q̃ cũ aduersã ualetudine nimiũ laboret, nullũ ægrotationis remediũ, sed ancillas & ornamenta, cæteraq; huiusmodi, sibi studeat cõparare. Nõ aliter sanè nos cũ anima nostra, modò irę furore, modò cupiditatis ardore, nũc maledicẽdi studio, nũc inanis gloriæ iactatione mirabiliter uexetur, ac humi iacẽs, & secũ ipsa diſsidẽs, ab innumeris laceretur feris: nõ ut ipsam curem⁹, sed ut magnificas ędes cõstruamus, & gregẽ seruorũ, cęteraq; huiusmodi acquiramus, oĩ studio atq; cura uigilamus. Et si ursa fugã è cauea ceperit, domos p̃cludimus, uicos obsidem⁹, ut intercepta nemini noceat: nũc uerò cũ nõ una bestia, sed multæ atq; obscœnę cogitationes oĩ bestia ferociores animũ nostrã lacerẽt, nec sentire qdẽ uidemur: & urbiũ sanè habitatiõi adeò prouidem⁹, ut uel in desertis locis, uel in uallatis atq; munitis atrocẽ ferã coẽrceamus: in aĩa uerò nostra ubi locus cõsilij est, ubi régia sedes, ubi iudiciũ, eò imanes bestiæ ad mẽtẽ ipsam, ad regale solũ oĩa p̃turbãtes magna licẽtia cõscẽdũt: propterea ad inferiora depellũtur, q̃ superius stare debebãt, oĩaq; simul turba cõquaſſantur urbana ſuburbanaq;, q̃ intus q̃ foris sunt. Ciuitatiq; similes sumus, q̃ barbaro rũ incursu cõturbatur: aut auiculis q̃ dracone ad nidũ serpẽte, trepidè ac cõturbatè circũuolãt. Quare uehemẽter uos oro, atq; obsecro, interficiamus hũc draconẽ, arceamus atroces bestias, & prauas cogitationes mucrone spiritus cõfodiam⁹, ne nobis quoq; propheta Iudæorũ mala intẽtet dicẽs: Cẽtauri, ericij, & dracões illic tripudiabũt. Sunt. n. ſunt certè homines asinocẽtauris multo peiores, q ceu in deserto uiuẽtes calcitrẽt, & ætatẽ iuuẽtæ miserabiliter agãt. Nã cũ atroci cupiditate uexẽtur, nõ aliter q̃ effrænes asinocẽtauri circũeuntes saliũt, & calcitrant, nulli rei probæ studẽtes: cuius mali patres eorũ causa sunt, q equorũ quidẽ domitores cogũt, ut studiosiſsimè sibi equos domitẽt, nec incuria cõmittãt ad firmiorẽ indomitos ætatẽ peruenire, sed frænũ ac cætera quibus opus est, incipiẽtes adhibẽt: liberos aũt suos longè prouehi absq; castigationis negligũt fræno, & dimittunt circuire, scortis, aleis & obſcœnis spectaculis inhiãtes, cũ deberẽt antequã fornicationibus se traderẽt, prudẽti & modestæ uxori cõiungere, q̃ ab oĩ mala consuetudine maritũ eripiat, & frenum pullo facta salutari domatione cõtineat. Nõ. n. fornicationes & adulteria aliũde proueniunt, q̃ ex nimia iuuẽtutis licẽtia. Nã si cũ prudẽti uxore nuberet laudis æstimatione hominũ ac deniq; domus curã haberet. Sed uix ab ephebis exiuit, inquies: nec ego ignoro, & certè si annos Isaac attigit quadraginta, *Gen.25.c*
& tamẽ cœlebs postea spõsam duxit: multò magis iuuẽtutẽ hãc hæc philosophia deceret, q sub gratia nati sunt. Sed qd faciã? nõ uultis modestiæ tẽporum curã habere, sed sordibus, atq; cœno, oĩq; turpitudine inquinari negligitis, nescientes hoc p̃cipuũ esse matrimonij lucrũ, ut castimonia conseruetur: qđ si nõ M
fit, q̃ nã utilitas ex matrimonio erit? Vos aũt quid facitis? cũ omni turpitudine liberi uestri se maculauerint, tunc frustra uxori copulatis. Decet nanq;, ais, ut in republica comprobatus, conſpicuus antea fiat q̃ uxorẽ ducat. Animæ uerò nulla uobis cura est, sed deiectã despicitis: idcirco omnia confusa turbataq; iacent, quia quasi superflua quædã res anima spernitur: quia q̃ necessaria sunt, contẽnuntur: q̃ uilia sunt & caduca, magno studio confouentur. Nescis nihil te ita magnũ posse filio tuo largiri, q̃ ut à fornicationis immunditia integrũ conſerues? nihil sanè ita magnũ nobis ẽ sicut anima. Quid. n. proderit homini, *Sup.16.d*
si uniuersum orbem terrarũ lucrabitur, & animæ suæ detrimentũ patietur? Sed certè cuncta peruertit, atq; deijcit immensa diuitiarum cupiditas, & ceu crudeliſsimus quidã tyrãnus arce occupata, libertate ciuitatem priuat: sic animis omniũ deiectis uerũ dei timorẽ turpiter expellit. His rationibus tam nostrã, q̃ liberorum nostrorum salutem negligimus ac unum solũmodo respicimus, ut magis locupletati magnum pecuniarũ numerum alijs relinquamus, q pariter alij relinquant: sic pecuniarũ trãsmiſſores (ut ita dicã) ad posteros, nõ domini sumus, nec sentim⁹ hac uecordia seruis nostris uiliores nos reddere. Nã seruos quidẽ, etsi non sui causa, attamẽ nostra casti gamus: liberis uerò tantũ prouidentiæ nequaquam

A tribuimus, sed quasi uiliores mãcipijs ptermittim⁹. Cur, mãcipijs, dixi: cum uel pecudibus ipſis minores fieri uidemur? Maiorem. n. asinorum ac equorum, q̃ filiorum curam habemus. Nam si burdonibus, atq; asinis agaso nobis præficiendus est, non parum uigilamus, ne dementẽ, aut temulentum, aut furẽ, aut rei eius imperitum p̃ficiamus: sin uerò ad colẽdum filiorum ingeniũ pædagogus sit nobis inueniẽdus, qui casu oblatus fuerit, eũ recipimus, nec cõsideramus ullam artem hoc artificio sublimiorẽ inueniri.
Ars puero rũ moderatoris, ceteris sub limior. Quid. n. maius quàm animis moderari, quàm adulescentulorũ fingere mores? Omni certè pictore, omni certè ſtatuario, cęterisq; huiusmodi oĩbus excellẽ tiorem hunc duco, qui iuuenum animos fingere nõ ignoret. Quamobrem nos oĩa spernimus, ac illud tantummodo consideramus, quo uolubilitate linguæ adulescentes præstabunt, quod ẽt quęstus gratia fecimus. Non. n. ut eloqui sciant, sed ut pecuniam eloquentia colligant, eloqui student. Nam si eũ faciB lius posse ditari absq; ulla eloquẽtia uideremus, tunc omnis apud nos ſqualeret eloquẽtia. Vides quã tyrannica uis pecuniarũ sit, uides quo pacto cũcta occupauit, & quasi mãcipia, uel potiꝰ pecudes quouis homines detrudit? uerũm nescio qd lucrabimur hac nostra in eã oratione: uerbis eã nos ferim⁹, illa rebus nos uulnerat. Nõ cessabimus tamẽ, sed uerbis scelera sua patefaciemus: & siqd oratione consequemur, tã nos quã uos mirificè lucrabimur: sin uerò in proposito pseuerabitis, nos tamẽ officio nostro fungemur. Creator autem omniũ & uos morbi huius immunes, & nos in uobis gloriari facit, cui gloria in secula seculorum. Amen.

Homilia.lxi. ex capite.xviij.

I autem peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eũ inter te & ipſum solũ: & si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Quoniam acri oratione aduersus ſcandalizantes usus multis eos argumẽtis terruit, ne ſupini atque desides hac ratione hi fiant quibus ſcandala inferuntur, & ne putantes totam in alios culpã esse reiectam ad molliciei uitium delabantur, & quasi cultu dei digni in arrogantiã incidant: perſpice quomodo ipſos etiã comprimit atC que coercet, & inter duos solũmodo redargutionẽ fieri iubet, ne. ſ. testimonio multitudinis grauiore accusatione uisa, dedignatus ille duriorem se ad corrigendũ præbeat: ideo dico, Inter te & ipſum solum, & si quidem te audierit, lucratus es fratrem tuũ. Quid est, si te audierit? si psuasus uidelicet abs te, peccatu se condemnabit, lucratus es fratrem tuũ: non dixit satisfactum tibi est, cũ hoc modo animaduersum esse in ipſum uideatur: sed lucratus es fratrẽ tuũ, ut desitũ. Nec dixit, effeciſti, ut frater tuus ſeipſum lucrare-
Sup.5.c. tur, sed tu fratrẽ lucratus es. Ita significauit utrũque iacturam feciſſe, alterũ fratris, alterum propriæ salutis. Idipſum etiam cũ in mõte sedebat, admonebat: tum ipſum qui cõmiſsit ad eũ cui fuit iniuriatus mit-
Sup.6.b. tens. Si. n. munus tuum ad altare attuleris, ait, ac ibi recordatus fueris, qa frater tuꝰ aduersus te aliqd habeat, uade primò & reconciliare fratri tuo: tũ ipſum qui passus iniuriã est, remittere proximo peccata iubẽs. Dimitte nanq;, ait, debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Nunc uerò aliũ quendam modũ induxit, nec eum qui fecit, sed eum qui passus iniuriã est, primò reducit. Nam quoniam non facilis, qui fuit iniuriatus, ad satisfaciẽdũ est, rubore D
ac dedecore quodã impeditus, eũ qui passus est ad illum non temerè, sed emẽdationis causa mittit: nõ enim dicit, accuſa, increpa, pœnas petito: sed argue, inquit, Nã cũ ille partim ira, partim, rubore quasi ui no sopitus non uideat, opus: est ut tu qui rectè ualeas, ad ægrotũ proficiſcaris, & priuato quodã iudicio constituto, remediũ facilius inferas. Nihil. n. aliud *Arguere, quid,*
est arguere, quã in memoriã eiꝰ peccata reducere, ac ad eũ q̃ passus sis exponere. Quod si rectè sit, quasi pars quædã defensionis est, q̃ uehementer ad reconciliationem impellit. Quid igitur, inquies, faciã si durus ac pertinax fuerit? *Assume tecum,* inquit, *unũ, aut* *Deu.19.b*
duos: ut in ore duorum aut trium testium ſtet omne uerbũ. Nam quantò ille impudentior atq; ptinacior fuerit, tantò magis ad emendationẽ eius absque ira & molestia nobis studendũ est. Nam & medicus cum grauiorem uiderit morbũ, nõ desiſtit, nec molestia oppreſsus deficit, sed ad ferenda remedia diligentius se accingit, quod nos quoque facere iubet: quoniã. n. solus ibecillior uisus es, adiectione duorũ fortior factus, argue delinquentẽ. Perpẽde quia non eius qui E
laceſsitus iniuria est, uerũetiam laceſſentis utilitatem quærit, Nam uerè passus iniuriã is certe est, q̃ passio- *Iniuriã uerè pati quis dicatur.*
ne uictus succubuit: is, inquã, est, q morbo captus laborat: propterea sæpius sanũ ad ad illũ, modò solũ, modò cũ aliis mittit: & si pertinacia obduratus est, etiam eccleſiam ad hunc ægrotũ adducat. *Dic enim,* inquit, *eccleſiæ,* quoniam si eius qui patitur cõmodũ tantũmodo quæreret, certè non iuſsiſſet ſeptuagies-ſepties pœnitenti esse remittendũ, nec toties, tamq; multos passionis emẽdatores ei statuiſſet: nũc uerò nõ semel, sed bis atq; ter, modò solũ, modò cũ duobus, modò cũ pluribus ad curã illius te remittit. Ac de exterioribus quidẽ nihil tale præcepit: sed ſiquis, inquit, dexterã uerberibus tibi cædit maxillam, ei alterã quoque uerte: hic autẽ non ita, sed sicut Paulus etiam ait: Quid mihi & eos q exterius sunt iudicare? *1.Cor.5.d*
fratres aũt & arguere & auerti iubet, & inobedientes abſcindi, ut rubore impulſi meliores fiant: id ipsẽ quoq; hic facit. Nam cũ de fratribus legem promulget, tres peccati magiſtros atq; iudices cõstituit, qui doceant & enarrent, q̃cunque in temulẽtia sibi per- F
petrata sunt. Nam etſi tu oĩa feceris, atq; dixeris, doctoribus tamẽ ſicut uinolẽtus indiges, oĩ sanè ebrietatẽ peccatũ magis mẽtem perturbat, & animũ insania furoreq; replet. Quis. n. ſapiẽtior, quàm Dauid fuit? sed tamen cũ rationis uires à cupiditate tenerẽtur, q̃ quasi fumus animũ eius occupauerat, in peccatũ de lapsus nõ sentit: ac ideo lucerna sibi prophe tica opus fuit, & uerbis q̃ perperã gesta in memoriã *2.Re.12.a*
reduceret: propterea etiã hic ad delinquentẽ mul- *b*
tos, ac uarios cõducit, ut de iniurijs secũ conquerãtur. Cur autem hũc q passus est, & nõ alij arguere & expoſtulare præcepit? quoniã patientius hũc, in quẽ iniurias iaculatus est, cui dolorẽ itulit quẽ oppreſsit laturus est. Non. n. pariter æquo animo ab alio quã iniuriã perpeſſo, & cõtumelijs laceſsito expoſtulatus ſuſtinebit, præſertim cùm solus sit, cũ eũ arguat. Nã ſiq pœnas ab eo petere posſet, is de salute ipsius laborat, maximè otium poterit eũ placare. Vides non ſupplicij, sed emẽdationis gratia id fieri, propterea nullos sibi testes initio p̃bet, sed cũ ipsè p se nihil effecerit, neq; tunc multitudini cõmittẽdam rem præcipit, sed unum aut adſũmũ alterum addidit, quos

G si propter suã protertiam despexerit, tũc tandem ad ecclesiam offerẽdam rẽ censuit. Ita magnum sibi est studium, ne proximorum delicta nisi post primã & alterã admonitionẽ efferãtur. Quid aũt sibi uult, in ore duorum uel trium testium stabit omne uerbũ? Habes iam testes, inquit, opus abs te tuum ita eẽ cõfectum, ut nihil quod ad te ptineat, reliquum esse uideatur. *Si autem eos non audierit, dic ecclesiæ*: præsulib⁹ scilicet, ac pſidentibus. *Quòd si etiam ecclesiæ non obedierit, tibi sit sicut ethnicus & publicanus.* Tu uerò considera quo publicanum ad exẽplum summæ nequitiæ semp posuit. Iam enim superius dixit, Nõne publicani quoq; hoc faciũt? ac deinde, publicani pcedent
Infr. 21.c uos, ait, in regnũ cœlorũ: id est, qui ualde improbitate cõdemnantur. Audiãt hæc attẽtè, q sibi qstus iniustos excogitãt, qui fœnus fœnori adiiciũt. Cur aũt istũ cũ publicanis collocauit? Vt certè & illũ qui ptulit iniuriã cõsolaretur, & hũc meritò perterreret. Nũ igitur hoc modo solummodo iste punitur? Non certè, sed audi q sequuntur: *Quæcunque alligaueritis super terram, erunt & ligata in cœlis.* Nec dixit ecclesiæ pſulis: uinculis istum cõstringe: sed, si ligaueris, ei qui dolorem pertulit totum pmittens: tũc hæc uincula indissolubilia manẽt. Patet ergo extremis istum suppliH cijs eẽ uexãdum, sed nulla culpa eius est qui detulit, sed totum crimẽ iure in eum qui ptinax in malignitate fuit, reiicitur. Animaduertis quo pacto duplici hũc necessitate uinxit, pſenti dico punitione, & futuro supplicio? hæc minatus est, ne hæc accidãt, sed tũ ne ab ecclesia eiiciatur metues, tũ ut uincula tã terre stria q cœlestia reformidãs mitior fiat. Nam cũ hæc sciat, quãuis primo ingressu minus fecerit, multitudine tamẽ uitiorum cõuictus, iram fortasse deponet: hac. n. de causa nõ confestim abscindit, sed ad tertiũ usq; iudicium progressus est: ut si primò non paruerit, obtẽperet alteri, quòd si secũdum etiã spreuerit, tertiò saltem moneatur: at si hoc ẽt neglexerit, ẽterna supplicia tãdem, & iudicium dei expauescat. *Iterũ dico uobis, quia si duo ex uobis consenserint super terram, de omni re quamcunque petierint, fiet eis à patre meo qui in cœlis est. Vbi enim duo sunt uel tres congregati in nomine meo, illic sum in medio eorum.* Animaduerte quẽadmodum etiam hic disidia & inimicitias dissoluat, & pusillanimitatẽ oẽm exterminet, & hoies ad unã cõgreget uoluntatem, non pœnarum tantũmodo terrore, ut iam uidimus, uerũetiam his donis q à charitate profiuunt. Nam posteaquã cõtentionis extrema supplicia posuit, magna cõcordiæ præmia exponit, cũ & à patre qui consensu & charitate coniuncti sunt, facilè impetrent qd petũt, & ipsum Xpm in medio sui posideant. Putasne igitur, ullibi duos reperiri cõsentiẽtes? puto sanè multis in locis, ac forsan ẽt ubiq;. Qũo igitur à patre cũcta non consequuntur? quia uidelicet multæ sunt causæ nõ impetrãdi. Nam aut inconducibilia postulant, nec mirum est, si non
2. Corin. 12.b exaudiuntur, cũ & Paulus ille audierit: Sufficit tibi gratia mea, uirtus enim in infirmitate perficitur. Aut indigni exaudiri sunt, nec quicquã boni à seipsis offerunt, cùm dominus apostolorum similes denotare uideatur. Ex uobis enim, inquit, qui uirtute polletis, qui euangelicã doctrinã rectè uiuendo cõplectimini. Aut aduersus eos qui sibi dolorẽ intulerũt, ul-
Sup. 5.g. & Luc. 6.d tione orãtes petunt, quod oĩno prohibetur. Orate, nãq; ait, pro inimicis uestris. Aut misericordiam postulant, cùm nullam egerint pœnitentiã. Qua re potiri penitus est impossibile, ẽt si qui multã fiduciam K ad deum habẽt, pro eis deprecẽtur: ueluti Hieremias cũ pro Iudæis oraret, audiuit: Noli orare pro popu- Hie. 7.d lo hoc, quoniam te nõ exaudiam. Si uerò cũcta hæc 11. e. & assuerint, & cõducentia petas, & quantũ in te, euan- 14.b. gelicã uitam re ipsa probes, & concorditer atq; cum charitate cum proximo uiuas, impetrabis orãdo misericordiã domini. Verũetiã quoniã à patre meo, dixit, ut unà cum patre scipsum quoq; postulata largiri ostẽdat, subiunxit: Vbi enim duo uel tres cõgregati sunt in nomine meo, illic sum in medio eorũ. Nonne igitur sunt duo aut tres in noie suo usquequaq; congregati? Rarò siquidẽ inueniuntur. Nõ. n. de cõuentu simpliciter dixit, nec congressum tantummodo quærit: sed primò iam, ut dixi, uirtutis opus, deinde hoc ipsum exactissimè ac diligentissimè. Tale quippe est quod dicitur: Siquis pp me principaliter charitate proximo cõiungitur, secum ipse sum, si ad hoc uirtutis etiam opus adiecerit. Nunc aũt cõplures uidemus alias quasdã causas amicitiæ qrere. Nã alius amat, quia redamatur, alius quia honore afficitur, alius quia utilitati sibi eẽ, aut fore hoiem putat: Christi uerò causa difficillimè quẽquam inuenies, q L amicũ ut oportet diligat, sed oẽs ferè secularium uinculo rerum inter se uinciuntur. Non ita quippe Paulus, sed pp Christum diligebat: quare quãuis nõ tantùm amabatur, quantùm amabat: tamen quoniam robustas amoris radices iecit, nõ dissoluit charitatẽ. Nunc uerò si omnia diligentiori cura scrutabimur, amicitiarum efficientia cõmoda magis secularia, q̃ hoc inueniemus. Quòd siquis mihi potestatem inuestigandi cõcederet, in hac multitudine facilè ostẽderem: sed perspicuum id erit, siquis uigilanter inimicitiæ causas inuestigabit. Nã qui caducis, citoq; instabilibus causis copulantur, eorum coniunctio perpetua esse non potest, sed uel cõtemptus, uel pecuniarum iactura, uel liuor, uel gloriæ cupiditas, uel aliud hmõi amicitia dissoluta dissidiũ induxit. Vbi si spirtalis esset radix, nulla res secularis eam euelleret. Ea certè charitas, q̃ Christi causa fundatur, firmia, stabiM lis atq; inuicta est, nec ulla re cõquassatur, nõ obtrectatione, nõ periculis, nõ morte, nõ alia re tẽporali. Nã q hac de causa diligit, nullo dissidio disiungetur: qui. n. amat, quoniã redamatur, siquid minus iucundum ab amico ad eũ profectum fuerit, sinẽ amandi illico fecit: qui uerò Xpi charitate amicis conglutinatur, nunq̃ ab amando desistit: idcirco Paulus quoq; dicebat, Charitas nunq̃ excidet. Quid. n. dicere pote 1. Co. 13.b ris, an quia honoratus abs te cõtumeliæ uicem honoris loco rẽtulit, an quia pro beneficiorũ gratia interficere conatus est? Sed si pp Christum diligis, hæc ipsa ad maiorem te impellunt charitatẽ. Omnia. n. q̃ seculares amicitias tollunt, spiritalẽ confirmãt amorem magis, atq; stabiliunt. Quo pacto inquies? Primùm, quia hic pmia tibi pparat amicus, deinde qa magis ope indiget tua, q sic miserè affectus est. Qua propter qui hoc amore spiritali diligit, nõ generis nobilitatem, nõ præstantiam patriæ, nõ excellentes diuitias, non deniq; quãtum redametur, inuestigat: uerumetiam si odio habeatur, si cõtemnatur, si interficiatur, quoniam sufficiens sibi ad amandum Christus causa est, pseuerat in amore. Firmꝰ ergo ac stabilis stat, fixus & imobilis ad Xpm respiciẽs, à quo inimici, cõemptores, obtrectatores, psecutores, q nec uidere ipsum æquo aĩo poterãt, supmo amore, quo

maiorem

A maiorem excogitare non possumus, amati sunt. Maiorem. n. hoc amorẽ nemo inquit, habet, q̃ ut aliqs animam suam ponat pro amicis suis. Et considera
Ioã. 15. b quoniã ẽt eos qui crucifixerũt ipsum, qui summo furore aduersus ipsum insaniebant, magno studio curare conabatur. Sic. n. ad patrẽ de illis dicit, Dimitte eis, nescĩunt. n. quid faciũt. Et discipulos quoq; postea ad saluãdos eos misit. Hanc igitur charitatẽ imite
Luce. 13.c mur, & ad hãc, quasi ad exẽplar respiciamus, ut imitatores Christi facti, tam psentia q̃ futura bona consequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.

Homilia. lxix. ex cap. xviij.

Vnc accedens Petrus, dixit: Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? usque septies? Quoniã magnũ qd se allaturũ Petrus putauit, idcirco quasi gloriabũdus, usq; septies, intulit. Nã si semp frater meꝰ peccat, sempq; cũ arguatur, ad pniam reducatur: quoties, inquit, remittere debemus? an usq; septies? Video. n. ultro te illi terminum affixisse, qui ptinaciter in peccato pseuerat, cum di-
Infr. 18.c xeris: Sit tibi ceu gẽtilis ac publicanus: huic uero quẽ pœnitet, nullum terminũ attulisti, cũ simpliciter iusB rã pœnitentem? an septies? Quid igitur facilis ac misericors dominus? *Non dico tibi usque septies, ait, sed usque septuagies septies.* Qua qdẽ oratione nullũ omnino numerũ posuit, sed indefinite, continue, ac semp significauit. Nã sicut milliẽs infinite designat, sic quãdo hic numerus dicitur, plerũq; multa ĩdefinite atq;
1. Re. 2.a indistincte denotantur: ueluti cũ dicitur. Quia sterilis peperit septẽ: nõ ergo certo numero indulgentiã conclusit, sed cõtinuo atq; semp indulgendum esse denotauit: quod & sequenti parabola cõfirmat. Nã ne uideatur difficilia, & onerosa imperare, cũ septuagies septies dixerit, confestim parabolã adiunxit, ut & dictum cõmuniret præceptum, & iactantẽ in hoc deprimeret, & facilitatẽ rei ostenderet. Quo circa misericordiã quoq; suam in mediũ adduxit, ut hac collatione facilius discas, etiã si septuagies septies indulC seris, etiã si cũcta simpliciter proximo peccata dimiseris, tantũ quantũ aquæ stilla ingenti mari comparata: tantũ, ĩmo uero multo etiam magis misericordia tua ab ĩfinita dei bonitate distabit: qua tu uelimẽter indigebis, cũ uitæ tuæ rõnes in iudicio relaturus sis: ideo: parabolã attulit, dicẽs: *Simile est regnum cœlorũ homini regi, qui uoluit ponere rõnem cum seruis. Et cũ cœpisset ponere rõnem, oblatus est ei unus, qui debebat decemmilia talenta, non habente aũt eo reddere, iussit eum dominus uenundari, & uxorem & filios eius, & omnia quæ habebat.* Sed misericordia deinde domini impetrata. *Cũ uidisset cõseruũ centum sibi denarios debẽtẽ, angebat eũ, & suffocabat, qua ex re adeo cõmotus dominus fuit, ut rursus in carcerẽ aũ coniecerit, quousque uniuersum debitũ reddiderit.* Perspicis quantũ inter peccata & peccata discrimen est? Quantum enim centũ denarii à decem millibus talentis distant: tantum, ĩmo uero multo plus ea q̃ in hominẽ peccata, distãt ab his quæ in deum cõmittuntur: quod tum differẽtia psonarum, tum crebritate, ĩmo uero cõtinentia peccandi perspicitur. Nam cum peccantes nos hõ quisD piam uideat, ueriti à peccando desistimus: cum aũt deus quotidie delinquentes pspiciat, nequaquã uemur, sed omnia intrepide facimus atq; dicimus: neque hac rõne solum, uerumetiam & propter collata beneficia, & honoris gratiam, quo diuinitus pditi sumus, aduersus deũ delicta grauiora redduntur. Ad siD uultis, latius qũo decem millia talenta, immo uero multo plura sunt quę aduersus deũ delinquimus, ex planare conabor. Quod quãuis timeã, ne aut his qui ad nequitiam proniores sunt, quiq; cõtinuo in luto peccatorũ iuuolui desiderant, maiorẽ licentiam præbeam, aut tẽperantiores in desperationem inducã, ut uelut discipuli dicant, quis potest saluari? faciã tamen, ut qui attente audiunt, humiliores ac tutiores cõstituantur. Nã qui morbo laborãtes incurabili nõ dolent, etiã sine hac oratiõe à desidia & ignauia sua non recedent. Quòd si etiã hinc maiores causas contẽnendi arripient, nõ meis profecto uerbis sed amẽtiæ suę culpa erit attribuenda. Nã oratio quidẽ hæc & reprimere, & cõpugere attentiores facile poterit, & qui moderate uiuunt, cũ magnitudinẽ peccatorũ itellexerint, & pœnitẽtiæ uires didicerint, magis proficient. Dicendũ mihi ergo est, & ita dicẽdũ, ut quæcunq; aduersus deum cõmittimus, & qcunq; cõmuniter in homines, exponã, q̃ aũt propria sunt, unusE quisq; prout sibi conscius est afferat, atq; cõiungat: sed priꝰ beneficia erga nos dei breuiter pcurrã. Quæ igitur sũt beneficia? Creauit nos, atq; produxit cũ nõ essemus, & oĩa quę uidentur, cœlum, terram, maria, aerem, quæq; in ipsis sunt, oĩa animalia, plãtas, semina, causa nostri effecit. Necesse. n. est propter infinitam rerum multitudinem capita solũ tãgere: animã nobis uiuentẽ inspirauit, ac solis talẽ animã condidit, paradisum plantauit, auxiliatricem dedit, cũctis irrationabilib⁹ pposuit, gloria & honore coronauit. Cũ uero ingratus in benefactorem hõ inueniretur, maioribus eũ donauit muneribus. Nõ. n. solum cõsiderandum est, quia ex paradiso eiecerit, sed qd ide quoq; lucri secutum est. Nam posteaq̃ è paradiso eiectus est, & post innumera illa beneficia, & uarias atque mirabiles dispẽsationes, filiũ quoq; suũ ad puaricatores misit, cœlũ eis reclusit, paradisum reseRo. II. d rauit, & filios ex ingratis atq; inimicis effecit. Quare opportunũ est etiã nũc dicere. O profunditatẽ diuitiarũ & sapientiæ, & cognitionis dei. Præbuit nobis in remissionẽ peccatorum baptismũ, eripuit à supplF ciis, hæredes regni constituit, infinita syncere credẽtibus pollicitus est: manũ porrexit, spiritum in corda nostra infudit. Qũo igitur post tot, tãtaq; bona spõte sua nobis collata, affici nos erga ipsum oportet? Putãs ne si quotidie pro eo, q nos tã mirifice amat moriemur, cõdignas posse referre gratias ĩmo uero minimũ qd debiti reddere? Nequaq̃. Nã si hoc etiã faceremus, ad utilitatẽ nostrã id redũdaret. Cũ uero sic affici deberemus, quo nã pacto erga ipsum affecti sumus? quotidie, ĩmo uero in horas atq; ĩ momenta tẽporis, leges atq; pcepta ipsius contẽnimus. Sed nolite oro, si liberiorẽ in peccantes linguam dimisero, iniquiore animo ferre: nõ. n. uos solum, sed me quoq; ipsum accusabo. Vnde igitur uultis icipiã? à seruis, an à liberis, an à militibus, an à priuatis, an à uiris, an à fœminis, an à senib⁹, an ab adolescẽtulis? à q̃ ætate, à quo genere, à q̃ dignitate, à quo artificio? Vultis à militãtib⁹ exordiar? An igitur parũ isti delinquãt, cũ in dies atq; horas cõtumeliẽtur, maledicãt, cõuicĩẽtur, ex alienis ditentur calamitatib⁹? rapaces lupos imitẽtur: nunq̃ à delinquendo desistãt, nisi qs absq; undis maria esse cõtendat. Quę. n. pascio ipsos nõ turbat? aut quęnã ægritudo aĩam eorum nõ ob-

G fidet? O qualibus inuident, & inuidentes mirifice se apud eos ostentāt: subiectis auarissimè utuntur, his qui alicuius causa coacti, ad eos quasi ad portū refugiunt, tanq̄ hostes inferuntur. Quot apud eos rapinę, quot obtrectationes, atq; cauponatiões sunt? quot seruiles adulationes, quot mendacia, quot maledicta? Sed ad singula singulas leges Christi opponamus. Qui dixerit fratri suo, stulte, reus erit gehennæ ignis. Qui mulierē ad cōcupiscētiā insp exerit, iam eā in corde suo mœchatus est. Nisi qui se humiliauerit sicut paruulus, nō intrabit i regnū cœlorū: isti uero tumorē, atq; arrogātiā aduersus minores, ut eos uehementius timeāt magno studio exercent, ac omni atroci fera crudeliores in eos inueniuntur. Nihil pro Christo, oia pro uentre, pro quęstu, pro uana gloria faciūt. Putásne posse nos oratione delicta eorū recēsere? Quis posset detractiones, quibus utūtur, uerbis cōsequi? quis prosusissimū risum? quis iportunas cōtentiones, quis turpiloquia? Nā de auaritia nihil dicē dū est. Etenim quemadmodū in eremo educati monachi, nec qd sit auaritia sciunt: ita & isti auaritiam H ignorāt, qnāuis alio quodā q̄ illi modo. Nam illi qa longè à morbo absunt, isti qua ualde huius passionis ebrietate occupātur, nec sentire quidē morbum hūc possunt. Sic.n.hoc uitiū expulsa uirtute animū ipsorū detinet, ut nec crimē apnd insaniētes illos esse uideatur. Sed his omissis, iā ad alios moderatiores ueniamus. Age igitur opificū genus, qui maximo labore atq; sudore suo iustè degere uidentur, diligēter inuestigemus. Verū & isti, quia parū sibipsis attendūt, multa de laboribus suis colligūt mala: uēdēdo enim ac emēdo cōplures iustis operibus iniurias cō iungunt: iurant, deierāt, mētiuntur, ac ut multa possideant, totos se negociis secularibus tradūt: & terrę affixi, oia ut pecunia crescat faciūt, nullā curā de pauperibus habentes. Quid dicā de maledictis, & cōtumelijs eorū, de fœnore, de cōmercijs, q̄ more cauponum peragūt? Quid multa? nō alia re magis, q̄ impudentia ducūtur. Verum istos quoq; si uultis omittamus, & ad locupletes qui agrorū fœtu diuitias acqrūt, quiq; cęteris iustiores uidētur deueniamus, quorum iniustitia tanta est, ut si quis penitus inquirat, nihil penè iniurioſius inueniat. Quo.n.miseris utūtur agricolis, nōne humanius multo Barbari eos tracta rēt? fame nanq; tabescētibus, & p totā insudantibus uitā intolerabilia nō erubescunt uectigalia iponere, ac onera, & labores quotidie maiores afferre: & sicuti asinis, imo uero quasi lapidib⁹ corporibus illorū abuti, nec respirare quidē concedentes, sed siue ager quicquā produxerit, siue nō eo dem semper exigunt modo, nihil eis cōcedentes. Qua re qd miserabilius excogitari potest? tota hyeme laborāt, frigore, ibre, uigilijs contriti, nec uacuis solū manibus, uerumetiā multa debētes recedunt. Cæterū omnium famē ac naufragia, procuratorū tormenta, exactiones, & seruitutē intolerabilē reformidāt. Quis negociationes, cauponationesq; ipsorū enarrabit? ingētia ipsi sudore hominū dolia replēt, nec urceū domū afferre illis permittunt: sed quicquid uinea protulit, in cella condūt uinaria, & argenti aliqd hac de re illis nihil proijciunt. Fœnoris inaudita excogitationis genera, quæ nec gētiliū quidē legibus cōprobātur, mutui literas maledictionis plenas cōscribūr. Non.n.centesimam totius partē, sed medietatē flagitant, cum ille qui solSnp.5.c
Ibidē.d
Infrà.18
4
uit, & uxorem habeat, & paruulos nutriat, & homo sit: quodq; maximū est, tam aream q̄ torcular suis laK boribus impleat: quorū illi omniū nihil oīno cogitare uolunt. Quare opportunè prophetā, ut exclamet induximus: Obstupeas cœlū & horresce terra, qa in ferarū mores humanū genus detrusum est. Hæc cū dico, non artes, non agriculturam, non militiam, nō agros, sed nosipsos uitupero. Nā & Cornelius ce Act.10.c turio erat, & Paulus scenosa factoriæ artis peritus, quo Ibid.18.a artificio et pdicando usus est. Dauid quoq; rex fuit, 3.Reg.1.d & Iob locupletissimus, & multorū agrorū dominꝰ, Iob.1.a nechorum aliquid impedimēto illis fuit ad uirtutē: quę oia probè tenentes, & decē millia nobis cū talenta uertentes, saltē hinc uideamus, ut pauca illa & uilia proximis remittamus. Referenda.n.nobis ratio est de mādatis nobis cōmissis, q̄ ita negleximus, ut nō possimus integrā de oibus reddere rationem: ac ideo bonā atq; facilem ad satis faciendū nobis uiam præbuit deus, qua oia nostra debita possumus persoluere. Quę nam hęc uia? Obliuio eorū omnium q̄ aduersus te à fratre tuo cōmissa sunt. Quod ut rectè perdiscas, ordine progrediens totā hanc parabolam audi. Oblatus est.n.inquit, debitor decē millium talentorū, quo nō habente reddere, iussit eū uendi, & L uxorē, & filios eius. Cuius rei gratia, dic quęso? Non ex crudelitate certè, nec quia inhumanus esset, cum ad seipsum detrimentū rursus redundaret, è seruis.n. suis debitor fuerat: sed qa incredibili cura illius deuictus hac cōminatione ad supplicandum ne uēderetur, adducebat. Nā si pp debitum feciſſet, nō annuisset sanè petitioni debitoris, nec uniuerso ipsum debito condonasset. Quamobrē igitur, anteq̄ ratio sibi oblata esset, debitū nō dimisit? Vt nō ignoraret seruus quot quantaq; sibi remitteretur, quorū notitia erga conseruū mitior fieret. Nā si debiti magnitudinem, & mirabilē indulgentię modū re ipsa expertus conseruū angebat, si tātopere nō fuisset castigatus, quò crudelitatis non irruisset? Quid aūt calamitate oppressus ait? *Patientiam habe in me, & omnia tibi reddam. Misertus autem dominus serui illius, dimisit eum, & debitum ei dimisit.* Perspexisti rursus mirabilē exaggerationem misericordiæ: dilationē solūmodo tpis, ac prorogationē quādā seruus postulauit, ille aūt multò magis q̄ petijt, uidelicet totius mutui donationē ultrò præbuit. Ita patet uoluisse ipsum, tamen non prius id facere, nisi debitor supplicaret, ut donū nō modo suū, uerumetiā petitionis illius esse uideretur: qd fecit, ut coronā quoq; seruus cōsequeretur: totū tamen ad dominū meritò refertur. Nā etsi procidit debitor, atq; rogauit, ex causa tamē indulgētię uniuersam rem domino attribui uidemus. Commotus enim misericordia dimisit eū, nec anteq̄ supplicaret, ut cū uideretur aliquid ipsum quoq; fecisse, nō maiorē confunderetur rubore, utq; calamitate sua perductus facilis ad ignoscēdū conseruo fieret: sed ad hoc usq; probus ac placēs fuit. Nā nec debitū negauit, & redditurū se uniuersum promittēs procidit, atq; orauit, & quasi ut delinquentē se condēnauit, cū magnitudine peccati nō ignorauerit. Quę uero sequūtur, indigna oīno prioribus sunt. Nā cum exiisset, inquit, non multo tpe pòst, sed confestim beneficij magnitudinem ante oculos adhuc habens, tāto munere, tantaq; liberalitate domini abusus est. *Cū enim inuenisset unum conseruorū suorū, qui sibi centū denarios debebat, suffocabat eū dicēs: Redde qd debes.* Vidisti humanitatē & misericordiā domini, uide nūc inauditā seruiM

A crudelitatē. Audiatis hæc, quicunq; pecuniarū gratia similia indies cōmittitis. Nā si in peccatis id fieri nō licet, quātò minus in pecunijs licebit? quid aūt ille cōseruus? *Patientiā habe in me, & omnia reddā tibi.* Ne uerba quidē ipsa ueritus est, quibus salutē acquisiuit: his.n.ipse dictis mille talentorū debitū euitauit. Ita nec portū quidē cognouit, quo tutat⁹ à naufragio euasit, nec modus ipse supplicationis ad misericordis domini memoriā eū reduxit: sed oīa illa, crudelitate ac auaritia oblitus, omni fera sęuius in conseruū insiliebat. Quid facis homo? nō sentis aduersis teipsum mucronē adigere, ac sentētiā & munus domini reuocare? Sed ille nihil horū cogitauit, nec rei suę meminit, nec ullo modo remisit. Et certè nō æquali de re iste supplicabat, cū pro talētis hic decē millibus, alter aūt pro centū denarijs supplicauerit: & ille conseruo se prostrauit, iste domino: & cui oīno indultū fuit, is nec prorogationē quidē concessit: uinculis.n.atque carcere ipsum oppresit, quod B alij serui non ferētes, totā rem ad dominū retulerūt, qui nihil debebant. Quid igitur deus faciet? *Dominus aūt, nequā* inquit, *serue, omne debitū dimisi tibi, quoniā rogasti me: nōne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum?* Animaduerte q̄ mitis sit dominus, quasi cōstitutus in iudicio satisfactionē reddit, quare donationē illā uniuersam reuocauit, immo uero non ipse reuocauit, sed ille q̄ accepit, euertit. Quid.n.ait? Serue nequā, omne debitum illud dimisi tibi, qa rogasti me, nōne oportuit ēt te misereri cōserui tui? Nā & si dura hæc res tibi uidetur, oportebat tamē & lucrū iā acquisitū, & futurū perspicere. Graue & onerosum pceptum hoc est, sed oportet magnitudinē quoq; præmij cōsiderare: nec illud recū solūmodo uertas, quia ille te cōtristauit, sed tu cū magis deū offendisses, sola deprecatione reconciliatus es. Quòd si tibi onerosum ac durū nimis eum q te cōtristauit diligere uidetur: sed multò magis onerosius est gehēnæ supplicijs in æternū torqueri: qd si illi opposuisses, cognouisses sanè multò leuius hoc, q̄ illud, atq; facilius esse. Et quādoquidē decē milia talēta debebātur, nō cōuiciatus debitori, sed misertus fuit: quando uero aduersum cōsociū crudelitatē exercuit, tunc nequā atq; improbū seruum appellauit. Audiamus qui aliena rapimus: nobis.n.hæc quoq; dicūtur. Audiamus oēs qui crudelitate occupati neminē miseramur: audiamus inquā qa non in alios, sed aduersus nosipsos sæuitiā exercemus. Quare cū peccati alieni recorderis, cogita tibiipsi, nō alij detrimentū inferre. Tua.n.non proximi peccata in falcē colligis: & tu quidem quicquid aduersus delinquentē operatus fueris in pśenti uita, hæc ut homo facis: Deus uero nō ita, sed maioribus ac ęternis te supplicijs puniet. *Tradidit.n.eū*, ait, *tortoribus, donec uniuersum debitum persolueret.* Id est, ad perpetuitatē eū suplicii tradidit: nunquā.n. inde redituC rus est. Nam quoniā beneficiis melior fieri non potuisti, reliquū est ut pœna torquearis. Et quāuis charismata hæc, & dona irreuocabilia sint, tantū tamē malignitas ualuit, ut hanc quoq; legem superauerit. Quid igitur deterius memoria peccatorū, ac ultionē q̄ tot tātaq; diuina dona euertere posse uideatur? Nec quietus, sed ira cōmotus eū tradidit. Quando .n.uendi eum iusit, nulla ira fuit in uerbis, ideo nec uendidit: nunc aūt hæc sententia nō parua cū molestia ad compunctionem, atq; supplicium terminaTomus secundus.

tur. Quid aūt hæc parabola sibi uoluit? Sic, ait, *faciet* D *uobis pater meus, si non demiseritis unusquisque fratri suo de corde uestro peccata ipsorū.* Nō dixit, pater uester, sed pater meus. Nō.n. digni sunt isti, quorū pater deus uocetur, cū ita nequā sint, ut homines odio persequantur. Duo.n. hinc eum quærere diligenter animaduerte: ut & nosipsos peccātes culpemus, & aliorū peccata dimittamus, ita hoc postremū pp alterū facilius reddit. Nā qui sua cogitat, ad dandā conseruo ueniā, non ore solū, sed corde facilior est. Non impellamus ergo aduersus pectora nostra mucronē: nunquā.n.tantum tibi doloris afferre alius poterit, quantū ipse tibi si recordatus iręuindictam q̄ras, & aduersus teipsum sentētiā iudicis attrahas. Nā si uigiles, atq; philosopheris, in illius caput totū malū retorquetur, ac ipse mala patietur, nō tu: sin uero molestè ac grauiter feras, tunc non ab illo, sed à teipso detrimento afficieris. Noli ergo dicere, obtrectauit & calūniatus est mihi, & mille intulit incōmoda. Quātò n.plura dices, tanto re ipsa benefactorē ipsū ostendes, qui causam tibi pbuit, ut tuorū possis pec E catorū sordes detergere. Ita quò mitiores ille iniurias in te iaculatus est, eò maioris indulgētiæ tibi cā cōstitutus est. Nā si uoluerim⁹, nemo nobis unquā iniuriari poterit, sed cū inimici sint, præcipua tamen nobis cōferunt lucra. Cur de hominibus tantū loquor, cū diabolus quoq; ipse, quo nihil perniciosius, nō paruas nobis approbatiōis causas afferat: quam rē Iob ille manifestā oībus fecit. Si ergo diabolus occasionē, coronę pbuit: cur alios inimicos formidas? Iō.1.&.2 Perspice igitur quot quātaq; lucreris, si æquo animo oppressiones inimicorū tuleris. Primo, qd maximū est, peccatorū remissionē. Deinde patiētiā, atq; perseuerantiā laudabilē. Tertiò, mansuetudinē & humanitatē: nā qui nescit aduersus inimicos irasci, multò magis amicis erit cōmodior. Quartò, qa procul ab ira tiāquillo semper animo uiues, cui rei quid unquā conferri poterit? Qui.n.ira non capitur, is iucunditatē animi consecutus est. Nec uitam uanis laboribus, ac doloribus unquā consumet. Nam qui nescit F odisse, nec tristari cognouit, sed continuè gaudens, bonis suis perfruitur. Quare nō mediocri supplicio nos afficimus, si alios odio pśequamur: quēadmodū ēt è diuerso nobis prosumus, ipsi syncerè alios diligētes. Ad hæc oia ipsis quoq; inimicis ac æmulis, ēt si dæmones essent, uenerabilis eris: immo uero si animū, ut diximus, tuū ita paraueris, nemo te inimicitijs persequetur: primū aūt omniū atq; præstantissimū, dei misericordiam nancisceris: & quēadmodū peccatorū ueniam, sic uirtutum maiora præmia cōsequeris. Diligenter igitur studeamus, ne quenquam odio habeamus, si uolumus ut nos quoq; à deo diligamur: utq; quāuis decē milliū talentorū rationes essent referendæ, misericordia motus, cuncta nobis remittat. Sed iniuria me uexauit, inquies. Miserere igitur eius, nō auertaris ab eo, sed lachrymis & flettu ipsi auxiliator: nō.n.tu, sed ille deū offendit. Tu autē si ptuleris, ualde deo te approbasti. Præterea tecum crebrò uerte, qa Christus ad crucē iturus ipse qdem gaudebat, de crucifigētibus aūt lachrymabat. Quę ita imitari debemus, ut quo magis pśeuerāt pśecutò res nostri, eò largiores lachrymas pro ipsis effundamus: innumera.n.nobis hinc bona, illis aūt nō pauca incōmoda cōparam⁹. Sed corā, inquies, oibus & uerbis, & uerberib⁹, me duriter uexauit. Corā igitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

G omnibus, dedecore atq; infamia se notauit, & multorũ aduersus seipsum aperuit ora, tibiq; maiores subtexuit coronas, & multos ꝑcones patientiæ ac magnanimitatis tuæ cõstituit: Sed clã, inquies apud alios mihi detraxit. Et qd hoc est? huius. n. rei ratione deus, nõ illi q detrahẽtẽ audierunt, petiturus est. Accedit, quòd pœnas sibi multiplicauit, nõ de delictis suis solũ, uerũetiã de his q̃ de te oblocutus est, ratione redditurus: ꝑterea apud homines tibi detraxit, & apud deũ sibi detractũ est. Quòd si hæc tibi satis nõ sũt, cogita qa deo apud homines, quos maximè diligebat, diabolus detraxit, & unigenito filio similiter. Na si patrẽfamilias, inqt, Beelzebub uocarunt: quid facient familiarib⁹ eius? Nec obtrectauit solũ iniquissimus ille dæmõ, uerũetiã fides sibi adhibita est, nec minima, sed maxima ei crimina intulit, dæmoniacũ, seductorẽ, & aduersariũ deo appellãs. Sed magnis oppressus sum ærũnis ab eo, ais, qui beneficio meo cõspicuus est. Ideo maximè tibi gaudẽdũ est, qa deo q tã ad probos, q̃ improbos Solem oriri facit, similis factus es. Quòd si arduũ, ac ultra uires tuas imitatio dei tibi uidetur, quãuis studioso difficile nõ sit, tamẽ quoniã te tuo iudicio excedit, age ad seruorũ eius uenias imitationem. Imitare Ioseph, q ad seruitutẽ usq; fratrũ iniuria traditus, beneficio suo sponte ipsos subleuauit. Imitare Mosen, qui uel post mille iniurias pro populo deprecabatur. Imitare beatũ Paulũ, q quãuis mille à Iudæis afflictionibus quotidie ꝑmeretur, anathema tamẽ esse pro salute ipsorũ uolebat. Imitare Stephanũ, q dum peteretur lapidibus, ut hoc peccatũ lapidantibus remitteretur, orabat. Hæc oĩa cogitãtes oẽ iræ incendiũ extinguamus, ut & nostra deus delicta penitus remittat, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum Amen.

H

I

Homilia. lxiij. ex cap. xix.

T *factũ est, cũ Iesus cõsummasset istos sermones,* e *migrauit à Galilæa, & uenit in fines Iudææ trãs Iordanem.* Assiduè à Iudæa pp Pharisæorum inuidiam Christus excedebat, nunc quoniã passionis tẽpus appropinquabat, in ea immoratur: nec tamẽ ad Hierusalẽ interim ascendit, sed in finibus eius cõuersatur. *Et secutæ sunt,* inquit, *uenientẽ turbæ multæ & curauit eos.* Nec cõtinuè uerbis atq; doctrina, nec signorũ miraculis, sed modo hoc, modo illo uicissim adhærẽtib⁹, & sequẽtibus prodest, ita signorũ magnitudine, ac multitudine fide dignior doctrina uidebatur. A ꝓdicatione uero atq; doctrina, miraculorũ utilitas uberior resultabat. Sic utrinq; ad cognitionẽ dei adducebãtur. Tu aũt illud ppende, qũo in tegras plebes unico uerbo euãgelistæ trãscurrũt, nomina singulorũ qui curabantur ꝑmittentes. Non enim dixerũt illũ atq; illũ, sed multos curatos fuisse, ut fugiendam esse iactantiã significarent. Christus aũt ægrotos curabat: ut & illis, & multis alijs p ipsos prodesset. Curatio nãq; illorũ multis causam ꝑbuit ut eũ cognoscerẽt: non tamen ẽt Pharisæis: immo econtrà, idcirco ad atrocitatẽ ferarũ educti, ad tentandũ accedebant. Nã quoniã quæ fiebant, carpere nequibant, problemata quædã ei proponunt. Dicebãt. n. tentantes: *Si licet homini quacunque causa dimittere uxorẽ suam?* O singularẽ arrogantiam, puta rũt se posse quæstionibus os illius obstruere. Atqui rerũ experiẽtia, quãta hoc in genere sua uirtus esset ostẽderat, ut quãdo de sabbato multa differuerũt, quãdo quasi blasphemãtẽ redarguebant, quãdo de moniũ habere asserebant, quando trãseuntes p sata discipulos reprehendebãt, quãdo de illotis manib⁹ disputabant: in his. n. omnibus oribus eorum cõfutis, & impudenti lingua repressa, confusi abiere, nõ tamẽ oĩno desistunt. Peruicax sanè malum inuidia est, & millies retrusa aggredi non ueretur. Tu autem quãta malitia interrogent, diligenter attẽde. Nõ. n. dixerunt, iussisti iã non esse repudiandã uxorẽ. Nam quanuis esset hac de re prius locutus, nullã tamen horũ uerborũ illi mentionẽ faciunt, uerũ putantes maioribus hinc eũ insidijs posse capere, ut studentes in repugnãtiã eum deducere, nõ dicunt: cur sic, & sic legem sanxisti? sed quasi nihil hac de re dictum esset, q̃runt, oblitũ eum iam existimantes, paratiq; si licere dixisset, sua sibi opponere: sin uero propria cõfirmasset, legi Mosaicæ repugnantẽ ostẽdere. Quid igitur Christus? Nõ statim dixit, Cur me tentatis hypocritæ? Quare sic? ut cũ omnipotentia sua humilitatẽ quoq; mõstraret. Ideo nec semper hæc silentio tradit, ne ignotã ipsi malitiã suam putarent. nec semper carpit, ut cuncta mãsuetè ferre discamus. Quo nã igitur pacto respondet: *Nõ legisti⁹, quia qui fecit, à principio, masculũ & fœminã fecit eos? Et dixit: Propter hoc homo relinquet patrẽ suũ, & matrẽ suã, & adhærebit uxori suæ, & erũt duo in carne una. quare non sunt duo, sed caro una. Quod igitur deus coniunxit, homo non separet.* Vide magistri sapientiã, qui cũ interrogatus esset si liceret: ne cõturbarentur, ante quã sententiã proferret, cõfirmationẽ à scriptura posuit, ostendens dei & patris oium id esse mandatũ. Et qa his q̃ prius sibi dicta de non repudiãda erãt uxore, nõ modò nõ repugnat, uerũetiã ualde cũ Mose conuenit. Considerandũ aũt est, quia non authoritate solũ scripturæ, uerũetiam rerũ dignitate sententiam suam corroborat. Non. n. dixit, quia uirũ & mulierẽ unã solummodo fecit, uerũetiam quia iussit ut unus uni coniungatur. Nã si uoluisset alterã etiã conduci uxorem, uni uiro creato, multas cõformasset mulieres: nunc uero ut creationis, & sanctionis modo, unam uni perpetuò coniungi, & nunquã rescindi oportere perdocuit, audi quomodo dicit: *Qui fecit à principio, masculum & fœminã fecit eos.* Ex una radice germinarunt, & in unũ corpus conuenerunt. *Erũt enim duo in carne una.* Deinde terrorẽ his intulit, qui hanc sanctionẽ legis carpere auderent. Nam ut fixa stabiliorq; lex permaneret, nõ dixit nolite igitur uos diuortio separare: sed, quod deus coniunxit, homo nõ separet. Quòd si authoritate Mosi tutaris, ego tibi nõ Mosen, sed deum produco, ut uetustate ꝑterea tẽporũ superior sim. Deus. n. à principio masculũ & fœminã fecit eos: hæc ergo lex & si modo à me promulgari uideatur, diligẽtiũsimè tamẽ à principio tẽporũ sancita est. Hac etiã non simpliciter mulierẽ uiro collocari uidetis, sed patrem & matrem dimittendos iubẽri: nec ad mulierem accedere uirum simpliciter uoluit, uerũetiam conglutinari, potestate dictionis ostẽdens minimè illos esse separandos. Nec illud sibi solũ sufficit, sed maiorẽ coniunctionẽ ostẽdit, cũ dicat, Et erunt duo in carne una. Deinde prisca iam perlecta lege, quæ tam uerbis, quàm rebus firma persistit, & authoritate latoris nititur, magna iã cũ potestate ipse quoq; & interpretatur, & legem sanxit, dicens: Quare non sunt duo, sed caro una. Quẽadmodũ igitur scelus est in duo diuidere unã carnem,

k
Supr. 9.a
Luc. 7.c
Sup. 12.a
Sup. 15.a

Sup. 10.c

Sup. 5.g

Gen. 42.e

Exo. 32.b & g

Rom. 9.a

Actо. 7.g

Sup. 12.a

M
Gen. 2.d

A carnem, sic & mulierẽ à uiro suo diripere, iniquissimũ est. Nec in hoc stetit, sed demum quoq; attulit, dicens: Quod igitur deus cõiunxit, homo non separet. Ita ostedit & ꝑter naturã & contra legẽ esse repudiũ: ꝑter naturã quidẽ, quia caro inciditur: contra legẽ aũt, quia cum deus cõiunxerit ac iusserit nõ separare, ipsi cõtra præcepta dei facere ausi estis. His auditis, none quiescere, ac laudare dicta eius oportebat? none admirari tantum sapientiam? none stupescere, cũ tantam consonantiã cũ patre uiderent? sed nihil horũ faciunt, sed ceu pugnaces & contentiosi aiunt: *Quomodo igitur Moses præcepit libellum repudij dare, & dimittere ipsam?* Quod quãuis nõ ab illis, sed contra illos ab ipso proferri poterat, non tamen insultat, nec dicit, nihil ad me hoc. sed hoc quoq; soluit. Atqui si oppositus ueteri testamento fuisset, nõ decertasset certè pro Mose, neq; ea q̃ semel à principio facta fuerũt, confirmasset, nec sua priscis cõuenire studuisset ostendere. Cęterũ cum ẽt multa Moses alia iusserit, uel de cibis, uel de sabbato, cuius rei gratia nullibi ꝑterq; in hoc loco authoritate illius seipsos tutantur? Quippe quia studebãt ingentẽ uirorũ multitudinem aduersus eũ incitare: ita. n. indifferens hoc apud Iudæos erat, ut oẽs uulgò factitarent: qua propter cũ multa in monte differuisset, hoc eius mãdatum memorię maximè mandarũt, inæstimabilis tamen illa sapientia pro Mose quoq; satisfacit, dicẽs: *Ad duritiem cordis eorum illum legem ita latam fuisse.* Nã quoniã ab ipso ẽt illa emanauit, iure ab omni crimine illam defendit, ac totã accusationem in caput eorum cõuertit: qd ubiq; ferè factitat. Nam & quando discipulos incidisse spicas accusabant, eos in culpa esse ostendit: & quando quasi præuaricatores, quia non lauabãt manus, criminabantur, eos transgressores cõprobauit. Et quando de sabbato disputabat. Deinde quoniã acre nimiũ, atq; onerosum erat qd dixerat, ualdeq; ipsis detrahebat, ad priscã subitò legem orationẽ reduxit, replicãs qd superius dixerat. *A principio autem non fuit sic,* id est, rebus ipsis contraria his deus se nobis sanxisse ostendit. Nã ne dicere possent, unde clarum facies, Mosen pp cordis nostri duritiem ita scripsisse: inde rursus ora eorũ obstruit. Nã si hæc lex principalis atq; cõmoda esset, non illa statim à principio sancita fuisset, nec creator deus sic aut creasset, aut dixisset. *Dico autem uobis, quia quicunq; dimiserit uxorẽ suam, excepta causa fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur.* Cõsusis iam illis summa cũ authoritate legẽ sanxit, quod ẽt cũ de cibis, cũq; de sabbato disputaret, similiter fecit. De cibis. n. disserẽs, posteaq̃ illos cõuicit, tunc turbas alloquebatur, dicẽs non ab eo qd intrat hoiem coinquinari. Et de sabbato benefacere: hic quoq; eodẽ modo. Verũ quẽdentes cũ Petro dixerũt, Expone nobis parabolam hãc: sic nũc quoq; tumultuantes, dicebant: Si ita est causa hois, nõ expedit nubere. Ita qa melius nũc intellexerũt, turbãtur: tũc aũt nõ intelligẽtes, siluerũt. Nã ex interrogatis & respõsis clarior modo lex facta est. Nõ audẽtes aũt apertius iterrogare, qd graue uidebatur, id in mediũ producũt, dicentes: *Si sic est causa hominis cum uxore, non expedit uxorem ducere.* Onerosum ac durũ ualde sibi uidebatur, oi nequitia plenã mulierẽ retinere, & tam atrocẽ beluã in penetralib⁹ domus sęuientẽ fouere. Hac rõne illos turbatos fuis-

Ibidẽ. 12. b. c

Ibid. 15.b

Ibid. 12.b

Ibid. 13.c

se Marcus aperit, dicẽs, arbitris remotis illos dixisse. Quid porro illud sibi uult? Si sic est causa hois cum uxore: id est, si hac de causa cõiuncti sunt, ut unum sint, nec, si causam maritus habeat, possit eiicere: facilius. n. hac cupiditate erat seipsum abdicare, q̃ uxori improbæ repugnare. Quid igitur Christus? Nõ respondit, utiq; facilius est, ne legis uim id putassent habere: sed intulit, *Non omnes capiunt, sed quibus datũ est.* Ita rem extulit, præcipuamq; ostẽdit, & hac ratione attraxit atq; hortatus est. Sed perpẽde repugnantiã magnã: ipse arduum id esse cõfirmat, illi uero paruũ ac facile: utrunq; certè cõmodè factum. Nã cũ ab ipso magnum esse confirmetur: instructiores, paratiores fiunt qui hoc desiderant. Cumq; à uerbis eorũ facile esse uideatur, hac ratione ad eligendã continẽtiam atq; uirginitatẽ proniores redduntur. Nam quibus ad perpetuam hortari uirginitatẽ arduum atq; durum uidetur, necessitate legis in cupiditatẽ uirginitatis impellit. Posse aũt nos perpetuam seruare cõtinentiã ostendit dicens: *Sunt eunuchi, qui ex uẽtre matris ita nati sunt: & qui ab hominibus facti sunt: et sunt, qui seipsos castrauerũt propter regnum cœlorum.* His omnibus adoptandã, eligendamq; uirginitatẽ inducit: possibile nãq; id esse hominibus hoc ferè modo cõfirmat. Cogita tecũ, si aut à natura eunuchus esses, aut iniuria hominũ sic effectus: quid faceres cum & hmõi uoluptate careres, & nullã carẽdo mercedem cõsequereris? Gratias igitur deo agas, quia magna ꝑmia, rutilantesq; coronas habebis, si ita uiues quoad modũ sine aliquo illi præmio: imo uero multò facilius, tutius atq; iucundius, tum quia spe retributionis corroboraris, tum qa cõscientia uirtutis gaudes, & ad hęc non ita ingẽtibus cupiditatis fluctibus iactaris. Non. n. sic amputatio membri, quemadmodũ rationis frenũ, imo uero sola ratio hmõi fluctus comprimit, & in tranquillitatis portũ animum reducit: idcirco igitur illos recensuit, ut hos uehementius exhortaretur: nisi. n. huc tenderet, ad quid aliorũ fecisset eunuchorũ mentionem? Quando aũt dicit eunuchos se fecerunt, nõ de abscisione membrorũ dicit, sed prauæ cogitationis interemptionẽ intelligit. Nam qui membrum incidit, maledictioni subiectus est, ut Paulus ait: Vtinã abscindantur qui uos cõturbant, neq; iniuria. Nã cum homicidæ opus id esse uideatur, & dei creaturę apertè detrahit, Manichęorũ ora recludit, & eandẽ qui hoc agit, iniquitatẽ cõmittit, quã qui apud gentes mutilantur. Diabolicæ nãq; membrorũ incisio inuẽtionis opus à principio fuit, ut operi diuino detraheretur, ut rõne animal lędere tur, ut nõ uolũtati, sed mẽbrorũ naturæ uniuersa reattributa, largas sibi ad peccandũ hoies portas reserarent: ac ita dupliciter lęderentur, tum qa membris suis carerẽt, tum qa uolũtatis ad bona inclinatio reprimeretur. Quæ oĩa ex lege diabolica sunt, qui ad ea q̃ dicta sunt uia quadã progrediens, pernicioſum ilud fatalis rerum necessitatis dogma introduxit. Ita undiq; datã nobis libertatẽ diuinitus, uitia esse suadẽs, euellere conatur, multaq; alia hinc pestifera dogmata occultius seminat. Talia quippe sunt diaboli pernicioſa uenena: quare oro atq; obsecro, fugiatis hãc abstinẽdi nequitiã. Ad ea. n. q̃ dicta sũt accedit, quòd nec cupiditatis incẽdia mitigantur, sed grauiora inflãmatioraq; redduntur. Alij nanq; sunt fontes spermatis hominũ, ac aliunde certè prorũpunt, qdã à cerebro, qdã à lũbis illũ inquietissimũ asylũ profi-

Gala. 5.b

Gciſci cõtendunt: ego uero nõ aliunde dixetim, q̃ à la
ſciuia mẽtis, & cogitationis neglectu. Quippe mode
ſtia mentis facit, ut naturales motus nullũ afferant
detrimentũ. Cum ergo de his eunuchis dixerit, qui
niſi ẽt ipſi mente ſe contineãt, fruſtra & incaſſum ta
les ſunt: ac de his qui ut cœlos nanciſcãtur ſe conti
nent, ſubiũxit rurſus dicens. *Qui poteſt capere, capiat.*
Ita magis animat atq; incendit, uel quia magnitudi
nẽ uirtutis oſtendit, uel quia ineſtimabili miſericor
dia ſua noluit rẽ in neceſsitatẽ legis cõcludere. Et ad
hæc poſsibile id eſſe monſtrat, ut eligendi cupiditas
creſcere poſsit. Sed ſi electionis opus eſt id, inquies,
qũo incipiens ſtatim dixit, *Non omnes capiunt, ſed qui
bus datũ eſt?* Vt ſingulare id eſſe certamen perdiſcas,
nõ ut ſorte datã neceſsitatẽ ſuſpiceris. His.n. datum
eſt, qui ſpontè id eligũt: qđ ideo dixit, ut oſtenderet
ſuperiore nobis auxilio eſſe opus: qđ quidem oĩbus
paratũ eſt, ſi uolumus, in hac luctatione ſuperiores
euadere. Solitus quippe eſt, quandocunq; res ardua
H proponitur, hoc uti modo dicẽdi. Vt ẽt quando di-
Sup.13.b cebat, Vobis eſt datũ noſſe myſteria regni cœlorũ.
& Luc. qđ maximè ita eſſe præſenti loco approbatur. Nã ſi
8.b. datum ſolũmodo ſuperius eſt, at nihil penitus qui ſe
in perpetua uirginitate cõſeruant cõferre uidentur,
ſuperfluè ipſis regnũ cœlorũ pollicetur, nec meritò
à cæteris eunuchis diſtinguit. Tu aũt perpende qũo
ab aliorũ malitioſis queſtionibus nõ parũ alij lucrã
tur. Nã Phariſæi qdẽ qui ut caperent, nõ ut diſcerent
interrogabãt, nihil inde conſecuti abierunt, diſcipu-
li uero attẽtè cuncta percipientes multa didicerunt.
Tunc oblati ſunt ei paruuli, ut manus imponeret ſuper eos,
& oraret. Diſcipuli autem increpauerunt eos, ipſe uero di-
xit eis: Dimittite paruulos uenire ad me, taliũ enim eſt re
gnum cœlorum. Et cum impoſuiſſet eis manus, abĳt inde.
Cuius rei gratia diſcipuli paruulos repellebant? Di-
gnitatis profectò cauſa. Quid porrò ipſe? Humilio-
res eſſe, tumoremq; mundanum calcare diligentius
docens, libenter ſuſcipit, & manus imponit, regnũq;
cœlorũ talibus pollicetur: qđ ab ipſo in ſuperiorib⁹
etiã factum eſt. Quare nos quoq; ſi cœlorũ hæredes
cõſtitui uolumus, hanc paruulorũ uirtutẽ conſequi
I ſtudeamus. Hoc.n. ſupremũ philoſophiæ culmẽ eſt,
ut cũ prudens ſis, nihil ficti, nihil ſimulati aſciſcas, id
angelorum uita eſt. Ab oĩbus.n. paſsionibus anima
paruulorũ munda eſt, his q dolorẽ intulerũt nullas
ultionis uices reſeruãt, & quaſi nihil actũ eſſet, ueluti
ad amicos accedũt. Quãtò magis à matre uapulãt,
tãtò magis eã queritãt, atq; cęteris oĩbus eã antepo-
nunt. Nã ẽt ſi regina cũ diademate atq; purpura ſibi
offerretur, nõ pręponerẽt eã matri, ẽt ſi pãnoſa eſſet,
quã cũ ſordido habitu aſpicere malunt, q̃ reginã or-
natu aureo decoratã. Quod.n. ſuũ aut alienũ eſt, nõ
inopia & copia rerũ, ſed q̃ſi philoſophia diſcernunt:
nec ultra neceſsitatẽ aliquid queritãt, ſed cũ lacte re-
pleti fuerint, ſtatim relinquũt mamillam, nõ dolent
pecuniarũ, aliarumq; rerũ hmõi iacturã, ſicuti gran-
diores: nõ uenuſtas formas admirantur, iõ dicebat,
Taliũ eſt regnũ cęlorũ: ut ea nos uolẽtes faciamus,
quæ ingenita paruulus, atq; inſita duce natura facit.
Nã quoniam oĩa Phariſæi malitia & arrogãtia facie
bant, idcirco ubiq; diſcipulos ad ſimplicitatẽ horta
tur, illos occultè malignos eſſe ſignificãs, & hos aper
tius erudiẽs. Nihil.n. ita in ſuperbiã euehit, ſicut prin
cipatus, & primi conſeſſus. Quoniã igitur per uniuer
ſum terrarum orbẽ, magnũ diſcipuli honorẽ conſe-
cuti erant, ne humanũ quid patiantur, & aut hono- k
res à multitudine petant, aut ſe corã alijs oſtendant,
præueniens ſolidiori doctrina mentes eorũ cõfirma
uit. Nã & ſi parua hęc eſſe uideantur, magna tamen
hinc uitia originẽ trahunt. Sic.n. Phariſæi ab adole-
ſcẽtia ducti, ad ſummã ſuperbię arcem ſalutationes,
primos cõſeſſus, & inceſſus medios requirentes, faci
lè aſcẽderunt. Ab iſtis.n. ad furioſam gloriæ cupidi-
tatẽ, & hinc ad ipietatẽ delapſi ſunt: propterea quo-
niam ad tentandũ accedebãt, maledictione peccati
contracta receſſerunt: paruuli uero quia ab his om-
nibus ĩmunes fuerunt, benedictione cõſecuti ſunt.
Imitemur igitur ẽt nos paruulos, & eorum mores in
omni faſtu & malitia contẽnenda complectamur.
Nõ.n.eſt, nõ eſt inq̃nam aliter poſsibile cœlos attin
gere, ſed neceſse oĩno eſt in gehẽnã detrudi malitio-
ſos oẽs atq; ſimulatores: ĩmo uero uel anteq̃ tẽpus
gehennæ uenerit nõ paruis hic ſupplicĳs cruciãtur.
Si.n. malus fueris, inquit, ſolus mala exhauries: ſin
uero bonus, tibiipſi eris & proximo: qđ ita ſolitum
euenire facilius credes, ſi priſcorũ uitã conſideraris.
Nemo quippe q̃ Saul uerſutior unquam fuit: nemo L
ſimplicior atq; integrior q̃ Dauid. Vter igitur muni-
tior atq; tutior? Nõne bis illũ in manibus habuit Da
uid, & cũ interficere poſſet, pepercit? Nõne irritũ, *1.Re.24*
& quaſi carcere circumuallatũ tenebat, & dimiſit? *b*
Et quãuis in Dauid ille cõmiſerit crimina, quãuis à
multis in necem illius Dauid incitaretur, intactũ ta-
men abire uoluit. Ita etſi cũ magno exercitu alter p-
ſequeretur, alter cũ paucis omni ſpe deſtitutus eſſet,
nihilominus fugitiuus ille, q de loco ad locum uaga
batur, inſtructũ legionibus regẽ ſuperauit: qđ ideo
factũ eſt, quia cũ ſimplicitate alter, alter cũ malitia
cuncta gerebat. Quid.n. illo pernicioſius excogitari
poterit, qui ducẽ militiæ ſuæ à quo bella gerebantur, ſummiq; labores ferebantur, victoriæ uero præ
mia & triũphi quieto ipſi atq; imbelli referebãtur, in
terimere quęrebat? Hmõi certè inuidia malũ eſt, pro
prijs ſemper cõmodis inſidiatur, ac eũ tabeſaciens,
qui eã habet, mille calamitatibus inuoluit. Nã & mi-
ſer ille anteq̃ ab eo Dauid diſceſſerat, flebilẽ illã uo- M
cem, nõ emiſerat qua deplorãs dicebat: nimiũ tribu *1.Re.26.*
lor, alienigenæ inſurgunt aduerſus me, & dominus *c*
deſiſtit à me. Nec in prælio fuerat anteà uictus, q̃ ab
eo Dauid diſceſſerat: ĩmo uero uictor ac triumpha-
tor, idcirco euadebat, quia ducis gloria ad regẽ per-
trãſibat. Nõ.n. tyrãnicus fuit Dauid, nec à ſede ipſum
eiicere unquã cogitauit: ſed uehemẽter illi affectus,
cũcta ad honorẽ eius gerebat: quod ex his q̃ poſtea
fecit, apertiſsimũ eſt. Nã quantũ illo erat melior, legi
forſan ſubiectionis, ſiquis nõ diligẽter exquirat, hęc
poterit attribuere. Verũ poſtq̃ à regno iectus fuit,
quid perſuaſit & detinuit eũ, ne bellũ aduerſus Saul
inferret? Immo uero q̃ non intendebat, cũ quotidie
ad aduerſarij necẽ incitaretur, q non ſemel, nec bis,
ſed ſæpius nequiter inſidias tetẽderat, qui beneficĳs
multis affectus nihil penitus poterat criminari? Da-
uid aũt, ipſius ẽt ſalutis periculo uexabatur: quare
neceſse erat Saul uitio formidare ſemper, & in cacu-
minibus mõtiũ latitare. Sed nihil horũ omnium po
tuit eũ impellere, ut mucronẽ ſuum cruentaret: ſed *1b i.26.*
dormientẽ ipſum, & ligatũ uidens deſolatum, ẽt in
medio ſuorũ cũ multi hortarentur, ac dei ſnia tantã
opportunitatem conceſſam dicerent: acri oẽs repul-
lit increpatione, ac à cæde abſtinuit, ſaluoq; emiſſo

A aduerſario, quaſi corporis eius cuſtos ac protector
nõ hoſtis fuerit, ſic exercitũ accuſabat quòd regem
prodidiſſent. Quid igitur animo illius æquale inue-
nietur? qd illa manſuetudine maius? qd & ſi ab his
q̃ diximus, facilè intelligatur, multò magis tamẽ à p
ſentibus pſpici põt. Ex noſtra qppe maliguitate uir-
tutẽ ſanctorũ melius cognoſcere poſſumus. Quare
obteſtor, atq; obſecro, imitationẽ illorũ amplectã-
mur: gloriã fortaſſe cupis, ac ideo proximo inſidia-
ris, maiorẽ profectò conſequeris, ſi contẽpta huiuſ-
modi gloria ab inſidiando abſtinueris. Nã ſicut auа
ritia acquiſitioni pecuniarũ contraria eſt, ſic cupidi
tas gloriæ, & ad acquirendã gloriã parũ cõducit. Et
ſi uultis curioſius hoc inueſtigemus. Nã quoniã nul
lus terror gehẽnæ nos mouet, & cœlorũ pmia non
impellũt, agè ſaltẽ à rebus ipſis nobis pſuadeamus
Quinam igitur ridiculoſi ſunt, dic q̃ſo? Nõne qui oĩa
faciũt, ut multitudinis aurã adipiſcãtur? Qui porrò
laudabiles? Nõne qui hanc uulgarẽ laudẽ contem-
nunt? Ergo ſi inanẽ quærere gloriã exprobrabile eſt,
& qui eã cupit, conſequi eã nõ poteſt, & exprobra-
B bilis oĩno eſſe cupit. Ita cupido inanis gloriæ dehо-
norationis cã eſſe inuenitur, neq; hinc ſolũ glorioſi
dedecore ſordidãtur, uerũetiam quia multa illibera
lia multa ſeruilia facere cogũtur: ac ueluti ne magna
emolumenta nõnulli conſequantur, auaritia ſolet
eſſe impedimento: ſic fit in hac re. Multis qppe illis
modis adeò decipiũtur, ut parua plerũq; lucra ma-
gna eis afferãt detrimenta, unde id factũ eſt iã trito
ſermone prouerbiũ. Nã ſicut luxurioſus à pfuẽda
uoluptate paſsiõis impeditur, cũ q ualde laſciui mu
liebres q̃ ſunt, eos ueluti mancipia mulieres cõtem-
nãt, nec ipſis tãquã uiris unquã uti dignãtur: ſed cæ
dẽtes, atq; deſpuẽtes, huc atq; illuc circũducẽtes, ac
oĩa imperãtes, ſolũmodo irridẽt, atq; illudũt: ſic eo
q plurimũ ſibi arrogat, & inanis cupiditate gloriæ
fuerit, ac magnũ quendã, atq; ſublimẽ ſeipſum arbi-
tratur, nihil profectò deiectius. Cũ.n. genus huma-
nũ cõtẽtioſum ſit, nullũ magis oppugnat, q̃ elatos,
arrogantes, ac inanis gloriæ ſeruos. Hic aũt ipſe qui
ſic affectus eſt, quo gloriã iam acquiſitã, ut putat,
conſeruet, quaſi mancipiũ plurimis adulatur, non-
C nullos pter dignitatẽ ſuã nimiũ colit. Quæ oĩa rectè
ſentiẽtes, deponamus oro has paſsiones: nã aliter
& hic pœnas dabimus, & ibi perpetuò cruciabimur:
Admiremur ergo uirtutẽ obſecro, atq; colamus, ut
& in hac uita multa nobis bona tribuãtur, & cũ na-
turæ cõceſſerimus, ętemã beatitudinẽ adipiſcamur,
gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Xpi, Amẽ.

Homilia. lxiiij. ex cap. xix.

Tecce unus accedẽs, dixit. Magiſter bone, quid
e *boni faciã ut habeã uitã æternã?* Nõnulli huic
homini quaſi fraudulẽto & nequã detrahũt
tẽtationis gratia ad Ieſum acceſsiſſe affirmãtes: ego
uero habẽdi qdẽ cupidũ, atq; auarũ nõ negauerim,
ſi ũ aũt & ſimulatorẽ nunquã dixerim. Subdo-
non debemus quod incertum eſt, ac maximè in cri
minibus, quaſi certũ aſſerere: partim, quia hanc de
Mar.10. ipſo ſuſpicionẽ Marcus remouit: ait enim, Quoniã
b accurres, & genu flectens rogabat eũ. Verũ tã atrox
eſt pecuniarũ cupiditas, ut licet alioquin uirtutis ſi-
1.Ti.6.b. mus alumni, nihil tamen diuitiarum appetitiõe im-
pediti proficere poſsimus. Quare nõ iniuria Paulus
eã malorũ radicẽ appellauit. Radix enim omnium

D uitiorũ, auaritia eſt. Quare aũt Chriſtus neminem
eſſe bonũ reſpondet? Quoniam ceu ad hominẽ nu-
dũ, & unũ è multis Iudæorũ magiſtris adijt, idcirco
ẽt ipſe quaſi homo ei reſpondet. Sæpius.n. ad mentẽ
rogantiũ orationẽ accommodat: ut quãdo dicit,
Nos adoramus quod nouimus. &, Si ego teſtor de
meipſo, teſtimoniũ meũ non eſt uerum. Cur igitur Ioan.5.
nullũ eſſe bonũ dicit? Nõ eiicit ſeipſum à bonitate,
ſed hominẽ nullum bonum eſſe annuit: nec tamen
oĩno humanũ genus bonitate priuatũ eſſe affirmat
ſed cõparatione diuinę bonitatis neminem bonum
eſſe aſſerit, ac ideo ſubiunxit: *Niſi unus deus.* Nec intu
lit, niſi pater meus, ut diſcas qa nõ reuelauit ſe illi. ſic
& in antecedentibus: Si uos cũ ſitis nequã, dicebat, *Supr.7.b*
noſtis bona filijs ueſtris dona concedere. Nã & ibi
nequã homines appellauit, non qa genus humanũ
nequitiæ condẽnaret, ſed quia humanæ bonitati di
ninã prætulit: quod à ſequentibus illico patet. quãtò
enim magis, inqt, pater ueſter bona dabit petentib⁹
ſe? Sed quid urgebat, inqes, aut quod nã cõmodum
ex huiuſmodi reſpõſo ſequabatur? Ad altiora ſen- E
ſim eũ adducebat, ac ab adulationis uitio liberare
uolebat, ut ſimul & à terrenis abduceret, & deo af-
figeret, ſuaderetq; futura ſolũmodo bona eſſe ẽnda: utq; ſolũ deũ uere bonũ, & radicẽ ac fontẽ bono
rũ oĩum eſſe cognoſceret, & ei gloriã referret. Nã &
quãdo ait: Nolite magiſtrũ uocare in terra: tũ ad di-
ſtinctionẽ ſui hoc dixit, tũ ut diſcãt q̃ nã ſit prima re *Infr.23.a*
rũ oĩum, ac uera origo. Tantũ.n. ille ſtudium demõ
ſtrauit, quòd cũ alij tentarent, alij pro ægrotis ueni-
rent, ipſe meliore cupiditate incenſus de uita æterna
Ieſum adiens interrogabat. Fertilis quippe, atq; uber
ager erat, ſed multitudo uepriũ ſemẽ ſuffocabat. Et
conſidera qũo paratus ad obediendũ mãdatis erat.
Quid.n. faciendo, inquit, *uitam æternam poſſidebo?* Sic
proptus ad parendũ eſſe uidebatur. Quòd ſi tentan
di animo acceſsiſſet, ſicut in alijs, & i Marco legis, ita
ẽt in hoc nobis euãgeliſta id ſignificaſſet: ſed ſi ipſe Mar.10.
ſiluiſſet, dominus certè patefeciſſet, aut aperte redar b & Lu.
guẽdo, aut occultius ſignificãdo, ne uideretur dece- 18.d
piſſe ac latuiſſe, & nõ paruũ hinc detrimẽtũ cõtraxiſ
ſe. Præterea ſi tẽtationis gratia interrogaſſet, nullo
pp illa q̃ audiuit affectus mœrore fuiſſet. Nemo cer- F
tè phariſæorũ cõtriſtatus unquã abijt, ſed cõfuſi do
mini doctrina, cõfutatiq; magis furiebãt, hic aũt tri-
ſtis abijt: qđ nõ paruũ ſignũ eſt, nõ peruerſa illũ mẽ-
te, ſed imbecilliore tamẽ, ad Chriſtũ uitæ deſiderio
pueniſſe. Opprimebatur aũt alia quadã grauiſsima
paſsione, unde cũ dominus dixerit: *Si uis in uitã in-*
troire, ſerua mãdata: q̃ nã mãdata ſeruãda eſſent inter
rogauit, nõ tẽtãdo, qdẽ, abſit hoc.n. uerũ qa exiſti-
mabat, alia q̃dã præter legalia, uitę ſibi cãm futura,
qđ certè magnã hominis cupiditatẽ deſignat. Dein-
de cũ Ieſus mãdata legis recitaſſet, *Hæc*, inquit, *omnia*
ab adoleſcentia mea cuſtodiui. Nec finẽ hic fecit, ſed rur
ſus q̃rit, q̃ res ẽt nimiã eius cupiditatẽ ſignificabat:
nec paruũ illud quoq; fuit, quod deeſſe ſibi aliquid
putans, non arbitrabatur ſatis dictũ eſſe ad conſe-
quẽdũ qđ optabat. Quid igitur Chriſtus? Quoniam
magnũ qddã iniuncturus erat, magnitudinem prius
pmũ poſuit, dicẽs: *Si uis pfectus eſſe, uade & uẽde om-*
nia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurũ in
cœlis, et ueni, et ſequere me. Perſpicis quot brabia, quot
coronas huic ſtadio proponit? ſi aũt ille tẽtaſſet, hęc
ei nõ dicerentur: nunc uero & hæc illi manifeſtãtur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G & ut alliciatur, ingentẽ ei mercedẽ futurã ostẽdit, & uolũtati eius uniuersa relinquit. Ita his oibus ne one rosa uideretur admonitio facere studebat, ac ideo anteq̃ certaminis laborem ostenderet, brabium prę oculis posuit, dicens: Si uis perfectus esse: deinde inde inferens, Vende oia q̃ habes, & da pauperibus: & rursus iterũ præmia inculcat, Et habebis thesaurũ in cœlo, & ueni, & sequere me. Nõ enim parua retributio est diligenter dominũ sequi. Et habebis, inquit, thesaurũ in cœlis. Nã quoniã magna illi cura de pecunijs erat, quãdoquidẽ cunctis denudari rebus cõsulebat, ut ostẽdat nõ amissurũ bona sua, sed tantò plura maioraq̃ inuenturũ, quantũ terra cœlum præstabilius est, retributionis pstantiam thesaurũ appellauit, & simul stabilitatẽ, atq; incorruptibilitatẽ præmij, ut fieri poterat, humano uerbo signãter expsit. Nõ ergo satis est pecuniã spernere, uerumetiã oportet pauperibus opẽ ferre, & ante oia ipsum Christũ sequi diligenter. i. omnia re ipsa prẽstare q̃ ab ipso iubentur, paratumq̃ semper esse tam labores subire, q̃ omne genus mortis sustinere. Siquis. n. inquit, uenire
Luc. 9. c
H post me uelit, abneget semetipsum, tollatq; crucem suam, & sequatur me. Maius quippe est q̃ pecuniam cõtemnere, proprij sanguinis effusio. Quã quidẽ ad rem non parũ confert non fictus, nõ simulatus pecuniæ contemptus. *Hæc ille cum audisset, mœrore deiectus abijt.* Quod nõ absq; causa illi accidisse significauit euangelista, dicens: *Habebat enim possessiones multas.* Non pariter certè hac passione opprimuntur, q̃ pauca possidẽt, & qui magna rerũ copia obruũtur. Nec unquã magna uoce prędicare cessabo, accessione pecuniarũ cupiditatẽ habendi magis atq; magis adeò inflãmari, ut rerum copia crescente, paupertas quoq; augeatur. Nã qui maiori desiderio ardẽt, egere se magis sentiũt. Perspice igitur quanta huius passionis uis sit: cũ magna diues ille Christum lætitia adiisset, ita suffossus atq; obrutus fuit, quia eiiciendã pecuniã esse audiuit, ut nec respondere quidẽ potuerit, sed tristis, ac mœstitia pressus decesserit. Quid igitur Christus? *Difficile*, inquit, *in regnum cœlorum diuites intrabunt.* Quibus uerbis nõ pecuniã, sed pecunia
I detentos carpit: quòd si diuites simpliciter difficilè saluantur, quid facient rapientes? Nã si sua non dare impedimento ad regnum est: quantũ sibi cõtrahit ignẽ, q̃ aliena occupat? Cur aũt discipulis adeò pauperibus, ut nihil prorsus haberẽt, hæc dicit? Sanè ut eos erudiret, ne pudori pauperratẽ sibi putarent, & quasi respõdeat, quã ob rẽ nihil habere eos permiserit. Quòd aũt primò, difficilè, dixit: ipsum progrediẽs, cameli atq; acus cõparatione ualde ipossibile ostendit. *Facilius enim est*, ait, *camelũ per foramen acus transire, quã diuitem intrare in regnum cœlorum.* Vnde patet nõ paruã mercedẽ philosophãti locupleti esse repositã, ideo dei quoq; opus id esse asserit, ut ingẽtis gratiæ dono ad hãc rem opus esse ostẽdat. Nam discipulis perturbatis, *Hoc apud homines*, inquit, *impossibile est: apud deum aũt omnia possibilia sunt.* Et cui? rei gratia discipuli qui nimiũ inopes erant, turbabãtur? Quia pp perditionẽ illorum dolebant, quorum iam charitate afficiebãtur, & quasi magistrorũ ac patrũ uiscera susceperãt: sic. n. pro uniuerso terrarum orbe huius sniæ acrimonia expauerũt, ut nõ parua eis cõsolatione opus fuerit: hac de causa inspiciẽs eos pr? dixit, Quæ apud homes impossibilia sunt, apud deũ possibilia sunt. Iucũdo nãq; aspectu ac mãsueto, mẽtis horrore eorũ opportunè sedato, & angustia dissoluta, qđ inspiciendi uerbo euãgelista significauit, demũ uerbi quoq; exuscitat, dei uirtutẽ in mediũ adducendo, ac ut confiderent exhortando. Si uero modũ quoq; ipsum perdiscere desideras, & quo nã pacto qđ possibile & impossibile fiat, diligẽter attẽde. Non. n. ea de causa, q̃ apud homines impossibilia sunt, apud deũ possibilia esse dixit, ut tu desperatiõe cõfusus, quasi ab impossibilibus deterrearis: uerũ ut cũ magnitudinẽ uirtutis perceperis, facilius rem aggrediaris, deumq; ores propitiũ tibi fore, ut eius ope æternæ uitę præmia cõsequaris. Quo igitur id possibile fiet? Certè si opes projeceris, si pecuniã contempseris, si hac sordida cupiditate nõ supereris. Quòd enim nõ deo soli, sed uoluntati quoq; tuę rem attribuit, quoq; dicta hęc sibi sunt, ut uirtutis præ oculis magnitudo ponatur, ex his q̃ sequuntur perpendes.
Nã cum Petrus rogauerit. Ecce nos reliquimus omnibus te secuti sumus, quid ergo erit nobis? Mercede illis prius definita, subiunxit: *Et qui cunq; reliquerit domos, uel agros, uel fratres, uel patrem, uel matrem propter nomen meum, centuplum accipiet, & uitam æternam possidebit.* Ita qđ im- L
possibile erat, possibile factũ esse uidemus. Sed quo pacto, inquies, opes relinquere potero? Quo qui semel tali passione, ac magno habendi desiderio sub mergitur recipere seipsum, ac è fluctibus emergere poterit? Certè si faciet initiũ superfluã rerum copiã circũcidere, atq; abiicere, facilius ac expeditius huius certaminis cursum subibit. Nõ ergo totã rem simul aggrediaris, sed si arduũ tibi uidetur eodẽ uniuersa tpe aggredi, sensim atq; gradatim per hãc scalã ascẽdas, q̃ te tandem in cœlos adducet. Nã quemadmodũ qui acutæ bilis feruore febricitãt, non solũ extinguunt ardorẽ potu, uerumetiã incendunt atq; inflãmant: sic qui auaritia laborant, cum huic cupiditati omni bile acerbiori pecuniã afferunt, maiori seipsos flãma incẽdũt. Nihil quippe hãc sitim ita extinguit, quemadmodũ si ab hmõi desiderio teipsum liberũ constituas: sicut ẽt acuta bilis non potu, sed è cõtrario potius extinguitur. Sed hoc ipsũm, inquies, quo facere potero? Si perspexeris nunq̃ rerum copia huiꝰ te ardorẽ sitis extincturũ, sed solo diuitiarum despectu ab hoc te tabifico morbo eripere posse. Noli ergo multa cõquirere, ne incõprehensibilia sequaris, M
& incurabili peste labores, ac oibus miserior intolerabili hoc dolore & sis, & uidearis. Respõdeas. n. mihi, oro, quẽ nam putas magno dolore cruciari? utrũ eum qui edendi, atq; bibendi cupiditate conficitur, cũ non possit desiderio satisfacere suo: an eum qui nec tali quidã cupiditate uexatur? Non dubito quin eũ respondebis, qui animũ suum explere nõ potest. Tanti certè doloris plenũ est, non posse uoluptate frui, cũ nimiũ desideres, nec bibere posse, cũ ingenti siti exagiteris. At cũ præ oculis nobis ponere gehennam Christus uoluerit, hoc modo descripsit, & diuitẽ sic tabefieri dixit, ut cũ stillã aquę desideraret, nec habere posset, atrociter uexaretur. Quas ob res qui
Luc. 16. f
pecunias despicit, is cupiditati terminũ cõstituit: qui uero ditari desiderat, plurima indies cõquirit, maiore siti cõpulsus, nunq̃ ad finem deueniet: sed si mille adipisceretur talenta, mille alia continuò quæret: q̃ si possidebit, duplicare uniuersam substantiam multò magis exardescit: ac ita progrediens, montes, terrã, maria, cũcta sibi aurum fieri precatur, eo furoris genere insaniens, quòd nunquam hac ratione depri-

A mi potest. Verũm ut tibi persuadeas, oblatione non accessione id nos malum posse cõpescere, cõsidera si tibi unquã in mentem ueniret, ut p aera ceu uolucres ferri optares, quo hãc cupiditatẽ reprimere posses. Vtrum fingẽdo pennas, aliaq; ad uolandũ instrumenta faciẽdo, an suadendo tibiipsi uesana imposibilium cupiditate detineri: nõ ambiges, bene scio, quo niã si animũ induxeris, non debere nos impossibilia prosequi, trãquillo penitus aio eris. Sed hoc, iquies, penitus impossibile. Sanè nõ minus impossibilia petit, qui habendi cupiditatis terminũ inuenire conatur. Facilius nãq; est hoiem uolare, q̃ acquisitione ac accessione pecuniæ, cupiditatem habendi terminare. Quare quãdo ea q̃ desiderantur possibilia sunt, nõ est pter naturã eorũ acquisitione desiderium mitigari: quãdo aũt penitus impossibilia, nihil aliud relinquitur, q̃ ut animũ tuum procul à cupiditate abducas. Ne igitur incassum laboremus cupiditate pecuniarũ, q̃ semper nobis mœroris causa est, neq; unquã pectus nostrũ quiescere patitur: oino abiecta,
B ad alium portum plenis uelis nauigemus, qui & fœlicior est, & supremam nobis facilè pbebit beatitudinem. Cœlestes ergo thesauros expetamus, qui nõ laboris multum afferent nobis, & qstum inæstimabilem pparabunt: in quibus cõsequendis, nullam facere unquã possumus iacturã, dummodo uigilemus, & pstentia cõtemnamus. Nam qui secularibus rebus seruit, ac semel illis deditus, in proposito perseuerat, is necesse est ut superiorẽ amittat thesaurũ. Hæc oia tecum cogita, & te à flãma eripe huius cupiditatis. Nemo. n. profectò dicere poterit, pstentia quidẽ hãc cupiditatem pstare, qua futuris oino priuamur, quã uis si sic esset, fugiendam tamen ultimam pœnã nõ dubitares: nũc uero ad futura supplicia pstens quoq; accedit cruciatus. Multas quippe domos hæc cupiditas euertit, multa bella concitauit, & laqueo plerosque abrumpere uitã coegit, & ad hæc oia nobilitatem humani animi exterminat, timidum, ignauũ, mendacem, audaciss imum, rapacẽ, obtrectatorẽq; cõstituens. Sed argenti atq; auri splendor, multitudo seruorum, ædium magnificentia, salutatio atq; con-
C cursus in foro uulgi te decipit. Cui rei optimũ illud remedium est, si quo hinc animus afficitur intellexeris (aliter enim, rationeq; desolatus, & deformis efficitur) si cogitabis quãtis malis hæc possessa sunt, quãto labore, quibusq; periculis cõseruantur, nec tamen diu permanent, sed si euaserint undiq̃, cùm mors surrepserit, ad inimicorũ manus fortè peruenient. Tu aũt nihil ex his nisi uulnera tecũ retines, profundaq; ulcera, q̃ dum hæc colligeres, aia tua peccata contraxit, & miser recedis. Cũ igitur uideris magnifico uestitu, & multis satellitibus aliquẽ pfulgere, eius cõscientiam cogitatione confestim euolue, & inuenies oia intus turpissimis plena sordib⁹. Veniet tibi in mẽ
Luc. 9. g.
tem, qualis erat Paulus, qualis Petrus, qualis Ioãnes, qualis Helias: ipsius unigeniti dei filij recordare, qui non habebat ubi caput inclinaret: eũ ac ueros eius seruos imitandos ducas, & inæstimabilibus eius diuitijs firmo cogitationis phantasmate inhæreas: qđ si paululum respexeris, deinde rursus tibi tanquã in naufragio procella incubuerit tenebras afferẽs, hãc Christi sententiã tecum illico uersa, repeteq; sæpius, quod impossibile sit ad cœlos diuitẽ peruenire. Ad hanc tu sententiam montes, terrarum, maria conferas: ac omnia, si ita uis, cogitatione aurum facito. Nihil enim exæquari damno poterit, qđ inde patie- D
ris. Et tu quidẽ multa iugera terrę desideras, domos habere ueiles quãplures, totidem balnea, mille mancipia, ornatas argento ædes, auro decoratos thalamos. Ego uerò illud dicere nõ dubitabo, si diuitum singuli hac paupertate omissa (Pauptas. n. hæc est cũ eo collata qđ dicturus sum) si uniuersum mundum possideret, totq; seruos haberet, quot nũc i orbe terrarũ sunt hoies, ac ubiq; terrarũ ædes, ciuitates, gentes sua ditione teneret, & fontes ac fluuij auro sibi pro aqua fluerent, tribus certè obolis huiusce modi hoiem unà cũ diuitijs suis, nisi ad cœlũ aspiraret, dignũ nõ ducerem. Nã si modò cũ caducas has opes expectãt, magno mœrore torquẽtur, nisi acquirant: qđ harũ rerũ eos cõsolari poterit, si sensum aliquem illorũ bonorum accipiant? nihil profectò. Noli ergo tuarum pecuniarũ affluẽtiam recensere, sed diligenti studio quantũ hinc detrimẽtum qui eam affectãt patiuntur considera, cũ cœlorum gloria hęc permutent, ac idẽ faciant, ut siquis regno exactus amplissimo, stercoris cumulo glorietur. nihil nẽpe pecuniarũ E
aceruꝰ à stercoris cumulo distare uidetur, imo uerò multò præstantior hic quã ille. Nam tum ad ædificãda balnea putilis, tũ ad colẽdos agros necessaria est stercoris exaggeratio: aurũ uerò suffossum nihil penitus prodest: neq; nõ prodest solũ, uerũetiã quasi fornax ardentissima, nisi quis opportunè utatur, habentẽ exurit. Adeò. n. multa hinc mala, adeò magnę afflictones scaturiũt, ut malorũ oium arx ab authoribus auaritia uocitata sit, quã beatissimus ille Paulus multò significãtius, oium malorũ radice appella 1. Timot.
uit. Hæc igitur cogitantes, æmulemur ea quæ nostra 6. b
digna sunt æmulatione. Non magnificas ædes, non uberrima pdia, nõ cætera hmõi: sed eos uiros, q̃ magnam apud deum fiduciam sonse cuti sunt, qui diuitias in cœlo ingẽtes possident, quorũ thesauri ibi reseruantur, qui paupertatẽ longo diuitijs interuallo pponentes, uerè diuites sunt. Id. n. si faciamus, æternam proculdubio beatitudinẽ cõsequemur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, Amen.

Homilia. lxv. ex capite. xix.

F
Vnde respondens Petrus, dixit ei: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis?* Quæ nã sunt hæc oia, q̃ te dicis beatissime Petre reliquisse? Arũdinem uilissimam, retia, uniuersumq; piscatorũ artificiũ: hæc tu oia uocas? Ita, inquit, sed nõ ambitione quadam, aut inani gloria, uerũ ut pauperum plebem hac interrogatione introducam. Nam quoniam à domino dictũ est: Si uis p- Hic Sup.
fectus esse, uende q̃ habes, & distribue pauperibus, c.
& habebis in cœlo thesaurum: nequis pauperẽ opinetur, nõ posse ad perfectionẽ se peruenire, cùm nõ habeat q̃ pauperibus offerat: quærit Petrus, ut tu discas nihil te minus pp mopiam habiturum: q̃rit, inquã, Petrus, ne si id à se perciperes, præsertim cũ adhuc spiritus gratia nõ abũdaret, ambiguitate perplexus iaceres, sed ut ab ipso eius magistro prolata sententia, firma spe roboreris. Nam quẽadmodum etiã nos pro alijs disputamus, sic Apostolus quoque ad uniuersi orbis cõmodum nõ dubitauit interrogare.
A superioribus. n. patet, nihil de seipso ambiguisse: q
enim ipsorum cœlorum claues susceperit, quãtò ma- Sup. 16. c.
gis de cæteris q̃ in cœlo sunt confideret? Tu autem illud diligenter expẽde, q̃ exquisitè duo illa q̃ Christus à diuite petijt, ut scilicet pauperibus substantiã

G distribueret suam, & Christum sequeretur, breuiter cõplexus est, dicẽs: Reliqmus oĩa, & secuti sumus te. ambo.n.hæc facta iam erãt, & eo quòd oĩa reliquerunt, sequi facilius potuerũt: & quoniam reliquerũt, confidere atq; gaudere ipsos admonebat. Quid igitur Christus respõdet? *Amen dico uobis, quia uos qui secuti estis me in regeneratione, cũ sederit filius hominis in throno maiestatis suæ, sedebitis & uos super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel.* An igitur & Iudas sedebit? Minimè. Qũo igitur in duodecim sedibus sedebunt, qũo pollicitatio hæc adimplebitur? Attẽde

Hiere.18. a.b qũo, & qua ratione lex est à deo per Hieremiam promulgata, in qua hæc cõtinentur: Terminum loquar super gentẽ & super regnum, ut auferam & perdam: et si conuertetur gens illa à malis suis, me quoq; pœnitebit à malis q̃ cogitaui eis facere. Et terminum loquar super gentem & regnum, ut restaurem & plantem: et si nequitiam fecerint in cõspectu meo, & nõ audient uocẽ meam: me quoq; pœnitebit eorũ bonorum q̃ facturum esse ipsis locutus sum. Pariter.n. inquit, tam in bonis, q̃ in malis id facere soleo Si.n.

H restauraturum me dixero, nõ faciã. s. iquis indignũ se hac pollicitatione p̃buerit: quod primo confestim

Gene.9.a homini accidit. Tremor.n. uester & timor, ait, erit super feras: quod econtrario fieri uidemus, quia uidelicet indignum se homo tali p̃buit principatu: sic ẽt Iudas. Nam ne punitionum terrore in desperationẽ nonnulli compulsi duriores ad uirtutẽ fiant, aut bonorũ pollicitationibus in desidiã delabantur, utraq; ista per Hieremiam corrigit, dicẽs: Et si minatus fuero, non diffidas: potes enim pœnitentiam agere, &

Ionæ 3.b. sententiam meã sicut Niniuitæ conuertere: et si aliquod bonum promittam, pp promissionem nõ decidas. Nõ.n. proderit tibi pollicitatio mea, si uitio te indignum feceris, immo uerò maioris causã erit supplicij: nam ego dignis, & in eo q̃d digni sunt perseuerantibus polliceor: propterea discipulos alloquens non simpliciter pollicetur. Nõ enim sedebitis & uos, solummodo dixit: sed adiecit, Qui me secuti estis: ut & Iudam eiiciat, & posteriores attrahat. Non.n. ad illos dictum est solos, neq; ad Iudam qui se indignum

I effecit. Ita discipulis quidẽ magna pollicetur, dicẽs: Super duodecim sedes sedebitis: Sublimiores.n. iam facti nihil è caducis rebus petebant. Cæteris aũt hęc ẽt præsentia pollicetur, dicẽs: *Quicunque dimiserit fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, aut domum gratia nominis mei centuplũ accipiet, & uitam æternam possidebit.* Certè nequis illud audiens, discipulis, ut maxima in futuro præmia consequantur, datum solummodo credat: ea pp latius orationem produxit, & ad uniuersum orbẽ pollicitationem extendit, ita ut à p̃sentibus futura cõfirmet. Sic & discipulis, cũ impfectiores à primis cunabulis adhuc essent, q̃ ad hanc uitam pertinent, offerebãt. Nam quando à mari, & à piscandi artificio re-

Sup.4.c. nouit, nullã cœlestiũ fecit sedium mentionẽ, sed huius uitæ p̃stantiam commemorabat, dicẽs: Hoĩum uos faciam piscatores: postq̃ uerò sublimiores fecit, de cœlestibus disserit. Quid aũt est quod dicit, Iudicantes duodecim tribus Israel? Nihil aliud profectò q̃ condemnantes: nõ.n. in solio iudicandi sedebunt, sed quemadmodum reginã Austri, & Niniuitas condemnaturos generationem illã asseruit, simili quodam modo discipuli non gentes, non uniuersum orbem, sed tribus Israel condemnabunt. Nam quoniã eisdem & legibus & institutis uiuẽdi tã Iudæi, q̃ Apostoli educati fuerunt, cũ Iudæi dicturi sint, Idcirco se credere Christo non potuisse, quia mãdata legis seruare iubebantur, discipulis in medium productis, à quibus & lex susciebatur, & fides Christo adhibita est, oẽs Iudæos condemnabit: propterea.n. dicebat, Iudices uestri futuri sunt. Sed quid p̃cipui pollicetur ipsis, iquies? Si quid Niniuitæ & regina nõ habebũt, id ẽt discipuli possidebunt. Multa quoq; alia in superiotibus istis obtulit, & in sequentib. pollicetur, quãuis aliquid occultius in hoc ẽt significatur, maiora istos illis habituros. de illis.n. simpliciter dicitur, qa uiri Niniuitæ resurgent, & cõdemnabunt hanc gene rationem: regina quoq; Austri similiter. de istis uerò nõ ita simpliciter: sed, quãdo filius hois in sede maiestatis suæ sedebit, tũc & uos sedebitis sup duodecim thronos iudicãtes duodecim trib⁹ Israel. Vnde significatur, qa tã regni, q̃ gloriæ participes futuri sunt. Si.n. sustinemus, inquit, simul quoq; conregnabimus. Et ecce nõ cõcessum quidẽ esse sedes significauit, cum ipse solus in solio iudicaturus sedebit, sed honorem atq; gloriã ineffabilem uocabulo sediũ signanter expressit. Verũ ista discipulis dicta sunt, cæteris aũt uniuersis ẽternam ibi uitã & cẽtuplum hic pollicetur: & si reliquis multo magis Apostolis, qbus promissa cõtigisse in hoc seculo nõ ignoramus: q cũ arundinẽ, et uilissima retia reliquerint, oĩa fidelium qui p̃dicatione sua crediderũt, immo uerò eos quoq; ipsos credẽtes in potestate habuerunt. Nã uel mori pro ipsis cẽties uoluisset, ut Paulus testatur, dicẽs: Si possetis, ẽt oculos uestros mihi dedisse tis. Cùm aũt dicit, Quicunq; reliquerit uxorẽ: nõ simpliciter p̃cipit dirimenda eẽ matrimonia, sed sicut in superioribus dicebat: Qui perdit animã suã, inueniet ipsam: nõ ut nosmet-ipsos interimamus, neq; ut animã nostram uioléter à corpore disiungamus, sed ut religionis pietatẽ cæteris oĩbus ante feramus. ita de uxore quoq;, ac fratribus intelligendum est. Mihi aũt persecutiones hic occultius significare uidetur: multi.n. à parentibus filij, multi mariti ab uxoribus ad impietatẽ trahebantur: quæ cũ facere conarentur, ait, nec uxoris loco, nec parentis habeantur: quod & Paulus consulebat, dicens: Si uerò infidelis, separetur licet. Cũ igitur alacriores mẽtes eorũ fecerit, nec pro se solum, sed pro uniuerso cõfidere orbe præparauerit, cõtinuò subiecit, qa: *Multi aũt erũt primi nouissimi, et nouissimi primi. Quod* ita indefinitè, atq; idistinctè de multis alijs dictũ, de ĩcredulis quoq; phariszis accipiendũ est: ut & in superiorib. dicebat, multos ab Oriẽte atq; Occasu uenturos ad Abrahæ, Isaac & Iacob fulgẽtissimos sinus; filios aũt regni proiici foras. Deinde parabolam adiecit, qua eorum qui tardauerunt studia incendit. *Simile est, ait, regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exiuit primò mane conducere operarios in uineam suã: conuentione aũt facta cũ operarijs ex denario diurno, misit eos in uineã suã. Et egressus tertia hora, uidit alios stãtes ociosos, & illis dixit: Ite, & quodcũq; fuerit iustũ, dabo uobis. Et circa sextã & nonã fecit similiter. Circa undecimã aũt horã inuenit alios stãtes ociosos, & dixit eis: Quid hic statis tota die ociosi? Ipsi aũt dicũt ei: Nullus nos cõduxit, dicit eis: Ite & uos in uineã meã, & quodcũq; fuerit iustũ accipietis. Sero aũt facto, dicit dominus uineæ pcuratori suo: Voca operarios, & redde eis mercedẽ suã, incipiens ab ultimis usq; ad primos. Cũ ergo uenissent qui circa undecimã horã uenerãt, acceperunt singulos denarios. Et primi existẽs*

A *mauerunt quòd plus essent accepturi, & acceperunt et ipsi æquãliter: & cũ acceperunt, murmurabãt aduersus patrẽfamilias, dicẽtes: Hi ultimi una horæ fecerunt, & æquales eos nobis fecisti: qui portauimus pondus diei, & æstũ. Ipse autẽ respondens uni eorũ dixit: amice, non iniuriam facio tibi: nõne ex denario diurno cõueneristi mecum? Tolle quod tuũ est, & uade. Volo autẽ dare ultimo huic sicut et tibi. Vel nõ licet mihi quod uolo facere in his quæ mea sunt? An oculus tuus nequã est: quia ego bonus sum? Ita erũt ultimi primi, & primi ultimi. Multi.n. sunt uocati, pauci uerò electi.* Quid hæc sibi parabola uult? Nõ.n. cõsona sunt, q̃ iuxta finẽ isti⁹ dicũtur, sed cõtraria oĩno his q̃ paulo ante disputata sũt. Nã hic nõ alios qdẽ eiici, alios uerò itroire, sed oẽs ad eũdẽ statũ puenire uidemus, cũ tã antè quã post parabolã ecõtrariò ultimos primos, & primos ultimos affirmauerit: id est, his q̃ primi sũt, priores erũt, non pmanẽtib. tamẽ primis, sed in extremũ penitus locum deductis: qd inde magis declarat, Multi enim, inqt, uocati, pauci uerò electi sunt. Ita dupliciter & illi q primariũ amiserunt, mor-

B dentur: & isti q lucrati sunt, certiore hortatu inflammantur: parabola uerò nõ id, sed his q magno sudore cõprobati sunt, æquales futuros ostẽdit. Æquales enim, inquiũt, nobis fecisti, q pondus & æstum diei portauim⁹. Quid igitur parabola hæc sibi uult? Hoc enim declarato, facilius illud soluemus. Vineã igitur, mandata dei: operandi autẽ opportunitatẽ ac tempus commodum, præsentẽ uitam appellauit: operarios uerò eos, q differẽter, aut manè, aut tertia, aut sexta, aut nona, aut undecima hora diuersis ætatib⁹ uocati accesserũt, & cõprobati sunt. Sed hinc iã ambiguitas prorũpit, cur cũ rectè primi laborasset, deó que placuissent, & diurno sudore coruscasset, pessima liuoris atq; inuidiæ passione uixerunt? uidẽtes.n. eadẽ illos præmia consecutos, qui per unam horã laborauerũt, murmurabãt, & æquales (dicũt) nobis, q diei pondus & æstũ tulimus, ipsos fecisti: Ita cũ nullum ipsi detrimentũ paterentur, nec de mercede sua quicquã diminueretur, mœrore ac molestia propter aliorũ bona premebãtur: quodq; peius est, ipse etiã

C dominus domus de iure aduersus eũ q hęc dixit, respondens, liuoris ipsum atq; neqtiæ cõdẽnat, dicẽs: Nõne ex denario conueneristi mecũ? tolle quod tuũ est, & uade: uolo aũt ultimo dare sicut & tibi. Si oculus tuus nequã est, quoniã ego bonus sum. Quid igitur est, quod istis uerbis adstruitur? hoc ipsum.n. & alijs æmulatorib⁹ accidisse uidemus. Ille nanq; filius qui probus, ac patri obtẽperans fuisse perhibetur, q prodigũ fratrem magis honoratũ esse à parente quã seipsum pspexit, pariter dicitur cõturbatus fuisse. Nã quemadmodũ isti qui primi mercedẽ recipiunt, magis honorãtur. sic ille profectò exageratiõe honorũ magis honorabatur. Et hęc ille ipse prob⁹ filius ita se habuisse testatur. Quid igitur dicere possumus? Nemo talia in regno cœlorũ de iure disputat, aut alios criminatur: procul.n. hoc absit. Nẽpe ille locus oĩs liuoris atq; turbationis expers est: si.n. animas suas in hac uita pro peccatorib⁹ sanctis tradere solẽt, quã tò magis cũ ibi æternis eos bonis fruentes uideant, gaudebũt, suũ esse opus salutem ipsorũ putãtes? Cutus igitur rei gratia hac figurata oratiõe usus est? Parabolã dixit, & in parabolis nõ oportet nimia in singulis uerbis cura perangi. Sed cũ quid per parabolã intendat didicerimus, inde utilitate collecta, nihil ulterius anxio est conatu inuestigandũ. Cur igitur hęc sibi parabola cõpositа est, & quid intendens his uer D bis usus est? Auidiores uoluit eos facere, q decrepita ætate delecti sunt, ac ideo non patitur eos putare minus se habituros. Alios ergo introduxit molestè fœlicitatẽ eorum ferentes, non ut inuidiæ tabo morderi ostenderet, sed ut tanto illos honore frui demõstraret, quantus ad inuidiã alios compellere posset: quod nonnulli, nec à quoquã interpellati, nec alij detrahere uolentes, sed muneris atq; honoris magnitudinẽ, quo ille affectus est, ostẽdere cupiẽtes sæpe faciunt, dicẽtes: Ille me accusauit, ac expostulauit, qa te tantopere honoraui. Sed cur nã, inquies, non statim omnes conduxit? Omnes quidẽ ille ab initio cõduxisse uoluisset, si uerò non oẽs eodem tempore paruerunt, à uolũtate uocatorũ hæc differentia resultauit: idcirco alij manè, alij tertia, alij sexta, alij noua, alij undecima hora uocãtur, qa tunc obtẽperaturi erant, qd & Paulus apertè significauit, dicẽs: Quando *Gala.1.c* autẽ acceptauit deus qui sperauit me à uẽtre matris meæ. quando porrò deus uoluit? quãdo certè obtẽperaturus erat. Nã ipse à primis etiã incunabulis uoluisset: sed quia illũ renixurum sciebat, tũc uoluit cũ E animum ipsius penetraturam uocationẽ non ignorabat. Sic & latronẽ cũ postea uocauit, potuisset antea ipsum uocasse, sed uocat⁹ ille nõ paruisset. Quòd si dicunt isti, nemo nos cõduxit: Primò quidem nõ oportet cũcta, ut diximus, curiosè ĩ parabolis scrutari. Deinde nõ dominus domus id, sed illi dixerũt. Dominus uerò dom⁹, ne turbet eos, sed ut magis alliciat redarguere noluit. Nam quia oẽs, quantũ ad se pertinet, à prima statim hora uocati sunt: ipsa parabola etiã denotauit, dicẽs: Mane ipsum ad cõducẽdũ exiuisse. Ita undiq; aperitur, ętates nobis hominũ ac parabola designari, quorũ alij iuniores, alij seniores uirtutẽ amplectuntur: ut & illi discãt nõ superbire, neq; opprobrio dare, qa undecima hora rectè uiuere aliqui cœperunt: & isti ẽt, quia breuissimo tempore uniuersa possunt recuperare. Nã quoniã ad ardua animium hortatur, ut. s. & pecuniam proiicias, & terrena omnia sub pedibus conculces: quę res magno labore atq; studio indiget: idcirco ut charitatis flãmã accendat. & ardẽtiores faciat uolũtates, ostẽdit quia F posibile sit, ẽt si nouissimus ueneris, pro tota tamẽ die mercedẽ accipere? quod apertius nõ dixit, ne rursus in desidiã audientes illabãtur. Ita subaperit, à sua uniuersam hanc rem misericordia emanare, propter quam nec qui undecima hora uenerũt, à regno decidant: & hoc quidẽ est, quod hac parabola cõstruere uoluit. Si aute adiecit ultimos primos, & primos ultimos futuros: ac, multos esse uocatos, paucos autẽ electos, non mireris: Non.n. à parabola id sibi cõdusum est, sed quemadmodũ nũc cõtigit, ut pter spem & contra opinionẽ omnium æqualem omnes mercedẽ acciperẽt: sic maius illud, atq; mirabilius ut primi ultimi fiãt, & ultimi primi, euẽturũ ostẽdit. Aliud igitur illud, aliud hoc est. Videtur autẽ mihi Iudæos hic sermo tangere, ac eos ex fidelibus q primò uirtute corusçarũt, deinde negligentia deiecti ad profundũ sunt, & illos rursus q à neqtia seipsos recipiẽtes ad anteriora cucurrerunt. Non.n. nescij sumus tam fide, quã uiuẽdi istitutis magnas mutationes plerũq; fieri solere. Quare obsecro, magno studio, diligentiq; cura & fide rectam, & uitam integram conseruemus. Nisi .n. fidei uiuendi congruat disciplina, ultima pẽdemus supplicia: qd beatus Paulus à superio

Gribus tẽporibus ostendit, dicẽs: Spiritalem potũ omnes bibisse, & spiritalẽ cibum omnes comedisse, nec tamen oẽs saluos fuisse, sed multos eorum in cremo procidisse. Xps quoq; idipsum declarat, cũ aliquos q eiecerunt dæmonia, ac etiam prophetarunt, in gehẽnam intrudat. Ad hæc parabolæ quoq; illæ, uirginũ dico, illæ, sagenę, spinarũ, ac deniq; arboris nullũ producentis fructũ, omne uirtutis opus requirunt. Accedit, quod rarius de dogmatib⁹ Xps disseruit, sæpius, immo uerò ubiq; & semper de uiuendi synceritate: nullo.n. ad illud labore opus est, hoc quoniã impugnatur quotidie, idcirco cõtinuis laboribus indiget: nec solũ uniuersa uiuendi disciplina, uerumetiã parua eius omissa particula maxima damna intulit. Nã eleemosyna neglecta, quanuis uirtutis q̃dã pars, nõ ipsa uniuersa uirtus sit, in gehennã tamen facilè intrusit. Nã & uirgines, quia ipsam non habuerunt, punitę sunt. Et diues hac de causa in inferno torq̃batur, & qui esurientẽ non cibarunt, unà cum diabolo cõdemnãtur. Præterea, nõ maledicere, particula quędã uirtutis est, quã tamen nisi quis rectè peragat, foras eiicietur. Qui autẽ fratrem fatuum uocat, ait, gehennæ ignis reus est. Ad hæc modestia uirtutis pars est, nullus tamẽ absq; hac dominũ uidebit. Perſequmini enim, inqt, pacẽ ac sanctimoniã, absq; qua nemo uidebit dominũ. Humilitas similiter uirtutis pars est, sine qua etiã si alia multa peragas, immũdus eris apud deum: quod pharisæus oibus patefecit, q mille uirtutibus affluens, propter arrogantiã supernã fœlicitatem amisit. Ego uerò maius q̃dã habeo dicere: non.n. una quædam sola particula uirtutis amissa cœlum nobis oino claudit, uerũetiam si non cõgruẽti cura & studio pagitur, illud ipsum solet inferre: Nisi.n. superabũdauerit, inquit, iustitia uestra plus quam scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Et quantũ illi præbebãt, inquies? Idiam etiã ipse dicere uolebam, ut & qui non dant, incitentur ad dandũ: & qui libenter afferunt, non superbiant, sed plura dare conentur. Quantũ igitur illi præbebant? Decimam primò rerũ suarum omnium, deinde alterã, & demũ tertiã decimam offerebant. Quare nec tertiam partem præbebant? Tres.n. hæ decimæ coaceruatę minus tertia totius cõficiũt. Sed ad hæc primitias quoq;, ac primogenita, & alia plura, partim pro peccatis, partim pro purgationib⁹ offerebãt. Præterea i dieb⁹ festis, i iubilæo, in debiti abscisione, & famulorũ dimissionibus, in mutuis absq; fœnore. si autem qui tertiã partem, immo uerò mediam rerum suarũ offerebant: ascendent nempe ad medietatem oia unà congregata. Si qui mediam inquã dabant, nihil magni operabãtur: quid tu facies, qui nec decimã quidẽ partẽ pauperibus unquã dare cogitasti? Quare nõ iniuria paucos fore saluos quidã dicebat. Nõ negligamus igitur exactã, atque exquisitam uiuendi disciplinã. Nam si pars quędam omissa tãtum periculũ affert, si cũcta spreuerimus, quomodo ęterna tormẽta fugiemus, aut qđ genus supplicij nõ persoluemus? Sed quæ nã, inquies, spes salutis nobis reliqua est, si singula omissa i gehennã depellere possint? Hoc ipsum est, quod ẽt ego magna uoce cõclamo: uerũtamẽ si attendere uoluerimus, nõ est impossibile saluari, pstim si eleemosynę remedia muetemur, qbus uulnera nostra diligẽter curemus. Nõ enim sic oleũ corpus hominis roborat, ut animã misericordia stabilit, adeoq; cõfirmat, ut superati à diabolo nequeat: lubricũ.n. eleemosynę oleum corpus hominis constituit, ita ut manus diaboli facilè propter lubricitatẽ effugiat. Hoc igitur oleo crebrò nos perũgam⁹, hoc spiritalis causa est sanitatis, hoc lucẽ, hoc splemdorem aio afferre solet. Sed ille, inquit, ac ille auri talenta nõ pauca possidet, nec aliqd pauperibus pbet. Et qd hoc tua interrest? imo uerò mirabilior atq; uenerabilior uideberis, si cũ paupibus, benignior ac liberalior eris. Nã & Apostolus Macedones admiratus est, nõ quia pbebãt, sed quia quãuis pauperes essent, tamẽ largiter offerebãt. Verùm tu non ad illos, sed ad cõmunem omnium dominũ & magistrũ respicias, qui nõ habebat ubi caput inclinaret. Cur igitur talis, inquies, id non facit? Noli aliũ iudicare, sed teipsum ita redde laudabilẽ, ut omnem meritò accusationẽ possis effugere. Maiora.n. tormenta imminent, si cùm alios accuses, ipse non facies, sed eiusdem criminis obnoxius inueniaris. Nam siqui rectè uiuunt, iudicare alios nõ permittũtur, quãto magis à iudicando peccantibus abstinendũ est? Non iu dicemus igitur alios, neque desidiã aliorum, sed dominum nostrũ respiciamus, & ab eo bonorum oia exempla sumamus. Nunqd diuina ego tibi cõtuli beneficia? Nũqd ipse te redemi, ut ad me respicias? Ali⁹ hæc tibi pbuit. Cur omisso domino cõserui opationem aspicis? Nõ audisti clamantẽ: Discite à me quia mitis sum, & humilis corde? & rursus: Qui uult primus esse i uobis, sit omniũ minister. & rursus: Non uenit filⁱ hominis, ut ei administretur, sed ut ipse administret. Præterea ne aliorũ pigritia offensus negligẽter uiuas: dictũ tibi ab eo est: Exẽplũ.n. dedi uobis, ut sicut ego feci, & uos faciatis. Nõ est tibi magister uirtutis uiuentiũ aliquis hominum, nec potest ullus te ad eam conducere. Maior igitur tua laus pstatior erit tua gl'a si nulla humana doctrina mirabilis euaseris. Potes.n. & quidem facilè si uolueris: non enim primus eris, sed multa id perfecerũt: ut Noe, Abraham, Melchisedec, Iob, & oẽs qui similiter illis uixerunt. Si ad homines ergo respiciendũ est, illos non istos imitare, quos adeo æmulamini, ut in cõcionib⁹ etiã uestris, nihil aliud in ore, quã hęc uerba habeatis: Agri iugera ille tot, atq; tot possidet, ille diuitijs p potens palatia cõdit, maria cõstruit, aliaq; huiusmodi facit. Quid ita ihias homo, si ad alios respicis, cur probè uiuẽtes, cur laudabiles uiros, cur eos qui exquisitissimè pcepta seruarunt, nõ uides? sed inglorios & offendentes deũ admiraris, à quibus multa exempla nequitiæ colliges, unde in negligentiã & in superbiã incides, ac ad iudicandũ alios cõuerteris. Si uerò uirtutis cultores sæpius tecũ recenseas, in humilitatem & compunctionem, in studia uirtutũ, facilè teipsum pduces. Recordare pharisæi qui cũ ad probos nõ respexerit, sed peccãtis opprobria uiderit, labores suos amisit: illud igitur recordatus expaueſcas. Ecõtrariò considera, quo mirabilis Dauid factus est: maiorum enim suorum uirtutes præ oculis ponebat. Aduena, inquit, ego, sum & peregrinus, sicuti oẽs patres mei. neq; is solum, sed oẽs ei similes, non peccatores, sed uirtutibus coruscantes tenaci mente uertebãt. Ita igitur tu quoq; facito. Nõ.n. quasi iudex alieni peccati sedisti, nec ad examinanda hominũ peccata præfectus à domino es, tuus non aliorũ iudex cõstitutus es. Nã si nos iudicarem⁹, nõ utiq;, inquit Apostolus, iudicaremur. Iudicati autem à domino erudimur: quæ oia tu peruertisti. Nullam enim à te exigis delictorum

Actorum rationẽ, sed aliena nimium anxia curiositate scrutaris. Oro igitur, obsecro atq; obtestor, desinamus iã, desinamus hoc facere, & hac cõfusione ordinis eiecta, nostrorũ nos peccatorũ iudices cõstituamus. Ipsi accusantes, testimoniũ perhibẽtes, iudicantes, & supplicia exhibẽtes laudabimur. Quòd si alienа inqrere desideras, clarorũ opa uirorũ curiosius inuestiga, ut tũ ex memoria delictorum nostrorũ, tum ex æmulatione alienæ uirtutis, tũ deniq; ex iudicij nostri in nosipsos sentẽtia, quasi stimulo quotidie cõpuncti, ac humiliores & diligẽtiores facti, ęternа fruamur beatitudine, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, Amen.

Homilia.lxvi.ex capite.xx.

Tascendens Iesus in Hierosolymã, assumpsit duodecim discipulos secretò, & dixit eis: Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum & flagellandum, & tertia die resurget. Nõ illico cũ à Galilæa rediit in Hierosolymã ascẽdit, sed signa prius nõ pauca fecit, & pharisæorũ obstruxit ora, & discipulis de paupertate locutus est. Vende, nãq;, inquit, substantiã tuã, si uis esse pfectus. Et de uirginitatis similiter castimonia: Qui.n. inquit, capere pot, capiat. De humilitate ẽt: Nisi.n. cõuersi fueritis ad cõditionem horũ parulorũ, nõ intrabitis in regnũ cœlorum. De retributione quoq; in hac uita: Nã qui domos, fratres, sorores reliquerit, ait, cẽtuplũ in hoc seculo accipiet. Et de remuneratione futura: Et uitã, inquit, æternã possidebit. His igitur oibus prius factis atq; dispositis, ad urbẽ accelsit. Cumq; ascenderet, de passione rursus disserit suа. Nã quoniam facilè quod nolebãt, obliuiſci poterãt, crebritate referẽdi memoria id eos tenere facit, & mœstitia audiẽdi cõsuetudinẽ succendit. Priuatim aũt eos necessariò alloquitur: nõ enim hæc efferenda erãt, ex quibus nihil utilitatis sequeretur. Nam si discipuli audiẽtes turbabantur, quid nõ fecisset multitudo? An igitur unquã id uulgo dictũ est, inquies? Immo publicè quoq;, sed nõ ita aptè pdicatũ. Soluite.n. inquit, tẽplum hoc, & in tribus diebus excitabo ipsum. Et, Signum quærit hæc genera tio, nec dabitur ei, nisi signũ Ionæ prophetæ. Et alibi, Adhuc paruo tpe uobiscũ sum, et qretis me, et nõ inuenietis. Discipulis uerò nõ sic: sed quẽadmodum alia, ita ẽt hoc modo clarius dictũ. Sed cuius rei gratia, quispiam opponet, si nõ intelligatur, multitudo errat? hæc.n eis dicebantur, ut postea recordati credant illum uolentẽ, non ignorantẽ, neq; coactũ passionẽ subiisse. Discipulis aũt nõ hac de causa solùm, uerumetiam, ut diximus, ut expectatione exercitati, facilius passionis dolorem perferant. Nam si præmeditati nõ fuissent, uehementi turbatione quassati iacuissent: hac de causa de morte solùm primò faciebat mentionẽ. Cùm aũt corroborati fuerint, cætera quoq; adiecit, quòd. s. tradẽt eũ gentibus ad illudendum & flagellandum. Hæc aũt prædicit, ut cùm tristia uenisse uiderint, certiore spe resurrectionẽ expectent. nam si mœsta nõ tacuit, & q̃ opprobrij plena esse uidebantur nõ occultauit eis, nõ iniuria prospera quoque erant credenda. Tu uerò considera, quo etiam opportunitate commoda, uniuersa patefecit. Nec enim statim prædicationẽ incipiens, nec in ipso passionis hæc dixit tempore, ne audientes turbarentur: sed posteaquam uirtutes eius miraculis cognouerunt, & æternæ uitæ pollicitationibus fuerunt cõfirmati: tũc passionis meminit, nõ semel aut bis, sed sæpius, hinc hoiem signis & doctrina cõtexens. Alius aut euangelista prophetas quoq; in testimoniũ citatos asserit. Alius nõ intellexisse ipsos affirmat, sed occultatũ id uerbum ab eis fuisse, & quia tumultuabãtur sequẽtes. Sed si nõ intellexerũt, inquies, nulla præmeditatione poterãt exerceri: quare pdictionis hui⁹ utilitas oino euanescit. Ego aũt, ut hãc ambiguitatẽ in maius extollam: illud addere nõ dubitabo, quia si nõ intellexerũt, quo pacto mœrebant? Alius.n. euangelista dicit, quia tristabantur. Qũo igitur si non perciebãt, aut qũo Petrus, propitius tibi esto, dicebat? Quid igitur dicemus? Quia. s. quod de morte audierint, & si non darẽ dispẽsationis huius mysteriũ sciebant, intellexetũt tamen. Resurrectionem uerò non intelligebãt, nec q̃cunq; per eã mirificè acturus erat. Nam alios quidẽ ab alijs excitatos à morte uiderũt. Quòd uerò quisquam seipsum excitauerit, & sic exciuerit ut nunquã in posterum moreretur, minimè unquã fuit auditũ. Hoc igitur erat quod absconditũ erat ab eis: sed nec qualis futura esset ipsa mors, & qũo ipsum aggressura foret sciebãt, ideo igitur sequẽtes turbabantur. Mihi aũt ẽt uidetur magno stupore illos torpescere de passione suа differentẽ audiẽtes: nec quia resurrecturum se illis inculcabat, ideo confidebant: sed cùm ad mortem, illusionẽ, atq; flagella accessurum audirent, maximè turbabãtur. Nã cùm mẽte uersarẽt miracula, dæmoniacos. s. liberatos, mortuos excitatos, aliaq; huiusmodi signa: non poterant his auditis nõ obstupescere, ac in magnã ambiguitatem incidere. Ita modò hæc credẽtes, modò discredentes capere nõ poterant, adeoq; procul à recta intelligentia erant, ut Zebedæi filij ad eum accedentes de primo consessu eum alloquerentur. *Volumus enim, aiunt, ut unus ad dexterã, & unus ad sinistrã sedeat.* Qũo igitur alius euãgelista matrẽ ad hoc accessisse ait? Vtrũq; fuisse credẽdum, matremq; ab eis assumptã, ut authoritate supplicantis Xpm facilius exorarent. Quod autem id uerum sit, quodq; ab ipsis hęc excogitata petitio fuerit, sed pudore uicti, matris patrociniũ assumpserunt: animaduerte qũo Xps ad ipsos uerba suа dixerit: sed prius quid, & qua mẽte petant, & unde ad hoc impulsi sint, cõsideremus. Cùm uiderent se ante alios à Christo honorari, crediderunt hanc ab eo petitionem se impetrare. Quid porrò est quod petunt? Alius te docebit euangelista. Nam quoniam, inquit, propè Hierusalẽ erant, credebantq; regnum dei iamiam euenturum, quod huius uitæ, ac seculare opinabantur: hęc postulabãt, ut ob honorem facilius etiã oia pericula possent euitare: propterea Christus ab his eos cogitationibus abducens, pericula, sanguinem, necemq; ipsam expetendã esse iubet. *Potestis*, inquit, *bibere calicem quem ipse bibo?* Nec turbetur quisquam, si adeò imperfectos dicim⁹ Apostolos fuisse. Nondum.n. mysterium crucis erat consummatum, nondum gratia spiritus in corda ipsorum infusa. Quare si studia uirtutis ipsorum discere cupis, quales post datam gratiam spiritus fuerint, considera: & uidebis oẽm ab illis turbationem animi fuisse superatam. Hac enim de causa eorum modò impfectio reuelatur, ut aptè percipere possis, quales subitò p gratiam effecti fuerũt. Quòd igitur nihil spiritale quærebãt, nec de cœlesti regno quicquã cogitabãt, perspicuum est. Sed uerba quoq; petitionis

Universidad de Deusto Biblioteca

G ipsorũ audiamus. Volumus, inquiunt, ut quodcũq; petierimus, facias nobis. Ad quod Xps: Quid uultis? respondit, nõ ignorans certè, sed ut respondere conpulsi, ulcus subaperiant, quod sanare Xps intendebat. Illi uerò quoniã humano more id faciebãt, corã omnib⁹ erubescẽtes dicere, seorsum ab alijs discipulis Xpm accipientes interrogauerunt, Præcesserunt enim, inqt, ut remotis arbitris tutius loquerẽtur. Volebant autẽ, ut ego coniicio, quoniã sup duodecim sedes sessuros discipulos audierũt, primatũ huius cõsessus impetrare, & præponi quidẽ se cæteris præterquã Petro sciebant, quẽ formidãtes dicere ausi sunt, *Dic ut unus à dextris, alter à sinistris sedeat.* Ita urgebãt dicẽtes, dic. Quid igitur ipse? ut significaret nihil eos petere spiritale, sed nec scire quidẽ quid postulent: nõ enim petere auderent, si scirent. *Nescitis*, ait, *quid petatis.* Nescitis quàm magnum, quàm mirabile, ac ipsas superiores excedens uirtutes, & adiecit: *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? & baptismo quo ego baptizor, baptizari?* Perpẽdis quo statim ab hac cupiditate ipsos remouit, cõtraria eis disserẽs. Nã uos, inqt,
H de honoribus, & coronis cogitatis: ego uerò de luctamine atq; sudore dissero. Nõ pmiorũ hoc tẽpus est, nec illa gloria mea modò apparebit, sed bella, pericula, & necẽ psens cõtinet uita. Perspice aũt qualiter ipso interrogationis modo & hortatur, & allicit: nõ. n. dixit, potestisne uestrum effundere sanguinẽ? Sed quo nã pacto? potestis bibere calicẽ: deinde alliciẽs, inqt, quẽ ego bibiturus sum, ut cõmunicatione laborũ cũ ipso promptiores redderentur. Baptismũ deinde idipsum appellauit, ut magnã orbi futuram expiationem hinc significaret. Illi aũt desiderio quodam animi cõfestim promittunt dicentes: *Possumus.* Nec idipsum intelligentes quod se posse affirmabãt, sed sperantes se habituros postulata. Ad q̃ Christus: *Calicem*, inquit, *meum bibetis, & baptismo quo ego baptizor, baptizabimini.* Magna uobis certè bona pdico: martyrij. n. corona potiemini, & uiolẽta morte, sicuti & ego à uita decedetis. *Sedere autẽ ad dextram et ad sinistram non est meum dare, sed quibus à patre meo paratum est.* Cũ animos eorũ in sublimius extulisset, & oi
I mœrore superiores calicis & baptismi cõmunicatione fecisset, tunc postulata eorũ emendat. Sed qd nã sibi uult, quod modò dictum est? duo. n. hic à multis quæruntur. Primũ, si à dextris eius sedere qbusdã paratum sit: alterum, si dominus omniũ nõ possit illis pbere, quibus paratũ est. Ex qbus primo soluto, alterum etiã patebit. Quid igitur est quod dicit? Nullus profectò à dextris, nullus à sinistris ei⁹ sedebit, in accessibilis qppe sedes est illa, nõ hominibus dico solùm, sed angelis, sed archangelis, cæterisq; uirtutib⁹, quod quasi præcipuũ unigeniti priuilegiũ Paulus po
Hebr.1.d suit, dicens: Ad quem autẽ angelorum dixit unquã,
Ps. 109.a Sede à dextris meis? Et ad angelos quidẽ inquit: Qui
Ps. 103.a. facit angelos suos spiritus. Ad filiũ autem: Thronus
Heb. 1.c. tuus deus in seculũ seculi. Quomodo igitur, dicit, sedere à dextris, atque sinistris meis non est meũ dare? an qa cõsessuri alij sunt? Minimè? minimè, inquam, ad mentem. n. interrogantium cõdescendens respõdet. Non enim de sublimi sede illa quæ ad dexteram patris est, aliquid sciebãt, q uel multò inferiora, quæ quotidie auribus eorũ inculcabãtur nõ percipiebãt: unum solũmodo quærebãt, pfectura potiri, & omnium primos apud eũ cõstitui. Quodq; iã diximus, cũ duodecim sedes audissent, ignorantes quod dicebatur, primatũ cõsessus postulãrunt. Quid igitur ait K
Christus? Propter me quidẽ, ac pdicationis meæ gratia moriemini, & mecẽ passionis participes eritis, sed nõ est id satis ad primũ locũ atque ordinẽ obtinendum. Nam siquis postea ueniet martyrio, & aliorũ omniũ numero uirtutũ ita decoratus, ut nõ parum excedere uos uideatur: nolite credere, quia uos amo cæterisq; antepono, idcirco eo q maiorib⁹ nitet operibus expulso, uobis primum me locũ daturũ: nõ dixit autẽ apertè hoc, ne turbarẽtur, ænigmaticè uerò idipsum significauit, dicens: *Calicem quidem meũ bibetis, et baptismo quo ego baptizor, baptizabimini: sedere aũt à dextris & a sinistris non est meũ dare, sed quibus paratũ est à patre meo.* Quibus porrò pparatũ est? illis uidelicet, q fulgẽtissimis operibus euasuri sunt: idcirco uerò dixit, Non est meũ dare, sed patris mei: nequis infirmũ atque impotentẽ ad hãc ipsum fore retributionem opinetur. Sed quo nã modo? Non est meũ, inquit, sed quibus paratũ est. Verùm ut clariùs fiat quod dicimus, exẽplo id ante oculos ponamus. Ad L
editorẽ igitur munerum atq; certaminis, quò multi atq; pclari athletæ confluant, duos quosdã ipsi præcipua familiaritate coniunctos accessisse fingam⁹, q amicitia principis freti postulare audeant, ut uictores ipsi pconio declarati coronẽtur: qbus ille respondeat, Non est meũ id dare, sed quibus labore atq; sudore præparatũ est. Num igitur quasi nõ potentem illum id facere condemnabimus? Nequaquã, sed iustitiam eius admirabimur. Et quoniã nõ personam, sed rem respicit, laudabimus. Quemadmodũ igitur editionis munerũ, atq; certaminis principem, non quia non potest, sed quia nõ uult luctationis trãsgredi leges, & iustitiæ ordinẽ conturbare: sic utiq; Christũ id dixisse affirmamus. Ita undique illos compellebat, in gratia dei primũ, deinde i laborib⁹ propriis omnem salutẽ, & gloriæ spem reponere: ideo dixit, quibus paratũ est. Nam et si alij pstantiores uidebũtur, si excellẽtiora quã uos opa facturi sunt, quomodo illis expulsis locũ eorũ uos occupabitis? an quia mei discipuli estis? Idcirco etiã si non digni primatu M
eritis, prẽmia tamẽ quoque cõsecuturos uos arbitremini? Nã quòd totius rei huius ipse dominus est, in- Sup. 26.b
de patet, qa uniuersum ei iudiciũ tribuitur: ita enim 2. Timoth.
Petro dixit, Ego tibi claues regni cœlorum dabo. Et 4.b
Paulus significauit hoc ipsum, dicẽs: Reposita est mihi corona iustitiæ, quã reddet mihi domin⁹ i illa die: non solùm aũt mihi, sed omnibus qui dilexerunt apparitionẽ suã. Apparitio uerò Christi iam facta est. Quòd uerò nullus Paulũ antecedat, nemo omniũ dubitat. Si aũt obscurius hęc à domino dicta tibi uidẽtur, noli mirari: singulari nanq; dispẽsatione usus, ita eos dimittit, ut suasisse uideatur, ne more ac passione hominũ frustra de pfecturis solicitẽtur. Prẽterea nulla eos afficere mœstitia uoluit, q̃ utiq; sermonis obscuritate assecutus est. *Tũc indignati sunt decẽ de duobus fratribus.* Tũc, istud quãdo significat? quãdo. s. illos duos corripuit. Ita donec Xpi sententia pferri eos uidebant, non indignabantur: sed reuerentia magistri etiã si secum mouerentur atq; dolerent, amabant atq; honorabãt, nec indignationẽ suã palàm facere audebant. Similiter autẽ ad Petrum com- Sup. 17.d
moti, q̃do ab eo data fuerat didrachma, nõ patefecerunt molestiam suã, sed solùm quis maior esset, interrogarunt. Postquã uerò ipsos discipulos supplicãdo peteré uiderũt, indignãtur, neq; tunc statim quã-

A dò ad petendum illi accesserũt, sed quando increpatos à Christo, primũq; locũ, nisi seipsos dignos eos præbeant, negatum sibi cognouerũt. Perspicis quo imperfectiores adhuc omnes erãt, & duo aduersus decem primò eripere confessum nitebantur, & decẽ duobus inuidentes indignabãtur. Verũ, ut dixi, post aduẽtum spiritus eos cõsidera, & uidebis oĩbus his passionib⁹ superiores. Audias igitur quo ipse ille Ioãnes, qui modò hæc à Christo petebat, primis honoribus Petro cedat, tũ concionanti, tum mirabilia fa-
Act.3.c.d cienti: ut Actus Apostolorũ testantur. nec latere patiatur Petri uirtutes, sed & cõfessionẽ prædicat, quã silentibus cæteris magna edidit uoce Ioãnes, & ingressum ei⁹ i monumentũ nõ tacet, cæterisq; in omnibus sibi eũ anteponit. Nam quomodo quãdo patiebatur ambo affuerunt, suas laudes Ioãnes succi-
Ioan.18.c dẽs, ait: Quia notus erat discipulus ille sacerdoti. Ia-
Act.12.a. cobus uero non lõgo tpe postea uixit. Nã statim ab initio rerũ tãto ardore cõcaluit: ut humanis oĩno rebus neglectis ad tantam sublimitatem ascẽderet, ut
B à persecutoribus cõfestim occisus sit. Et sic qdẽ post ea summi oẽs facti sunt. Tunc uerò indignabantur. Quid igitur Christ⁹? *Cũ aduocasset eos*, ait: *Nostis, quia principes gentium dominantur eorum.* Conturbatos. n. atque commotos, antequã uerba secũ hac de re faceret, tũ ipsa uocatione, tum quoniã propius eos attraxit, summopere mitigauit. A cõmunitate nãq; cæterorum duo illi se disiunxerũt, & propius Christũ stantes, priuatim loquebantur. Aduocauit ergo etiã alios propè seipsum, ut ad ea quę diximus, ẽt ipsi occultius dicta ederent, & utrorũq; passionem sedaret: nõ ut prius paruulorũ quadã productione, quorũ simplicitatem imitandã præcepit, sed acrius à cõtrario arguens. *Principes*, inquit, *gentium dominantur eorum, & qui magni sunt, potestatẽ habent in eis. Apud uos autem non ita erit: sed qui uult maior fieri inter uos, hic sit omniũ minister: & qui uult esse primus, sit ultimus omniũ.* Ita gẽtiũ moris ee ostẽdit prima quęq; appetere. Tyranica. n. hæc passio est, & nonnunquã eximios etiã uiros perturbat: quapropter cũ uehementiore castigatione indigent, acrius etiam ipse insurgit, cõparatione gẽtium egrotantẽ ipsorum animum retinens.
C Ita horum quidẽ inuidiam, illorũ uerò arrogantiam succidit, quasi magna uoce dicẽs: Nolite tanquã contempti commoueri. Nam qui primatũ quærunt, sibi ipsis dedecori sunt, ignorãtes hoc se pacto in infima detrudere. Non enim externis similia nostra sunt: nã apud gentes, q principes sunt, ipsi dominãtur: apud me aũt qui ultimus est, is summa tenet. Hæc ne sine causa dicta putetis, ex factis dictisq; meis facilè comprobantur. Plus enim factũ esse à me, quàm dictum uidetis: qui cùm superiorũ dominus sim uirtutũ, homo fieri uolui, & sperni atque dehonestari dignatus sum. Et qd maximũ est, ad mortẽ ipsam spontè festino. *Filius enim hominis*, ait, *nõ uenit ut ei ministretur, sed ut ipse ministret, & animã suã in redemptionẽ det pro multorũ.* Ita ipse, inqt, animã meã i redẽptionẽ inimicorũ etiã meorũ trado: tu uerò humiliatus si fueris, pro teipso id facies: qd ego nõ mei, sed tui causa suscepi. Noli ergo timere quasi honorẽ tuũ humilitate amittẽs: nũquã. n. poteris tãtũ humilitatis ostẽdere, quãtũ pro te dominus suscepit: cuius descensus & alios exerexit, & gloriã eius manifestauit. Nam antequã homo factus esset, ab angelis solũ cognoscebatur: post quam autẽ hominẽ assumpsit, & crucis patibulo pependit, nõ solùm gloriam illã nõ amisit, uerùetiam D
hãc acquisiuit, q̃ à cognitione orbis resultat. Quare nullo pacto metuas, quasi tollatur honor tu⁹, si teipsum humiliaueris: hinc. n. uel ad cœlos usque gloria tua pertransit, hinc amplior atq; pstantior redditur, hinc regni ianua tibi aperitur. Caueam⁹ igitur ne cõtrariã faciẽtes uiã, aduersus nosipsos acerrima bella geramus. Si. n. uoluerim⁹ magni ac mirabiles uideri, non modò tales nõ erimus, uerumetiã cæteris omnibus abiectiores futuri sumus. Perpẽdis quomodo ubiq; ita eos hortatur, ut qđ petũt ex contrarijs quã arbitrentur inuẽturos ostẽdat: sic in superioribus deauaris, & inanis gloriæ cupidis factũ declarauimus. Cuius. n. rei gratia corã hominibus tua erogas pauperibus, inquit? Nõne ut magna gloria fruaris? Noli ergo ita id facere, & permanentẽ gloriam consequeris. Quam autem ob rem pecuniã accumulas? Nõne ut locupleS euadas? Noli ergo pecunias coseruare, & ueris diuitijs potieris. Simili quoq; modo in hoc lõco, cuius rei gratia, inquit, primatus & pfecturas desideras? ut cæteris. s. præstes. Vltimum igitur ordinẽ eligito, & tũc primũ obtinebis locum. Quare si ma- E
gnus uis fore, hæc ipsa cõtemne, & eris profectò magnus. Illud. n. quod tu maximum putas, minimum omniũ est. Vides quomodo huius ægritudinis superiores effecit, hinc oĩno affecturos quod quærebãt demonstrans, si hoc spernant, illud admirentur. Gẽtiũ aũtẽ idcirco mentionẽ fecit, ut ea ratione opprobrij plenã, & detestabilem hanc rem esse ostendat. Qui. n. sibi arrogat, is uerè humilis est: qui uerò humilis est, is ad ueræ sublimitatis cacumen uolauit: q̃ non apellatione solũ ac nomine, sed re ipsa sublimitas est. Et externa quidẽ celsitudo, necessitatis atq; timoris est: hæc uerò iterior atq; nostra, celsitudini diuinæ similis esse cognoscitur. Quare q apud nos magnus est, ẽt si nemo ipsum huiusmodi esse dicat, uerè tamen magnus est: sicut è cõtra superbus, quã omnes admirãtur, & colunt, omniũ uerò humillimus reperitur: & ille quidẽ honor cũ à coactis tribuatur, facilè disperit: hic uerò quoniam ex honorantiũ animo proficisitur, stabilis pmanet. Hac ratiõe sanctos uiros maximè admiramur, q quò cæteris erãt excellentiores, eò humiliores seipsos ducebant: q ad hũc F
usq; diẽ in sublimitate sua perseuerant, cũ nec mors quidem ipsa magnitudinẽ eorũ deprimere potuerit. Et si uultis ratiocinando etiã illud inuestigemus. Sublimis qdẽ esse dicitur, aut proceritate corporis hu- *Sublimis.*
ius, aut qa i editiore loco sit collocatus: humilis au- *Humilis.*
tem, q huic contrarius est. Attende igitur, & uidebis nihil humilitate altius, nihil arrogãtia depressius. Nã arrogans quidẽ, atque superbus maiorem se cæteris arbitratur, & neminẽ se esse dignũ affirmat. Nec ita magno quisquã poterit honore ipsum afficere, quin cupiditate maiori agitatus, parum sibi collatũ arbitretur. Cumq; laudẽ ab hominibus q̃rat, spernit eos, atque cõtemnit: q̃ res adeò expers rationis est, ut ænigmati simillima sit: quos. n. despicit, ab his hominibus gloriã quasi debitã flagitat. Perspicis quomodo q se altius recipit, is humi affixus iacet. Nã quòd abiectos cęteros homines esse putet, idcirco i seipso cogitet, à uocabulo ipso manifestũ est: hoc. n. arrogan *Arrogantia*
tiam, atq; insolentiã dicimus. Si ergo ita ceteros spernis, cur adulationib⁹ laudẽ ab illis aucuparis? cur tãtam tecũ turbam hominũ circũducis? Vidisti re ipsa humilẽ homũculum, atq; supinum caducis oĩno

G rebus ſubnixum: agè iã è contrario qualis uerè ſublimis ſit, conſideremus. Hic certè nõ ignorat quantũ & q̃d homo ſit, hic rectè intellexit magnũ eum eſſe hominẽ qui cũ omniũ minimus ſit, minimũ quoq; ſe putat. Quocirca quantũcunq; ſibi honoris tribueris, maximũ arbitratur. Conſtãs igitur eſt, atq; ſibiip ſi conueniẽs, nec modò hoc, modò illud ſeqtur: ſed quos excelſos putat, ab his etiã, ſi parũ honoris nanciſcatur, ſummopere propter celſitudinẽ illorũ honorari ſe putat. Inſolẽs aũt puſillos eos arbitratur, q̃ eum honorant, ſed laudari ſe ab illis, ſingularem oino rẽ arbitratur. Humilis rurſum à nulla ægritudine capitur, nõ pturbatur ira, nulla cupiditate glorię uexatur, nõ uincitur liuore. Quid igitur ſublimius aïo harum perturbationũ experti? At uerò arrogãs, atq; inſolens ceu uermis in ſtercore, ſic in his paſſionib⁹ ſemper inuoluitur. Nã & inuidia, & ira, & inanis gloria, uehementer animũ illius exagitãt. Vter igitur excelſus, atque ſublimis eſt: q̃ his paſſionibus ſeruiliter preſſus, quaſi ei dominẽtur, expaueſcit: an q̃ ſic ſupe rior eſt, ut nullo modo ab his capi poſſe uideatur?

H Quã nã auem altius tu uolare opinaris? Vtrũ eã quæ cũ per aera feratur, arundines aucupis atq; retia non formidat: an eã quæ uel ſine arundine ac uiſco, quoniã humi ſerpat potius quã uolat, manibus facilè capitur? Huiuſmodi certè inſolens animus eſt, q̃ cùm humi ſerpat, in omnẽ laqueum incidit: quod etiã à nequiſſimo illo dæmone colligere poſſumus, q̃ propter arrogantiã in profundum depulſus eſt: homo autẽ, quanuis corporeus ſit, tamen ſi humilitate pol leat, ita illũ excedit, ut ſub calce hominis ille iaceat.

Eſa.14. c.d Calcate, nanque, inquit, ſuper ſerpentes, & ſcorpiones: ita homo cũ angelis in cœlis ſeipſum poteſt locare. Hoc ipſum etiã ab hominibus ſuperbis intelligere poſſumus. Veniat. n. illius Barbari tibi in mentem, qui tantũ ductitauit exercitum, qui nec ea quidem quę à ſenſu cognoſcimus nouerat: neſciebat. n. utrũ lapides eſſent, ſimulachra q̃ue: & idola utrũ eſſent ſimulachra ignorabat, qua de cauſa inferiorem ſe iſtis oĩbus faciebat. Fideles uerò, pũque homines ultra Solẽ feruntur: neque his ſublimius quicquam inuenitur, cũ uel ipſa cœli conuexa tranſgrediantur, & angelis prętermiſſis apud regiam ſedem aſſiſtant.

Luc.10.c & Pſal. 90.6

I Præterea quẽ nam deiectum, atque infirmum putabimus: utrum eum, cui deus patrocinatur, an eum quem deus impugnat? Hunc ultimum uidelicet. Audias ergo qd de utroq; ſcriptura clamitat: Superbis, inquit, atq; arrogantibus deus reſiſtit, humilibus autem gratiã præbet. Illud etiam abs te libẽter querã, quem nam arbitraris ſublimiorẽ: ſacrũmne uirũ à quo grata deo quotidie ſacrificia offerũtur, an eum qui nullã apud deũ fiduciã habeat? Et quas, inquies, hoſtias humilis offert? Dauid illũ de hoc audias: Sacrificiũ, inquit, deo ſpiritus cõtribulatus, cor contritum & humilitatũ deus non deſpicies. Vidiſti quàm mundus humilis ſit, uideas & inſolentis ipuriſſimas ſordes. Impurus, inquit, apud deum eſt oĩs immundus corde. Ad hæc, in altero deus ipſe requieſcit. Super quem. n. reſpiciam, ait, quàm ſuper mitem & quietem, & trementem ſermones meos? Alter autem cũ diabolo humi trahitur: inflatus enim diaboli ſupplicia ſuſtinet. Ne fortè inflatus, Paulus inq̃it, in iudiciũ incidat diaboli. Quódque mirabile eſt, contrarium ſemper, quàm optat, eũ per ſequitur. Nam cùm cæteros cõtemnat, ut maiori dignus honore uideatur, maximè omnium ipſe deſpicitur. Ridiculi. n. & K omnium inimici ſunt, qui ira & inuidia facilè capiuntur, q̃ eius maximè comites ſunt. quare neſcio ſiqd peius excogitari poſsit: extremitas enim malorũ certè hæc eſt. Humilibus uerò quid iucũdius? quid beatius? qui cùm deo gratiſsimi ſint, nõ paruam etiam ab hominibus, quã non quærunt, gloriã reperire ſolent. Nempe ab hominibus, quaſi parentes colũtur, quaſi fratres amãtur, quaſi propria mẽbra fouẽtur. Amplectamur igitur humilitatẽ, ſi ſublimes fieri deſideramus, præſertim cùm uideamus ab inſolentia deiici homines. Hæc enim ad humilitatis barathrũ Pharaonem detruſit: neſcire nanque dominum dicebat, & ſoricib⁹, & ranis, ac muſcis deterior factꝰ eſt: poſtremò cũ ipſis armis, & equis ſubmerſus fuit. Abraham uerò è cõtrario: Ego ſum terra & cinis, præ dicabat: propterea & multa Barbarorum milia uicit, & cũ in mediũ Aegyptorum incidiſſet, maiori cũ triũpho euaſit, cui uirtuti ſemp inhærens, ſublimior indies reddebatur: ímo uerò ſublimior quotidie fit, cùm eius laudes ubique decantentur. Pharao aũt & terra, & cinis, etſi quid humilius excogitari poteſt, ſa L ctus cognoſcitur. Nihil certè magis deus, quã arrogantiam auerſatur. Quid. n. non fecit, ut hanc paſſionem deſtruat? Hac enim de cauſa mortales factꝰ, in dolore ac luctu uiuimus. Ideo in continuo labore, atque ſudore & affligenti operatione cõſtituti ſumꝰ. Arrogantia quippe primus homo, cũ æqualitatem dei ſperaſſet, deliquit: & ita nõ ſolũ quò optauerat, non aſcendit, uerũetiam à ſublimitate propria decidit. Hoc nẽpe ſuperbiæ opus eſt, ut non modò nihil boni nobis afferat, ſed etiam q̃ habemus corrũpat: è contra uerò humilitas facit. Nam & ea quæ nobis aſſunt bona conſeruat, & q̃ nõ habemus facilè adiicit. Hanc igitur admiremur, hanc ſequamur, ut & in hac uita honorificè cõuerſemur, & futura gloria potiamur, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

Homilia. lxvij. ex capite. xx. & xxi.

T egredientibus illis à Hiericho, ſecuta eſt eũ turba multa. Et ecce duo cæci ſedentes ſecus uiã, cùm M audiſſent quia Ieſus tranſiret, clamauerunt, dicẽtes: *Miſerere nobis Ieſu fili Dauid.* Reſpice q̃bus locis ad Hieruſalem trãſit, ut ubi antea uerſabatur, ignorare non poſsis. Maximè autẽ mihi quęrendum uidetur, cur non inde recta in Galilęã, ſed per Samariã tranſiit: ſed hoc quidẽ ſtudioſis relinquamus. Nã ſiquis curioſius hoc inueſtigare uoluerit, ſueniet Ioannẽ huius cauſam cõſcripſiſſe. Quare nos propoſitũ noſtrũ ſequentes, hos cæcos audiamus, q̃ multis excellentiores cernentibus erant. Nam quãuis nec ductorem habere, nec uidere ipſi poſſent aduenientẽ, ſummo tamen ſtudio, ac cõtentione ad ipſum uenire conabantur. Cumq; magna uoce clamarẽt, iuſsi tacere magis clamabant. Conſtans qppe, ac fortis animus, quo magis uetatur, eo altius prouehitur. Chriſtꝰ uerò carpi eos patiebatur, ut oẽs animi eorum feruorem facilius cognoſcerent, curationéque dignos crederent: quapropter nec, ut ſolebat, an crederent interrogauit. Satis. n ſupérque clamor, & aduenientis erat conatus ad fidem eorum declarandum. Hinc iam apertè diſcere potes dilectiſsime, quia etiam ſi ualde uiles, atque etiam abiecti ſimus: tamẽ ſi ardẽti animi ſtudio, ad deum accedamus, p noſipſos ſine mediatore impetrabimus, quæ petamus. Cõſidera enim

A ra enim q̃uo nullus Apoſtolorũ iſtis affuit, ſed è diuerſo, quatus multi eos repellebãt, omni tamen impedimento ſuperato ad Ieſum peruenire uoluerũt. Ita etſi nullã ex uita fiduciam euangeliſta eis tribuit, ardore tamẽ animati ſibiipſis ſuſſecerũt. Hos igitur imitemur, etſi uel tardior deus ad tribuendũ ſit, uel multi ceu importunos retrudãt, nõ ceſſemus tamen petere, ſcientes hoc pacto maximè deũ a nobis poſſe placari. Sic. n. etiam ardentẽ eorum uoluntate non pauperies, nõ cæcitas, non quia continuo non fuerant auditi, non quia turbæ repellebant, non deniq; ulla res alia potuit extinguere, talis quippe eſt laborãs, & inflãmatus animus. Quid igitur Chriſtus? Vocauit eos, & dixit: *Quid uultis, ut faciam uobis? Dicunt ei, Domine, ut aperiantur oculi noſtri.* Cur autẽ rei gratia eos interrogat? Nequis. ſ. putet aliud illos petiſſe, & aliud ipſum præbuiſſe. Deinde ubiq; ſolitum ſcimus uirtutẽ, & fidem petentium obductã prius reuelare, *Sup.15.c* & tunc demũ eos curare, tum ut in imitatione alios *Ibid.8..a* concitet, tum ut curationis dono dignos fuiſſe de- *Ibid.9.c* mõſtret. Hoc & i muliere illa Chananæa effecit, hoc

B in Cẽturione, hoc in ea q̃ fluxum ſanguinis patiebatur: ímo uerò mirabilis illa mulier interrogationem domini prẽuenit, nec tamen ẽt ſic ab eo prętermiſſa eſt, ſed poſt curationẽ prædicatur. Ita ubiq; diligentiſsimè aduenientiũ fidẽ reuelabat, & extollebat, qd nunc quoq; factũ eſſe uidemus. Cùm aũt illi uidẽdi facultatẽ petiſſent, miſericordia motus tetigit illos. Hæc quippe curationis ſola cauſa eſt, pp quã in hũc mundum deſcendit. Et quãuis miſericordia ſua, & gratia curet, dignos tamen quæritat: quales illos fuiſſe tam clamoribus, & conſtanti eorum conatu patuit, q̃ quia curati non reſilierũt poſt beneficia, ingratitudinem ut multi oſtendentes: ita & ante curationem perſeuerantis & fortis animi, & poſt donũ gratiſsimi reperti, ſecuti ſunt eũ. *Et quando appropinquauit Hieruſalem, & uenit in Bethphage ad montem Oliueti, tunc miſit duos diſcipulos, dicens: Ite in caſtellum quod contra uos eſt, & inuenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea: ſoluẽtes, adducite mihi. Et ſiquis uobis dixerit ali-* *Cap.xxi.* *quid, dicetis, quia dominus his opus habet: & confeſtim dimittet. Hoc autẽ factum eſt, ut adimpleretur quod dictũ* C *eſt per prophetam: Dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus uenit tibi manſuetus, & ſedens ſuper aſinam, & pullum filiũ ſubingadis.* Sæpe quidem et anteã, nunq̃ uerò ita clarè in *E Iſa.62.d* Hieruſalem aſcendit. Quæ nã igitur huius rei cauſa *& Zach.* eſt? In diſpenſationis exordio, cũ nec ipſe ita clarus *9.b* eſſet, nec paſſionis tempus appropinquaret, indifferenter cũ illis uerſabatur, occultans ſeipſum. Nã nec ipſe mirabiliter patefaciendo ſe uiſus eſſet, & illi maiore inuidiæ incendio flagraſſent: nunc aũt cum uirtutis ſuæ multis ſignis periculũ fecerat, & crux in ianuis adeſſet, clarius ſeipſum reuelat, & cũ maiore, ac congruente omnia facere authoritate uidetur, ſed propter hęc maioribus inuidię ſtimulis tabeſcebãt: quæ quanquam ſic ab initio agere poterat, cómoditatem tamen ordinati progreſſus conſeruauit. Tu uero diligenter expende quot mirabilia peragit, & quot prophetias adimplet: aſinã inuenturos prædixit, neminem prohibiturum, & oẽs tacituros affirmauit, q̃ Iudæorum culpa non parua eſſe uidetur: ſi quidem qui nunq̃ eum uiderunt, ſua ipſi ſine cõtrouerſia tradũt, cum Iudæi etiam per diſcipulos ſigna facientem uidentes non receperunt. Non fuit res ipſa parua. Quis enim illis perſuaſit, præſertim pauperib⁹, ac forſan agricolis, nullo modo aduerſari? Cur D dixi, non aduerſari, ſed nec interrogare quidem, aut interrogantes reſponſo audito tacere, atq; cedere? Nã utraq; iſta pariter mihi mirabilia, & inaudita uidentur: Non. n. paruum eſt, cum traherentur iumenta, nihil dixiſſe: & ſi dixerunt, cum audiſſent quia dominus illis idigeret, ceſsiſſe, maximè cũ non ipſum, ſed diſcipulos eius uiderent. Hinc oẽs docet, Iudęos in ipſum irruẽtes ſolo nutu reprimere potuiſſe. Hinc etiam diſcipulos docet, quicquid ipſe peteret, etiam ſi animam dare iuberet, abſq; ulla controuerſia eſſe parendũ. Nam ſi ceſſerunt ignoti, quid diſcipuli facere debent? Duplicem aũt ad hæc prophetiam: alterã opere, alteram uerbis adimplebat. Opere quidẽ, qa ſcriptum eſt à Zacharia, quod in aſina ſicuti rex ſe- *Zac.9.b* debit. Cum igitur id ueluti ſcriptum eſt, expleſſet, alterius ipſe prophetiæ dabat initium, q̃ futura erãt ipſis factis ſignificãdo: Immundarũ enim uocatione gentium, & quia in ipſis requieſcet, & uenient atque adorabunt, eum, res iſtã ſignificabat: ita prophetiæ prophetia ſucceſsit. Mihi uerò non idcirco ſolum in aſina ſediſſe uidetur, uerũmetiã ut uiuendi philoſo- E phia nos eruditet, ita ſimul & prophetias adimplebat, & dogmata ueritatis plantabat, & uiuendi præcepta exemplis præbebat, & affirmabat. Regulas. n. nobis præbet, ne maiora q̃ neceſſarius uſus exigat, re quiramus. Itaq; quando et naſcebatur, non magnifi *Luc.1.c* cas ædes, non locupletem matrẽ, ſed pauperrima, & fabro deſponſatã elegit, & in tugurio naſcitur, & in præſepio ponitur. Sic diſcipulos non oratores aut *1.Co.1.d* prophetas uoluit, nec genere aut fortuna claros, ſed inopes ualde, atq; ignotos. Menſa ſua hordeaceis nõ *Ioan.6.a* nunquam panibus, nonnunq̃ ſuos diſcipulos è foro emerent, referta erat. Recumbebat præterea in fœno: teſtes uiles, neu cõditionẽ uulgi excedentes inducbatur. Domũ nullã habebat, cumq; de loco in locũ tranſeundũ erat, pedibus iter faciebat, & ſic faciebat, ut labore plerunq; cõficeretur. Nunq̃ in ſede, nec in puluinari, ſed in ipſa ſuperficie terræ, modò apud fontes ſolus ſedebat, & mulierẽ Samaritanam *Io.4.b.c* alloquebatur: ſic mediocritatem in mœrendo nos docens, quando res poſtulabat, lachrymas effudit, terminos nobis in omni re cõſtituens, ut quouſque F progrediendũ eſſet, non ignoremus. Quibus ẽt nũc, quoniã iumentis opus eſſe imbecillioribus nõ ignorabat, modum exẽplo dedit, ne aut equis, aut mulis ſublimes feramur, ſed aſino, quando res cogit, inſidere. neq; ulteriꝰ progredi, ſed ubiq; neceſsitate uſum terminare. Sed uideamus iam tam ueiborũ, q̃ rerũ prophetiam: q̃ igitur eſt illa? Ecce rex tuus uenit tibi manſuetis, aſcendens ſuper iugalem, & pullũ nouũ: non currus, ut reges cæteri agens, nõ uectigalia exigens, non elatus tumore, nec ſatellitibus cõſtipatus: ſed magnam undiq; monſtrans humilitatẽ. Interrogetur ergo Iudæus, quis nam regũ aſina uectus Hieroſolymã intrauit? Neminem profectò præter Chriſtum dicere poſſunt. Hæc faciebat, ut quemadmodum diximus, figuris uentura ſignificaret. Etiam. n. hic, & nouus populus olim immundus per pullum ſignificatur, qui poſtquã in eo Ieſus quieuit, ab omni ſorde liberatus, mundus effectus eſt, Perpẽde aũt examuſim imaginem eſſe conſeruatam. Diſcipuli quippe iumenta ſoluunt, quoniam & nos, & illi per Apoſtolos uocati ſumus, & noſtra fides in zelum illos deduxit. Præterea idcirco aſina pullum ſuum

G sequi perspicitur, quoniam post quã in gẽtibus Christus sedebit, tunc & Israelitæ zelantes uenient: quod Rom.11.c Paulus significans, dicebat: Quia cæcitas ex parte Israeli accidit, quousq; plenitudo gẽtiũ intraret, & sic uniuersus Israel saluabitur. Quòd.n. figura hęc factũ prophetiæ figurabat, à dictis manifestũ est. Nisi.n. ita esset, non tanta cura certè propheta pulli ẽt ętatẽ prædixisset. Illud ẽt discimus, quemadmodũ nemo tunc Apostolos, ne abducerẽt, iumenta detinuit: sic null⁹ uetare potuit, ne gentes ab idololatria remouerẽtur. Non aũt in pullo nudo, sed sũper Apostolorũ iniectas uestes insedit. Pullo.n. oblato uniuersa iam 2.Co.12.e à se præbent, sicut & Paulus dicebat: Ego aũt iucundissimè consumam, & cõsumar ego ipse pro animabus uestris. Tu uerò subitam pulli domationẽ admirare, qũo dum esset indomitus, & frẽni oino expers non resilijt, nec reluctatus est, sed quietè quasi assuetus ferebatur. Gentiũ enim obedientia hinc significatur, & repentina in meliorẽ uitam mutatio: q̃ omnia illis uerbis facta sunt: Soluentes, adducite mihi: ita in ordinata in ordinẽ, & imnũda ad mundiciem H redacta sunt. Deiectionẽ Iudæorum considera, qui quanuis tam multa eius signa uiderint, nunq̃ tamen ipsum sic admirati sunt, quemadmodũ nunc: quia turbas cõcurrere aspexerunt, uehementer obstupescunt. Cõcussa.n. fuit, inquit, uniuersa ciuitas, dicẽs: Quis est hic? turbę aũt dicebãt: Hic est Iesus prophe ta, qui est à Nazareth Galilææ. Ita quando tandem magnũ quid de ipso dicere uisi sunt, tunc humilis, & abiecta smia sua humi trahebatur. Hæc aũt faciebat, non ut se hac pompa ostẽtaret, sed partim, ut & prophetiam (ut diximus) implere, & uitã nostrã instrueret: partim, ut discipuli hęc maximè solamen mortis eius haberent, cũ uiderent in nullo inuitũ posse uiolari. Tu uerò id etiã admirare, quomodo tam à Zacharia, q̃ à Dauid ad unguem ista prædicta fuerunt. Sic igitur ẽt nos faciamus, & laudes cantemus, & uestimenta eis tradamus, qui ipsum afferunt. Qua.n. re digni erimus, cum illorũ alij asinam uestimentis suis Christi sessuri gratia ornarent, alij indumenta humi sternerent: si nos nec nudũ ipsum uidentes, à reconditis pro eo quicquam impendere uolumus? Et cũ illorum alij præcedant, alij subsequantur, nos aduenientem repellamus, atq; contemnamus: quo putas hęc supplicio digna esse? Accedit ad te dominus indigens, tu ne supplicantẽ quidem audire poteris, sed accusas & increpas, præsertim cum talia uerba percẽ peris. Quòd si ad poculum argenti offerendũ, & fiũsta panis præbenda adeò tenax, auarus, & piger es, quid faceres si uniuersa tibi essent euacuanda? Nõ uides quot quantaq; hi qui se munificos uulgò appellari uolunt, scortis in theatro largiuntur? illorum tu nec centesimã quidem partẽ dare sustines. At quando diabolus qbuscunq; obuiis dare iubet, & si huic rei gehenna immineat, iucundè tamen illi obtempe ras: cũ uerò Christus regnũ, si indigẽtibus obtuleris, tibi retribuat, nõ modò nihil præstas, sed insuper ẽt petentes cõtumeliaris: sic apertè mauis obedire diabolo ut puniaris, q̃ Christo parere ut saluẽris. Quã quidẽ uecordia nescio, siquid uesanius unquã possit excogitari: gehennã ille, hic regnũ pollicetur: & uos hoc neglecto ad illum accurritis, & hũc uenientem repellitis, illum ẽt cum longè absit, uocatis. Non aliter ergo fit, ac si cum diadema, & purpurã rex afferret, sperneretur: latro autem qui acutũ quo te inter- ficias mucronem largiatur, facilè persuadeat. Quæ K intelligentes, charissimi, aperiamus oculos aliquando, & uigilemus oro. Ego.n. iam erubesco cũ toties me dixisse de eleemosyna sciam, & nihil exhortationibus meis dignũ confecisse uideam: & factũ quidẽ esse aliquid non ignoro, nõ tamen tantũ quantum optabam. Sed cerno quidem uos seminantes, nõ tamen plena dextera: quare timeo, ne parcè quoq; metatis. Vt tamen parcè proiici semen uideatis, cõsiderate, si uidetur, utrũ plures in cuiitate inopes, an diuites. Ego quidẽ puto decimã ferè partem ciuium diuitiis affluere, & decimã tanta paupertate opprimi, ut nihil penitus habeant, cæteros inter conditionẽ istorũ collocari. Partiamur igitur multitudinẽ urbis per egenorũ numerũ, & uidebitis q̃ magnũ ex hac cõsideratione dedecus erũpat: Nã qui magna copia rerũ abundant, pauci certè sunt, quorũ uerò medio cres fortunæ, multi: qui aũt nihil habẽt, paucissimi. Cumq; plurimi sint q famescentes possint saturare, multi tamẽ esuriunt, nõ quia nõ possumus illis satisfacere, sed qa durities & inhumanitas corda nostra occupauit. Nã si locupletes, & illi qui mediocris for- L tunæ sunt, cibo & uestitu indigentes inter se partiantur, uix centũ aut quinquaginta uiri unũ pauperem sortientur. Et in tanta eorũ multitudine qui subueni re possunt, egẽtes pauperiem suã quotidie famescentes deplorãt. Sed ut apertissimè inhumanitatẽ eorũ uideas, unius diuitis, nec ualde locupletis hæc ecclesia fructus colligens: cogita tecũ quot uiduis, quot uirginibus quotidie succurrat. Iam.n. numerus eorũ in catalogo asscriptus ad tria milia peruenit: & præterea multis q carceres habitãt auxiliatur, multis in hospitali laborantibus, multis aduenis, multis leprosis, oibus qui altari assistũt, cibaria & indumẽta præbet, multis ẽt qui quotidie ad petẽdũ accedunt, nec tamẽ ecclesię opes, idcirco diminutæ sunt. Quare si decẽ solũmodo uiri hoc impendio in pauperes sic uterẽtur, nullus in hac urbe fame, aut nuditate laboraret. Sed qd inquies, liberis nostris relinquimus? Sortẽ certè, quãuis & fructus ita dispositi mirificè crescãt, & in cœlis recõditi uobis cõseruentur. Quòd si ita nõ uultis, mediã saltẽ fructuũ partẽ, aut tertiam, aut quartã, aut qd minimũ est, saltẽ decimã Christo præbeamus. Gratia.n. & misericordia dei decẽ urbiũ M inopes hęc ciuitas nostra continuè posset enutrire. Qd si uultis, ratiocinando tamẽ inquiramus, quis ita res pateat, ut nulla ratiocinatione nobis opus esse uideatur. Videtis igitur quot quãtaq; una domus ad ciuilia onera, quotannis cõferẽs, nunq̃ hac impẽsa laboret, quã si diuitũ singuli pauperum gratia susciperẽt, momẽto cœlũ raperẽt. Quę igitur uenia, q̃ satisfactio poterit esse, cũ ex istis rebus, quas oino moriturí relinquimus, nõ ita indigentib⁹ copiosè prębeamus, sicut multi scenicis tribuunt, pśertim cũ ęternę sic danti retributiones debeãtur? Oportebat qdẽ ẽt si hac in uita perpetui maneremus, huic benignitati nõ parcere: cum uerò paulò postea nudi hinc rapiamur: q̃ nobis satisfactio erit, si nec à nostrorũ fructibus pdiorũ esurientib⁹ opitulamur? Non.n. cogo facultatẽ minuere, nõ qa id nolim, sed qa te ualde alienũ ab hac re perspicio. Nõ ergo audeo illud dicere, sed ad exponẽdos fructꝰ hortor, & nihil esse hinc reponẽdũ cõsulo: satis est tibi, quòd q̃si à copioso fonte pecunia fructuũ cõfluat indies. Eac inopes rerum tuarũ pticipes, dispẽsa probè q̃ tibi diuinitus cõmen-

A data sunt. Sed onera publicè, inqes, tribuo. An ideo forsan despicis, qa nemo te hic dare cogit? & publicè qdẽ, quãuis nihil agri tui produxerint, necessariò pbes, cũ non audeas aduersari: Christo uerò ita miti, & tũc solũmodo petenti cũ fertilitate agrorũ abundas, nec iucundè quidẽ respondere dignaris? Quis igitur te liberabit à tormentis futuris? Nullus certè. Nã si pp has præsentes pœnas in tribuendo ciuitati diligentissimus es, grauiores esse futuras memento, ubi non in carceres, sed in ignẽm deiicieris æternũ. Quare horũ oĩum gratia hæc tributa pauperibus primũ conferamus. Nã & facilius id facere possumus, & merces maior debetur, & maiora multò meremur, & acerbiora, non facientibus supplicia immi nẽt, q̃ nullũ unquã habitura terminũ sunt. Quòd si milites tibi alendos obiicias, qui pro te cũ Barbaris pugnent: cõsidera nõ paruũ esse pauperũ exercitũ, qui periculosum pro te bellũ suscipere parati sunt. Nã si quicquã abs te acceperunt, deũ orando propitiũ tibi reddent, & loco Barbarorũ, insidias dęmoB nũ procul repellent, uires diaboli debilitantes, ut nõ possit oĩno animã tuã expugnare. Quare cũ uideas hos quotidie milites ad regem precibus pro te intercedere, alimenta sibi quasi debitum conferas tributũ. Mitissimus.n. est rex hic noster, nulla ui exigit: sed sponte oblatũ ẽt si minimũ sit, suscipit: & si longo temporis spatio necessitate quapiam detentus non feceris, nõ cogit. Non abutamur ergo longanimitate, ac misericordia eius, uerũ reponamus nobis non irã, sed salutẽ: nõ mortẽ, sed uitam: non tormenta & pœnas, sed honores, atq; coronas. Nihil hic impendes, cũ transferantur offerenda, nullus labor suscipiendus est, ut in argentum redigas: alimenta osseras solũ, & ipse dominus in cœlũ transponet, ipse mercaturã hanc quæstuosam faciet: non indiges hic ministris deferẽdi, nec testibus, tutũ semp est quod dedisti, & mirabili mercaturæ genere crescit, atq; C multiplicatur. Prętereа quæ reipublicę tribuis, nunquã tibi redditur, cũ hæc eximiõ quodã fœnore, & lucro spirituali restituentur. Istis.n. respublica, illis tu ipse uteris: quasi.n. deo credantur, chirographũ tibi Prou.19.c diuinitus fit. Qui.n. inqt, pauperis miseretur, deo fœneratur. Etenim quãuis dominus oĩum sit, non est tamẽ dedignatus & arra, & uadibus rẽ firmare. Quę nã igitur arra est? Hæc certè præsentia sensibilia, & spiritalia exordia futurorũ. Quid igitur procrastinaris, & inertia corrũperis, cũ multa iã receperis, & maiora expectes? An ignoras fortasis quot, quãtaq; recepisti? ipse corpus tibi formauit, animã creauit, rõne solũ ex oibus animãtibus honorauit, oĩum uisibilũ rerũ usum pstitit, cognitionẽ suã tibi largitus est, filiũ suũ pro te tradidit, baptismum multis plenũ donis cõcessit, sacra mẽsa donauit, regnũ & ineffabilia bona pollicitus est. Qui ergo tot iã accepisti, tanq; accepturus es (non.n. uereor eadẽ rursus repete re) pereuntibus pecunijs pro eo parcis, & qua uenia dignus eris? Sed cũ filios aspiciã, inquies, nõ possum nõ retardari. Nimirũ ad hæc lucra tibi filij quoq; instituẽdi sunt. Nã si magno fœnore argẽtũ tibi esset collocatũ in homine gratoo, nec impotenti. scio huius te male debiti literas liberis relinquere ut ingẽtes inde capiãt fructꝰ, q̃ pecuniã, nec cogerẽtur alios q̃rere ubi tutò queant collocare. Da igitur filijs tuis has literas, deũ sibi debitorẽ relinq̃. Agros qdẽ non uẽdis, sed liberis relinq̃s, ut eorũ fructibus ditiores

euadãt. Hoc uerò chirographũ, quod maiores oĩb⁹ D pdijs fructus reddere solet, relinquere filio recusas? magna certè, id est simplicitas, immo uerò demẽtia pśertim cũ scias, qa quãuis hoc filijs relictũ chirographũ sit, tamẽ & ipse abiens tecũ portas. Talia quippe spiritalia sunt, ut multis multiplicata satis faciãt. Non simus igitur ita pauperes animo, neq; inhumani atq; crudeles aduersus nosipsos: sed quæstuosam hãc mercaturam suscipiamus, q̃ simul & nos abeũtes comitabitur, & filios nostros non derelinquet, & tã nos q̃ illos ad futurã beatitudinem perducet, in Christo Iesu domino nostro, cui gloria & imperium cum patre & spiritu sancto, Amen.

Homilia.lxviij.ex capite.xxi.

Tcũ intrasset Iesus in templũ, eiecit oẽs uendentes, & ementes, & mensas numulariorum euertit, & cathedras uendentiũ colũbas: & dicit eis: Esa.56.e *Scriptũ est, Domus mea, domus orationis uocabitur: uos aũt* & Hier. *eã fecistis spelunca latronũ.* 7.b

Similiter l oãnes quoq; scripsit: sed ille in principio euangelij, hic iuxta finẽ po- Ioan.2.e suit: quare bis id, diuersisq; tẽporibus factũ credendũ est, quod tã à tẽpore q̃ à responso colligi potest. E Apud Ioannẽ enim in ipso pascha, apud istum uerò multò antè in tẽplũ dicitur Christus aduenisse: & tunc ludæi dicebãt, qd signũ nobis ostendis? nunc uerò quãuis acriter reprehensi, tamẽ quia iã mirabilis apud oẽs uidebatur, conticuerunt: qd certè maiorẽ culpã Iudæorum ostendit, qui semel & bis capti, perseuerabant cauponantes, & deo aduersariũ appellãtes, cũ debuissent hinc, & uires suas, & honorẽ quẽ patri tribuebat, agnoscere. Nã & signa iã multa & uerba signis cõuenire uidebãt, dedignabantur tamẽ inobediẽtes, neq; prophetã clamãtẽ audiebant, nec infantiũ pter ætatẽ pconia percipere poterant. Quare ipse quoq; acrius eos accusans, Esaiã induxit, dicentẽ: Domus mea, domus orationis uocabitur. Neq; hinc solũ potestatẽ demõstrat, uerũetiã, quia uarias ægritudines curauit. *Adierunt enim ad deũ claudi, & cæci, & curauit eos,* inquit. Illi uerò neq; sic uirtute ipsius patefacta, quietiore animo esse poterãt, sed F cũ ad signa infantiũ accederent pconia, grauiter angebantur, atq; dicebãt: *Audis quid isti dicunt?* Atqui Christo potius hæc uerba conueniebant, qui cũ in- Psal.8.e fantes sibi hymnũ decantarent, dicere potuisset: nõ auditis quid isti dicunt? Quid igitur Iesus his, qui tã manifestis signis & rebus aduersabantur? Acrius, ut corrigeret, carpsit: dicẽs, *Nunquid legistis, quia ex ore infantiũ & lactentiũ pfecisti laudẽ?* Quam rectissimè, ex ore, dictũ est: non.n. ex mente illorum illa uerba procedebãt, sed uirtute ipsius tenera, illorum lingua ad formãda hæc uerba ducebatur. Quæ res, balbutiẽtes tũc gẽtes, q̃ pòst ex fide maximè sonuerũt, figuratè significauit. Apostolos quoq; nimirũ confortauit. Nã ne ambigerẽt, quoniam rudes homines tantam rẽ potuerint prędicare, hoc infantiũ exẽplo uniuersa huiusmodi mentis angustia sedari potuit, cũ dubitare nequissent, quin & ipsis facultatẽ dicendi daturus sit, qui paruulos fecerat eloquẽtes. Ad hęc naturæ quoq; dominũ, atq; creatorẽ, miraculũ demonstrabat. Infantes igitur, quãuis per ętatem non possent, significant tamen, & rebus conueniẽtiã decantabant: uiri aũt quasi furiosi loquebantur. Tale quid certè nequitia est. Verũ quoniam multa erant quibus inflãmabantur turbæ, uidelicet facta simul & dicta, eiectio uendentiũ de tẽplo, miracula, par-

G uulorũ laudes:ne tumor eorum oĩno exardesceret, non incepit docere,sed relinquens eos decessit. *Manè autem in urbem reuertens esuriuit.* Quãdo manè sic esuriuit? Quando carni concessit, tunc ipse passionẽ suã ostendit. *Et uidens,* inquit, *ficum in uia,iuit ad eam, nec inuenit nisi solũ folia.* Alius uerò euãgelista scribit nondum tẽpus fuisse. Quo ergo, si nondũ tps erat, Mar.11.b tanq̃ fructũ inuenturus iuit ad eam? Patet igitur cogitationibus discipulorũ id dictũ esse, qui hæc ceu imperfectiores suspicabantur, quorũ cogitationes nonnunquã scribunt euãgelistæ. Neq; hoc solum secundũ mentem ipsorũ scriptũ est,uerumetiã & quia ideo maledicta ficus fuit, quia non habebat fructũ. Cuius igitur gratia maledicta est? Certè, ut discipuli considerent. Nã quoniã semper beneficia conferẽs, nullũ unquã punuit,ut tam discipuli q̃ Iudæi sibi psuadeant uerbo solũmodo posse ipsum crucifigẽtes exiccare,sed spontè oĩa sustinere, puniendi uirtutẽ, non in hominẽ, sed in arborem opportunè nũc demonstrauit. Cum aũt loca,uel plantæ, uel animantes rationis expertes tale quid patiuntur,noli curiH sius quare ita factũ sit inuestigare. Nõ ergo q̃re utrũ meritò exiccata ficus sit,si tẽpus nõ erat, deliratiõis nempe id mihi uidetur extremę:sed signum solũmodo considerãs admirare, & creatori gloriam redde. Sup.8.c Sic & in submersis porcis rationẽ iustitiæ diligenter inquirentes multi fecerunt, quibus mens adhibẽda non est. Quã igitur ob rem hoc modo descripta res est? & cur ita causa maledictionis esse uidetur? Discipulorũ,ut diximus, cogitationes sequentes euangelistæ ita scripserũt:frustra uerò legem nõnulli perficum significari contẽdũt: fructus.n.legis fides erat, & tũc tempus fructus aderat huius, & lex quippe ipsum produxit. Iam.n.inquit, albæ regiones sunt, & ad messem paratæ. Et,mitto uos ut metatis, q̃ nõ seIoan.4.c minastis. Nihil igitur horũ hic significatur,sed puniẽ Ibidem. di uirtus,ut diximus, manifestatur: qd inde perspicuum est, qa nõdũ tempus fuisse scribitur: nõ enim ad experiendũ fructum,sed discipulorũ causa fecisse hoc uerbo aperitur, qui magna hoc miraculo admiratione cõmoti fuerunt. Nã etsi multa, maioraq; signa uiderũt, nouũ tamen atq; inauditũ hoc fuerat, nunc quippe primò puniendi uirtutem adaperuit. Quapropter nõ in alia, sed in hac humidissima planI ta id fecit, ut mirabilior res uideretur. Verum ne iste scrupulus perturbet, utq; clarè uideas cõfidẽtiæ causa discipulorũ id factũ fuisse, audi q̃ sequuntur: quid igitur dicit? *Et uos maiora facietis,si credere, ac in oratione confidere uolueritis.* Vides pp eos totã hanc rem factã esse, ne inimicorũ insidias formident? Ideo iterũ istud repetit,ut in credẽdo atq; orãdo firmius figat. Non.n hæc facietis solũ, inquit, uerũetiam montes orãdi & credendi uirtute facilè trãsponetis. Insolẽtes aũt Iudæi, & magnò tumore inflati, ut docentẽ interpellarent, accedẽtes sciscitabãtur. *Qua potestate tu hæc facis?* Nã quoniã detrahere miraculis nequibãt, cauponantiũ in templo correptionẽ obiiciunt, qũo etiam apud Ioannem, quãuis non eisdẽ uerbis, eadẽ tamen mente feciſſe uidentur. Quod enim ostendis nobis quia hæc facis, Iudæos dixisse retulit: sed ibi quidẽ respondisse scribitur, Soluite tẽplum hoc, & in Ioan.2.d tribus diebus erigã ipsum: hic uerò insolubili ambiguitate ipsos tenuit irretitos: unde perspicuum est in pricipio, & exordio miraculorũ illud, hoc uerò iuxta passionem gestum fuisse. Tale aũt est quod dicunt: Quando tu magisterij sedẽm ascendisti, aut quãdo K sacerdos ordinatus, qa tanta potestate uteris? Atqui nihil ipse arroganter egit, sed ornatũ & decus templi defendit: nihilominus quia nihil aliud habebãt, hoc reprehendunt: nec in ipso eiiciendi tpe fecerunt, multitudine miraculorũ confusi: postea uerò quamprimũ uiderunt eũ, tũc instant atq; increpãt. Quid aũt ipse? non è directo, sed apertè ipsis respondet. Facilè nanq; illis patere poterat potestas eius, si discere uoluissent: sed è contra ipsos interrogat, dicens. *Baptisma Ioannis unde erat, è cœlo, an ex hominibus?* Sed q̃ nã, inquies, hæc rerum consequentia est? Optima certè. si è cœlo respondissent, cur ergo, intulisset, nõ credidistis ei, cui si fidẽ adhibuissetis, hæc nõ esse interroganda sciretis. Non.n.fum sufficiens, dicebat ille de Luc.3.d Christo, calceamenti eius corrigiã soluere. Et iterũ: Ioan.1.d Ecce agnus dei, qui tollit peccata mundi. Et, hic est Ioan.3.d filius dei: &, q̃ desuper uenit supra hoies est: &, quo- Ioan.3.d niam uentilabrũ in manu eius, & purgabit aream suã. Sup.3.c quare si Ioanni credidissent, nõ esset eis difficile co- Luca.3.d gnoscere, in qua hęc faceret potestate. Cum aũt illi L ex malitia nescire se respõdissent, nõ retulit, Nec ego scio: sed, nec ego dico uobis. Si.n.ignorabãt, doctrinam petere oportebat: uerũ quoniã uersutè agebãt, merito nihil eis uoluit respondere. Cur aũt non dixerunt ex hominibus baptismũ esse Ioannis? *Turbas,* inquit, *formidabant.* Perspicis cordis eorũ peruersitatem? deum ubiq; cõtemnũt, & cuncta pp homines peragunt. Nã & Ioannẽ non quia tantũ uirũ uererentur, sed multitudinis opinione perterriti metuebãt. Christo quoq; ipsi pp homines, ne minores uiderentur, credere nolebãt: oĩa deniq; hinc eorũ mala oriebantur. Deinde dixit eis: *Quid uobis uidetur? Homo quidã habebat duos filios,& dixit primo: Vade hodie operari in uineam. Ipse aũt respõdens dixit, Nolo: postea autem pœnitentia motus, abiit. Et cum accessisset ad secundum dixit similiter. Ipse autem respondit, ac dixit: Vado, & non abiit. Quis ex duobus fecit uolũtatẽ patris?* Dicũt primus. Rursus per parabolas loquitur, ac eos reprehendit, tum ingratitudinẽ eorũ, tum duritiem deprauationis occultius significãs: hoc.n.hi duo filij designãt, quod & in gentibus, & in Iudæis factũ est. Gẽtes.n. cum nõ promiserint obedientiã, quippe qui nec legẽ audierint, re ipsa obtemperarũt: Iudæi uerò, quãM uis promiserunt oĩa se q̃ deus dixerit facturos, opere tamen neglexerunt. Ideo ergo ne credant legẽ sibi prodesse, per eã cõdẽnandos esse magis ostẽdit. Sic & Paulus, nõ auditores, inquit, iusti sunt apud deũ, Rom.2.b sed factores legis iustificabuntur. Propterea ab ipsis elicit sniam, ut à se ipsis cõdemnati cõticescãt: quod & sequenti parabola uineę cõficit, q̃d ut facilius peragat, in aliã personã crimẽ transtulit. Nam quoniam noluerũt è directo fateri, per parabolã quam nõ intelligentes, simpliciter ac rectè snĩam protulerunt, occultius ad quod uolebat eos protraxit. Et tunc tãdem q̃d parabola tenebris obduxerat, perspicuũ facit dicens: *Quia publicani, & meretrices præcedẽt uos in regnum cœlorũ. Venit enim Ioannes ad uos in uia iustitiæ, & nõ credidistis, publicani uerò & meretrices crediderũt ei: uos aũt uidentes, nullam ad credendum ei postea pœnitentiã fecistis.* Nã si confestim à scortis eos præueniri dixisset, onerosa certè hęc oratio uisa fuisset: nũc aũt post prolatã ab ipsis snĩam leuior uidetur, quapropter causam addidit, Quæ nam porrò causa erat? Venit Ioãnes, nõ ad illos, sed ad uos, inquit, & uenit in

uia iustitiæ:

A uia iustitiæ: nullo enim iure potestis eum criminari, nec dicere unquã audebitis negligentẽ illum, aut leuem fuisse. Nam & uita eius irreprehensibilis fuit, & prouidentię singularis, & tamen nõ attendistis ei. Illud ẽt aliud crimen uestrũ est, quia publicani ei attẽderũt. Et rursus aliud, quia cũ debuissetis uel ante publicanos credidisse, uos nec post illos quidem uoluistis. Quod sicut omni uos uenia priuat, & accusationem uestrã amplificat, sic eximia illorũ laus est: uenit.n. Ioannes ad uos, & non recepistis: nõ uenit ad illos, & receperũt. Nec tamen exemplo eorũ inducti estis. Perspice oro quòd laus illorũ, & quòd accusatio istorũ crescit argumentis: uenit ad uos, nõ ad illos, & nõ credidistis uos, hac re ipsi scandalizati non sunt, crediderũt illi mihi, uobis hęc res profuit. Ante cedere aũt, atq; præire publicanos dicit, nõ quia isti sequantur, sed quia si uolunt, sequendi potestas sibi relicta est. Nihil certè magis, q̃ æmulatio rudiores cõMar.10.e citat. propterea crebrò dicebat, primi ultimi, & ultimi primi: propterea scorta, & publicanos in mediũ producebat, ut istos cõmoueret. Nam extrema sunt hęc utraq; delicta, ex concupiscentia feruenti, alterũ B corporũ, alterũ pecuniarũ oriuntur: ita ostendit id esse maximè legi diuinę obtẽperare, Ioanni credere. Nec ergo gratiæ solũ est, quòd meretrices introeãt, uerumetiã iustitię. Non.n.permanẽt meretrices post quã intrarunt, sed obedientia & fide purgatę rac cõmutatæ intrauerũt. Perspicis qũo partim parabola, partim meretricũ cõmemoratione & uehemẽtẽ, & minus onerosam orationẽ efficit? Non.n.illico, cur non credidistis Ioãni, dixit, sed publicanos, & meretrices credidisse primò asseruit. Deinde ut uehementior oratio fieret, illud subiunxit ab ipsa rerum subsequentia, nõ uenialiter eos peccare arguens, simulq; ostendẽs ad aucupandã hominũ gloriam, sic ab eis uniuersa fieri. Christum.n.fateri nolebãt, timẽtes ne à synagoga pellerentur: Ioanni rursus detrahere nõ audebant, non ueneratione aliqua, sed timore. Quę oĩa ita, ut diximus, redarguit, ut grauiore postea uulnere sauciaret, dicẽs: Vos aũt uidentes nõ pœnituit postea, ut illi crederetis. Improbũ.n.est, non diligere bonũ ab initio, sed multò maior culpa est, nolle perC pœnitentiã regredi: hoc enim maximè plures corrũpere, & ad profundũ nequitię depellere solet: quod multos ẽt nunc uecordia, ac insania extrema, facere uideo. Sed nemo uestrũ, oro, hmõi esse uelit, uerũ si etiam ad extremũ esset prauitatis delapsus, nõ desperet posse ad meliora se trãsmutare: facile quippe est, uel ab ipso improbitatis barathro seipsum recipere. An nõ audistis qũo illa meretrix q̃ omnes impuditiatia superauit, uniuersos rursus continentia & uirtute reliquit? non dico illã, de qua in euangelio scribitur, sed hanc q̃ nostra memoria ex Phœnice omniũ ciuitatũ iniquissima fuit. Hęc.n.pueris nobis apud nos erat, & cũ prima in theatro esset, nomẽ eius ubiq; febatur: nõ in urbe nostra solummodo, sed ad Cilicas usq;, & ad Cappadocas, Hæc multorũ patrimonia exhausit, hęc multos parẽtũ orbos tenebat, hęc maleficis quoq; utiartibus dicebatur, quasi non eleganti corporis forma solũ, uerumetiã magicis cantibus, & herbis retia tenderet: hæc reginę quoq; fratrẽ attraxit, tãta cupidinis tyrãnide possebat: sed subitò nescio qua re, imo uerò certissimè scio: uolũtate nãque cõmutata, & dei gratia hoc modo impetrata, oĩa illa spreuit, & calcauit: ita diaboli officina proie-

Tomus secundus.

cta, facilè ad cœlũ ascendit: & quãuis nihil erat ea petulantius dum in scena uersaretur, postea tamen cõtinentię magnitudine multas antecelluit. Ciliciũ.n. induta per totã reliquã uitã hoc se pacto exercebat, huius gratia & præfectus à scenicis perturbatus armatos milites misit, qui nõ potuerunt eam rapere, nec à numero uirginũ q̃ ipsam receperũt abducere. Hęc cum ineffabili sacramento cõmunicasset, & cõdignè suscepta gratia uixisset: uniuersis per gratiam maculis detersis, naturę demũ concessit. Mirabilem enim philosophiã post baptismũ ostẽdit, nec unquã amantibus antea, eamq; sequentib⁹, ac diligenter q̃rentibus uisa est: sed postea quã semel seipsam inclusit, multos annos quasi uincta in carcere⁹ peregit: sic erũt primi ultimi, & ultimi, primi. Sic accesso ac in- Sup.20. flãmato animo nec ulla re alia nobis opus est, ut exi b mij ac mirabiles efficiamur. Nemo ergo qui malè uixit, desperet: nemo qui uirtutẽ colit, confidat ac dormitet, ne meretrix quæpiam eũ anteuertat. Ille aũtẽ non desperet, ut dixi, cũ ante primos ẽt possit uolitare. Audias quid deus ait ad Hierusalẽ, Dixi postq̃ fornicata es in luis oĩbus, ad me cõuertere: & conuersa Hie.3.a nõ est. Certè cũ iam ad amandũ deũ feruenter redierimus, nõ sicut hoies solet ĩproperare. Præterea nec quando pœnitentiã agimus, qa longo tpe ab eo abfuerimus, exprobrat: sed si solum ut decet, conuertamur, ac ei ualde inhęreamus, & carnes nostras timore suo affligamus, cõfestim nos, amplectitur, fouet, & pręcipua charitate prosequitur: quarũ rerũ multa non solũ in nouo, uerũetiam in ueteri testamẽto uidere licet exempla. Quis.n. Manasse deterior fuit? sed facilè conuersus propitiũ sibi deũ largis reddidit 4.Reg. lachrymis. Quis Salomone fœlicior: sed cũ negligen- 21.a.& tia dormitasset, decidit in profundũ. Verũ has am- 2.Parali. bas in eius patre mutationes possum ostendere, qui 33.a.b modò diligenti pnia in sublime scãdebat, modò ne- 3.Re.11.a gligentia in infima labebatur. Quis Iuda beatior? sed &.2.Esfactus est proditor. Quis miserior Paulo? sed uas elædræ.13.d ctionis cõstitutus est. Quis Matthęo peior? sed Apostolis est connumeratus. Quis Simone laudabilior? sed factus est omniũ abiectissimus. Quam multas hmõi mutationes & olim, & nuper factas, & nunc quotidie fieri nõ ignoramus. Quas ob res sępius mihi illud dicẽdũ esse uideo, nec illi q uixit in scena desperandũ esse: nec huic qui uersatur in ecclesia, oĩno conficiendũ. Ad hũc.n.ait: Qui se existimat stare, uiF deat ne cadat. Ad illũ uerò: Nunquid q cadit, non re- 1.Co.10.c surget? Et iterũ: Dirigite dissolutas manus, & genua Hier.8.b paralytica: Et rursus ad probos, Vigilate ait: ad illos Esa.35.a aũt, Surge qui dormis, & suscitata te à mortuis. Nã Infr.24. alijs qdẽ conseruãda sunt, q̃ acquisierunt: alijs aũt ne d cesse est, ut cõmutati id fiant, qd nõ sunt. Nã ut alteEphe.5.c ris conseruare sanitatẽ opus est, sic alteris ab ęgrotatione seipsos liberare. Multi quippe à morbo diligentia conualuerũt, & multi ex sanitate in morbũ negligẽtia inciderũt. Ideo ad illos qdẽ dicit: Ecce sanus fa- Ioan.5.c ctus es, noli amplius peccare, ut nõ deterius tibi ali- Ibidem. quid fiat: ad hos aũt: Vis sanus fieri? tolle lectũ tuũ, & uade in domũ tuã. Peccatũ nanq; grauissima paralysis est, nec paralysis solũmodo, sed paralysi etiã peius: hmõi enim hoies nõ solũ in otio, ut ita dicã, uirtutis uiuunt, uerũetiam in opere nequitiæ degũt. Et tamen si q hoc pacto dissolutus iacet, paululũ se uoluerit erigere, cõfestim ab uniuerso morbo liberatur. Et si triginta & octo annos iacueris, nihil tamẽ

G prohibebit, si uolueris sanus fieri: adest.n.nunc ēt Christus clamās, Tolle lectū tuū: modò uelis tu surgere, modò nō desperes. Non habes hoiem, sed habes deū: non habes qui te ualeat in piscinā imittere, sed habes eū, qui potest facere, ne tibi opus piscina sit. Non habes, qui te in piscinā iniiciat, sed habes eū qui potest te iubere, ac dicere: Tolle lectum tuū. Ita nō potes dicere, dum ego uenio alius ante me descēdit, nullus uetat si uolueris in fontē gratiarū descendere. Hęc quippe gratia nunq̄ consumitur, nunq̄ euacuatur, cōtinuè fons hic emanat, & à plenitudine ipsius & corpus & animam oēs curabimus. Adeamus igitur alacri animo. Nā & Raab meretrix erat, sed saluata est; Latro truculētissimus fuit homicida, sed paradisi ciuis effectus est. Nec Iudæ profuit quòd magistrū discipulus sequebatur, sed perijt: latro aūt in cruce probū se discipulū fecit. Hęc dei mirabilia sunt: sic magi cōprobati, sic publicanus euāgeliū cecinit, sic Paulus è blasphemo in Apostolū euasit: hæc cōsiderās nō desperā, sed misericordia domini fretus, excita teipsum, uiā solūmodo facere incipias, & citò per

H uenies. Caue ianuam tibi prędudas, ingressum obsepias, breuis prędens est uita, paruus est hic labor: qui etiā si magnus esset, neq; sic tamen renuere debemus. Nā si hunc laudabilē pniæ ac uirtutis laborem non suscipies, nullo tamē pacto labores, & afflictiō nē huius seculi effugies: quòd si utrobiq;, siue uirtuose uiuas, siue nō, labor inest: quamobrē nō illū laborem eligamus, cui uberes fructus, & merces copiosa debetur? quāuis nō idē uirtutis, ac secularium rerum labor, nec equalis oīno sit. Crebra.n. pericula in seculo sunt, alia super alia detrimēta semp accedūt, spes tenuis, magna tam pecuniarū, q̄ corporis seruitus: solicitudo animi cōtinua, quorū omniū retributio minorē semper fructū afferre solet, q̄ opinaberis: siquidē aliquis oīno fructus sequetur. Nō.n.ubiq; hic secularium rerum sudor fructuosus est: uerūtamen ēt quādo nō decipit, si magnā ubertate sua lætitiā attulit, paruo tamē tpe durat. Nā cum iam senueris nec harum rerū usū plurimū delectaris, tunc laboris merces accedūt. Ita sudore, ac miseria florēs ętate, ac ualidus continuè opprimeris: senio aūt cōfecto, dissoluto iam corpore, deliciandi potestas uix cōceditur, cū & sensus ipse sit extinctus: qui ēt si uigeret, tamen propinquæ mortis memoria licētius uti nō potest. In uirtute uerò non sic, sed labor quidē terminatur cadēte corpore, corona uerò & merces iam senescēti, iam & immortali, atq; perpetuo redditur: ita laborandi afflictio in hoc seculo, & breuissima est, retributio uerò in futuro est infinita, ut quieti ęternæ nihil triste succedurū sit. Nulla quippe mutatio, nullus casus in posterū ibi timendus est. Quæ igitur huius seculi bona sunt? q̄ multis parta sudoribus, cū nec tuta, & breuia & fragilia sint, anteq̄ appareant euanescunt: Aut quo cum illis conferri possunt, q̄ stabilia, firma, ac immortalia, & nullius laboris sunt? cum in Christo certaminis tpe coronas tibi afferāt florescētes. Nam qui pecunias aspernatur, nō paruam hic ēt accipit mercedē, oīs curæ, inuidiæ, caluniæ, insidiarū deniq; oīno expers. Qui modestè ac pudicè uiuit, etiam hic non paruo animi gaudio fruitur, ab omni turpitudine, impudico risu, periculis, reprehensione, cęteris q̄ hmōi liberatus. Oīs certè uirtutis partes etiam hic mercedem afferūt secum. Vt igitur & præsentibus & futuris bonis potiamur, fugiamus nequi

I

Ioan.5.a

Iaco.2.d
Luc.23.f

tiam, & pro uiribus uirtutē insequamur, si uolumus K
& hęc, & futura bona, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi consequi, cui gloria, imperiū & honor, nūc & semper, & in secula seculorū, Amen.

Homilia lxix. ex cap. xxi.

Liam parabolam audite: Homo quidam erat pater familias, qui plantauit uineam & sepem circumposuit ei: & fodit in ea torcular, & ędificauit turrim, & dedit eam agricolis, & peregrè profectus est. Quando autem appropinquauit tempus fructuum, misit seruos suos, ut acciperent fructus eius. Et agricolæ apprehensis seruis eius, alios quidem cęciderunt, alios autē interfecerunt, alios autem lapidauerunt. Rursus misit alios plures prioribus, & fecerunt illis similiter, nouissimè autē misit filium suum, dicens: Verecundabuntur fortè filiū meū. Agricolæ autem uidentes filium, dixerūt in semetipsis: Hic est hæres, uenite interficiamus eum: & possideamus hæreditatem eius. Et cum eiecissent extra uineam, interfecerunt eū: Cum igitur uenerit dominus uineæ, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi: Malos malè perdet, & uineā suam locabit alijs agricolis, qui reddent ei fructum temporibus suis. Dicit eis Iesus: Nunquam legistis in scripturis. Lapidem quē reprobauerunt ędificantes, hic factus est in caput anguli? Multa ex hac parabola ęnigmaticè denotauit. Nā & prouidētiam suam à priscis temporibus illis semper mirificè affuisse ostēdit, & cædi semper eos uigilasse significat, & nihil ab eo qd ad salutem eorū pertineret derelictū demonstrat, & post prophetarum atrocissimā necem, non alienatū fuisse deum, sed filium quoq; suum eis mississe designat: noui quoq; & ueteris testamenti unū, eundemq; deū esse confirmat, & grandes atq; mirabiles mortē suam res gesturā prædicit. Et ultima supplicia crucis ac passionis daturos præmonet, gentiū quoq; uocationē apertius denotat, quam in postremis ideo posuit, ut maiora cōmissse cognoscant, q̄ ut ueniā cōsequi mereantur. Cur & quo pacto? Quia cū tantam curā deus eorū semper habuerit, à publicanis tamē & scortis magno interuallo relicti sunt. Expende aūt & prouidentiam eius ineffabilē, & ociositatē inauditā istorū. Plura.n. ipse agricolarū opera fecit, macerię circūposuit, uineam plantauit, paruū quid agricolæ opus ipse reliquit, ut. s. plantatę iam uineæ curam habentes, quæ data fuerunt conseruarent. Nihil.n. ille omiserat, sed omnia perfecta custodiæ suæ tradidit: nihil tamen isti ex prouidentia dei, tot tantaq; bona cōsecuti, lucrati sunt. Nā post exitum ab Aegypto legē dedit, ciuitatē cōdidit, templū erexit, quæ oīa mirabili eius longanimitate facta sunt, quā rem peregrinatione significauit. Misit aūt seruos suos, ut fructū acciperēt, prophetas uidelicet, ut obedientiam, & proba secūdum mandata opera colligerent: illi uerò inaudita nequitia usi sunt. Nam quāuis tanta cura dei honorarentur, tamen non solū fructum reddere non potuerunt, qd uitium negligentiæ erat, uerumetiā modestissimè prophetas missos, occiderunt. Cumq; debuissent ad preces refugere, quia reddere non habebant, non modò id non fecerunt, sed ēt supplicia inferebant, petebant ipsi dare debentes, & prophetarū sanguine manus contaminauerunt. Alios deinde super alios misit, ut istorum proteruia, & mittentis clementia omnib⁹ fieret manifesta. Sed cur, inquies, filium non continuò misit? Vt à multis iam malefactis possent seipsos cognoscere, & superbia omissa filium uererentur: plures rationes reddere possu-

M

A mus, sed ad sequētia festinamus. Quid aūt est, fortasis uerecūdabūtur? Nō ignorātis certè, absit hoc enim, sed magnitudinē peccati uolentis ostendere, cuius nūquā illā satisfactionem ostendere potuerunt: misit ergo sciēs quòd interficerent. Dicit autē, fortasis uerecūdabuntur, q̄ debuissent fieri enarrās: uerecundari.n. proculdubio debuissent: sic & alibi ait: Si fortè audierint: nō.n. quia ignorabat, sed ne

Ezec.2.b quidā examentia dicerēt, p dictione dei coactos obteperare non potuisse, idcirco huiusmodi utitur orationis figura, modò si fortè audierint, modò fortasis uerecundabūtur, dicens: Nā si uecordes in cōseruos fuerūt, Xpi tamē dignitatē reuereri debuerūt: illi uerò accurrisse, cū ueniam peccatorum petiisse debuissent, non modò illud non faciunt, sed solum in

Infr.23.d scelere certant, & priora ultimis superare cōtēdunt: qd & ipse significans dicebat, Repleuistis mensurā

Esa.1.d patrum uestrorū. Ita.n. quidā prophetæ criminaban-

Osee.4.a tur, dicentes: Manus uestræ sanguinis plenæ sunt: et

Mich.3.d Sanguinē sanguini cōmiscent: &, qui ædificāt Sion

B in sanguine, nō castigātur. Nā quāuis hoc primū mā datū habuerūt, ne occidas, multaq; alia ad cōseruationē huius facere iussi sint: prauā tamē hāc cōsuetudinē noluerūt unq̄ deponere, sed secū dicūt: Ecce interficiamus eū. Cur obsecro? quid criminari magnū, aut paruū potestis? an qa nimiū uos deus honorauit? qa cū deus sit homo pp nos factus, innumera ad salutē nostrā miracula fecit: an qa peccata dimittebat, an qa in regnū uocabat? Tu aūt ad impietatē magnā quoq; dementiam accedere, & necis cām insaniæ plenā esse cōsidera. Interficiamus.n. inquiūt, & suā hæreditatē retinebimus. Vbi porrò uolunt occidere? Extra uineā oīno statuerūt. Perspicis

Luc.20.c quō ēt locū prędixit, ubi crucifigendus erat. Ita ecięcerunt eū, inquit, atq; occiderunt. Et Lucas quidem ipsum determinasse ait, quo supplicio huiusmodi serui punirēdi essent: ac illos, absit hoc, dixisse: ac ideo in

Psa.117.d Esa.28.d spexisse eos, testimoniūq; adūxisse. Quid ergo est qd

C scribitur: Lapidē quē reprobauerunt ędificantes, hic factus est in caput anguli? Et quicūq; ceciderit super eū cōfringetur? Matthæus aūt ab illis prolatā sententiā esse asserit. Non autem ulla hic discrepantia, cū utraq; facta esse intelligamus. Prolata enim ab illis sententia postquā senserunt aduersus seipsos ita protulisse, absit hoc, exclamārunt: & tunc testimonio prophetę rē approbauit, ita fore omnimodè affirmās. Vocationē aūt gentiū, ne carpēdi cām acciperent, nō apertè, sed occultius significauit, dicēs alijs se daturū. Propterea & parabola usus est, ut hanc ab

2.Reg.12.b ipsis sententiā eliceret, quod & in Dauid illo factum est, quādo de parabola Nathā sententiā tulit. Tu uerò iustissimè dictā sententiā inde iudica, qd ipsam q ppes iuridica hæc esse, sed ēt à spiritu olim pnuntiata, dei quoq; sententia cōprobant, increpātis modo prophetiā induxit, dicēs: *Nunquā legistis, Lapidē quem reprobauerunt ędificantes, hic factus est in caput anguli? à domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris?* Ita undiq; eijciēdos Iudæos, qa nō crederēt, & gētes introducēdas mōstrauit. Id.n. ēt per Chananæā, id p asinā, id per multas alias parabolas, id per Centurionē apertius significauit, id etiam nunc designat, ac idem subiūgit: A domino factū est istud, & est mirabile in oculis nostris: crediturus.n. gentes, & Iudęos fideles, quāuis magno prius interuallo distarēt, unū

tamē fore cōfirmauit. Et ut uideant nihil horū deo D
esse aduersum, sed ualde acceptū atq; gratū, mirabile ēterea, stuporisq; plenū, à domino istud factum esse subiunxit. Lapidē enim seipsum, & doctores Iudeorū ędificatores uocare solet: sic & Ezechiel ædificātes murū, ac erigētes incōpositè, ait. Quo aūt re

Ezec.43.b probauerūt? dicētes uidelicet, nō esse ipsum à deo, qa turbas hic seducit. Et rursus: Samaritanus tu es, & dæmoniū habes. Deinde ut intelligant nō id solū imminere sibi detrimentū, qa eiūcientur: punitiones quoq; adiecit, dicens: *Qui ceciderit super lapidē hunc, confringetur: super quē aūt ceciderit, conteret eum.* Duas hic perditiones denotauit: Alterā, quia offenderūt, & scandalizati sunt: hoc.n. est quod dicit, qui cecidit super lapidem hunc. Alterā, quia capti, calamitosi, & ęrumnosi semper uixerunt, & uiuēt: quā apertissimè expressit, dicēs: conteret ipsum: hinc & resurrectio sua occultius denotatur. Propheta quidem Esaias in uineā trāslata cā dicit: Quid opportebat me facere huic uineæ, & nō feci? & alibi similiter: Qd

Esa.2.a Hier.2.a inuenerunt patres uestri delictū in me? Et rursus: Populus meus qd feci tibi, in quo te cōtristaui? Ideo in

Mich.6.a grātā mentē eorū, & innumeris beneficijs contraria E
eos semper retribuisse ostendit. Hic autem multò uehementius id positū est. Nō.n. ipse dixit, quid oportebat me facere, & non feci: sed eos ipsos ad ferendā sententiā coēgit, qui nihil derelictum esse à deo, & se peccati condemnauerunt, dicentes: quoniā malos malè perdet, & uineā suam alijs agricolis dabit.

Act.7. Sic & Stephanus ipsis exprobrabat, & summopere mordebat, ostendens magnæ ipsos curę semp deo fuisse, & benefactori deo contraria semp retribuisse: cuius rei signū illud maximū est, quòd nō qui punit sed qui punīuntur, supplicii causa extiterunt. Hoc ipsum igitur tam per parabolā, q̄ per duplicē prophetiā, alterā à Dauid sumptam, alteram fieri uidemus. Quid igitur facere oportuit eos cum hęc audissent? none adorasse? nōne obstupuisse? quia tantā curam & olim, & tunc sui habebat: & si nullo istorū mouebantur, nōne saltem pœnarum terrore moderatiores fieri debuissent? uerū nihilo meliores facti sunt. *Sed eū audissent*, inquit, *cognouerunt quia de ipsis dicebat. Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas, quoniam sicut prophetā eū habebant.* Sentiebat enim iam quia F
seipsum ænigmaticè insinuabat. Nonnunquā autē quando detinere ipsum uolebant, per medios transiens non uidetur: nōnunquā subitò apparens tumida desideria eorū cōprimit, quod & admirantes dicebant: Nōne hic est Iesus, quē querunt interficere? Vide quō liberè loquitur, nec quicquā sibi dicant: hic uerò quoniā timore multitudinis reprimebātur noluit miraculosè per medios inuisibilis transire. Non.n. omnia super hominem faciebat, ut incarnationis dispensatio crederetur. Illi aūt nec timore multitudinis oīno castigantur, nec à dictis ipsius iuuabantur, nec prophetarum testimonia, aut sententiā suam, aut multorū existimationē uerebantur, ita penitus eos auaritię, & inanis glorię, & præsentiū rerū cupido inuaserat. Nihil certè ita præcipitem agit hominē, nihil sic à futuris deiicit bonis, quemadmodū siquis caducis his rebus animū affigit: nec qcquam aliud, & præsentibus iucundè uti, & futuris perfrui fa- *Supr.6.d*
cit, quàm si illa istis prorsus anteposueris. Quærite nanq̄, inquit, primum regnū dei, & hæc omnia adiicientur uobis. Atqui ēt si hęc adiectio posita non

G esset,nō tamen ualde corruptibilia essent desideranda:nunc uerò dum illa cōsequi studeas,istis ēt potieris.Hæc cū ita se habeant,nonulli tamen credere no lunt,sed insensatis lapidibus similes,umbrarū uoluptates insectātur. Quid.n.presentium rerū iucundū est? quid porrò uoluptuosum? liberius.n.uos hodierno alloqui die cōstituit:ferte igitur obsecro,ut facilè uideatis monachorū,& crucifixorū uitā, quę onerosior uobis ac molestior solet uideri, multò ac tenera,molli,& flexibili iucundiorē esse:cuius rei uosipsos audeo testes citare, q̄ periculis nonunq̄ uestris, ne in calamitates,& ērūnas incidatis,mortē optatis: & illos qui in mōtibus,& spelūcis degunt, q̄ cœlibē uitā,& minimē negociosam uiuunt, beatos uerè ac ex animo appellatis, qd eos qui in ocio uitā agētes, in scena & orchestra diem & noctē peragunt, feciſſe nōnunq̄ non ignoro. Nā & si mille uoluptatibus scenici abūdare uideantur,quāuis delectationū fluminа adesse illis credantur, multis tamē amarissimis te
H lis persosi plerūq; iacent.Nā si saltatricis alicui⁹ amoribus captus quispiā fuerit, omni malitia durius, oī peregrinatione molestius tormētū certè sustinebit, omniq; obsessa ciuitate miseriores peraget dies. Sed illis interea omissis,& cōscientię eorum,qui perpessi sunt derelictis,agè de plurimis differamus: quāto in teruallo à iucundissima monachorū uita distare inueniemus,quantū inter trāquillissimū interest portum,& mare tēpestuosum,atq; incōmodū. Perpēde aūt fœlicitatis suæ stabilimenta ab ipsis cōtinuo diuersorijs.Forū.n.& urbes,& tumultus platearum fugientes,in montibus uiuere maluerūt, ubi nihil sibi cū his secularibus rebus cōe est, ubi nihil humanarū rerū perturbat,nō mœstitia, nō dolor, nō acerbior cura,non pericula,non timor, non turpis amor,non aliud hmōi, sed q̄ sunt futuri regni iam meditantur. Valles & montes apud fontes, in solitudine ac tranquillitate habitantes,& cū deo ipsi colloquētes,omni tumultu domus sua oīs uacat,& anima omni passione,& ægritudine liberæ,leuis, subtilis, & ipso tenuissimo aere purior: quorum corpus id.f.est, quo
I Adam ēt ille ante peccatū exercitus, tum gloriā indutus,& deū liberè alloquebatur, & paradisi regionē magna beatitudine plenā habitabat. Cur.n.isti peius se habeant,q̄ ille,quando ante inobedientiam in operādo paradiso fuit cōstitutus? nulla illi secularis erat cura, nulla certè iacturæ ēt uexantur. Integra ille cōscientia cū deo colloquebatur,non aliter isti,imo uerò tantò liberius id faciunt,quāto maiore fruūtur gratia dono spiritus elargita. At uellē oculis domici liū eorum,& disciplinā uiuendi cernere uelletis.uerū quoniā foro & uēdendi, ac emendi opere occupati nō uultis,saltē particulā à nobis aliquā disciplinæ illorū libēter audiatis:oēm.n.illorum uitā perstringere nec operis,nec tpis pſentis est. Ita igitur orbis terrarū lumina in exortu Solis,imo uerò multò ēt ante diem à lectulo surgētes,integri,sobrij,uigilantes: nā nec grauedo capitis, nec rerū cura, nec aliud hmōi eos tanq̄ angelos in cœlo uersatos perturbat. Illico igitur postq̄ in lectulo splendētes,& lęti surrexerint, choro constituto,integra cōscientia oēs q̄si ab uno consonanter ore diligēter hymnis deū laudant, gratias pro uniuersis tam proprijs,q̄ communibus beneficijs ei agentes. Quare illo addam omisso,quid inter angelos, & hūc monachorū interſit chorū libenter interrogauerim, qui sic in terra cantant, & dicunt: Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominib⁹ bonæ uoluntatis? Amictus aūt ipsis fortitudini suę cōueniens circumiacet. Non.n.effœminatæ ac eneruæ per terram sibi uestes trahuntur, sed ita eis præparatæ sunt,ut beatissimis angelis illis,Heliæ dico, Helisæo,Ioāni,ac uniuersis apostolis:etenim alijs caprarum,alijs camelorū pilis confectę sunt,multis coria solū,& ea uetustate cōsumpta satisfaciunt. Hymnis uerò iam decantatis, genibus flexis deū unanimes pro his orant,q̄ nec in mētem quidē multorū facilè ueniunt. Nihil.n. præsentiū petunt rerū,quippe quarū nulla oīno sibi cura est: sed ut intrepidi cū filius dei ad iudicandū uiuos & mortuos uenerit, ante tribunal illud terribile assistant,ut nullus illā uocē audiat,Nescio uos: & laboriosam hanc uitā recta peragant cōscientia,ut difficillimū hoc mare secundo
N natigent uēto:huius orationis dux, & caput præcipuū est eorū pater, atq; pfectus:his crebris sanctisq; absolutis orationibus,exorto iam Sole ad opus uertūtur,quo multos pauperibus fructus colligūt. Vbi nūc sunt,qui diaboli choreis,& perditis cantibus deditі in scena quotidie sedēt? pudet me certè uerba de
L illis facere,ueruntamen necesse mihi est pp infirmitatem uestrā. Nā & Paulus ait: Sicut statuistis mēbra uestra seruire immunditiæ,ita nūc statuite membra uestra seruire iustitiæ in sanctificationē. Quare nos quoq;, agè uitam meretricū, & corruptorū iuuenū in scena habitantiū perscrutemur, & ad hortū beatorū uitā,quantū ad iucundè uiuendū attinet cōparemus. Iucundè nanq; uiuēdi gratia negligētiores iuuenes scenæ laqueis capiuntur:sed tantā, si perpendimus,differentiā inueniemus, quantā siquis canētes angelos modulationē diuinā audiret, & porcos in stercore defossos ac gruniētes. Ore nāq; illorū Xps, istorū uerò diabolus loquitur. Tibię inflatis genis, deformi facie sonorā istis emittunt uocē: illis gratia spiritus loco tibiæ, citharis atq; syringis adeò suauiter sonat,ut nō sit possibile luto,& lateribus affixis, tantā ante oculos ponere uoluptatē: Quare uellem aliquē eorū q circa hæc insaniūt, illuc adducere posse,& hunc sanctorū chorū ostēdere,non.n.opus mi
M hi esset uerbis: uerū etsi hæc terrenis disserimus, conabimur tamē ab illuuie, & sordibus aliquantulum eos euellere. A meretricū igitur cātibus statim cupidinis flāma incendit auditores, & quasi nō sufficiat ad inflāmandā mētē aspectus,ac facies mulieris,pestem quoq; uocis adiunxerūt. Nostrorū aūt modulatione,siquid huius morbi aium uexat,illico extinguitur. Non aūt uox ac facies solū muliebris,uerum etiā multò magis uestitus uideantur, adeò ut si paulum per qdam rudior atq; abiectior aspiciat,molestè nimiū ferat,& secum sæpenumero dicat:Scortū quidē in flagitiosis hęc inuenit, seruis stipati cocorū artificio in tātis delicijs uiuunt,ego uerò ingenuus, & ab ingenuis ortus,q̄ iustis laboribus meis uitam duco, nec somnians qdē ita deliciari possum: sic mœrore perturbatus,cogitabūdus recedit. Quod ex aspectu monachorū nō accidit,immo uerò contrariū oīno cōtingere soler. Si.n.diuitū filios, & maiorū insignū nepotes illa amicula ferre aspexerit, q̄ nec extrema paupertate oppressi ferre dignarentur, & hac re gaudere illos agnouerit:cogitate quāto solamine, si sit pauper sic confirmatus recedit, si diues moderatior atq; melior inde facilè fit. Et i theatro qdē cū aureis ornamētis callidissima meretrix icedit,pauperes do

A lore conficiuntur,cū nihil tale uxoribus esse suis recordentur: diuites aūt hoc aspectu cōturbati,cū habitū,aspectum,uocē, incessum, cæteraq; cupidinis plena uiderint,& improbo ardētes incēdio domos suas redierint,quasi deformiores uxores despiciūt: hinc iurgia & rixæ hinc dissidia,& bella oriūtur,hinc mors ēt nonunquā consequitur. Nā qui huiusmodi cupidine capti sunt,uita sibi cū uxore acerba uidetur,ita uniuersa in domo sua conturbantur,cūctaq; sibi uidentur. Nihil tale à choro unquā efficitur: mitē inde redeūtē uxor uirū suū suscipiet,ac omnis absurdæ uoluptatis expertē,adeò ut facilior atq; quietior sibi esse uideatur. Ita theatralis hic chorus malorū oīum, ille uero monachorū, bonorū fons est atq; origo. Alter ex oūib⁹ lupos fecit, alter è lupis in agnos conuertit. Sed forsan de uoluptate nihil adhuc dixisse uidemur. Quid igitur iucundius q̄ trāquillitate animi, nihil dolētē, nihil mœrentē, ac nihil gementē, uiuere? Veruntamē ad ulteriora prouehamur, & utriusq; modulationis huius, atq; aspectus uoluptatē inuestigemus: & inueniemus alterā ad uesperam,
B quousq; in theatro spectator sedeat solūmodo permanentē, deinde aūt oī stimulo accerbius pungētē: alterā uero ppetuo in animis uigentē, cū & corpore horū uirorū gestus,loci amœnitas, couersationis iucunditas,syncritas disciplinæ,ac deniq; optimi spiritualisq; cātus illi⁹ gratia in animis eorū qui uiderūt, cōtinuè insideat. Quare q̄ huius portus cōtinua trāquillitate lætātur, quasi grauissimā tēpestatē tumultus fugiunt uniuersos, nec canētes, atq; orātes solū, sed diuinis ēt libris affixi iucūdissimè afficiūtur: chorā.n.solo dissoluto,plerūq; alius cū Esaia colloquitur, alius cū apostolis disserit, alius laborat, lectitat, & philosophatur de deo,de creaturis,de uisibilibus de inuisibilibus,de ultitate huius uitæ,de beatitudine futurę. Ita nō brutorū animalium decoctas sibi carnes ut alantur, assumūt: sed dei uerba, uelle atq;
Supr.3.b & Mar. La fauo iucundiora, meliora q̄ cibo ēt loānis, quo in deserto alebatur: hoc mel nō syluestres è floribus apes
C collegerūt, nec digestū more suo corā aluearibus immiserūt, sed spiritus gratia cōstituēs pro fauis aluearibus, atq; fistulis in animis sanctorū imposuit, ut quācunq; uult, cōtinuè possit comedere. Apes igitur imitātes sacrorū fauis librorū circūuolant, magnā inde uoluptatē carpentes. Si ergo uolueris qualis hæc mē sa illorū sit pdiscere, propius ad eos accedas,& senties suauissimas,& spiritalis plenas odoris eructatio nes illorū: Nullū turpe uerbū ab ore illorū unquam profertur, nō asperū, sed cœlo uniuersa digna sunt. Quare nō ab re quispiā facere poterit, si ora istorū q̄ uersantur in foro, qui secularium rerū rabie furiūt cloacis sordidissimis cōparet: illorum uero fontib⁹, unde riuis liquidissimis fluēta mellis emanēt. Siquis aūt molestè ferat, quòd multitudinis ora sordiū do
Psal.13.b & 139.a & Rom. 3.c acas appellauerim, is parcè nimiū me dixisse non ignoret. Nō.n.hac mēsura, sed acerbiore similitudine scriptura utitur. Venenū.n.inq̄t, aspidū sub labijs eorū, & sepulchrū apertum est guttur eorū. Sanè talia illorū non sunt, sed odoris plena ingentis. Et hęc quidē presentia huiusmodi sunt, futura uero quæ oratio assequetur? q̄ mens intelliget elegantē illam requiē, summā beatitudinē, ineffabilia atq; inęstimabilia bona? Multi fortasse feruore accensi, huius optimæ uidendi cupiditate discipline capti estis. Sed qd
D ubis erit emolumētū, si tunc solūmodo, quando hic estis, ignis hic ardeat: cū uero discesseritis prorsus extinguatur? quo igitur huic medebimur? antequā extinguatur hęc flāma, ad illos angelos pge, augeas hunc feruorē, nō ita nostra oratione ardebis, quēad modū ipsarū rerū aspectu. Noli dicere, colloquar cū uxore antequā proficiscar, negocia mea cōponam: hęc tarditas negligentię initiū est. memento uoluisse quēdā ordinare domū suam, & non fuisse à propheta dimissum. Quid dixi domum ordinare? sepeli Supr.8.c re patrē discipulus uoluit, & non permisit dominus. et Lu.9.g Atqui nulla res tā necessaria uidebitur, q̄ sepeliendi patris officium, Christus autem non permisit. Quā nam ob rē? Paratus semper diabolus est, ut ingressū ubiq; attentè quæritet, & si paruę tarditatis cām apprehenderit, magnam inde conflabit desidiā propterea quidā admoneт dicēs: Noli de die in diē procrastinare. Sicut.n.plura emendare potueris, sic do- Eccl.5.b.
E mū quoq; tuā probè dispones. Querite nanq;, inqt, primū regnū dei, & hęc oia adiicietur uobis. Etenim Supr.6.d siquis sua despicit, & nostrorum curam assumit, qeti eius solemus prouidere: quantò magis deus, q̄ ēt si ad eum non conuertamur, non parua tamen cura & prouidentia erga nos utitur. Noli ergo de rebꝰ tuis curare, sed oīa tua deo cōmēda. Cura.n.tua cura hominis est, deo aūt de oībus tuis cōmitte prouidentiam. Noli tu maioribus prętermissis, de illis curare, ne deus minus de illis prouideat. Vt igitur magna cura tuas res complectatur, ipsi soli uniuersa cōmitte: nam si tu spiritualibus omissis ea tractabis, minorē deus de ipsis curam habebit. Vt ergo & res tuæ fœliciter gubernentur, & tu sollicitudinis expers sis, sequere spiritualia, contemne hæc secularia: sic enim & terram, & cœlum & futuram beatitudinem obtinebis, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula, Amen.

Homilia.lxx.ex cap.xxij.

Respondēs Iesus dixit in parabolis: Simile est re-
F e gnū cœlorū homini regi, qui fecit nuptias filio suo et misit seruos suos uocare inuitatos ad nuptias, et noluerūt uenire. Rursus misit alios seruos, dicēs: Dicite inuitatis, prādium meū parau, tauri mei, et altilia mea occisa sunt, et omnia parata sunt, uenite ad nuptias. Hi aūt cū neglexissent, abierunt: Hi quidē in propriū agrū, illi aūt ad negociationē suā, reliqui aūt tenuerūt seruos eius, et contumelia affectos interfecerūt. Rex aūt cū audisset, iratus est: et missis exercitibus suis pdidit homicidas illos, et ciuitatē illorū succendit. Tūc dixit seruis suis: Nuptię quidē paratæ sunt, sed qui uocati erāt, non erant digni: Ite ad exitus uiarū, et quoscūq; inueneritis, uocate ad nuptias. Et cū exissent serui ad uias, congregarunt oēs quos inuenerūt, bonos et malos, et impletæ sunt nuptiæ discūbentiū. Intrauit aūt rex, ut uideret discūbentes, et uidit ibi hominē nō uestitū ueste nuptiali, et dicit ei: Amice, qualiter intrasti huc? Ipse aūt obmutuit. Ille aūt dixit ministris, Ligatis eius pedibus et manibus, mittite eū in tenebras exteriores, ubi erit fletus, et stridor dētiū. Multi.n. sunt uocati, pauci uero electi. Perpēdis tā ex hac, q̄ ex superiore parabola, quantū interest inter seruos & filiū. Animaduertis magnam utriusq; parabolæ similitudinē, differētiā quoq; non paruā. Nā ēt hęc lōganimitatē, prouidētiā, curāq; dei erga Iudæos summā, & eorū in deū ingratitudinem significat, electionem quoq; ipsorū, & uocationem gentiū similiter. Verū ad hæc omnia quanta uiuendi disciplina uti debeam⁹, quāq; acerba pœna negligētes expectet in hac denotatur. Quare post illā hęc

Sup.21.d

Ioã.3.d.et Apoc.18 g.

2.Cor.11 a.

Ephe.5.g

Ioan.3.d

Sup.11.d

Ioan.7.f

Gal.2.b.

1.Thes.2 d.

rectissimè posita est: quoniam.n.ibi dictum est: alij dabitur genti, q̃ reddet fructus in tẽpore suo, hic cui genti dabitur declarat. neq; id solũ, sed ineffabilẽ erga Iudæos curã ostendit. Nam cũ ibi ante crucẽ solum uocare ipsos uideatur, hic etiã post mortẽ in uocãdo perseuerat. Ita quãdo grauissima eos supplicia luere oportebat, tũc ad nuptias trahit, & summo paratus est honore afficere. Vide aũt quomodo ẽt ibi quemadmodũ tunc, posteaquam nõ modo nõ susceperũt eum, sed etiã iugulauerunt, tunc alijs uinea præbetur: eodem nunc pacto postquã uenire ad nuptias noluerunt, alij uocãtur. Quid igitur demẽtius inuenitur, quàm cũ in nuptias uoceris, resilire? Quis enim in nuptias uenire nõ optaret, & eas regis quas amãtissimo filio facit? Et cuius rei gratia nuptiæ appellatæ sunt, inquies? Vt & dei erga nos p̃cipuã curã, charitatẽq; cognoscas, & rerũ splendorẽ non ignores, ubi nihil triste, nihil luctuosum, sed oĩa spiritalis gaudij plena sunt: hac ratione Ioãnes sp̃sum appellat: hac ratiõe Paulus quoq; dicit: Vni ergo uos uiro adoptaui. & rursus: Magnũ hoc est mysteriũ: ego autẽ dico in Christo, & in ecclesiã. Cur autẽ nõ ipsi adoptari sp̃sa dicitur, sed filio? Quia filio adoptata patri adoptatur. Nam pp indentitatẽ subst̃tiæ nulla apud scripturam differentia est, siue hoc siue illo modo dixeris. Accedit qd resurrectio quoq; in hac apertè significatur. Nã quoniã in superioribꝰ de morte dictũ est, post mortẽ modo nuptias, & sp̃sum uidemus. Illi uero nec sic qdẽ mitiores fiunt, qua re nihil certè crudelius: tertia.n. hęc culpa est, prima quidẽ prophetarũ, altera filij cędes fuerat: hęc tertia est, quia interfecto filio, cũ iã in nuptias eius ab eo ipso inuitarẽtur, non eundi causas paria boum, agros, & uxores cõfingũt. Nã quãuis rationẽ habere quandã hę occasiones uideãtur, hinc tamẽ discimus, nihil ãdeo necessariũ esse posse, ut spiritalia illud non antecedant: inuitauit autẽ non nuper, sed ante multa secula. Dicite nanq; inqt, inuitatis. qd profectò crimen eorũ auget. A quibus igitur antea uocati fuerant? A prophetis certè olim, & à Ioanne, q̃ oẽs ad Christũ mittebat, dicens: Oportere Xp̃m crescere, se uero minui: postremò per ipsum etiam filiũ, Venite nãq; ait, oẽs qui laboratis, & onerati estis, & ego uos requiescere faciã. & rursus: Siquis sitit, ueniat ad me, & bibat. Nõ uerbis autẽ solùm, uerumetiam rebus uocauit, & post assumptionẽ per Petrum, & Petri socios. Qui.n. operatus est Petro, inquit apostolus, in apostolatũ circuncisionis, is operatus est & mihi in gentes: Nam quoniam filiũ necauerunt, p̃ seruos rursus eos uocat. Ad qd porrò inuitat? an ad labores, afflictiones, sudores? Nequaquã, imo uero delicias. Tauri.n. mei, ait, & saginata occisa sunt. Vide quàm magnificæ dapes proponũtur, neq; id eos couertit: sed quantò mitior est ipse, tantò magis illi durescũt. Nõ enim impediti negocijs, sed negligentes nõ uenerũt. Cùm aũt alius se nuptijs, alius bobus excusat, nõne occupatiões ac negocia ista sunt? Minimè. Cũ enim spiritalia uocãt, nulla occupatiõis excusatio est, quãuis his occupationibus desideria obdũcere sua mihi uideãtur: nec grauiter solũ peccarũt, cũ inuitati non uenerũt, sed atrociter atq; tyrãnicè inuitãtes seruos, & uituperauerũt, & necauerũt: quod multò superioribus grauius est. Illi.n. fructus repetentes, hi uero in nuptias uocãtes trucidarũt: quo furore qd maius excogitari posset: hoc & Paulꝰ criminatur, dicẽs: Qui & dominũ, & suos prophetas interfecerunt, & nos perK secuti sunt. Sed ne deo aduersariũ dicere possint, ac ideo in nuptias eius non uenisse, pater ipse inuitauit. Quid autẽ factum est posteaquam uenire supersederunt, & inuitantes seruos interfecerũt? Exercitibꝰ missis urbes eorum incẽdit, & eos interemit. hęc autẽ dicens, Vespasiani & Titi facta multò antè significat: ita Christo credentes, patrẽ etiam exacerbauerunt: ipse nanq; est q̃ eos puniuit. Nec interfecto Christo statim, sed post quadraginta annos eos pdidit, ut lõ ganimitatem eius oẽs uiderent. Tunc enim demũ perierunt, cũ Stephanum lapidauerũt, Iacobum obtruncauerunt, apostolos deniq; cæteros cõtẽpserũt. Vidisti uirtutẽ, celeritatẽq; rerum? adhuc enim euãgelista Ioãne uiuente, aliisq; cõpluribus qui cũ Christo uixerunt, ita ipsius euentus p̃dictorũ testes facti sunt illi qui audierũt. Cõsidera igitur ineffabilẽ eius erga Iudæos curã: uineam plantauit, macerię circũposuit, seruos ad exigẽdos miserat fructꝰ, qbus interfectis rursus misit: his quoq; pereptis filiꝰ ad ipsos uenit, quo crudeliter trucidato, ab eo ipso posteà inL uitas uocati, uenire noluerũt. Alios deinde misit seruos, quibus similiter necatis, tunc tãdẽ quia incurabili morbo laborabãt, eos dispersit. Res autẽ ipsę incurabilẽ suum fuisse morbũ ostendunt. Nam ad ea q̃ dicta sunt, scorta etiã ipsis renuẽtibus, & publicani crediderũt: quare nõ solũ à scelestissimo suo, uerum etiã ab aliorũ clarissimo facinore condemnantur: Si autem quisquã opponat, nõ fuisse tunc gentes uocatas, cũ apostoli uerberibꝰ cęsi, pulsi, ac nonulli occisi fuerũt, sed illico post resurrectionẽ. Eũtes enim, inquit, docete oẽs gentes: illud profectò dicere possumus, quia & ante crucẽ, & post crucem ad Iudęos primùm misit. Ante crucem.n. ad oues ire iussit, q̃ perierunt domus Israel: post crucem autẽ nõ modò non uetuit, uerũetiam iussit ueritatem Iudęis attestari. Nam etsi oẽs gentes docendas dixerit, in cœlum tamen ascensurus, primũ illis prędicandũ esse significauit. Accipietis enim uirtutẽ, ait, spiritu sancto super uos aduenięte, & eritis mihi testes in Iudæ, a& in Hierusalẽ, & usq; ad extrema terrę. & Paulus rursum: Qui operatus est Petro in apostolatũ circũcisionis, is & mihi in gẽtes operatus est. Propterea & apostoli Iudęis primò p̃dicauerũt, longoq; temporis spatio cæsi, & flagellati in Iudæa manẽtes, at demũ ab ipsis propulsi, in gẽtes profecti sunt. Tu uero munificẽtiã hic quoq; cõsidera. *Quoscunque, enim, ait, inuenietis, in uitate ad nuptias.* Nã antea quidẽ, ut diximus, Iudæis & gentibus p̃dicabant, in Iudæa maximè permanentes: uerũ quia perseuerare in inuidijs Iudæi comperti sunt, audi quõ Paulus hãc parabolã exponit. Vobis erat necesse, inquit, uerbum dei primum prædicari: sed qa idignos uosipsos iudicastis, ecce couertimur ad gẽtes. *Parate quidem, ait, ipsæ nuptiæ sunt, uocati uerò digni non erant.* Non ignorabat aut indignos illos etiã postea fore. Sed nẽ ulla respõdendi occasio relinquatur, licèt id sciret, ad ipsos tamẽ primò, & uenit, & misit. Ita & illorũ ora obstruit, & nos docet cũcta à nobisipsis esse repleda, ẽt si nemo quicquam emolumenti consequatur. *Quia ergo illi digni nõ erant, ite,* inqt, *ad cõpita uiarũ, ac trivia, & quoscũq; inuenietis, etiã abiectos, & viles obuiã factos, inuitate.* Itaq; crebro dicebat, qa meretrices & publicani cœlos hæreditabũt, fiẽtq; primi ultimi, & ultimi primi: id iussẽ fieri demonstrat: hoc qppe maximè omniũ Iudęos uexabat, gra-

Ro.15.b

Act.10.g Ibi.11.d

Act.13.d

Act.18.d

Inf.28.d

Act.13.d

Sup.21.c

uius incommoda sua ferẽtes, q̃ ipsius urbis ruinam, multoq; magis illos mordebat, qa gentes introducti ã audiebãt. Deinde ne fideles sola fe fide saluari possẽ cõfidãt, de pœna malorũ disserit. Ita infideles ad fidẽ, fideles uerò ad rectè uiuẽdum cohortatur. Indumentum.n. uiuẽtis actio est. Verũ cũ per gratiã uocati simus, quam ob rem hæc ita minutim disputat? Quia uidelicet uocatio, & purgatio ipsa ex gratia sunt, ut uero uocatus iã, & cadida idutus uestẽ seipsum nõ maculet, ad diligentiã quoq; pt̃inet uocatorũ. Nã si non qa dignus, sed qa gratia tibi largita est, uocatus uenisti, oportebat te uicissim pro gratia nõ nihil reddere, & non tantã nequitiã ac ingratitudinẽ post acceptũ honorẽ ostẽdere. Sèd nõ quia magna ut Iudæis, inquies, mihi cõcessa sunt, imo uero multò maiora. Nã q̃ lõgo tp̃e illis parabãtur, ea tibi quãuis indignus esses, uno tẽporis momẽto uniuersa largita sunt: ideo Paulus scribit, Gentes aũt pro misericordia glorificauerunt deum. Tu.n. q̃ illi expectabãt accepisti, propterea magna negligẽtibus imminet pœna: nam sicut illi, quia nõ uenerũt, contempsisse recte dicũtur, pariter tu si perperã uiuẽdo recũbere audebis, nequitiæ accusaberis crimine. Sordidæ nanq; uestes significant, impuræ uitæ maculas hinc abeuntem cõtrahere, quocirca & obmutuisse scribitur. Videsquõ, quãquam res ita pateat, nõ prius tamẽ supplicia infert, q̃ ille qui peccaũt sententiam protulerit? Cùm.n. nihil ad satisfaciendum afferat, à seipso condemnatus, ad pœnã rapitur adeò atrocẽ, ut dici non possit. Noli.n. tenebras audiens, hoc solo illum puniri æstimare, ut in loco tenebroso concludatur, p̃sertim cũ subiiciatur, *Vbi est fletus & stridor dentium.* Intolerabiles quippe dolores his uerbis significãtur. Audiatis qui mysteriorum participes facti, & ad nuptias admissi, sordidum aĩæ amictũ gestatis. Audiatis unde uocati estis, à triuijs uidelicet atq; compitis. Audiatis quales antea fuistis, claudi profectò, & cæci aio, qui morbꝰ uitio corporis multò detestabilior est. Vereamini benignitatẽ uocantis, nemo in sordidie uestitus pmaneat, sed unusquisq; fulgentia operetur animæ indumenta. Audiatis mulieres, audiatis uiri, quia nõ est opus uobis his aureis, sed illis interioC ribus ornamentis: scitote quõ quousq; ista retineamus, difficillimũ est illis uti. Non.n. possumus, & corpus, & animã simul exornare. non possumus, inquã, & mammonæ seruire, & Christo, ut oportet parẽre. Repellamus igitur truculentissimam istã tyrãnidem. Nã siquis aureis domum tuam uelit depensis ornare, te uero nudum in cilicijs sedere cogeret, nõ æquo aio id ferre posses: nunc uero nõ alius, sed tuipse domicilio animę tuæ, corpus (dico) auro & gẽmis exornas: aiam uero in turpitudine cilicij sedentẽ nẽgligis. Ignoras forsan ciuitatis principem magnificè ornari oportere: propterea ciuitati quidẽ tentoria, principi aut purpura, & diadema contexta sunt. Pariter ergo etiam tu uiliora corpori tribue, mentẽ uero atq; animã stragula atq; corona magnificè polias, & in subtrario penitus facis. Nam urbe magnificè cõpta, animũ q regnare debet, à passionibus uictũ trahi pmittis: nec in mentem tibi uenit nõ ad nuptias simpliciter, sed ad dei nuptias te uocatum fuisse. Non cogitas quo i hos inuitatam animam thalamos ingredi oporteat, in deaurato uestitu uarietatẽ circũdatam? Vis ut tibi eos ostendam, qui condignas his nuptijs uestes amiciuntur? Illorum in mentẽ tibi ueniat sanD ctorum, de quibus pridie sermo habitus est, qui cilicio induũtur, eremũ habitãt, qui cõuenientia his nuptijs amicula possident. q̃ res inde patet, qa nunquã oblatas purpuras acceptarent: sed quẽadmodũ rex, siquis pannosa indumenta pauperis ei offerret, abominaretur atq; repelleret, non aliter illi regiã purpurã contẽnunt: quod ideo illis euenire solet, qa pulchritudinem cultus sui nõ ignorant, unde fit, ut tanquã aranearum telas uestitũ regiũ despuant. Hæc illis instituta ciliciorum usu cõfirmata sunt, unde regibus ẽt ipsis excellentiores sunt, atq; p̃stantiores. Nam si posses mentis eorũ atq; animi ianuas referare, & nudas cogitationes eorũ, & oẽm interiorẽ ornatum cõspicere, fulgore perculsus, in terram conideres: nec illarum uestium splendorẽ, nec eõscientię lucẽ pferre posses: ad quorum tabernacula uos mittimus, nõ quia priscorum uirorum mirabilia desint exẽpla, sed quoniam p̃sentibus rudiores magis moueri solent. Nihil ergo in tabernaculis suis triste inuenietis, sed E tanquã in cœlo tuguriã fabricati, sic longè à seculi p̃turbationibus habitant aduersus diabolum militantes, & cum lætitia eum expugnantes. Idcirco.n. in solitudine domicilium constituerunt, ciuitatibus, & celebri habitatione hominum oĩno relicta, quoniam qui bellũ gerit, nõ potest domi sedere, sed necesse est quasi subitò migraturus p̃parato in diem domicilio habiter. Ita illi è contrario nobis oĩbus habitãt. Nos enim nõ ut in castris, sed ut in abundante tranquillitatis ciuitate uiuimus. Quis.n. unquã in exercitu domus fundamẽta iecit? quis ædes ędificat, cũ inde paulò post decessurus sit? Nemo profectò: sed siquis id etiã facere uellet, quasi proditor trucidaretur. Quis in castris agri iugera emit? qs miles mercaturã exercet? Nullus certè, neq; id iniuria: ad prælium.n. nõ, ad cauponis, inquit, uenimus artes. Cur igitur castrorũ loca excolis, q paulò pòst relicturus es? In patria, inquit, hæc non in castris faciẽda sunt. Hęc tibi à me si militer dicuntur, cũ in supremam ciuitatem peruenerimus, tunc ista facito: immo uero nullo tibi labore opus ibi est, cũ uniuersa hæc à rege tibi p̃parata sint. F Hic igitur satis est nobis fossam facere, uallum constituere: ædificiorũ opus nõ est. Audisti unquã Scytharũ, qui absq; certo uagantur domicilio, uiuẽdi cõsuetudinem? ita Christianos circũeuntes orbẽ aduersus diabolum pugnãtes, captiuos à manibus eius rapientes, oĩbus tẽporalibus neglectis uiuere oportet. Cur itaq; magnificas ædes struis ô homo, an ut teipsum magis uincias? Cur thesaurum obruis, ut diabolum aduersus aiam tuã inuites? Cur mœnia condis? an ad carceres tibi cõstruendos? Quòd si hæc tibi difficilia neglectu uideantur, ad tabernacula monachorum proficiscãmur, ut reipsa facilè ista contẽni posse p̃discas. Tuguria sibi constituunt, q̃ si relinquere oportebit, ita facilè id faciũt, sicuti milites castra, ut absque ullo dolore derelinquãt. Simili ut milites inuicẽ habitãt, & multò suauiꝰ uiuũt. Sanè iucundi est deserta loca crebris tabernaculis monachorũ plena cõspicere, q̃ tẽtoria militũ, q̃ hastas confixas, q̃ multitudinẽ hoium ferrea capita producentiũ, q̃ radiantes clypeorũ umbones, q̃ hoies undique ferro circũdatos, q̃ prætorium ex tempore constructum, quàm latos cãpos hominibus comedentib. aut cẽtibus refertos. Nam si in solitudinem abierimus, & illorum militum tuguria considerabimus, non

G tentoria,non mucronẽ,non indumẽta aurea, qbus imperatori tegmẽ cõtexitur spectabimus:uerũ quẽadmodum siquis super terrã hac multò fœliciorẽ, immensęq; magnitudinis cõplures cœlos extẽderet, is nouum,inauditum atq; mirabile spectaculũ monstraret, non aliter illic intueri licet. Non.n.cœlo diuerticula eorũ minora æstimãda sunt, angeli nẽpe, immo uero ipse quoq; angelorũ dominus ad eos sæpenumero diuertũtur. Nã si Angeli Abraham illum *Ge.18.a*
uirum mulieri coniunctũ, & filios nutrientem liberalitate hominis allecti petierũt,multò magis cũ maiorem uirtutẽ inuenerint,& homines carnis cõtemptores,ac penè extra corpus,cũ illis morabuntur,& consentaneam eis choreã constituent. Mensa enim illorũ ois luxus immunis,suprema philosophia refer ta est.non sunt sanguinis riuuli apud eos, nõ incisiõnes carniũ,nõ nidores acuti, nõ fumus pinguedinẽ redolẽs,nõ cursus atq; recursus,nec tumultus, & clamor iportunꝰ:sed panis & aqua,altera ex fonte nitido,alter exiustis laboribꝰ. Qui si liberius epulari uoluerint,recẽtibus herbis mẽsa repletur, maiorq; inde
H uoluptas,quàm è dapibus regũ cõsurgit. Nullus.n. hic metus animos quatit, nemo principũ interpellat,nõ irritauit uxor,nõ tristitiã intulit infans,nõ nimius risus emolliuit,nõ multitudo adulatorũ inflauit:sed omniũ huiusmodi remota turba, angelorũ quasi mẽsa fruũtur. Ex fœno sibi sedilia subiiciũt,si-
cut Christus in eremo fecit, cũ quinq; milia hominũ *Luc.9.b.*
paucis pascseret panibus. Multi autẽ nec casam qdẽ ullã habẽt,sed cœlo protecto utũtur,& luna loco lucerne,nec oleo,nec ministro indigẽtes. Illis certè solis cõdignè luna desuper lucet, hãc mensam in cœlo angeli despiciẽtes lætãtur,& gaudent. Nã si cũ unus peccator pœnitentiã agat,lætantur:quid non faciẽt tot instõs uidẽtes imitatione persici suã? Non est ibi dominus & seruus,sed oẽs serui, omnes liberi,ac omnes deniq; domini sunt. non est ænigma qd dico. Alter.n.alteri,& seruit, & dominatur. Nocte adueniente nemo mœstitia opprimitur, qd multis uulgõ euenire solet, diurna cogitatiõe negocia repetẽtibꝰ. Post cœnã non sunt ad claudendã portam, & uectẽ
I imponendũ soliciti, quippe qui nulla timeant latrocinia. Nec magna in extinguẽdis lucernis,& comprimẽdo igni solicitudine fatigantur, ne scintilla exiliẽs domũ perurat. Collocutio etiam eorum simili tranquillitate ornatur:nõ.n.quemadmodum nos,alium principem esse factũ,alium principatum emisse,mortuum esse aliũ,& hereditatem alterius in alterum deuenisse:cæteraq; huiusmodi q nihil ad nos pertinent colloquũtur:sed de futuris semp philosophantur, & quasi aliũ quàm nos orbẽ habitãtes, quasi in cœlũ translati,ac ibi uiuẽtes:sic de cœlestibus semp,de sinu Abrahę,de coronis sanctorũ,de societate Christi disputãt:psentiũ autem nulla sibi memoria est. Sed quemadmodũ nos nunquã quid formicæ in cauernis suis faciunt dicimus,eodẽ illi modo quid nos facimꝰ nolũt cogitare:sed de summo rege, de bello aduersus diabolũ,de fugiẽdis insidiis eius, de uirtutibꝰ & uita sanctorũ diligẽter meditantur. Quid igitur inter nos,& formicas interest, si collati ad illos fuerimus? Nã quẽadmodum formicę corporis duntaxat curã habent,pariter & nos certè, immo uero multò peius. Nõ.n.pro rebus necessarijs, quemadmodum illæ solũmodo laboramus,sed pro superfluis etiã,ac turpibus uigilamus:uitã illæ nullo crimine peragũt, nos uero auaritię seruiẽtes,nõ illa,sed lupos atq; leo K
nes imitamur. Cur dixi,cũ multò simius peiores? nõ aliter enim quàm rapiãdo uiuere natura illis concessit,nos aũt,quos ratiõe ac equalitate honorauit,nõ pudet imanissimas feras rapina superare. Sed monachi angelis equales longè à nobis oibus absunt:omnibus.n. alio quodam modo, quã nos utũtur, omniaq; sibi à nostris aliena sunt, cibus, domꝰ, calcei, locutio. Siqs uero colloquẽtes illos audiret, cognosceret cõtinuo dignos cęlorũ illos, nos uero ẽt idignos terrarũ ciues esse. Prẽterea siquis aliqua dignitate insignis ad eos profectus fuerit,tũc maximè uniuersus hic tumor reprehenditur. Virtutis.n.ille cultor, qui nullum humanarũ rerum periculũ fecit, propè magistrum militũ principatu iacẽtem in fœno sup puluinar sordidum sedet:non.n.adsunt qui assentatiũcula in maius illũ extollãt. Eodẽ itaq; modo fit, ueluti siquis ad aurifabrũ,aut rosetum uenerit, recipit enim ab auro,& rosis quendã colorẽ splendorẽ: Sic qui accedunt illis nonnihil à fulgore illorũ utilitatis consecuti,à priore supbia pleriq; liberantur. Ac ueluti siquis editum locũ petierit, ẽt si minimus sit, magnus tamen atq; sublimis uidetur. Sic donec cũ illis L
fuerint,excellẽtiores apparẽt:cũ uero inde abierint, quasi à sublimiore loco descẽderint, humiliores uidẽtur, Nihil est rex apud eos,nihil pfectꝰ: sed qũadmodum nos de puerorũ ludo ridemus,sic illi superbiæ flatũ contemnũt:qd inde patet, quia si tuto eis regnum offeratur,nunquã regnare uelint:uellent autẽ,nisi hęc regna despicerẽt, nisi caduca & inania ducerẽt. Cur igitur nõ quasi trãsfuge ab hac miseria ad illam spontè beatitudinẽ conuolabimus? nõ gradiemur ad illos angelos,nõ cãdidas sumemꝰ uestes, ac quasi pompã circũferentes has nuptias uiolenter petemus:sed mẽdici remanebimus, nihil à paupibus q sunt in triuijs differẽtes, ne dicã peius nos atq; miseriꝰ multò esse dispositos. Deteriores nẽpe mẽdicis sunt,q malè ditãtur. Mendicare nanq; melius quam rapere: alteri.n.uenia, & misericordia parata est, alteri atrox pœna statuta:alter nõ offendit deũ, alter & deũ,& homines:quodq; miserimũ est, solꝰ labores & picula rapinę subit, fructꝰ uero alij plerunq; possederũt. Hæc igitur rectè sciẽtes, uniuersam procul pellamus auaritiã, & magno studio cœleste regnum rapiamus. Nemo.n.nemo inquã desidia corruptus illic introire poterit:utinã autẽ oẽs iugi studio,& iugi
M lãtia diligẽti illius regni rapina locupletemur, gratiã & misericordia domini nostri Iesu Christi, Amen.

Homilia.lxxi.ex cap.xxij.

Vnc Pharisæi consiliũ ceperunt, ut eũ in sermone
t *caperent.* Tunc,istud quãdo significat? Quãdo maximè illos cõpungi oportuit, quãdo clementiã ipsius admirari debuerũt, quãdo futurorũ euentus erãt expauescẽdi,quando deniq; à rebus præteritis,etiã de futuris credẽdũ erat. Magna enim profectò uoce ipsæ res exclamabãt,cũ & publicani, scorta crederẽt,& multi iusti atq; prophetæ essẽt interẽpti,à quibus inducti non debebãt de perditione ipsorũ ambigere,sed credere, credẽdoq; humiliores fieri:nõ desinit tamẽ nequitia ipsorũ, sed inflatur,& ad ulteriora progreditur. Et quoniã timentes multitudinẽ,retinere ipsum nõ audebãt, aliud iter aggressi,ut in periculũ iniiciãt, imperantibus noxiũ facere studẽt:itaq; discipulos suos cũ Herodianis ad eũ miserũt,dicẽtes: *Magister scimus quia uerax es. & uiã dei*
in ueritate

A *in ueritate doces,nec de aliquo tibi cura est:nõ.n. respicis ad psonã hominũ: Dic ergo nobis,quid tibi uidetur? licet censum dare Cæsari,an nõ?* Tributũ.n.iã soluebant,cũ
Act.5.f.g res eorũ ad Romanorũ manus transisset:quoniã igitur uiderunt Theudã & Iudã hac de causa quasi seditiosos interisse,his uerbis ẽt ipsum in simile suspicionẽ inducere conabantur. Mittunt itaq; discipulos suos cũ militibꝰ Herodis sic interrogaturos,ut utrinque prupta pcipitia laterent:& quicquid responderit,pceps ruat. Herodianos aũt simul acceperunt,ut si pro eis respõsum ipsius faceret, ipsi criminarẽtur: sin uero pro ipsis, Herodiani continuò accusarent. Atq didrachma iã persoluerat, sed hoc illos oino fugiebat: & quãuis alterutro ipsum laqueo capere satis eis, erat, malebãt tamẽ aduersus Herodianos quicquã ab eo audire:propterea discipulos unà cum illis
Luc.20.d misserũt,ut illorũ psentia cõmotus in illũ crimẽ labe retur, quo ceu factiosum principi traderent. Hoc Lucas quoq; subsẽdens dicit psente multitudine inter
B rogationem huiusmodi factam fuisse,ut.s.plurimorũ testimonio res pateret:sed aduersus seipsos cũcta fabricati sunt,cũ tanquã in theatro uecordiã & malitiam suam manifestarint. Perspice igitur qua affectu ratiõe, quoue dolo ipsum aggrediũtur. *Nouimus* dicũt *quia uerax es.* Quo igitur quasi à seductore corrũpi asserebatis, quę paulò antè interficere uolebatis? uniuersa nẽpe ista insidiantes faciunt. Nã quoniam paulò antè inflammati, acriter interrogauerũt, dicen-
Sup.21.c. tes:In qua potestate hæc facis? nec ad eã interrogationẽ optatũ audierunt responsum, adulatione nũc putãt ita eũ effœminare, ut aduersus instituta eorũ, & psentem rerum statum quippiam dicat:unde ueritatẽ quoq; inesse ipsi nõ exaio,neq; uolentes attestãtur. Deinde subiungunt. *Nec de aliquo tibi cura est.* Perpẽdis quo se subaperiũt in eum uelle sermonem Christum depellere,quo Herodẽ offendat,affectatę tyrannidis suspicione, quia statutas leges contemne ret:ita in factionis crimen trahere ipsum nitebãtur. Quod.n.dicunt,nulla cura est tibi de aliquo, nec ad
C personã hoium respicis, Herodem ac Cæsarem subostendere uidentur. *Dic igitur nobis,quid tibi uidetur?*
S Nũc honoratis,& magistrũ appellatis: quãdo uero de salute uestra disputat,contumeliamini,& despicitis. Mira uero hæc malitia est:non.n.dicũt, dicas nobis quid bonũ sit,quid conducibile, quid legitimũ: sed,quid tibi uidetur? sic illud solũmodo sibi propositũ fuit, quo psenti principatui hostem esse ostẽderẽt,ac principi quasi seditiosum traderẽt. quod Mar-
Mar.12.b cus apertius significans,& arrogãtiã cupiditatẽq; cædis ostendens, dixisse illos ait: Demũsne Cæsari censum,an non? Ita furore quidẽ spirabãt:& fraudẽ sub cultus simulatione instruebãt. quid igitur ipse? *Quid*
me tentatis hypocritæ? Vides quẽadmodũ maiore nũc illis acrimonia respondet. Nã quia magna & aperta utebantur malitia,maius ipse quoque uulnus intorquet, cõfundens eos, primũ cu in mediũ arcana sua producat, oibusq; patefaciat, qua mẽte ad eũ accedant: hoc faciebat,ut eorũ repressa nequitia nunquã aliàs similiter delinqueret. Nam quãuis magnũ ei honorem uerbis deferrent, magistrũ appellãtes, ueritatẽ ei attribuẽtes, & procul abesse ut psonas aspiceret affirmãtes,cũ tamen deus sit, uerbis decipi nõ potepasse, sed data opera significare uoluisse, oia cordis eorũ secreta sibi esse notissima:licet aũt ad cõfundẽ
D dam nequitiã eorũ increpatio illa sufficeret, nõ tamen ea contentus, sed alio quoq; pacto ora eorũ obmutescere cẽsuit. *Census enim numum,* inquit, *ostendite.* Cũq; fecissent,illico tum lingua,ut soler, sniam profert,impellitq; quia liceat confiteri, qd manifestã & clarã ei uictoriam afferebat. Quãdo ergo interrogat,nõ quia ignorat,iterrogat, sed qa per responsionem ipsorũ obnoxios esse uult ostẽdere. Ita nũc interrogati,cuius illa effigies esset:cũ illi Cæsaris respõdissent,illico subiunxit. *Reddite igitur Cæsari,quæ Cæsaris sunt.* Non.n.ait dare,sed reddere istud est,quod tam ab insculpto simulachro,q̃ à supscriptione ostẽditur. Deinde ne contentiosè dicerent,hoibusne igitur nos subiicis? statim adiecit. *Et quæ sunt dei deo.* Po-
testis.n. & hoibus sua reddere, & q̃ dei deo debetis
pstare propterea Paulus quoq; dicit: Reddite oibus *Rom.13.c*
debita, cui uectigal,uectigal: cui tributũ, tributũ: cui timorem,timorem: cui honorẽ,honorẽ. Tu uero cũ audias reddenda esse Cæsari, q̃ sua sunt: illa solũ dici nõ dubita, q̃ pietati ac religioni nihil officiunt. Nam
E quod fidei ac uirtuti obest, non Cæsaris, sed diaboli tributum,& uectigal est. *Hæc illi audientes obtecuerũt inuiti, & sapientiam eius admirati sunt.* Stupere igitur, ac credere statim oportuisset, cũ nõ paruũ eis argumentũ secreta eorũ aperiendo deitatis suæ dedisset, & cõmodè ac breuiter ora eorum obstruẽdo. Quid igitur? credidẽrũtne? Minimè. *Sed dimittentes eũ,* inqt, *abierũt: & post eos accesserunt Sadducæi.* O amentiã hominũ, alijs confusis alij aggrediũtur, qui aliorum exẽplo cõmoniti tardiores ẽe debuissent: Sed audacia temeritatis plena, ipudens simul et ptinax adeò est, ut iposibilia ẽt inuadere nõ uereatur: propterea & euãgelistã impudẽtiam eorũ admiratus, hoc ipsum denotauit, dicens: In illa die accesserũt: In illa uidelicet,in qua illorũ malitia patefacta cõsudit eos. Qui aũt isti sunt? Erãt qdẽ apud Iudęos multò Phariseis inferiores, qui alias q̃ Phariszi opiniones sequebantur, hi resurrectionẽ oino negabãt, nec angelũ, nec
spiritũ cõsitebantur. Rudiores.n.erant, & corporalia *Act. 23.b*
solummodo sectabãtur: complures.n. apud Iudęos
hæreses erãt: unde Paulus ẽt dicit, Pharisæus sum: q̃ *Ibidem*
apud uos exquisitissima hæresis est. Hi ergo Sadducæi rectè qdẽ de resurrectione nihil dicunt, ad Xpm F
uero uerba componunt, & rem non factam, ut ego puto, cõfingũt, putãtes ambigentẽ ipsum capere, & resurrectionis mysterium postea deridere. Mansuerè uero ẽt isti accessisse uidentur, dicẽtes: *Magister,* Mo- *Deu.25.b*
ses dicit, si morietur aliquis non habens filium, ducat frater eius uxorẽ illius, & suscitet semen fratri suo. Erant autem apud nos septẽ fratres, & primus duxit uxorẽ, & defunctus est, & nõ habens semen, dimisit eam uxorẽ fratri suo: similiter & secũdus et tertius, usq; ad septimũ: nouissimè aũt omniũ mortua est & mulier: In resurrectione igitur cuius ex septem erit uxor? Vide quãta puerilitate? Nã ne reprehẽdat, qa cura hæc erat, meo ut dixi iudicio. Nã duob. mortuis, tertius non duxisset, eo mortuo perterritus quartus nõ fecisset, ita qntus ẽt & sextus multò minus, septimus uero minimè oiũm, sed abominati illã fuissent mulierẽ. Tales quippe Iudęi sunt, quos uidemus quasi omine à fratrũ ducẽdis uxoribus deterreri: quare quãuis lex ita cogat, sæpe tamẽ hoc neglexerunt. Vnde Ruth quoq; illa Moabitis ad *Ruth 1.a*
lõgiorẽ illiꝰ cognatiõis fuit deuoluta, & Thamar à so- *2 Reg.13.*
cero spma furari coacta ẽ: Cuiꝰ aũt rei gratia, nõ duos aut tres, sed septẽ fratres fuisse fingũt? Vt ãpla sicut *b.c*

putabant ratione aduersus resurrectionē possent in surgere. Et quam ob rem omniū fuisse uxorem affirmant? Vt ambiguitate ipsum implicarent. Quid igitur Christus? Ad utrunq; accōmodauit orationē, & quēadmodū ubiq; uerē secreta eorū reuelat, ut non nunquam oīno appareant, nonnunquam sic tāgit, ut cōscientiæ stimulis mordeātur, eodē hic quoq; pacto cogitationibus eorū resistit. Vtrūq; igitur ostēdit, & resurrectionem. s. futuram, & non talem qualem ipsi opinabantur. Quid enim ait? *Erratis, nescientes scripturas & potentiam dei.* Nam quoniā ceu periti authoritate Mosi, & lege nitebātur, idcirco ex ignorātia scripturarū huiusmodi prouenire interrogationē affirmat. Nā qa nullā habebāt scripturæ peritiā, & immensam dei potentiā ignorabant, tētatum uenire audebant. Cur igitur muū est, inquit, si me quē nescitis, tētationibus aggredimini? Cū etiā omnipotētię dei, cui tot tātaq; apud uos facta pericula sunt, nullam notitiam habeatis, nec à scripturis, nec ab oī acceptione ad eā cognoscendā inducti estis. Cōmuniter quidem homines concipiunt oīa deo possibilia esse: uerūm quoniā ea causa erat, ne resurrectionē esse putarent, quia eundem rerū statū postea futurū arbitrabātur, ad interrogata respōdens, hāc causam remouet, & illius uitæ conditionē ostendit, dicens:

H

Luc.20.f *Quoniam in resurrectione neq; nubent, neq; nubētur, sed sunt sicut angeli dei in cœlo.* Lucas uerō, sicut filij dei scripsit. si ergo nuptię ibi nō sunt, supuacanea hęc q̄stio est: nō tamē qa uxores nō ducūt, idcirco angeli sunt, sed quoniā quasi angeli, idcirco uxores non ducunt. Hinc multa destruūtur, q̄ Paulus unico uerbo

1.Cor.7.f significauit, dicens: Transit. n. figura huius mūdi. & ita quidē quales ī resurrectione futuri sint homines, designauit: quāuis aūt ex dictis futuram esse resurrectionē cōprobet, tamen à scriptura quoq; rationi cinādo idipsum cōfirmat. Ita non interrogationi solū satisfecit, sed opinioni quoq; ipsorū mederi uoluit. Nā quando non malitia tantū, sed ignorātia impulsi tētant, uniuersa docēdo solet aperire: quādo autē peruersitate tantū commoti aggrediūtur, tūc nec ad interrogata qdē respondet. A Mose igitur quem ipsi in fauorem suum producūt, eos confundit, dicens: De

I

Exod.3.b *resurrectione uerō mortuorum nō legistis, quoniā ego sum deus Abraham, et deus Isaac, et deus Iacob: nō est deus mortuorū, sed uiuentium.* Quēadmodū. n. Adā, quāuis uiueret, posteaq; de uetito ligno comedit, sentētia tamē prolata mortuus erat: sic profectō isti, & si mortui erāt, pollicitatione tamen resurrect. uiuebāt. Quo modo igitur alibi dicit, ut & mortuis & uiuis dominetur? Nō est hoc illi simile: mortui nanq; hic illi q uicturi sunt, appellātur. *Et audientes turbæ mirabantur in doctrina eius.* Neq; hic Sadducęi, cōfusi. n. recesserūt, sed multitudo simplex fructū cōsecuta ē. Verū quoniā talis resurrectio futura est, agē oīa faciamus, ut primatū ibi adipiscamur. Et si placet etiā ante resurrectionem uidere aliquos cœlibē atq; cœlestē uiuentes uitā, facilē poteritis: quod ut fiat, in eremū (oro) proficiscamur: non. n. uereor eadē de re uerba sępe facere. Videamus igitur ēt hodie spiritales illos exercitus, uideamus uoluptatem ab omni trepidatione liberam. Non. n. cum lanceis, ut seculi milites castrametantur: in his. n. castris pridie orationem absoluimus: nec cū scutis & galeis, sed nudos omniū harum rerum conspicies. Opera uero eorū sic ardua in

Exod.3.b tenebris, ut ea nec cū armis quidē alij facere queāt, Gene.3.c q̄si aspicere uis, manū mihi porrige. Eamus ambo ad hæc prælia, & cernemus instructas eorū acies. In prælio. n. quotidie sunt, cùm quotidie aduersarios suos, insidiātes nobis cupiditates mirabili uictoria fundāt, fugēt, humiq; prosternāt. Ita illud apostoli

Gala.5.d opere demonstrant: Quoniā q Xpi sunt, carnē suam cū passionibus atq; cōcupiscentijs crucifixerūt. Consideraſti quāta multitudo hostiū mucrone spiritus cōfossorū iaceat. Non est ibi. n. ebrietas, non est ibi superfluitas: quod mensa illa facilē ostendit. Iacet. n. ibi aquæ potu perēpta temulētia, multiformis hæc multiceps bestia. Nā quēadmodū Scylla & Hydra apud poetas, sic & ebrietas multis capitib⁹ armatur: hinc. n. fornicatio, hinc ira, hinc mollicies, hinc turpes amores oriūtur: hæc igitur oīa superata ibi, prostrataq; sunt, quibus seculares hi milites etiāsi multa bella cōfecerint, facilē superantur. Nulli. n. enses, nullæ hastę, nihil aliud huiusmodi aduersus ea capita temulētiæ poterit obsistere: sed gigātes ipsi, ac fortes uiri q mille pclara gesserūt facinora, ablaq; uinculis, uino & sōmno ligati, sine uulnere quasi cōfossi iacēt: immo uero peius etiā quàm confossi. Nam illi qdē

L etsi progredi nō possunt, uidēt tamē atq; intelligūt: isti uero etiam mēte capti omni sensu carent. Videsexcelsiorem atq; præstantiorē hūc exercitum esse, q uoluntate solū eos hostes fugāt, à quibus isti superā tur. Nam cùm matrem uitiorū omnium debilitēt, ac eneruēt, adeò ut turbare nō possit: reliqua quoq; uitia, matre ac capite obrūcato, in eis sepulta sunt, qua quidem uictoria singuli eorū potiuntur. Non enim quēadmodū in alijs pugnis qui saucius est, q semel eciderit, alijs grauis esse non potest: ita etiā hic fieri solet, sed necesse est, ut ab oībus hęc bellua feriatur. Nā nisi quis percusserit atq; deiecerit, impetū illius euitare non potest. Vides prędarā uictoriam? Nā singuli eorū illud trophæū erigunt, quod totius orbis ārmati milites statuere neqrēt. Omnia igitur iacent, q̄ temulētia gignere solet, uerba stolida, mēs furiosa, superbię flatus, cæteraq; huiusmodi. Suum. n. pro

Ps.109.b bē hi milites imperatorē imitantur, quem admirando scriptura dixit: De torrēte in uia bibit, ppea exaltabit caput. Vultis ē regione ingentem aliā mortuorum multitudinē aspicere? pstringamus cupiditates,

M quæ ex delicijs, q̄ ex pulmentarijs, quæ ex coquis, q̄ ex mēsarijs, q̄ ex farcinatoribus succeduntur: uereor certè ista oīa enarrare. Verūtamen dicam, nec si leophasinos aues: iura fusum artficio iuxta humidas & siccas carnes, leges de istorū ordine uarias. Nā quasi rēpublicam gubernantes, aut acies expedientes, sic quid primū, quid deinde afferendum sit sanciunt: & alij quidē aues piscibus farcinatas, subtili arte cōtextas primò offerendas esse asserūt, alij ab alijs rebus originē cœnæ faciendā contendunt: ita magnū certamen de istis cōmittitur. Nam & de qualitate, & de ordine, & de multitudine disputāt: quodq; pe⁹est, q bus obrui merētur, in his gloriantur. Nā alij ad meridiem usque, alij diem integrū, alij per totam etiam sequentē noctem produxisse prādia iactant. Considera miserrime hominū quam uenter mensuram fingitat, & pudebit tē imoderatissimę, atq; ineptissimæ huius edendi diligētię. Nihil tale est apud angelos illos, sed huiusmodi etiā uoluptates mortuæ ibi atq; sepulæ sunt. Non. n. ut repleantur, nec uoluptatis sed uiuendi causa sumunt alimēta, nō sunt apud eos aucupes, neq; piscatores, sed panis & aqua. Solicitudo

A aūt hæc, & tumultus & cura procul inde abest, & tā tuguria sua, q̄ corpora ita magnā illis pstant trāquillitatē, quēadmodum magnos tēpestatis fluctus in istos concitant. Rescinde igitur cogitatione uentres istorum, & uidebis magnā intus cōgeriem, sordidissimam cloacā, sepulchrum fœtidum: erubesco dicere q̄ sequuntur, eructationes uidelicet fœtulentas, fastidiosos uomitus, euacuationes uentris sursum simul atq; deorsum. Si aūt illuc proficiscaris, non modò has cupiditates, uerūetiam illas Veneris, q̄ ardentiores inflāmatiores q̄ sūt, unà cū equis & armis dejectas uidebis: equi nēpe arma & sella, uerba turpia sunt: neq; in his solùm pclaram illi uictoriā obtinēt, uerūetiam in acquirenda pecunia, in cōcupiscenda gloria, in admittenda inuidia, in cæteris oībus moribus. Putāsne pstantiorem hūc exercitum esse, & mensam illam uestra iucūdiorem? Nemo certè, nec eorū quidem q comedēdi uoluptate dirūpuntur, nisi mē te captus sit, negare audebit. Hæc. n. uiam ad cœlū

B pparat, illa ui ad gehennam trahit. Diabolus illius, Christus istius princeps est: luxus & lasciuia illā, philosophia & moderatio istā pparat: hic deus adest, ibi diabolus. Vbi. n. temulentia, ubi uerba turpia, ubi

Luc.16.c. uenter fatur, ibi dæmones & diabolus exultāt. Talis erat mēsa diuitis illius, qui nec urnus stillę aqua post mortē potiebatur. Monachi aūt nō talē certè habēt, sed angelorū uitā iam meditantur. Nō celebrātur nuptię apud eos, nec somno nec delicijs dediti sunt. Nā quis facilius hostes fundere potest, q̄ qui comedendo trophæū erigit? ideo propheta quoq; dicebat: Pa-

Psal.22.b rasti in cōspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. Non. n. errabit quispiā, si hoc eloquiū ad mensam conferat monachorum. Nulla. n. alia re magis anima tribulatur, q̄ concupiscentia, petulantia, ebrietate, cæterisq; uitijs q̄ hinc oriuntur: quod oēs sciunt, qui harū rerum periculum fecerunt. Quod si cōsiderare diligēter uolueris, unde illa, unde hęc mēsa referatur: tunc quid inter utrāq; intersit, probè cognoscēs. Vnde igitur hæc repleri solet? Ex multis uiduarum lachrymis, ex multis orbis parentū, q̄ facilè

C pp impotentiam uiolantur, illa uero à iustis laboribus. Vnde formosæ mulieri, quā nihil externum decorat, cū innata quadam pulchritudine splēdeat, psimilis illa est. Hæc aūt meretrici deformi, q̄ quāuis multo circūdetur fuco, non potest tamē deformita tē occulere, sed quò magis appropinquat, eò deformior uidetur. Noli. n. incipientes cōuiuas examinare, sed famentes cōsidera: tunc. n. uidebis quasi libera & pudica mulier illa sit, nihil ea pśente dici, aut fieri turpe: hæc aūt quasi meretrix, atq; infamis nihil honestum admittit. Illa cōuiuarum solummodo quærit utilitatē: hæc detrimentum atq; perniciem. Illa offendere deum non patitur: hæc te non dimittit, nisi offendas. Abeam⁹ igitur ad illos, unde sciem⁹ quot, quātisq; uinculis simus innodati. Vnde facilè dicere poterimus, quo mille referta bonis mensa pparatur iucūdissima, minimi aut nullius impendij, oīs solicitudinis expers, inuidię, cōuicij, & oīs morbi oīno immunis, optima spe repleta, multis trophæis ornata: ubi tumultus non est, quò morbus non accedit, unde abest ira, ubi tranquillitas, ubi pax habitat: nec mihi ministrorum apud diuitum mēsam silentium enarra, sed clamorem conuiuarum non prætermitte. Nō eum dico, qui alterius ad alterum est, quāuis & hic ridiculosissimus sit: sed interiorem qui animū ipsum occupat, qui captiuum ducit: cogitationum D dico tumultū, fluctus, tenebras, tēpestates, qbus oīa ita cōfunduntur ac pmiscentur, ut nocturna in animo pugna committi uideatur: Nō ita in tabernaculis monachorum fieri uidemus, sed magna tranquillitas, ingens ibi quies uersatur: unde post hanc quidē mēsam similis morti somnus cōsequitur, post illam aūt uigilia & mētis & corporis: & hāc quidē atroces pœnæ, illam regnū cœlorū comitatur. Illā igitur inse quamur, ut fructib. eius perfrui mereamur, ad quos oībus nobis peruenire cōtingat, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, Amen.

Homilia. lxxij. ex capite xxij.

Hariſæi autem cùm audiſſent, quia ora Saddu-
p *cæorum obſtruxerit, congregati ſunt in unum, et interrogauit unus ex ipſis iuriſperitus tentans eū, & dicēs: Magiſter, quod eſt mandatū magnū in lege?*

Rursus causam euāgelista posuit, quā ob rem silere debuissent, & ut facilius temeritatē eorum ostēdat: quo pacto? Quia illis cōfusis isti rursus aggrediūtur, cūq; quiescere oporteret, decertare uoluerūt, & legis E peritiā profitentē pmittunt, nō discere, sed tētare cupientes: ac ita interrogāt: quod nam primum mādatum in lege sit. Nā cū primum illud sit: Diliges dominū deum tuum, putātes causas sibi allaturū, quoniā deum se faciebat, hoc modo interrogāt. Quid igitur Xps? Vt ostendat idcirco ad hæc eos deuenisse, quia nulla in eis esset charitas, sed inuidiæ liuore tabescerent: *Diliges*, inquit, *dominum deum tuum: hoc primū &* Deut.6.a *magnum mandatum est. Secūdum aūt simile huic: Diliges proximum tuum sicut teipſum.* Quā aūt ob rē simile est huic? Quoniā hoc illud inducit, & ab illo rursus munitur: Quicūq; n. malē agit, odio habet lucem, & nō Ioan.3.c. uenit ad lucē: & rursus, Dixit insipiēs in corde suo nō Psal.52.a est deus: deinde sequitur, Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt. & iterum, Radix oīum malorū auari Psal.13.a tia est: quā qdā appetentes, errauerunt à fide. &, Qui 1.Tim.6. diligit me, mādata mea seruabit, quorū caput & ra- Ioan.14.c dix est, Diliges proximū tuū sicut teipsum. Si ergo di Gala.5.c. ligere deū, diligere proximū est. Nam si diligis me ô Ioan.21.d Petre, inquit, pasce oues meas: Si ēt dilectio proximi facit, ut mādata custodias, meritò ait in hoc totam F legem, & prophetas pēdere. Et quēadmodum in superioribus cū de resurrectione interrogaretur, plus docuit, q̄ tentantes petebant: sic in hoc loco de primo interrogatus mandato, secundum ēt non ualde q̄ primum inferius spontè attulit. Secundū. n. est primo simile. Ita occultius insinuauit, odio illos ad q̄rendū incitari. Charitas enim, inquit, nō zelatur. Sed 1.Corint. cuius rei gratia, Matthæus quidē apertè ait, tentādo 13.b illum quæsisse. Marcus autem è cōtra? Sciens, inqt, Mar.12.d Iesus quia sapienter respondit, dixit ei: Non longè es à regno dei. Nulla certè inter euāgelistas discrepantia est, sed magna ēt consonantia: tētando enim incepit, sed cū à responsione Christi nonnihil utilitatis perceperit, iure laudatur. Non. n. incipiēs statim laudes audiuit: sed quando dixit maius esse diligere proximum, q̄ holocausta offerre, tunc ei dicitur: Non es procul à regno dei. Humilia. n. & abiecta despiciens, initium uirtutis percipit, cuius causa & sabbata, & reliqua huiusmodi omnia inuenta sunt, nec tamen cō summata ipsum laude honorauit, sed nonnihil ei deesse ostendit. Nam si procul abest, abest tamen, quare defectus ille sibi erat supplendus. Noli autem mirari, si cùmunum esse deum dixit, & præter eum

G alium nō esse,laudatus est:sed hinc etiā perdisce, ad
mentem accedentiū solere ipsum plerunque respon-
dere:nā & si mille indigna gloriæ Christi afferant, il-
lud tamen dicere non audent, quia oino deus non
sit. Quam ob rem aut illū laudauit, qui præter pa-
trem non esse alium deū dixerit? Non certè, quia nō
esse se deum uoluit significare, absit hoc.n. sed quia
nondum tēpus aderat suæ deitatis reuelādæ, idcirco
in priore dogmate illū permanere dimittit, ceūque
probè uetera tenentē laudauit, ut idoneum ad noui
testamenti doctrinā faceret, quam opportuno tem-
pore manifestius erat introducturus: quāuis ēt quā-
do in scriptura siue ueteri, siue noua dicitur unū esse
deum, & pter eum aliū non esse, non ad distinctio
nem filij, sed exclusionē dictum sit idolorum. Quare
hac sententia uoluntatē istius laudatam existimato.
Cū igitur respōsum dederint, ipse quoq; interrogat:
Quid uobis uidetur de Christo, cuius filius est? dicūt ei Da
H *uid.* Considera diligēter, atq; ppende, qa post multa
miracula & signa, post multa responsa ultrò citroq;
data, post argumenta æqualitatis cū patre cōplura,
post doctrinā uerbo & opere rutilātem, post laudē
istius qui unum esse deū asseruit, tādem interrogat.
Nam ne dicere possent, miracula quidē ab eo facta
fuisse, legi autem contrariū extitisse, idcirco post tot
tātaq; interrogat: occultius eos inducēs, ut se deum
profiterentur. Et discipulos quidē primùm quid alij
de se, deinde qd ipsi dicerent, iterrogauit: istos uero
non eo pacto, seductorem.n. profectò & perditum
uirum dicere non dubitassent. Quare sententiā eorū
de Christo inquirit. Nam quoniā ad passionem iam
iturus erat, eam prophetiam in mediū adducere uo
luit, quę apertissimè dominū esse ipsum prędicat: nō
tamē principaliter, neq; temerè, sed ex causa ratione
bili ad istud peruenit. Nā quoniā interrogati primò,
non uera de ipso dicebant, hominē esse nudum affe
rentes, ad refutationē erroris sui Dauid illum deita-
tis suæ prędicatorē citauit. Nam quoniam nudū ho
minem opinabantur, ideo Dauid esse filiū respondē
bant, quod emendans ipse prophetā hūc inducit, &
qa dominus sit, & quia propriè patris filius, & qa pa
tri æqualis confirmantē: nec id sibi sufficit, uerùm ut
I etiā terrerentur, quæ sequuntur subiunxit: *Quomodo*
ergo Dauid in spiritu uocat eum dominū? Ita oībus mo-
dis ad fidē eos inuitabat. ne autē dicere possent, adu
Psal.109 a. lationis causa, & humano cōsilio sic à propheta scri
ptū fuisse: *Dixit dominus domino meo, sede à dextris me-*
is, donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuorū. Respice
quēadmodū submissē opinionē prophetę, atq; sentē
tiam de se recitauit. Primùm cuius esse filiū arbitra-
rentur. Deinde postquā illi Dauid respōderunt, nō
dixit: Atqui Dauid sic de Xpo prophetauit: sed rur-
sus interrogādi ordine, Quomodo igitur Dauid in
spiritu dixit? qd facit ne his uerbis cōturbentur. Ideo
nec qd uobis de me uidetur, sed quid de Christo ui-
detur, iterrogauit. Sic & apostoli remisse disserebāt,
Act.2.c dicētes: Licet libere dicere de patriarcha Dauid, quia
mortuus & sepultus est. Similiter igitur & ipse iterro
gādo, atq; ratiocinādo dogma hoc de se introducit,
dicēs: Dixit domin⁹ domino meo, sede à dextris me-
is,, donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuorū.
Si ergo Dauid dominū ipsum uocat, quomodo filiꝰ
eius est? hoc ratiocinatur, nō qa uelit ostendere Da-
uid filium Christū non esse (non enim Petrū hac de
causa increpasset) sed ut falsam opinionem eorū in
melius reducat. Quare quando infert, quō igitur fi- K
lius eius est? non sic esse filium, ut illi putabant affir-
mat: illi.n. filium solummodo, non autem etiā do-
minum arbitrabantur. Ita post recitatū testimoniū,
quietè atque remisse infert: Si ergo Dauid dominum
ipsum uocat, quō filius eius est? Hæc illi audientes
nihil respondebant: non enim discendi, sed tentandi
causa interrogabant. Ideo ipse intulit, sed quoniam
paruā ei fidem habebant, prophetā quoque secum
accepit: qd maximè considerātes, quādo remissum
quid atque humile de ipso dicitur, nō scandalizabi-
mur: ad multas.n. alias causas prēcipua hęc accepit,
quòd illos condescendens alloquitur. Qua de causa
interrogando dogmata modo sanxit, ac dignitatē
suam occultius ostendit. Non.n. æquale uidebatur,
Dauid & Iudęorum dominū dicere. Tu autē oppor
tunitatem etiam expende. Cùm.n. unum esse domi-
num dictū sit, tunc de se quoque dixit, quia dominꝰ
est: quod nō operibus solū, sed prophetæ authorita
te confirmauit, qua demōstrauit, qa pater ipse sibi L
propugnat: Donec.n. ponam inimicos tuos, inquit,
scabellum pedū tuorum. ita & magnum honore si-
bi à patre, & se patri concordem esse ostēdit. Hic fuit
finis disputationū atque interrogationum omniū,
præclarus quidē atque sublimis adeò, ut ora eorum
facilè consuerit. Conticuerunt.n. ex illo tempore nō
spontè sed qa ita lethali fuerāt perfossi uulnere, ut nō
ausi fuerint eū amplius aggredi. *Nullus enim*, ait, *au-*
sus fuit ab illo die interrogare eū. Hæc res non paruū uti
go conducebat: ac ideo repulsis iā lupis, insidiisq; il-
lorum detectis, ad multitudinē orationem conuertit.
Nihil.n. amplius illi inanis glorię cupidi, & graui hac
passione superati acquirere poterant. Grauis enim
atque multiceps certè ista passio est: alij.n. principa-
tū, alij diuitijs alij robore corporis gloriantur, & pro
gredientes quasi ordine quodā, ad eleemosynā, ieiu-
niū, orationes, doctrināq; uenitūt: ita multa sunt hui⁹
belluæ capita. Verū nō est mirabile inani gloria pro
pter alias res cōmoueri, ieiunio autem atq; oratione
iactare, mirabile simul & lachrymis dignum est. Sed
ne solū criminemur, agè modum etiam quēdam ex
ponamus, quo tā truculentā poterimus effugere be M
stiā. Quos igitur primo aggrediamur? eōsne qui diui
tijs, an eos q uestibus gloriātur? eos qui principatu,
an eos q doctrina, aut arte quadā, aut robore cor-
poris, aut forma, aut ornatu iactant? eōsne q atroci
tate, an eos q humanitate & eleemosyna, aut uersu-
tia, aut morte, aut his q̄ post mortē cōsequūtur tu-
mescūt? Multos.n. hæc passio riuos possidet, & ultra
uitā nostrā progrēditur. Mortuus.n. est ille, ac ille, in
quit: & ut mirabilis quidē fuisse uideatur, talia & ta-
lia testamēto iussit fieri: hac ratiōe ille inops est, ait,
ille autē diues. Nam quod aceibum est, à contrarijs
etiā hęc fera cōstat: quos igitur primos ācie petem⁹?
non.n. aduersus omnes una ratio congruit. uultisne
illos inuadamus q eleemosyna gloriātur? Mihi certè
ita uidetur: doleo.n. cùm inanem cōsidero gloriam
rei, quā uehementer quasi pestē insidere, & quasi nu
tricem regiæ puellæ insidiantem: alit.n. eam, sed ad
impudicitiā & infamiam. Nam patrem contemnē-
re iubet, & ut scelestis, ac pditis iuuenib⁹ placeat, im
pudico expolit ornatu, ac tali quadā corrupto lasci-
uia. s. ac petulantia pleno, non qualem pater deside
rat. Agè igitur aduersus hos ensem stringam⁹: fiat er
go à quodā eleemosyna cumulatè ad ostētationē:

sic igitur

A sic igitur à thalamo paterno primum eam educit,
Sup.6.a cūq; pater iubeat ne sinistrę qdē eam apparere, ipsa
seruis notis atq; ignotis, & quibuscūq; obuiis ipsam
ostentat. Vides à qua lena hoc scortū ad amores tur
pes hominū ipellitur? & quemadmodū ipsi iubeāt,
ita ornetur. Vis uidere quo nō meretrix simpliciter,
sed furiosa meretrix hmōi anima efficitur? quali mē-
te prædita sit, discere studeas. Quid.n. furiosius est,
q̄, omisso cœlo post seruos fugituos, & perditos ho
mines per uicos & angiportus currere ad inquiren-
dos inimicos atq; amplectendos? Nemo quippe ma
iore odio multitudini est, q̄ qui falsam gloriā ab ea
quouis modo aucupatur: mille nāq; criminationes
in hmōi hominem consingūt, nec aliter fit, q̄ siquis
puellā regiam à solio regali depulsam, adulteris uiris
& despuentibus eā tradat. Isti ergo quātò magis eos
amplecteris, tantò te magis auertuntur: deus aūt si
ab eo gloriam quæras, amplectitur te atq; laudat, &
magna retribuere paratus est. Ad hæc si detrimentū
huius iactantiæ melius perdiscere uelis, siquādo ad
B ostentationē te, & laudē dederis, cōsidera quo mœ
Ibidem. ror cōfestim surrepat, & cōtinuus permaneat, præce
ptumq; Christi clamantis in mētem ueniat, oēm te
mercedem perdidisse. Vbiq;, ac semper inanis gloria
uituperatur: illa uerò turpissima est q̄ nimium infla-
tu. Quippe cum extremæ crudelitatis esse uideatur,
alienas clades quasi præconio efferre, quasiq; pau-
Terētius in Andr. sce.i. act.i. pertatē exprobrare. Nā si beneficij commemoratio,
quasi exprobratio est: quid dicemus eū facere, qui
beneficia libenter multis ostētat? quō igitur hoc ue-
nenum effugiemus? Certè si diligenter considerabi-
mus, à quibus quærimus gloriā: Dic.n. queso, quem
nam eleemosynæ opificem esse putas? eū uidelicet, q
rem ipsam adinuenit, qui optimè omnium id facere
nouit, & sine termino factitat. Agè igitur respōde, si
luctas exercitatorias disceres, ad quos nā spectares,
aut quibus te in palæstra ostenderes? olerane ac pi-
sces uendentibus, an huius luctationis principi atq;
magistro? Et certè illi quidē multi sunt, hic uerò uni-
C cus. Nōne igitur si hic te admiratur, illis deridētibus,
tu quoq; unà cū magistro illos irridebis? Quid por-
rò, si cæstibus certare disceres, nōne similiꝰ profes
rem eius certaminis, atq; magistrū spectares? sin aūt
eloquentiæ artibus pstare uelles: nōne si à prēcipuis
oratoribus laudareris, multitudinis uerba contēne-
res? Quō igitur turpe nō est, in cęteris qdē artificijs,
ac certaminibus ad magistrum te duntaxat respice-
re, hac uero in re contrariū penitus facere, præsertim
cum æquale detrimentū non sit? Nā si ad uoluntatē
multorum, non ad iudicium magistri lucteris, in ea
Sup.9.d re solūmodo damnum est: sin uerò ostentatione ia
ctas, uitam æternā perdidisti. Si ergo misericorditer
dando similis deo factus es, diligēter studе, ut in cō
temnenda ēt ostentatione similis ei efficiaris, q mor
bos hominum curans prēcipiebat ne alicui dicerēt.
Sed misericors forsan, ac liberalis ab hominibus uo
cari desideras, q̄ ob rem? Nōne nullum est huius rei
lucrū, damnum aūt inęstimabile? Ipsi.n. quos ad te-
stimoniū tuæ benignitatis citas, latrones abs te con
stituuntur, qui te regno cœlorum spolient: imo ue-
rò non ab ipsis hoc patimur, sed à nobis, nō ab alijs
superiore gloria pellimur. O nouæ calamitatis ge-
nus, ò furiosam hanc turbationē, q̄ tinea corrodere
non potest, nec fur uiolare, ea inanis gloria omnino
dispergit. Hæc est tinea cœlestis thesauri, hic est fur,

Tomus secundus.

qui æterna regna furatur, qui immarcescibiles à no- D
bis diuitias aufert, qui tanq̄ cōtagiosus morbus oīa
corrumpit. Ita quoniā prospexit diabolus tam latro
nibus & uermibus, q̄ alijs machinis inexpugnabile
illud esse præsidium, per inanē illud gloriam expu-
gnat. Sed glorię inquies, cupidus sum. Nōne satis ha
bes à cōscientia eius, cui beneficiū collatum est, &
ab ipso deo laudari? Sed apud reliquos ēt homines
te ostentare cupis. Caue ne contrariū eueniat, & all-
quis nō liberalitate ac benefico animo, sed ambi-
tiosè te id facere credat, itolerabiliq; superbia, quòd
alienas libēter efferas clades. Nā eleemosyna mys-
terium est: cōcludendæ igitur ianuæ sunt, nequis aspi-
ciat q̄ uidere nephas est. Et certè mysteria nostra,
eleemosyna maximè, ac charitas sunt. Ineffabil.n.
sua misericordia nostri misertus est. Et prima quę in
Eucharistia dicitur oratio, qua pro dæmoniacis de-
precamur, misericordiæ suæ cōmemoratione plena
est. Sceda, qua pro his oramus qui pniam agunt, mise
ricordiā humiliter quæritat. Tertia ēt quam pro no
bis ipsis fundimus, uel infantes adducit, deū ad mise
ricordiam lachrymis inflectentes. Nā quoniam no- E
stra ipsi peccata cognouimus, pro alijs qui pecca-
rūt, quiq; peccare possunt ipsi clamamus: pro nobis
aūt ipsis infantes, quorū imitatores cœlorū regnū
expectant. Hac.n. oratione significatur, quòd q sim-
plicitatem paruulorū sequuntur, hi maximè pro reis
deum deprecari possunt. Ipsum aūt Eucharistię my
sterium quāta misericordia plenū sit, initiati solum-
modo nouerunt. Quare tu quoq; cum eleemosyna
uteris, ianuas claude, ipse qui recipit, solus conscius
sit: imo si possibile est, nec ipse qdem percipiat unde
erogatū sibi beneficiū est. Quæ si deriseris animo, &
hoc mysteriū tuum edideris, in mentē tibi ueniat,
quia ēt ille ipse à quo gloriā aucuparis, tanq̄ uanum
te omnino condenabit: & si amicus est, secum te.re
prehendet: sin uerò inimicus, ēt apud alios hanc am F
bitionem condēnabit. Ita contraria tibi eueniunt, q̄
desideras. Tu quidem maximè cupis, ut de te admi
rās, ille misericors, ille humanus, ille benignus dicat:
ipse aūt, ille inanis gloriæ cupidus prædicabit, ille q
omni quouis modo placere hominibus studet, cęte
raq; his deteriora. Sin uerò tu celabis, tunc exclama-
bit, ò misericordem illū atq; humanū. Non.n. gran-
de aliquid atq; præcipuū occultari diutius deus pati
tur: sed si tu celabis, ille manifestabit: ita & misera-
bilior eris, & maiora lucraberis. Quare ad acquiren-
dam gloriam contraria est omnino ostentatio. Nā
ad qd festinanter pergimus, ad illud impedimēto so
let maximè esse. Non.n. beneficentię gloriam solum
amittimus, sed contrarium quoq; acquirimus, & ad
hæc non paruis nos incōmodis subiicimus. Horum
igitur omnium gratia inanē gloriam cōtemnamus,
& à deo solummodo lucrari cupiamus. Hoc.n. mo
do & p̄senti, & futura gloria potiemur, gratia & mi-
sericordia domini nostri Iesu Christi, Amen.

Homilia.lxxiij.ex cap.xxiij.

Vnc Iesus locutus est turbis & discipulis suis di-
t cens: Super cathedram Mosi sederunt scribæ &
pharisæi: Quecūq; igitur dixerint uobis, facite:
secundum uerò opera eorum non facite. Tūc istud quan-
do significat? quādo illorū ora obstruxit, quādo ita
iam cōfusi fuerūt, ut tētare ipsum amplius nō aude
rēt. Verū quoniā domini, & domini mentionē fecit,
iterū refugit. Nā quāuis nihil tale in lege scriptū inue

r

Universidad de Deusto Biblioteca

niatur:illud aũt in primis, Dominus deus tuus, dominus unus est: legem tamen nouã, uniuersam uetere scripturã solet appellare. His oĩbus ostendit eadem se patri uelle. Nam si contraria illi cuperet, contraria quoq; in. legẽ dixisset: nunc uerò adeò legẽ uereri uidetur, ut etsi legalis doctrinę professores corrupti sint, auscultare tamen hortatur, & de recta disciplina uiuẽdi disserit, q̃ res maximè causa incredulitatis erat. Corruptis. n. uiuẽdi moribꝫ, & inanis gloriæ cupiditate à credendo repellebantur. Cũ igitur præcepta emendationis gratia tradere uoluerit, qđ præcipuè ad salutẽ conducit, nequis. s. dogmata negligat, néue in sacerdotes insurgat, id summopere iubet, nec iubet solũ, uerumetiã facit: non. n. à docẽdi gradu corruptos deiecit, ut nullam audientibus occasionẽ inobedientię relinqueret, & maius illis iudicium prępararet. Sic quãuis nequam essent, principatum eis cõfirmauit, ut uel post increpationẽ edixerit, Facite quęcunq; illi uobis esse facienda cõfirmãt: non. n. sua, sed q̃ per Mosen deus imperauit, prædicant. Tu aũt considera quantũ Mosi deferat honorem, & se ueteribus cõuenire ostendat, & illos pp le gem Mosi uenerãdos autumet. In Mosi. n. inquit, cathedra sederunt: ita qui à moribus eorũ fide nõ potuit ipsos dignos esse testari, à sede ac successione q̃ sunt in lege intelligere: ut de cibis & sacrificijs, cæterisq; huiusmodi. Qũo enim hæc cõfirmasset, q̃ iam refutauit? Sed omnia, inquit, quibus mores hominũ corriguntur, quibus meliores efficimur, & q̃ ita nobis congruũt, ut non patiantur iugo amplius legis deprimi. Cur igitur non gratię præceptis ista, sed authoritate Mosi confirmauit? Quoniã nulla tpis opportunitas erat ante crucis mysterium ad hęc manifestanda, quamuis ad hæc illud ẽt mihi uideatur dispensare. Nam quoniã grauius eos accusaturus est, ne imperiti expetitione principatus eorũ laborare, aut odio ipsum moueri existimẽt: hoc primò remouet, ut omni suspicione ablata liberius reprehendat. Sed cuius rei gratia ipsos tandem accusat, & lõga in eo utitur oratione? Pæmonere multitudinẽ uoluit, ne opera eorũ sequẽtes miserius cadant. Nõ. n. simile est interdicere ne faciãt, & eos qui peccarunt ostẽdere: sicut nec simile est cõsulere q̃ oportet, & eos q̃ rectè ipsa fecerunt in mediũ producere: propterea & præueniens ait, Secundũ aũt opera eorum nolite facere. nam ne inducere animũ possent, quoniam auscultandi sunt, imitãdos ẽt esse, hac utitur correctione. Ita qui sibi honor deferri uidebatur, in reprehensionem conuertitur, quia mores eorũ condemnat: quare in uituperationem cõuertitur, cũ talis eorum uita esse uideatur, ut imitatores ipsorũ corrumpantur. Hac ergo de causa ad accusationẽ ipsorum deuenit, & adhuc ut ostẽdat incredulitatẽ eorum, & crucis patibulum, quod sceleratè facturi sunt, nõ ipsius crucifixi, nec non crediti culpa, sed illorũ scelere accidisse. Tu uero considera, unde initiũ sumat, & unde crimina eorũ amplificet: Dicunt. n. inquit, & non faciunt. Criminandi naq; oẽs sunt, inquit, qui legẽ trãsgrediuntur: sed maximè omnium qui doctoris fungitur authoritate, dupliciter. n. atq; tripliciter iure cõdemnatur. Primum quia transgreditur. Deinde cum in corrigendis alijs ipse claudicat: propter dignitatẽ quã gerit, maiore dignus supplicio est. Tertiò, qa cũ ceu doctor pspideat, nequitia sua facilè cæteros corrumpit: his aũt reprehensionem adiungit, quoniam

Deu. 6.a

austeros se nimiũ gerant aduersus reos. *Ligant enim* K
onera grauia, & importabilia, & imponũt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere. Duplicẽ hic nequitiam eorũ ostẽdit, tum quia sine uenia exquisitissimè multitudinẽ uiuere uolũt, tum quia nimiũ sibiipsis indulgentes magnã assumunt licentiã, quorum opposita in optimo principe requiruntur: ut. s. aduersus seipsum nulla utatur uenia, sed se uerũ in se iudicem exhibeat, erga subiectos autẽ mitior, & addandam pronior ueniam fit: quorũ opposita isti faciebant. Tales quippe oẽs sunt, qui uerbis philosophiam terminant, austeri nimiũ, & non ignoscentes ceu inexperti eius doctrinæ, q̃ opere ac exemplo discipulis traditur: q̃ nequitia cũ parua non sit, superiora crimina in maius extollit. Tu aũt expende, quo id etiam auget: non enim dixit, Nõ possunt, sed nolũt: nec portare, aut ferre, sed digito mouere: hoc est, nec propè accedere, nec tangere uolunt, sed diligentes atq; robusti in prohibitis sunt. *Omnia enim opera* L
sua faciunt, ait, ut ab hominib us uideantur. His uerbis inanis gloriæ cupiditatẽ eis obiicit, qua perierũt. Ita superiora crudelitatis erant, atq; desidię: hęc uerò furoris, qui gloriæ inanis cupidine illos exagitabat: q̃ res à dei eos expulit charitate, & corrupit, ac effecit facilè ut in alienos certarent spectaculo. Nã quales spectatores quispiã sibi eligit, cũ his placere studeat, consona illis certamina suscipiat necesse est. Ita qui fortibus uiris spectãtibus luctatur, fortiter agere conatur: qui uerò apud ignauos & timidos, ipse quoq; hmõi efficitur. ut uerbi causa: Risui quis gaudẽtes habet spectatores, ridendi author illico efficitur, ut spectatoribus placeat. Alius à diligenti atq; philosopho spectari uoluit, talis & ipse uideri certat, ut laudem à spectatore suo cõsequatur. Sed perspice in hoc loco rursus quo crimẽ amplificet. Non. n. alia sicut alia faciunt, sed uniuersa simpliciter sic. Cũ igitur inanem gloriã eis obiecisset, non magnarũ, neq; præclararũ rerũ fama eos laborare demõstrat, nihil. n. hmõi habebant: sed è paruis & uilibus gloria mẽdicabatur, quibus ingens eorũ nequitia significabatur. *Phylacteria eorũ*, inquit, *dilatant: & magnificant fimbriam uestium suarum.* Quæ nam sunt hæc phylacteria & fimbriæ? Quoniam facilè beneficiorum dei obliuiscebãtur, idcirco deus signa sua in libellis breuissimè conscribi, & manibus eorũ appendi iussit: unde dictum est, Nec remouebũtur ab oculis tuis. Hæc phylacteria, quasi quędã custodientia Latinè uocabãt, sicuti multę mulierũ modò faciũt euãgelia ex collo dependentes: & ut aliunde in memoriã reducantur, quod obliuiosi crebrò facere solẽt, filo digitũ strictius ligãtes, id deus ceu ĩfantulis citò iussit facere. Hyacinthinum. n. filũ in extremitate uestis, q̃ ad talos est, assui præcepit, ut attẽtiore cura mãdatorũ recordarẽtur, hãc fimbriã appellãt. In his igitur rebus diligẽtiores, ligacula qbus libelli depẽdebant, latiora, & fimbrias maiores faciebant qđ ex inani gloria proficiscì uidebatur. Quã. n. ob rẽ hęc ita facis? An quia uirtutẽ id eximiã putes, uel qa aliqd utilitatis inde habeas? nõ scdm mandata tibi deus pcepit, sed ut signa & miracula eius memoria teneas. Quòd si eleemosyna atq; ieiunio, q̃ opera nostra efficiuntur, nullo pacto gloriari oportet: quã ob rẽ his plurimum iactas, ô pharise, qbꝫ maximè tua desidia declaratur? Illi uerò non hic solũ, uerũetiã ex alijs multò minoribꝫ morbũ cõtrahebãt. *Diligũt. n.* ait, *primos in cœnis accubitus, et pri-*

Deu. 6.b Phylacteria.

Num. 15.d

A *mos in synagogis consessus, salutatiões in foro, et uocari ab hominibus rabbi.* Hæc. n. & si minima eẽ uideãtur, magnorũ tamen causa sunt malorũ. Nã & ciuitates & ecclesias sępenumero euerterunt: propterea nec à lachrymis abstinere possum, cũ primos istos cõsessus & salutationes audiã, ac in mentẽ ueniat, quot quãtaq; hinc mala in ecclesia dei orta sunt, q̃ modò pcẽseri tempus nõ est, immo uerò nec opus, cũ senio res ea q̃ uiderunt, minoribus ẽt enarrare queant. Tu aũt considera ibi maximè illos inanis fomenta glorię quęsiuisse, ubi iubebantur humiliores esse, in synagogis uidelicet, quò ad docẽdos alios ueniebant. in cõuiuijs. n. huiusmodi aliquid cõmittere non ita graue uidetur, quãuis non in ecclesia solũ, sed ubiq; doctorẽ cæteris pstare oporteat. Nã quemadmodũ homo ubicunq; fuerit, cæteris animãtibus pstat: ita doctorẽ decet, siue loquatur siue sileat, siue in cõuiuiis siue alibi sit, cæteris hominibus excellere, adeò ut in incessu & aspectu, & habitu, omnibusq; simpliciter aliis pstantior esse uideatur. Illi uerò in omni re derideri digni, undiq; sibi dedecus cõtrahebãt, q̃ fu-
B gienda erant insequentes. Diligunt. n. ait, quòd si diligere, crimẽ est: quid erit re ipsa efficere? Sed cætera quidẽ tãquã parua & uilia, & in qbus non erat opus discipulos suos corrigi, in accusatione ac reprehẽsione illorũ terminat: principatus aũt appetitio, q̃ omnium malorũ causa erat, & sedis docendi raptus in medium diligenter ad doctrinam discipulorum producitur. quid enim ait? *Vos uerò nolite uocari rabbi.* Cuius causa statim subiungitur: *Vnus enim uester est magister, omnes uerò uos fratres estis.* Nec alter altero pstantior, quoniã nihil est qđ à seipso sciuerit: ideo
1.Cor.3.b Paulus quoq; dicit, Quid enim est Paulus? quid autẽ Apollo? quid porrò Cephas? nisi ministri? non dixit magistri. & rursus. *Non uocetis patrem*, non ut neminẽ patrem uocent, sed ne ignorent, quem principaliter patrẽ uocare oporteat. Nã quẽadmodũ nemo principaliter magister est, sic nec pater pter illũ, qui tam magistrorũ, q̃ patrũ omniũ causa est: & rursus subiũ-
Sup.16.b git: *Neque uocemini magistri, quia magister uester unus*
C *est Christus.* Nec dixit, ego: sed quemadmodũ in superioribus, quid uobis uidetur de Christo, dixit, nõ de me: sic in hoc loco. Quare libenter nunc aduersarios interrogarem, quid dicerent, cũ sæpius patri soli ad cõtẽptũ unigeniti, unus deus & unus dominus accõmodent: doctor ne pater est? Nullus negare audebit: atqui unus, inquit, doctor noster est Christꝰ. Quẽadmodũ igitur cũ unus esse Christus dicatur, nũ expellitur pater, ne doctor sit: sic cũ unꝰ dominꝰ, & unus deus pater asseratur, nõ expellitur filius, quo minus unà cũ patre dominus & deus sit. Vnus. n. atque unus ad distinctionẽ hominũ aliarũq; creaturã rum dicitur. Cũ ergo fugiendum esse hunc grauem morbũ edixerit, docet per humilitatẽ esse fugiendũ, ac ideo adiecit: *Qui est maior uestrum, erit uester minister: qui enim exaltauerit seipsum, humiliabitur: & qui se humiliauerit, exaltabitur.* Nihil n. humilitate præstantius, propterea crebrò de hac uirtute cõmemorat. Nã & quando paruulos in medium adduxit, & cũ in mõte doceret, hinc beatificatiões illas incepit, & im præsentiarũ radicitus supbiæ uitiũ euellit, dicẽs: Qui seipsum humiliauerit exaltabitur. Vide quo rectè ad contrariũ auditorẽ impellit. Non enim à cupiditate primatus prohibet solũ, sed ad alterũ extremum hortatur: sic enim desiderio potieris, inquit, tuo:

propterea ordine uobis ista sequenda sunt. Qui. n. D seipsum humiliauerit, is exaltabitur. Sed ubi hãc inueniemus humilitatẽ, inquies? Vultis ad spectaculũ huius uirtutis rursus ascendamus? ad sanctorũ dico tabernacula, mõtes atq; conualles: ibi enim sublimitatẽ, ac humilitatem uidebimus: ibi sunt homines, quorũ alij dignitatibus pfulserunt, alii diuitiis excelluerunt: qui omnes mirabiliter se undiq; uestitu, domo, ministeriis, cęteris omnibus ad præcipuam humilitatẽ reduxerunt. Omnia igitur quæ ad superbiã incendunt, amictus magnificentia, ædium splẽdor, ministrorũ multitudo, quibus uel inuiti ad insolentiam oẽs detruduntur, iacent ibi humi prostrata. Ipsi ergo ligna scindunt, ipsi accendunt ignem, ipsi coquũt, ipsi aduenis ministrant: nec cædentẽ ibi, nec lęsum aliquẽ uidebis, nec pręcipientẽ, nec cui præcipiatur: sed omnes ministri sunt, & ab uno quoq; cõuenarum pedes lauantur. Et magna de hoc apud eos honesta contentio, quod faciunt non inquirẽtes siue seruus sit, siue liber q̃ aduenit, sed erga oẽs simpliciter hoc ministerio utũtur. Nullus enim ibi est ma- E
gnus aut paruus: ingens igitur confusio, inquies, immo uerò pcipuus ordo. Nemo. n. paruũsue, an ignarus sit respicit, sed oẽs inferiores se cæteris ducunt, & hac ratione maiores efficiuntur. Vna mensa oĩbus, & administrãtibus & his quibus administratur, eadẽ epulæ, eadẽ indumenta, eędẽ domus, idẽ uiuendi ordo: magnus. est apud eos, qui uilia opera rapit. Abest inde meũ ac tuũ: eiectum inde oĩno id uerbũ est, quod multorũ causa est bellorum. Cur aũt miraris, si unus uiuendi modus, una mensa, unus uestitus oĩbus sit, cũ omnia quoq; una sint uniuersis, nõ dico secundum substantiam: id. n. similiter in omnibus est, sed secundum charitatem: qũo igitur ibi superbiet? Non est ibi pauperies, non sunt diuitiæ, non gloria, ignominia: magni & parui uirtute solũmodo sunt, sed nemo id respicit. Nõ enim dolet paruus quasi contemptus, quippe cũ qui contemnat nemo sit: quòd si esset, istud eruditi maximè, contẽni scilicet, despui, ac uilipendi non uerbis solũ, uerum- F
etiam rebus: cum mancis, cum pauperibus, libenter conuersantur, & his mensę conuiuis plenæ quotidie sunt, propterea regno cœlorum digni sunt: alius ibi uulnera permulcẽt leprosi, alius cæcum ducit, alius portat eũ qui crus fregit. Non sunt ibi parasiti, nec adulantiũ multitudo, immo uerò nec quid sit adulari cognouerunt. unde igitur insolẽtes fieri possunt, cũ tanta sit apud eos ęqualitas? propterea ẽt magna sibi ad uirtutẽ facilitas atq; mirabilis prębetur: his enim multò magis rudiores proficiunt, q̃ si cogerentur primos alijs honores deferre. Sicut enim audacẽ ac temerariũ non qui resistit, sed qui cedit, solet erudire: sic ambitiosum, non qui de gloria contendit, sed qui gloriam aspernatur corrigere uidetur: quod illis diligẽter factitatũ est. Nã quanta cõtentio de primatu apud nos est, tantũ apud eos certamen de cõtẽnendo primatu est: student. n. non ut honorẽtur, sed ut honorent, ipsa etiam opera ad humilitatẽ exhorrantur, & superbire non sinunt. Quis. n. unquã fodiẽs, plantas rigans, sportas & facculos texẽs, cętera; similia faciẽs, multũ sibi poterit arrogare? Quis pterea paup inedia seipsum domãs hac ægritudine laborabit? Nemo profectò, propterea pfacilis ibi humilitas est. Nã quẽadmodũ apud nos pp plaudẽtiũ atq; admirantium multitudinem, difficile est hu-

militatem seruare: ita ibi facillimum, solitudini. n. solummodo ille attendit. Volucres uolantes uidet, arbores cōcussas aspicit, spirantē zephyrum sentit, fluuios per ualles deferri spectat. Vnde igitur extolletur, qui in tanta solitudine uiuit? Non tamen idcirco excusabiles nos erimus, qui in media multitudine conuersantes nobis arrogamus. Nā & Abrahā cum Chaldæis erat, & tamen dicebat: Ego uerò sum terra & cinis. Et Dauid in medijs aciebus: Ego, clamabat, uermis sum, & non homo. Et Paulus in medio terrarū orbe non uerebatur dicere: Non sum dignus uocari apostolus. Quā igitur satisfactionem habebimus, cū post tot tantasq; exempla non resipiscimus? Nam quemadmodum illi mille coronis rutilabunt, quoniam primi uirtutis iter egerunt: sic nos qui nec post illos, quorum res gestas lectitamus, neq; post istos uiuentes, quorū opera admirātes uidemus, ad imitandā humilitatem eorum impellimur, mille meremur supplicia. Qua. n. ratione satisfacies, cum non emenderis? Literas fortè nescis, & scripturam perlegere nō potes, ut inde priscorū uirtutes uirorum perdiscas: culpa quidem ēt hæc est, cum ecclesia semper tibi pateat nō uenire ad degustanda hęc fluenta. Verum si priscorū uirtutes ignoras, hos uiuentes aspicere potes. Sed nullus est, inquies, qui me ducat. Me igitur adeas, ego tibi horū diuerticula ostēdā: ueni, & aliquid utile ab istis disce: lucernæ isti sunt ubique terrarum fulgentes: mœnia urbium isti sunt, propter ea solitudinem petierūt: ut te quoq; doceāt tumultus ciuitatis despicere. Alij te fortiores in mediis fluctibus tranquillitate potiuntur: tibi uerò qui undiq; exagitaris, quiete opus est, ut paululū à frequētibus procellis respirare possis. Crebrò igitur ad illos profiscaris, ut orationibus & admonitionibus eorū sordes peccatorū detergas, & tum hic iucundè uiuas, tum futurā beatitudinē consequaris, in Xpo Iesu domino nostro, cui gloria & imperiū in secula, Amen.

Gen.18.d
Psal.21.a
1.Co.15.b

Homilia lxxiiij. ex cap. xxiij.

Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quoniam deuoratis domos uiduarū, & oratione longa orantes, propterea iudicium amplius accipietis. Hinc iam pp uentris uoraginem in eos inuehitur, quodq; grauius est, qui nō à diuitibus uētres suos implebāt, & cū illorū paupertati auxilio esse debuissent, è contra ēt opprimebant: neq; simpliciter edebant, sed deuorabant, cuius uoracitatis modū grauiorem fuisse uidemus. Oratione nanq; ait, longa orantes. Oēs. n. qui perperā agūt, supplicio digni sunt: qui uerò simulatione bonitatis ad improbitatē tendit, multò grauiori pœna oīno afficiendus. Et cuius rei gratia non priuauit ipsos dignitate? Quia nondū tēpus postulabat: quare interea omisisti, cautiorē his uerbis multitudinē fecit, ne pp dignitatem eorum decepti, imitandos esse crederēt. Cum. n. dicat, quæcunq; uobis dicunt facere, facite: ostendit quæcunq; illi nequiter non faciunt, ne rudiores putēt oīa eis esse permissa. *Væ uobis quoniam clauditis regnū cœlorum ante homines, uos enim non intratis, nec intrantes dimittitis intrare.* Qd si accusandi uidentur, q nemini prosunt: qui dānō atq; impedimento sunt, quā ueniam consequentur? Quid aūt est, intrātes? Idoneos. s. atq; paratos. Nam cum præcipuè corrigere oportebat quæ aliās opus erat, intolerabilia eis onera iniungebant: è contrario aūt cum ipsos facere oportebat, nō modò nihil agebant, sed qd multò peius est, alios etiam ad similem nequitiā hortabantur. Hi sunt quos pestes transferē do appellamus, qui ad corrūpēdos alios studiosè uigilantes, aduersus doctoris officiū insurgūt. Si. n. doctoris est errantes reuocare: qui ad salutē tendentes in errorem reducit, is perditus oīno atq; pestifer est. Aliud deinde crimen exaggerat. *Circuitis*, inquit, *mare ac aridam, ut faciatis unū proselytum: cumq; factus fuerit, facitis eum filium gehennæ duplo quàm uos.* Non inquit, saltē quia multis & magnis laboribus aliquem ad doctrinā uestram attraxistis, ad parcendū ei estis parati: præsertim cū natura duce maiore omni parsimonia conseruamus, q maiore labore possidemus: uos aūt neq; id quidē mitiores reddit. Ita in duobus magnis eos criminatur: quorū unū est, quia inutiles ad salutē multorū existētes, uix magno sudore quēquā possunt attrahere: alterū, quia desides ad custodiendos attractos sunt, imo uerò ēt proditores, cū eos malo exemplo uiuendi deteriores faciant. Magistris enim ēt ipsis peiores discipuli fiunt, probos. n. doctores uix imitare quimus: improbos aūt quoniā faciliores ad mala sumus, ēt superamus. Filium uerò gehennæ ipsum per se gehennā appellat: & duplo q uos ait, ut & multitudinē terreat, & illos grauius feriat: quia improbitatis magistri sunt, & maiore disciplinā nequitia corrūpere conantur, ad maiorē eos improbitatem adducentes: q res perditissimi animi oīno est. Deinde amentiam quoque ipsorū reprehēdit, quia maiora iubebant mādata cōtenere. Atqui oppositum superius dictū est, quòd onera grauia, & intolerabilia colligarent, sed ista ēt rursus faciebant. Cumq; oēm operam ad corrumpendā multitudinē susciperent, acerbi exquisitores erant in paruis, maiora uerò negligebant. *Decimatis enim, ait, mentham, & anethum, & cyminū, & dimittitis graviora legis, iudicium & misericordiam, & fidem: hæc oportebat facere & illa non dimittere.* Meritò hæc oportebat facere, inquit. Eleemosyna enim ēt decima est, eleemosyna uerò nocere non potest. Non aūt sicut legem seruātes facere oportet, neq; ipse sic dicit: sed, hæc facere oportebat, & illa nō dimittere. Vbi aūt de mundis & immundis disputat, non adiicit illud, sed distinguit, ac necessariò exteriores munditias ad interiorē consequi, neq; contrariari ostendit. Nam q misericorditer ratione fiebant, ea indifferenter transcurrit, tum pp idipsum, quia misericorditer fiebant, tum quia non erat adhuc tēpus legis clarè atq; apertè deferēdæ: q uerò ad obseruationē mūdationum corporū pertinebant, ea manifestius euertit. Propterea de eleemosyna dicit, hæc facere oportebat, & illa nō omittere: de purgationibus uerò non sic. *Mundatis enim quod deforis est calicis, & paropsidis, intrà autem estis pleni rapina & immunditia. Munda calicem interius, ut exterius mundus fiat.* A re cōi atq; manifesta, calice dico, ac paropside istud accepit. Deinde ut ostenderet nullū dānum ex cōtemptu corporaliū mūdationum sequi, acerba uerò supplicia his imminere q animæ mūdationē despiciunt, q mūdatio uirtute cōficitur: altera culicem, quoniā parua: altera camelū, quia magna & intolerabilia sunt, appellauit. *Ait enim, culicem transcolantes, & camelū glutientes.* Parua. n. illa pp magna, misericordiam dico, atq; iudiciū lege firmata sunt. Quare à magnis dirupta nihil prodesse possunt: parua. n. ad magna sequuntur, hęc aūt ad illa nō consequuntur. Hæc dicit, ut' ostendat ēt ante gratię tēpus nō pluris ista fuisse, cū alia maiora q̄rerentur. Quare cum

Mar.12.d

cum sublimia iam, & diuiniora mādata accesserint, inutilia oīno remanserunt, ac ea conseruare amplius non oportet. Semper igitur, atq; ubiq; pernicioſa q̄dam res improbitas est, magis aūt quādo correctione indigere nō putat, tum uerò maximè pernicioſissima est, cum se ad emendandos alios sufficere opinatur: q̄ significans Christus, cæcorū duces illos appellauit. Nā si maxima uidetur calamitas atq; miseria, ducem oīno à cœtu repelli: quid dicemus si aliorū etiam dux esse cōtendit? His oībus furorē inanis glorię, atq; rabiem enigmaticè designat: q morbus quo niam ad ostentationem cuncta faciebāt, omnium malorū causa extitit, qui à fide ipsos abduxit, & uirtutem negligere persuasit, effecitq; ut purgationib⁹ animę neglectis, mūdationibus corporis summopere uacarent. Propterea ad uirtutē & purgationem ipsos reducēs, misericordiæ iudicij atq; fidei meminit: his enim uita cōtinetur, his anima nostra mūdatur, iustitia. s. misericordia & ueritate. Ex quibus misericordia ad ignoscendū nos inducēs non permittit supra modū seueros in peccatores, atq; difficiles esse: sic enim misericordes effecti dupliciter lucramur, partim quia ēt ipsi à creatore omniū misericordiam consequemur, partim quia mitiores facti, oppressis cōdolemus, & opitulamur. Iustitia uerò seductores & simulatores esse non sinit. Quando aūt dixit, hęc oportebat facere, & illa non dimittere: non subiecit hoc quasi legalem aliquā obseruationē inducens, absit hoc enim: nā id in superioribus iam demōstra uimus. Cūq; de calice & paropside dixerit, interiora curanda esse, ut ēt exteriora mundentur: nō idcirco hæc dixit, ut ad uterē paruorum curiositatē hortaretur, imo uerò è cōtrario superfluam omnino esse ostēdit. Non. n. dixit ēt exteriora purgate, sed interiora solū, & hinc ēt illud sequetur. Præterea nec de calice, & paropside disputat, sed de anima & corpore differit, & corpus quidē qd intus est appellat. Quòd si in calice interiori mūdatione opus est, quāto magis in homine? uos autē à contrario facitis, inquit. Parua. n. & exteriora diligenter seruatis, magna uerò & interiora negligitis, unde magnū sequitur detrimētum: nam cū uniuersa effecisse putetis, q̄ facta sunt despicitis, despicientes aūt, nec cogitatis quidē ea capessere. Post hæc inanem rursus gloriā eorum reprehēdit, sepulchra eos dicēs putrida, & hypocritas appellans: q res omnino eos perdidit. Non simplr aūt sepulchra, calce solū peruncta, sed luxuria & hypocrisi plena esse affirmauit: ita causam exposuit quare non crediderunt, quia hypocrisi & iniquitate referti erant: q̄ non Christus tantum, sed prophetæ quoq; sæpius prædicauerūt, quia uidelicet principes eorū nullā iustitiæ rationē in iudicando sequerentur. Ita ubiq; inuenies, hæc quidē flagitari atq; exigi, sacrificia uerò eiici: quare nec præcepta ista, neq; crimina tio hæc, aut imago sepulchri, noua inauditaq; sunt. Quippe huius imaginis prophetа quoq; meminit, neq; id simpliciter, sed sepulchrū apertum guttur eorū appellauit. Multi ēt nūchmōi homines inueniuntur, qui se magnopere deforis exornāt, intus aūt omnis sunt iniquitatis plenissimi. Multę nāq; uiæ impræ gna cura, & magna uigilia eius rei multos exagitat: animæ uerò decus, & purgatio penitus negligitur. Nā si cōscientiā singulorū cernere possemus, multos ibi uermes, multā faniem, atq; intolerabilem cōperi

Sup.15.b

Psal.5.c

remus fœtorem: cupiditates dico à ratione alienas, atq; improbas, q̄ uermes spurcitia mirū in modum excedūt. Sed pharisæos quidē atq; scribas tales fuisse, quāuis graue sit, non tamē ita malum uidetur: sicut & penitus intolerabile est, ut uos qui tēpla dei p gratiam effecti estis, sepulchra rursus fœtulentissima facti esse uideamini. Extremę certè id ego educo miseriæ. Nam ubi Christus habitat, ubi spiritus sanctus operatus est, in quo tot mysteria peracta sunt, id sepulchrū facies? quo fletu, quibus lachrymis, quo plāctu id persequendū est, cum membra Christi ad immundissimū sepulchrū trāsformaueris? Cogita cūo natus sis, quibus dignus factus, quem accepisti amicum, quo pacto templum constitutus es, quod diruī aliunde nō potest: quo pacto ornatus es, non auro, neq; gemmis, sed spiritu, qui oīum rerum pretiosissimus est. Cogita quia nullū in ciuitate sepulchrū struitur, quare nec tu in supernā poteris ciuitatem introire. Nam si in terrestri ciuitate hoc interdictū est, multò magis in cœlesti: immo uerò ēt in terris, cum mortuam animā circunferas, oībus qui mentis cōpotes sunt deridendus uideris, nec deridendus solū, uerumetiā fugiendus. Respondeat, quæso, si quis cadauer putridum circūferens, per ciuitatem uagaretur, nōne omnes eum fugerent? Hoc de te cogita q animam peccatis obrutā, atq; mortuam circunducis. Quem ergo tui miserebitur, cū adeò crudelis in teipsum sis aduersarius? Siquis ubi dormis, ubi cœnas cadauer obruisset, quid tunc faceres? Tu uerò mortuam obruis animā, non ubi prandes, neq; ubi dormites, sed in ipsis Christi membris, nec formidas, ne mille in caput tuum fulmina iaciantur. Qūo autem cum tantis sordibus refertus malè intus oleas, in ecclesiam & tēpla sancta uenire audes? Nā si qui mortuum in regiam obruerit, is ultima supplicia luet, cogita tu q̄ acerba pœna uexaberis, qui atria hęc adire sancta, & obscœno fœtore implere non erubescis. Imitare meretricē illā, q̄ pretioso Christi pedes unxit unguento, & bono totam repleuit domum odore: cuius tu cōtrariū in hac domo facis. Quid. n. refert, si tu fœtorem non sentis? hoc enim incurabilis maximē morbi signū esse uidetur, & eò difficilioris, quò humana corpora corroduntur, & fœtent: illa enim ægritudo saltem aliquo sensu à laboribus percipitur, & misericordia digna uidetur: hæc uerò sensum tuum fugit, & odio atq; punitione digna est. Quāo ergo grauiter laboras, ut nec sensu quidem magnitudinem morbi satis percipias? Agè attentissimum te hodie præbeas, ut quāta peste uexeris perdiscas. Sed primū audi quid te psallere oporteat: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Quòd si non incēsum, sed mordacissimus abs te, ac grauiter olens fumus ascendat, quibus supplicijs dignus eris? Quis aūt iste fumus est tam grauis, q̄ molestus? Multi ad formas mulierum aspiciendas, ad adulescentulorum pulchritudinem curiosius intuendā, in ecclesiam ueniunt: deinde non miraris, quo undiq; fulmina non deferuntur, quō cuncta funditus non euertuntur. Hæc enim non fulminibus solum, sed etiam gehennæ supplicio dignissima. Verum deus cum lōganimus, & misericors sit, ut in pœnitentiam te adducat, iram suam interea retinet. Quid facis homo, mulierum speciem curiosius in ecclesia perscrutaris, nec horrescis tanta templum dei afficiens contumelia? prostibulúmne tibi uidetur ecclesia, & foro

Luc.7.f
& Ioan.
11.a

Psa.140.
a

G ignobilior? Nam in foro erubescis, ét times nequis te uideat mulierē sectari: in ecclesia uerò dei, cū ipse deus te alloquatur, & ab istis deterreat: eo ipso tpe maximè fornicatione, ac adulterio uteris, quo tibi magna uoce intonatur, ut ab his fugias, nec horrescis, nec stupes. Verū hęc ab impudicissimo theatro didicistis, hæc uos illa cōtagiosissima pestis docuit. Virus illud pestiferū, ineuitabilis negligētiū laqueus, incontinentiū uoluptuosa perditio. Quocirca pro-
Hie.22.e pheta quoq; id acculans dicebat, Neq; oculi tui, neq; cor bonū est. Sanè multò magis esset cæcos, aut aliter ægrotos esse, q̄ ita oculis turpiter abuti. Oportet quidē interiore pariete à mulieribus disseparari: uerum quoniā non uultis, necessariū esse patres nostri putauerunt, saltē his ligneis parietibus uos dissepara re. Audiui aūt ego à semoribus non fuisse hos pariе-
Gala.3.c tes ab initio. In Christo.n. Iesu non est mas, neq; fœmina. Apostolorū etiam tpe unà uiri & mulieres orabant: & mulieres ueræ mulieres, & uiri similiter uiri erant. Nūc uerò è contrario, mulieres quidē meretricum sibi mores assumpserūt, uiri aūt furoré equorū
H imitantur. Nū audistis uiros ac mulieres in cœnaculo cōgregatos fuisse, & cœlo conuentū illū dignum fuisse? & meritò quidem. magna. n. philosophia tunc mulieres uiuebāt, & uiri castimoniā conseruabant. Audiatis purpuræ uenditricē illā quid dicat: si dignā
Acto.16.c uiæ domini iudicastis, introite, & manete apud me. Audiatis fœminas, q̄ uirili assumpto animo, cū apo
Act.18.a stolis orbem circūibant. Priscillam dico, Persidē, &
& Rom. cæteras, à quibus adeò procul absunt pśentes fœmi-
16.b næ, quantū hi uiri ab illis uiris. Tunc. n. quamuis orbem illæ mulieres circuirent, nulla tamē ignominia notabantur. nūc uerò ēt in thalamo suo morā contrahentes, uix turpem suspicionē effugiunt, quod à nimia expolitione atq; delicijs sibi accidere solet. Illis erat curæ, ut prædicatio cresceret, his formositas solū, atq; corporū pulchritudo: hęc est istarū gloria, hæc salus: magna uerò atq; sublimia uirtutis opera, nec summa quidē uidere uellent. Quę mulier operā dedit, ut maritum faceret meliorē? Quis uir studet ad amorē uirtutis impellere uxorē? nemo profectò, sed omne studium atq; opera de uestibus, de aureo
I corporis ornamento, cæterisq; hmōi. Et ut exteriora bona augeātur, mulieri cordi est: uiro aūt & hęc, & alia multa curæ sunt, uniuersa tamen huius seculi. Quis uxorem ducturus, qūo puella educata sit inue stigat? Nullus omnino: sed pecunia statim, possessio num magnitudo & supellectilū quæritur. Hęc quasi quicquā empturus esset, uel permutationē quandā facturus, diligentius perscrutatur, ac ideo synallagma Græcè, Latinè permutationē nuptias appellant. Audiui. n. multos dicentes, cōmutauit ille, uel illa, id est cōiugio copulati sunt. Ita dona dei uituperāt, cū quasi uendentes, ac ementes uxores uiri ducant: & uiris nubant mulieres. Stipulationes quoq; nuptiarum maiore astutia cōponunt, q̄ eas q̄n uendendo uel emendo confici solent: Discite qūo priores uxores ducebāt, & imitamini quo pacto ergo ducebāt? Ingeniū, mores, animi uirtutē quęrebant, ac ideo stipulationibus, & longa instrumentorū serie nō indigebant: sufficiebat enim loco istorū omniū sponsæ indoles. Quare uos hortor, ne facultates & copiam rerum, sed modestiā & mores quæratis: quære pudicam & religiosam puellā, & hæc tibi magno thesauro erunt præstātiora. Si enim quę dei sunt quæritas, hæc quoq; tibi addentur: si uerò illis omiss is ad hęc K
rapienda festinas, & illa amittes, & hęc non cōsequeris. Sed ille atq; ille, inquies, uxoris opibus locupleta tus est: non erubescis talia in mediū exempla proferre? Centies prudētes dicere uiros audiui, malle extre ma se pauperie laborare, quā uxoris facultate ditari. Quid. n. amarius his diuitijs? quid molestius hac rerum facultate? quid turpius q̄ inde ita insignē fieri, ut ab oībus dicatur, ab uxore ille locuples factus est? Intrinsecas. n. modò solicitudines ac molestias omitto, arrogantiā mulieris atq; iactantiā, seruitutē uiri, famulorū opprobria, pauper iste dicentium, ac pānosus, ignobilis & ex ignobilibus. Quid. n. habuit quando huc uenit: nōne uniuersa hæc dominæ nostræ sunt? sed parum de his uerbis curas, non miror, quia liber nō es: similia. n. parasiti ēt & gnatones audiunt, nec dolent aut erubescunt, sed et gloriantur hmōi decore: quemadmodū & isti qui cū hæc à nobis audiant: absit, inquiūt, suaue quidē mihi atq; iucundū, & suffocet me. O uersutiā diaboli, q̄ prouerbio uitæ hominū tradidit, quibus integra posit ho
minis uita euerti. Expende igitur oro, q̄ certa his uer L
bis pestis insideat. Nihil. n. aliud hoc prouerbio dicitur, q̄ quòd nulla ibi honestè uiuendi, nulla iustitiæ, cęterarūq; uirtutū cura sit. oīa hæc apud te iaceant, uoluptatēq; solā ubiq; sequaris, & si res ipsa te obruerit, ac suffocarit, si oēs obuij in faciē tuā despuerēt, si sordes in stultū proiicerent, si quasi rabiosum canē depellerent, dum tamen uoluptas insit, expetibilem rem esse iudicato, & oīa propter illā ferēda putato: quid aliud porci, aut canes, si uerba humana sibi cō Eccl.22.d
cederētur dicerent? fortasse aūt nō ita imprudēter lo & Rom.
querentur, ueluti nūc hoīes à diabolo persuasi grun 13.d
niunt. Valde igitur uos precor, ut magnā in his uerbis esse amentiam cōsiderantes, & hęc & similia pro uerbia fugiatis, & illa scripturarū istis cōtraria in ore semper habeatis. Quę aūt sunt illa? Ne ambules post Prouſ.5
cōcupiscentiā animę tuę, & appetitū tuum nō sequaris. Et de meretrice rursus, contra quā prouerbiū cō sulit: Improbę mulieri nō attende, mel enim stillat à labijs fœminę meretricis, q̄ ad tempus guttur tuum impinguat, postea uerò amari? felle inuenies, & acutum magis ferro bipenni. Hęc igitur, non illa audiamus. Nam inde illiberales, inde seruiles, cogitationes M
oriuntur, inde hominē in naturā cōuertūt ferarum: quia ubiq; iuxta prouerbiū illud uoluptatē sequēdā arbitrātur, quod ēt absq; uerbis nostris à seipso derideri meretur. Quid. n. sanitas illa tibi proderit? Quid uoluptas afferet, si obrutus suffocatusq; fueris? Nolite igitur tantos audientibus cachinnos cōmouere: nolite gehennā incendere, nolite ignē inextinguibilē uobis prępārare. Respiciam? aliquādo, ut oportet ad futura, oculorum lippitudine diligēter deterſa, ut & hāc uitā honestè ac piè peragamus, & futuris bonis potiamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, Amen. *Homilia.lxxv.ex cap.xxiij.*

Ae uobis qui ædificatis sepulchra prophetarū, & ornatis monumenta iustorum, & diciti: Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non cōmunicassemus secum in sanguine prophetarū. Non quia ædificant, nec quia patres suos accusent, Væ illis dixit: sed quoniā ita faciētes, & ita dicētes, patres suos condēnare audebant, cū ipsi peiora cōmitterent. Nā quòd simulatione patres reprehenderēt, Lucas subaperit Luc.11.f
dicens: Quoniā & placet, quia ædificatis: uæ nanq;

A uobis, inquit, quia ædificatis monumēta prophetarū, patres aūt uestri occiderūt eos: ergo testamini, quòd cōplacetis in operibus patrū uestrorum, qa illi quidē prophetas interfecerunt, uos aūt ædificatis monumenta eorū. Menti. n. ac uoluntati eorū, quia ædificabant apertè detrahit: non. n. ut honorarent occisos, sed ut cædę illorū uires suorū ostenderent, timentes ne si uetustate sepulchra caderent, tanti facinoris ac audacię memoria caderet. Sic igitur sepulchra prophetarū, quasi tropheum constituentes, p̄claris constructionibus ædificabant, audaciā patrū ostentantes. Quæ nanq; impręsentiarū audetis, inquit, ea facilè hac uoluntate monumenta uos ædificare ostendunt. Nā etsi contraria dicitis, quasi patres uestros cōdēnantes: quia si fuissemus in illis die
bus, nō cōmunicassemus cū illis in hoc: sed qua uia ista dicatis nō latet. Propterea ænigmaticè dixit, ut id aliquātulū obduceret atq; cōtegeret: cū dixerit, qa dicitis, Si essemus in diebus patrū nostrorū, non cōmunicassemus illis in sanguine]prophetarū. Sed
B qđ nā crimē est filiū esse homicidæ, si patris mentē asperneris? Nullū profectò. Vnde manifestū est ideo id aduersus eos protulisse, ut cognationē nequitiæ occultius significaret, qđ à sequētibus aperitur: adiecit. n. *Serpentes genimina uiperarū.* Quasi diceret, quēadmodū uiperæ ueneni similitudine matribus con iunguntur: sic & uos parentibus uestris cupiditate cædis coniungimini. Deinde quoniā mentem incertā multis perscrutatur, à futuris facinoribus suis, quę uniuersis patebunt, dicta cōprobauit. Nā quoniam iam dixit, quare testamini eorū uos filios esse qui occiderunt prophetas: ut significaret improbam se hāc cognationē intellexisse, aperiretq; fingere illos, cū dicant, non fuissemus cū illis participes: statim in tulit, *Et uos implete opus patrū uestrorum.* Non imperans, sed quod futurum erat prędicens, cædē dico suā ab illis perpetratā. Propterea redargutione illata, cū ostenderit fictè, ac simulatè ad defensionē illis se uerbis uti, quia non fuissemus cum patribus participes in sanguine: si enim domino non pepercerūt, quo seruis pepercisset? acrimonię plena utitur oratione, serpentes & genimina uiperarū appellans, ac
C dicens: Qūo gehennę iudicium euitabitis, talia audentes facinora, deinde negantes, & mētem uestrā omni studio celantes? postea per exaggerationem aliunde ipsos redarguens, inquit: *Quia mittā ad uos prophetas, & sapientes, & scribas, & ex ipsis interficietis & crucifigetis, & flagellabitis in synagogis uestris.* Nam ne dicere possint, quia & si dominum crucifiximus, seruis tamē si tunc fuissemus, pepercissemus. Ecce, inqt, seruos uobis ipsos quoq; prophetas mittā, nec abstinebitis à sanguine ipsorū. His ostendit non esse mirū, si à filijs illorū occidetur, cū simulatiōe, dolo, cupiditateq; cædis nō pari patres superant suos, ad hęc inanis glorię iactātia incēsi facilē monstrātur. Quòd. n. dicūt, Si fuissemus in diebus patrū nostrorū, nō cōsensissemus effusioni sanguinis prophetarū: uerbis solūmodo philosophātes, opere aūt congeniinina uiperarū: hoc ē, iniqui, ac iniquorū filii, & parētib⁹ multò iniquiores. Fœdiora. n. scelera ppetrarunt, tū quia post illos, tum quia post maiora cōmiseriūt, ac maximè, qa iactabant se nunquā, si tempo ribus patrū fuissent, in crimina illorū collabi potuisse. Deinde finem atq; apicem ipsi malorum om-

niū impoſuerūt. Illi. n. ad uineā missos seruos, isti filiū interfecerūt: illi uocātes ad nuptias, isti sponsum necarunt. Hæc dicit, à cognatione Abrahæ opibus eos remouens, ostendensq; nullā sibi utilitatē inde futuram, nisi opere patriarchā imitentur: propterea subiungit, Qūo iudicium gehennæ uitabitis, si illos sequimini, qui tanta scelera cōmiserunt? Hinc repræ sentationē quoq; Ioannis in memoriam reduxit: sic enim Ioānes illos appellabat, & futuri iudicij memo Sup.3.B.
ria terruit. Deinde quoniam nec iudicij, nec gehēnæ minis terrebantur: partim, quia non credebant: partim, quia futuris nō mouebātur, à pśentibus eos reprimit, dicens: *Ecce mitto ad uos prophetas, & sapientes, & scribas, & ex ipsis interficietis, & flagellabitis, ut ueniat super uos omnis sanguis iustus à sanguine Abel iusti, usque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidi* Gen.4.b
stis inter templum & altare. Amen dico uobis, ueniēt hæc 2.Paralip.
super generationem hanc. Vide quot modis ac argumē 24.f
tis reuocare, stabilireq; ipsos studebat. Dixit, iam patres suos ab eis cōdemnatos, qa isti nō cōmunicassent cū illis: qđ ad cōuertendum parū non est. Dixit, D
quoniā cōdemnantes alios ipsi peiora faciūt, qđ ad E
cōfusionē ipsorū sufficiebat. Dixit, qa non ferent ista impunè: & ut terroris magnitudinē renouaret, gehēnā eis intētauit. Verū quia gehēna futura est, ac ulterius uitæ, pśentia posuit: Venient. n. oīa hæc, inquit, in generationē hanc: q̄ supplicia cū acrimonia protulit, dicēs, quoniā grauiora cæteris patientur: nulla tamen harū oium rationum facti sunt meliores. Quare si quis diceret, cur nam grauiora oībus patientur? Respondendum est, quia iniquiora fœdioraq; q̄ cæteri oēs perpetrarunt, & nihil eos à scelerib. potuit reuocare. An non audistis Lamech dicentē: Vindicatū Gen.4.
est ex Lamech septuagiessepties, hoc est, plurib. ego, q̄ Cain supplicijs dignus sum? Atqui fratrem ipse nō iterfecit. Sed quia nec exēplo quidē cōmonitus, prudentior factus est, punitur: idipsum est qđ alibi deus ait, Reddens peccata parentum in filios, in tertiā & Exo.20.d
quartam generationem, his qui me odio habēt. nō quoniam alieni peccati quisquam supplicia luat, sed quoniā qui multos pp peccata sua uexatos esse non ignorat, neq; idcirco factus est melior, sed eadē committens non curat, illorum quoq; pœnas iustè sustinebit. Abel aūt illum in medium produxit, ut ostendat inuidia ēt istos in cędem incitari. Quid igitur, inquit, dicere potestis? an forsan qa post cōmissa deus cōticuit, an quia exclamauit quidē, sed grauiora supplicia non poposcit? an quia ignorastis, quibus patres uestri exagitati sunt modis, quoniā prophetas occiderunt? nonne mille cladibus traditi perierunt? qūo igitur meliores facti non estis? Cur aūt patrum uestrorum supplicia, & quæ pasi sunt ego enarrem? ipsi uos patres uestros sanguinis crimine cōdemnastis. Cur ergo peiora facitis? uosipsi iam sententiam Sup.22.d
protulistis, quia malos malè perdet. quā igitur post hanc sententiam atrocius furentes ueniam impetrabitis? Sed Zacharias iste quis nā est? Alij Ioānis patrē opinātur, alij Zachariā, alij binominē quēdā sacerdotem, quem & Iodam scriptura nominat. Tu uerò ppende duplex illud scelus fuisse: non enim uiros solummodo sanctos, uerūetiam in loco sacro necabant. Hæc dicens & illos terrebat, & discipulos consolabatur, ostendens, quia iusti uiri iam anteà talia perpesi sunt. Illos uerò terrebat, quia quemadmodum & patres sui pœnas dederūt, sic etiā illi grauio-

Gribus ueaxbuntur. Prophetas aũt, & ſapientes, & ſcribas miſſurum ſe ait, oẽm eorum excuſationem abſcindens, ne. ſ. dicãt, gentiles quoſdã miſſos fuiſſe, ac ideo non fuiſſe ſuſceptos. Ita ſola cædis cupiditas, & ſanguinis nimia ſitis ad ſcelera illos impellebat, qđ prophetæ quoq; oẽs criminabantur, ſanguinẽ ſanguini miſceri ab eis dicentes, & ſanguinis eſſe uiros. Propterea & ſanguinem ſibi offerre deus uoluit, ut oſtenderet, quia ſi brutorũ ſanguis ita pretioſus eſt, quãtò magis hominis, qđ ad Noë multò expreſsius
Gen. 6.b dixit: Vindicabo oẽm ſanguinẽ effuſum. milleq; alia inuenire facilè poſſumus diuinitus à deo Iudæis iuncta, ut ab effundendo ſanguinẽ remouerentur, quo circa nec ſuffocatũ aliquid comedere præcepit. O inæſtimabilẽ miſericordiam dei, qui quãuis ſciret nihil Iudæis hæc profutura, nihilominus prædicere, ac admonere nunq; ceſſauit. Mitto. n. inquit, quãuis occiſum eos iri nequaquã ignorem. Ita hinc et falſò illud cõprehẽdebantur, dicere, quòd participes prophetarum ſanguinis nõ fuiſſent. Prophetas enim ẽt iſti & in ſynagogis interfecerunt, nec locũ, nec perſo
H nas reueriti. Non. n. abiectos quoſdam, ſed prophetas & ſapientes, ne ab eis increparẽtur interfecerũt: ſignificat aũt apoſtolos, & eos qui cũ apoſtolis, & poſt apoſtolos fuerunt, ex quibus multi ẽt prophetabant. Vt aũt deinde hunc terrorẽ augeat, Amen dico uobis: intulit, uenient hæc omnia in generationẽ hanc: in caput ueſtrũ hæc omnia conuertã, & apertã faciam ultionẽ. Nã qui multos peccantes uidet, nec illorũ opprobrijs modeſtior factus eſt, ſed eadẽ, atq; peiora machinatur, par eſt, ut maiora q̃ illi luat ſupplicia. Quemadmodũ. n. præcipuam conſecutus eſſet, ſic quoniã emendare ſe noluit, maiori pœna obnoxius eſt: efficaciorẽ nanq; admonitionẽ per cultam præcedentiũ habuit, nec fructus quicquã capere uoluit: ad urbẽ deinde conuertit orationem, ut illos ſaltẽ hac uia cõmoneat. *Hieruſalem Hieruſalem, dicens.* Quid ſibi uult hæc conduplicatio? Miſerãtis, ualdeq; diligẽtis hmõi orationis figura eſt. quaſi. n. ad continuẽ, ac ualde dilectam, quæ quoniã diligentem ſemper cõtempſerit pœnas datura ſit ſupplicia illaturus, quare ita faciat, ſatisfactionẽ adducit: hoc
I apud prophetas ẽt facit. Dixi, cõuertere ad me, & nõ
Hiere. 3.c es conuerſa: uerũ cum nomine ipſam conduplicato uocauerit, ſcelera eius poſtea ſubiicit, dicens: *Quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt. Quoties uolui congregare filios tuos. & noluiſti?* Ita de his q̃ aduerſus ipſum fecerunt, dicit, quia neq; his oĩbus à diligendo uos, atq; amando me remouiſtis: ſed quãtis atrociter læſus non ſemel tantum, aut bis, ſed ſæpius atq; ſæpius ad me cõtrahere uolui. *Quoties enim uolui congregare filios ueſtros, ſicut gallina pullos ſuos ſub alas et noluiſtis?* Hinc patet, quia ſemper ſeipſos peccãdo diſſeminabãt: amorem aũt ſuum ab imagine ſignificauit: feruenti nanq; amore aues pullos diligũt ſuos. Crebrò aũt hæc imago auis, & alarũ apud prophetas inuenitur, & in cãtico Moſi, & in pſalmis mirabilẽ prouidẽtiam, & eximiam protectionẽ denotãs: ſed noluiſtis ait, *Ecce relinquetur domus ueſtra deſerta.* A patrocinio. ſ. meo derelicta: ipſe igitur erat q etiam ſuperiori tpe cõtinebat eos, atq; protegebat: quare ipſe quoq; eſt, qui continuẽ illos eo ſupplicio punit, quod ualde ſemper tacuerunt: hoc enim omnium rerum ſuarum euerſionem deſignabat. *Dico enim uobis, non me uidebitis amodo, donec dicatis: Benedictus qui uenit in nomine domini.* Valde diligentis etiã K hoc uerbũ, ualdeq; illos non à præteritis ſolũ ad pudorem impellentis, uerũ etiam à futuris ſtudioſe attrahentis. Futurum. n. ſecundi aduẽtus diem hoc in loco ſignificat. Nõne igitur uiderunt eum poſtea, dices? Sed illud amodo, non illam horam, ſed uniuerſum uſq; ad paſsionẽ tempus ſignificat. Nam quoniam ipſum dei aduerſarium & hoſtẽ appellabãt, ut ipſos ad amorem ſui hortetur, cõcordẽ ſe patri oſtẽdit: iiſdem. n. uerbis, quibus & propheta utitur, ut illum ſe eſſe demonſtret, qui in prophetis eſt. Cæterũ reſurrectionem quoq; ſuam occultius, ſecũdum uerò aduentum apertius denotauit, ſignificans eos ẽt qui uehemẽter increduli ſunt tũc adoraturos. Qũo autem id aperuit, futurumq; cõprobauit? Multa uentura prędixit, quia. ſ. mittet prophetas, quia eos intẽriment: quia extremas clades interfectores eorũ patientur, quia domus ſua deſolabitur, in grauioresq; q̃ unquam ęrumnas incident. q̃ omnia uel mente ęaptis, nimiumq; contentioſis ſecundũ aduentũ eius, & futuram omniũ adorationẽ confirmant. Interro
L gabimus nãq; ipſos, nõne miſit prophetas ac ſapientes? nõne occiderunt illos in ſynagogis ſuis? an domus ſua in deſolationem dimiſſa non eſt, uel clades fortẽ prædictæ in generationem illã non uenerunt? Nullus audebit profectò iſta facta eſſe negare. Sicut igitur uniuerſa hæc re ipſa euenerunt, ſic illa certè futura ſunt, & uidebunt, atq; ipſum eſſe Chriſtum neceſsitate rerum facti certiores negare non poterunt. Quare, obſecro, quouſq; nobis tempus conceditur, rectè uiuamus. Nã quemadmodũ nihil ex illa cognitione tũc illi lucrabũtur, ſic nihil ex illa pnia nos cõſequemur. Nam neq; gubernator, poſtq̃ nauis ſubmerſa eſt, neq; medicus, poſtq̃ ægrotus obiit, quicquam prodeſſe poteſt: ſed oẽs anteq̃ res in exitũ ueniat ſtudere ac uigilare oportet, ne in mortẽ, ac naufragium deueniant: nam poſtea nihil amplius prouidere poſſunt. Similiter igitur ẽt nos quoniã in ęgritudine uitã trahimus, & medicos cõgregemus, & pecunias agamus, & omni ſtudio incũbamus, ut ab ęgritudine iniqtatis liberati, ſani ex hac uita recedamus: & quantũ erga ſeruos, & uernas noſtros cũ ægrotãt ſtudiũ adhibemus, tantã diligentiã cum anima noM ſtra laboret, pro nobiſipſis aſſumamus. Certè q̃q̃ propinquiores noſipſi nobis ſimus, q̃ ſerui noſtri, & corporibus animæ multò pſtantiores ſint: optabile tamen mihi eſt, ſi ſaltẽ æqualem utriq; rei diligentiã cõferamus. Qđ ſi modò nõ faciemus, cũ illuc abierimus, nihil nobis ad ſatisfaciendum relinquitur. Sed quis, inquies, adeò miſer, atq; ignauus eſt, ut nec tantam quidẽ erga ſe diligentiã habeat, quantam erga ſeruos ſuos oſtendit? Sanè idipſum eſt, quod ego ẽt uehementer admiror. ita. n. parui noſipſos facimus, ut magis nos, q̃ ſeruos noſtros uilipendamus. Illis enim febricitãtibus medicos cõuocamus, cubiculũ ſibi certũ tribuimus, & medicinæ legibus parere impellimus: quas ſi negligunt, & iraſcimur, & cuſtodes apponimus, qui eos medicorũ præceptis uiuere cogant: quòd ſi magni ptij opus medicina fuerit, libenter impẽſam ſubimus, & medicis ipſis nõ paruã mercedẽ deponimus: quando uerò noſipſi ægrotamus (ſemp aũt ęgrotamus) ne medicũ qdẽ accurrere uolumus, nullas pecunias ꝑdere, nihil penitus prouidere, ſed q̃ſi citario quodã inimico, & hoſte noſtro iacente, ſic aĩa laborante afficimur. Hęc dico, nõ qa-

A uelim à cultu ſeruorũ uos reuocare, ſed qa ualde de ſiderẽ, tantã curã, tantamq; diligentiam ſaltem habere de anima noſtrã. Et quo pacto, inquies, id faciemus? Mõſtra ipſam ęgrotantẽ Paulo, accede Mathæũ, Ioanni aſsideas, ab ipſis diligẽter audias quid eũ oportet facere q laborat, dicẽt tibi libẽter, nec te remediũ celabunt. Non. n. mortuũ ſunt, ſed uiuũt, & ꝑdicant. Sed non ſentit, inquies, quãtus febricitet animã mea: excitet igitur ipſa ratio ſeipſam, prophetas reuocet. Non exigunt pecuniã iſti medici, nec quicquã mercedis aut pro arte ſua, aut pro ꝑparãdis medicinis flagitãt, nec ullæ erũt tibi impenſæ, niſi quòd eleemoſinã facere iubebunt. Nã alioqui ditiorem te faciunt. Cũ enim modeſtiorẽ reddant, cũ à multis te inutilibus impendijs liberent, cũ abſtinere à uino, cũ nõ uti delicijs perſuadeant: tunc certè ditiorem te faciunt. Vides mirabilẽ medicorum artem? & ſanitatẽ & pecunias ſimul ꝑbebunt. Aſsideas ergo eis, di
B ſce ab eis ægritudinis tuę naturã perconatus: ut uerbi cã, pecuniarũ feruore accenderis, nec minus cupis quàm frigidã aquã febricantes, audias quid remedij afferunt. Nã ſicut medicus, ſi uoluptate uteris, illud atq; illud tibi euenturũ prenunciat: ſic Paulus quoq;
1.Tim.6. Qui ditari uolunt, inquit, incidunt in tentationẽ, & cõcupiſcentias ſtultas & noxias, quæ in profundũ
Heb.10. interitus & pditionis homines ꝑcipitant. Sed impa
& tientię uitio laboras, audi rurſus eu adhuc parũ: Et q uenturus eſt ueniet, & non tartabit: dominus prope eſt, nihil ſoliciti ſitis: & rurſum, Trãſit mũdi hui?
Phili. 4.a figura. Non enim ſolũmodo illi alia quædã ad ſedã
1.Co.7.f. dũ ſitim, ꝑter aquã frigidam excogitant: ſic & iſte à caducis, ad æternã concupiſcentiã traducit. Ditari deſideras, inquit, non prohibeo bonorũ operũ acquiſitionẽ. Ingentes uis theſauros cõdere, in cœlis eos repone. Et quẽadmodũ medicus oſsibus, neruius; dentibus obeſſe frigidũ aſſeuerat, ſic & iſte breuis quidẽ, quoniã breuitatis magiſter eſt, clarius aũt multò, atq; uehementius oĩum malorũ radicẽ, auaritiã eſſe affirmat. Quã igitur re, inquies, uti oportet?
C Neq; id prętermiſit, ſufficientia, inquit, pro auaritia:
1.Tim.6. magnus. n. quæſtus eſt ſufficientia cũ pietate. Quòd
b ſi repugnas, quia plura deſideras, & nondũ potes ſu
ibidem. perflua cuncta proiicere, etiam ſic ægrotanti quid faciendũ ſit, dicit: Vt qui lętantur in poſſeſsionibus,
1.Cor.7.f ſicut non lætantes ſint: & qui habent, tanquã nõ re tinentes: qui utuntur hoc mundo, tanquã non uten tes. Perſpicis qualia ſunt q̃ iubet? Vis ut alium ẽt medicum cõuocemus? mihi ita uidetur. Nõ. n. iſti ſicut medici corporis inter ſe ambitionis cauſa ita certãt, ut plerũq; diẽ ſuum ægrotus ꝑ contentionẽ eorũ obeat: ſed ad laborantium ſanitatem ſolummodo reſpiciunt. Noli ergo multitudinem eorum formidare, unus in oĩbus loquitur Chriſtus: agẽ igitur, audi q̃ grauiter hunc morbum alius, immo magiſter omnium caſtiget. Non poteſtis, inquiens, deo ſimul &
Supr.6.d mammonæ ſeruire. Quo autem hæc erunt, & quo concupiſcẽtiã deponemus, inquies? Audi eum, nec enim id ꝑtermiſit, ſed quo id poterimus facere
ibidem.c perdocuit. Nolite, dicens, in terris theſaurizare, ubi tinea & ærugo demolitur, ubi fures effodiunt, & furantur. Perpendis quo tum à loco, tum ab huius cupiditatis furore ab hac abducens auaritia, deo affigit unde nihil poteſt aſportari. Nã ſi diuitias ueſtras eò trãſponeris, ubi nec tinea, nec ęrugo demolitur, nec fures effodiũt, atq; furãtur, & hãc facillimè ęgritudinẽ depelletis, & animã in magna rerum copia D cõſtituetis. Ad hæc quẽadmodũ medicus exemplo terret, quia ille, inquit, aqua frigida uſus, periit: ſic etiam ipſe ut moderatiorem te faciat, diuitẽ uitę ac ſanitatis cupidum inducit, quem auaritia impeditũ, non fuiſſe optata conſecutum oſtendit. Alius deinde euangeliſta in flammis laborantem, diuitẽ in me Luc.16.f diũ adduxit, qui nec ſtillam aquę potuit inuenire. Fa Sup.6.d cilia uerò hęc eſſe oſtendit, dicens: Reſpice ad uolatilia cœli: adeoq; infirmitati tuę cõdeſcendit, ut nec diuitẽ deſperare ꝑmittat. Nã q̃ hominibus impoſsibi- Sup.19.d lia ſunt, inqt, ea deo poſsibilia ſunt. Ita & ſi diues es, & Mar. mederi tamen tibi facilè potes: nõ enim ditari prohi 10.d buit, ſed diuitijs ſeruire, & huic cupiditati affigi uetuit. Qũo igitur poſsibile eſt diuitiẽ ſaluari? Si q habet, comunia ſibi cũ indigentibus ſint, qualẽ Iob illũ fuiſſe nõ ignoramꝰ. Si cupiditatẽ ſuperflui ab animo euellat, ſi ultra neceſſariũ uſum minimè procedat. Prꝛterea Publicanũ ẽt ægrotantẽ tibi proponit, Luc.5.f qui etſi magno ęſtu auaritię febricitaret (quid enim publicano rapacius?) uelociter tamẽ liberatus quo niã præceptis medici paruit, eximiũ habendi contẽ- E ptũ cõplexus eſt. Quid plura? omnes diſcipuli Chriſti his ęgritudinibus, quibus & nos laborantes, facilimè curati fuerunt, quorũ ſingulos ne deſperemus nobis proponit. Hunc igitur ipſum publicanũ cõſidera, qũo quadruplum raptarum ab eo rerũ, & media oĩum rerum ſuarum partem daturum ſe polliCetur, ut Ieſum recipiat. Sed ardes tu, atq; inflammaris cupiditate pecuniarũ. Habes igitur q oĩum ſunt Luc.19.a quaſi tua, plura tibi dat q̃ poſtules, diuitum oĩum orbis domos tibi aperit. Qui enim patrẽ, aut matrẽ aut agros, aut domũ dimiſerit, centuplum accipiet. Sup.19.d Ita non pluribus ſolũ potieris, uerũetiã difficilẽ hãc ſitim reſtinges, oĩa facilius ferens, non modò plura non deſiderans, ſed ipſa ẽt plerũq; neceſſario contemnens. Nã & Paulus cũ eſuriret, tunc magis lætaPhil.4.c batur, quàm quando comedebat: ſic & athleta coronas ex certaminibus meritas, certandi laborẽ nõ fugit, ut in ocio uiuat. & mercator qui tranſmarinarum mercium lucra guſtauit, deſidioſẽ uiuere non F ſuſtinet: Et nos igitur, ſi fructus ſpirituales guſtabimus, ꝑſentia certè uniuerſa uilipendemus, futurorũ cupiditate, quaſi optima quidem ebrietate capti. Bibamus igitur de fonte ſpiritali, ut & ꝑſentiũ tumultu, atq; turbatione liberemur, & futuram beatitudinẽ conſequamur, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

Homilia. lxxvi. ex capite. xxiiij.

T egreſſus Ieſus de templo ambulabat, & acceſ-
e *ſerunt diſcipuli eius oſtendere ſibi ædificationes*
tẽpli. Ipſe aũt reſpõdens dixit eis, Videtis hæc omnia? Amẽ dico nobis, non relinquetur hic lapis ſup lapidem qui non deſtruatur. Quoniã tã ſuperius dixit deſolatã dimittere domũ eorũ, milleq; alia mala prenũciauit, quæ audientes diſcipuli, magnificentiã templi oſtendebant, quaſi ambigentes tantã rem tãq; inauditã, tum excellentia materię, tum artis uarietate mirabili poſſe deſtrui: idcirco non deſolationẽ futuram ſolũ, ſed oĩum deſtructionem apertiſsimè ꝑdicit. Nõne uidetis igitur, inquit, hæc omnia, & admirantes ſtupeſcitis? non manebit lapis ſuper lapidem. Qũo igitur permanſit, inquies? quid nã hoc eſt? Nec enim ipſe nullum omnino lapidem ſuper lapidem remanſurum dicebat, uerum aut omnimodam, ut ita di-

Gxerim, destructionē ac desolationē significat, aut in eo loco quē sibi discipuli ostendebāt, ad fundamēta usque uniuersa dirupta fuerūt. Sunt.n.alıquę partes tēpli solo penitus exequatę. Prēterea illud maximè dicēdum est, quoniā à rerū euentu ualde quoq; cōtētiosos credere oportet, oī ex parte cuncta periisse. *Sedente autē ipso in monte oliuarum, accesserunt discipuli secretò, dicentes: dic nobis quando hæc erunt? & quod est signū aduētus tui, & cōsummationis seculi?* Idcirco seorsum accesserūt, qa de magnis & occultioribus rebus interrogaturi erāt. Quia.n.futuram illā gloriā uidere cupiebāt, quā innumerabilia sibi allaturā bona credebant, ideo diē aduētus discere festinabāt. Duo igitur interrogant: unū quando hæc erunt, tēpli huius scilicet euersio: alterū, quod aduentus tui signū est. Luc. 21.c Lucas uerò unū, de Hierosolymis uidelicet interrogasse ipsos exponit: putabāt.n.tunc statim aduentū suum futurum. Marcus autem non oēs de Hierosolymorū euersione, sed Petrū & Ioannem qui maiorem apud eū habebāt fiduciā, interrogasse ait. Mar. 13.a Quid igitur ipse? *Videte nequis uos seducat: multi enim uenient in nomine meo dicētes, Ego sum Christus: & multos seducēt. Audituri autē estis prælia & opiniones præliorū, ne terreamini.* Nā quoniā de Hierosolymæ supplicijs audiētes, quasi oēs periculi inexpertes futuri, de secundis solūmodo cogitabāt, q̄ se citò cōsecuturos arbitrabantur: idcirco rursus difficiliora eis p̄dicit suspēsos faciens, & dupliciter ad uigilandū exhortās, ne adulatione seducentiū circunueniātur, néue periculorū ui opprimantur. Duplex.n.bellum futurum asserit, alterū à seductoribus, alterum ab hostibus: sed illud multò grauius atq; periculosius, qđ in cōfusione atque turbatione rerū hominibus timore perterritis, incūbet. Magna.n.tūc profectò tēpestas Iudææ turbabat. Romana ui superāte, multi urbibus expugnatis, & armis uniuersa regione referta, qua de causa multa facillimè credebātur. Nā bella nūc nō ea q̄ in alijs partibus orbis gesta fuerūt, nulla.n.illorum cura erat: sed ea quæ aduersus Hierusalē Romani susceperunt, p̄nunciat. Præterea nihil noui diceret, si orbi euentura enarraret: fuerunt.n. etiam anteà & bella, & tumultus, sed aduersus Iudæos procul uētura bella p̄dicit. Iam.n.Romanorum potentia solicitos eos faciebat: ac quoniā turbatura ipsos erat, hæc oīa præ dicūtur: ut ostēdat deinde se quoq; ipsum in Iudęos insurrecturū, nō pugnas solùm uerumetiam illata diuinitus uulnera, pestē, annonæ inopiā, ac denique terræmotus prædicit, q̄ non ut aliās quadā naturali rerū connexione, sed superiore ira futura cōfirmat. Præterea nec simpliciter, nec repentè, sed cum signis hęc asserit uētura, causam quoq; harū cladiū posuit, ne pp credentes hoc euenisse Iudæi contendant. In superioribus.n.dicebat, posteaquam effusi effundē diq; à manibus eorū sanguinis mentionem fecit: Amen dico uobis, quia uenient hæc oīa in generationem hanc. Deinde ne tanta malorū ui prædicationē impediri crederēt, subiūxit: *Videte ne terreamini, oportet enim hæc omnia fieri.* Fiēt, inquit, oīa quæ prædixi, & tentationū impetus non dirumpet rem meā, ita turbatio atq; tumultus oīs oracula mea turbare nō Supp. 23.d poterit. Quia uerò Iudęis dixit, Nō uidebitis me donec dicatis, benedictus q uenit in nomine domini: unde discipuli putabant unà cū Hierosolymorum euersione cōsumptionem omnium futuram, hanc eorū opinionē emēdās, adiecit: *Sed nondum est finis.*

Quia autē sic existimabant, ab ipsa illorum interrogatione manifestum est. Quid.n.quęsierunt? Quando hæc erunt: hoc est, quādo Hierusalē euertetur: & quod est signū tui aduentus & cōsummationis seculi? Ipse autē non ad interrogationem hanc statim respondit, sed illa prius posuit, q̄ prius dicenda erant. Nā nec de Hierosolymis, neque de secūdo suo aduētu illico, sed de his malis, quæ iā in ianuis erant, uerba fecit: ideo solicitos eos facit dicens, *Cauete nequis uos seducat: multi enim uenient in nomine meo, dicētes: Ego sum Christus.* Sic posteaquā ad istarū rerum auditum suscitauit: Cauete nāq;, inquit, ne decipiamini: posteaquā solicitos curiososq; reddidit, & ad uigilādum paratiores, seductorū & pseudochristorū facta mentione, tūc demū Hierosolymorum exponit afflictiones, à præteritis semper futura ita confirmans, ut uel rudiores ad credenda hæc facilè induci queāt. Bella uerò, & bellorū auditū, primos impetus appellat: & ne post illa bella cōsumptionē omniū futuram putārent, p̄muniens, ut diximus, intulit: *Sed nondum est finis. Surget enim,* ait, *gens aduersus gentē, & regnum aduersus regnum.* Afflictionū originē intelligit: hæc autem omnia dolorū principium sunt, eorum uidelicet, q̄ illis accident. *Tunc tradent uos in tribulationes, & interficient uos.* Opportunè pericula discipulorū inseruit, ut à cōmunibus eos consolaretur: nec tamen id sibi suffecit, sed adiecit: Propter nomē meū. *Eritis enim,* ait, *odio omnibus propter nomen meū. Tunc scandalizabūtur multi, & inuicē se tradēt, & multi pseudochristi et prophetæ surgent, & seducent multos: et quoniā abūdabit iniquitas, refrigescet charitas multorū. Qui autē perseuerauerit in finē, hic saluus erit.* Maius id malū est, siquidē intestina quoq; bella sibi iminent. Multi.n.falsi fratres facti, eos turbabāt. Vides bellū triplex futurū? Vnū ab hostibus, alterū à seductoribus, tertiū à falsis fratribus. Audi nunc Pulū de his plangentem atque dicentē: Deforis pugnę, intus timores, & pericula in falsis fratribus. Et rursus, Tales.n.falsi apostoli sunt. dolosi operarij, i apostolos Christi se trāsformātes. Affert inde qđ multò cæteris grauius erat, nec ab ipsa quidē charitate ullum eos solamen habituros. Deinde ostendens, generoso excelsoq; aīo nihil hæc offīcere posse, nolite timere, aut turbari, ait. Nā si tolerātiā, ut decet, habebitis, nō superabūt uos hæc mala. Quod inde comprobatur, qa oīno prædicatio ubique terrarū amplificanda est, adeó pericula hęc omnia cumulosè superabitis. Sed ne, quo uicturi essent ambigerent, plus intulit, quia nō uiuetis solùm, uerū etiam ubique terrarum prædicabitis. *In uniuerso enim orbe prædicabitur*, inquit, *euangelium hoc in testimoniū omnibus gentibus, & tunc ueniet cōsummatio.* Consummatio.s. Hierosolymorum. Quod enim sicut prædixit, uel ante Iudæorū urbis euersionem per mundū euangeliū effusum erat, Paulum audi: In omnē terram exiuit sonus eorū. Et rursus, A spe euangelij qđ audistis, quid p̄dicatū est in uniuersa creatura, quę sub cœlo est. Et uideas eū in Hierosolymis ad Hispaniā usque currentem. Quod si unus in tanta parte orbis prædicauit, cogita qđ à reliquis factū fuerit. Sed & alibi Paulus de euāgelio scriplit, qđ fructū fuerat, & crescat in oī creatura quæ sub cœlo est. Quid autē est, in testimoniū omnibus? Vbique, inquit, p̄dicabitur, sed non oēs ubique credent. In testimoniū autē non credentibus ubique p̄dicabitur, hoc est in redargutionē, reprehensionem, & testimoniū. Nā qui

crediderunt, aduersus incredulos testabūtur, & condemnabūt eos: idcirco posteaq̄ euangeliū in uniuerso orbe p̄dicatum fuerit, Hierosolyma euertetur, ut nec umbra excusationis ingratis relinqueretur. Nam qui potentiā eius in breuissimo tpis spatio, per totū orbem quasi fulgur rutilasse uiderūt: quā ueniam habebunt in duritie permanētes? Quod aūt ubiq; p̄dicatum fuerit, Paulus, ut diximus, ostēdit dicēs: A spe euangelij quod audistis, quod p̄dicatum est in uniuersa creatura, q̄ sub cœlo est. Quę res maximum argumentum omnipotentiæ Xp̄i est. Viginti.n.annis, aut ad summum triginta, ad oēs oras orbis euangelium transcurrit: post hæc igitur, ut dixi, Hierosolymorū finis aderit, hoc.n.ipsum significasse ex prophetia patet, quā adiecit ad confirmandā euersionē Iudæorū, dicēs: Dan. 9.g *Cùm autem uideritis abominationē desolationis, quæ dicta est per Danielem prophetam, stantē in loco sanctō, qui legit intelligat.* Ad Danielē eos remisit, abominationē aūt statuā appellat eius, qui urbē expugnauit, quā desolata urbe, atq; subuerso templo, intus statuit: quocirca & desolationis ipsam appellauit. Verū ut discerēt hæc futura nōnullis eorū adhuc uiuētibus, idcirco dicebat: Cū uideritis abominationē desolationis: unde maximè & Xp̄i uirtus, & apostolorum fortitudo mirabilis, uidelicet qui tpibus illis p̄dicabant, quando maximè Iudæi oēs pellebantur, quando quasi seditiosi, ac improbi obseruabantur, quādo undiq; illos exterminandos esse Cæsar iā iusserat: neq; aliter fiebat, q̄ siquis cū maria undique insurgant, cùm tenebris aer obductus sit, cū crebrò atq; alia super aliam naufragio nauis submergatur, cùm inter se nautæ qui supersunt omnes dissideant, cùm belluæ de profundo emergant, unaq; cū fluctibus nauigātes arripiāt, cū fulmina iaciātur, piratæ insidientur, nulla fides inter nautas sit, ignariq; nauigā di gubernacula teneāt, & nauali bello cōtendant: cū classis maxima, simul & istructissima ex aduerso aggrediatur unā habentibus nauiculā, & eā ita, ut dixi mus, miserè apparatā, in aduersam & maximā classem insurgere iuberet, ac ei uictoriam pollicitaretur. Nam & a gentibus quasi Iudæi odio habebantur, & à Iudæis acriter impugnabantur, quasi legē suam solUentes: ita nullibi quiescere poterant, cū ubiq; p̄cipitia essent, acuti scopuli starent, cautes ac saxa subessent latentia in ciuitatibus, in regionibus, in domib⁹, oēs unà & singuli eos aggrediebātur, imperatores, principes, qui priuati, & qui cū potestate erāt, uniuersæ gētes, ac oēs populi. Sic tāta turbatio erat, ut nullus oratione assequi posset. Valde nāq; Romanorū principatus Iudæos persequebatur, quoniā mille ad uersus eos excogitabāt insidias, nec tamē hinc uel minimā iacturam p̄dicatio habuit: sed capta urbe, atq; cremata, & habitātibus miserrimè afflictis, qui inde fuerunt, apostoli nouas leges, & noua p̄cepta uiuendi Romanis uel inuitis imponebāt. O rē nouā, atq; inauditam in natura. Iudęorum inumera millia Romani tunc uicerunt, atq; ceperunt, & à duodecim uiris nudis, atq; inermibus superati sunt. Quæ oratio exponere poterit tāti miraculi magnitudinē? Duo.n. hæc docentibus inesse oportet, ut authoritate polleant, & ab audientibus diligātur, & ad hęc tertium, ut ea dicātur q̄ audienti placeant, & in tpe quietis p̄dicentur: quæ omnia tunc omnino contraria erant. Nec enim per authoritatem fide digni putabantur, & qui authoritate credebantur, seducentes decipientes q; multos, faciebāt, ne apostoli diligerentur solū, D
uerūetiam ut dilectis cōuersari non possent. Ita undique à gente, à patria, à legibusq; suis depellebantur. Ac rursus magna in ipsis apostolorū præceptis uidebatur eē duritiēs: è regione uerò magna in priore uita, unde hoies abducebant, uoluptas: præterea tam ipsi, q̄ sequētes eos multis subiecti periculis, uarijsq; mortis generibus crudeliter trucidabātur: & ad hæc oīa tumultus, & turbationes bellorum adeo difficilem rem faciebāt, ut etsi nihil aliud resisteret, oīa tamē hinc dissolui facilè possent. Quare opportunum est exclamare, Quis loquetur potētias domini, audi Ps. 105.a tas faciet oēs laudes eius? Nam si Aegyptij Mosi fa- Exod. 5.c cienti signa, ut lutum solūmodo, ac lateres haberēt nō auscultarūt: quis persuasit apostolorū discipulis pro quieta uoluptuosaq; uita, pericula, effusione sanguinis, quotidianāq; mortē eligere, p̄sertim cū alienigenę, capitalesq; hostes qui p̄dicabant crederētur? Quod ut uideas quātum sit, quantūq; uires excedat humanas, finge non in gentes, nō in ciuitates ac po- E
pulos, sed in domum unam quēpiam qui odio habeatur introire, ut cohabitantes ibi diuidat atq; dirimat, abducatq; patrem à liberis, liberos à matre, ab amātissima uxore maritum, & uidebis anteq̄ aperire os, mutireq; posit, discerptū atq; dilaniatū. Quod si ēt de cōemptis hominibus eē uideatur, & onerosa iperās, philosophari delicijs deditos iubeat, & unus ad multos certare audeat: nōne anteq̄ ad ianuā accedat, lapidib⁹ obrutus iacebit? Id igitur qđ in una domo facere impossibile est, in uniuerso terrarum orbe Christus per p̄cipitia, ignes, prærupta, scopulos, p
bella terra mariq; fremētia discipulis missis perfecit. Quæ oīa si certius perdiscere uelis, annonę dico inopiā, terræmotus, cęterasq; tragicas ærūnas, Iosephū historiographū diligentius legas. Præterea.n.ipse dicebat, ne terreamini, fieri.n.oportet hæc omnia: &, qui ad finē usq; perseuerauerit, hic saluus erit: &, præ dicabitur oīno in toto mundo id euangeliū. Exorsus, deinde, harum rerū hæc esse ait: adiectos.n.& territos pauore pp illa quæ dixit, conuertit etiā si multò plura futura essent incommoda, asserens necesse F
esse ubique terrarum euangeliū hoc p̄dicari, & tunc ueniet finis. Vides quo se res tūc habebat: quo uaria & grauissima bella gerebantur in initio, p̄sertim quā do maxima trāquillitate indiget, quicquid incipitur. Quo igitur res se habebant? Nihil.n.refert eadē rursus repetere. Primum igitur bellum erat, quod seductores inferebant. Venient.n.inquit, pseudochristi, & falsi prophetæ. Alterum Romanorum. Audituri enim estis, inquit, bella. Tertium, quod inopiā rerū omnium attulit. Quartum, quod pestes & terræmotus. Quintum, quia tradēt uos in tribulationes. Sextum, quia oēs uos odio habebunt. Septimū, quia alteri alteros tradent, & odio persequētur. Intestina uero bella his uerbis significantur, & demum pseudochristi & falsi fratres, & quòd oīum malorum semp causa fuerit, charitatis extinctio. Vides mille bellorū genera, oiaq; noua & inaudita, sed tamē cūcta hæc, aliaq; cōplura, quia prædicatum iri euāgelium in uniuerso ipse uoluit orbe, uicit superauitq; p̄dicatio. Vbi ubi sunt igitur, qui à natiuitatis momento facta nobis incutiunt, & ecclesiæ dogmatibus hæc audēt p̄miscere? Quis cōmemorauit alium Xp̄m, aliamq; rē similem fuisse, præsertim cùm cētum annorum millia iam exacta esse mentiantur, illud uerò nec finge-

Gre quidem audèt: sed quámnã cœli, aut temporum
circulationẽ dicetis? Vbi Sodomæ, aut Gomorrhæ,
fulmina, aut diluuiũ aliud inuenietis? quouſq; ludetis, circuitiones has & ductiones rerũ, & natiuitatẽ aſſerentes? Quomodo igitur, inquies, multa ut dicũ
tur, eueniũt? qa cũ tu dei auxilio teipſum priuaueris,
atq; aduerſario te tradideris, oẽs res tuas tranſponit
ut uult, facileq; huc atq; illuc uertit diabolus. Quod
nõ ita i ſanctis uiris fieri poteſt, imo uerò neq; in nobis peccatorib⁹, dum tamen conſtanter aïo ea deſpiciamus. Nã etſi uita noſtra improba ſit, ueruntamẽ
quia p diuinã gratiam ueritatis dogmata magna cõſtãtia retinemus, facilè dæmonũ inſidias ſuperamus.
Quid autẽ aliud eſt iſta natiuitas, præterquam iniuſtitia & cõfuſio, q̃ temerè ac abſque ratione omnia
fieri ſuadeat? Sed ſi nulla eſt, inqt, iſta natiuitas, unde alius diues, alius pauper eſt? Neſcio: ſic.n. interea
tibi reſpondebo, ut te doceã ne uniuerſa uelis temeraria curioſitate ſcrutari, néue credere temere oĩa fe
ri: non enim, quia tu cauſam ignoras, quęcunque in
mentẽ uenerint, fingenda ſunt. Præſtat enim proba
ignoratione detineri, quã falſa opinione mancipari.
Nã qui neſcit, facilè ratione ducitur: q uerò ſcire credit cùm neſciat, non poteſt facilè ueritatẽ ſuſcipere,
ſed maiori ſudore opus eſt, ut antequã uera inculcẽtur, falſa ex aïo eius eiiciantur. Nam & in charta ubi
nihil ſcriptũ eſt, facillimè ſcribitur: literis uerò plena,
non ſimiliter certè, neceſſe.n. eſt priora delere: & me
dicus qui nihil offert, & qui ædificat illico ruitura, pe
ior eo eſt qui nunquã ędificauit. Et terra facilius ara
tro proſcinditur q̃ nihil habet, quã quæ uepribus refertiſſima. Nequaquã igitur cuncta ſcire uelimus, ſed
patiamur etiã nõnulla ignorare, ut ſi magiſtrum inueniremus, duplicẽ ei laborem nõ præbeamus. imo
uerò ne ut multi ſemper ægrotemus, q falſis opinionibus occupati, emendari ac corrigi nunquã potuerunt. Non aũt æqualis labor eſt ſeminare, poſtequã
radicitus priora euulſeris, & in agro nudo ſerere. illic
enim euertere multa pri⁹ neceſſe eſt, & tũc alia inculcare: hìc uerò præparatũ rus p̃bet auditus. Vnde igitur locupletatus eſt ille, iam dicam. Alius deo tribuẽ
I te, alius permittente diuitias poſsidet: hæc.n. ratio &
breuis, & ſyncera eſt. Quid igitur fornicatores, adulteros, molles, & eos q malè reb⁹ utũtur, ipſe locupletes facit? Ipſe quidẽ diuites non facit, ſed locupletari
permittit. Permultũ autem intereſt facere, & permittere. Cuius autẽ rei gratia ita permittit? Quia nõdum
tempus adeſt iudicij, ut unicuiq; ſecundũ opera ſua
Luc.16.f tribuat. Quid.n. illo diuite nequius, qui Lazaro neq;
de micis quidẽ dari ſuſtinebat? Qui quoniam cùm
eſſet locuples, crudelitatẽ exercuit, miſerabilior cęteris factus, nec ſtillã aquæ cõſequi poterat. Nã ſi duo
quidẽ iprobi fuerint, quorũ alter diues ſit, alter pauperie prematur, quoniã non æquali fortuna hi utuntur, non eodẽ ibi, ſed qui melioris cõditionis hìc fuerat, maiori ſupplicio affligetur. Videm⁹ ergo iſtũ gra
uius uexatũ, qui ſecũdis dũ uiueret rebus abuſus eſt.
Quare cùm uideris iniquẽ ditatũ, fœlicitate uti non
parua, ingemiſce atq; lachryma. Nã hæc proſperitas
Rom.2.a maiores ſibi præparat pœnas. Quemadmodum.n.
multa peccantes quotidie ſi ad pœnitentiã redire cõtemnunt, theſaurũ iræ ſibi theſaurizant. ſic q nõ modò uexationes huius ſeculi effugiunt, uerumetiã bonis fruũtur, ibi cruciabuntur. Cuius rei non à futuris
ſolummodo rebus, uerumetiã à præſenti uita exemplum tibi præſtabo. Peatus.n. illẽ Dauid, quandò cũ K
Berſabee delictũ illud commiſit, & per prophetã ar- 2.Reg.12
guebatur: idcirco uehemẽtius accuſabatur, quoniã
nimiũ honoratus à deo, ita ſpurce labebatur: expro Ibidẽ.
brationẽ ipſius à deo audias. Nõnne, inquit, in regẽ b.
te unxi, & de manu Saluis eruite, & q̃ fuerũt domũ tui tibi conceſſi, & uniuerſam ludę ac Iſraelis domũ? Et ſi hęc pauca tibi eſſent, alia quoq; tibi adiecſſem: cur flagitiũ hoc feciſti coram me? Non ſunt qppe eadẽ in oĩbus peccatis, ſed multa uariaq; ſupplicia. Nã & ętate, & educatioe, & dignitate, & ingenio
& uſu rerũ, atque prudentia, aliisq; compluribus uariantur: uerũ ut clarius id fiat, in fornicationis delicto examinetur. Perpende igitur quantã diuerſitatẽ
punitionis, nõ à me, ſed à diuinis ſcripturis cõperio.
Fornicatus quiſpiã ante legem fuit, alio quodã mo- Rom.2.b
do illũ puniri Paulus oſtendit, dicens: Quicunque ſi
ne lege peccarũt, ſine lege quoq; peribunt. Idẽ, alius
poſt legẽ deliquit, grauiora ſuſtinebit. Quicunque Ibidem.
enim in lege peccarunt, inquit, per legẽ iudicabũtur;
lapſus ſimiliter antiſtes q ſapientia eſt, nõ parua pœna propter dignitatẽ afficietur: propterea aliæ quidẽ
fornicatrices necabantur, ſacerdotũ uerò filiæ igne L
cremabantur. Qua ex re quã magnus pœnarum cumulus pontificẽ expectet peccantem, legis conditor
uoluit ſignificare. Nã ſi filiã eius atrocius puniri iuſſit, quid erit de ipſo? Paſſa mulier uim eſt, nullã puni
tionem meretur: lapſa eſt ſimiliter diues & pauperrima, quãtum interſit ab his pater, q̃ modò de Dauid
expoſuimus. Poſt aduentũ Chriſti quidã peccauit, ſi
nõ initiatus, nec catechumen⁹, moriatur, grauiores
oĩbus illis pœnas daturus eſt. Poſt lauacrum delictũ
admiſit, hic iam nullũ erit peccatori ſolamen: quod
Paulus ſignificat, dicens: Legẽ Moſi aliquis contem- Heb.10.d
pſit, abſq; miſericordia duob⁹ uel tribus teſtib⁹ moritur: quanto exiſtim atis grauiore dignũ ſupplicio,
qui filiũ dei cõculcauit, & ſanguinem teſtamenti cõmunem putauit, & ſpiritus gratiã uituperauit? Fornicatus uerò quidã uir ſacer eſt, uerticem, qppe fornicationis hæc improbitas tenet. Vides quã multa, uarisa diſcrimina in uno peccato conſiderãtur. Aliud
ante legem, aliud poſt legẽ: aliud ſacerdotis, aliud di
tiſſimæ aliud pauperrimæ. aliud catechumenę, aliud M
fidelis, filiæ q̃ põtificis. Cęterũ magna etiã à cognitione differentia naſcitur. Qui nouit uoluntatẽ do- Luc.12.f
mini ſui, & non facit, uapulabit plagis multis: & poſt
exẽpla peccare, grauioris pœnæ cauſa eſt, ideo dicit:
Vos uerò neque ſcientes pœnitentiã poſtea egiſtis, 4.Eſdr.2.a
quamuis magno cultu ſitis honorati. Ideo & Hieru
ſalẽ iproperãs dicit, Quoties uolui cõgregare filios
ueſtros, & noluiſtis? Grauiùs ẽt eſt delicijs abundantẽ peccare, ut in diuite illo, & Lazaro uidemus. Loc⁹ Luc.16.f
etiam differentiã facit, quod ipſe dominus ſignificauit, dicens: Inter templũ & altare. Ipſa quoq; delicta Sup.23.d
modos quoſdã habent quibus diuerſificantur. Non Prou.6.d
eſt mitũ, inquit, ſi apprehenditur quidam furans. Et
rurſus: Occidiſti filios tuos & filias tuas, hoc ſup om
nẽ fornicationẽ & abominationes tuas grauius eſt.
Et à pſonis rurſus: Si peccauerit aliquis in hominẽ, 1.Reg.2.a
orabit pro ipſo: ſin uerò i deũ peccauerit, qs orabit
pro ipſo? Et quãdo eos q multo cæteris peiores ſunt,
nequitia ſuperamus, quod apud Ezechielẽ criminã- Eze.16.f
tur, dicens: Nec ſecundum quidem iuſtitiã gentium
feciſtis. Et quando nec exẽplo quidem aliorum corrigimur. Vidit ſororem ſuã, ait, & iuſtificauit eam. Et Ibid em.

quando

A quãdo maiore quis patrocinio diuino uſus eſt. Si.n.
in Tyro & Sidone hæ uirtutes factę fuiſſent, pœnitẽ
Supr.11.c tiã egiſſent: uerũtamẽ tolerabilius erit Tyro & Sido
& Lu.10. ni, q̃ ciuitati huic. Perſpicis exactam diligentiã, perſpi
c. cis eorundem peccatorũ non idem eſſe ſupplicium?
Nam quando ex indulgentia diuina nihil lucri retinere uolumus, peiora meritò patiemur, quod Pau-
Rom.2.a lus ada peruit dicens: Secundum duritiam tuã, & im
pœnitens cor, irã tibi theſaurizas. Hęc intelligentes
non offendamur, nec perturbemur pp uarium humanarum rerũ defluxum, nec ratiunculę humanę
tẽpeſtatibus fluctuamur: ſed incõprehenſibilitati di
uinæ prouidẽtiæ cędẽtes, uirtutes inſequamur, & ui
tia fugiamus⁵, ut futuris bonis potiamur, gratia &
miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

Homilia.lxxvij.ex capite.xxiiij.

Vnc qui in Iudea ſunt, fugiant in mõtes: et qui
in tecto, non deſcendat tollere aliquid de domo
ſua: et qui in agro, nõn reuertatur tollere tunicã
ſuã. Cũ de futuris Hieroſolymæ urbis ærũnis, & de
B apoſtolorũ certationibus dixerit, ac inuictos fore,
& per uniuerſum orbẽ p̃dicaturos aſſeruit, ad Iudaicas rurſus redit calamitates: ut oſtẽdat tunc Iudęos
cladibus maximis implicãdos, cũ diſcipulorũ ſplendor & p̃dicatio uniuerſum fuerit orbẽ cõplexa. Tu
aũt perpende, quo ab his quæ minima uidentur,
inauditã attrocitatẽ belli exponat. Tunc enim qui
in Iudæa ſunt, ad montes fugiant, inquit. Tũc, iſtud
quãdo ſignificat? quãdo hæc ſcilicet fient, quãdo de
ſolationis abominatio in loco ſancto conſtituetur:
tũc ergo, inquit, cũ armati hoſtium exercitus oĩa re
pleuerint, quoniã nulla uobis ſpes ſalutis relinqui-
2.Mach.5 tur, ad montes feſtini fugiatis. Nã quoniã ſæpe alias è
& 6. grauioribus ſe bellis receperunt: ut tẽpore Sanatheris & Antiochi, quãdo irruente hoſte & tẽplo capto
conſtantia & uirtus Machabęorũ cuncta reparauit,
ne cogitare queant ſimile quid etiã tunc futurũ, omnẽ murationẽ in melius abſtulit: ſatisq;, inquit, eſt ſi
C quis omnino nudus ſaluabitur. Idcirco nec eos qui
in tectis inuenietur, domũ ad tollendũ inde aliquid
deſcendere permittit: ut ineuitabilem & ſummã calamitatẽ oſtendat, in quã qui incident, neceſſariò de
peribit. Præterea ſiquis in agro erit, nec iſte (inquit)
ad accipiendam ueſtẽ ſuam redeat. Nã ſi fugiendũ
eſt his, qui intus erunt, multò minus q extrà fuerit,
intus refugere debebit. *Væ autem prægnantibus & nutrientibus.* Alterum quia cũ tardiores ſint, non poſſunt facilè fugere, onere uentris retentæ: alterũ quan
queunt ſimul & ſe, & lactentes conſeruare, unà de
pereunt. Nã pecuniam quidem, & ueſtimenta cõtẽnere facile eſt, ſicut recuperare non arduum: q̃ uerò
natura duce cõparãtur, quo effugere poterit? quomodo uentre grauis, leuior fiet? quomodo lactans
mulier lactentem infantẽ quẽ peperit, negliget? Sed
rurſus magnitudinem ærumnarum ſignificans ait:
Orate, ne fiat fuga ueſtra in hyeme, nec in ſabbato: erit.n.
tunc tribulatio magna, qualis nunquã fuit à principio mũ
di uſque modo, neq; fiet. Perſpicis de Iudæis factũ hũc
ſermonẽ fuiſſe, & de afflictionibus quæ illis incumbebant? Nec.n. apoſtoli diem ſabbati obſeruabãt,
ſed nec in Iudæa erant, cũ hæc à Romanis fiebant:
multi.n. eorum iam deceſſerant, & ſiquis uiuebat,
in alijs partibus conuerſabatur. Cur aũt nec hyeme,
nec ſabbato? Hyeme quidẽ propter ipſius temporis importunitatẽ, ſabbato aũt propter authoritatẽ lẽ- D
gis. Nã quoniã uelociſſima quadã fuga indigebitis,
nec ſabbato audetis hoc facere pp legem, nec hyeme poteſtis pp difficultatem tẽporum, idcirco uobis orandum eſt. Talis enim futura tunc eſt tribulatio, qualis nec fuit, nec erit unquam. Nec putes exaggerationis cumulo id dictum eſſe. Quanta enim tũc
Iudæos mala uexarunt, hiſtoria Ioſephi demõſtrat: *Ioſephus*
nec põt certè dici fidelẽ illũ fuiſſe, nec ideo rẽ oratio *libro.vij.*
ne amplificaſſe. Nã & Iudæus erat, & ſeruentiſsim⁹ *de bello*
ferè oĩum Iudæorũ, qui poſt Chriſti aduentum fue *Iudaico,*
runt. Quid igitur ſcribit? Quia oẽm orationẽ tragicã *cap.viij.*
clades illæ facilè ſuperauerunt, nec tali unquam bello gens Iudæorum laborauit. Quippe tãta fames in
eo inualuit, ut ipſis matribus filiorũ deuoratio ſtudio fuerit, ac ea pro re bella inter ſe cierent, multoſq;
iã mortuos partirentur. Quare libenter interrogarẽ
Iudæos, quãobrem tã intolerabilis ira diuinitus in
eos fuit effuſa, ut oẽs ærũnas præteritas, non dico
in Iudæa ſolũ, ſed ubiq; terrarum factas exceſſerit?
Nõne patet pp temerariã audaciã, & prolatã à ſe de E
crucifigendo Chriſto ſententiã? Omnes certè ita exclamabant, ſed cũ omnibus, & pro omnibus ipſe rerum euentus. Tu uerò ingentẽ malorũ cumulũ conſidera. Nam non ad tranſacta ſolummodo tempora, uerũetiã ad futura collata, grauiora omnibus uidentur: nec enim in uniuerſo orbe unquã fuit tanta malorũ exaggeratio: nec id iniuria. Neq; enim aliqs
unquam hominũ auſus fuit, nec quiſquam tantum
potuit unquam ſcelus audere. *Erit enim tribulatio talis,* inquit, *qualis nec fuit, nec erit: & niſi abbreuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro: pp electos aũt abbreuiabuntur dies illi.* Hic oſtendit grauioribus illos
ſupplicijs dignos: dies aũt nunc tẽpus belli, atq; obſidionis illius ſignificant. Tale nanq; eſt qd dicitur:
Si diutius Romanorũ in Hieroſolyma bellum duraſ
uerit, nemo Iudæorũ omnino euadet: omnẽ enim
carnẽ modò Iudaicam appellauit. Sic aũt dixit, ut
tã præſentes, q̃ abſentes his uerbis includeret. Non
enim qui in Iudæa fuerunt, ſolũ impugnabãtur: ſed F
ubiq; diſperſos Iudæos mirabili odio, & inaudita indignatione Romani pellebant, perſequebãtur, truci
dabãt. Electos aũt hic fideles nominauit, qui in medio Iudæorũ intercepti erant. Nam ne dicant Iudæi
hæc mala pp prædicationem & adorationẽ Chriſti
ſibi acciditſſe, non ſolũ non fuiſſe cauſam malorum
fideles oſtẽdit, uerũetiam niſi fideles fuiſſent, intereremptione uniuerſos necatos fuiſſe aſſerit. Nã ſi dilatio belli permiſsione diuina facta fuiſſet, nullę Iudæorũ extarent reliquię: ſed ne cũ infidelibus Iudęis
fideles interimerentur, citius ei bello finẽ impoſuit:
ꝑterea ut in medio illorum intercepti fideles conſeruarentur, reſpirandi poteſtatem eis concedẽs, ne
tanquã ſimul perituri timeant. Quòd ſi in hac uita
de fidelibus eſt prouidẽtia, ut pp eos alij quoque ſaluentur, & ludęorũ reliquiæ pp Chriſtianos ſuperſint, quãtus coronæ atque retributionis tẽpore honor erit? hinc etiã hortatur, ne periculis proprijs contriſtentur, præſertim cũ uideant ſimilibus nullo lucro, ſed detrimẽto ſui capitis alios uexari. Nec hortatur ſolũ atq; conſolatur, uerũeriã occultius atq; ſenſim à Iudaicis moribus abducit. Nã ſin ulla poſteà
mutatio in melius futura eſt, nec rurſus templũ unquam condetur: patet, quia lex etiã oĩno ceſſabit. Id
apertius dictum non eſt, ne pro tempore doleant.

G Præterea nec principaliter, & à seipso ad hunc sermonẽ deuenit, sed cõuersando in urbe ad demõstrationẽ ędificiorũ, & interrogãdi necessitatẽ eos cõpulit, ut quasi ad interrogata respõdens, futura p̃nunciet. Tu aũt dispẽsationẽ spiritus diligẽter cõsidera. Nihil enim horũ Ioãnes scripsit, ne quoniã post Iudæorũ illas ærũnas longo tpe superuixit, ab euẽtu rerũ, nõ à p̃dicatione Xp̃i scribere uideatur: qui aũt ante illud bellum ad dominũ decesserũt, quicq̃ nihil horũ uident: ipsi, ut undicq̃ p̃dicationis ueritas resplenderet, ista scripserũt. *Tunc siquis uobis dixerit: Ecce hic est Xp̃s, uel illic, nõ credatis. Surgent enim pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia, ut si possibile est, etiã electos seducant. Ecce prædixi uobis. Si igitur dixerint: Ecce in deserto est, nolite exire: & si in penetralibus, nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & paret usque in occidentem: ita erit & aduentus filij hominis. Vbicunque enim fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ.* Cùm ea quæ ad Hierosolymam pertinent absoluisset, ad aduentum transitu facto, signa eius sibi p̃dicit, non illis tantummodo, uerũetiam nobis, & posteris om
H nibus utilissima. Tunc, inquit, quãdo uidelicet. Hic, quemadmodum fæpenumero in alijs dixi, nõ consequentiæ temporum, neq̃ præcedentium connexionis istud, tunc, est: ubi n. consequentiam uoluit significare, statim post tribulationẽ illorum dierum subiunxit: hoc uerò in loco, tunc dicit, non statim post antecedentia significans, sed tp̃s quo affutura sunt breuiter designans. Sic ẽt quando dicitur, In diebus
Supr. 3.a illis uenit Ioannes Baptista: non immediatè consequens tẽpus, sed q̃ facta sunt, q̃ dicturus erat, denotare uoluit. postq̃ enim de natiuitate Iesu, & de Magorum aduentu, & de Herodis interitu disseruit: statim, in illis diebus subiunxit: atqui triginta ferè annorum spatia interfuerunt. Mos igitur est scripturę hoc pacto loqui, quare hìc etiam uniuerso modico tempore prætermisso, quod à captiuitate Hierosolymæ usq̃ ad consummationem extenditur: Tunc intulit, siquis uobis dixerit, hìc est Xp̃s, aut hìc, ne credatis. A loco prius ipsos cautiores facit, signa quædam secundi aduentus sui, & multorum opiniones exponẽ do. Non. n. quemadmodum primus apud Bethlehẽ
I fuit, in angulo uidelicet orbis minimò, nec ullo id hoium sciente, sic & secundus: sed manifestè adeò, ut nuncio res non indigeat. Non est paruum profectò signum ita uenire, ut latere nõ possit. Considera aũt quo nihil hìc de bello disputat, sed cũ de aduentu differat suo, de seductoribus uerba facit: multi qp apostolorum etiam tpe seductores fuerunt. Venient enim, inquit, & decipient multos: qui uerò ante secũdum aduentũ seducent, multò illis erunt deteriores. Ea. n. signa atq̃ prodigia dabũt, ut si possibile sit, electos quoq̃ seducãt. Antichristus aũt signi ficatur, cui nonnullos etiam ministraturos ostendit:
2. Thess. 2.b. quem Paulus hominem peccati, filiũ perditionis appellauit. Deinde adiecit, Cuius aduentus est secundum operationem satanæ, in omni uirtute & prodigijs mendacij, in omni deceptione iniustitiæ, in his q perduntur. Perspice autem quo cautiores facit. Non exeatis, inquit, in eremum, non introeatis in penetralia: non dixit, Ite, & non credite: sed, non exeatis, neque eatis: magna enim fraus propter signa futura est. Cùm ergo dixerit, quomodo uenturus est antichristus, quia in loco aliquo futurus, tunc de seipso demũ exposuit. Quomodo igitur ipse uenturus est? Vt *fulgur ab Oriente ad Occasum usq̃ rutilat, sic erit* K *aduentus filij hominis*. Quomodo igitur fulgur uidetur? Nõ indiget certè præcone aut nuncio, sed in momento temporum omnibus apparet: sic igitur aduentus ille ubicq̃ semper splendere statim uidebitur. Aliud deinde signum adiecit, dicẽs: *Vbi corpus, ibi congregabuntur & aquilæ.* Angelorum, martyrum, cęterorumq̃ multitudinem sanctorum ita significãs, Signa posteà terroris plena percenset. Quæ aũt hæc signa sunt? *Statim post tribulationem illorum dierum sol* *Luc. 21.a & Exo. 32. b. & Ioel. 3.c* *obtenebrabitur*. Quorum dierũ? Antichristi uidelicet, & falsorum prophetarum. Magna enim tunc tribulatio futura est, cũ ita multi futuri sint seductores, quã uis nõ longis tẽporum spatijs perdurabit. Nã si bellum illud aduersus Iudæos pp electos breuiori tpe fuit dissolutum, quãtò magis propter eos ipsos contrahetur illa tentatio? Præterea non dixit, post tribulationem, sed addidit, statim post tribulationem: ita simul oĩa peraguntur, & pseudoprophetis, & pseudochristis perturbãtibus cõfestim ipse aderit. Nõ. n. parua tunc uexatio uniuersum orbem continebit. Quo aũt aduenit? Ita. sicut creaturæ transformẽtur: sol enim obtenebrabitur, non quia destruetur, sed L quia luce illius aduentus superabitur, & stellę cadẽt. Quis enim usus nulla existente nocte ipsarum erit? Et uirtutes cœlorum cõmouebuntur: & merito qui dem, cùm tantam mutationem rerum fieri perspicient. Nam si quando facta sunt, stellæ, astra, ita miracula exhorruerũt, ut ea de re dictũ sit, quando natæ sunt stellæ, magna uoce me oẽs angeli mei laudarunt: multò magis tunc mirabuntur, uidentes uniuersa commutari, conseruos rationẽ uitæ referre, orbem oẽm terribili assistentẽ tribunali, ac oẽs qui ab Adam ad aduẽtum usq̃ illum facti sunt, operum rationes reddentes. *Tũc apparebit signum filij hominis in cœlo*. Crux. n. Sole fulgentior uidebitur: oscuratur. n. sol, crux aũt apparet: quod fieri non posset, nisi solares radios splendore superaret. Cuius autẽ rei gratia istud signum apparet? Vt magno cumulo Iudæorũ impudentia opprimatur, crucẽ in suam iustificationem secum habens, in iudicium ueniet. Non uulnera enim, sed acerbum ac ignominiosum mortis suæ genus ostendens. *tunc plangent tribus*. non. n. accusan M tibus opus erit, cũ crucem uiderint. Plangent igitur, quia ex morte ipsius nihil profecerũt, quia crucifixũ quem adorare oportebat, contempserũt. Vides quo terribiliter aduentũ suum descripsit? quo animos discipulorum suscitauit? idcirco prius tristia posuit, deinde iucunda commemorat, ut uel hoc modo eos consolaretur. Cæterùm passionis rursus, atq̃ resurrectionis ex præstãtiore habitu crucis meminit, ut nõ iam pudeat eos, nec dolor inuadat, cũ in signũ tunc *Apoc. 1.b* præuentura sit. Alius aũt: uidebunt, inquit, in quem pupugerunt: uerùm quoniam crucis mentionem fecit, ideo subiecit: quia uidebunt filium hois, non in cruce, sed ueniẽtem in nubibus cœli cum uirtute, & gloria multa. Noli enim credere, quia crucem audisti, tristem aut amarum futurũ, sed cum uirtute atq̃ gloria magna uenturum non dubita. Crucem autẽ secum habet, ut peccatum ipsorum sine accusatione condemnetur, ueluti siquis lapide percussus, ipsum lapidem uel cruentas uestes in testimonium ostendat. Veniet autem in nube sicut assumptus est: hæc oĩa tribus uidentes, flebunt, sed mala sua non in solo fletu terminabuntur. Et fletus qdẽ erit, ut à seipsis

A proferre sententiam, & seipsos condemnare aspiciãtur. *Tunc autem*, inquit, *mittet angelos suos cũ tuba magna, & congregabunt electos à quatuor uentis, à summis cœlorũ usque ad terminos eorũ*. Hęc tu audiẽs, futurã punitionem quanta sit, per teipsum excogita: nõ. n. his solùm, uerumetiã illis pœnis uexabuntur: & sicut su
Sup. 21.a et. Mar. 11 b. perius dicturos asserebat, Benedict⁹ q uenit in nomine domini. ita hìc dicit, quia plangent. Nã quoniam de bellis expositũ grauissimis est, ut discant quoniã ad has afflictiones æterna quoq̃ supplicia eos expectant, & ab electis separat, & lugẽtes, gehẽnæq̃ traditos iducit. Deinde rursum discipulos cõfirmat, ostẽdens à quantis liberabuntur malis, & quã ingẽtibus bonis perfruentur. Cùm autẽ sic liquidò atq̃ apertè ueniet, per angelos uocat. Hoc ẽt uocationis modo
1. Thes. 4. d. illos honorauit. Paulus uerò de resurrectione mortuorũ uerba faciẽs: in nubibus rapiẽtur, dixit. Ipse nã
Ibidem. que domin⁹ descẽdet de cœlo, ait, in uisione, in uoce archangeli. Itaq̃ cũ resurrexerint, angeli omnes congregabũt: cõgregatos uerò nubes rapiẽt, & hęc omB nia in momento temporis fient: nõ. n. uocat eos sursum, sed ipse in tuba descẽdit. Quid autem tubarũ, sonus sibi uult? Ad exusc itationẽ, ad gaudiũ, ad exprimendum rerum stuporem, ad dolorẽ eorum qui relinquũtur. Vę mihi de die illo terribili, qui cũ oportet nos expositione istarũ rerũ gaudere, dolemus & mœrore cõficimur: sed fortasse solus ego hæc pa-
Inf. 25.a tior, uos autẽ hæc audiẽtes, lætamini. Nã me quidẽ,
Ibidem.c cùm hęc in mentẽ ueniunt, horror inuadit terribilis, & amarissimè pflens, ex profundo corde ĩgemisco. Nã quanuis nihil horũ ad me spectet, illa tamẽ quæ mox ad uirgines, & ad seruũ nequam, qui quòd accepit talentũ suffoditq̃ dicẽtur, uehementius me perturbant: propterea lachrymis cõfundor, quoniã à tã ta gloria casuros nos uideo. à tãtorũq̃ fruitione bonorum expellendos, & hoc nõ tẽpore aliquo termiC nato, sed semper atq̃ perpetuè, solũmodo qa parũ laboris sufferre nolumus. Nã si magnus esset labor, & hæc lex onerosa, quamuis ẽt si cũcta essent tolerãda, causa tantùm desidię friuola quidẽ, sed nihilomi nus proprer præceptorũ difficultatem, diuturnitatẽ temporis, laboris duritiẽ, intolerabilie onus non potuisse sufferre uideremur: nũc uerò nihil huiusmodi dicere possumus, qa nõ minus tũc quã gehẽna nos exagitabit, qa quãdo breuissimo spatio tẽporis non insudauimus, cœlo & ineffabilib⁹ bonis priuari nos intelligemus. Breue qdẽ tempus hoc est, & labor minimus, & tamen oscitamus, & tota mẽte torpemus. Terreste certamẽ est tibi propositũ, cuius corona in cœlo reddetur: ab hominib⁹ exagitaris, & deus timentibi honores retribuet: paucis dieb⁹ curris, & ęterna p̃mia cõsequeris: corruptibili corpore luctaris, & ĩcorruptibili laudaris. Sed pręter illud apprimè tenẽdum est, quia etsi propter Christũ nihil triste pati uolueri mus, necesse tamẽ est multa tristia sustinere. Non enim quia propter Christũ mori non uis, idcirco immortalis futur⁹ es: nec quoniã propter Christũ diuitias tuas nõ distribuis, idcirco tecũ eas auferes. Hęc à te Christus petit, quæ si ei non dabis, oĩno tamen propter conditionẽ naturæ relicturus es. Hæc te tua sponte facere hortatur, quæ oĩno inuito te fient. Vnum solũ petit, ut propter eum ultrò, & nõ coactus facias: Vides quã facillimum est hoc certamẽ? Nam quæ necessariò patieris, inquit, ea si propter me pati uolueris: idq̃ unicũ tibi propositum fuerit, sufficenter mihi obtẽperasti. Quod alij mutuaturus aurum D es, illud mihi & ad maiora fœnora, & cautiõe tutiori mutuato. Si alterius gratia militares labores susci pis, mihi etiã milita, quoniã cumulo retributionum ingenti labores tuos oĩno excedam. Tu uerò alios quidẽ qui uel mutuò, uel in uendendo, uel militãdo maiora tibi offerunt, anteponis: Christũ uerò solũ præstantiora sine cõparatione præbentem asperna ris, atque repellis. Cur tibi tam magnũ cum eo bellũ est? Cur tanto es inflãmatus odio? Vnde igitur ueniã ac satisfactionẽ impetrabis, cùm nec illis eum ratio nibus, qbus homines hominibus anteponere uelis? Cui certè thesaurũ tuum tradis. In manu mea recondas, inquit. Non uidetur tibi dominus terrę tutior esse, quã terra? Illa quod reposuisti, solũ reddit, immo uerò nonnunquã etiam amittit, & redonare nõ potest: ipse autẽ etiam mercedem, quia in manu sua reposuisti, redditurus est. Magna profectò nos charita te prosequtur, ideo si mutuò dare uolueris, parat⁹ sem per ut accipiat est: si ędificare tibi placuerit, libẽter semina suscipit: si magnificas ædes cõdere cõstitueris, al E licit te ad seipsum, & hortatur ut in regione sua ędifices. Quare ad iopes curris? ad homines dico iopes, qui aut tibi tuũ nõ reddent, aut certè malè, & illiberaliter reddẽt. Sed nõ mouemur his uerbis: ac ideo, ubi pugnæ, iudicia, caluminæ, illò festinamus. An igitur iniuria punit nos atq̃ euertit, cũ in rebus oĩbus seipsum nobis p̃beat, & nos ipsi studiosè resistam⁹? Nequaquã. Nã siue me o uolueris expoliri ornatu, si ue armis meis armari, siue mea ĩdui uestimẽta, siue dapib⁹ meis deliciari, siue iter meũ peragere, siue in ciuitatẽ peruenire cuius artifex & cõditor ipse sum, siue in regione me adomũ ædificare: ita hæc oĩa facere potes, ut non modò nullã abs te harum rerum omniũ mercedem exigã, sed ipse tibi magnæ uelim esse mercedis debitor, dumodo uti rebus meis non abomineris. Qid huic liberalitati æquale unquã inueniri potest? Ego ipse sum pater, ego frater, ego dominus, ego spõsus, ego nutritor, ego uestis, ego radix, ego fundamẽtũ. Quicqd uolueris ipse sum: nulF la re indigebis, ego tu⁹ ero minister. Veni. n. nõ ut mi
Sup. 20.d hi ministraretur, sed ut ego alijs ministrẽ. Ipse amic⁹ sum, mẽbrũ, caput, frater, soror, mater, uniuersa ipse sum dummodo mihi ut decet, afficiaris. Ego paup pp te, in sepulchro pp te, patrem in excelsis pro te interpello, q ad inferiora pro te à patre missus descendi. Omnia tu mihi es, frater, cohęres, amic⁹, mẽbrũ. Quid uis amplius? quid auertis à me mẽtẽ? Quid caduco huic mũdo laboras? Cur pforato aquã dolio ingeris? Nihil. n. aliud est pro præsentibus istis laborare quã flammã discerpere, quàm pugnis aera cædere. Cur frustra curris? Nõne uniuscuiusque artis finis qdã est? Ita profectò. Ostẽde igitur mihi hui⁹ secu *Eccles. 1.a & 12.c* laris studij finem: sed non potes. Vanitas. n. uanitatum, & cuncta uanitas sunt. Proficiscamur ad sepulchra, ostẽde mihi patrẽ, ostẽde uxorẽ tuã. Vbi est q purpurã induebatur, q uehiculo ferebatur, q exercitus ductitabat, qui corona militũ cingebatur, qui licторib⁹ muniebatur, q alios cædebat, alios in carcerẽ detrudebat, q quos uolebat, iterimebat, & liberabat similiter quos uolebat? Nihil uideo nisi putrida ossa, & uermes, & araneã: oĩa illis puluis, omnia fabula, oĩa somniũ, umbra, narratio nuda, & imago: immo uerò nec imago, imaginis qppe effigẽ uidemus: hìc autem nullã effigiẽ perspicere possumus, atq̃ utinã

Universidad de Deusto
Biblioteca

G hùc oĩa mala terminarentur. Nũc uerò honores quidem, & uoluptas, & maiestas oĩs ad umbram, & ad uerba rebus nuda exitũ habent. Quę uerò ab illis se quuntur, non ut umbra & somniũ euanescũt, sed pmanent, & eò nobiscũ ita transeunt, ut oĩbus fient apertissima. Rapinę nanq; uiolentiæ, fornicationes, adulteria, cęteraq; huiusmodi nõ uertũtur in cinerẽ, sed tam res, quã uerba ibi cõscribuntur. Quibus igitur oculis tunc deum cernemus? Nam si patrẽ, q tegenuit, peccati aduersus eũ conscius, aspicere nõ poles: quomodo ad deum oĩ certè patre mitiorem oculos tunc eleuabimus? qũo sustinebimus, quando Christi terribili asistemus tribunali, cũ exquisitissima peccatorũ omniũ perscrutatio fiet? Si uerò quispiam futuro non credit iudicio, ea cõsideret quę hìc fiũt. Videat eos qui in carceribus sunt, q in metallis, qui in stercore, qui dęmonio agitantur, q insaniũt, q incurabili morbo laborant, qui cõtinua pauperie pmuntur, qui uexãtur inedia, q luctu intolerabili afflguntur, qui captiui degunt. Nemo n. istorum omniũ hæc pateretur, nisi cæteris oĩbus q similiter peccãt,
H supplicia post mortem imminerẽt. Nã quia nihil nõ nulli malè uiuẽtes hìc patiuntur, hoc ipsum argumẽtum est, quia post exitum è uita oĩno punientur. Nõ est. n. credibile cùm unus sit omnibus deus, alios hìc puniri, alios euadere impunè eorũ, qui similiter deliquerũt, nisi pœna ibi certa reseruaretur. His igitur rationibus & exẽplis persuasi, humilius uiuamus, & q iudiciũ non credunt futurum, credant iam, & meliores fieri studeant, ut cœlorũ regno dignè uitam peragẽtes, futura supplicia euitemus, & ętterna bona nãciscamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, Amen.

Homilia. lxxviij. ex cap. xxiiij.

B *arbore autẽ fici discite parabolã, quãdo iã ramus eius effœtus fuerit, et folia germinauerint, cognoscitis quoniã propè est æstas. Ita et uos, cũ uideritis hæc omnia, cognoscite quoniam propè est in ianuis.* Quoniam post tribulationẽ illorum dierum dictũ est, ipsi uerò certũ, definitumq; tempus quærebãt, & diẽ ipsum discere cupiebãt: idcirco similitudine utitur ficus, ostendens non magna spacia temporũ interfutura, sed cõsequenter atq; deinceps illum diem
I uenturum: quod nõ similitudine solũ, uerumetiam sequẽtibus uerbis expressit, dicẽs: Scitote quoniam propè est in ianuis. Hinc etiã prædicit ætatem tunc spiritalẽ, tranquillitatẽq; à fluctibus huius uitę iustis hominibus futurã: iniustis autem à cõtrario, hyemẽ ac terribiles tempestates post æstiuã tranquillitatem uẽturas, q̃d paulò pòst significauit dicens: lasciuè illis uiuentibus diem illũ esse uenturũ. Non autem ea ratione tãtummodo, ut spacium tẽporis designet, ficus similitudine usus est, cũ & aliter istud significare potuisset: sed ut oĩno futuram rem confirmaret. Nã sicut hoc esse necesse est, sic illud quoq; necessariò erit. Nã quod semp cõtingit, quod oĩno euenturum est, tã apud ipsum significauit, quã apud beatũ Paulum imitatorẽ ipsius, qui de resurrectione differens, ait: Granũ tritici cadens in terrã, nisi mortuum fue-
Ioan.12.c et.1.Cor. 15.c rit, ipsum solum manet: si autẽ mortuũ fuerit, multum fructum affert. Similiter etiã ad Corinthios. Insipiens, ait, q̃d tu seminas non uiuificatur, nisi mortuũ fuerit. Verùm ne rursus interrogent, quando igitur hæc erunt, in memoriam prædicta reducens, ait:
Ibidem. *Amẽ dico uobis, non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant.* Quæ omnia, dic quæso? Bella in Hierusalem, fa K
mes intolerabilis, pestis inaudita, terræmotus, pseudochristi, pseudoprophetę, pdicatio euãgelij i uiuerso terrarum orbe, seditiones, turbationes, cętera oĩa q̃ ad aduẽtum usque futura sunt. Quomodo igitur hæc generatio dictũ est? Non de uiuentibus tũc, sed de fidelibus dixit, ut solet loq; scriptura: ut quãdo dicitur, Hæc est generatio quærentiũ dominũ. Quod Psal.23.b igitur in superioribus dicebat, quia oportet hæc oĩa fieri. & rursus: Vbique pdicabitur hoc euãgelium: id Hic sup.a in hoc quoque loco, quia scilicet hæc oĩa euenĩẽt, & Ibidem. fideliũ generatio nullo incõmodo dissipata pmanebit. Ita Hierusalem euersa, Iudæisq; in nihilũ penè redactis, à nulla re fides superabitur. Non. n. fames, nõ furor, nõ pestis, nõ terræmotus, nõ bellorum impetus, nõ pseudochristi, nõ pseudoprophetæ, nõ seductores, non qui tandẽ perturbabunt omnia, nõ falsi fratres, nõ alia huiusmodi tẽtatio aduersus fideles pualebit: in maiorem deinde fidẽ ipsos compellẽs, ait:
L *Cœlum & terra transibunt, uerba autem mea non præteribunt.* Facilius. n. inquit, hæc firma & immobilia destruentur, quã uerba mea possint decidere. Examinet, oro, si quis repugnet, & si uera inueniet iã tiãsacta antè, oĩno ab illis ad credenda futura animũ inducat: examinet, inquã, exq̃sitissimè, & uidebit, exitũ rerũ huius prophetię ueritati attestãte. Elementa uerò hæc mediũ produxit, partim ut cœlo ac terra pstantior ecclesia significet partim ut uniuersi creatorẽ ipsum esse ostendat. Et quoniã de cõsummatione differuit, de re. s. quæ à multis non creditur, cœlum & terrã in medio posuit, ut ineffabilem uirtutẽ suã ostenderet, & magna cũ potestate uniuersi se dominum significaret, ex quibus oĩbus uel nimiũ ambigentes ad fidẽ præparet. De *die autẽ illa, & hora nullus nouit, neque angeli cœlorũ, neque filius hominis, nisi solus pater.* Et q̃d dixit, neq; angeli, represit eos ne discere uellẽt, q̃d angeli nesciunt. Eo uerò quod dixit, neque filius, non solũ à discendo, sed etiam à quẽrendo prohibuit: hac ratione id dictũ esse, illud ostẽdit, quod post resurrectionẽ curiosius quęrẽtibus respõdit. Nũc. n. multa signa dixit, tũc uerò apertè represit, dicens: Non est uestrũ nosse tẽpora uel mometa. Deinde ne dicant neglectos se atq; contẽptos esse, q M nec harũ rerum digni uideantur, subiunxit: Quæ pa- Actu.1.b ter posuit in sua potestate. Magnę nãq; sibi curæ fuit Ibidem. honorare illos, & nihil q̃d eis coduceret, & posset ferre, celare. Proterea patri istã notitiã attribuit, rẽ arduã esse ostendens, maioremq; quã ipsi capere possent. Nisi aũt ita sit, sed ipse quoq; filius ignorat, quãdo sciet, an unà nobiscũ? quis hęc unquã dicere poterit: patrẽ filio optimè nouit, & eo prorsus pacto quo pater filiũ, diem autẽ illam ignorat? Præterea etiam spiritus dei profunda inuestigat, filius uerò nec tẽpus quidẽ nouit? Sed quomodo q̃dẽ iudicare oporteat, nõ fugit eum, & arcana singulorũ clam eo nõ sunt: quod Ioan.14 autẽ multò utilius est, id ignorat? Adhuc qũo is, per quem omnia facta, & sine ipso factum est nihil, diẽ illã ignorabit? Qui. n. secula fecit, is profectò creauit & tempora, & diem produxit. Quomodo igitur q̃ ipse produxit, ignorat? Deinde uos uel ipsius substãtiã filij non ignorare affirmatis, filio uerò nec illius diei cognitionẽ conceditis, filio dico qui semper in sinu patris est. Et certè multò maius, imo uerò absque cõparatione maius quid substantia filij est, quã dies illa. Quomodo igitur cùm maiora uobis attribuatis,

A tribuatis, hæc minora filio concedere non uultis, in quo sunt oẽs thesauri sapientię & cognitionis occulti? Sed neq; uos scitis, q̃ nam sit substãtia dei, quãuis
Col.2.a furore incitati hoc affirmetis: neq; filius diem illum ignorat. Quapropter cũ omnia dixerit, & tẽpora, & tepestates exposuerit, ac ad ipsas q̃dẽmũ ianuas peruenerit, propè est, in ianuis, inquit, silentio eã tradidit. Ita si diem atq; horã curiosè scrutaris, nõ audies à me, ait: sin uero tẽpora & initia, nihil celabo, sed omnia tibi exacta dicã diligẽtia. Multis. n. tibi ostẽdi nõ esse mihi diem illã ignotã: spatia temporũ, & res uenturas tibi prędixi, & quantũ ex hoc tpe ad illum diem. Idẽ mihi ficus parabola designauit, ad ianuas deniq; ipsas te duxi, ostiũ uerò si uolo tibi aperire, ex commodo ẽt tuo id facio. Sed ut aliunde quoq; discas, nõ ex ignoratione ipsius dicere recusasse, ad ea
Gen.6.et 7.b quæ dicta sunt, aliud quoq; signũ proponit, dicens: *Sicut erant in diebus Noe ante diluuium comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, usque ad diẽ qua uenit diluuium, & sustulit uniuersos, & non cognouerunt donec uenit diluuium, & tulit omnes: sic erit & aduentus*
B *filij hominis.* His uerbis repentè, ac nõ expectatũ inter
1.Thes.5, a hominũ delicias se uẽturũ ostẽdit: q̃d Paulus quoq; denotauit, dicens: Cũ pacem & securitatẽ dicãt, tũc repẽtina eis imminet pernicies, sicut partus dolores ei q̃ habet in uentre. Qũo aũt post tribulationẽ illo rum dierũ ait: Si deliciarũ lasciuia si pax, si securitas,
Ibidem. scdm Paulũ, futura est, si delicijs lasciuiũt, qũo tribulantur? Pax & lasciuia insensatis erit, propterea nõ dixit, pacẽ & securitatem: insaniem eorum hoc modo
Gene.6.b dicendi ostendẽs: sicut & qui tpe Noẽ fuerãt, quãuis multis in malis essent, delicijs tamen diffluebãt: iusti aũt non ira, sed cum tribulatione atq; mœstitia uitã trahebant. Hinc ẽt aperitur, quia cũ Antichristus uenerit, licentius omni turpi uoluptate iniqui, & qui salutem suam desperabunt, utentur. Tũc ad explendũ furorẽ mentis multi studebũt. Crapula tũc, & temulentia summopere uigebit, quapropter & congruo
Ibidem.c usus exẽplo est. Nam quemadmodum & cũ arca fieret, apertè futurũ prænunciauit diluuiũ: illi aũt non credẽtes, tanq̃ nullo malo uenturo lasciuiebant: sic Antichristus apparebit, posteq̃ consummatio, & into
C lerabiles pœnę sequentur. Quòd aũt uoluptatibus suis q̃si temulentia quadã detẽti, futura nõ sentirẽt, ideo Paulus dicebat: Veluti dolores in utero habẽti
1.Thessa. 5.a sic illis terribilia & intolerabilia aderunt. Quare aũt Sodomorũ mala nõ dixit? Vniuersalẽ, prędictãq; cladẽ, & minimè creditã exempli loco proponere uoluit? ut quoniã apud multos futura nõ creduntur, à similitudine præteritorũ moueãtur aĩo, atq; credãt. Ad hæc illud ẽt ostendit, quia & priscorũ ipse conditor est. Aliud deinde signũ ponit, quibus oĩbus effignum? *Tunc duo erunt in agro, unus assumetur, et unus relinquetur. Duæ molentes in mola, una assumetur, et una relinquetur. Duo in lecto, unus assumetur, & unus relinquetur. Vigilate igitur, quia nescitis qua hora dominus uester uenturus sit.* Hæc oĩa, ut dixi, & ipsum nõ ignorare denotãt, & discipulos ab interrogãdo auocãt. Cuius rei gratia dierũ quoq; Noẽ mentionem fecit, & duos in lectulo dixit? significans quia inexpectatus ab oĩbus ferè, & quietis tpe aduenĩet: duę quoq; molẽtes idipsum. i. nullam solicitudinem significant: & ad hęc: qa serui & domini & assumuntur & relinquũtur, tam qui in ocio, tam q̃ in labore, & alia atq; alia

dignitate prefulgẽt. Sicut i ueteri quoq; scriptura di- D
citur: A sedẽte in solio usq; ad captiuã, q̃ in mola est. Exo.11.b
Quoniam. n. iam dictũ est, difficile diuites saluari, id circo neq; istos oẽs perituros, neq; pauperes è cõtrario saluari oẽs: sed utrinq; & saluari, & perire modò ostendit. Mihi aũt uidetur ex hoc etiã significari, no cturnò illum aduentũ tpe futurum, quod ẽt Lucas
asserit. Vides qũo uniuersa sibi apertissimè patent? Luc.17.f Deinde ne rursus interrogẽt, cõtinuò subiunxit: Vigilate igitur, quia nescitis qua hora dominus uester uenit: no dixit se nescire, sed quia ipsi nesciũt. Ita tamen eos ad ipsam penè horã deduxit, atq; statuit, & curiosiores reddere cupiẽs, ab interrogãdo auocauit: uigilate dicẽs, nescitis &c. ut ostẽderet hac se de causa dicere noluisse. *Illud aũt scitote, quoniam si sciret paterfamilias, qua hora fur uenturus esset, uigilaret utiq;, et non sineret perfodi domum suam. Ideo & uos estote parati, quia qua hora non existimatis, filius hominis ueniet.* Propterea igitur hęc dicit ipsis, ut uigilent, ut iugiter parati sint, quia qua nõ existimãt hora, uẽturus est. Solicitos igitur facit, & curiosos, ne unquã uirtutem negligant. Tale quid aũt est q̃d dicitur: Si præscirent E
hoies quando morituri sunt, diligẽtiam suam circa illã horam ostenderent. Ne igitur in illo solũmodo tpe, sed cõtinuè diligentes sint, nec generalẽ nec singulare horã prædicit, ut semper expectando semper uigilẽt: hac. n. ratione terminũ uitæ nõ occuluit. Deinde liquidò, adeò ut nunq̃ liquidius, dominum seip sum appellauit. Hęc aũt ẽt ad erubescentiam desidię mihi dicta uidentur: maiorẽ. n. diligentiã habẽt furẽ expectantes, q̃ uos salutis animæ: uigilãt enim tunc, ne aliq̃d sibi surripiatur. Vos uero quãuis certè sciatis uenturũ dominũ, non perseueratis tamẽ, neq; ita uigilatis, ut positis nõ impręparati ex hac uita discedere, quapropter cum pernicie dormientiũ dies ille uenturus est. Nam quemadmodũ nõ læderetur ille furto, si furẽ sciret uenturũ. sic & uos quoniam scitis dominũ uenturũ, paratiores esse debetis. Cæterum quoniã iudicij mentionẽ fecit, ad doctores ẽt uertit orationẽ, de pœna & meritis differens, & primò bonis collocatis, ad peccatores exitũ facit, cõmodissimè orationẽ cõcludẽs. *Quis ergo*, inquit, *fidelis seruus* F
& prudens, quem constituet dominus super familiam suã dare eis cibũ in tpe suo? Beatus seruus ille, quẽ cum uenerit dominus eius, inuenerit sic facientẽ. Amen, dico uobis, quoniam in omnibus suis constituet eum. Dic quæso, num & hoc ignorãtis est? Nã si quoniã nec filiũ scire dictum est, ignorare ipsum affirmas: q̃d modò dices, cũ dubitãdo dicere uideatur, quis igitur fidelis seruus? An & hoc ipsum ignorare confinges? Nequaquã: nullus enim, nisi mente captus id diceret: atqui causam de illo dicere possumus, de hoc uerò nullã. Quid porrò quãdo interrogãdo dicit, Petre diligis me: neq; illud Ioã.21.d Ioã.11.d sciebat? aut quãdo quęrit, ubi posuistis eũ? Ego uerò etiã patrẽ ita loquentem inuenio. Ipse. n. est q̃ dicit, Adã ubi es? Et, clamor Sodomorũ multiplicatus est Gene.3.b in me, descẽdes igitur uidebo, si scdm clamorem ue Ibid.18.c nientẽ opera fiãt: si aũt nõ ita, ut cognoscã. Et alibi: Si fortè audierint, si fortè intellexerint. Et in euange Exe.2.b lio. Verebãtur fortasse filiũ meũ, q̃ oĩa uerba quãuis Sup.21.d & Lucæ. ignorationẽ significẽt, nõ ignorãs tamẽ, sed ut eum 20.b decet, dispẽsans ita dicebat. De Adã ergo illo modo quęsiuit, ut in excusationẽ peccati eũ induceret. De Sodomis autẽ ita locutus est, ut nos erudiret nihil antea esse determinãdũ, q̃ ad rẽ ipsam certius perue-

Gniremus. Per prophetā aūt ambiguè loqui uidetur, ne prędictio in obedientiam necessariò facere uideretur. In euangelio uerò ostēdere uoluit, qa reuereri filiū debuissent. Hoc aūt in loco, ne rursus curiosius perscrutētur, & adhuc ut qd rarius est, pluris ostendat. Expēde aūt qualē hæc uerba ignorantiā significare possunt, siquidē à te cōstitutū per familiā tuam ignorare nō potes. Præterea beatificat quidē eum: Beatus.n. inquit, seruus ille: quis uero sit, silentio tradidit: quis.n. est, aut quo cōstituet dominus super familiā suam, quē inueniet sic facientē? hæc nō de pecunijs solūmodo, uerūetiam de uerbis, de uirtute, de omni dispēsatione singulo homini cocessa, dicta sunt. Hęc parabola uel ad gerētes, gubernantesq; rē publicā accōmodari potest. Docet.n. unumquemq; ad cōem utilitatē oia conferre q̄ sua sunt, siue sapientiam, siue principatū, siue quicquid aliud, nō ad detrimentū conseruorū, nec ad perditionē suam. Quapropter utrunq; ab eo flagitat, prudentiā. s. atq; fidē. Delicta.n. ab amentia origine habent. Fidelē igitur appellat, quoniā nihil ex reb⁹ domini sibi attribuit,
H nec incassum quicquā expendit. Prudentē aūt, quia dispensare nouerit: opportunè siquidē utraq; re nobis opus est, ne. s. quę domini sunt, ad proprios usus rapiamus, & ut opportunè oia dispensemus. Nam si alterū horū absit, eius absentia alterum oino claudicat. Si.n. fidelis ita sit, ut nō furetur: dispердat autem nō necessario consūmens impendio, nō paruum id crimen est. Sin uerò è cōtrario rectè dispēset, sibi uerò accumulet, ingens rursus hęc culpa. Audiamus ēt qui pecuniosi sumus. Non.n. doctoribus hæc solū, sed diuitib⁹ ēt dicit, cū utrisq; dominus diuitias suas crediderit, maximas quidē doctoribus, sed locupletibus ēt non paruas. Si ergo docentes maiores diuitias seminēt, atq; dispergant: uos aūt nullā in minoribus liberalitatē ostendatis: cur liberalitatē, & nō gratitudinē dixi? non.n. uestra, sed aliena tribuitis: q nā uobis futura est excusatio? Sed interim anteq̄ de punitione dicatur, approbati prǽmia serui qualia sint, audiamus, *Amen dico uobis, in omnibus suis cōstituet eū.* Quid hoc honore maius? q̄ oratio hāc dignitatem, hanc beatitudinem assequi poterit, cū cœlorū cōditor, cui oia seruiunt, hominē in omnibus suis cōstituturus est? Prętерea & prudētē eū appellauit, qa nouit magna pro paruis perdēda non esse: quia moderatè uitā hic peragens, cœlos cōsecutus est. Deinde quod semper factitat, nō à bonorū prǽmijs tantū, sed à prauorum ēt pœna audientes corrigit, ac ideo subiecit: *Si autem dixerit malus seruus in corde suo, tardat dominus meus uenire, & inceperit conseruos suos uerberare: comedat aūt & bibat cum ebrijs: ueniet dominus serui illius in die qua non existimat, & in hora quam non nouit, & diuidet eum, & partē eius cum hypocritis ponet: ibi erit fletus & stridor dentium.* Si uero quispiā opponat, perspicis q̄ cogitatio seruo uenit, q̄ dies ille ignotus est: tardat.n. inquit, dominus meus. Illud respondebimus, nō qa dies ille ignotus sit, sed quia ipse nequā hęc cogitat: quam.n. ob rem nihil hmōi fidelis ille, prudēsq; seruus cogitauit. Quid.n. refert miserrime omniū, si dominus tuus tardat, cū eum oino uēturu non ignores? Cur ergo diligenti studio nō incūbis? Egò uerò è contrario huic pcipi contēdo, nō tardare dominum, sed iniqui serui hęc de tarditate sniа
Phil.4.a est, propter quā ēt accusatur. Quod uerò nō tardat, Paulus quoq; cōfirmat, dicens: Dominus propè est,
I nihil soliciti sitis: &, Qui uenturus est, ueniet, & non K
tardabit. Sed q̄ sequuntur audi, ut discas quo crebrò *Abac.2.a*
in memoria ignoratū illū diem reducat, significans seruis istud esse perutile, ac sufficiēs à somno eos excitare. Nec refert, si multi nihil utilitatis hinc cōsecuti sint. Nam nec ēt ab alijs iuuantibus lucrati aliquid sunt: sed tamen ipse nunq̄ cessat facere, quę sua sunt. Quid deinde? Veniet, inquit, i die qua nō existimat, & i hora quā nō nouit, & extremis eū cruciabit tormētis. Perpendis quo ubiq; ignorantiā hanc repetit, tum ut utilitatē eius ostendat, tum ut semper diligētiores esse faciat: hęc.n. res, ut. s. nos semper diligentiores esse faciat: hæc.n. res, ut. s. nos semp uigilemus
L præcipuo illi est studio atq; curę: ac quoniā calamitatibus oppressi magis corrigimur, delicijs uerò atq; *Sup. 12.a*
ocio corrumpimur, idcirco ubiq; in remissione atq; *Luc.17.f.*
quiete uentura mala prænūciat. Et ut in superioribꝰ per tpa Noē hoc ipsum significauit: ita hic quando seruus ille temulētię se dedit, quādo conseruos insultus uerberat, tūc intolerabilis est pœna. Sed nō pœnā solūmodo illius, uerum diligētius cōsideremus, ne ipsi quoq; similibus simus obnoxii. Huic.n. simi- L
les profectò sunt, qui pecuniā habentes, pauperibus nō erogant, dispēsator ēt tu es pecuniarū tuarū non minus, q̄ qui ecclesias gubernāt. Quemadmodū igitur illi non habent potestatem ea, q̄ à nobis collata sunt pauperibus, temerè dispergere, quāuis ad alimētа pauperū constituta sunt, pari tu quoq; modo nō debes temere tua cōsumere. Nā et si paternā hæreditatem accepisti, tua q̄ habes sunt: dei tamē sunt uniuersa. Deinde si tu diligenter q̄ dedisti uis dispensari, deū aūt non arbitraris maiore acrimonia à nobis rationē dispensationis petiturū, sed laturū, ut perperā cuncta dispedantur: nō est ita, nō est. Ideo etenim & apud te pecuniam esse passus est, ut alimenta pauperibus in opportunitate concedas. Quid est porrò in opportunitate? Cū egeāt, cū fameścāt. Sicut igitur tu coseruo ad dispensandū dedisti, sic dominus tibi ut opportunè impendas. Cūq; possit auferre, relinquit tamē, ut uirtutis exercendę habeas facultatē, utq; altero alterius egēte, feruentiore oēs inter se charitate uinciret. Tu uero cū acceperis, nō modò haud prǽbes, uerūetiā uerberibus cędis. Quòd si culpa nō da
M re est, q̄ uenia erit uerberāti? his uerbis cōtumeliatores & rapaces subostēdere mihi uidetur, 'uehemēter eis intētans, cū uerberibus eos cędāt, quos alere debeant. Deliciantes aūt ēt, atq; lasciuientes, inquit, cū temulētis: uentris uoraginē significans hęc dicit. Nō enim accepisti, ut deuorare habeas, sed ut ad eleemosynam utaris. An forsan tua te credis habere? res pauperū tibi credita est, ēt si laborib⁹ iustis, ēt si hęreditate paterna in te peruenerit. Nū putas nō potuisse deū abs te hāc pecuniā auferre? Sed ideo nō fecit, qa te dominū esse uult benignitatis erga pauperes. Tu aūt diligenter perpende, quo in oibus ferè parabolis *Infr.25.a*
ille ponitur, q sua pecunia probè usus nō est. Nā neq; *Hic &*
uirgines aliena rapuerūt, sed sua nō erogauerūt: neq; *Luc.12.a*
qui talentū suffodit, aliena inuasit, sed qa nihil addidit: neq; qui esurientē prætерierunt, pp alienorū rapinam cruciantur, uerū quia sua, quēadmodū & hic seruus nō seminauerunt. Audiamus igitur quicunq; uentri seruimus, quicunq; ad opiparē cōparādas cœnas pecuniā consumimus, q̄ non nostra, sed indigentium est. Noli enim, quoniam magna domini benignitate quasi tua erogare iussus es, idcirco ēt tua ar-

A bitrari: mutuò tibi cōcesit, ut probitatē inde q̄ras. Noli ergo putare tua eē q̄ habes, sed q̄ domini sunt, domino pbe. Nec.n. etiā si tu cuipiā mutuò contulisti, ut aliquid inde lucrari possit, illius pecuniā esse assereres: similiter ergo deus tibi pecuniā tradidit, ut cœlū merceris. Quare non est benignitatis suę cumulus ingratitudine tua euertendus. Veniat in mentē tibi, q̄ optabile erat homini post baptismū remissiones peccatorū inuenire, si eleemosyna ad delēda peccata concessa non esset. O quot homines dicerēt, utinā possem⁹ pecunijs à futuris nos malis reddimire: nūc uerò, cū hoc p eleemosynā facere possint, torpent rursus & decidūt. Sed præbeo, inquies: quid
Luc.12.a pbes? Nunquā certè tantū dedisti, quantū mulier illa, q̄ duos obolos erogauit, immo uerò nec mediā quidē partē, nec sub multiplicē eius quod illa obtulit, prælatitisti: sed inani uniuersa sumptu eiicis. Magnifica cōuiuia, & potationes inebriantes excogitas, mō tu alios uocas, modò uocaris ab alijs. Ita nūc tu
B cōsumis, nunc alios cōsumere cogis: & duplicē tibi pparas cruciatū, alterū ab his q̄ tu, alterū ab his quę alij hortatu faciunt tuo. Vide igitur hunc quoq; famulū, quoniā edat & bibat cū temulentis accusari: non.n. istos solū, uerūetiā eos qui cum illis uiuunt, torquebit. Nec iniuria quidē: Nā & seipsos corrūpūt, & proximorum salutē negligunt. Nulla uerò re alia deus magis irritatur, q̄ si proximi commoditatē despicias: quapropter ut iram in istos ostendat, in duas incidi seruū illum partes imperauit: hac de causa suo rū insignem discipulorum charitatem esse affirmauit, quoniā diligentē necesse est de delicti utilitate meditari. Hanc igitur uiam teneamus, quæ nos maximè ad cœlos perducet, quæ Christi faciet imitatores, q̄ deo, quantū fieri potest, simillimos cōstituet. Perspice aūt eas quoq; uirtutes magis necessarias esse, q̄ iuxta uitā hanc tentoria posuerūt. Et si placet, diligentius id inuestigemus, sentētiāq; secūdū scripturā proferamus. Possunt ergo duæ ad uitā maximè uiæ perducere: quarū altera uiatori duntaxat, altera ēt proximo conducat. Consideremus igitur utra ma-
C gis cōprobetur, & ad apicē nos pducat uirtutis. Illū igitur qui sua duntaxat quęrit, crebrò Paulus criminatur (quādo uerò Paulū dico, Christū dico) hunc uerò laudib⁹ prosequitur: qd ut pateat, ipsum audiamus: Nemo qd suū est, quęrat, sed qd est proximi
1.Co.10.f unusquisq;. Vides quo alterū eiecit, alterū amplexus est? & rursus: Vnusquisq; uestrū proximo placeat ad
Rom.15.a ædificationē. Deinde mirabilē laudē admonitione
Ibidem. mistā subiunxit: Nā & Christus non sibiipsi placuit: sed quāuis uictoria iā & sententia Pauli appareat, tamen ut maiori cumulo melior pars excedat, uideamus q̄ uirtutes in nobis duntaxat terminātur, q̄ aūt à nobis ad alios ēt transeunt. Ieiuuare igitur, humiliacere, uirginitate florere, moderatè uiuere, hæc oia ipsis q faciunt utilia sunt: at à nobis transgrediūtur,
1.Co.13.b eleemosyna, doctrina, charitas. Audi aūt qd de his dicit Paulus: Si oia quæ habeo, in panes pauperum dispergā, & corpus meū tradā ut uratur, charitatem autem non habeā, nihil mihi prosunt. Ita perspicuo charitas pręconio & laudatur & coronatur. Sed si uultis tertiò ēt pedē conferam, & pugnabo, & ponatur quēpiam ieiunare, martyrio coprobari, atq; martyrā: alū uerò ad ædificationē proximi martyrium differre, nec differre modò, sed etiam absq; martyrio decedere. Vter igitur post hanc peregrinationē maior erit? Nō est nobis multis in hoc loco rationibus opus, nec longiore dispūtatione, cū magna uoce beatus Paulus sentētiā iā protulerit, dicēs: Cupio dissolui, & cū Christo esse, melius mihi: in carne aūt *Philip.1.a*
adhuc permanere, pp uos magis necessariū est. Ita proximi ædificationē potiorem duxit, q̄ resolui, & esse cum Christo. Et certè si maximè uis esse cum Christo, uoluntatem eius facias: uolūtas autē eius illa pręcipua est, ut proximo cōducere studeas. Vis ut & aliunde tibi hanc sententiā corroborē? Amas me *Ioan.21.c*
Petre, inqt, pasce oues meas. Cū tertiò ipsum interrogasset, hoc amoris argumentū esse confirmauit: qd non ad sacerdotes solūmo dictū est, uerūetiam ad singulos nostrū, quibus uel minimus quidē grex cōmissus esse uidetur: nec.n. quia minimus est, negligi debet. Pater nanq; meus complacuit in ipsis. Habet unusquisq; nostrū ouē, ad pinguia eā pascua ducat. Cūq; à lectulo paterfamilias se receperit, nihil aliud quærat, q̄ ut ea faciat atq; dicat, quibus incrementa religionis domui uniuersæ adiiciat. Mater autē familiās domū quidē custodiat, sed multò magis procuret, quo quæ ad cœlos pertinent, uniuersa familia operetur. Nam si in rebus secularibus antequā domestica disponamus, quæ reipublicæ debētur pso-
E lui curamus, ne horū uectigaliū causa in forū pertracti, ac cæsi uituperemur: quātò magis in spiritalibus oportet, q̄ creatoris dei & regis oium sunt, prius disponere, ne illō pertrahamur, ubi dentiū stridor est, Has igitur amplectamur uirtutes, q̄ nobis salutares, & proximo perutiles sunt. Tale qd eleemosyna est, tale oratio, immo uerò ēt hæc ab illa uires atq; alas
Act.10.c assumit. Orationes, inqt, & eleemosynæ tuæ, in conspectu dei ascenderunt. Nō aūt sola oratio, uerumetiā ieiunium inde corroboratur. Quippe si absque eleemosyna ieiunes, nec ieiunium quidē hoc reputatur: cū uētris seruo ac temulēto qita ieiunat deterior
Infr.25.a sit, tātoq; peior, quantò crudelitas deliciis nequior est. Cur de ieiunio ita loquor, cū ipsa castimonia & uirginitas eleemosyna carēs ex thalamo spōsi eiicia
F tur? Et quāquā adeò magna qdē res uirginitas sit, ut pp excellētiā suā nec in nouo testamento necessitati legis succubuerit, sed tamē nisi eleemosyna ipsam comitetur: eiicitur: qd si ita est, sicuti certè est, quis eleemosyna cōtēpta uenia impetrabit? Nullus profectò, sed perire necesse est eū q eleemosyna caret. Nā si in rebus secularibus nemo sibi soli uiuit, sed tam opifex q̄ miles, tā agricola q̄ mercator, ad cōmunē utilitatē proximis ēt oēs cōferunt, multò magis in spiritalibus id faciendū est: hoc.n. maximè uita est, aliis scilicet ēt prodesse. Nam qui sibi uiuit, cæteros oēs negligens, & uita eius superuacanea est, & ipse superfluus, nec homo generis nostri. Quid igitur, inquies, meane cōtēnā, & ea quę aliorū sunt, curē? Nō negligit sua, qui aliena procurat: qui.n. aliena quęrit, neminē lędit, oēs miseratur, pro uirib⁹ unicuiq; prodest, à nullo rapiet, nullius bona inuadet, nō furabitur, non falsum testimoniū dicet, ab omni malignitate abstinebit, omnē uirtutē amplectetur, libenter pro inimicis orabit, insidiatoribus benefaciet, nemini conuiciabitur, nemini maledicet, ēt si centies ab aliis lędatur. Sed illa diligenter apli uerba secū crebro reuoluit. Quis infirmatur, & ego nō infirmor? Quis scādalizatur, & ego nō uror? Si uero nostra q̄- *2.Co.11.g*
ram?, nō oino hic de alienis quoq; curabim⁹. His oibus psuasi nō posse salutem nos consequi, nisi cōe

G commodū quæramus: & huius ſerui in duas partes partitione admoniti, & eius qui talentū ſuffodit cruciatu perterriti, meliorē uiā donec poſſumus, eligamus, ut æterna quoq; regna poſsidere poſsim⁹, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Xpi, Amen.

Homilia. lxxix ex cap. xxv.

Vnc ſimile erit regnum cœlorum decem uirginibus, quæ accipiētes lampades ſuas, obuiam ſponſo exierūt. Quinque autem ex ipſis erant prudentes, & quinque fatuæ: quæ fatuæ, accipiētes lāpades ſuas, non acceperunt ſecum oleum: prudentes autem, acceperunt oleum in uaſis ſuis, cum lampadibus: Tardante autem ſpōſo, &c. uſq; ad illud: Ab eo autem qui non habet, & quod uidetur habere, tolletur ab eo. Inutilem ſeruū eiicite in tenebras exteriores, ubi erit fletus & ſtridor dentium. Parabolæ iſtæ priori de fideli & ingrato ſeruo, q rē domini diſperſit, ſimillimæ ſunt. Quatuor.n.ſunt, oēs diuerſo itinere nos eodē cōducētes. Oēs.n.ad eleemoſynā capeſſendam cōcitamur, & ut quibuſcunq; modis poſſumus, cū non ſit poſsibile aliter ſaluari, proximis utilitati eſſe ſtudeamus. Sed in ſuperiorib⁹ de
H omni utilitate, quā proximo cōferre poſſumus: i parabola uerò de uirginibus, de illa præcipuè q pecunijs fit eleemoſyna loquitur, multoq; uehemētius, q in ſuperiori parabola. Nā ibi cædentē proximos, temulentū, & rē domini diſsipātē atq; perdētē atrociter punit: hic uero eū, q emolumēto alijs nō eſt, nec accumulatē indigētibus miniſtrat: uſæ nanq; fuerūt eleemoſyna, ſed qa copioſè nō fecerāt, torquentur. Cuius aūt rei gratia non ſimpliciter qualēcunq; perſonā poſuit, ſed uirginibus hanc parabolā accōmodauit?
Sup.19.b De ſublimitate uirginitatis iam dixit, eunuchos eſſe nōnullos, q ſe pp regnum cœlorū caſtrarūt: &, q ca pere pōt, capiat. Nec ignorat uulgò magnā de uirginibus exiſtimationē fieri, quippe res natura ſublimis eſt: qd inde patet, quia nec apud ueteres à priſcis illis ſanctiſq; uiris coli potuit, & poſt gratiam nulla legis neceſsitate iubetur. Non.n. imperauit, ſed uoluntati
1.Co.7.d fideliū cōmiſit: unde Paulus quoq; ait: De uirginib⁹ aūt p̄ceptū domini non habeo: & laudo qdē eū qui uult, neq; p̄ceptū id facio. Quoniam igitur & magna
I res erat, & maioris apud multos exiſtimationis, nequis ea re peracta, quaſi nullo indigēs negligētior in alijs ſit, hanc parabolā poſuit, ut oſtendat, qa ſi cętera uniuerſa uirginitas habuerit, & caruerit eleemoſynę fructibus, cū fornicatorib⁹ & inhumanis eiicitur, & cū quibus imiſericors cōſtituitur. Non eſt aūt corporis & pecunię par cupiditas, ſed acrior multò atq; uehemētior corporū eſt. Quātò igitur imbecilliori reluctamur, tātò minus ſi uincimur, uenia digni ſumus. Idcirco & fatuas appellauit, quoniā difficilioribus ſuperatis, faciliora perdiderunt. Lāpades aūt hic ipſius uirginitatis noīat donū, & munditiā ſanctitatis: oleū uerò benignitatē, eleemoſynā, patrocinium indigentiū. *Sponſo autem tardante, conniuerunt omnes & dormiebant.* Non paruū tpis rurſus ſpatiū interiectum oſtendit, opinionē diſcipulorum reprimens, q confeſtim regnū eius futurū ſperabant: quapropter crebrò ab hmōi eos ſpe remouet. Ad hoc ſomnum quēdā eſſe mortē denotat. *Dormiebant, enim,* inquit: *Ad mediam autem noctem, clamor factus eſt.* Aut in parabola, quoniā dormiebant, dixit, commoratur: aut rurſus in nocte futurā reſurrectionem oſtendere uo
1.Theſſa. 4.d luit. Clamorem ēt Paulus cōmemorat, in iuſsione, in uoce archangeli, in ultima tuba deſcendet de cœlo. Quid porrò tubæ uolunt, & quid clamore illo di K
cere? *Sponſus uenit, apparatis ergo lampadibus: fatuæ dicunt ad prudentes: Date nobis de oleo ueſtro.* Rurſus fatuas appellauit, ut nihil amentius eſſe oſtēdat, q pecuniā in hac uita colligere, & nudos nos proficiſci, ubi maximè benignitate indigemus, ubi miſericordia nobis opus eſt. Præterea ſperātes ibi ſe oleū inuē turas, intempeſtiuè queſierūt: q̄q aūt nihil humani⁹ illis uirginibus fuerit, q̄ hac re præcipuè fulſerūt, nō totum petebant. Date.n. nobis ex oleo ueſtro, inquiunt: & neceſsitatē oſtēdebant, Extinguuntur. n. lampades noſtræ: ſed tamen repulſę ſunt, nec humanitas earū à quibus petebatur, nec petitionis facilitas, nec petentium neceſsitas, ut impetrarent effecit. Quid igitur hinc docemur? Quia uidelicet nullus nos, qui opera perdiderimus, defendere ibi poterit, nō quia nollet, ſed quia non poteſt: uidemus.n. prudentes ad impoſsibilitatē confugere: qđ & Abrahā ille denotauit, dicēs: Magnus inter nos atq; uos hiatus exiſtit, adeò ut nec uolentes pertranſire, traiicere poſsint. *Luc.16.g* *Ite autem ad uendentes, ac emite.* Qui porrò uēdūt? Qui pauperie premūtur. Vbi uerò iſti reperiuntur? In hac ſolūmodo uita: hic ergo nō ibi quærendi L
ſunt. Vides q̄ magnas ab inopibus merces negociemur: ſi hos tollas, magnā noſtrę ſalutis ſpem euertiſti. Hic igitur oleū colligendū eſt, ut ibi cū tēpus fuerit, paratum nobis adſit. Non.n. illud tēpus, ſed hoc congregationis eſt. Noli ergo in delicijs, luxu, inaniq; gloria fruſtra cōſumere q̄ habes, cū multo tibi oleo ibi opus futurū eſt. His ille auditis receſſerunt, ſed nihil utilitatis conſecutæ ſunt. Ita ipſo parabolæ contextu oſtendit, quia ēt ſi miſericordes illic fuerimus, non euademus tamē: nihil.n. profuiſſe iſtis miſericordiæ illius uoluntatē uidemus, quia nō hic, ſed ibi uē
Luc.16. e.f ditores olei quærebant: nec diuiti profuit adeò miſericordem ibi fuiſſe, ut ēt de abſentibus ſuis ſolicitaretur: & qui dum uiueret, iacentem in porta pauperē prætereibat: quos inde uidere nō poterat, à gehenna eripere feſtinat, rogatq; nonnullos ad illos mitti omniū earum nuncios rerū: uerum ut ille, ſic ēt iſtæ nihil conſecutæ ſunt. *Poſteaquam enim ad emendū profectæ ſunt, uenit ſponſus, & intrarunt ſimul quæ erant paratæ, fatuæ uerò excluſæ ſunt.* Ita poſt ingentes illos la
M bores, poſt incredibiles ſudores, & acerrimas pugnas, poſt trophęa q̄ de naturæ rabie ſtatuerunt, reſurgunt cū dedecore, & lāpadibus earū extinctis, terrā aſpicientes, recedūt. Nihil ſanè tenebroſius eſt, q̄ uirginitas oleo carēs: unde ſic uulgò multi immiſeri cordes tenebroſos ſolēt appellare. Quid igitur ex uirginitate lucratę ſunt, q̄ nec ſpōſum qdē uiderūt, nec ſaltē ad pulſandū uſq; peruenerūt, ſed terribile illud uerbū audiuere. *Abite, neſcio uos?* Qđ cū ipſe dixerit, nihil aliud q̄ gehēna, & itolerabilis cruciatus relinquitur: immo uerò ēt, gehenna, iſtud uerbum grauius eſt: hoc uerbū operantibus ēt iniquitatē dixit. *Vigilate, quia neſcitis diem, neq; horam.* Crebrò id repetit, ut ignorantiam exitus ab hac uita utilem eſſe oſtēdat. Vbi ſunt ergo qui per totā uitā deſidia torpeſcūt, & quando à nobis admonentur, reſpōdere non dubitant, oīa ſe pauperib⁹ moriēdi tpe relicturos? Audiāt hęc uerba, & emendēt ſe: multi.n. abeundi tps expectantes, ita repentè rapti ſunt, ut nec iniungere ſuis quicquā potuerint. Sed hæc qđe parabola eius eleemoſynæ gratia, q̄ cū pecunia conficitur, dicta eſt: q̄ uero ſequitur, generaliter omnes reſpicit, qui nec pecunia,

A cunia, nec uerbo, nec authoritate, nec quouis alio modo proximis cōferūt, ſed oia retinēt. Cur aūt hęc parabola regnū, illa ſpōſum adducit? Vt uideas quā tum uirginibus Xps afficitur his, q̄ ſua pauperib⁹ ero
1.Cor.7.f gant: hæc.n. & uera uirginitas eſt. Nā & Paulus huic rei hanc deſcriptionē attribuit, dicēs, Innupta ſolicita eſt de his q̄ domini ſunt, ut ſit ſancta corpore &
Lucæ.19. b.c ſpiritu. Hæc admonemus, ait. Si uerò apud Lucā aliter talentorū narratur parabola, nos aliā hāc, aliam illam eſſe putamus. Videmus.n. ab uno fonte diuerſos in illa fructus confluxiſſe: ibi.n. alius quinq;, alius decē attulit: quapropter nec eadem præmia cōſecuti ſunt: hic uerò ē cōtrario: quapropter & par eis corona redditur. Nā q duo accepit, alia duo lucratus eſt: & qui quinq;, ſimiliter. Ibi uero qa & ex eadem ſorte alter plūra, alter pauciora cōquiſiuit, non iniuria uaria retributione fruuntur. Perſpice aūt ubiq; nō cōſe ſtim, ſed lōgo tpe interiecto exigentē. Sic.n. ēt uinea agricolis data peregrinatus eſt, & nūc credito dato
t receſsit, ut lōganimitatē eius facilius cognoſcamus. Quāuis mihi uideatur reſurrectio quoq; hmōi uerbis ſignificari. Hoc aūt in loco nec agricola, nec uiB nea, ſed oēs operarij ſunt. Non.n. ad principes, neq; ad Iudæos ſolū, ſed ad oēs hęc diſſerit. Offerentes igitur & ſua nonnulli, & ea q̄ domini erant, gratē faterētur. Nā alius quidē dicit: *Domine: quinq; talenta mihi tradidiſti.* Alius duo oſtendens ab ipſo operationis occaſiones recepiſſe, & gratiā habere, & totū ipſi reputare: quid igitur dominus? *Euge ſerue bone & fidelis.* Hoc.n. bonū eſt, quod proximū reſpicit. *Quia in paucis fuiſti fidelis, in multis te conſtituam, intra in gaudium domini tui.* Vniuerſam hoc uerbo mōſtrat beatitudinem. Non aūt & ille ſic, ſed quō? *Noui quoniam durus es homo, metens ubi nō ſeminaſti, & congregans ubi non ſparſiſti, & timens, abſcondi talentum tuum. Ecce habes quod tuum eſt.* Quid igitur dominus? *Oportebat te committere argentum meum numulariis:* Id eſt, oportuit te dixiſſe, admoniſſe, cōſuluiſſe: ſed nō obtēperant, ais: nihil hoc quippe ad te pertinet, quid hac re mitius atq; humanius? Hoīes ſanè non ita facere ſolent, ſed ipſum qui pecuniā credidit, exactionis etiā
C officiū facere uolunt, ipſe uerò non ita. *Sed te oportebat,* inquit, *creditum facere, exactionem autem mihi relinquere qui cum uſuris creditum ipſius exegiſſem.* Audiens ſanè uſuram, ſplendorē operum intelligat. Te igitur oportuit qđ facilius eſt facere, & difficiliora mihi relinquere: uerū quoniā non feciſti, *Accipite uos,* ait, *ab ipſo talentum, & date ei qui habet decem talenta. Habēti enim, dabitur, & ſuperabundabit: ab eo autem qui non habet, & quod habet, auferetur ab eo.* Quid nā hoc ſignificat? Qui doctrinę gratiā ad utilitatē aliorū acci pit, nec utitur ea, gratiā quoq; ipſam oīno perdit: qui aūt ſtudioſe ac ſedulò utitur his, maiorē gratiam ita impetrabit: quemadmodū ille, uel qđ accepit, amiſe rat. Verū nō ad hæc uſq; damnū ocioſi procedit, ſed intolerabilis cruciatus, & ſentētia terribilis ſequitur. *Proiçite nanq;,* inquit, *inutilem ſeruum in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & ſtridor dentium.* Vides quō non ſolū rapaces, & qui aliena inuadunt, nec ſoli malefactores, uerūetiam & qui bona facere negligit, extremo cruciatur ſupplicio? Audiamus igitur hęc uerba, & donec tps patitur, noſtrā amplectamur ſalutem. Accipiamus in lampadibus oleū, amplificemus talētum. Si.n. in pigritia & ocio uiuimus, nullus noſtri ēt
Sup.22.b flentium ibi commiſerebitur. Nam & qui ſordidas

ueſtes habebat: quanuis ſeipſum condēnaſſet, nihil D
tamen profecit. Ēt q talentū accepiſſet, etſi depoſitū reddidit, condēnatus eſt tamen: uirgines quoq; de- *Hic ſupra.a*
precatæ ſunt, & clamarunt, ſed nihil inde cōſecutæ ſunt. Quę oīa cogitantes, pecunia, ſtudio, authoritate, quibuſcūq; poſſumus proximos adiuuemus. Ta *Talenti*
lenta.n. hic pro eo qđ unuſquiſq; facere poteſt accipimus. Siue authoritate protegere, ſiue pecunijs iu- *nomine intelligitur, quicquid in proximū charitate confertur*
uare, ſiue doctrina admonere, ſiue alia quapiam re proximis prodeſſe queas. Nemo ſecū dicat, cū unū *Luc.21.a*
talentū habeam, nihil poſſum efficere: poteſt profecto ex una re ſola cōprobari. Nō es pauperior illa ui dua, nō es Petro atq; Ioanne ruſticior, qui quāuis rudes ſimul atq; illiterati fuerūt, quoniā magno ſtudio cōem utilitatē complexi fuerāt, cœlorum principes facti ſunt. Quippe nulla res deo gratior eſt, q̄ ut uniuerſam uitā ad cōe commodum conferas. Idcirco ratione atq; oratione nos deus decoratuit, mentem atq; ingenium cōceſsit, manus, pedes, uires corporis dedit, ut his oīb⁹ & nos ipſos & proximos tutemur. Non.n. ad agendas gratias ſolūmodo cōfert oratio, uerumetiam ad docendū & admonendū perutilis E
eſt: qua in re ſi ea diligenter utemur, dominū: ſin uerò in contrarijs, diabolū imitabimur. Nā & Petrus quandoquidē Chriſtū confitebatur, quaſi ea dicēs, *Sup.16.c*
quæ patris ſunt, beatificabatur: quòd aūt crucē horrebat, atq; repellebat, quaſi ea q̄ diaboli ſunt ſapiēs, acriter increpabatur. Si ergo ignoratione crucē recuſando reprehenſus eſt, quā nos ſponte peccātes ueniam impetrabimus? Ea ergo loquamur, q̄ Chriſti uerba eſſe cōfeſtim cognoſcātur. Nec.n. cū dixero, ſurge & ambula: neq; cū dixero, Thabita ſurge: tūc *Sup.9.a*
ſolum Chriſti uerba loquor, uerūetiā multò magis *Acto.9.g*
ſi cōtumelijs agitatus benedixero, ſi oppreſſus iniuria pro opprimētibus orabo. Et in ſuperioribus qdē dixiſſe memini, manum eſſe linguā noſtrā, quæ pedes dei attingat: nūc uerò maius quiddā adnicio, qa lingua noſtra lingua eſt Chriſti. Chriſti linguā imita *Linguæ Chriſti imitari, quid ſit.*
mur, ſi diligentiam adhibeamus, ut illa loquamur, quę ille præcepit. Quæ uerò ſunt illa? Humilitatis certē benignitatis quæ pleniſsima uerba. Sic ille contumeliantibus reſpondebat, dicens: Ego dæmonium
F non habeo: & rurſus, Si malè locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo. Si hoc pacto tu quoq; reſpō- *Ioan.8.f*
des, ſi ad emendationē proximi loqueris linguæ illi *Ibi.18.d*
lingua tua ſimillima eſt: hæc non ego, ſed ipſe deus cōfirmat, Qui educit honorabilē, inquit, ex idigno, *Hie.15.d*
is quaſi os meū erit. Cū igitur tua lingua ſit Xpi, & os tuū patris ſiat, & ſancti ſpiritus tēplū ſis: quis honor, qd decus maius hoc excogitari poterit? Non ſi ex auro tibi os cōficeretur, non ſi gēmis conſtruere tur ita præfulgeret, ut tūc hoc humilitatis ornatu reſplenderet. Quid.n. optabilius ore, qđ maledicendi ſtudiū penitus ignorat, & benedicendi ſolū cognouit. Quòd ſi benedicere maledicenti aſpernaris, ſaltē taceas, hoc interim facito: poſteā ratione ac uia ulteriora petens, ad illud quoq; peruenies, & hmōi os habebis, quale prædiximus: nec putes nimium dictum eſſe. Miſericors.n. dominus eſt, & ſuæ hoc donū bonitati tribuitur. Nō ergo audacię attribuas, ſi te Chriſti os habere quiſpiam dixerit. Audaciæ quippe os diabolū imitamur, linguā habet nequiſsimo dæmoni ſimillimā: quod q̄ maximum ſit malum, tecū ipſe cogita, præſertim cum horū myſteriorū particeps factus ſis, & ipſa carne domini communicaueris. Hæc

G tecum uoluēs,imitare Christū pro uiribus, ut nullo tibi modo reſiſtere,imo uero nec aſpicere poſsit diabolus. Nō.n.ignorat q̄ nam ſint Chriſti ſigna,bene cognouit arma,qbus uictus fugatusq; eſt. Quæ aūt ea ſunt? Humilitas profectò animi, & manſuetudo. Nam quando in monte aggredienté ſuperauit atq; proſtrauit,quādo nō cognoſcebatur,quia Chriſtus eſſet,māſuetudinis humilitatisq; uerbis eū confudit: pariter ergo tu quoq; facies, & ſi hoiem in diabolū uerſum aggredi te uideris, illo pacto uincito. Data eſt tibi diuinitus poteſtas imitari Xpm pro uiribus, & ſimilē illi fieri:noli expaueſcere hoc audiens: timē dum.n.tibi potius eſt,ſi ſimilis illi fieri negligas. Loquaris igitur ut ille,& eris talis,quātū ad hoc, qualis ipſe fuit,prout humanæ uires patiūtur:huius rei gratia maior eſt,qui ita loquitur,q̄ qui futura prędicit: hoc.n.totū ex dono eſt,illud ēt ex labore atq; ſudore tuo procedit. Fac ut ex animo tuo os tuū ita conformetur,ut os Chriſti eſſe uideatur. Poteſt Xps hoc facere,ſi tu uolueris:nouit hāc artē,ſi deſidia & tor
H pore nō corrūparis. Sed quo formatur atq; depingitur hmōi os,inquies? Quippe nō eſt opus coloribꝰ, nec ulla materia indigemus:ſola.n.uirtute & humilitate, ac manſuetudine hmōi os maximè conforma tur. Verū nequādo diaboli os nobis extruamus, nō erit ab re conſiderare,quo etiam illud cōditur. quo igitur conditur? Maledictione profectò,cōtumelijs, contradictione,periurio:diaboli.n.linguam habet, qui ut diabolus loquitur. Quę igitur uenia nobis dabitur,imo uerò quę ſupplicia no perpēdemus,quādo linguā noſtrā qua dominicā deguſtauimus carnem,diaboli ſponte linguā efficimus? Nō faciamus oro, ſed omni ſtudio atq; cura conemur, ut dominū lingua noſtra diſcat imitari:qd ſi faciemus, non dubito quin ante tribunal Chriſti magna cū fiducia ſtabimus. Vbi niſi quis in hac uita humiliter loqui didicerit,nō itelligetur tunc à Chriſto. Quemadmodū.n.ſi Romanus fortè fuerit iudex,nō percipiet rationes tuas,niſi Latinè loquaris: ſic ēt Chriſtus non audiuit,neq; attēdit,niſi lingua ſua utaris. Diſcamus igitur ita loqui ut rex noſter,& ea lingua uerba proferre,qua ipſe utitur. Imitemur diligēter illā linguā in
I oibus. In luctū incidiſti, caue ne magnitudine doloris os tuum euertatur, habes Xpm quē imiteris: nā
Ioan.11.d & ipſe Lazarū fleuit. Timor icubuit tibi nō paruus, loquaris rurſum ſicut Chriſtus. Nam & ipſe pp te diſpēſationis ratione in formidinē incidit: dicas ēt tu,
Infr.26.d Veruntamen nō ut ego uolo,ſed ut tu. Lachrymas effundis,moderatè id facito,ut Xps. Inſidijs circūuētus es, & mœror te occupauit, Chriſtū imitare qui & inſidias paſſus eſt, & contriſtatus dixit: Triſtis eſt
Ibidē.& Mar.14.d anima mea uſq; ad mortē. Omniū tibi rerū exempla prębuit,ut terminos cōſerues, & cōſtitutas regulas non tranſgrediaris: hoc modo poteris os poſsidere ori dominico ſimillimū: hoc modo i terris gradiēs, cœleſtem linguā habebis, datas tibi in mœrore normas, datas in ira, datas in luctu, datas in ſolicitudine diligenter cōſeruans. O quot noſtrū Chriſti faciē ūdere deſiderāt? ecce nō uidere ſolū eā, ſibi ipſi Xpo ſimiles fieri,ſi uoluerimus,licet. Nō procraſtinemus ergo,nō libentius prophetarū ora q̄ humillimū homine oſculatur. Multi.n.dicent ei, nonne in nomine
Sup.7.c tuo prophetauimus? & reſpondebit eis, Neſcio uos.
Num.12. Moſi aūt os,qui humilis ualde & mitis erat(omnes quippe hoies manſuetudine ille animi exceſsit)ſic diligebat,ſic oſculabatur,ut præſens præſenti,facie ad K
Exo.33.d faciem quaſi amicus ad amicum loqueretur. Non præcipis nunc dæmonibus, ſed præcipies tunc igni gehēnæ,ſi habebis ori dominico ſimile. Abyſſi igni præcipies ac dices,tace ac obmuteſce: ac ita cū magna fiducia in cœlos aſcendens,& ęterna beatitudine perfrueris: qd utinam oibus contingat,gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti,Amen.

Homilia.lxxx. ex cap.xxv.

Vm aūt uenerit filius hominis in maieſtate patris
c *ſui,& oēs angeli cum eo,tunc ſedebit ſuper ſedē maieſtatis ſuæ, & ſeparabit ones ab hœdis: & hos quidē acceptabit,quoniam eſurientem eum cibauerūt, & ſitientem potauerunt, & hoſpitem exiſtentsm collegerunt,& nudū exiſtentem circumamicierunt, & infirmatem uiſitauerunt,& in carcere exiſtentē uiderunt,& dabit regnum eis. Alios autē pro contrarijs delictis mittet in ignem æternū,qui paratus eſt diabolo & angelis eius.* Sua uiſimū hunc textū qui cōtinuē aio retinēdus eſt: diligenti(oro)ſtudio,& cōpunctione conuenienti autdiamus. Ad hūc.n.poſtremò ſermonē illum Xps terminauit: nec id iniuria. Magna.n.ſibi humanitatis, ac eleemoſynę cura eſt:idcirco multa ēt in ſuperiori L
bus de hac diſputauit. Et hic apertius quodāmodo atq; acrius,non duas aut tres,aut qnq; pſonas ſimilitudinis modò accipiēs,ſed ad uniuerſum mūdū uerba liquidò faciēs:quāuis & in ſuperioribꝰ certo pſonārū numero expreſſo,nō duas perſonas,ſed partes duas,alterā obedientiū,alterā inobedientiū ſignificabat. Verū hic & dilucidius & horribilius illa ipſa pertractat. Quapropter nō dixit iā,ſimile eſt regnū cœlorū:ſed ſeipſum oſtēdens,atq; reuelās,dicit: Cū aūt uenerit filius hois in gloria ſua. Nūc.n.uenit,ſed non in gloria,ſed in cōtumelijs atq; cōuicijs: tūc uero ſedebit in ſede maieſtatis,& glorię ſuę. Crebrò gloriæ meminit,quoniā crucis tps iā aderat, q̄ res maximo probro habebatur: quo circa extollit auditorē,ac erigit,& ante oculos ipſum iudiciū ponit,& uniuerſum orbē corā ſe ſiſtit: & adhuc terrorē maiorē illo adducit,qa euacuari(ut ita dixerim)cœlos oſtēdit: oēs.n. angeli erūt cū ipſo,teſtātes quot quātaq; miniſterio ſuo,cū à domino mitterētur ad ſalutē hominū,peracta ſūt. Ita horroris undiq; plenus ille dies futurꝰ eſt: M
*Congregabuntur,*inquit, *oēs gentes:* hoc eſt, uniuerſa hominū natura. *Et ſegregabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſeparat ones.* Nūc.n.nō ſegregati,ſed miſti ſūt uniuerſi,tūc uero exquiſitiſsimè ſeparatio fiet,& ab ipſa utriuſq; partis ſtatione ita diſtincti,ut pateāt uniuerſis:quāuis ēt hac appellatione mores utriuſq; partis aperiātur,cū alij hœdorū,alij ouiū nuncupatione nominētur, ut aliorū ſterilitas, quia nihil ab hœdis producitur,aliorū fertilitas oſtendatur. Vberes.n.& multi ab ouibus fructus proficiſcūtur,alij lactis copia,alij elegātia lanę,alij fœtu,qbꝰ oium hœdorū genus oino caret. Sed expertes ronis animātes natura duce fructificāt,aut ſteriles ſunt:hoies uero uolūtate utrūq; iſtorū faciūt,quapropter merito alteri coronis decorātur. Sed nō prius eos tormētis tradidit,q̄ de iure cū eis diſcepter,iō adſtātib. ipſis crimina exponit. Illi uerò ſatis modeſtè reſpōdēt,ſed nihil emolumēti ex ea re cōſequūtur,& meritò qdē:rē.n.neglexerūt,q̄ ipſi ſemp magnæ fuit curę. Nā & prophetæ
Oſee.6.f hoc pdicabāt: Quia miſericordiā uolo,& non ſacrificium: & legislator tam uerbis, q̄ rebus ad hoc hortabatur,& ipſa natura nō parua nobis ingenerauit do

A cumenta. Perpende aūt nō unum, aut duo, ſed omnia illos cōtēpſiſſe: Nō.n.ſolum eſurientem non cibarunt,& nudo amiculū nō prębuerunt, nec quod facillimū erat,ægrotū uiſitarūt. Et uide quomodo facilia mādat:non enim dixit, In carceribus eram,& laboraſtis:aut ægrotꝰ fui,& medicati eſtis,ſed uiſitaſtis,& ueniſtis ad me. Sed nec eſurienti famem leuare difficile:nō.n.ſumptuoſam unquā queſiuit mēſā, ſed eam q̄ neceſsitati dūtaxat ſufficeret: quodq; mais eſt, nō in ſublimis cuiuſdā, ſed in humilis habitu ſeruū queſiuit,quorū ſingula ad cōdemnationē illorū ſufficiunt: petitionis ſcilicet facilitas,& dandi poteſtas,panis enim petitur:petētis miſeria,quia paup atque mēdicus: cupiditas retributionis, regnū enim promittitur:terror pœnarū, gehēna enim incutitur: accipiētis dignitas,dēus enim pauperū manibus accipit:honoris cumulus,quia tantū deſcēdere dignatus eſt:ius tribuendi,ſumma.n.iuſtitia eſt, de ſuis ei cōcedere. Verū ab his omnibus cupiditate habendi retracti ſunt, nec pœnarū intētationes timuerūt, cū
B & in ſuperioribus his, qui pauperes nō recipiūt, graSup.12.d uiora quā Sodomis minatus ſit:& hic liquidò dicat. *Inquantum nō feciſtis uni horū minorū fratrum meorum, nec mihi feciſtis.* Quid ais? ſi fratres tui ſunt,quo minimos appellas? immo uerò ideo fratres, qa humiles,quia pauperes & abiecti. Hos.n.maximè ad fraternitatē cōuocat ſuā,qui ignoti & deſpicabiles ſūt: nō dico monachos dūtaxat,qui mōtes habitāt,ſed fideliū ſingulos, ēt ſeculares eſuriētes,nudos ac peregrinos curæ nobis eſſe non paruæ deſiderat. Fratres emi noſtri baptiſmate cōſtituti ſunt,& ineffabilis myſterij participatiōe. Ceterū inde quoq; iuſtiſsimè hāc prolatā ſentētiā oſtēdit,quia prius eos laudauit, qui hęc fecerūt,dicēs: *Venite benedicti patris mei, hæreditate uobis regnū paratū à cōſtitutione mūdi. Eſuriui, & dediſtis mihi māducare: & quæ ſequūtur.* Nā ne dicere poſſent,nō habuiſſe,ſic à cōſeruorū factis ora eorū obſtruxit,ut & uirgines à uirginibus,ac temulētū & uētri deditū ſeruū,à fideli ſeruo confudit: & eū qui talentū in terra ſuffodit,ab his q multiplicauerūt reprehendit: & ſingulos peccantiū,ab his q rectè uixerūt, reprimit: q̄ comparatio nonnunq; æqua,ut in hoc loC co,& in uirginibus fit,nōnunquā à maiore cumulo
Sup.12.d ſius inferttur:quale illud eſt, Viri Niniuitę ſurgent,& condēnabunt generationē hāc,quia crediderūt prę
Ibidem. dicationi Ionę,& ecce plus q̄ Iona hic. &,Regina Auſtri condēnabit generationē hanc,quia uenit audire ſapientiam Salomonis:& ecce plus q̄ Salomon hic. Et ab æquali rurſus: Quia ipſi iudices ueſtri erūt. Et
Luc.11.c à maiori iterū, Neſcitis quoniā angelos iudicabimꝰ,
1.Co.6.a non ſolū ſecularia:& hoc nimirū, quia diuites diuiti bus & pauperibus confert,ab æquali procedit. Non aūt hinc ſolū iuſtè prolatam ſniam demonſtrat, qa eiuſdē conditionis conſerui mādatis paruerunt, uepertas eos dehortari nō potuit: qualia ſunt extingue ſitim ſitienti,uinctū cōſolari,ægrotū uiſitare. Cæterum laudando probos, oſtendit quāto eos à principio charitate cōplectatur. Venite nanq;, ait, benedicti patris mei,accipite pręparatū uobis regnū à conſtitutione mundi. Quibus bonis hoc nomē cōpēſari pōt,ut benedictus ſis, & à patre ipſo benedictus? unde aūt tanto dignati ſunt honore? q̄ nā eſt cauſa huius? *Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & potaſtis me, & quæ ſequuntur.* O quātę glorię,quā-

tę beatitudinis hęc uerba ſunt? nec dicit, accipite: ſed D
hæreditate, quaſi propria, quaſi paterna, quaſi ueſtra, q̄ uobis à principio debebātur. Nam anteq̄ nati ſitis, qa ſciebā uos hmōi futuros, hæc uobis à me pparata fuere. Quibꝰ uerò pro rebus hęc ſibi retribuūtur? Pro tecto, pro ueſte, pro aqua frigida, pro uiſitatione, qa in carcerē ingreſsi, uinctum conſolati ſunt. Vbiq;.n.uſum, atq; patrociniū indigentiū inquirit, imo aūt neq; id ſemper. Non.n.uiſitatione, ac cōſolatione ſolūmodo qui dicti ſunt indiget, ſed alterū eorū ex carceribus ſolui, alterū ęgrotationē euadere peroptat: uerū ipſe adeò mitis eſt, ut q̄ poſſumus ſtagitet, imo uerò his ēt minora. Volūtati.n.noſtræ cōmiſit, ut poſsimus maiora faciētes, maiorē acquirere laudē. Sed iſtis qdē, Venite benedicti: illis aūt, ite dicet maledicti, nō quidē à patre:nō.n.ipſe, ſed opera eis propria maledixerūt. In ignē æternū, non uobis, ſed diabolo & angells eius præparatū. Ita quādo de regno quidē dicebat, præparatū uobis ante conſtitutionē mūdi, ſubiecit. De igne uerò nō ſic, ſed diabolo ait eſſe præparatū. Nā ego regnū uobis, ignem aūt non uobis, ſed diabolo & angelis eius præpara- E
ui, in quem quoniā uos ſpontè inieciſtis, uobipſis id reputate. Ita cū iſtis, tum his maximè q̄ ſequuntur, quaſi excuſando ſe reſpōdet. *Eſuriui enim,* inquit, *& comedere mihi non dediſtis.* Si.n.inimicus fuiſſem, nōne ad immiſericordes ēt flectendos, mitigandosq; ſuffeciſſent paſsiones illæ, inedia.f.frigus, uincula, nuditas, ægrotatio? aut quia ubiq; ſine tecto peruagatus ſum, hęc enim ēt inimicos mouere poſſent: uos aūt neq; amico hæc cōtuliſtis, amico dico & domino, & benefactori. At canē plerunq; fameſcere uidētes frangimus, & belluarū inedia nonunq̄ flectimur: tu uerò domino fameſcēte nō moueris, qua ratione poterūt hæc excuſari? Nā ſi iſtud ſolummodo eſſet, nōne ita ſibi ſufficeret, ut retributum eſſe uideretur? nō dico ut uocē illā à ſedente in patris ſolio orbe terrarū pręſentę audias, & regnū cōſequaris: ſed ipſum operari nōne ſibi ad retributionē ſufficit? Nunc aūt ad hoc corā uniuerſis ineffabilis corona glorię pręconio te manifeſtat, & coronat, patronūq; ac hoſpitē profitetur: nec ueretur hęc dicens, ut fulgentē acquiras coronā. His igitur rationibus & iſti nō iniuria F
puniuntur, & illi ēt ſi mille talia fecerint, per gratiā tamen coronantur. Gratię nanq; oīno illa benignitas eſt, ut pro rebus minimis & uiliſsimis cęleſte regnū, & tantus honor tribuatur. *Et factum eſt, quando ſiniCap.26.*
uit Ieſus ſermones hos, dixit diſcipulis ſuis: Scitis quia poſt biduum Paſcha fiet: & filius hominis tradetur, ut crucifigatur. Rurſus quādo de regno, de retributione futura, de ęternis cruciatibus diſſeruit, opportunè paſsionis meminit: ac ſi diceret, Quid formidatis pp has tēporales afflictiones, cū æterna bona uobis pręparata ſint? Tu aūt perpēde, quo pacto quod eos maximè cōtriſtabat, nouo quodā obduxit artificio, tā in ſuperioribꝰ uniuerſis, q̄ in hoc loco: nō.n.dixit, qa poſt duos dies tradetur, ſed quia poſt duos dies paſcha fit. & tūc adiecit, Et filius hois tradetur: ut oſtēdat myſterium hoc eſſe maximū, diem feſtū atq; ſolēnitatem q̄ ad ſalutē orbis celebratur. Et quoniam ad cōſolationē eorū ſufficiebat, oīa ipſum præſcire quę paſſurus erat, idcirco modò nihil de reſurrectione ſubiunxit: ad hæc quia ſuperfluum fuit, cū tot tā-
tāq; de ipſā diſputauerit, in mentionem eius rurſus incidere. Præterea ut diximus, quia per paſcha, priſ-

G ca illa q̄ in Aegypto facta fuerāt beneficia, in memo-
riam eorum reduxit, propterea ostēdit passionē suā
Exod.12 à mille afflictionibus hoies liberaturam, *Tunc congre-
gati sunt principes sacerdotū, & scribæ, et seniores populi
in atrium principis sacerdotum, qui dicitur Caiphas, et cō
silium fecerunt ut Iesum dolo tenerent, & interficerent.
Dicebant autem, non in die festo, ne fortè tumultus fiat in
populo.* Vidisti maximā Iudaicarū rerū perturbationē
atq; corruptionē. Iniquissima penitus aggressuri ne-
gocia ad summū pontificē ueniunt, ut inde licentiā
ac potestatem accipiant, unde à talibus prohiberi
oportebat. Quot aūt erant principes sacerdotū? Lex
quidem unicū esse uoluit, sed multi tūc erant: unde
liquet, quia res Iudaica dissolui iam icipiebat. Moses
enim, ut dixi, unū iussit esse, quo mortuo, alterū crea
ri uoluit, uita cuius exilium eorum terminabat, qui
Luc.1.a homicidiū nolentes cōmiserunt. Quo igitur tūc mul
ti erant? án ne postea facti sunt? & hęc de Zacharia
uerba Lucas faciens, significauit, dicens, ex uicissitu-
dine ipsum Abiæ fuisse. Principes igitur sacerdotum
hic eos dicit, qui de principibus sacerdotū fuerunt.
H Quod aūt consiliū ceperūt? Vt occultius eū caperēt
atq; interficerēt: utrūq; occultius facere uolebāt: po
pulū.n. ualde formidabant, ac ideo præterire diem
festū uolebant, dicentes: *Non in die festo.* Nam diabo
lus ne manifestē passio extaret, ad aliud tēpus reiice
re ipsam studebat. *ne tumultus fiat in populo.* Cōsidera
ualde ipsos timere. non deū, neq; ne maius scelus es-
set in ipsa Paschæ celebratione tam tetrū facinus fa-
cere, sed hoies & tumultum: ira tamen inflammati,
posteaquā proditorem inuenerunt, cōmutati expe
ctare non potuerūt, sed in ipsa solēnitate ipsum oc-
ciderūt: quasi.n. cæci cupiditate furoreq; irritati, quā
primum sibi facultas data est, peregerunt. Et quāuis
ipse nequitia illorū dispensando, in melius utebatur,
non tamen hac de causa impuniti euadent, cū mille
cruciatus ex uoluntatis prauitate mereantur, qui eo
tpe quo noxij ēt soluebantur, innocentē interficere
uoluerunt, à quo innumera, & immēsa beneficia su-
ceperunt, qui pp illos, gentes interea negligere uide
batur. Sed ō misericordiā atq; benignitatē Christi, q
I ad tam nequam hoies, tamq; proteruos, apostolos
etiam suos post resurrectionē suā misērit, ad manife
sta pericula, mortēq; certissimā. Talia ergo habētes
exempla, nō dico moriamur pro inimicis, licet hoc
quoq; haud recusandū esset: uerū quoniā infirmio-
res sumus, illud iterea dico, nō inuideamus amicis,
nō infectemur liuore benefactores: nō dico iterim,
ut malè nobis facientib⁹ beneficia conferamus, quā
uis ēt hoc desidero: sed quoniam tardiores ad perfe
ctiorem uirtutē estis, saltē ulciscendi animū deponi
te. an forte putatis scenā esse quandā hæc nostra, &
histrionū simulationis plena? Cur cōtra ueritatē pu
gnatis? nō temerè scripta sunt omnia q̄ fecit, quę cer
tè poterāt eos reuocare: uerū ut tu Christi bonitatē
imiteris, ut misericordiam eius sequaris. Nā illos uel
supinos in terrā proiecit, & auriculā seruo restituit,
& humiliter eos allocutus est, & mirabilia pendens
in cruce signa edidit, radios Solis auertens, lapides
findēs, mortuos ad uitā reuocās, uxorē iudicis som
nijs territans, & in ipso iudicio inauditā humilitatē
ostendens, qua nō minus q̄ signa potuisset eos attra
here, multa ēt prædicens, & in ipso patibulo crucis
Luc.23.e exclamās: Dimitte ipsis pater hoc peccatū. Sed sepul
tus q̄ non fecit ad salutem ipsorum? sed post resurre
ctionem nō statim Iudæos uocauit? non peccatorū K
dedit remissionē, milleq; alia bona cōtulit? Quid.n.
mirabilius, q̄ eos à quibus crucifixus atq; occisus est
in adoptionē filiorū dei suscipere? Quid hac pia cu-
ra, simul ac prouidentia maius inueniri unquā pote
rit? hæc nos audiētes, uelamine faciem operiamur,
cū tam procul nos distare ab eo uideamus, quē imi
tari iubemur. Perpendamus quāto discrimine ab ip
so differamus, ut nos condemnantes, rectius pniam
agere possimus, nec eos offendamus, pro quib⁹ ani-
mā Christus tradidit suam. Nos uero nec recōciliari
uolumus illis, quos ut recōciliet, nec acerrimū qdē,
atq; infame genus mortis recusauit. An forsan expē-
sam ēt hoc quandā, & pecunię proiectionē putatis,
qd de eelemosyna dicere soliti estis? Cogita q̄ obno
xius sis, & non solū non retardaberis, uerumetiā rur
sum ad eos q offenderūt uenies, omnemq; læsionē
sibi dimittes, ut indulgētię tibi causa id fiat, utq; tuo
rum malorū solamen inuenias. Gētiles sæpenumero
nihil magni hac ex re expectātes, facilitate animi ho
stibus atq; inimicis pepercerūt: & tu q ad tantā spem L
hinc profectus es, retardaris, atq; torpescis. Et quod
tpe ipso duce cōficient, id tu pp legē nō prius consi-
cies, sed expectabis, ut sine prēmio ac laude tua per-
turbatio hæc animi extinguatur, quā tu cū magno
prēmio deponere potes: pśertim cū certiores simus:
si tpis beneficio indignatio animi ceciderit, nō paru-
os nobis imminere cruciatus. quia qd in uobis tps
efficit, id mādata dei facere nequierūt. Si aūt inflam
mari te dices, cū in mētē tibi cōtumeliarū ueniat, re-
pete potius, siqd boni tibi ab iniuriato collatū est,
& quot tu afflictiones alijs intulisti. Detraxit tibi, &
obloquutus de te est, expēde siquid simile alijs tu un-
quā fecisti. Quo igitur ueniā impetrabis, quā alijs cō
cedere nō pateris? At nihil tale, inquies, unq̄ dixi. Sed
audisti libēter alios talia dicētes, qd absq; culpa esse
nō potest. Vis discere q̄ magnū bonū sit iniuriarum
obliuio, & quo summopere ea deus placatur? eos q
lætātur, quoniā iustē ab eo quidā puniti sunt, nō pa
titur oīno impunè id facere. Nam etsi iustè illi uexati
sunt, sed gaudere te hac de causa non oportet. Vnde
propheta multa criminatus, hoc tandem subiunxit, M
dicēs? Nō passi sunt aliqd in cōtritione Ioseph. & rur *Amos.6.d*
sus: Nō exiuit ex domicilio suo ad plangēdā unā do
mum cōiunctā ei. Ita quāuis Ioseph, & tribus ex eo,
& uicini eius ex dei ira punirentur, sed tamē ēt istis
cōdolere nos uult. Nā si nos qui nequā sumus, quā-
do in seruū nostrū animaduertimus, cōseruorumq;
aliquē ridentē conspeximus, adeò irritamur, ut ad ri
dentē iram deriuemus: quātò magis deus supplicijs
aliorū lætātes torquebit? Quòd si lætandū non est,
sed condolendū his qui à deo puniuntur: multò ma
gis his condolendū, q nos offenderūt. eius nāq; cha
ritatis id signū est, quā deus cæteris oīb⁹ anteponit.
Nā sicut illi flores colorū, pretiosissimi sunt, quibus
trabea imperatoris tingitur: sic illæ uirtutes magni
pretij sunt, qbus charitas cōtinetur. Nihil porrò cha
ritatē ita cōtinet atq; cōseruat, ut cōmissorum aduer
sus te peccatorū obliuio. An forsan de altera parte
nihil deus curauit, an lędentē ad lęsum nō misit? Im-
mo ab altari ad illū misit, & post reconciliationē ad
mensam quoq; uocauit. Sed noli tu hac de causa illū
expectare: oīa.n. sic perdidisti. Propterea.n. ineffabi-
lis tibi merces reposita est, ut illū puenias. Nā si roga
tus recōciliaberis, nō mādato dei, sed studio illius re

A cōciliat⁹ brabia illi reliquisti. Quid tu, ais, nō uereris
hominē inimicū habere? Nōne sufficit nobis diabo
lus, sed eiusdē ēt generis inimicos attrahimus? O uti
nā nec ille bellū nobis indixisset, utinā diabolū se nō
fecisset. Nescimus insani, nescimus quanta in recon-
ciliatione uoluptas sit, quā in ipsis inimicitijs intel-
ligere non possumus. Verū quantò suauius amare
iniuriantē, q̄ odisse, post depositas inimicitias opti-
mè percipies. Cur igitur furore agitatos imitamur,
alter alterū dentibus lacerantes, & in propriā carnē
insanientes? Audi quanta cura ēt legis tempore de
Eccleſia- hoc habebatur: uiæ, inquit, recordantium mala in
ſtes.8.b mortē, homo homini conseruat irā, & à deo quærit
sanari. Atqui oculū pro oculo, & dētē pro dente cō-
Exo.21.c cessit: qūo igitur increpat, atq; criminatur? Quia illa
non ut alter alteri faciamus permisit, sed ut formidi
ne pœnę à similibus abstineamus. Præterea repenti
næ istę irę sunt, iniuriarū uerò memoria animi est
perniciē diutius cogitātis. Sed malè me uexauit, in-
quies. Nunquā ille tātū tibi facere potuit, quātū tuip
se tibi lęsionis memoriā retinēdo. Præterea non est
B posśibus uirū fortē mali aliqd pati. Fingamus enim
quēpiā liberos & uxorē habentē philosophari, q ēt
detrimenti occasiones habeat multas, magnos sibi
pecuniarū aceruos, amicos quāplures principatū nō
paruū, honores deniq; ingentes: uerūtamē philoso-
phiæ summopere inhæreat: huic homini fortunæ
uulnera cogitatione afferamus. Nequā igitur aliqs
dāno ei nō minimo sit: qd igitur ad eū, q nihil pecu-
nias ducit? Liberos eius interimat alius: qd ad eū q
de resurrectione quotidie philosophatur? Vxorē oc-
cidit quispiā: quid hoc ad eū, qui doctus est non lu-
gere dormientes? Vituperationē alius ei afferat: qd
ad eū qui florē fœni præsentia cuncta existimat? Si
uis & corpus eius cędatur, & in carcerē quoq; traha
tur: quid ad eū qui semel sibi oīno persuasit, quāuis
2.Cor.4.d exterior homo corrūpatur, interiorē tamen renoua
ri: &, quia tribulatio patientiā efficit? Sic ego hunc
Rom.5.a hominē nihil mali passurū ostendere pollicitus sum
oratio uerò progrediens, probiorē atq; perfectiorē
fieri tentationib⁹ demōstrauit. Nolite igitur in alios
C uestro detrimento incitari, acumē animi infirmius
facientes. Non enim ex prauitate proximi magis, q̄
uestra hæc concitatio malignitate prorūpit. Qua-
propter si quis contumelietur, lachrymamus confe
stim atq; contrahimur. Siquis nostra rapiat, eodem
pacto mouemur, infantium uicē supplentes, quos q
liberiores ex æqualib⁹ sunt, parua, aut nulla plerūq;
de causa ad dolorē impellunt, quos tamen si moue
ri atq; dolere uiderint, non desinunt mordentes: sin
uerò ridentes atq; paruipendentes, confestim eos
omittunt. Sed nos ēt istis sumus amentiores, his de
rebus plangentes, de quibus magnopere ridendum
est. Quas ob res uehementer uos hortor, ut his pue
rilibus contēptis moribus, ad cœlos aspiremus. Vi-
derat, sicuti Paulus quoq; iubet, dicens: Nō sitis pue
1.Cor.14.d ri mēte, sed malitia paruuli estote. Infantes igitur se-
cundū nequitiā simus, & malignitate omissa uirtutē
amplectamur, ut ad æterna perueniamus, gratia &
misericordia domini nostri Iesu Christi, Amen.

Homilia.lxxxi.ex capite.xxvi.

*Vm aūt esset in Bethania in domo Simonis lepro
c si, accessit ad eū mulier, alabastrū unguēti habēs
pretiosi, et effudit super caput eius recumbentis.*

Hæc mulier una & eadē apud oēs euangelistas esse D
uideturː meo aūt iudicio eadē est apud tres: alia ue-
ro quædam & mirabilis Lazari soror apud Ioannē.
Non aūt absq; causa lepræ Simonis mentionem fa- *Ioan.12.a*
cit euangelista: sed ut aperiat, quare confidens acces
sit mulier. Nā quoniam inunda quędam res, & abo
minabilis ægritudo lepra esse uidebatur: uidit au-
tem curatum Simonem à Iesu (non.n. aliter hospi-
tatus apud leprosum fuisset) uehemēter sperauit ani
mæ quoq; suę sordes facile posse ab eo detergi. Ciui
tatis aūt Bethaniæ nomen nō ociose addidit, sed ut
discas, spōte ad passionē accedere. Nam qui prius à
Iudæis sibi cauebat: quādo maxime inuidia exarse-
rūt tunc propius ad eos uenit, ut circiter duo millia
passuū à Hierosolymis abesset. Qua ex re manifeste
patet dispēsationis quoq; priores fuisse recessus. Cū
igitur (ut diximus) apud Simonē mulier ipsum uidis
set, fiducia inde capta, ingressa est. Nā si illa q̄ sangui *Supra.6.*
nis fluxū patiebatur, q̄uis talis flagitii sibi cōscia nō *c.et Luc.*
esset, tamē quoniā naturæ quodā defectu ꝛmunda *8.f*
uidebatur, timens ac tremens accessit: multo magis
timendū isti erat, q̄ cōscientiæ pondere ꝑmebatur. E
Quocirca post multas mulieres, post Samaritanam,
post Chananęā, post eā q̄ fluxū sāguinis patiebatur,
alias quoq; cōplures, Iesum adire ausa, qa turpis uitę
conscia, factū est ut nec publice, sed in domo, atq;
priuatim accesserit. Cūq; cæterę oēs curationis cor-
poreq; gratia adissent, sola hæc ad honorē ei cōferen
dū, & animæ incolumitatem acquirendam accesit:
nulla.n. corporis ægrotatione laborabat, unde me
rito de animo, atq; affectiōe ipsius erga Iesum qspiā
admirabitur: pśertim tamen cū nō ut homini nudo
afferret honorem, sed ut maiori cuidā: supraq; homi
nē. Quippe cum capillis abstergeret: pedes eius, ho-
norabilius in toto corpore mēbrū, caput dico suū
pedibus Christi subiiciebat. *Videntes aūt discipuli eius,*
inquit, *molęste tulerūt, dicentes: Ad quid perditio hæc? po
tuit.n. unguentum hoc uenundari multo: & dari pauperi
bus. Sciens aūt Iesus, dixit. Cur molesti estis huic mulieri?
Opus.n. bonum operata est in me, pauperes.n. semper ha-
bebitis uobiscū, me aūt nō semper habebitis. Cū.n. hæc im-
miserit unguentū hoc in corpore meo, ad sepeliendū me fe-
cit. Amē dico uobis, ubicūque ꝑdicatū fuerit hoc euangeliū F
in toto mundo, dicetur et quod fecit in memoriā eius.* Vn-
de discipulis hæc cogitatio suborta est? Audierūt sā-
nè dicētē magistrū: Misericordiā uolo & nō sacrifi-
cium: Iudæos q̄ increpantē, qa grauiora, iudiciū. s. misę- *Oſee.6.e*
ricordiam & fidem negligebant. Multa enim alia de *et Sup.9.*
eleemosyna in mōte ab ipso disputata meminerūt, *b*
ex qbus omnibus inferebāt, quoniā si holocausta,
& priscū cultum nō suscipit, multo minus huius un-
guenti effusionem gratā habebit. Sic igitur illi cogi-
tabāt, ipse uero mentem eius apertissime uidens, &
quāta religione: quātoq; studio erat succensa, nō so-
lum hoc, uerumetiam ualde cōdescendens in caput
suū effundi unguentū permisit. Nam si hominem as
sumere, et utero mulieris portari, & educari lacte nō
recusauit: cur miraris, si hoc quoq; nō depulit? Et cer
te quemadmodū pater eius nidorem & fumū, sic &
ipse meretricem suscepit, mentem & animū eius cō-
siderans. Etenim Iacob statuam deo inunxit: & in sa *Ge.28.d*
crificiis oleū offerebatur, & sacerdotes unguēto un- *Leui.2.b*
gebātur. Discipuli autem qui mētem eius perspicere *&.8.b*
nō poterāt, importune criminabātur, & accusantes
munificentiam mulieris ostendunt. Nā cum dixis-

G sent, uēdi trecētis denarijs unguentū illud potuisse, quantū ipsa edidisset aperuerunt, & sic magnanimitatem eius manifestarunt. Iesus aūt increpat, dicēs: *Cur molesti estis huic mulieri?* Et rationē unam affert, qua rursus in passionis suæ memoriam eos inducit. *Ad sepulturam enim meam hoc fecit*, ait. alterā, *Pauperes enim uobiscum semper habetis, me autem non semper habetis. Et ubicunque prædicabitur hoc euangelium, factum & istius dicetur.* Perpēdis quo exitum ad gentes pdicit, hinc ēt mortis suæ solamē discipulis afferens. Siq dem tanta post crucē uirtus eius futura est, ut ubiq; terrarū pdicationis splendor refundatur. Quis igitur poterit aduersus ueritatem hāc tam latè longeq; patentē quicquā opponere? factum.n.iam uidemus, quod pdixerat, & quocūq; terrarum ibis, hāc mulierem prædicari audies. Et certè nec insignis qdam, & nobilis fuit persona, nec multitudine testiū res celebrata est, nec in theatro, sed in domo, & in domo le prosi confecta, ubi discipuli solūmodo aderāt. Quis igitur tam abiectæ mulieris factum ita exclamauit, ut per totū sic orbem, & ab oībus audiretur? Virtus profectò eius qui hæc pdixerat. Et quidē regum, ac
H imperatorum res gestæ, quorum nonulla remanēt monumēta oīno tacētur: & de plerisq; eorum q urbes cōdiderunt, mœnia erexerūt, bella gesserunt, trophæa statuerunt, multasq; gentes subiugarunt, quāuis & statuas sibi fecerint, & leges sanxerint, nulla tamen fit mētio, multiq; ipsorū nec noīe quidē extāt. Quòd aūt meretrix mulier in domo cuiusdā leprosi decem uiris psentibus oleum effudit, id per uniuersum orbem tanto tpe transacto decātatur: sed Indi, Scythæ, Thraces, Sauromatæ, quiq; Mauritaniam, quiq; Orchadas insulas habitāt, quod in domicilio pauperis à flagitiosa fuerat factū muliere, magna pdicant uoce. O ineffabilem misericordiā domini, qui à meretrice muliere pedes suos osculari patitur, & oleo ptioso perungi, & pilis capitis eius abstergi: nec patitur solū, uerūetiam increpat criminantes. Nō. n. debebat pro tanto mulier studio reprehēdi. Tu aūt illud considera, quo iam sublimes aīo, & ad eleemo
I synam proniores erant discipuli. Sed quā nā ob rem non illico dixit, quia opus bonum fecit: sed anteposuit, Quid molesti estis huic mulieri? Vt eruditeret eos, nō statim ab incunabulis ab imbecillioribus. sublimiora esse petenda. Quapropter nō rem ipsam solūmodo nudam, sed personam mulieris coniunctā exposuit: quā certè si legē sanciret, nō appositurum fuisse. Iō ergo personā cū re simul accepit, ut discas tu gratia mulieris hæc dicta esse, ne germinantē fidem eius deuterent, sed irrigarent magis, ac ad maiora protraherēt: unde nos docet, quādo bonū quicquā fieri uidemus, ēt si exactissimè non fiat, suscipiēdum tamē nobis esse, & fauore nostro ad ulteriora proue hendum. Nō est. n. exquisitissima ratio statim in principio rerū quærēda: hoc Xpm ita uelle, inde patet, qa cū nō haberet ubi caput declinaret, loculos tamē circūferre iussit. Præterea nō erat tēpus tunc factū mulieris corripiendi, sed cōmendandi duntaxat, atq; approbandi. Et quēadmodum, si quis ipsum antequā mulier hoc fecisset interrogasset, non admisisset: sic postquā fecit, illud unū solūmodo respicit, ne increpatione discipulorum ancipiti aīo turbetur, sed hortatu suo maiore aīo susceptо recedat. Nō erat. n. amplius increpatio post effusionē olei opportuna. Ita & tu si pparasse quosdā uasa uideris sacra, aut ornatum quēdam aliū circa parietes ecclesiarum, & pau K
menta cōfecisse, noli reprehendere aut uenūdari iubere quod factum est, ne aīum eius qui fecit perturbes: Sin uerò anteq; fecerit, te cōsuluerit, pauperibus offerre iubeto. Verū quoniam ad sepulturam suā id ipsam fecisse dixit, ne confundatur mulier sepulchrū & mortē audiens, uide quēadmodum rursus ipsam corroborat. In uniuersо, inquit, orbe quod ista fecit, dicetur: quod & discipulis solamen affert, & illi solamen simul & laudē. Vniuersi. n. factū ab ea decantabunt, inquit, & modò passionem meā prædixit, quę ad sepeliendos hoīes pertinēt adducēs. Nemo igitur ipsam increpet, cū ego adeò procul absim, ut ipsam quasi malè fecerit reprehendam, ut nec latere quidē id patiar, sed ubiq; terrarū, quoniā mente pia, & feruenti fide factū est, pdicari faciam. Quam aūt ob rē nihil spirituale, sed perpetuam mulieri memoriā policetur? Hac laude de spiritalibus etiam confidere ipsam effecit. Si. n bonū opata est opus, proculdubio digna opus mercede nō fraudabitur. *Tunc profectus unus ex duodecim, qui dicebatur Iudas Iscariotes, ad principes sacerdotum, dixit: Quid uultis mihi dare, & uobis tradam eum?* Tunc, istud ad quod nā tēpus referendum est? Nō ad aliud certè. Nec quādo audiuit, quia pdicabitur undiq; hoc euāgelium: sed quādo ēt mu L
lieres, atq; infantes tāto Xpm persequebātur honore, tūc ipse diabolicū facinus meditabatur, & pagebat. Cognominātaūt eum, quia erat ēt alius Iudas, nec uerentur dicere ex numero ipsorū duodecim ip sum fuisse: sic ēt nihil eorū occultant, q̄ opprobriosa sibi esse uidebantur. Et certè potuerūt simpliciter dicere ex discipulis illum fuisse. fuerunt. n. & alij præter duodecim: nunc aūt ex duodecim addunt, ac si dicerent, ex primo eorū choro quos quasi optimos elegit, qui cū Petro atq; Ioāne unius ordinis erant. Vnica quippe cura illis solūmodo fuit, nō tenebris obducendi q̄ facta sunt, sed ueritatis exponendæ: quocirca multa de signis prætereunt, & nihil eorū quæ ignominiosa uidentur occultant, sed siue uerbū sit, M
siue res quæpiam, opprobriosē dictū aut factū liberè id pdicant: nec cæteri tantum, sed ipse quoq; grandiloquus Ioānes diligenter obseruat. Exquisitissimè nāq; oīum contumelias & opprobria in Xpm facta cōscripsit. Vide aūt Iudæ malignitatem, qui spōtè ad prodendum abijt, qui argento id facit, & argēto mi- Luc. 22.a
nimo. Lucas uerò ait, cū magistratibus ipsum pepigisse. Nam pp Iudæorum seditiones quosdam prę ferunt Romani, qui eos in ordinem redigerent. Iam enim principatus eorū secundum prophetiā trāslatus erat. Ad magistratus igitur profectus dixit: Quid uultis mihi dare, & ego uobis tradam ipsum? *Isti aūt statuerunt ei triginta argēteos. Ex tunc quærebat opportunitatem, ut ipsum traderet.* Nam quoniam multitudinem timebat, tēpus quærebat: quo solū posset circū uenire. O singularem amentiam, qua penitus habēdi cupiditate fuit excæcatus. Nā qui sępi⁹ uidit ipsum per medios inimicos transisse, qui diuinę omnipotē tiæ ipsius multa documēta re ipsa pcepit, retineri ipsum posse putauit, psertim cū tot sibi tam terrentia, q̄ mulcentia uerba ab eo dicerentur, ut sceleratā hāc cogitationē ab ipso abiicere omnino debuerit. Nā quāuis nec etiam in ipsa cœna curam eius prætermi sit, sed usq; ad ultimā penè horam, qua fuit traditus, de hac re ille ænigmaticè loquebatur: nihil tamē ille lucrari potuit, nec propterea dominus quæ sua sunt

A facere cessauit. Hoc igitur probè tenētes, cūcta libēter ad reuocandos peccatores, & desides faciamus, admonētes, docētes, exhortātes, rogantes, consolantesq; non cessemus, etiā si nihil prodesse uideamur. Nā & Christus quanquā inemēdabilem Iudæ in misericordiam duritiē non ignorabat, non tamē cessauit q̄ sunt sua facere, admonēdo, minitādo, & quasi miserū lachrymādo, nec apertè unquā & liqdo, sed ut occultius, ita illi expssus. In ipso uerò proditionis momēto, & osculari se ab eo dignatus est: sed nihil hinc ille cōsecutus est, tātus certè, tāq; incredibilis auaritiæ furor est: hęc. n. illum & proditorem nequissimū, & sacrilegū nefandissimum fecit. Audiatis hęc attentius oēs auari, q grauissimo Iudę morbo laboratis: audiatis, inquā, & teterrimā hāc ægritudinē fugiatis: nāq; si qui unà cū Christo uiuebat, si qui doctrinā Christi audiuit, si qui signa fecit, in profundissimū malorū barathrum ex hac ægritudine præcipitatus est: multò facilius uos, qui nec scripturas audistis, & secularibus reb⁹ affixi estis, hic morbus aggredietur, nisi iugiter atq; ppetuò uigiletis. Quotidie ille
B cū eo erat, qui non habebat, ubi caput reclinaret: & quotidie & uerbis & operibus istituebatur, ut nō argētū, nō aurū, non duas tunicas habere uellet, & tamē deprimere se nō potuit. Quo igitur tu speras absque magna cura & diligēti studio cōtagionē huius morbi effugere? Terribilis certè, terribilis hęc bellua est, si tamē uolueris facillimè ipsam superabis: nō habet. n. à natura originem hæc cupiditas. Nam q̄ à natura sunt, uniuersis hominib⁹ cōmunia sunt: hęc aūt cū omnibus nō insit, ex desidia solū originē trahit, inde nascitur, ide augetur, ide cōseruatur: cū aliquos in seruitutē suā attraxerit, cōfestim illis præter naturā uiuere psuadet. Nam cū amicos, fratres, cognatos, uniuersos simpliciter q eiusdē generis sunt, & ad hęc oīa se quoque ipsos ignorant, præter naturam certè uiuunt: unde patet præter naturā esse malignitatem, & pestiferum auaritiæ morbum: in quē & Iudas cū incidisset. proditor factus est: quē Christus uocauit, non coegit. Sanè dei uocatio nec mentē eorum, qui uirtutem uolunt contemnere, ullo modo uiolentat, sed hortatur qdē, ac cōsulit: & oībus modis bonos
C esse psuadet: si uerò aliq reluctētur, nullo modo coercet. Quòd si uis discere unde huiusmodi fact⁹ est, argēti cupiditate ipsum deperisse inuenies. Sed quo, inquies, hac passione uictus est? Ex desidia certè, atque incuria. Vnde mutationes huiuscemodi sic fieri solent: quēadmodū studio, ac diligētia illorum contrariæ. Multi. n. ex rapacitate, ad lenitatem omnino mutati sunt, multi petulātes modestiā amplexi sunt: multi auari prius & odiosi, alienorū iuasores, postea
4. Reg. 5 f. etiā sua proiecerunt. Contrarium rursus à desidia solet accidere. Etenim Gihezi unà cū uiro sancto uiuebat, & nequā hoc morbo effectus est. Pessima nēpe omniū hæc passio est, hinc sepulchrorū uiolatores, hinc homicidę, hinc bella & pugnę, hinc alia quāplura mala oriūtur. Vbiq; certè auarus iutilis est, nec ad imperandū exercitui, nec ut psit populo cōmodus. Cur dico in rebus publicis, cū in priuatis etiam inutilis sit? Si uxor ducēda est: nō probam, sed impudentissimam omniū pro pecunia eliget. Si domus emenda, nō eam q̄ homini libero cōueniat emet, sed quæ multi posset locari. Si serui & quicqd aliud comparādum est, uilissimū semp inquiret. Quid minora percurro? si regnū orbis inuaserit, cęteris omnibus misę

Auarus ad omnia inutilis.

rior tamen est, atq; pauperior, terrarū pestis, urbium D
pernities, singulorum calamitas: non. n. quę cætero
rū sunt, quasi sua tutatur, sed ueluti unus ex multis
oia rapit, pauciora putās cæteris oībus habere. Nā
cū cupiditati eorum quæ nondum possedit, ea q̄ ha
bet cōfert, nihil prorsus habere opinatur: propterea
quidā ait, nihil esse auaro iniquius. Qui auarus est, e- Eccl. 10 b
tiam seipsum pdit: auarus cōmunis omniū hominū
hostis: auarus nō parū dolet, quia terra pro spicis au
rum nō producit, quia fontes nō manāt, auro quia
mōtes loco lapidū aurum non habeant. Auarus fer
tilitatē temporum molestē fert, & cōmuni fœlicita-
te cōtrahitur, omnēq; fastidit causam, unde argētū
colligere nō potest: è regione uerò cūcta suffert, un-
de duos solūmodo capere obolos possit, oēs homi
nes tā pauperes, quā diuites odio prosequitur: pau-
peres, ne quid ab eo petant: diuites, quia q̄ illorum
sunt, non possidet: uniuersos. n. simpliciter quæ sua
esse deberēt, occupare putat, ac ideo quasi ab oībus
læsus, oībus infensus est. Hic quid plenum sit nescit, E
saturitatē ignorat, omniū deniq; ita miserimus est,
quēadmodū expers auaritiæ, & oppositæ uirtuti de
ditus omniū est beatissimus. Quippe cum uirtuoso,
siue seruus sit, siue dominus, nemo malefacere pos-
sit, nec si uniuersi homines cū armis & machinis ad
uersus eū insurgerent: nequā uerò & rapax, & homo
qualē descripsim⁹, ēt si rex sit, ēt si mille purpuris ex-
ornetur, uel à quouis pati extrema potest: adeò ipro
bitas ībecilla res est, adeò è cōtra uirtus ualidissima.
Quid igitur mœres pp pauperiē? quid ploras, cùm se
stum diē habeas? Quid lamentaris, cū solennia du-
cas? Solennis qppe dies & festus prudenti pauperies
est⁹. Quid plangis ô puer? pueri. n. certè huiusmodi
homines sunt. Vapulasti ab aliquo, qd hoc? fortiorē
te reddit. Quispiā pecuniam surripuit tuam, in quo-
nam tui oneris partē sustulit? Famam tuam læsit, ad
aliā uirtutis speciē resilisti. Audias exteriores sic phi-
losophātes atq; dicētes: nihil te mali nisi fingas, pas-
sum inde fuisse. Sed magna te illa domo priuauit, &
hortos circūpositos eripuit. Ecce uniuersa terra ī cō-
spectu est tuo: ecce publica ędificia, siue ad uolupta F
tē, siue ad usum ea reqris. Quid amœnius, aut pul-
chrius firmamēto cœli? Quousq; paupes atq; iopes
sumus? Nō potest diues esse, q aīo paup est: sicut nec
pauper esse potest, qui aīo diues est. Nam si excellen
tius, atq; prestantius corpore aīa est, nō possunt quę
corporea sunt ipsam ad se nolētē attrahere: sed illa
q̄ princeps corporis est, cūcta corporea, ut uult tra-
hit, atq; trāsmutat. Nam & cor quādo laborat, totū
corpus patitur, & intēperies sua totū corpus aggre-
ditur: sicut è cōtra, tēperies toti corpori prodest: qd
siquid cęterorū languescat membrorū, corde icolu
ni, & uirtute uigenti, facilè languor etiā illius excuti
tur. Et ut apertiorē totam hanc rem faciam, dic quæ
so quod emolumentū ex arbore futurū est, si rami
uirescūt, & radix putrescat? aut quod detrimentū ar-
bor habebit, si folijs exiccatis radix incolumis peni-
tus sit? Pariter hic igitur cogita, nullā utilitatē esse pe-
cunię, si animꝰ pauptate deprimitur: nec pauptatis
ullū onus, si animus diues existit. Sed quo, inquies:
diues animus esse poterit, si pecunias non possidet?
imo uerò tūc maximè summis diuitijs pollet. Nā si,
ut sępius dictū est, id argumētū diuitijs animi est qd
pecuniā despiciat, ac re nulla ādigeat, patet pauptatis
à contrario argumentū esse, studio & cura collectio

Gni pecuniarum incumbere. Nec ullus unquã dubitabit, facilius in pauptate, quã in rerũ copia posse pecuniã despici, ac multò magis à diuitib⁹, quã à pauperibus magnitudinẽ pecuniæ cõcupisci. Veluti ẽt ebri⁹ maiore siti uexatur, quã q modico uino usus est. Nõ enim huiusmodi cupiditas est, ut maiori cumulo rerũ possit extingui, sed è cõtra inflãmari, atq; incendi soleat. & quẽadmodũ ignis addita materia magis effertur, sic pecuniarũ cupiditas adiectiõe auri magis extollitur. Si ergo q plura expetit inops est, at talis q multa possidet esse innenitur, hic maxima pauptate deprimitur. Perpẽdis diuitis animũ ĩ pauperie, & pauperis è cõtra in diuitijs esse? Sed in personis quoq; si placet qualis sit hęc res uideam⁹. Ponam⁹ ergo duos diuites, quorũ alter mille, alter decẽ habeat talenta, pecunia sua penitus à quoquã priuari: uter igitur maiore uexabitur dolore? nõne patet, eũ q mille amisit? Sed profectò non doleret magis, nisi magis pecuniã amaret. Qui uerò magis amat, magis certè concupiscit: q porro magis cõcupiscit, hic paupior ẽ. Illud.n. maximè cupimus, quo maximè indigemus. Ex indigẽtia.n. cupiditas originem trahit: unde ubi satietas est, cupiditas esse nõ potest. Quippe tũc maximè siti mus, cũ potu ĩdigeam⁹. Hæc à me dicta sunt, ut ostẽdã, si uigilamus, neminẽ nobis nocere posse: utq; pateat, nõ ex pauptate, sed à nobs ipsis detrimentũ nobis fieri. Quare uehemẽter oẽs rogo atq; oro, ut omni studio auaritiæ morbũ expellamus, ut & hic in diuitijs nulla re indigẽtes uiuamus, & æternis bonis pfruamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, Amen.

Homilia.lxxxv. ex cap. xxvi.

Prima autẽ azymorũ accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Vbi uis paremus tibi comedere Pascha? Ipse autẽ dixit: Ite in ciuitatẽ ad quẽdã, & dicite sibi: Magister dicit, tẽpus meũ propè est, apud te facio Pascha cum discipulis meis. Primã azymorũ eã diem uocat, q̃ ante azyma erat. Cõsueuerunt.n.à uespere semper dies numerare, & eius mentionẽ facere in uespere cuius Pascha erat immolandũ. Quinta enim sabbati accesserunt, quã hic qdẽ primam azymorũ, I id est, ante azyma uocat, tẽpus designans quo accesserunt. Alius aũt, uenit, inquit, dies azymorũ, in qua *Luc.22.a* oportebat immolari Pascha, Nã, Venit, istud, propè, *Mar.14.a* & in ianuis erat, significat: uesperã uidelicet illam à *Ioan.11.g* qua incipiebant, comemorãs: ideo qque euãgelistarum adiiciunt, quando imolabatur pascha. Accedũt igitur discipuli ad Iesum, & dicunt: ubi uis ꝑparemus tibi comedere Pascha? Hinc etiã patet nullã sibi domum, nullũ diuersorium fuisse, puto autẽ neq; discipulis eius. Nã profectò ipsum ad eos diuertere rogasse nt: sed nihil erat etiã istis, omnibus iam ante à propter Christũ neglectis, atque cõtemptis. Cuius autẽ rei gratia uenit ad Pascha? Omnibus semp usq; ad ultimum passionis diẽ non esse aduersarium se legi ostẽdit. Sed cur adignotũ eos hominẽ ire iussit? Ostẽdere quoq; uoluit, potuisse ipsum passionis tormẽta euitare. Nam q mentẽ illius uerbis solũ induxit, ut ipsum cũ discipulis uellet susc̃ipere: quid fecisset crucifigẽdus, si pati noluisset? Pariter etiã de asina fecit. Si *Sup.21.a* quis.n. aliquid dixerit, inquit, dicite quia dominus eius indiget: hic autẽ, Magister dicit, apud te cum discipulis meis Pascha facio, dicendum ꝑcipit. Ego uerò nõ in solũ admiror, qa ignotus erat, sed illud multò magis stupeo: qa bellũ acerrimum & inimicitias, primatũ hac ex re incumbere sibi uidens, omnibus K his neglectis libenter obtẽperauit. Cæterũ quia ignotus erat, signũ eis dedit, quale de Saule propheta dicens: Inuenies hominẽ ascendentẽ, & utrem habentem: hic uerò aquæ amphorã portantem. Tu autẽ ꝑ *1.Re.10.a* pende rursus, quo uirtus eius apparet. Non enim solùm dixit, apud te facio Pascha: sed illud proposuit, Tempus meũ propè est: quod fecit partim, qa uolebat crebrò passionis memoriã discipulis ĩculcare, ut hac ꝑmeditatione corroborati, minus turbarentur: partim ut tã suscipienti, quàm ludẽtis, quàm cæteris oĩbus ostenderet, quòd semper dixit non inuitum se ad passionẽ accedere. Cum discipulis autem meis dicit, ut & sufficiens fieret præparatio, ut nemo latebras ipsum quærere suspicaretur. *Sero autem facto discumbebat cum duodecim.* O ingentẽ impudentiam Iudæ: aderat.n. etiam ille, atq; mysterijs ac mensa communicauit, & inter comedẽtes arguitur, quãdo etiã si fera esset immanis, ad lenitatẽ compelli potuisset. Præterea idcirco & euãgelista signãter dixit, quia comedentibus ipsis de proditione Xps loquebatur, ut tum à tẽpore mysterij, tum à mensę cõmunicatione L nequitiam proditoris ostenderet. Postquam.n. discipuli, sicut ꝑcepit Iesus, fecerunt: sero facto cum duodecim, inquit, comedebat. Comedẽtibus autẽ eis dixit: *Amen dico uobis, unus ex uobis me tradet.* Cæterùm ante cœnam eius etiã pedes lauit: uide autẽ quomodo illi ualde indulget: non.n. dixit, ille: sed, unus ex uobis me tradet, ut rursus pœninitẽtæ occasionẽ latenti meliorẽ præberet. Itaq; maluit oẽs illos terrere, quã huic pœnitentiæ irritamenta non dare. Vnus, inqt, ex uobis duodecim, q ubiq; mecũ fuistis, quorũ pedes laui, qbus tot tãtaq; pollicitus sum. Dolor in- *Ioan.13.d* tolerabilis illico sanctũ illud inuasit consortiũ. Et Io annes quidẽ ait, ex ambiguitate alios in alios aspexisse, deinde quãuis nullius rei sibi cõscij essent, singuli tamen de se timentes ipsum interrogauerunt. Itẽ nõ tãter ait, quia magnitudine mœroris cõmoti, cœperunt singuli de se dicere: *Nũquid ego sum domine? Ipse autem respondens, dixit, Cui ego cũ intinxero, panẽ porrigam.* Vide quomodo ipsum tandẽ reuelauit, quãdo scilicet ab hoc dolore animi liberare cęteros uoluit: semimortui.n. iã erant, hoc pauore consternati, quo M impulsi interrogabant. Nec ista de causa solũmodo illũ edidit, uerũetiã ut territus ille respiceret. Nam cũ confusẽ atq; indistinctẽ audiens non mouetur, ut magis eũ tãgeret, uelamina deiecit. Iesus autem cum illi mœrẽtes interrogarẽt, *Nunquid ego sum domine? respondens dixit: Qui tinxit mecũ manum in paropside, hic me traditurus est. Filius quidẽ hominis uadit, sicut scriptũ est de illo. Væ autẽ homini illi per quẽ filius hominis tradetur: bonũ erat ei, si natus nõ fuisset homo ille.* Quidã asseuerãt ita illũ impudentẽ fuisse, ut paruipẽdedo magistrũ, cũ ipso tingeret: Mihi autẽ uidetur Xpi hortatu id quoq; factũ fuisse, uel ut magis sibi Iudas afficeretur, uel ut maiore detineretur pudore: etenim ẽt in hoc nõ paruus affectus: Hæc autẽ oĩa nõ festinè trã scurrenda sunt, sed nostris mentibus infigẽda: sic.n. nullum unquam in nobis ira locũ habebit. Quis.n. rem illam aio uoluens, & proditorem unà recumbẽtem cũ saluatore, ac eũ qui tradebatur sic leniter atq; humiliter loqui, nõ eiiciet omne furoris atq; iræ uenenum? Perpende igitur quã leniter ad ipsum sermonem conuertit. Filius quidẽ hominis, inquit, uadit, sicut scriptũ est de ipso. Quibus uerbis & discipu

Luc.22.c & Zach. 13.c

los confirmauit,

A los confirmauit, ne imbecillitati hanc rẽ attribuãt, & proditorẽ simul uoluit emẽdare. Væ aũt homini illi, per quẽ filius hominis tradetur: bonũ erat illi si natus non fuisset homo ille. Perpende etiã atq; etiã in arguẽdo ineffabilem lenitatem: nõ enim acriter, sed comiserando profert orationẽ, aliqualiter rursus quasi tenebris obductam. Et certè non superior solũ uecordia, sed posterior impudentia oẽm indignationẽ merebatur: postquã enim ita redargutus fuit, interrogauit dicens. *Nunquid ego sum rabbi?* O singularẽ stultitiã. quærit de his, quorum sibi cõscius erat. Nam & euangelista ex admiratione impudentiæ illius hæc dixit. Quid porrò ad hæc lenissimus, & mitissimus ille Iesus? *Tu dixisti.* Ita quanquã dicere potuisset, sceleste atq; fordide tam longo tẽpore hoc malũ parturiens, & nunc diabolicis factis cõcilijs argentũ ex pacto habiturus, audes redargutus, quasi nullius tibi rei cõscius interrogare? Nihil tamẽ horũ dicere uoluit: sed qd? Tu dixisti. Ita terminos nobis, ac regulas obliuionis fixit iniuriarũ. Sed obiiciet qui B spiã, atqui si est scriptũ, Christũ hęc fore fuisse passurũ, quãobrẽ Iudã q scripta ꝑfecit, criminamur? Quia non illo certè animo, sed improbitate sola in turpissimũ illud facinus fuit impulsus. Nã nisi mẽtẽ respicias, ipsum quoq; diabolũ ab oĩ crimine liberabis. Sed nõ est ita, nõ est. Mille.n. uterq; meretur supplicia, ẽt si orbis salutem inde consecutus est. Quippe, non ludæ traditio, sed sapientia Christi, atq; potentia salutẽ peperit uniuersis. Christus.n. improbitate aliorũ ad utilitatẽ nostram usus est. Sed inquies, qd igitur, si Iudas nõ prodidisset? quid hoc porrò ad qstionẽ? crucifigi omnino Christũ oportebat, nec crucifigi poterat, nisi per homines. Quid si omnes ergo ipsum boni fuissent, hæc pro salute nostra dispensatio nõ processisset? Absit hoc oĩno. Nã inęstimabilis sapientia Christus, si ita contigisset, nouit quo pacto res dispẽsanda fuisset. Præterea ne quis putet ministrũ dispensatiõis Iudã fuisse, quasi miserũ deflet. Sed rursum quispiã obiiciet, si bonũ erat nõ fuisse Iudã natum, quare illum produxit? Quare aũt cæteros prauos produxit, ita cũ te oporteat improbos C coarguere, q poterãt improbitatẽ negligere, hoc de relicto temerariæ dispensationes & opera dei scrutaris, quãuis nullum necessitate cogit, ut probitatẽ sequatur. Ita, inquies. Sed bonos natos esse solũ oportebat, nec gehenna aut supplicijs opus erat, cũ nullũ malignitatis extaret uestigiũ: improbos nunquã natos, aut natos confestim decedere. Nos uerò primũ *Rom.9.d* illud apostolicũ dicendũ arbitramur. Quinimmo ò homo tu qs es, qui aduersus deũ respondes? Nõ dicet quod factu est factori suo, cur me ita formasti. Deinde si rationẽ humanã quæris, illud addi nõ dubitabimus, maiori admirationi bonos esse, cũ inter improbos uiuant: tunc.n. innocentia sua, & mirabilis philosophia magis elucet. Tu uerò oẽm luctationis, atq; certaminis materiã ac cãm funditus euertere uis. Quid ergo inquies, ut alij meliores uideantur, alij punĩtur? Minimè, sed pp improbitatẽ eorũ. Non enim quia nati sunt, nequitiã contraxerunt: sed quia desidia se corruperunt, idcirco puniuntur. Quo ergo supplio digni non sunt, qui cũ tales habuerint uirtutis magistros, nihil boni facere uoluerunt? Et ueluti probi uiri uexati, summis laudib⁹ & ꝑmijs digni: sic profectò & praui duabus de causis, tũ qa cũ possent uirtutẽ sequi, sicut & iusti, secuti nõ sunt: tũ qa nihil exẽplo bonorum uirorũ lucrari studuerũt, D supplciis digni cõperiuntur. Quã aũt ob rem non à principio, sicut & cæteri, Iudas, *Nunquid ego sum domine?* interrogauit? Quoniã generaliter, unus ex uobis dictũ erat, latere putauit. Cũ uerò iã uideret manifeste se reprehendi, de lenitate domini cõfisus, posse redargutionẽ euadere, dominũ interrogauit: qua propter et rabbi solus in hoc loco appellauit. O cæcitatẽ mẽtis inauditã: quò exactus atq; depulsus es? Talis nẽpe res auaritia est, amentes, stolidos, impudentes, canes pro hominibus: immo uerò & canib⁹ peiores, & dæmones à canibus facit: Qua fiebat, ut Iudas quidẽ diabolũ ẽt insidiantẽ amplecteretur, Iesum uerò benefacientẽ ei traderet, alter diabolus uoluntate iã factus. Tales quippe insatiabilis pecuniarũ cupiditas homines facit, uecordes, furiosos, ex pecunia pemitus pendentes: qualis & Iudas fact⁹ fuit. Quo aũt Matthæus & alii duo, quam primũ de proditione pepigit, captum à diabolo dicunt: Ioannes, Nã post panẽ ingressus fuit in eũ satanas? Nõ ali *Ioan.13.c* ter quippe Ioannes, q̃ cęteri dicit. Cœna enim (ait) fa E cta, cũ diabolus iã in cor Iudæ immiserat, ut eũ tradat: post igitur buccellã introiuit in eũ satanas, quia non subitò, neq; sub uno momento, sed sensim dili genter facto periculo hominẽ ingreditur: quod & hic factũ esse intelligimus. Sensim.n. ad eũ accedẽs & pulsans, postquã apertũ sibi habitaculum esse cognouerat, totus ad illũ spirat. Quo aũt si pascha comedebant, aduersus legẽ recũbentes comedebant? Sed dicere possum⁹, qa postquã comederũt pascha, ad cœnãdũ recubuerunt. Alius aũt Euangelista dicit, quia uespere illo non comedebat solũ dominus pascha, uerũetiã comedẽdo dicebat: Desiderio desi *Luc.22.b* derau hoc pascha manducare uobiscũ. Quare hoc pascha, id est, hoc anno cõmedere pascha desiderauit? Quia uidelicet tunc salutem orbi allaturus esset, tunc mysteria traditurus, & dolores mortis oppressurus erat, ita spõte ad crucẽ accesit. Sed nihil horũ efferatã illã bestiã mitigauit, flexit, cõuertit: quare iu re quasi miserũ illũ defleuit, dicens: Vę homini illi. F deinde terruit: Bonũ fuisset ei, si natus nõ esset. Sed quoniã neq; sic emẽdatus est, tãdẽ eũ manifestauit, dicẽs: Cui ego tinctũ panẽ porrexero. nõ fuit tamẽ ille cõmotus, sed quasi furore quodã, auaritia atq; insania captus induruit: immo uerò multo peiore morbo, q̃ furor est, captus fuit. Quãdo.n. tale aliqd furiosus ac insanus operatus est? Nõ proiiciebat hic spumã in ore, sed dominicã cẽdẽ emittebat: nõ torquebat manus, sed extendebat ad uendendũ ineffabilis ꝑtij sanguinẽ. Maior igitur hęc insania fuit, qa sanus furiebat. Sed nõ loquebatur incognita, inqt: immo uerò, qd uultis mihi dare, & ego uobis eum tradã? diabolus.n. certè p os illius introiuit. Sed nõ repulit terrã pedibus calcitrans. O q̃ melius est furiosi pacto calcitrare, q̃ hoc modo rectum pedibus ambulare. Sed nõ sedebat se lapidibus: & quãtò melius erat hæc, q̃ illa conficere: Vultis igitur in mediũ dæmoniacis & auaris productis, alterũ alteri compare *Collatio* mus? Sed nemo ad suũ hæc dici cõtẽptũ arbitretur. *perelagãs* Non.n. naturã, sed rẽ istã improbamus. Nunquã dæ *auari cũ* moniacus uestẽ induitur, sed lapidib⁹ seipsum acer- *dæmonia* bissimè cædens, per asperrima & inuia loca à dæmo *co.* ne actus percurrit. Quid igitur, si auaros peiora his aggredi atq; pati, adeò ut ludus hęc ad illa uideãtur, probabimus? fugientisne hanc ęgritudinẽ? Eia igi-

G tur uideamus uter minus laboret. Nihil.n. alter ab altero differre uidetur, cū uterq; omni nudo turpior cōperiatur. Multò.n. melius est nudū oino esse, nullaq; uestę cōtegi, q̄ rapta pecunia magnificas sibi uestes cōparare, qui mihi uestiri uidētur, ueluti qui trietęrijs Bacchi bacchantur. Nam quemadmodum illi laruas & uestes insanientium accipiunt, eodem hic quoq; pacto. Sicut itaq; dęmoniaci nuditatē à furore fieri uidemus, sic hos amictus ab insania nō negauerim. Itaq; nuditate illa hic amict⁹ miserabilior, qđ idem ostēdere conabor. Quē.n. ex ipsis insanis magis insanire dicemus, eúmne q seipsum solūmodo cędit, an eum qui tam seipsum, q̄ quoscūq; obuiam habebit: hūc uidelicet ultimum. Dæmoniaci ergo seipsos denudant, auari autē obuios oēs dum possunt. Sed lacerant illi uestes, inquies. O quātò magis unusquisq; læsorū uellet laceratum sibi potius indumentū fuisse, q̄ ereptam esse uniuersam substantiam. Sed uulnera in hoīs faciem nō incutiūt: immo uerò hoc quoq; rapaces faciūt, paupertatē eis, & inediam inferentes corrodunt. Sed non mordent dentibus sicut dæmoniaci: utinam dentibus morderēt, & nō malis
Psa.56.a. omni dente acutioribus. Dentes.n. ipsorum, scutum
H & sagittæ. Præterea uter magis dolet, q semel dente percussus remedio cōfestim usus est: an qui semper paupertatis corroditur dentibus? Quippe inuoluntaria paupertas bellua oium atrocior, & fornace ardētior est. Sed nō sequuntur deserta loca, sicut dæmoniaci: utinā eremū & non ciuitates popularentur, ut oēs qui urbes habitāt, in ocio uiuerēt. Nūc uerò hac quoq; ratione intolerabiliores sunt, quoniā q̄ in deserto illi, hæc in ciuitatibus isti facientes, eas desolāt, pśertim cū nullo resistente, quasi hæc in deserto agerent, sic asportant uniuersa. Sed nō petunt lapidibus quoscūq; obuios. & quid hoc est? Multò certè facili⁹ est à proiectis lapidib. cauere, q̄ literas & stipulationes charta & atramento in miseriā inopum confectas, & mille uulnerū plenas euitare. Si cōsideremus nunc qualia sunt, q̄ sibiipsis faciunt, nudi per ciuitatem ambulāt, cū nullum sibi uirtutis amiculum sit: quòd si ea res turpis eis nō uideatur, teterrimæ hoc insaniæ argumentū est, quia turpitudinē suam non
I percipiūt: sed corpore quidē nudi erubescūt, aío aūt nó modò non uerentur, uerūetiam iactant. Sed uultis causam ēt impudentiæ exponamus? Quæ igitur causa est? Multos hmōi nuditatis habentes socios, quemadmodum in balneo nos, sic alter alterū non uerentur. Nam si multi uirtutis amictu essent uestiti, tūc turpitudo eorū magis notaretur. Nūc uerò illud maximè multis dignū est lachrymis: qa cū multi sint mali, non pudet eos malè agere. Ad alia.n. hoc quoque in diabolo factū accedit, qa nec sensum improbitatis capere dimittitur, sed multitudine peccantiū turpitudo peccati tegitur: si.n. cōtingeret in magna uerè philosophantiū multitudine auarū tūc uersari, perspicacius nuditatē suam intelligerent. Sed satis iā ex his patet dæmoniacis esse nudiores. Quia uerò ēt
Sup. 7.b. deserta loca sequūtur, nemo cōtradicet. Lata.n. illa, spatiosaq; uia omni deserto desertior est. Nam et si multi per eā proficiscātur, tales qppe sunt, qui rapacitatem amplectuntur. Hæc igitur uia nō solū deserta, sed asperior est: quod ide patet, quia nó ita lapides acuti, duræ rupes, & cacumina montium scandentes adeò lacerant, ut auaritia & rapina eorū animas qui aliena inuadūt. Quòd aut sicut dęmoniaci apud sepulchra uersentur, immo uerò ipsi sepulchra sint, K Sepulchrum.
quis nō uiderit? Quid.n. sepulchrū est: nihil aliud cer tè q̄ lapis mortuorū corpora tegens. Quid igitur? an non illis lapidibus horū corpora miserabiliora sunt? Non.n. lapides sunt cadauera tegentes, sed corpora lapidibus magnis insensata mortuas animas tegentia. Præterea nemo errabit sepulchra ipsos nominās, sicut & dominus noster Iudæos appellauit, & subiū xit dicēs: Intrinsecus autem rapina atq; auaritia pleni sunt. Vultis iam tādem probemus? quo lapidibus capita sua feriūt, dic quæso, unde incipiendū putas? nō à futuris, pśentia ergo dicātur. Quibus igitur lapidibus grauiores curæ nō sunt, q̄ non capita feriunt, sed aīam corrodunt? Nam dum timēt, ne iure ex domo exeant sua q̄ iniuria sunt intrusa, multis uariisq; turbationibus uexātur, tremunt, irascūtur, ingemiscūt, irritātur, modò i suos, modò in alienos: ita nūc mœstitia, nūc metus, modò ira ipsos inuadit, & ceu à p̄cipitio in p̄cipitium transeuntes semper uexantur: ac dum quotidie acquisitioni student, nullā aut minimā ex quęsitis capiunt uoluptatē. Nam trepidant, ne q̄ rapina collegerūt, diffluant: cumq; toto animo ad colligēdū incūbant, quiescere nullo modo possunt: L
sed quemadmodū qui cōtinua siti uexatur, etiam si mille fontes imbiberit, tamē quia satiari bibēdo nō potest, paruā inde percipit uoluptatē: sic isti nó modò nō quiescunt adipiscēdo, uerūetiam quoniā nullus huius cupiditatis terminus est, uehementius cruciantur. Talia.n. pśentia sunt, in futuro uerò die (dicendum à nobis est, ēt si minus attenditis) ubiq; in euangelio hmōi hoies pœnas habituros uidemus. Nam quando dicitur: Esuriui, & nihil mihi ad comesupra.b.
dendum dedistis: sitiui, & nihil mihi ad bibendum pbuistis, auari hoies his uerbis puniuntur: ad eos.n. Ibid.d
qui malè locupletati sunt, dicet: Ite in ignē æternum Sup.18.a.
præparatum diabolo. Et nequā ille seruus, qui cōser uis substātiam domini nō distribuebat, auaritia periit. Et qui talentū suffodit: & quinq; uirgines: & ubi- Ibid.21.d
cūq; secūdum leges auari puniūtur. Et modò quidē Ib.d.
audiūt, hiatū esse inter nos & uos: modò uerò, Ite in ignē æternū: modò in duas partes decisi, ubi fletus & stridor dentium. Ita undiq; cōpulsi, ac nullo in loco quiescentes, in gehennā soli detrudūtur. Quid igitur fides tibi ad salutē prodest, si ubi est stridor dentium, M
ubi exteriores tenebræ, ubi pparatus diabolo ignis, eò detruderis: & in hac uita periculosis ifidijs, acerrimis maledictis calumniisq; subiectus curis cōficiaris, & ab ipsis qui tibi adulari uidētur, odio non paruo habearis? Sicut.n. probos nō boni solū, uerūetiam mali admirantur: pariter certè malignos non solū probi, uerūetiam improbi odio persequuntur. Quę res adeò uera est, ut auaros ipsos interrogare nó dubitē. Sic alter alteri tædio esse studet, & quasi maximè officeret inimicus putatur, atq; seipsos cōuiciātur: & uituperari nimiū putāt, si quisquā auaros eos appellauerit, & hoc opprobriū eis obiecerit: opprobriū qppe id extremū, & summæ malignitatis argumentū. Nam si pecuniarū cupiditate uincaris, quando inanis furorē gloriæ, quādo irā, qūo cōcupiscentiā carnis superabis? Hęc.n. multò esse difficiliora, inde tibi persuadebis, quòd multi cōplexionē corporis ad iram & cupidinem nonnihil conferre arbitrantur: & accessus cōplexionū ad seipsos opponere me dici cōsueuerunt. & calidioris quidē, & humidioris corporis procliuiorē esse aiunt ad Venerē, ficcioris

A uerò impetuosum atq; iracundū: sed de auaritia nullus unquā ab eis aliqd tale audiuit. Quare à desidia solūmodo & animi stupore pestifera hęc oritur egritudo. Quapropter rogo atq; obsecro, studio iugi atque diligētia hoc corrigamus, cęterásq; passiones, q̄ pro diuersitate nascuntur ætatis, pro uiribus trāspo namus. Si uerò i unaquaq; uitę nostrę particula hoc salū nauigātes, utilissimos uirtutis labores p̄teruehimur, ubiq; naufragijs uexati, ac ad portum tandem spiritaliū currētes merciū deducti, ultima profectò luem⁹ supplicia. Pelagus.n. est latè lōgeq; protensum hæc uita: & quemadmodū in mari uniuerso sinus diuersi, alijs atq; alijs tępestat: b⁹ cōmouētur p̄cipuè: ueluti Aegeū uētis exasperatur, Toronus pp augustias & Carybdis: q̄ Libyen uersus propter stagna Syrtis & breuia, Pontus magnitudine fluctū atq; impetu: Hispanicus Oceanus, quia inuius carētia portum & locorū ignorantia intricatus, difficilis nauigantibus est: similiter alij alijs de causis: sic & i uita nostra fieri
B uidemus. Nam primū in ea pelagus, statim uidere licet puerū ætatis conditione, quæ multis ac magnis procellis exagitatur: tū quia mens imbecilla est, tum quia nulla firmitate adhuc roboratur, sed huc atq; illuc flectitur. Quapp pędagogos illi & magistros p̄ficimus, ut defectus naturæ diligētia suppleat, ueluti & i nauigādo gubernatoris artificio maris asperitas superatur. A dolescentiū fluctus pueritiæ succedūt, q uehementioribus sicut Aegeum pelagus exagitātur concupiscentiæ uentis: quæ qdē ætas quanto magis correctione indiget, tantò min⁹ instruitur, nō solum quia magnis turbationū fluctibus cędit ur, uerūetiā quia peccātes non redarguuntur: cū & magister & pædagogus subtrahātur magnitudine tępestatis: cū maiore turbine uēti spirēt, & gubernator sit imbecilior, nemoq; alius tutor adsit, atq; defensor. Virilis tertiū locū ætas occupauit, quā rerū omnium dispensatio maximè urget, quando uxor, nuptiæ, procreatio prolis, familiæ gubernatio, & in mētē plurimę curæ innumeræq; uenīūt quādo auaritia & inuidia maximè uigēt. Si igitur unāquaq; partē ætatis cū naufra
C gijs p̄teruehimur, qūo hanc uitam transibimus? Quomodo æterna fugiemus supplicia? Nā si nihil synceri atq; integri in prima ætate didicerimus, si iuuenes modestè nō uixerimus, nec auaritiā uiri superauerimus, quasi in sentinā quandā ętatis, in senectutē s. deuecti, uicta iam tępestatibus animę nauicula, cū fluctibus fatiscāt cōpagines, deferemur in illū portū, non spiritales merces, sed multū ac sordidum lutū deportantes: unde diabolo quidē risum incitabimus, nobis uerò ipsis perpetuā mœstitiā comparabim⁹, intolerabili ac ęterno cruciatu uexati. Quod ne accidat, undiq; colligamus nos, & aduersus oēs passiones pugnātes, cupiditatē pecunię penit⁹ proiiciamus, ut & hic tranquillè uiuamus, & futurā beati tudinē adipiscamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui honor, &c.

Homilia. lxxxiij. exc ap. xxvi.

Oenantibus autem eis, accepit Iesus panē, et bene
c *dixit atque fregit, & dedit discipulis suis, &c.*

O cæcitatē proditoris, q cū ineffabilib⁹ mysterijs cōmunicasset, idē permansit, & diuina mesa susceptus, in melius cōmutari noluit: qd Lucas signi
Luc. 22.a ficauit, dicēs, quia post hoc satanas introiuit i eū: nō quia dominicū corpus despiceret, sed qa proditoris stolitatem irridebat: maius enim peccatum utraque ratione fiebat, quia tali aío mysterijs susceptis, nec ti D
more nec beneficio, nec honore melior factus est. Christus aūt oía quāuis sciret, uetare tamē eum noluit: ut tu discas nihil ab eo ptermitti, quod ad emēdationē pertineat. Pręterea tā in superioribus, quàm in sequētib⁹ crebrò eū reuocat, & uerbis & operib⁹, timore, colendo, minādo, honorādo retinere studebat, sed nihil horū illi mederi potuit. Quare illo non prætermisso, his mysterijs in memoriā cædis suæ rursum discipulos reuocat, & iter cœnandū de cruce disputat, crebritate p̄dictionis dolorem mitigans discipulorum. Quid.n. pasi non fuissent, si eos ita nō cōfirmasset, qui etiam his oībus præmoniti conturbati sunt? Et comedētibus (inquit) eis, accepit panē, & fregit. Quā ob rē passionis tępore hoc mysteriū tradidit? Vt undique discamus ipsum ueterē etiā legem sanxisse, & oía quæ in illa sunt propter nouam hæc adumbrata fuisse: hac igitur de causa ueritatē figurę adiunxit. Vespera uerò illa adimpletionis tęporum signum erat, & quia iam ad consummationē ipsam
res peruenerūt: Gratias porrò egit, ut nos istrueret E
quo mysterium hoc facere debeamus, & simul ut ostenderet sponte se ad passionē proficisci. Pręterea ut nos doceret oía, quæ patimur, cū actiõe gratiarū esse ferenda, ac bonā nobis spē inde immitteret, atq; foueret. Nā si figura à seruitute liberauit, multò magis ueritas terrarū orbē uindicabit. Ad hæc, ut significaret qđ ad beneficiū naturæ humanæ traderetur, ideo nec ante hoc mysteriū tradidit, sed quando cessare iam legem oportebat. Præcipuā autem solēnitatem eorū dissoluit, ac ad aliā eos mensam horroris plenā conuocans dicit: *Accipite & comedite, hoc est corpus meum, quod pro multis frangetur in remissionē peccatorum.* Quomodo turbati nō fuerūt cùm hoc audissent? quia multa iā, & magna de hoc anteà disseruit. Quapropter nec illud quod iā crebrò perceperāt, cō firmauit: sed passionis causam peccatorū esse remissionē exposuit, & noui testamenti sanguinem uocauit, hoc est, Pollicitationis & promissionis legis nouæ. Hæc.n. rursus pollicitus est, & testamentū nouū F
hoc ipsum confirmat: & quemadmodū uetus pecudes & uitulos habebat, eodē modo nouū dominicū possidet sanguinē. Moriturū se hinc ēt ostēdens, reducatur qđ similiter p sanguinē reuocabitur, atq; fiebat. Causam deinde rursus mortis suę subiecit, dicēs: Qui pro multis effundetur, &c. Deinde ait: *hoc facite in meā cōmemorationem.* Vides qūo ab Iudaicis abducit, & auocat morbus? Nam sicut illud in rememorationem miraculorum, quæ in Aegypto patres uestri uiderunt faciebatis, sic & hoc in meā facite cōmemorationē. Sanguis ille ad primogenitorū salutē fuit effusus, hic i remissionē totius orbis peccatorū. *Hic enim est sanguis meus,* inqt, *qui effundetur in remissionē peccatorū.* Quod dicebat, ut ostēderet passionē & crucē mysteriū esse, & discipulos hinc cōsolaretur. Et quemadmodū Moses, hoc ęternū uobis erit Deu.16.a
memoriale dicebat: sic & ipse, i meā, ait, cōmemorationem, donec ueniā. Hac de causa desiderio desideraui hoc pascha uobiscū comedere, quo uos spiritales faciā. Ipse quoq; bibit ex eo, ne auditis uerbis illis diceret: Quid igitur sanguinē bibimus & carnē comedimus? ac ideo perturbarētur. Nā & quādo prius de his uerba fecit, multi solūmodo pp uerba scandalum passi sunt. Ne igitur tunc id quoq; accideret, primus ipse hoc fecit, ut tranquillo animo ad cōmuni-

G cationē mysteriorū induceret. Quid porrò uet⁹quo
que hoc facere potuit,inqes?Minimè:ideo.n.hoc fa-
cite,dixit,ut ab illo abduceret.Prēterea si remissionē
hoc peccatorū facit,sicuti certè facit,supuacaneū il-
lud oino est.Sed,sicut in ueteri, eodem hic modo in
beneficio reliquit,memoriā mysteriorū colligendo,
&hinc hæreticorū ora frenando. Nā quādo dicūt,
unde patet immolatū Christum fuisse, & alia multa
mysteria:hæc.n.afferentes ora ipsorū consuimus.Si
enim mortus Iesus non est,cuius symbolū ac signū
hoc sacrificiū est? Vides quantum ei studium fuerit,
ut semp memoria teneamus pro nobis ipsum mor-
tuum fuisse.Nam quoniā Marcio, Valentinus,Mani
chæus,eorūq; seguaces negaturi erāt hāc dispēsatio
nem,in memoriā passionis per hoc semper ita redu
cit mysteriū, ut nemo nō insanus seduci possit.Ita p
sacratissimā istam mensam & saluat,& docet:hoc e-
nim caput bonorū oium est. Quare hoc Paulus uo
luit ac repetit,sed tradito iam mysterio . *Non bibam,*
H ait,*de hoc genimine uitis,usque in diem illā,cū illud bibā*
nouū uobiscum in regno patris mei.Nam quoniā de pas
sione ac cruce locutus,& resurrectionis iā meminit,
regnum patris eam appellans. Sed quā ob rem post
resurrectionē comedit, ac bibit?Ne phātasma quod
dā resurrectio à rudioribus putaretur, q certum re-
surrectionis argumentū id esse dicūt. Vnde Apósto-
li quoque manifestandam resurrectionem dicebāt,
Act. 10.f Qui comedimus cū eo,ac bibimus. Vt igitur signan
ter exprimeret,quia uidebūt eum posteaquam darè
resurget,& qa cū eis rursus ita futurus est,ut & reb⁹,
& uisū resurrectioni possint,testimoniū pbere, quo-
usque istud bibā uobiscum,inquit, nouum . Testes
enim uos eritis,quia uidebitis me postquā resurrexe
ro. Nouū autē,hoc est,nouo modo quodā,imo in-
audito atque mirabili: nō enim passibile corpus ha
bēs,sed immortale atque incorruptibile, alimētoq;
non indigens surrexit. Quare, cùm opus non erat,
post resurrectionē comedit & bibit, cū eius corpus
istis nullo modo amplius indigeat,sed ut certiori ar
gumēto resurrectionē firmaret. Sed cuius rei gratia
I non aquam, sed uinū post resurrectionē bibit?Perni
ciosam quādā hæresim radicitus euellere uoluit,eo-
rū q aqua in mysterijs utūtur,ita ut ostēderet, qa &
quando hoc mysterium tradidit,uinū tradidit, & iā
post resurrectionem in nuda mysterij mensa uino
usus est.Ex genimine aūt,ait,uitis, quę certè uinum
non aquam producit. Et *hymno dicto exiuerunt in mō*
tem oliuarum . Audiant oēs qui quasi porci cùm iam
comederint,euersa caicibus mensa temulenti cōsur
gunt,cùm agere gratias debeant, & in hymnū à mē
sa deuenire . Audiatis etiā quicunque ultimam my-
sterij orationē non expectatis, quę illius symbolum
est.Gratias.n.egit antequam discipulis dederat,ut ēt
nos ab actione gratiarum incipiamus . Gratias egit
posteaquam dedit,& hymnū cecinit , ut nos quoq;
similiter faciamus. Quare autem ad montē profici-
scitur,ad locū etiam Iudæ notissimum ? Ne celare se
uideretur,prodire uoluit,quò cū peruenisset,omnes
uos,inquit,scādalizabimini in me : & prophetiā sub
iecit. Zac.13.c. *Scriptum est enim:Percutiam pastorem,& dispergē*
tur oues gregis . His utitur , tum ut re ipsis persuadeat
attendendū semper scripturis esse , tum ut significa-
ret dei se uoluntate crucifigi,ac undiq; non esse alie-
nū à ueteribus se demonstraret,nec aduersariū deo,
quem uetus sequitur testamentum. Et quia oēs pro
phetæ à priscis tēporibus dispensationem hāc futu- K
ram prædicarunt , quare meliorē spem expectādam
esse hortatur.Illud etiā per hanc prophetiam docet,
quales uidelicet ante crucē, quales post mortem di-
scipuli fuerunt. Nam qui nec stare quidē cùm prode
retur potuerunt,robusti postea, & adamāte ualidio
res fuerūt.Hic aūt metus,& fuga discipulorū , mor-
tis eius argumentū est.Nā si tot tātisq; factis , ac di-
ctis impudēter nōnulli asserūt nō fuisse ipsum cruci-
fixū, quid dicere non auderent,si nihil horū accidis-
set?Hac de causa nō ipsa passione solū , uerumetiam
& mysterijs, & discipulorū dispersione uerè se mor-
tuum fuisse declarat, Marcionis morbum his oibus
euertens:ideo etiā ipsum Apostolorum uerticem ne
gare permisit.Si.n.uinctus , crucifixusq; non est,un-
de & Petrus,& cęteri tāto pauore pulsi fugerunt?nō
tamen dimisit eos in mœstitia.Sed qd? *Postquam au-*
tem resurrexero, præcedam uos in Galilæa, &c . Non.n.
statim apparuit, neq; in longā quandam abijt regio
nem,sed in eadē regione, & eisdem penè locis appa-
ret ubi crucifixus est.Vt etiā hinc credi faciat, quia il L
le ipse resurrexerit, qui crucifixus fuit:ita mœrorē eo
rum cōsolatus est.Idcirco autē in Galilæa dixit, ut à
timore Iudęorū liberati,facilius uerbis suis & attēde
rent,& arderent : hac.n.de causa ibi apparuit . *Tunc*
respōdēs Petrus dixit:Et si oēs scandalizati fuerint in te,
ego nunquam scandalizabor. Quid ais Petre?propheta
dixit,qa oues dispergētur,& Christus dictum confir
mauit,& tu negas?Non satis tibi est,quia cū pridem
iā dixeris:Propitius tibi esto, increpatus fuisti?Idcir- Sup.22.d
co igitur permisit ut caderet,ut in omnibus discēret
Christo parēre , uerioraq; dicta istius crederet , quā
sua sibi cōscientia testaretur.Sed & cęteri nō parū à ne
gatione Petri fructus acquisierūt, humana infirmita
te,& dei ueritate percepta.Cum.n.ipse aliquid prædi
xerit,nullus se sapiētiorē putare , nec in alios insurge
re debet.Gloria.n.tua,inqt,in te,non in alio est:cūq;
dicendum esset , opē nobis feras ne scandalizemur,
è contrario nimiū sibi arrogans,inquit:Et si omnes
scandalizati fuerint in te, tamen ego nō scandaliza
bor:quanuis oēs id patiantur: ego tamen solus non M
patiar.Ita hæc res sensim eū ad tetrum, & insolēs cri
men deuehebat,quē reprimere Christus uolēs, quo
niā nec prophetæ,nec sibi obtēperauit,negationem
fieri permisit:idcirco.n.testantem quoq; prophetam
adduxit,ne qd repugnare auderet. Quare Petrus cū
uerbis nō crederet,a rebus ipsis eruditur. Vt aūt cre
das hac de causa permissione diuina Petrū negasse,
Christū audias.Ego inquit,dēpcatus sum pro te , ut
non deficiat fides tua: hoc.n.ut uehemētius eū tan-
geret,dicebat,significās eius casum multò peiorē es
se aliorū casu discipulorū,acideo maiori etiā patro-
cinio indigere.Duplex.n.crimen erat,tum quia repu
gnauit,ac restitit,tū quia cæteris seipsum præposuit,
imo uerò etiā tertiū non paruum crimen eum cōmi
sisse dixerim, quia sibi totū iposuit.His igitur mederi
oibus uolens,cadere illum permisit, ac ideo cæteris
prætermissis ad eū orationem direxit , dicens:Simō Luc.22.d
ecce satanas expetiuit uos, ut cribraret sicut triticū,
id est,tētaret,perturbaret, uexaret.ego autē rogaui
pro te,ut non deficiat fides tua . Cur nam si oēs ex-
petijt, pro omnibus deprecatus non est ? Patet hinc
quando paulò antè dicebā,quia uehementius eū tā
gens, & ostendens multò peiorē eius , quàm aliorū
lapsum esse,ad eū conuertit orationem . Cur autem
non dixit,

A nō dixit,Ego nō dimisi:sed,ego deprecatus sum?Hu
milius iā loquitur ad passione iturus,ut humanita-
tem suā demonstret.Nam qui super confessionem
eius ecclesiā ita fundauit atq; muniuit, ut nullū peri
culū,neque mors ipsa posset eū superare,qui claues
regni cœlorū ei cōcesisit, & totā potestatem ei com-
misit,nec unquā pro illis omnibus oratione indi-
Sup .16.c guerit : quanto minus hac in re indiguisset ? Maxi-
ma quippe authoritate illa dicta,ædificabo sup te
ecclesiā meā:&,dabo tibi claues regni cœlorū. Quo
modo igitur, orare ei opus fuit,ut unius hominis cō
motū animū stabiliret?Quare igitur ita dixit? Pro-
pter causā profectò,quā iā exposuimus , & propter
infirmitatē discipulorū, qui nondum decentē om
nino de ipso exiistimationem habebāt . Quomodo
igitur negauit?Nō dixit quippe non negabis:sed,ut
non deficiat fides tua. Cura.n.ipsius atq; fauore fa-
ctū est,ne oino Petri fides euanesceret:ingens.n.pa-
uor eū inuaserat,& ingens ideo,quoniā diuina pro-
tectione ualde fuit denudatus, qd porrò factum est
B propter arrogantiā, & cōtradicēdi pertinacem du-
ritiā:Ita quoniā & Christo, & prophetę apertissimè
repugnauit, in eū terrorē deuenire permisit,ut radi-
citus ab eo illę passiones euellerētur:adeò enim per
tinax fuit,ut cū Christus ei dixerit: *Amē dico tibi,quo-*
niā hac nocte, antequā cātet gallus, ter me negabis:Non
dubitauerit respōdere:Si oportuerit me mori tecum
Luc.22.e nō te negabo.Lucas uerò ad hoc addit:qa q̄to ma
gis Xps casurū Petrū significabat tantò magis af-
firmabat id se nunq̄ passurū . Quid hoc est ò Petre?
quando unus ex uobis me trader, Christus dicebat:
tūc ne esses ille timebas, & nullius rei cōscius, coge-
bas unū de discipulis interrogare ipsum:nūc uero li
quidissimè ipso clamāte,quia omnes uos in scādalū
incidetis,contradicere audes?neque id semel solum
facis, sed bis & sæpius,ut Lucas asserit, unde id tibi
accidit?Ex multo certè amore, & multa uolūtate .
Nā quoniam à solicitudine illa, quā de proditione
frustraneā cognouit, nimiū sibi ipsi confisus hęc di-
cebat, & in alios insurgebat dices: & si omnes in te
scādalizati fuerint, ego tamē nūquā scandalizabor.
Puto autem ambitione quoque aliqua, & iactantia
C in ea uerba Petrū lapsum fuisse . Nā & in ipsa cœna
quis nā inter eos maior esset ambigebāt, adeo ina-
nis gloriæ passio animos adhuc eorum turbabat:
Christus aūt ab his passionibus eū liberare uolens,
non impellebat ad negationē, absit hoc.n.sed fauo
rem suū ab eo subtraxit,& humanā redarguit natu-
ram.Perspice aūt quo post resurrectionem hinc eru
ditus submissius loquitur:cum.n.dixerat , domine,
Ioā .21.g hic aūt quid?coargutus nihil apponere ausus tacuit:
Actо .1.a cumq; audiuerit,non est uestrū nosse tempora, aut
momenta,non repugnauit. Deinde in cœnaculo &
sindone cum uoce audiuerit,q̄ deus mūdauit,tu no
li communia dicere, quāuis nec quid diceretur,qui-
dem statim intellexerit , quieuit tamen in illo oino
usus consensione:hæc omnia casus ille perfecit . Nā
anteà totum sibi attribuebat,dicens:Et si oēs scan-
dalizati fuerint in te,ego tamē nunq̄ scandalizabor.
Et,si oportuerit me mori tecum,non te negabo:cū
dicere debuisset,si patrocinio tuo iuuabis : è contra
Actо .3.b uerò posteà dicit,Quid nobis attenditis quasi pro-
pria uirtute,uel potestate ipsum ambulare fecerim'?
Magnum profectò dogma hinc discimus , quia ui-
delicet nullo modo hominis uoluntas sufficit , nisi

auxilio superiori roboretur.Et qa nihil lucrari pote- D
rimus superioriori patrocinio,si uoluntas nostra re Exo.11.b
pugnat:quorū alterū Petrus , alterū Iudas cōfirmat:
hic.n.etsi præsidium Christi largum habuerit,tamē
quoniam noluit attendere , nullam inde utilitatem
cōsecutus est:ille uerò, etsi bene animatus fuerat, di
uino tamē subtracto auxilio, stare nō potuit. Quas
ob res uehementer rogo aque obsecro, ne uelitis cū Luc.17.f
ęta ita deo attribuere, ut oscitandum dormiendū q̄
uobis puteris: nec rursus si uigilatis,laboribus rē ue
stris aliquā effici arbitremini . Nam nec desides, atq;
resupinos iacere nos deus uult,ac ideo nōnihil à no
bis petit:nec arrogantia corrūpi, ac ideo totum no-
bis non cōmisit:ita ex utraque parte incōmodo re-
moto,qđ nobis utile ac necessariū,idē operatur:q-
busrationibus uerticem quoq; apostolorū labi per
misit,humiliorē ipsum faciēdo,& ad maiorem pro-
fectò charitatē inducendo . Credamus itaque ubiq;
deo,nec repugnemus ei , etiā si sensui & cogitationi
nostræ absurdū esse uideatur qđ dicit:superet & sen
sum, & rationē nostram quæso ipsius , quod in oi-
bus & præcipuè in mysterijs faciamus,non illa q̄ an
te nos iacent solūmodo aspicientes,sed uerba quoq;
eius tenentes . Nā uerbis eius defraudari non possu-
mus,sensus uerò noster deceptu facillim⁹est.illa fal-
sa esse nō possūt,hic sępius atq; sæpius fallitur, quo-
niā ergo ille dixit , Hoc est corpus meū: nulla tenea- Mar,14.c
mur ambiguitate,sed credamus, & oculis itellectus et Luc.22
id perspiciamus . Nihil.n.sensibile traditum nobis à b.
Christo,sed rebus sensibilibus : oia uerò quæ tradi-
dit,insensibilia sunt:Sic & in baptismo per aquā,quę
res sensibilis est, donū illud cōceditur : quod autem
in ea conficitur,regeneratio,ac renouatio, intelligi-
bile quidem est:nam si tu icorporeus esses,nudè ip-
sa dona incorporea tradidisset tibi : quoniam uerò
corpori coniuncta est aīa tua, in sensibilibus intelli-
genda tibi traduntur.O quot modò dicunt, uellem
formam & speciem eius,uellem uestimenta ipsa,uel
lem calceamēta uidere.Ipsum igitur uides,ipsum tā-
gis,ipsum comedis. Vestimenta eius desideras uide
re,ipse uerò seipsum tibi tradit,nō ut uideas solū, ue
rumetiā ut tangas,& in te habeas.Nemo igitur nau- Exo.12.b
seans accedat. Nam si Iudęi stātes calceati , & bacu- F
los in manibus habētes cū festinatione comedebāt,
quanto magis nobis uigilandū est?Nam illi ab Ac-
gypto in Palæstinā erāt profecturi , ac ideo uiatoris
habitum habebant: tu de terra in cœlū ascēsurus es.
Vigilandum igitur est, non.n.paruum supplicium in
dignè communicantes expectat. Cogita quanta in
dignatiōe aduersus proditorē,aduersus eos qui cru-
cifixerunt ipsum mouearis: & caue ne tu quoq; cor-
poris & sanguinis Xpi reus efficiaris.Illi acerbissimè
trucidarūt,tu post tot tantaq; beneficia fordida sū-
scipis oīa . Non enim sufficit ipsi hominem fieri,fla-
gellis interim cædi: sed nos secū in unam (ut ita di-
cam)massam reducit, neque id fide solū , sed re ipsa
nos corpus suū efficit. Qua igitur re mundiorem es-
se non oportet eū, qui hoc sacrificio participaturus
est:quos radios solares nō deberet excedere manus
illa,q̄,hanc coronā pertractat , os quod igne imple-
tur spiritali , lingua q̄ cruentatur hoc admirabili san-
guine? Veniat in mentem tibi quo sis honore hono
ratus,qua mēsa fruaris.Ea nanq; re nos alimur, quā
angeli uidentes tremūt , nec absque pauore propter
fulgorem,qui inde resilit aspicere possunt, & nos in

G unã cũ illo maſſam reducimur, Chriſti corpus unũ, & caro una. Quis lequetur potentias domini, auditas faciet oẽs laudes eius? quis paſtor unquã membris ſuis oues ſuas nutriuit? Multę matres poſt partũ alijs nutricibus infantes dederunt, qd ipſe facere noluit, ſed proprio corpore nos alit, & ſibi cõiungit atque cõglutinat. Cõlideremus aũt, inquies, licet aperte ad oes pertineat. Nam ſi ad naturam noſtram deſcendit, patet quoniã ad omnes: quòd ſi ad omnes, & ad unũquenque profectò. Sed quomodo nõ omnes inde lucrũ conſecuti ſunt, inquies? Id certè nõ illius cauſa, q maximè hoc optat, accidit: ſed eorũ culpa, qui eum ſuſcipere nolũt. Singulis.n. fidelibus per hoc myſteriũ ſe coniungit: & quos peperit, non alij nutriendos tradit, ſed ipſe ſtudioſiſsimè alit, hac ẽt re tibi perſuadens carnẽ illam tuam aſſumpſiſſe: tanta igitur charitate, atque honore affecti non torpeamus. Nõ uidetis quãta infantes animi alacritate mamillas arripiũt? qua pſsione papillis infigũt labia? Nõ minore cupiditate nos quoq; ad hanc mẽſam, & ad huius calicis ſpiritalẽ accedamus papillam: ĩmo uerò maiore deſiderio quaſi lactẽtes pueri, gratiã ſpiritus ſugamus: unus ſit nobis dolor, una mœſtitia, ſi hoc alimẽto ſpiritali priuamur. Nõ ſunt humanę uirtutis hæc opera, q̃ tunc in illa cœna cõfecit: ipſe nũc quoq; operatur, ipſe pficit, miniſtrorũ nos ordinẽ tenemus: q uerò hæc ſanctificat, & trãſmutat, ipſe eſt, loco aĩo accedat. Cum diſcipulis, inquit, meis facio paſcha: hęc.n. illa, non alia menſa eſt, hæc nulla re minor quàm illa eſt. Non enim illam Chriſtus, hãc homo quiſpiam facit: ſed utrãque ipſe. Hoc eſt illud cœnaculum ubi tunc Chriſtus cum diſcipulis erat, hinc ad mõtẽ Oliuarũ exiuit. Hinc & nos ad manus pauperum exeamus, ibi enim mõs Oliuarum eſt. Oliuę qppe in domo dei plantatæ, multitudo pauperũ eſt: hinc ſtillat illud guttatim oleũ, quo nobis tũc opus oĩno erit: hoc eſt, quod quinque illæ uirgines habebant: hoc eſt, quo alterę carentes & perierũt: hoc nobiſcum habentes progrediamur, & cũ fulgẽtiſsimis lãpadibus ad ſponſum proficiſcamur. Adeat nullus crudelis, nullus immiſericors, nullus ĩpurus quouis modo: hæc tã ad uos, qui communicatis, quàm ad uos qui miniſtratis dicta eſſe uolo. Oportet enim ẽt eadem ad uos dicere, ut magno ſtudio, & diligenti cura dona hæc diſtribuatis. Non parua uobis immi net pœna, ſiquẽ aliqua ĩprobitate teneri ſcientes, ei huius menſæ participationẽ permittatis. Sanguis enim eius ex manibus requiritur ueſtris. Si dux igitur quiſpiam, ſi cõſul ipſe, ſi qui diademate ornatur, indignè adeat: cohibe ac coerce, maiorem tu illo habes poteſtatẽ. Ita ſi limpidiſsimus aq̃ fons ut intactũ gregi ſeruares tibi cõmiſſus eſſet, cum petulcos ſues ac ſordidiſsimos uenire aſpiceres, nõ patereris in fluenta illos inſilire, nec fontẽ ab his perturbari. Nunc uerò cũ nõ aquę, ſed ſanguinis & ſpiritus ſacratiſsimus fons cõmiſſus tibi ſit, ſi peccatis inquinatiſs imos uidebis accedere homines, nõ indignaberis, neq; contriſteris? Et quam ueniã huius cotemptus conſequeris: Idcirco uos deus tãto uoluit honore decorare, ut hęc diligẽtiſsimè diſcernatis. Hęc eſt dignitas ueſtra, hæc ſtabilitas, hęc corona, nõ quia tuuicã induti cãdidiſsimã per eccleſiã ambulatis. Sed unde, inquies, ego illũ, atque illũ qualis cognoſcere poſſum? Nõ de ignotis, ſed de notis hæc diſputo. Dico horribile qd dam, atque tremendum: non eſt ita malum dæmoniacos intus eſſe, ſicut iſtos qui peccatorũ ſordibus pollũtur. Illud enim peſsimum eſt, ſicut Paulus ait, Chriſtum cõculcare, & teſtamenti ſanguinem ducere communẽ, & ſpiritus gratiam contemnere. Multò igitur dęmoniaco peior eſt, q peccati ſibi cõſcius accedit: illi.n. quoniam dæmone uexantur, non puniuntur: qui uerò indignè adeũt, æternis tradentur tormentis. Omnes igitur ſimpliciter pellamus, quos indignè accedere uidemus. Nullus cõmunicet, niſi ex diſcipulis ſit, nullus impuro aĩo, ſicut Iudas panẽ aſſumat, ne ſimilia patiatur. Corpus Chriſti etiã hęc multitudo eſt: quare cauẽdũ tibi eſt, qui hæc myſteria miniſtras, ne dominũ irrites, corpus hoc non purgando, ne acutũ gladium pro cibo præbeas. Sed ſi quidem aliquis ignoratiõe mẽſam adiuerit, nullo timore territus abuice: deũ, non hominem timeas: ſi hominẽ times, ab eo ipſo qnem times, derideberis: ſin uerò deũ, hominib⁹ quoq; uenerabilis eris. Quòd ſi ipſe pellere non audes, mihi dicas, non permittam iſta fieri: animã prius tradam meam, quàm dominicum alicui corpus iudignè, ſanguinẽmque meum effundi potius patiar, quã ſacratiſsimum illum ſangui nem præterquã digno concedam: quòd ſiquis uenerit cũ ſordibus ignoranter, nulla ueſtra culpa eſt. Nã hęc mihi de notis, ac manifeſtis diſputata ſunt, qb⁹ emendatis, citò nobis deus ẽt ignotos notificabit: ſin uerò notos admittemus, qua de cauſa ignotos nobis manifeſtabit? Hęc mihi dicta ſunt, nõ ut coerceamus ſolũ, ſed ut corrigamus, & reducamus, & curam omniũ habeamus: ſic enim & deum nobis propitiũ faciemus, & eos multiplicabimus, qui dignè cõmunicare poſsint, ut tam ueſtri ſtudij ac diligentiæ, quã piæ in alios curæ magna pmia cõſequamur, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, Amẽ.

Homilia. lxxxiiij. ex capite xxvi.

Vnc uenit cũ eis Ieſus in uillã quæ dicitur Gethſemani, & dicit diſcipulis ſuis: Sedete hic, donec uadam illuc, & orem. Et *aſſumpto Petro & duobus filijs Zebedei, cœpit contriſtari & mœſtus eſſe: & dixit eis, Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem, ſuſtinete hic, & uigilate mecũ &c.* Quoniã ipſi ualde ihęrebãt, nec ab eo libẽter ſeparabãtur, idcirco cõſedere ibi iubet, donec abiẽs oraret. Cõſueuerat nãq; ſeorſũ orare: qd faciebat, ut nos erudiret, qetẽ ac trãquillitatẽ in orationibus diligenter appetere. Tres autẽ ſecum accepit, & dicit eis: Triſtis eſt anima mea uſque ad mortẽ. Quam ob rem alios non ſecum accepit? Ne laberentur, & caderent: illos autem ſolos elegit, qui gloriam eius in monte uiderũt, quos tamen etiã dimiſit, & paululum progreſſus orauit, dicens: *Pater, ſi poſsibile eſt, tranſeat a me calix iſte: uerũtamẽ nõ ſicut ego uolo, ſed ſicut tu.* Et *uenit ad eos, & inuenit eos dormiẽtes, & dicit Petro: Ita non potuiſti una hora uigilare mecũ? Vigilate igitur, ut non intretis in tentationẽ. Spũs quidẽ prõptus eſt, caro aũt infirma.* Nõ fruſtra, neq; ociosè ad Petrũ maximè dirigit orationẽ, quanquã & alij ſimiliter dormirẽt: ſed tãgere ipſum acrius ẽt hinc uoluit, ea de cauſa, quã iã ãtè explicauimus. Verũ quoniã & cęteri pariter dixerũt: cũ.n. Petr⁹ dixiſſet, Et ſi oportuerit me mori tecũ, nõ te negabo: ſimiliter, inquit, oẽs diſcipuli dixerunt. Idcirco infirmitatem eorum redarguens, oẽs alloquitur: nam qui mori cum eo uolebant, nec quando cõtriſtabatur quidẽ, contriſtari negligentes potuerunt, ſed uicti à ſomno, ceciderunt. Ipſe uerò intentius orat, adeò ut uel ſudores

A uberius defluxerint. Ea rurſus de cauſa, ne hypocriſis res iſta uideatur. néue poſsit hæretici dicere, qa ſolicitudinẽ & triſtitiã iſtam ſimulauerit, idcirco & ſudores quaſi guttæ ſanguinis defluxerunt, & angelus confortans eũ, & nulla ſigna timoris apparuerunt. Nã nequis ficta hęc audeat uerba dicere, hac de cauſa orat. Eo igitur qd dixit, trãſeat ſi poſsibile eſt, humanitatẽ ſuam oſtẽdit: eo uerò quod, nõ ut ego uolo, ſed ut tu, ſublimẽ admirabilis philoſophiæ uirtutẽ tradidit: cũ exẽplo nos doceat, ẽt natura horrore perculſis, non eſſe mœrentis faciem ſolũmodo, uidere quoq; addidit: nec uerba rurſum amentibus ſuffi ciunt, rem magis q̃rentibus: & rem ergo mœrentis adhibuit, ut uel qui ualde contentioſi & pertinaces ſunt, credere poſsint uerè hoiem factũ, uereq; mortuum fuiſſe. Si.n. cũ & uultus, & uerba, & res mœrorem ſignificauerũt, diſcernitur tamẽ à nonnullis paſſio: quid nam dicerent, ſi iſta nõ eſſent? Vides quot, quantis q̃ diſpẽſationib⁹ ueritatẽ oſtẽdit, cũ his q̃loquitur, tum his q̃ patitur? Venit deinde, ac dicit Petro: Sic nõ potuiſti mecũ una hora uigilare? Omnes
B dormiebãt, & Petrũ coarguit, occultius eũ de his reprehendens q̃ in ſuperioribus. fuerat locutus, ac ideo, Mecũ, non ocioſè adiecit: ſed quaſi diceret, Vigilare mecũ non potuiſti, & mecũ mori poteris? Id ẽt inſinuat, quod ſequitur: Vigilate & orate, ne intretis in tentationẽ. Vides qũo ipſos rurſus ab arrogantia remouet, ac triſtis mentis & humiles eẽ hortatur, deotum attribuentes? & modò ad Petrum, modò cõmuniter ad oẽs uerba dirigit. Et illi quidem dicit: Si
Luc.22.c. mon, Satanas perijt te cribrare, ego uerò deprecatus ſum pro te: cõmuniter aũt oĩbus, orate, nõ intrate in tentationẽ. Ita ubiq; arrogantiam atq; pertinaciã amputat, & magis ſolicitos facit: & ne acrior uideatur, uniuerſa mitigando dicit: Spiritus quidẽ promptus eſt, caro aũt infirma: etſi enim mortem contemnere uolueris, inquit, nõ poteris tamẽ, niſi deus tibi manum porrexerit, cũ carnalis abhorreat ſenſus. *Rurſus autem abiens, orauit dicens: Pater, ſi non poteſt iſtud tranſire à me, fiat uoluntas tua.* Hic oſtẽdit uolũtatẽ ſe dei omnino continere, & ubique uoluntatem dei quærendam, & eligendam eſſe. *Rediit autem, & inuenit eos*
C *dormientes.* Nam præterq̃ quòd nox erat, & intempeſta, oculi ẽt eorũ mœrore grauabantur. *Ipſe autem profectus tertiò idem orauit.* Confirmans hoiem uerè factum fuiſſe: quod enim ſecũdò & tertiò ſit in ſcripturis, maximopere ueritatem oſtẽdit: ueluti & Io-
Ge. 41.d. ſeph ad Pharaonẽ dicebat: Secundò id tibi apparuit ſomniũ ueritatis gratia, ita enim factũ eſt, ut ita credas omnino futurum: hac de cauſa ẽt ipſe nõ ſemel, ſed bis & ter idem orãdo protulit, ut diſpenſatio firmiter crederetur. Cur aũt iterũ ad diſcipulos redijt? Vt eos redargueret, quoniam adeò ſopiti mœſtitia erant, ut neq; præſentiam quidẽ eius ſentirent: nõ tamen redarguit, ſed paululum receſsit, magnã eorum eſſe infirmitatem ſignificans, qui nec increpati quidem uigilare potuerũt: non excitat aũt, nec increpat amplius, ne perterritos magis terreat: ſed recedens orauit, & rediens inquit: *Dormite iam & requieſcite.* Quãuis enim uigilare opus erat, ſignificans tamen, quia nec aſpicere quidem mala ualebãt, ſed fugerẽt præ timore, ac fugarentur: & quia minimè eorũ egeret auxilio, & tradi omnino ipſum oporteret, dormite inquit, & requieſcite. *Ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum.* Oſtendit rurſus diſpenſationis hoc factum fuiſſe, & ſimul aĩos ipſorum erigit, eo quod dixit, tradetur in manus peccatorum, ſignificat enim proteruitatis illorum hoc opus eſſe, non quia ipſe peccato ſit obnoxius. *Surgite eamus, ecce appropinquat qui me tradet.* Ita undiq; ipſos erudit, nõ neceſsitatis, nec infirmitatis, hanc rem fuiſſe, ſed diſpẽſationis cuiuſdam inæſtimabilis: præſciebat.n. eos uenturos, nec ſolũ non fugit, uerũetiã eos iceſsit. *Adhuc enim ipſo loquente, ecce Iudas unus ex duodecim, & cum ipſo turba cum gladijs et fuſtibus, miſsi à principibus ſacerdotum, & ſenioribus populi.* Hæc ſunt ſacerdotum inſtrumẽta, cũ laternis, inquit, & lampadibus egrediuntur. Iudam aũt iterum ex duodecim unum dicere non ueretur. *Qui autem tradebat eum, dedit eis ſignum dicens: Quẽcunque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum.* Prohdolor quantã anima prauitatem ſuſcepit? quibus oculis tunc magiſtrũ aſpexit? quo porrò oſculatus ore eſt? O ſceleratiſsimã mentem, quid cogitauit? quid auſa eſt? quod ſignũ proditionis dedit? Quemcũq; oſculabor, inquit: confidebat.n. in lenitate magiſtri: q̃ res maximè oĩum confundere illũ, & omni priuare uenia ſufficit, quia ita mitem atque
E manſuetum prodebat magiſtrum. Sed cur nã hoc ſignum datum eſt? Quia ſæpius circũuentus ab ipſis, pertranſiuit per medium ipſorum neſciẽtibus ipſis: quod & tunc factũ fuiſſet, niſi ipſe aſſenſiſſet. Et hac re uolens eos erudire, ẽt tunc tenebris oculos eorũ inuoluit. At tunc interrogauit, dicẽs: Quem quæri- *Ioan.18.a*
tis? & quãuis laternas & lampades, & ludam ipſum ſecum haberent, non nouerunt tamẽ, ſed reſponderunt: ieſum. Quibus ipſe: Ego ſum, quem queritis. Et ad Iudam: *Amice, inquit, ad quid uenisti?* Poſtq̃ enim uires patefecerat ſuas, tunc iam permiſit. Lucas aũt oſtendit in ipſa quoq; hora qua traditus eſt, Iudam *Luc.22.e.*
corripuiſſe, dicendo: Iuda, oſculo filium hominis tradis? ac ſi diceret, non te pudet in habitu proditionis uenire? ſed tamen quoniam neq; ſic eum prohibuit, & oſculari dignatus eſt, & ultrò ſe dedit, *tunc immiſerunt in eum manus, & tenuerunt illum.* Ipſa nocte i qua comederunt paſcha, tanta inſania, tantóque furore agitabantur. Nihil tamen omnino potuiſſent, niſi ipſe permiſiſſet. Idcirco Iudas maxima non euitabit ſupplicia, quinimmo multò magis iure uexabi- F
tur, quia omnipotentiæ, humilitatis, lenitatiſque domini tot tantáque habens argumenta, omnem ferã belluam crudelitate ſuperauit. Hæc igitur conſiderantes, auaritiam fugiamus. Auaritia.n. tunc illi furorem immiſit: auaritia oẽs qui ei ſeruiunt, crudeles efficit atq; atroces. Nam ſi propriam auarus ſalutẽ negligit, quid faciet de aliena? Præterea ſic tetra & tyrãnica hæc paſsio eſt, ut uehementiſsimam etiã corporis libidinem nonnunquã ſuperet. Erubeſcẽdum igitur eſt, quia pecuniæ parſimonia à luxuria multi ſe aliquando reſeruarunt: timore aũt Chriſti modeſtè uiuere atq; honeſtè noluerunt. Fugiamus ergo ipſam, fugiamus inquam nũquam enim ceſſabo id pdicans. Cur enim aurum homo accumulas? Cur ſeruitutem hanc maiorẽ, duriorémque tibi conſtituis? Cur fœdiorem tibi carcerẽ paras? Cur maioribus te curis quotidie angis? Puta tuas omnes eſſe, q̃ in metallis ſunt auri uenas, q̃ in ærarijs regum argenti pondera. Quippe ſi hæc omnia tua eſſent, diligẽter ſeruares, neq; unquam utereris. Nam ſi modò his quę habes non uteris, ſed tanquam ab alienis magnopere abſtines, multò diligẽtius ſi plura poſsideres, id cer-

Gtè faceres. Nępe quantò plura posidet auarus, tãto parcior solet fieri. Sed certior sum, inquies, quia hæc mea sunt. Existimatione igitur, nó usu rerũ possessio nẽ di uitiarũ requiris. At inquies, uenerabilior apud hoies sum pecunijs abundãs, & plerisq; timẽdus: immo uerò cunctis diuitibus, pauperibus, laborãtibꝰ, cæterisq; hmõi hominibus facilè contenendus. Vis metui esse atq; terrori, abiice causas, qbus te illi carpere possunt, q huic rei multã dant operã. Nõ audis quid trito prouerbio dicitur? Cẽtũ simul uiros unũ
„ paupere, atq; nudũ spoliare nõ posse. Maxima. n. pau
„ pertatis propugnatione defenditur, quẽ nullus rex, nullus imperator uincere possit: auaro aũt uniuersi facilè possunt obesse, neq; hoies solũ, uerumetiã tineæ, atq; uermes eũ aggrediũtur. Cur dico, tineas & uermes, cũ tempus solũ nulla re addita, suiipsius natura maximè talibus officere possit? Quæ igitur diuitiarũ est uoluptas, tu explices oro. Ego. n. dolores, & mœrores ipsarũ uideo. Sed q sunt, inquies, isti? Cure, insidiæ, delidia, odiũ, timor, perpetua sitis, & mœstitia sempiterna. Nã quẽadmodũ, siquis amans mu
H lierẽ, amplexus uti no possit, extremo dolore crucia tur: hic diuites facultate quã habẽt, si auari sunt, nullo modo se satiare possunt: sed tale sibi accidit, qua-
„ le quidã uir sapiens de Eunuchis dicit: Cupiditas au
„ tẽ Eunuchi uirginitatis aduleścẽtulę floré nititur eri pere. Sicut igitur Eunuchus uirginẽ amplexus ingemiscit, sic oes qui diuitiis inhiant. Qui aũt posset oia perseq, aut exponere, qũo uniuersis fastidio est aua rus, seruis, uicinis, rẽpublicã gerẽtibus, agricolis, atq; inopibꝰ iniuria læsis, uxori pcipuè, atq; liberis, quos nõ ut liberos, sed quasi mãcipia miserrimè solet educare? Sed mille doloris, molestiæ, iræ, ac deniq; derisionis aduersus se argumenta præberet, si cõiter omnibus exibilãdus proponeretur. His igitur tædiis, his fastidijs, his doloribus auariria subiacet: imo uerò multo pluribus. Nemo. n. hæc oratione assequetur, quæ cũ periculo indies experimur. Tu uerò uoluptates modò mihi expone q̃ inde oriantur. Videor, inquit, diues esse, & diuitẽ me oẽs æstimãt. Quæ nam est hæc uoluptas, si pateris inuidiam, solummodo ut puteris? Sed nomen, inquies, maximè habeo. Rectè id dicis, nępe hmõi diuitię nomẽ solũmodo sunt omni re desolatę. Sed lætatur hac æstimatiõe diues, inquis. Eadẽ re lætatur, pro qua sibi ualde dolendũ esset. Quã ob rẽ dolendũ? Quia ipsum inutilẽ, uilẽ, ac timidũ ad oia reddit, in peregrinationẽ proficisci nõ audet, mortẽ multò magis, q̃ alij formidat: pecuniarum potius, q̃ lucis cupidus: hic pulchritudine cœli non delectatur, quia sibi non affert aurũ, nec magnitudine ac motu Solis, quoniã non imittit in domũ suam aureos radios. Sed multi sunt, inquies. q iucundè diuitijs fruuntur, uiuẽtes in delicijs, uentrẽ colentes, uino se replentes, magnificè oia præparantes. Peiores illis modò nominasti, q maximẽ omni ab usu distabãt pecuniarũ. Nã auarus quidẽ cupiditate eris alligatus, saltem ab alijs abstinet uitijs: illi uerò abiectiores multò sunt, cum ad ea q̃ diximus turpissimo aliorũ quoq; uitiorũ dominatu fœdantur, truculentissimis quasi tyrãnis, uentri, uoluptati corporis, cæterisq; uitijs quotidie seruiẽtes: scorta diligenter alentes: cœnas opiparè sumptuosas præparãtes: parasitos, assentatores studiosè colligentes, & ad cupidines, quas natura nõ sustinet, incitantes, mille pp hęc ægritudinibus tam corpus, q̃ animam conficientes. Non. n. ad necessitatẽ, sed ad corruptionẽ corporis, & animæ perditionẽ rebus utuntur: & idẽ faciunt, quemadmodũ in summa corpore ornato diligẽtia, pudeat ad sui ipsius usum pecuniã cõsumere. Quas ob res ille solus uera fruitur uoluptate, ac rerũ suarũ dominus est, qui diuitijs rectè utitur: alii aũt oẽs serui, atq; mancipia sunt: passiones. n. animæ & corporis ægrotationes adaugent. Quæ igitur tranquillitas, aut uoluptas ibi animi est, ubi cõtinua obsessio, bellũ ingens, & tẽpestas uniuersos maris fluctus exuperans uiget? Pecunia quippe si amentẽ hominẽ inuenerit, insanum oĩno facit. si lasciuum, in maiorem impellit luxuriã: pauperibus prædicare audet nullũ esse sapientiæ ac prudentiæ lucrũ. Maxima. n. ignorãtia nõ iniuria tenetur. Nemo quippe captus luminibus, lucis iucunditatẽ cognoscere potest. Salomonẽ dicentẽ audias: tantò sapientem insipienti præstare, quantũ inter lucẽ & tenebras interest. Qua igitur ratione docere poterimus eũ, qui degit in tenebris? Pecuniæ nempe cupiditas tenebra est, qua efficitur, ut aliter, q̃ se habeant res uideantur: sed quẽadmodũ si quis in profundissimis tenebris, aut uas aureum, aut
I lapides pretiosos, aut uestes aureas uideat, dignitatẽ earũ rerũ discernere non potest, pariter certè auarus optimarũ rerum pulchritudinẽ nullo modo pcipit. Depelle igitur huius passionis caliginẽ, & tunc naturã rerũ cognosces, q̃ nusquã sic apertè, ut in paupertate discitur: nusquã ita probè cognoscũtur ea q̃ cũ non sint esse putantur, quemadmodũ in philosophia. Sed ò stultos hoies illos, qui pauperibus maledicũt, dicentes inopia uniuersam perturbari uitam, & dedecore claras nõnunq̃ domos maculari: quod est. n. hoc dedecus, dic quæso? Non est sibi constructus ebore lectulus, nõ argentea uasa: sed samia cuncta sunt, & lignea, ac magna istud gloria & nobilitas domus est. Iterũ. n. secularũ rerũ contẽptus uniuersum sępenumero studiũ, totãq; operam ad curã animæ cõuertit. Quare cũ ab exterioribus nimiũ pẽdere hoiem uideas, tunc de dedecore illius erubescere debes. Nullus. n. habitus, nulla honesta spẽs in diuitum ædibus aspicitur. Nã quãdo uides ligna peripetasmatibꝰ uelata, lectos exornatos argẽto, quasi in theatro, & superba scenarũ pompa: qd hac deformitate deformi fieri põt? Quę igitur domꝰ orchestræ, ac tripudiorũ locis similis est: diuitis ne an pauperis? Diuitis certè: hæc ergo dedecoris plena est. E regione aũt q̃ domus Pauli, aut Abrahæ domini conferri potest, nõne domus inopis? Hæc igitur optima, atq; probatissima est: qd ut melius discas, Zachęi domũ cogitatiõe ingrediaris, & cõsidera, cũ audisset Xp̃m apud eum mansurum, qũo eam ornauit. Non enim curriculo ad uicinos cõtendit, mensas, sedes, subsellia petẽs eburnea, nec extraxit è loculis Laconica q̃dam mensarũ uelamina, sed ornatu Xp̃o gratissimo decorauit. Quis porrò iste? Dimidiũ, inquit, rerum mearũ do pauperibus, & quadruplicata reddo q̃ rapui. Sic & nos, oro, domos nostras exornemus, ut Christũ susc̃ipere mereamur, hæc pulcherrima sunt portarũ uelamina. Hæc in cœlis solũmodo fiunt, ibi texuntur, ibiq; ista sunt, ibi cœlorũ rex habitat. Si uerò aliter ornabis, diabolum & illius cõuocas chorũ. Cæterũ Christus ad Matthæũ quoq; publicanũ diuertit: quid igitur ille fecit? Voluntate prius seipsum ornauit optima, qua sibi persuasit neglectis oĩbus Christum esse sequendum. Sic & Cornelius oratio-

Auarus omnibus inutilis, & fastidio est.

Luc. 39. b

Sup. 9. d

Act. 10. d

A nibus, & eleemosynis domũ suam ornauit. Vnde factum est, ut usq; in hodiernã diẽ fulgẽtissimã habitet regiã. Vilitas. n. & deformitas domus, non à uasis inordinatè proiectis, nõ à neglecto lectulo, nõ à muris fumo decoloratis, sed ab improbitate habitãtiũ cernitur. Quod inde Christus ostẽdit, qa uirtute habitãtis uel uilissimas petere casas nõ dedignatur. Ad improborũ aũt ædes ẽt si aureis cõtegãtur laquearibꝰ, nunq̃ tamen ingreditur. Illa igitur regia rutilãtissima est, in qua dominus oĩum habitat. Hęc uerò q̃is aureis tectis, ingentibusq; colũnis cõstet, cloacis tamẽ, & omni sordicie cõfluentibus riuis similis est, cũ diaboli uasa in ea cõtineãtur. Hæc mihi nõ de diuitibus his, qui ut oportet, impẽdũt: sed de rapacibus, & auaris dicta sunt: hic nullũ studiũ, nulla cura de rebus necessarijs est, sed oĩs opera pro uentre, ac turpitudine cõsumitur, ibi ad rectè philosophandũ oĩa impendũ tur. Quapropter nusquã uidemus Christum in splendidas ædes diuertisse, sed regijs omissis, & molles indutis purpuras posthabitis, publicanorũ casas & piscatorũ eligebat. Quare tu ẽt cum ipsum in domum
B tuã uocare uolueris, eleemosyna, orationibus, suppli cationibus, uigilijs ipsam diligẽter ornato. Hæc Christi regis ornamẽta sunt, illa uerò mãmonę, qui hostis Christi atq; inimicus est: quas ob res nemo ulitate domus erubescat, si his ornamẽtis eã decorat, nemo magnificẽtia ædium sublimis incedat: imo uerò magis erubescat, & altis oĩno contemptis palatijs, humiles eligat casas, ut in hac uita Christũ susc̃ipiat, & in futura æternis ædibus perfruatur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, Amen.

Homilia. lxxxv. ex capite. xxvi.

T ecce unus eorum qui cum Christo erant, extendens manum suam, euaginauit gladium: & cum percussisset seruum pontificis, amputauit auriculã eius dextram. Tunc dicit ei Iesus: Conuerte gladium in locũ suum. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt, &c. Quis nã est iste qui auriculam serui amputa

Ioã. 18. b uit? Petrũ certè fuisse Ioannes testatur, cuius ardẽtissimo animo iure ista res attribuitur. Cæterũ illud quæ rendũ est cuius rei gratia gladios ferebãt? Nõ. n. hinc solum, uerumetiã inde liquidò patet gladios eos ha-
C buisse: quia interrogati respondẽrũt, duos se gladios

Luc. 22. b portare. Sed quã ob rem Christus istud permisit? Lu-

Ibidem. cas sanè ait, quia dixit ad eos, Num quãdo uos absq; pera, calciamentisq; misi, re quapiam caruistis? Cũq; illi nulla, respõdissent: sed modò intulit, qui habet saculum, tollat & peram: & qui nõ habet, uendat uestimentũ eius, & emat gladiũ: tunc illi dixerunt duos se gladios habere. Ad qd Christus, satis esse, respondit. Cur igitur hoc permisit? Vt facilius crederent, qa tradentur: propterea dixit eis, emite gladios, non ut percutiant animat, sed ut p̃dicationem hac re ante oculos poneret. Quare aũt peram etiam addidit? Vt eos eruditet studere ac uigilare multum, quoniam proprio usui studio sint. Nam in principio quidẽ quasi rudes ac teneros uirtute sua fouebat: nũc aũt quasi è nido pullos educens, suis etiam pennis uti hortatur. Deinde ne putent imbecillitate se omissos esse, ac ad suam operam compulsos, ad priorum memoriam reducit, dicens: Num quando misi uos sine sacculo, re quapiam caruistis? ita utrinq; ad agnoscẽdas res eius inducit, tum quia eos protexit, tum quia sensim ac paulisper ad operam suam eos remisit. Sed unde nã ibi gladij sunt inuenti? A cœna & mensa tunc iam exi

uerunt, ubi pp agnum gladios esse oportuit: illi uerò D quoniã audissent uenturos aduersus eũ aliquos esse, quasi magistrũ defensuri secum gladios acceperunt. Quæ res discipulorũ animus solũmodo erat. Propterea Petrus qui gladio usus, cõminatione & quidẽ uehementi reprehẽditur. Vltus. n. seruum magno ardore animi est, quod nõ ad sui, sed ad magistri fecit defensionem: Christus uerò nullũ detrimentũ fieri permisit: confestim. n. illum curauit, & hac magnitudine miraculi & lenitatẽ, & potentiã suam ostendit. Tu uerò discipuli quoq; & amorem pium, & humilitatem considera: alterũ enim ex diligendi feruore, alterũ ex obedientia fecerat. Nã cum audisset, Mitte gladium i uaginam: qd anteà nunq̃ fecit, statim obtemperauit. Alius aũt euangelista dicit, interrogasse discipulos si *Luc. 22.* gladio percutiendũ erat, & Christum nõ solum prohibuisse, uerumetiam percussum sanasse. Sed Petrum acriter, & quidẽ minãdo increpat, ut eum & cæteros simul ab huiusc̃emodi defensione deterreat. *Omnes enim qui gladium acceperint, gladio morientur.* & adiecit, *An putas, quoniam non possum rogare patrem meum, &* E *exhibebit mihi plus quàm duodenas legiones angelorum?* *Sed ut impleantur scripturæ.* His rõnibus feruentes animos eorum restinxit, maximè cum ostendat iam ita prędictũ esse à scripturis. Vnde superius quoque orabat, ut cũ audirent uoluntatẽ hanc esse dei, mitiori animo ferrent. Ita duobus consolatus eos est: eorũ qui sunt insidiati supplicio, (Omnes enim qui acceperint gladiũ, inquit, gladio morientur) & quia sponte sua hęc sufferat. Possum enim auxilium, ait, à patre habere si uolo. Cur autem nõ dixit, an putatis, quia non possum oẽs hos perdere? Quia nondũ decentẽ, atq; constantẽ de ipso fidem habent, credibilius illis hoc erat, præsertim cũ paulò antè dixerit: Tristis est anima mea usq; ad mortem: &, Pater, trãseat à me calix iste. Et ad hęc sudor quidem, & labor animi apparuit, & ab angelo confirmatus fuit. Quoniam igitur multa humanitati cõuenientia fecerat, si se illos perdere posse dixisset, nõ fuisset uerisimile. Ideo an putatis, inquit, non posse me impetrare à patre meo? & id ipsum humiliter profert, dicẽs: Et exhibebit mihi duo *4. Reg. 7.* decim legiones angelorum. Etenim si unus angelus *19. g* centum octogintaquinq; armatorum hominũ mil- F lia interfecit, quid facerent duodecim legiones angelorum? Ita ad imbecillitatem, atq; timorem eorũ qui metu iam semimortui erant, orationem accommodauit, & authoritate scripturarum muniuit. *Quomodo igitur implebuntur scripturæ?* Sic eos ab omni defensione deterret. Nam si scripturis quoq; ita uidetur, quid uos repugnatis? Et hoc quidem ad discipulos, ad illos autem ait, *Tanquam ad latronem existis cum gladijs & fustibus comprehendere me: quotidie in templo sedebã docens, & non tenuistis me.* Recensẽ quot modis eos exusc̃itet. Supinos eos proiecit, aurẽ seruo restituit, interitum eis comminatus est, ut gladio morientur qui gladium accipiunt, quod futurum præsenti miraculo confirmauit. Sic undique & à præsẽtibus, & à futuris potẽtiam suam ostẽdit, ut nulla ui detentus esse uideatur: & ideo subiecit, Quotidie uobiscũ erã, & sedebam docens, & non tenuistis me. Hinc ostendit permissione sua illud uoluisse: miraculis autem prætermissis, de doctrina mentionem facit, ne iacta re se uideretur: docentem me non tenuistis, inquit, silentẽ aggressi estis: in tẽplo eram, & nemo manum in me iniecit, modò nocte concubia cũ gladiis & fu-

G stibus irruistis: qd opus aduersus me his armis fuit? His omnibus manifestū facit, quia nisi ultrò seipsum tradidisset, nihil etiam tūc ipsi potuissent. Si enim inter eos erat, & capere uolentes nūquā potuerunt, neque tūc quidē uoluit ambigere, id quoque soluit, dicens: *Hoc factū est, ut scripturæ impleantur*. Vides quo semper etiam in ipsa proditionis hora, ad emēdationem eorum omnia faciebat, sanando, prædicando, terrendo (gladio enim peribunt) sponte se ad passionem uenire ostendendo? Quotidie nanque uobiscū eram docens, & non tenuistis me: concordem se patri significando, ut prophetarū scripturæ adimpleātur. Cur autē in templo ipsum non tenuerunt? Non fuissent ausi propter turbas. Quam ob rem ēt exiuit à loco, & opportunitatem tēporis illis protestatē concedens, & excusationem eorū undiq; succidens. Nā qui se ipsum tradidit, ut scripturas impleret: quomodo aduersus deū patrem docebat? *Tunc discipuli omnes, dimisso ipso, fugā ceperunt*. Quādo uerò hæc ad turbā locutus est, tunc in pedes se omnes dedere, nullā iā uidētes eius defensionē, qui ultrò se traderet, ac di
H ceret secundū scripturas ista fieri. Sed discipuli quidē fugiunt, illi uerò Iesum ad Caiphā ducunt. *Petrus aūt sequebatur, & introiuit uidere finē*. Ingens huius discipuli ardor fuit, qui nec cæteris quidē fugientibus territus est, sed secutus etiā introiuit. Nam & si Ioannes quoq; id fecerat, sed tamen notus erat pontifici. Cur
Ioan.18.c aūt ipsum eò duxerunt? Ibi omnes erant cōgregati, & omni cōsilio pōtificum res gerebatur. Idcirco ad eū omnes conueniunt, qui illo anno summū pontificiū obtinebat, ubi pernoctarunt uigilantes, adeò ut pascha ea nocte comedere neglexerint. Mane aūt fa
Ibidem.e cto nō intrarunt in prætoriū, ut Ioānes inquit, ut nō cōtaminarentur, sed ut māducarēt pascha. Vnde liqdò patet, cupiditate interficiendi Christū prævaricatos fuisse, ac alia die pascha comedisse. Non.n. Christus, sed illi audacissimi homines, & mille transgrediētes legis præcepta, quoniā ita inflāmati erant, & sæpe conati capere ipsum nihil facere potuerūt, ex inspero to nacti qd cupiebāt, tēpus paschæ trāsposuerunt, ut ardētes cæde animos eorū explerēt: propterea congregantur oēs, & cōsiliū iam pestilens erat. Et nōnul
I la more iudicis quærunt, ut habitum iudicij, atque figurā insidijs ponerent. Nō enim conueniebant testimonia, sed tumultus, atq; turbationis omnia plena erant, adeò ut apertè fictum pateret esse iudiciū. *Venerunt autem falsi testes dicentes, iste dixit: Soluite templum hoc, & in tribus diebus erigam ipsum*. In tribus dixit certè diebus, sed nō, soluo: sed, soluite. Nec de illo templo, sed de corpore suo dicebat. Quid igitur pontifex fecit, ut ad respōdendū cōpelleret, unde capi ipsum arbitrabatur? *Non audis*, inquit, *quid isti testantur aduersus te*? Iesus aūt quia nullum uidebat excusationi locū, tacebat: figura.n. ibi duntaxat iudicij erat, reaūt ipsa latronū impe. u : : pontifex igitur perseuerabat dicens: *Adiuro te per deum uiuum, ut nobis dicas, si tu es Christus filius dei uiui. ipse uerò respōdit, Tu dixisti: ueruntamen dico uobis, amodo uidebitis filium hominis sedentem a dextris uirtutis dei, & uenientem in nubibus. Tunc princeps sacerdotū scidit uestimenta sua dicens, Blasphemauit*. Quod ait, ut atrocius dictum Christi uideretur, & atrocior accusatio fieret. Nam quoniam audientes perterriti fuerāt: sicut in Stephano postea fe
Act.7.g cerunt, aures obstruentes: simile quid hic à pōtifice factum est. Sed quæ nam erat ista blasphemia? Nam congregatis ipsis alibi istud proposuit: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis: qd latius ab eo exponi audientes, nihil audere ausi, & tunc tacuerunt, & nihil posteà ipsi contradixerunt. Quo igitur blasphemiā nunc istud appellabant? Cuius ēt rei gratia Christus hoc eis responsum dedit? Vt oēm eorū tolleret excusationem. Idcirco ad extremā usq; diem apertè seipsum Christū esse dicebat, qui à dextris sedeat patris, quiq; rursus ad iudicandū orbem uenturus sit: quæ res magnā eius concordiā ad patrem significat. Vestimentis ergo conscisis, cæteros interrogat, dicens: *Quid uobis uidetur*? Noluit à seipso sniam proferre, sed quasi manifestissimo peccato, & blasphemia patēte, ab illis eā elicere uoluit. Non.n. ignorabat si res in cognitionē & examinationem ueniret exquisitā, ab omni eū crimine liberari, ac ideo apud seipsos condēnari studebat, & auditores præoccupabat, dicens: *Vos ipsi blasphemiam audistis*. hæc dixit, urgens quasi atq; impellens aduersus eū sniam proferre. Quid igitur illi? *Reus est mortis*. Condemnatū enim iam à se ad Pilatum ducere uolebant, ut facilius ipsum quoq; ad condēnandum impellerent, cuius rei
L oēs consiij una uoce respondēt, reus est mortis: sic ipsi accusabant, ipsi disceptabant, ipsi sniam ferebāt, omnium officia tunc ipsi occuparunt. Quo autem sabbata in medium non proposuerunt? Quia sæpius ora eorum frenauit, ex his q tunc facta fuerant condēnare ipsum cupiebant, & ad ea peruenit pontifex, ut omnibus scisione uestis ad se attentius attractis, snia iam ab ipsis prolata, tanq; condemnatum ad Pilatum ducant: Ita callidè, atq; malitiosè cuncta gere *Ioan.18.i* bant: nihil certè tale apud Pilatum dicunt: sed quomodo? Nisi malefactor hic esset, non utiq; tibi tradidissemus eum: ita publicis criminibus interimere ipsum studebant. Cur aūt occultius nō interfecerunt? Malam de Christo existimationē suscitare uolebant. Quia igitur multi audiuerūt eū, & admirabantur uehementer, atq; stupebant tam de signis, q̄ de doctrina: idcirco dederūt operā, ut publicè necaretur. Christus uerò nō prohibuit, sed in ueritatis affirmationē proteruitate illorū usus est. Manifesta.n. mortе ipsius oībus facta, contrarius est consecutus euentus q̄ illi optabant. Illi enim ad dedecus ipsius publicè eū necarunt, ipse aūt summa hinc gloria perfulsit. Et quē
M modum dicebant: Occidamus ipsum, ne Romani *Ioan.11.f* ueniant, & ciuitatē nobis atq; gentē eripiant: quo interfecto, illud maximè passi: eodem nūc pacto publicè crucifixerunt, ut magna infamia notarent: euenit aūt oino contrarium. Potestatē aūt habuisse illos pseipsos interficere, Pilatus declarauit dicens: Accipite *Ioan.18.f* eū uos, & secundū legem uestrā iudicate ipsum. Voluerunt aūt, ut tanq; iniquus, tanq; tyrannus, tanq; factiosus turpissima uideretur morte necatus. Qua de re latrones quoq; simul cū eo crucifixerunt, & ad Pi
Ibid.19.d latū dicebant: Non scribe regē hunc esse Iudæorum, sed quia dixit regem se esse. quæ omnia ita pro ueritate faciunt, ut nec umbram quidē excusationis impudentissimi Iudæi habeant: imo custodia, & signacula sepulturæ, magnū splendorem ueritati addiderunt, idem ēt conuicia, & contumeliæ fecerunt. Huiusmodi certè res falsitas est, ut his rationibus dissoluatur, quibus tetendit insidias: quod illis accidisse uidemus. Nā cum uicisse iam putarent, tunc maximè ea re, qua putabant uicisse, in summum dedecus impulsi perierunt: quibus aūt uictus uisus est, hinc ma-

A ximè refulsit, & mirabili est potitus uictoria. Nō queramus igitur ubiq; uictoriam, nec semper superari ueramur. Est.n. quādo uictoria detrimentū, offensio uerò emolumentū adducit. Etenim in ira qui ualde cōtumeliatus alium est, superasse uidetur, cū reuera ipse maximè à turpi hac perturbatione uictus nō parum sibi ipsi nocuerit. Qui aūt magno aio tulit iniuriam, hic profectò & quidē cum laude superauit. Ille nanq; nec suā quidem ægritudinē compressit, hic ēt alienam extinxit: & ille suo morbo superatus est, hic etiam alienū curauit: nec solū ipse inflāmatus nō est, uerūetiam ingentē alterius flāmam extinxit. Quòd si apparentem hanc, & nō ueram uictoriam consequi uoluisset, & ipse uictus iacuisset, & aduersariū magis incendisset: sic turpiter ac miserabiliter, quemadmodum mulierculæ ab ira exagitatæ ambo iacent. Nūc uerò & huius dedecoris expers est, q philosophatur, & præclarum tam sibi, q̄ proximo de iracundia trophæum cōstituit. Nō igitur ubiq; uictoria quærenda
B est. Qui.n. lædit, superare læsum uidetur: sed pernicio sa sibi uictoria superat. Læsus autē si magno animo perfert iniuriam, q̄q̄ uictus uideatur: coronā tamen splendidam adeptus est. Sæpenumero ergo uinci q̄ uincere præstantius est: optimus profecto iste uictoriæ modus est. Nam siue quis rapiat, siue percutiat, siue inuideat: qui suffert, & nō cominus aggreditur, ille pulcherrimus uictor est. Cur rapinā, & inuidiam dico, cum ēt qui ad martyrium traditur cæsus, laceratus, iugulatus q; hoc pacto deniq; superat? Et qdē in bellis ostēsio prælij est, si miles occiderit. Hęc apud nos clarissima est uictoria, nullibi certè malè agētes, & ubiq; mala sufferentes superamus: illa fulgētissima uictoria est, qua inferentē patiendo superasti. Cumq; oppressam exteriori uictoriæ naturā habeat, qd maximæ uirtutis argumentū est, à deo esse demonstratur. Sic scopuli fluctibus cæsi facilè ipsos dissoluunt, sic sancti oēs præconio præclaro coronati, præclara trophæa statuerunt, hanc uictoriam laboris expertē consecuti. Nō enim luctari te, aut laborare oportet, deus eas tibi uires cōcessit, ut non conser.ione manuum, sed patientia uincas. Nō ex eas igitur in prælij, & uicisti: nō collucteris, & coronatus es, multò tu pC stātior & fortior aduersario es. Tu teipsum dedecoras: noli cōmittere, ut ille possit dicere, uix à te in prælio superatū fuisse: sed fac ut inexpugnabilē hanc uirtutem adiuretur, & stupeat, prædicetq; abs te sine prælio uictū fuisse. Sic beatus ille Ioseph, qui magno ānimo iniurias tulit, ubiq; ut uictor prędicatur. Nam
Gene.37. & seq. & fratres, & Aegyptiam illam mulierem insidiantes, æquo animo ferendo superauit. Noli mihi carceres, ubi uinctus fuit, nec regiam ubi mulier illa uersabatur domū obiectare: sed uictū mihi, atq; uictorē ostē de, & qui uoluptate, qui in mœrore uiuebat, patefacias. Illa nec iustū illum uirum, nec cupiditatem propriam superauit: hic & mulierē repulit, & à difficillimo captus morbo non est. Et si uis, uerba mulieris audiamus, ut à superato penitus, atq; prostrato animo proferri uideas. Adduxisti nobis huc, inquit, pue
Gene.39. c.d rum Hebræum illudere nobis. Nō ille ò misera, atq; iniquissima, sed diabolus tibi illusit, qa persuasit posse adamantinū abs te animum infringi. Nō adduxit tibi maritus Hebræum insidiantem puerum, sed callidissimus dæmon, qui in illicitam te impulit cupidinem. Quid aūt Ioseph? tacet oino, & sic condēnatur, uelut & Christus. Figura enim illa Christi fuerāt. Sed erat ille, inquies, in uinculis, hęc in regia spatiabatur. D Et quid est hoc? nónne illa splendida fuit, coronatus etiam hic, cū in carcere uinctus iacere uideretur? Hęc autē omnino uincto miserior, q̄q̄ in regali thalamo uersabatur: sed non hinc solū, uerūetiam ab exitu rerum uictoriā aspicere licet. Quis enim quod uoluit, nactus est? ille uinctus profectò, non hæc regia mulier. Nam ille castimoniam studuit cōseruare, hæc castum illius animum corrumpere. Quis igitur uoluntatem adimpleuit suam? Ille qui passus æquo animo iniuriam est, aut hęc quę iniquissimè intulit? Ille proculdubio, ille igitur clarissima fuit potitus uictoria: q̄ omnia non ignorantes, hanc uictoriā quæ à patientia originem trahit, totis uiribus persequamur: illam diligentissimè fugiamus, quę ab inferenda iniuria nascitur. Sic enim & præsentem uitam quietè atq; tranquillè peragemus, & futuram cōsequemur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, Amen.

Homilia. lxxxvi. ex cap. xxvi.

Vnc spuerunt in faciem eius, & colaphis eum cæ
t *derunt. Alij autē palmas in faciem eius dederūt, dicentes: Prophetiza nobis Christe, quis est qui te* E
percussit? &c. Quā ob rem hæc faciebant, cū occisuri eum essent? Quid.n. huiusmodi illusione opus erat? Crudeles eorū mores in oībus ostendunt, qui quasi uenatores fera inuenta, sic uiolentia & furore ferebantur, solēnitatē habere credentes, & ingenti cū uoluptate insilientes. Tu autē sublimem discipulorum philosophiam admirare, qui adeò exquisitè ista cōcperunt, ut quanti facerēt ueritatem, facilè appareat: cum ea quæ turpissima uidentur, ad unguem exposuerunt, nihil celantes, nec erubescētes, sed eximiam putātes gloriam: & profectò eximia est, quòd dominus orbis talia pro nobis pati uoluerit: q̄ res & ineffabilem erga nos charitatē, proteruitatēq; eorum nulla uenia dignā ante oculos ponit. Quippe aduersus mitissimū illum, atq; lenissimum, qui uel quando cædebatur, ea uerba dicebat, quibus ēt leonē in agnū redigere posset, tantam crudelitatem ostendebant: sed ut ipse nihil lenitatis prætermisit, sic ipsi nihil contumeliæ, nihil impietatis: sed tam uerbis, q̄ factis explere furorē suū conabantur: quæ omnia Esaias ille prædixit, qui paucissimis uerbis oēm hanc contume F liam multò antè aperuit. Quemadmodum, inquit, *Esa.52.d* obstupescēt super te multi, sic inglorius erit inter uiros aspectus tuus, & forma tua inter filios hominū. Quid enim illi contumeliæ potest exæquari? In faciē illam, quam fluctus maris reueriti sunt, quam sol in *Luc.8.d* cruce uiuendo radios occuluit, spuebant, cędebant, *Ibid.23.f* caput percutiebant, abundè animos suos explentes, & uulnera cōtumeliosissima inferētes, quibus spuendi contemptum addere non uerebantur. Verba rursus derisionis plena proferebant, Prophetiza nobis Christe dicentes, quis est qui te percussit? Sic illudebant, prophetam ipsum appellantes. Alius aūt euan- *Luc.22.g* gelista dicit, quia uelamine sua facie adoperta hęc faciebant, quasi quendam infamem & nullius rei hominem, non liberi solum, uerūetiam serui deludentes. Sæpius oro hæc attentè audiamus, hæc in cordibus nostris conscribamus: hæc enim pulcherrima, & gloriosissima sunt: i his ego summopere glorior, nec minus me hi sui dolores sublimem efferunt, quàm mille mortui quos excitauit. Hæc & Paulus item & item uoluit atq; reuoluit, crucem, mortem, passiones, conuicia, iniurias, contumelias: & modò qui-

Gdem ait, Exeamus ad ipsum opprobriū eius ferētes:
Heb.13.b modò aūt Qui pro gaudio sibi proposito crucē su
Ibid.12.a stinuit ignominiā contemnens. *Petrus aūt sedebat in atrio foris, & accessit ad eum una ancilla, dicēs: Et tu eras cum Iesu Galileo. Ipse aūt negauit coràm omnibus, dicens: Nescio quid dicis. Egresso aūt illo ad portā, uidit eum alia ancilla, & dicit: Et hic erat cum Iesu Nazareno. Et rursus negauit cū iuramēto. Post paululū aūt cū accessissēt, qui stabant dixerūt* Petro: Verè et tu ex eis es, etenim loquela tua te manifestū facit. *Tūc cœpit anathematizare, quia nō nouisset hominē, & continuò gallus cātauit. Et recordatus est* Petrus uerbi Iesu, *qd dixerat: Prius quā gallus cātauerit, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amarè.* O res nouas, & mirabiles: quādo capi magistrū uidit adeò efferbuit, ut stricto gladio seruū percusserit: quādo aūt magis indignari, inflammari, succēdiq; debebat, tot tātaq; opprobria uidēdo atq; audiēdo, tūc abnegauit. Quis.n. indignatione nō insaniret nefandissima illorū facta cōspiciēs? pauore tamē ille omnino superatus, non modo nō indignatur: sed pernegat, ac miserae uilisq; puellae uerba ferre nō potest: nec semel mo
H dò, nec secundò, sed ēt tertiò negat, & hoc in breuissimo tempore, nec corā iudicibus: foris enim erat. Sedebat enim, inquit, in aula foris, & cū in portam exisset, eū aggrediuntur, nec lapsum suum ipse anteà
Luc.22.f sensit, ut Lucas dicit, quā in eum Christus respexisset. Ita nō solū negauit, sed etiam quanuis gallus cantasset: casum suū tamen à seipso nō sensit: sed magistri
Mar.14.g admonitione indiguit. Cuius inspectio uox illi facta est. Marcus ait, cū semel Petrus negasset: tunc primò gallum cantasse: cum uerò tertiò illum, tunc gallum secundò. Ita exquisitè solus explicauit, & piam magistri ad discipulum curam, & imbecillitatem Petri, & quòd formidine motus uix seipsum cognoscebat:
Marcus Petri discipulus, didicit ab eo, qd scripsit. hæc ab ipso magistro Marcus didicit: discipulus.n. Petri fuit: unde maximè ipsum admirari debemus, quia non solum magistri delictum non occultauit, sed exquisitius etiam, quàm cæteri hoc ipso, quia discipulus erat, cōscribere potuit. Quomodo igitur cū Matthæus dicat, antequam gallus cantet, ter me negabis: cum tertiò negasset, secundò gallus cantauit, ut Marcus scripsit? & quo hæc uera & consona esse
I possunt? Valde ista certè uera, & sibiipsis cōueniētia sunt. Nam quoniam in una uice ter & quater gallus cantare assuetum: significare uoluit Marcus, quia nec uoce quidem galli in memoriā addūctus est, nec se à negatione retinuit: utrunq; igitur uerum est. Nam antequàm unam cātandi uicem gallus absoluisset, ter negauit. A Xpo aūt in memoriā delicti redactus, ne lachrymis proderetur, nō est palàm ausus, sed exiuit foras, & fleuit amare. *Factò autem die ducunt Iesum à Caipha ad Pilatum.* Nam quoniā interficere ipsum statuerunt, & propter diem festum non poterant, ad Pilatum eum ducunt. Tu uero considera quomodo res ita compulsa est, ut in die festo ageretur. Quippe ita ia à priscis temporibus fuerat figuris significatū.
Caput XXVIII. *Tunc uidens Iudas, qui tradidit eum quòd condemnatus esset, pœnitentia ductus, sreтulit triginta argenteos.* Hoc tā Iudæ, quàm pontificum culpam exauget: illius non, quia eum pœnituit, sed quia tardè pœnituit, & seipsum condemnauit, cōfessus à se factam esse traditionem. Horum autem quia cum possent mutare propositum, perseuerarunt pertinaces, nulla pœnitendi cogitatione compuncti. Tu uerò cogita, quando illum pœnituit, quando ad exitum scelus iam omnino peruenit. Talis nempe diabolus est, ut non di- K
mittat hominem, nisi negligat ante ultimum effectum magnitudinem peccati præuidere, ut pœnitētia ductus, à peccato resiliat. Tā multis enim admonitionibus Christi nihil flexus, cum uerò in ultimum iā effectū res uenit: tunc pœnitentia ducitur, neque tunc utiliter, & ut oportebat. Nam quoniam quidē condemnauit seipsum, & argenteos proiecit, nec Iudæos ueritus fuerat, omnia hęc laudabilia sunt: qd uerò seipsum suffocauit, id ab omni uenia remotum, pernicioſum fuit consiliū dæmonis: præripuit n. eū antequam pœniteret, ut pœnitentiæ fructum amitteret, & extrema morte cunctisq; manifesta, suspensus periit. Ita undique considera magnum ueritatis splendorem conflari ex his rebus, quas aduersarii agunt uel patiuntur. Ipsum enim mortis genus, quo proditor periit, eorum ora qui Christum dānauerunt profectò confusit, nec sinit ut umbrā saltē excusationis inueniāt. Quid enim dicere possunt, si talem aduersus se proditor sententiam protulisse inuenitur? Sed uideamus etiam, cū argenteos principibus sacerdotū retulit, quib⁹ utitur uerbis. *Peccaui, tradēs* L
sanguinē iustū. at illi dixerunt, quid ad nos? tu uidebis. Et proiectis argenteis in templo, recessit. Et abiens laqueo se suspendit. Nec.n. potuit acerbos conscientiæ stimulos, & flagella perferre. Similiter aūt & Iudæi faciunt. Nam cum debuissent istis cōmoueri, pertinacissimè tamē perstiterunt, quousq; ad exitum & effectū peccati peruenerunt. Nā peccatum quidem illius, quod erat proditio, ad extremū modò uenerat, illorū uerò nondū. Cum aūt etiā illi scelus perfecerunt, & crucifixerunt ipsum, tūc conturbantur modò dicētes:
Ioan.xix Noli scribere hunc Iudæorū esse regem. Quid enim timetis? cur turbamini, corpore iā exanimo in cruce suspenso? modò diligēter custodiūt, dicētes: *Ne fortè discipuli suffurētur, & dicāt à mortuis cū resurrexisse, & erit error ultimus peior priore.* At certè si dicent, nisi res uera fuerit, facilè redarguitur, Sed qūo furētur, q nec stare quidē potuerunt, cum caperetur, quorum caput & uertex puellæ uerba nō ferens, tertiò ipsum negauit? Sed, ut diximus, cogitationū turbine ferebantur: grauiter.n. se cōmisisse non ignorabant, qd inde patet, qa dicebāt ad Iudā, Tu uidebis. Audite ista, au M
dite inquā auari, uersate aio, qd ille passus fuit. Nam & pecuniā amisit, & scelus admisit, & animā pdidit. Hæc atrox auaritiæ tyrannis facere solet. Nō est argē to, nec hac usus uita, nō fruetur futura, uniuersa simul amisit: prauaq; uel apud eos qbus tradidit, æstimatione de se susčitata, laqueo demū gulā fregit. Sed ut dicebā, nō anteq̄ rē perficiant, nōnulli inspiciunt: uideo.n. ēt illos nolle interea, quantam rē auderent aspicere, sed dicentes, Tu uidebis: quę res culpam eorum maiorem reddit. Apertè nāque audacissimæ iniquitatis testātes passione se ferri, & nolle à perperàm cœptis desistere, ostendunt, ficto ignorantię uelamine stultè se adoperientes. Nam si post crucē & mortē ipsius istud dixissent, quanuis neque tunc rectè dici poterat, nō tamen adeò illos condemnaret: nunc aūt cum adhuc in potestate uestra sit, & positis ab hac uos abducere cæde, quomodo hæc dicere potestis? Hæc excusatio uestra multò magis accusat. Quonā pacto? quia totū ad proditorē crimen refertis, cū positis ipsi huius sanguinis expertes esse: uos autem pertinacissimè ad peiora progredientes, crucem proditioni addidistis. Quid enim tenuit, cum

A illi dictū sit, Tu uidebis: à prauo proposito desistere: sed cōtrarium oīno faciūt, interitum inferētes, & ubiq; tā nequiter agētes, ut in pœnas ineuitabiles se cōiecerint: sic & paulò post à Pilato eis potestate cōmissa, latronē maluerūt quàm Iesum eligere: & latronem quidē manifestis criminibus inquinatū tāquā innocentē complectuntur: Christū uerò qui nō modò nihil criminis unquā fecit, sed plurimis etiam acmaximis beneficijs illos affecit, interfecerūt. Quid autem Iudas? Postquā uidit inutilem se laborem perferre, quia nollēt illi argēteos accipere, proiecta in templo pecunia abijt, & gulā laqueo fregit: *Principes autē sacerdotum proiectos argenteos capientes, dixerunt: Non licet mittere in Corbonā eos, quoniā pretium sanguinis est: & cōsilio inito, emerūt ex eis agrū figuli in sepulturā peregrinorum. Ideo uocatus est ager ille, ager sanguinis usq; ad*
Zach.11.c *hodiernū diē. Tūc impletū est quod dictū est per Hieremiā prophetā, dicentē: Et receperūt triginta argēteos pretiū appretiati, & dederūt eos in agrū figuli, sicut dominus mihi cōstituit.* Video rursus propria eos cōscientia condēnari: quoniam.n. non ignorabant iniquè se hominis
B cædem cōmisisse, noluerunt in Corbonam pecuniā deponere, sed agrum in peregrinorū sepulturā emerūt: q̄ res proditionis aduersus illos testimoniū est. Nomen.n. tuillę inditū omni clarius tuba scelerata eorum prædicat cædem: nec simpliciter, sed cōcilio congregato id factum. Et in omnibus procedūt, ne aliqs ab hoc crimine innocēs sit, sed oēs simul hac magnitudine peccati premantur. Hęc autē multis seculis antea prophetia pdixit. Perspicis, nō ipsos solū, uerū & prophetas turpissima opprobria exquisitè narrasse, & undiq; magna uoce passionem pdicari. Sed Iudæi amētia cōuoluti, hoc modo fecerunt. Si.n. in Corbonam pecuniam immisissent, nō ita manifesta res facta esset: nūc uerò uilla empta, ēt posterioribus rem uniuersam prodiderūt. Audiatis quicūq; animæ hominis ptium capientes, beneficium posteà ex cæde cōfertis. Iudaica huiusmodi eleemosyna est, imo uerò diabolica. Sunt.n. sunt inquam etiam nunc qui alienis direptis excusatos se à toto crimine putant, si
Malac.2.c aliquā partem pauperibus dederint, de qbus ait propheta: Altare meū lachrymis uelastis. Non uult certè Christus rapina nutriri, ingratissima hęc sibi sunt alimēta. Quid ita tu dominum cōtemnis, ut res immundas offerre audeas? melius est cōmittere, ut inedia tabescat, q̄ huiusmodi alimento sustētare. Alterū nēpe crudelitatis simul & cōtumeliæ: & meli? est nihil omnino dare, q̄ rem aliorum alijs cōcedere. Dic quæso,
C si duos quosdam uideres, alterū omnino nudum, alterum indutum: nullāmne iniuriā faceres, si uestitū spoliares, ut nudum indueres? immo uerò maximā. Quòd si re integra cōcessa, nō eleemosyna usus es, sed iniuriam cōmisisti, cū nec tricesimam partem rapтarum rerum dederis, & eleemosynam rem appelles, quo supplicio non uexaberis? Si.n. accusabūtur, qui claudicantes offerebant animantes, cū tu peiora facias, qūo ueniam impetrabis? Nam si etiam ipsi à quo abstulit fur rem reddiderit, adhuc iniuriæ adeò reus est, ut uix additiōe quadruplici crimen psoluat, & hæc in ueteri testamēto solū munitus: sed noua ēt gratia renouata, considera quantum in caput suum ignem exaggeret? quod si nōdum pœnas luat, idcirco magis lachrymādū est, qa irā sibi thesaurizat maiorem, nisi pœnitentiam egerit. Quid enim, existimatisne, ait, illos solos peccatores fuisse, sup quos turris cecidit? Non, dico uobis, sed uos quoq; nisi pœniten- D
tiā egeritis, similia patiemini. Agamus igitur pœnitē- *Luc.13.a*
tiā, demus eleemosynā, ab omni auaritię tabe purā: & demus nō parcè, sed copiosè. Veniat in mentē uo- *Deu.12.c.*
bis, octo millia Leuitarū Iudęos alere solitos fuisse, *& 14. d.*
& cū his uiduas, & parentibus orbos, præterea muneribus & tributis subiectos militiæ quoq; operā dedisse: nūc aūt agros, domus, locatiōes, uehicula, equos, mulos, multaq; alia hmōi pp uos & uestram crudelitatem ecclesia possidet. Oportebat enim hūc ecclesię thesaurum uos retinere, ac ecclesiā nō paruos ex nostra deuotione cōsequi fructus. Modò aūt duo q̄ dā mala cōmittuntur. Nā & uos quasi nihil dare debeatis nihil confertis, & dei sacerdotes à sacerdotio aliena pertractāt. An.n. poterant etiam tpe apostolorū domus, & agri ab ecclesia possideri? cuius igitur rei gratia uendentes pecuniam offerebant? Quia id multo melius erat profectò. Nūc uerò secularium cura rerum uobis furētibus, timor nostros iuasit patres, ne, dum colligere ac nihil seminare studeatis, uiduarū, orphanorū, & uirginū multitudo fame depereat, qua re cōmoti hæc sibi cōparare coacti sunt. Nō li- E
benter ad hanc se deformitatem imiserunt, q desiderabant fructus ex nostra deuotione sic acquirere, ut orationibus solū attendere possent: nūc uerò coegistis eos eorū qui secularia gerūt negotia, curā & gubernationem imitari, unde uniuersa cōmiscētur atq; turbantur. Cū enim & nos eadē solicitudine teneamur: qs propitiū faciet deū? Propterea os aperire nō possumus, quia nō melius ecclesia, q̄ secularia gubernātur. Non audistis, quia nec qdem has pecunias, q̄ *1.Co.16.a*
absq; labore fuerūt collectæ distribuēdas putauerunt *& Heb.*
apostoli? Modò aūt in procuratores, dispensatores, *10.e*
cauponēs redacti episcopi sunt, immo uerò istos ēt cura, & solicitudine secularium rerū superarūt. Cūq; *Episcopo-*
oporteat ipsos animarū habere curā nostrarū, hoc *rum pec-*
pтermisso illa solicitè curant, q̄ publicanis, quæstori- *catum de-*
bus atq; uillicis curāda sunt, de his quotidie cogitāt, *plorat, et*
& peruigilant. Hoc nō frustra deploro, sed ut harū re- *eorum re-*
rum mutatio q̄dam in melius fiat, ut & nos q grauē *stauratio-*
hanc seruitutem patimur, misericordiam consequa- *nē petit.*
mur, & uos fructus, & thesauros ecclesiæ pparetis: Si
F autem ita facere nō uultis, ecce ante oculos uestros pauperes sunt, ex qbus quotquot potuerimus alere nō negligemus: quos uero non possumus, uobis dimittemus: quos alite oro diligēter, ne in terribili die iudicij illa uerba q̄ aduersus imisericordes dicentur, audiatis. Famescentē me uidistis, & non aluistis, hæc certè inhumanitas nos quoq; uobiscū derisibiles facit: orationibus enim, atq; pdicatione, cæteroq; cultu ecclesiæ ptermisso, alij uini, alij frumētorū uēditoribus, alij cauponibus per totā uitā colluctantur: unde iurgia, cōtentiones, cōuicia, opprobria quotidie oriūtur, & unicuiq; sacerdotū secularibus idonea negocijs imposita noia sunt: oportet igitur in talia hæc mutari, & inde presbyteros noiari, unde apostoli leges sanciebāt: à nutritione uidelicet inopū, ab eorū q̄ lædebantur protectione, à diligēti erga peregrinos cura, à patrocinio eorū qui opprimūtur, in orbos parētibus cura, à protegēdis uiduis, à defendēdis uirginibus. Hæc officia loco uillarū, & domorū curę presbyteris distribuere decet: hęc ornamēta ecclesię sūt, isti cōuenientes thesauri, q & uobis faciliorē uitā, & nobis fructuosiorē pbere possunt, imo uerò nobis quoq; nō paruā afferent utilitatem. Gratia.n. dei cem

G tum milia hominũ huc cõuenire opinor, quorũ singuli si unum panẽ quotidie paupertati offerrẽt, omnes certè pauperes abũdarẽt: si unũ unusquisq; obolũ solũmodo, nemo penitus indigeret: & non adeò uillis & agris attẽti essemus, nec tot iurgia & cõuicia
Sup.19.c. quotidie pateremur. Illud.n. euãgeliũ, Vade ac uẽde uniuersa q̃ habes, & da pauperibus, & ueni ac sequere me: opportunè nũc ad ecclesiæ præsides, pp latas ecclesiaru possessiones, & meritò, dici potest. Nõ.n. sequi Christũ aliter possumus, nisi oĩs secularis curæ simus expertes. Nunc uero proh dolor uindemię ac messi, dei sacerdotes, & uenditioni ac emptioni fructuũ assistũt: & illi qdẽ, q figuræ atq; umbræ cultum habebãt, quãuis corporalior eis administratio esset cõmissa, oĩum tamen harũ rerũ erant immunes: nos uerò q ad penetralia cœlorũ uocamur, quiq; ad uera sancta sanctorũ ingredimur, mercatorũ rursus, & cauponũ curas suscipimus, unde & magna scriptura rũ oritur negligẽtia, ingẽs in orãdo segnicies, & cæterorum omnium conteptus. Nõ.n. possibile homini est sufficiẽter studio atq; opa in utraq; distẽdi. Quare rogo, atq; obsecro multo nobis undiq; fontis scaturiginẽ, areamq; atq; torcular nostrã deuotionẽ fieri. Sic.n. & pauperes facilius eò alentur, & deus glorificabitur, & uos ad maiora misericordiæ opera progressi, ęterna uobis bona impetrabitis, quibus utinã omnes pfruamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, Amen.

H

Homilia.lxxxvij.ex cap.xxvij.

Esus autem stetit ante præsidẽ, et interrogauit eũ
i *præses, dicẽs: Tu es rex Iudeorũ: Ipse autẽ dixit: Tu dicis.* Et cũ accusaretur à principibus sacerdotũ, *et senioribus, nihil respõdebat*. Respicis illud primũ inuestigari, qd Iudæi crebrò malitiosè uolebant? Nã quoniã uidebant nullã à Pilato de legalibus curã fieri, ad publica crimina accusatiõe reduxerũt. Sic aduersus ẽt apostolos faciebãt, eadẽ ipsa semp claman
Act.17.b. tes, qa circumagantur Iesum quendã regẽ esse prædicantes. Ita cũ quasi de homine nudo hæc dicerẽt, ad suspicionẽ tyrannidis impellere auditores conabantur: unde patet scilsionẽ quoq; illã tunicę, & indignationẽ pontificis simulatã fuisse. Cuncta.n. uertebãt atq; turbabant, ut in mortẽ ipsum iniicerent. Quod
I igitur illi maximè opponebãt, id nimirũ Pilatus scrutatur. Quid igitur Xps? tu dixisti. Et fatetur se regem esse, sed cœlestẽ: quod alibi clarius ad eundẽ Pilatũ
Ioã.18.g. respondẽs, dicebat: Quia regnũ meũ non est de hoc mundo. Verũ ne aut illis excusatio harum rerũ relinquatur, apertissimã affert rationẽ, dicẽs: *Si de hoc mũdo esset regnũ meũ, decertassent utiq; ministri mei ne traderer*. Hinc patet hac de causa & ipsum tributa detu-
Supr.7.e lisse, & alijs deferre iussisse, ut nullũ hęc suspitio locũ haberet: quãdo ẽt regẽ cõstituere ipsum uoluerũt, cõfestim fugit. Sed cur, inqes, affectãdæ tyrannidis accusatus, ista nõ protulit? Quia cũ à rebus ipsis mille haberet argumẽta uirtutis eximiæ, spõtè uigilantes hęc occultabãt, & iudiciũ studioſẽ corrũpebãt: ppea tacet pauciſsima q̃dã & rarius respondens, ne perpetuo silentio superbus uideretur. Pontifici.n. quando adiuarauit, & interrogãti nonnũquã pfidi; ad obiecta uerò crimina, quoma minimè se pſuasurũ sciebat, nihil oĩno respondit: quod & propheta quidẽ significãs, ante multa secula dicebat: In humilitate iudiciũ eius sublatũ est. Mirabatur autẽ his de rebus Pilatus ualde. Erat quippe admiratione dignissimũ, tãta cũ humilitate ac taciturnitatẽ uidere adstantẽ illũ, qui
K mille, permanifestissimaq; haberet argumẽta, cũ sanè nec ipsi accusatores ullius ei criminis cõscij fuerint, sed inuidia sola mouerẽtur. Vnde falsis ductis testibus, quoniã nihil inuenire potuerũt, authoritate sua urgebãt, nec cõpũcti fuerũt. Cũ aũt expiasse, aut iudicẽ lauasse manus uidissẽt: multa.n. ẽt Pilato traditus fecit, qbus respiscere potuissent, sed í nullo uoluerunt molliores fieri: qd igitur Pilatus? *Non audis quanta aduersus te isti testantur?* Volebat .n. ipsum satisfacientẽ liberari, propterea his uerbis utebatur: uerũ quoniã nihil Iesus respõdet, aliud quiddã excogitauit. Quid nã illud est? Mos erat ex cõdemnatis unũ eis dimittere, qua ratione liberare Christũ tẽtauit, ut si nollẽt tãquã innocẽtẽ absoluere, saltem ut condẽnatũ aliquẽ à principe peterẽt, quem solẽnitatis gratia princeps populo cõdonauit. Nunc autẽ è contrario princeps à populo petit, neq; sic illi mitigantur, sed inuidẽtes magis, quasi atroces ferè pturbatione liuoris insaniũt. Nihil.n. habebant prorsus, quod etiã aduersus silentẽ obiicerẽt: sed cumulo iustitiæ illius, etiã silẽtis redarguebãtur, ita ut tacẽdo, dicacitatem
L atq; furorẽ illorum superabat. *Sedente autem ipso protribunali, misit ad eũ mulier eius, dicẽs: Nihil tibi et iusto huic multa.n. passa sum hodie p uisum pp ipsum*. Aduerte rursus quã mirabile hoc est, quam sufficies oẽs illos reuocare: ad rerum.n. periculum, & innocentiæ argumentorũ claritatẽ, non parua res, somniũ accessit. Cur aũt ipse Pilatus somnium nõ uidit? Aut quia mulier dignior erat, aut quia si præses somniũ hoc se uidisse dixisset, nõ ita sibi creditũ fuisset, aut quia nõ ẽ dixisset, sed secũ ipse tenuisset. Idcirco igitur ex dispõsatione mulier uidit, ut oĩbus notum fieret: nec solũ somniat, uerumetiã multa patitur, ut maritus uxori condolendo tardior ad cędẽ redderetur. Temporis quoq; opportunitas nõ parum conferebat: eadẽ.n. ipsa nocte illo somnio fuit exagitata. Verũ nõ erat Pilato tutũ (dices) ipsum liberare, quoniã affectatæ tyrãnidis erat accusatus. oportebat igitur argumẽta q̃ rere, qbus ista probantur, utputa si exercitũ cõscribebat, si pecuniã ingẽtẽ cõflabat, si arma, uel aliud huiusmodi pparabat. Ille uerò temerè ab eis deducitur, quapropter culpę nõ est expers. Maius nãq; ait, q me tibi tradidit, habet peccatũ. Mollicie igitur factũ est
Ioã.19.b. M sua, & ut cæderet, & flagellis cæsum concederet: ita mollis hic eneruisq; fuit, pontifices aũt proterui atq; malitiosi. Nã postquã ille cogitando legẽ adinuenit quandã, q̃ solẽnitati ex cõdẽnatis aliquẽ condonare iubebat, turbis persuaserunt, ut Barabbã una oẽs peterent uoce. Vides quã diligenter ille prouidebat, ut eos ab hoc scelere liberaret, & quanto ipsi studio, quãq; multa opa, ut ne umbrã qdẽ sibi excusationis relinquerẽt. Vter.n. dimittendus erat, certis iã criminibus cõdẽnatus, an cuius adhuc causa pẽdebat? Nã siqua lata sententia ẽt dimitti poterat, multò magis ille, cuius res in ambiguo uertebatur, imo certè homicida, atq; manifestis latronibus peior eis Iesus uidebatur: ppea non dixit, latronẽ: sed insignẽ latronẽ eos habuisse, famosum uidelicet in proteruitate, & multis homicidijs inqnatũ. Præposuerũt tamen illũ orbis saluatori: nec rationẽ tẽporis aliquã habuerũt, quod sanctũ erat atq; solẽne, nec humanitatis leges, aut aliud huiusmodi ueriti sunt: sed inuidia penitus superati, ad proteruitatẽ suã plebẽ ẽt corrũpũt: ita deceptionis quoq; plebeiæ extrema luent supplicia. Ba

A rabba igitur ab uniuersis postulato. *Quid igitur faciã*, inquit Pilatus, *de eo qui dicitur Christus?* Cõuertere illos rursus aliquo uoluit pudore: potestatẽ.n. eis eligẽdi reliquit, ut saltẽ ueriti Iesum petãt, ut clementiæ suæ totũ attribuatur. Cõtentiosos.n. magis uidebat fieri, cũ eis nihil ipsum peccasse dicebat, ac ideo putabat, si humanitati eorũ salutẽ ipsius attribueret, facilius posse pſuadere: illi uerò nõ dubitauerũt clamare, crucifige: ad quod ipse, *Quid enim mali fecit? Tunc etiam magis clamabant, crucifige*. Videns igitur Pilatus
Act.o.24. b.f *nihil se omnino proficere, lauit manus, dicens: Innocens ego sum à sanguine huius iusti, uos uideritis*. Cur igitur tradis? cur nõ eripuisti, sicut postea militũ tribunũ Paulũ? q & sciebat gratũ fore Iudęis, si Paulũ traderetur, & seditio, ac tumultũ ea de re factũ erat: restitit tamẽ generosè, atq; repugnauit: sed nõ ita Pilatus. Verum ignauissimè, atq; mollissimè unà oẽs corrupti labebãtur. Nec.n. Pilatũ multitudini repugnauit, nec multitudo sacerdotib. ita undiq; pibat ipsorũ excusatio magna uoce magis atq; magis clamãtium, crucifigatur. Nec interimere solũ uolebãt, sed turpissimã cruci
B figẽdi eius causam æstimari studebãt. Ideo iudicere pugnãte, ptinaciter ipsi clamabãt. Vides quot à Xpo ad reuocationẽ illorũ facta sunt. Sicut.n. Iudã sæpenumero retrahebat, pari modo hos quoq; reprimebat, tũ per totũ euãgelij tps, tum in ipsa potestate iudicij. Oportebat profectò, quãdo latuisse manus iudicẽ uiderunt dicẽtem, Innocẽs ego sum à sanguine huius: quãdo Iudã laqueo se suspẽdisse, quãdo rogãtẽ Pilatum, ut alium pro ipso acciperet, tã uerbis q̃ rebus cõmoueri atq; cõpungi. Nã ſ proditor seipsum condẽnauit, si sententiã laturus iudex proferẽdę sententiæ crimina reiicit, si mirabilis eadẽ nocte nobili mulieri apparuit uisio, si quasi cõdemnatus à Pilato petitur: quã poterũt excusatiõnẽ inuenire? Nã si nolebãt, ut innocentẽ absoluere: nõ tamẽ hoiem latroci nio proditũ ipsi anteponere debebãt. Verũ cũ uidẽrẽt iudicẽ manus lauare, dicentẽq; audirẽt, Innocens sum: magis clamabãt, dicẽtes. *Et respondens uniuersus populus, dixit: Sanguis eius sup nos, & super filios nostros*. Quãdo igitur aduersus seipsos sententiã protulerũt, tunc oĩa cõcedit Pilatus. Tu aũt aia duerte hoc ẽt in loco uecordiã ipsorum, talis qppe appetitio temeraria, & proterua cupiditas est, ut nihil boni uidere hoC minẽ sinat: uobisipsis maledicitis, quã ob rem ẽt ad filios maledictionẽ protrahitis? Clemẽtissimus tamẽ Iesus, quãuis ipsi maximè & aduersus se, & aduersus filios insanirẽt, nõ tamẽ ex sentẽtia ipsorũ ipsos condemnauit, sed tã ex ipsis, q̃ ex filiis, eos suscepit, q pœnitentiã egerunt, milleq; bonis honorauit. Nã & Paulus ex ipsis erat, & multa illorũ millia, q in se in Hie-
Act. 21.d rusalẽ crediderunt. Cõsidera.n. (Iacobus ait) frater, q̃ multa millia Iudæorum credentium sunt, q oẽs ex illis fuerunt: si aũt aliq renixi sunt, sibiipsis imputent. *Tũc dimisit eis Barabbã, Iesum aũt flagellatũ tradidit eis, ut crucifigeretur*. Cur flagellis cædit? Aut quasi condẽnatum, aut quasi formã iudicio quandam afferens: uel ut Iudęis gratã rẽ faceret. Et certè resistere, atque repugnare debuisset, pſertim cum ipse dixerit: *Accipite eũ uos, & secũdum legẽ uestrã iudicate ipsum*. Multa nẽpe fuerunt, q̃ tam Pilatum, q̃ Iudæos ab illo nefando iudicio prohibebãt: inaudita signa, & miracula magna, incredibilis eius q patiebatur clementia, tacitur nitas inæstimabilis. Nam postquã & orando, & respondendo hominem se esse demonstrauit, sublimẽ

D rursus, ac ultra hoiem tã silendo, q̃ despiciendo q̃ dicebãtur, ostẽdit, qbus oĩbus ad mirãdum ipsum adduci poterant: sed nihil horũ illis profuit. Cũ.n. semel quasi uinolentia, uel insano furore oppressa sit, difficillimũ est resipiscere, nisi generosissima sit aia q̃ opprimitur. Periculosum certè, periculosum inquã est, perniciosissimis his pasiombus locũ cõcedere: quare oportet omni pacto reiicere ingressum ipsarũ, atq; repellere. Nã si cõprehenderint aiam atq; superauerint, tũc sicut ignis ingentẽ ac siccã nactus materiã, maximã solent flãmam accẽdere. Quare rogo atque oro, oĩa faciamus, ut quasi macęria separemus à nobis harũ ingressum. Nullus igitur frivola se illa ratione cõsoletur, qua uniuersa proteruitas in aiam conducitur. Illa, inquã, ratiõe nullus utatur: quoniã multi dicũt, quid hoc est, aut illud? mille certè hinc mala oriuntur. Veterator.n. malorũ diabolus, cum sit magna malitia, multa opera, ingenti studio, cõdescensionẽq; nonnulla ad perditionẽ hoium utitur. A minimis.n. pleruq; incipit, quod intueri hoc modo licet. Studebat in Pythonissæ derisionẽ Saul regẽ detrude
1.Reg.28. re, iterũ q̃ nõ adhibuisset ille mentẽ, ad Pythonissas paulatim ipsum inducit. Nã quoniã Samueli nõ obE tẽperauit, & holocaustã offerri pparauit, illo absentẽ accusatus, ait, necessitas hostium facta est maior. Cumq; flere oportuisset, quasi nihil mali fecisset, lęta batur. Iusit deinde nonnulla de maledictis deus, ea quoq; trãsgressus fuit: hinc aduersus Dauid illũ insaniuit, ac si paulatim atq; paulatim labens non stetit, quousq; ad ipsum pditionis barathrũ seipsum imisit. Similiter ẽt de Cain factũ esse uidemus. Nõ.n. cõfestim cædẽ fratris illi suggessit, ne magnitudine rei cõmotus tam scelestum facinus abominaretur: sed prius pſuasit deteriora offerre, nullũ esse id dicẽs peccatũ. deinde inuidiæ ueneno succendit, nihil ẽt hinc mali secuturũ persuadẽdo: Ita sensim in eũ illapsus, ad cædem fratris, & ad negationẽ sceleris ipulit, nec prius cessauit, q̃ malorum oĩum uerticem iposuit. Repellenda igitur malorũ initia sunt. Nam ẽt si ad maiora prima nõ progrederentur peccata, nõ esset tamen negligendum: nũc uerò p istã incuriã gradatim semper ascendũt, quapp omni studio atq; opa funditus principia peccatorum sunt euertenda. Nõ.n. uim delicti solã cõsideres, nec qa paruũ sit, cogites: sed illud pcipue tene, qa si radicem nõ euulseris, magnus ide
F labor succrescet. Mirabile qdem atq; inauditum dicere audeo. Solet mihi nõnunq̃, non tanto studio magna uideri peccata esse euitãda, quãto parua & uilia: illa.n. natura ipsa spontè auertitur, hæc aũt hac ipsa re, qa parua sunt, desides reddunt: & dum contemnuntur, nõ põt ad expulsionem eorum aius genero sẽ insurgere. Vnde citò ex paruis maxima fiunt negligẽtia nostra: hoc ipsum corporib. quoq; accidere uidebis. Sic in Iuda maximũ proditionis malum cõcreuit: nisi.n. putasset paruũ esse pecuniã inopum surripere, ĩ tantã proteruitatẽ nõ deuenisset. Iudæi quoq; nisi putassent inanis glorię delictũ minimũ esse, usq; ad cædẽ Xpi lapsi nõ fuissent. Hac uia oĩa scelera fieri uidebis. Nemo.n. repentè ad extremã improbitatẽ insiliit. Habet qppe insitũ quẽdam aia pudorẽ atque innatum, quẽ subito calcare atq; proiicere non põt: sed sensim, atq; paulatim ex negligẽtia perit: hoc pacto ẽt idolorum cultus aditum inuenit, cum ultra q̃ oportet, uiui ac defuncti nonulli honorarentur: hoc pacto simulachra & statuæ adoratæ sunt: hoc pa-

G Cto deniq; fornicatio, & cętera uitia dominãtur. Cõsideremus autẽ, si nimium qdã, ac importunè risit, rephensus à quopiã est: respõdet alijs, nihil esse id mali. Quid.n. est risus, aut qd unquã ex risu mali sequetur? Orta tamẽ ex immoderato risu pauliſp scurrilitas, à scurrilitate turpiloqum, à turpiloqo operatio turpis profecta. Cum alius proximo ex incuria male diceret, rephensusq; esset, cõtẽpsit, dicẽs nihil esse mali huiusmodi uerbis uti: sed hinc disidia & odia nata sunt, inde inimicitæ capitales, hinc cõtumelię, à cõtumelijs porrò pulsatio, ac inde cædes plerunq; secuta est. Sic à minimis ad maxima gradatim diabolus ducit, & inde ad desperationẽ detrudit, & hãc uiã priore nõ minorẽ adminuenit. Nõ.n. tãtos peccatum, quãtos desperatio pdit. Nã q deliqt, si seipsum p pœnitẽtiã excitabit, citò delicti remissionẽ ipetrabit, q autẽ pœnitẽtiã spernit, idcirco ueniã impetrare nõ poteſt, quoniã medicinã pœnitẽtiæ nõ imponit. Certas adhuc addit insidias, qbus religiosos deuotionis habitu ad peccãdum ipellit. Et quando, inqes, tale aliqd potuit efficere? Attẽde igitur, & disce, ut à laqueis eis posis tibi cauere. Per Paulum tibi Xps pcepit, uxorẽ
1.Cor.7.c H à uiro non separari, nec alterũ altero priuari, nisi ex cõsensu: sed nonnullę quasi castitatis ardore accẽsæ, à uiris abierunt, ita putãtes magnũ qd facere, ad adulteria uiros suos copulerunt. Cogita igitur, quãtum mali cõmiserint, q cùm magnos pro castitate labores subierunt, quasi adulteræ accusentur, extremaq; supplicia daturę sint, qa in profundum pditionis cõiuges pcipitarũt. Alij rursus à carnibus abstinẽtes, ex
Nota. laudabili hac abstinẽtia ad abominationẽ carnium lapsi sunt, q̃ res atrocẽ eis pœnã ppar auit: hoc autẽ fit, quando aliqui iudicium suum scripturis anteponunt. Sic & alij apud Corinthios putarunt, pfectionis esse de oibus indifferẽter gustare, de his ẽt q̃ pro
1.Cor.8.b c. hibita sunt: qđ nõ modò pfectionis nõ erat, uerumẽt iniqtatis extremæ, pp hoc & uehemẽter à Paulo
et Col.2.c corripiuntur: Et nisi corrigãtur, ultimo supplicio dicebat obnoxios esse. Alij rursus religionẽ esse putant non paruã, capill os capitis nutrire, qd ex prohibitis est, & non paruũ dedecus affert. Alij magnum dolorẽ, & immoderatã tristitiã, quasi utilẽ post peccata laudãt, atq; admirãtur. Quod diabolico artificio fieri,
I Iudas patefecit, q ex dolore nimio se suspendit. ppea
2.Cor.2.b ẽt Paulus pro eo, q fornicatus fuit, formidauit neqđ tale pateretur: & admonuit Corinthios citius eũ liberare, ne nimio submergeretur dolore: deinde ostẽ
Ibidem.c dẽs à diabolo nimiã hãc esse tristitiã, adiecit: Vt non circunueniamur à satana. Nõ.n ignoramus, inqt excogitationes illius, qa dolos semp & fraudes nouas adinuenire solet. Si.n. apertè pugnaret, facilis esset uictoria: imo uerò nunc, si iugiter uigilamus, non est difficilis. A d oẽs has uias armauit nos deus, nõ esse cõtemnenda parua consulens. Audi ergo q̃ Xps ad-
Supr.5.c. monet dicens: Qui dixerit fratri suo, fatue, reus erit
Ibidem.d gehennę ignis: &, q ad cõcupiscendã mulierẽ aspexerit, adulterũ. Ridẽtes ẽt quasi miseros defiet, & ubique initia & semina peccatorum radicitꝰ tollit: & de
Sup.12.c. ociosõ nos uerbo relaturos rationẽ asserit. & Iob cogitationes filiorum purgabat. Aduersus autẽ desperãtes, ait: An nõ surgit q cecidit, an q auertit nõ con-
Iob.1.a. uertitur? & rursus: Nolo mortẽ peccatoris, sed ut cõ-
Hie. 8.b. uertatur & uiuat. Ẽt hodie si uocẽ eius audieritis, &c.
Exe.18.g Et, qd lætitia sit in cœlis, cum peccator pœnitentiã
Psal.94.b. agat. Multaq; huiusmodi & documenta & exẽpla in
Luc.15.a. scriptura sueniũtur. Ne aũt religionis noie pdamur, K
illud Pauli dicẽdũ iterũ, atq; tenẽdum est. Ne nimio
2.Cor.2.b dolore, inqt, absorbeatur. Hęc igitur nõ ignorantes, oibus diaboli uijs, qbus delides puertit, scripturarũ prudẽtiã opponamus. Noli ergo dicere: qd est, si formosam curiosè aspexero mulierẽ? Nã qui corde mœchatus est, is rẽ ipsam pagere nõ dubitabit. Noli dicere, qd est si pauperẽ hunc pteribo? Hoc.n. pacto, ẽt alium trãscurres, deinde alium, atq; alium, ac tãdẽ oẽs contẽnes. Noli dicere, qd est, si rẽ proximi desi-
3.Reg.21. derabo? Hoc.n. Achab regẽ perdidit. Nã quãuis pretium dederit, ueruntamẽ à nolẽte accepit, pœnas pluit. Qui nullo pretio dato, aliena rapit, pśertim cùm gratiæ documentis sit roboratus: quã punitionẽ nõ meretur? Quã ut fugiamus, ab oi re & rapina diligenter abstineamus, nec à peccando solũmodo, sed ab initijs ẽt peccatorũ mũdos nos cõseruãtes, magno studio uirtutẽ amplectamur, si ad cœlorũ regna proficisci uolumus, quò utinã oẽs perueniamus, gratia, & misericordia domini nostri Iesu Christi, Amen.

Homilia.lxxxviij. ex cap. xxvij.

Vnc milites pśidis accipiẽtes Iesum in prætorio, cõ
t gregauerunt ad eũ uniuersam cohortẽ, & exuẽtes L
eũ, chlamydẽ coccineã circundederunt ei. Quasi oẽs ex cõposito conuenissent, ita signo dato ad chorea oẽs diabolus cõcitabat. Nam etsi possumus inuidiæ tabo existimare ad insaniã Iudæos cõcitatos fuisse, tamẽ qua de causa moti milites fuerint, nõ patet. Diabolus igitur erat q uniuersos tũ illos occupauit: uoluptatẽ etenim ex cõtumelijs propter immanitatẽ suã capiebant. Cùm.n. oportuisset cõprimi potius atq; lachrymare, non solũ hoc nõ faciebant, ueruẽtiã è contra sicut & plebs ipsa & uituperabant, & insultabãt, Iudæis forsan gratificãtes, aut suis utẽtes moribus. Multis autẽ, uariisq; modis cõtumeliabantur. Caput.n. illud sanctissimum modò pugnis, modò calamo cędebãt, modò corona ex uepribus contexta decorabãt. Quã igitur nos exusationẽ unq̃ habebimus, si uituperati ad irã cõcitamur, q tot tãtaq; sustinuisse Xpm non ignoramus? Extremas certè ille cõtumelias sustulit. Quippe cũ nõ membrũ unum, sed uniuersum corpus atroces has iniurias pateretur: caput corona, calamo, pugnis, facies sputis, maxillę alapis, corpus reliquũ flagellis, nuditate, amictu
M chlamydis, adoratiõe simulata, manus calamo quę pro sceptro tenere dderũt, os quoq; ipsũ, & ligua aceti potione ac fellis. Quid istis unq̃ graui? qd cõtumelioſius excogitari potest? omnẽ ista excedũt orationẽ, q̃ illi quasi timẽtes, neqd relinquerent, crudeliter excogitauerũt, & audacter fecerũt, q suis manibꝰ prophetas occiderũt. Xpo uerò, quanuis sententia iudicis, ipsi tamẽ faciũt uniuersa, ipsi & apud se dãnatũr, & apud Pilatũ dicẽtes: *Sanguis eius super nos, et super filios nostros.* Ipsi cõtumeliãtur & insultãt, ipsi uinciũt, & modò uinctũ ad Pilatũ deducũt: ipsi militibꝰ causam pbent ita crudeliter in eũ in surgere: ipsi uerbis, ipsi sputis, ipsi uerberibus cædũt. Nihil horũ certè à Pilato factũ est, sed oia illi effecerũt accusatores, iudices, lictores, ministri capitalũ rerũ: hęc à nobis tũc legantur, cũ uenire oibus atq; audire liceat. Nam ne gentiles dicant pclara nos atq; insignia Christi facta pdicare, opprobria uerò & passionẽ cẽlare: & sanctissimi spiritus gratia ita dispensatũ est, ut in solẽnitate maxima, cũ oẽs unà uiri atque mulieres adesse possint, iuxta diẽ Paschę oia hæc perlegantur. Vniuersis

ergo

A ergo pśentibus, qui uolunt, magna hæc uoce pdicãtur: quibus cognitis, Xps tamen deus esse oino credi tur. Et cũ pp alia beneficia, q̃ nobis cõtulit, tum propter hæc ex aio adoratur, quia tantũ pro nobis condescẽdere dignatus est, ut hæc passus omni nos uirtutis genere instituerit. Hæc ergo semp lectitemus, mirificam.n. afferunt utilitatẽ. Nã perspiciens uerbis & rebus & habitu cõtemni, atq; per illusionẽ adorari, cædi deniq; ac oia pati extrema, ẽt si lapis esses, ad mollitudinẽ ceræ flexus, oẽm animi tumorẽ deponeres. Sed reliqua quoq; audias. Postq̃.n. deludentes saturati sunt, denudato ipso uestes eius ceperunt, & sedentes obseruabant quando expiraret: & uestes
Mar.5.c. & 6.g eius inter se partiuntur, quod in alijs condẽnatis nõ fecerunt: nitũtur aũt omni trãquillitate potiri ea uestimẽta, quibus mirabilia gesta sunt. Sed nihil tũc ad uersus eos geritur Christo ita uolente: adeò.n. magnus hic fuit cõtemptus, qa in abiectum quasi atq; oium uilissimũ agebatur, ut in latrones gestũ nõ fuerit. Mediũ uerò ipsum crucifigunt, ut existimationis
B latronũ particeps fieret. Et *dederunt ei acetum*. hoc ẽt ex cõtumelia. Ipse autem nolebat bibere. Alius uerò euangelista dicit, quia cũ gustasset, dixit, Cõsumma
Ioan.19.f tum est. Adimpleta iam est undiq; prophetia: Dederũt in escã meam fel, & in siti mea potauerũt me ace
Psal.68.c to. Nec tamẽ ẽt ille eũ bibisse ostẽdit (nihil.n. interest inter gustare simpliciter, & nõ bibere) sed de uno, ac eodẽ dicũtur: nec tamen terminatur adhuc illorum insania, sed cũ denudassent, crucifixissent, acetũ attulissent, nõ poterant adhuc aium explere: sed in patibulo pendentẽ uidẽtes, & ipsi & trãseuntes oẽs amadentur. Idcirco.n. ita faciebant, ut tanq̃ seductor, q oia q̃ dicebat, ad corrũpendos hoies frustra essent, & in conspectu oium uituperatus decederet: ideo ẽt militum manibus, & publico reus iudicio confecto certior uideretur. Et quanq̃ sequens turba ẽt lapides fletu suo flexissent, nullo tamen modo atrocissimas illas belluas cõmouit. propterea turbã quidẽ allocutione dignã putauit, illos uerò minimè. Non.n. solũ q̃ optabant, fecerunt: uerũetiam resurrectionẽ illius
C formidantes, existimationi suæ officere studebant: propterea publicè ista iactant, latrones cũ eo crucifigunt: & ut seductor ac mendax uideretur, Descende (clamabãt) de cruce, qui tẽplum destruis, & in trib' ipsum diebus rædificas. Nã quoniã scriptam à Pilato causam tollere nõ potuerunt: qa scriptũ erat, Rex Iudæorũ: repugnauit enim ille dicens, Quod scripsi scripsi: ideo uituperãdo nitebãtur ostẽdere, quia rex descendat nũc de cruce: & rursus, Alios saluos fecit, seipsum saluare nescit. Ideo ẽt signis priorib. huic de
Non dere linquuntur à deo qui in periculis succumbũt. *eum deus, saluet nunc eum.* O insani, scelestiq; hoies: an prophetæ nõ erãt prophetę, & iusti quos occidistis, iusti nõ erãt, quoniã eos deus à periculis nõ eripuit? imno uerò erant, etiãsi à uobis iniuria uexabantur. Quid igitur huic amentiæ uestræ æquale excogitari pot? Nã si existimatis, quòd illorũ apud uos pp pericula nomẽ perijt, sed erãt prophetę, quãuis torquerẽ rebus semp, & uerbis falsã hãc repulit opinionẽ: nihil nihil tamẽ nec ĩ ipso tpe passionis, aut dicẽdo aut faciẽdo aduersus existimationẽ Xpi efficere ualuerũt. Nã & latro qui uitã in omni scelere consumpsit, tunc

maximè quando ista dicebantur eum confessus, re- D
gni eius fecit mentionem. Et plebs ipsum amarè flebat. Sed quãuis ea q̃ fiebãt, apud ignaros dispẽsationis, mysterij huius imbecillitatem testari uidebãtur, ueritas tamen ẽt per hæc cõtraria floruit. Hæc audietes, aduersus oẽm furorẽ & irã diligenter nos armemus. Si succẽdi cor tuum senseris, pectus cõtinuò signaculo crucis signato: repete memoria q̃ tũc facta fuerunt, & ira illico tanq̃ puluis dissipabitur. Verborũ simul & factorũ recordare, nõ obliuiscaris domi nũ illũ, te seruum esse: ille pp alios, tu pp teipsum suffers: ille pro his, de quibus bene meritus fuit, pro his qui crucifixerũt, tu aũt pro teipso: ille à cõtumeliantibus, tu uerò ab his fortè qbus sæpe iniuriã intulisti. Ille uniuersa spectãte ciuitate, imo uerò & Iudæis & aduenis misericorditer nimiũ locutus est, tu paucis pśentibus ferre nõ poteris. Quò ad maiorẽ contemptum occideretur, uidetur à discipulis quoq; suis derelictus. Ita qui antea colebant, fugã ceperũt: inimici aũt & hostes patibulo pẽdenti circũfusi contemnebant insultãtes, & deridebãt oẽs unà, Iudæi ac milites inferius, latrones utriq; superius: ambo.n. etiã E
ipsi cõtumeliabantur. Quo igitur Lucas de uno di- Luc.23.c.
cit? utrũq; profectò factũ est, uterq; antea: postea uerò alter solũmodo deridebat. Nã nequis composito rẽ factã fuisse crederet, nec latronẽ illũ fuisse, q latro fuit, ab ipsa cõtumelia ẽt in cruce latro, atq; inimicę antea fuisse repẽtè cõuersus ostẽditur. Hęc igitur oia cogitando philosophare. Quid.n. tale ac tantũ ferre tu potes, quale dominus tuus? Publicè te quispiã uituperauit, sed nõ talia tu audisti. Verberib. cæsus es, sed non tanto tpe, neq; sic flagellatus, & denudatus. Alapis te quidã petijt, sed nõ illo modo. Tu uerò ẽt adde, à quibus, & cur, & quando, & quis ipse quoq;: & quod grauius est, nemo illa facta criminabatur, nemo querebatur, sed è cõtra probabãt oẽs, & cædentibus ac deridentib. se cõiungebant, & quasi arrogantẽ quendã seductorẽ ac deceptorẽ, qui re uerba sua cõprobare nõ posset, sic deridebant. Ille uerò ad hæc uniuersa tacebat, maximũ nobis longanimitatis pbens exẽplum. Nos aũt hæc audientes, nec famulos quidem patimur nostros, sed magis q̃ sylue- F
stres asini calcitramus atq; salimus, crudeles acinhumani, si quid aduersus nos dictũ uel factũ sit, nullam aut paruã existimationẽ facientes si hæc in deũ commissa sint. Simil' quoq; aduersus amicos afficimur: dolorẽ quis ĩtulit, ferre nõ possumus: uerbis carpsit, oi bellua mouemur atroci⁹. Nec prodest quòd ista quotidie lectitentur: discipulus prodidit, cæteri eum reliquerunt, quib. multa & magna collata beneficia fuerant. Hi furore cõcitati in faciẽ spuebant, pontificis seruus colapho petijt, milites cædebãt, q aderãt illudebãt, & contemnebãt, nec ullũ ad quẽquã uerbũ emisit, sed oẽs uicit silẽtio. Ita opa ista tè docẽt, quã tò miti⁹ feres, tãtò magis te malefacientẽ supaturũ, & admirationi apud oẽs futurum. Quis.n. non mirabitur eum, qui opprimentium cõtumelias æquo aio perfert? quẽadmodum.n. etiam cũ iustè quispiã torquetur, si magno aio patitur, iniustè cruciari multis uidetur: sic qui cum iniuria uexatur, si nõ perfert, iure puniri putabitur, ac deridebitur quasi mancipiũ ab ira distractus, & animi nobilitate furori subiiciens. Nec.n. liberũ eũ hoiem dixerim, etiam si mille seruis dominetur. Sed ualde me, iquies, ille irritauit. Quid hoc est? tunc enim maximè oportet philoso-

Gphari.Nam quando nō incitantur,feras quoq; māsuetas esse uidemus:non.n.semper furore ipsas ferri cernimus,sed quādo cōcitantur. Quare si tunc solūmodo quiescimus, quādo nemo irritat:in quo belluis pstabimus?Illæ tamē iustè plerunq; mouētur, & excusari possunt,quoniā prouocatæ ac pūctæ cōcitantur:pterea rationis expertes,duce natura mouentur.tu uerò in ferarū incides morē,unde tibi excusationē parabis? Quid.n.mali passus es? Rapta sūt abs te tua, at hac ipsa de causa ferre magis oportet, ut maiora lucrari possis. Laude ac gloria priuatus es,& quāti hoc est? minor profectò factus nō es,si philosopharis.Si uerò nihil mali pateris,cur iraſceris ei,qui nō modo tibi nō nocuit,uerūetiā profuit? Nā negligētes honorati,molliores reddūtur:diligētes aūt, exercitatione & cōtumelia fortiores efficiuntur. Ita profectò desides laude magis q̄ uituperatione lædūtur. Nā uituperātes quidē si attēdimus,causam nobis pbent philosophādi:laudātes aūt arrogātiæ mollicie, inani gloria impellere aios solēt:cuius rei patres sunt
H testes,q filios nō ita laudib. efferūt,ut cōuicijs reprimūt, timētes ne aliquā inde mollicie cōtrahāt:& pædagogi simile quoddā adulescētibus remedīū afferunt.Quare si auerti nonullos decet, adulatores magis,q̄ cōtumeliantes odisse oportet. Maior.n.nō attendentibus ex adulatione pestis oriri solet:& facilius est hāc,q̄ illā passionē superare. Quare q superat illā, tū mirabilior uidetur, tum ēt maiora cōsequetur pmia.Mirabilius.n.profectò est uidere hoiem q dum uituperatur,q̄ hoiem qui dum depellitur,& percutitur,non decidat.Sed quo,dices, potero nō moueri? Vituperando quidē persequitur, crucis signo statim pectus signato, recordare oium q̄ tūc gesta sunt, & confestim oia extinguuntur:nec quia uituperat modò aliquis cogita, uerūetiam siquid boni unquā ab illo in te profectū est, diligēter cōsidera, & cōfestim ad clementiā redigeris.Immo uerò ante oia deum timeas,idq; semper tecū uerte.q cogitatio citò te modestum,ac mansuetū faciet.Præterea à tuis quoq; famulis documentū suscipias,cōsideraq; nonnunq̄ te
I uituperante illos silere,& hinc intellige non esse hāc philosophiā difficilem:hoc modo furorem tuū contemnabis, & in ipso contumeliandi tpe disces non esse contumeliandum,& sic ne ipse contumelijs affectus dolebis. Cogita,quia nō est in se qui uituperat, & nō molestè feres cōtumelias eius.Nā & dæmoniaci plerūq; nos uerberant,nec solū non mouemur,uerūetiā eos deflemus : Ita igitur ēt tu facito , misereat te cōtumeliantis.Magna.n.bellua ira.s.& furore,& pnicioso dæmone detinetur,solue ipsum qui ab hmōi dæmone uexatur , & sic insaniendo breuissimo tpis spatio corrūpitur . Huiusmodi.n.hæc ægrotatio est, ut non egeat longo ad perdēdum hoiem tpe : propterea quidā dicit, Momentum furoris eius casus est ipsi:hoc ipsum uidelicet tetrum atq; tyrannicū ostēdens,quia breuissimo tpis spatio , & sine aliqua ferè mora maximo solet afficere malo . Nam si ad uires suas prolixitas ēt tpis accederet,insuperabilis hęc pœnæ passio esset. Vellem posse ostendere qualis quidē sit,q uituperat, & qualis qui philosophatur,& nudū utriusq; animum in medium ducere.uideres.n.alterum fluctibus exagitari , alterū in tranquillo portu quiescenti nauiculæ simile esse. Nā impetu horum turbatur fluctuū,& ipsos facilè dissoluit. Cum.n.qui uituperant , omnia faciunt, ut moderare possint:si ex

ista spe deciderint,facilè mitigātur & leniūtur.Nō.n. K
uidebis hominem ita commotum, qui postea se nō magnopere condēnabit,ueluti ēt è contra , qui non cōmotus ira, nunq̄ hoc factum suum solet cōdemnare.Nā si ēt insurgere opus sit, facilius atq; prudentius id absq; ira,q̄ cū ira facere potes , & ad hoc nullum inde postea capies tædiū Ita si uolumus , apud nosipsos facilè bona retinebimus , nihilq; nobis pgratiā deerit, qđ ad tutelā & laudē nostrā pertineat. Sed q̄ris laudē ab alio:tu igitur teipsum honora , & nemo te dehonestare poterit:si uerò tu teipsum dehonestabis,ēt si oēs hoies te laudēt, nihilominus nō honorabēris. Quēadmodū.n.nullus nos lædere poterit,nisi à nobiipsis lædamur : sic nisi nosipsos uituperemus,nemo alius nos unquā dedecorabit. Ponamus.n.mirabilē quendā atq; insignē esse uirū,quē oēs adulterū,furē,sepulchorū euersorē,homicidā,latronemq; prædicēt:ille uerò nec irritetur,nec molestè ferat,nec alicuius hmōi rei sibi cōscius sit,qua igitur inde uituperatione lęditur? nulla profectò. Quid inquies,si multi malā de ipso habeāt opinionē? nulla,inquā, oīno uituperatione ipse læsus est , sed illi se L
uituperarūt,qui alium q̄ decet talem uirū existimāt. Dic quæso , siquis Solē tenebrarū autorē existimet: Soline , an sibi detraxit? Sibi uidelicet ipsi, cū furiosi & insanientis opinionē consequatur. Eodē profectò modo,qui prauos bonos esse putāt , & è contrario, seipsos uituperant. Quare magnū studium,multāq; operā adhibeamus,ut cōscientia nostra mūdata,nullas aduersus nos ansas,nullā malā excitem? suspicionē:si uerò alij hoc pacto nobis affectis insāniunt,nō moueamur.Nā qui praua multorū opinione,cū bonus ipse sit,lædi uidetur,nunq̄ profectò inde fiet , ut talis non sit qualis est:qui uerò frustranea cōmotus suspicione pestiferū in seipsum morbū attraxit , hoc ēt pacto prauus,si è cōtrario bonus esse uidetur,nō modò nihil de lucratus est , uerūetiam & in desidiā incidet nō minorē, & maiori cruciatu uexabitur.Nā qui cū malus sit,malus ēt existimatur , forsan humiliatus delicta sua facilia cognoscet:cū uerò prauitas eius latet, securus degit . Nā si accusantib. uniuersis, uix resipiscūt multi atq; cōpunguntur:quādo excitari poterūt,si nō solū reprehendi,uerūetiā laudari se à M
multitudine sciant? Nō audis Paulū id accusantē , qa 1.Cor.5
eū qui fornicatus fuerat , nō solū cognoscere peccatum suum Corinthij nō permiserūt, uerūetiam in peiora detrudebāt applaudentes , honorātesq; ipsum? Quas ob res uehemēter rogo atq; obsecro, ut suspicionibus & laude, ac uituperatione multorū negligentes,diligenter inuigilemus,ac faciamus, ne alicuius nobis mali cōscij simus, néue nosipsos uituperem⁹: hoc.n.modo tam in pśenti , q̄ in futura uita magnā gloriam consequemur,gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi,cui gloria,&c.

Homilia.lxxxix.ex cap.xxvij.

Sexta autem hora tenebræ factæ sunt per uniuersam terrā usque ad nonā horā. Circa aūt horā nonā clamauit Iesus uoce magna dicens: Eli eli lamma sabachthani:hoc est, Deus meus,deus meus,ut quid dereliquisti me? Hoc est illud profectò signū,qđ petentibus Iudęis daturū se dicebat,dicēs: Generatio prauа & adultera signū q̄rit, & signū non dabitur ei,nisi signū Ionæ prophetæ.Cruce.n.mortē,sepulchrū, atq; resurrectionē significat.Et rursus alio quodā mō uirtutes crucis significādo dicebat:cū exaltaueritis filiū

A hominis,tunc cognoscetis qa ego sum.Tale quippe
Ioan.8.d aliquid dicitur,Cū me crucifixeritis,ac iā uictoriā cōsecutos uos putaueritis,tūc uires meas cognoscetis. Nā ciuitas eorū post passionē Xpi perijt,mores cessarunt,disciplina ciuilis & sua libertas euanuit:pdicatio uerò floruit,& ad extremas usq; orbis oras euāgelicus sermo puenit,& terra simul ac maria, frequētata desertaq; loca oipotentiā eius pdicant : hoc igitur dicit,& ea q̄ in ipso tēpore crucis acciderūt. Quippe mirabilius erat in patibulo crucis pendēte ipso, q̄ humi gradiēte illa fieri. Accidit q; ēt, quòd de cœlo illa facta sunt, quēadmodū Iudæi petebant, & in uniuerso terrarū orbe,qđ nondū plus accidit,nisi in Aegypto dūtaxat,quādo pascha erāt celebraturi.Illa enim hæc figurate significabāt. Tu uerò etiā animad
uerte, q̄do tenebrę fiunt, in media uidelicet die fiūt, ut uniuersi qui terrā habitant,uideāt:qa dies ubique terrarū tūc est.Hoc signū nōn magnitudine solū miraculi uerūetiā quia facillimè accidit,ad conuertendos eos sufficiebat,post oia uerò quæ per insaniam
B & furorē fecerunt factū est,quando iā ipse furor cessauit,quando deridēdo saturati sunt,quando cōtumeliando animum suū explerunt, quādo deniq; oia sibi dicta sunt,q̄ uolebant:tūc tenebræ apperent, ut saltē tūc ira depositа,nōnihil ab hoc signo cōsequerentur. Mirabilius erat certè talia efficere , dū esset in cruce quā de cruce descendere. Nā siue ab eo hęc facta esse putabāt , timere ac credere oportuisset:siue nō ab eo,sed à patre, oportebat tamen ppea cōmoueri atq; cōpungi.Irā.n.dei propter facta ipsorū commotam esse tenebræ illæ significabāt. Nā quia eclipsis nō erat, sed ira q̄dā atq; molestia : non hinc solū, uerumetiam à spatio temporis patuit. Per tres.n.horas eclipsis illa permānsit,cū tamē breuissimo quodā tēpore accidere soleat , qđ nō ignorant qui uiderūt. facta.n.etiam fuit memoria nostra . Sed quomodo, inquies , oēs mirati homines adeò non sunt,ut deū p sum putarēt? Quia uidelicet humanū gen⁹ magna desidia,& proteruitate tūc tenebatur: pterea unum
C hoc duntaxat fuit miraculū,qđ factū citò pterijt, adeò,ut nemini cura fuerit causam eius inquirere. Ad hæc lōga ipietatis consuetudine homines deprauati fuerūt,& causam ignorātes,putabāt fortasse naturali quadā id eclipsi accidisse . Cur aūt miraris de alijs q nec sciebāt qcquā, & segnicie deiecti nō q̄sierūt,cū etiā illi q in Iudæa uiuebāt , post tot tātaq; miracula aduersus eū insurgerēt, quāuis planū fuerit ab ipso illud gestū fuisse? Propterea.n.in fine clamat tenebrarum,ut intelligerēt adhuc ipsum uiuere, & ab eo tenebras factas fuisse , ut meliores hac ratiōe fierēt. Dicit enim:*Eli eli lamma sabachthani.* Vt usq; ad extremū spiritū honorari ab eo patrem & nō esse illi aduersarių discerent. Quapropter & propheticā uocem emisit,ueterē approbādo scripturā,& Hebraicè dixit, ut probè eiusdē ipsum esse cū patre uoluntatis percipe rent . Tu autē etiā hoc loco uecordiā illorum,& petulātiā perspice.*Putauerunt enim,*inquit,*Heliā ab eo uocari: & aceto illico ipsum potauerunt. Alius autē impetuose acced ēs,lāncea costam eius percussit* . Quid his oībus iniquius unquā excogitari potest, q eo impietatis deuenerūt,ut mortuū iā corpus uexarēt? Tu uerò cōsidera , quo ad nostrā salutem proteruitate illorum utilia sua emanerūt.*Iesus autem clamans magna uoce emisit spiritū* . Hoc est illud qđ dixerat:Potestatē habeo

Eclipsis tempore passionis domini, per tres duravit horas.

Mar.15.a

Ioan.2.c

4.Reg.13 d.

Mar.15.c

Ioan.11.f

Luc.23.g

Sup.13.b & Marc. 8.b. & Luc.13.b

Ioā.10.d

ponere animā meā,& potestatē habeo rursus sumere ēā.Idcirco.n. magna uoce clamauit , ut ostendat sua hęc potestate fieri.Marcus autē dicit, miratū fuisse Pilatū, si iā mortuus erat . Sed cēturio quoq; ideo maximè credidit, quia sua ipsum spōtè,& potestate mortuū pspexit. Hęc uox uelum tepli scidit, monumēta aperuit , & tēplū ipsum in desolationē redegit: quod fecit,non quia tēplū contēneret: qūo enim illud despiceret,qui dicebat, Nolite facere domū patris mei negociationis domū? sed sicut etiā qui Babylonijs illud tradidit indignos ostendit illos esse , qui in eo conuersarentur: propterea prophetia q̄dā hoc erat futuræ citò,ac ppetuæ desolationis,& mutationis rerū ad maiora atq; sublimiora,& inestabilis suæ signū uirtutis.Sed ad hęc oia resurrectio quoq; mortuorū secuta oipotentiā eius ostēdit.Heliseī.n.tēpore,cū mortuus unū mortuum tetigisset,surrexit:nūc autē corpore ī patibulo pendēte, uox sola mortuos excitauit. Huius.n.illa figura fuit, quoniā ideo factū est,ut hoc facilius crederetur. Nec mortui solū excitātur, uerū ēt lapides scindūtur,& terra cōcutitur,ut
E hinc percipi posset,illos quoq; facilè dirūpere potuisse.Nā qui lapides scidit,qui terrarū orbē tenebris obduxit,multò magis illos si uoluisset,perdere potuisset:uerū noluit, sed uires suas in elementis ostēdens, illos ex clemētia saluare uolebat:sed nō fuerūt illi remissiores.Talis qppe proteruitas inuidię est,ut nō facilè terminetur:sed tūc qdē uel aduersus ea quæ miri ficè fiebāt,ipudentissimè resistebāt : postea uerò cū obstignato monumēto,& caterna militū custodiēte surrexit , ac ipsis custodibus cūm surrexisse ipsum audirēt, nō dubitarūt argēto illos corrūpere, ut resurrectionē Christi obfuscarent.Noli ergo mirari , si tunc etiā mēte capti uidebātur, cū semel ad omnia ex impudentia perperā agenda pparati essent. Sed illud diligenter cōsidera,qualia signa nūc fecit, alia è cœlo, alia in terra, alia in ipso tēplo , tū ut diuina eius indignatio cognosceretur,cōmunissima iā futura, q̄ antè abdita fuerūt penetralia, & qđ cœli hominibus aperiētur , & res ad uera sanctа sanctorū deriuabitur. F
Et illi qdē dicebāt,Si rex Israel est, descendat de cruce:ipse uerò totius se orbis regē ostēdit . Illi dicebāt, Vah qui dissoluis tēplū hoc,& in tribus restituis diebus:ipse autē quomodo penitus desolabatur significauit.Illi,alios saluauit , seipsum saluare nō potest: ipse uerò pēdēs de cruce,ī seruorū corporib⁹ abūdātissimè illud ostēdit.Nā si magnū est Lazarum excitasse, multo maius profectò est multos iā olim mortuos in uitā reduxisse:qđ resurrectionis futuræ signū fuit.Multa.n.corpora sanctorum qui dormierūt ere cta in sanctam introierunt ciuitatē , & multis,apparuerunt.Sed cēturio quoq; tunc gloriā reddidit deo, dicens:Verè iste homo iustus erat . Turbæ deniq; q̄ ad uidēdū exierant,pulsantes pectora sua reuertebā tur.Tāta crucifixi uirtus apparuit,ut post illas cōtumelias,post uituperatione & cædē,tā Cēturio q̄ populus cōpuncti fuerint. Quidā aūt dicūt hunc Cētuionē in fide postea roboratū adeò fuisse,ut ēt martyrio sit coronatus.*Erant aūt illic mulieres multæ à lōgè uidentes,q̄ secutæ fuerant eū,Maria Magdalena,et Maria Iacobi,& Ioseph mater,et mater filiorū Zebedæi.* Hęc mulieres illæ facta uidētes, qa natura magis compatiuntur, summopere flebāt.Diligēter autē considera quanta illarū cōstātia est.Sequebantur ipsum ministrantes ei usq; ad pericula , præsentes oia speculatæ

G fuerũt,qũo clamauit,quomodo expirauit,quomodo lapides ſciſi ſunt, cætera deniq; oĩa. Quare primę quoq; ipſum cũ ſurrexiſſet, uiderũt:& ſexus q maximè fuit condẽnatus,primus honorũ cõtemplatione perfruitur, quod maximè fortitudinẽ illarũ ſignificauit.Diſcipuli enim fugerunt,illę permanẽt, ſoror matris eius,hanc.n.Iacobi appellat,& cæterę.Alius
Luc.23.g aũt euãgeliſta dicit,quia multi etiã ſe propter hæc facta cædebant,& pectus percutiebant:qd ſummopere ludęorũ ante oculos ponit crudelitatẽ,quibus.n. cęteri ſtebãt amarè, his illi gloriabantur. Nã & ſi magna ira dei, ĩmo uerò furore ea ſigna forẽt, tenebręq; ſcilicet, dirupti lapides, reciſſũ uelũ,motus terrę,nec timore tamẽ ullo repſi, nec miſericordia flexi ſunt.
Acceſſit autem & Ioſeph, & petijt Chriſti corpus. Hic erat Ioſeph,q quãuis prius occultabatur, rem tamen poſt mortẽ Chriſti ſubijt arduã.Nõ.n.ignobilis qdã erat neq; ignotus,ſed ex conſilio unus atq; inſignis: unde fortitudo eius maxima admirãda eſt,cũ pp amorem Ieſũ periculũ mortis ſuſceperit, & uniuerſorũ ſe odio tradiderit:exanime qppe corpꝰ petere au-
H ſus,non ante deſtitit quã ipetrauit. Nec ſolũ animũ eius quia petijt, & nõ paruo ipendio ſepulchro tradidit, ſed nouo quoq; ſuo monumẽto cognoſcimꝰ:q̃ res nõ temerè accidit, ſed diuinitus fuit diſpẽſata, ne aliũ, nõ Xp̃m ſurrexiſſe ſuſpicio fieret. *Erãt aũt Maria Magdalena, & altera Maria cõtra ſepulchrũ ſedẽtes.* Cuiꝰ rei gratia iſtæ aſsident? Nihil magnũ, aut ſublime,ut oportebat de ipſo cogitabãt. Ideo & unguẽta tulerũt,& diutius morabãtur,ut ſimul ac p furorem ludęorũ liceret, ad ungẽdũ ipſũ accurrerẽt. Vides mulierũ fortitudinẽ? Vides piũ erga ipſum amorẽ? Vides liberalitatẽ ĩ pecunijs? vides animũ uel mortis periculа cõtemnentẽ?Imitemur has mulieres nos uiri, nec deſeramus in tẽtationibus dominũ: illæ certè uel in mortuũ tantã pecuniã ediderũt,uitę pericula nõ formidãtes.Nos autem,eadẽ.n.mihi dicẽda ſępius ſũt, nec fameſcẽtẽ qdẽ alere, nec nudum induere uolumus:ſed cũ mẽdicare ipſum uideamus, ſpõte pterimus.Et certè ſi ipſũ Xp̃m nũc uideretis, nõ dubitaret unuſquiſq; ueſtrũ uniuerſam ſubſtantiã erogare:
I uerũ nũc teruntiũ nõ erogas. Non audis dicentem,
Sup.25.d Quod uni ex minimis meis facis, mihi facis? Nihil nẽpe intereſt,ſiue huic pauperi, ſiue ipſi Xp̃o dederis. Nihil.n.minus habes his mulieribus, quæ tũc Chriſtũ alebãt,ĩmo uerò, ſed nemo his uerbis turbetur, multò etiam maius.Nõ.n.eſt ęquale ipſum dominũ preſentẽ alere,cuius preſentia uel lapideum ad ſe animũ attraheret,& pp eius uerba duntaxat pauperes, mẽdicos,ægrotos alere atq; curare. Quippe tũc etiã ipſa facies & dignitas p̃ſentis,quæ cũ uidętur,parturit qd facis:modò autẽ uniuerſa hæc liberalitatis & miſericordiæ tuæ ſunt:accedit qd maioris erga Chriſtum reuerẽtiæ ſignũ eſt, quãdo quidem ideo cõſeruum tuũ in oĩbus diligenter paſcis, atq; caras. Quid igitur noſipſos deſerẽtes, in illa ſtudium omne cõſumimus,q̃ migrantes habere nõ poſſumus,& frequẽter nec huc manẽtes retinere,cũ ita locupletari liceat, ut non tantùm hic, uerũ & Illic ditiſsimi uideamur? Qui nanq; loca,domos, & aurum in aĩa circunfert, ubicunq; uiſus fuerit,cũ his uidetur diuitijs.At inqes. Quomodo poteſt hoc fieri? Poteſt & cũ maiori facilitate. Nã ſi in cœlũ ea tranſtuleris per pauperũ manus,in aĩa tua repoſueris omnia, & licèt iã mors ingruat,illis te nemo priuabit,ſed trãſibis & illic locuples. Talẽ habebat & Tabitha theſaurũ. Propterea
Actor.9.g nõ domus eã prędicabat,neq; parietes,neq; lapides, neq; colũnæ,ſed iduta uiduarũ corpora. & manẽtes lachrymæ,& fugitiua mors,uitaq; refloreſcẽs. Talia nobis quoq; cõparemus horrea, tales domos ædificemus,& ita deũ habebimus cooperatorẽ,& ipſi eius cooperatores erimus.Ipſe nãq; pauperes,cũ nõ eſſẽt produxit:tu uerò productos & factos ,fame,& reliqs ærũnis tabeſcere nõ ſinis, ſubueniens ; corrigens undiq; dei tẽplũ labẽs:cui qd unquã ęquale fuerit & ad utilitatis & dignitatis rationẽ? Si uerò nõdũ aptè didiciſti,quali te decorauit ornamẽto,pauptatẽ ſub leuare iubẽs:illud intra te cõputa,ſi tibi talẽ dediſſet poteſtatẽ,ut labẽs cœlũ ſuſtinere poſſes, nonne p id opus honorãdo te multò maiorem exiſtimaſſet? Ergo igitur maiori te dignũ fecit honore. Quod.n. cœlis eſt dignius,hoc tibi refouendũ cõmiſit.Apud deum enim uiſibiliũ nihil homini par. Nã & cœlum & terram & mare propter eũ fecit, & ĩ eo magis quã ĩ cœlo delectatur inhabitans. Et tamen nos & hæc ſcientes, nullã dei templorũ curam gerimus, aut prouidẽ
L tiã.ſed eos neglectũ iri ſinẽtes,nobis magnas & ſplẽdidas domos paramus.Et ideo cũctis priuati ſumus bonis,& ualde pauperibus pauperiores;quoniã has ornamus ædes,quas hinc migrates aſportare nõ poſſumus,& illas omittimus,quas nobiſcũ poſſumus ſimul ducere. diſſoluta nãq; pauerũ corpora oino reſurgẽt:& ĩ his productis,q hęc ĩperauit deꝰ,eos q curã ipſorũ geſſerint, laudabit, & admirabiles reddet: quòd eos iã caſuros,nunc quidem p̃ fame,nunc uerò p̃ nuditate & gelu omnibus modis refocillarũt:
Luca.15 Verũtamẽ & tot nobis laudibꝰ propoſitis, adhuc ceſſamus,& ad hanc pulchrã torpemus curam. Et Xps quidẽ nõ habet ubi caput ſuũ reclinet, ſed circumit peregrinus.& nudus, & eſuriẽs:tu uerò ſuburbana, thermas,& porticus,inumeroſq; paras thalamos in caſsũ & fruſtra:at Xp̃o nec exiguũ communicas tectũ, coruis aũt,& muluis faſtigia exornas. Quid hac peius ſtupiditate? Quid hac iſania grauius? Inſania ſi qdẽ hęc ſunt extrema. Quin potius qcqd aliqs dixe-
M rit,dignũ protulerit nihil. Verũtamẽ ſi uolumus, ęgritudinẽ,licet graué,repellere poſſumus. Nec ſolũ fieri poteſt,ſed & facilè. Nec facilè ſimpliciter , uerũ & multò facilius ab hac peſte liberari, quã à corporali bꝰ morbis, q̃tò maior eſt & medicus. Eũ igitur allicia mus,& ut adiuuet rogemꝰ,& à nobiſipſis debita cõferamꝰ,uolũtatẽ dico, & pr̃optitudinẽ:nihil.n.aliud exigit.Sed ſi hæc accipiat ſolũ, à ſeipſo cuncta depromet.Impẽdamus itaq; noſtra, ut & hic purã aſſequamur ſanitatẽ,& ad futura peruenianus bona,gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri ſimul & ſancto ſpiritui gloria,imperiũ,honor, & adoratio nũc & ſemp,& in ſecula ſeculorũ, Amẽ.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOmi homiliarum octogintanouem ſũper Matthæum,Aniano & Georgio Trapezuntio interpretibus,finis.

Eraſ-

conatus fuerat hunc locum emendare, adiecta bis D
ſyllaba non, non eiuſdem eſſe ſubſtantiæ, non eiuſdem eſſe authoritatis. Atqui hæc lectio ſecum ipſa pugnat. Qui poſsunt enim per omnia eſſe æquales ſi non ſint eiuſdem authoritatis? Codex ad quẽ contuli, non habebat negationem. Homilia.22. uidetur filium facere minorem patre, quum Chriſto loquitur Centurio,Sic & tu quanuis ſub poteſtate patris ſis, habes tamen poteſtatem iubendi angelis tuis. Et hunc locum aliquis tentauit emendare in hunc modum, Quamuis ſub poteſtate patris ſis, ſecundum quòd homo es: uerùm hæc adiectio non habebatur in uetuſtiſsima æditione. Homilia undecima negare uidetur in Euchariſtia eſſe uerum corpus Chriſti, ſed tantùm myſterium corporis. Eadem de re ſuſpectè loquitur Homilia.19. Euchariſtiam appellans ſacrificium panis & uini. Homilia.12. damnare uidetur omne iuſiurandum, minitans etiam diacono, qui codicem euãgelicum porrigit iuraturo. Homilia.18. Suggillare uidetur matrimonium, loquens de uia lata quæ ducit ad mortem, in qua ambulant uiri cum uxoribus, at- E
que etiam adulteri: & tamen Homilia.19.matrimonium appellat ſecundum caſtitatis gradum. Vnde latam uiam ſenſiſſe uidetur, uiam indulgentiæ. Item Homia.42. ambiguè loquitur de coitu coniugum. Homilia.19.ambiguè loquitur de baptiſmo hæreticorum, quaſi ab illis docti peruersè, nihilo plus accipiant per baptiſmum illorum quàm ex doctrina. hoc tamen excuſabile eſt. Eadem manifeſtè damnat digamiam, cum Tertulliano ſentiens. Homilia.21.damnat negociationem, & mercatores eijciendos cenſet ex eccleſia. At hi nunc extrudunt canonicos. Locus qui putabatur eſſe deprauatus à Lutheranis eſt Homilia. 19. In codice uetuſto quo ſum uſus in collatione aberant hæc uerba, Licèt impoſsibile ſit alterum abſque altero reperiri. Nam ſicut ignem abſque calore ardere inauditum eſt, ſic & fidem abſque bonis operibus eſſe. An in alia quapiam æditione reperta ſint, neſcio. Iam fieri poteſt, ut ſint alia quoque nonnulla, nos quod fortè occurrit, indicauimus. Dixerit aliquis, cur quod ſciebas non eſſe Chryſoſtomi,illius operibus miſcuiſti? F
Vtinam hoc tantum eſſet nothon,ſed quemadmodum in Hieronymo & Auguſtino nihil prætermiſimus, non ignari quanta ſit iudiciorum uarietas, ita hic uiſum eſt facere. Sententias improbatas aut ſuſpectas adnotauimus, non ut reiiciatur liber, ſed ut tutius legatur ſi legatur cum iudicio, quemadmodum legimus Tertullianum & Origenem. Quòd ſi reiicimus omnes in quibus eſt aliquid quod diſsideat ab horum temporũ dogmatibus,nec Cyprianus legetur, nec Ambroſius, nec Chryſoſtomus, nec Auguſtinus,nec Hieronymus.Bene uale.

Rimùm nulla dubitatio eſt,hoc opus non eſſe Chryſoſtomi, qd quoniam hactenus illius titulo frequenter excuſum eſt, noluimus prætermittere, præſertim quum ſit hominis eruditi ac facundi,& in diuinis literis ſic exercitati,ut mea quidem ſententia hac in parte non cedat Chryſoſtomo. Suſpicor illum Latinè ſcripſiſſe, licèt & Græcè nouerit. Sermo quòd ad uoces attinet,impurus eſt.Is tum erat ſtylus eccleſiaſticus, & populo ut communis,ita gratus. Cætera ſunt hominis diſerti. Itaque piaculum fuiſſet,ſi hoc opus intercidiſſet,quod tamen in uetuſtis exemplaribus & uarium hactenus habebatur, nec uno modo mutilum.Nos proximam æditionem quæ fuit optima ſequuti ſumus, ſed cum uetuſtis exemplaribus collatum.Quis fuerit author,quibusve temporibus uixe-
B rit diuinare nihil refert:ipſe teſtatur ſe ſcripſiſſe, poſteaquam eccleſia ſub Chriſtianis Cæſaribus, innumeris hæreſibus concuteretur. Cæterum præterquam quòd interdum in enarrãdis ſcripturis habet nonnihil Origenicæ libertatis: inſperſæ ſunt aliquot ſententiæ quæ non multum abhorrent à dogmatibus improbatis: Quarum aliquot indicabo lectori,quò ſit in legendo cautior.Non ſunt homiliæ,ſed neſcio quis ita diſſecuit opus. Homilia.1.Quod legimus,ſpiritus ſanctus ſuperueniet in te:uult intelligi de Chriſto, non de paracleto, quanquam locus mihi uidetur corruptus. Eadem, Non cognouit eam: id eſt,non cognouit illius dignitatẽ ante partum,poſt partum cognouit illius eminentiam,coactè interpretatur. Homilia tertia circa finem dicit,incredulos non eſſe per naturam paleas, ſed propria uoluntate,quaſi fides eſſet in noſtra uoluntate, ac non potius donum dei,aut quaſi non ſine gratia naſcamur omnes filij iræ. Hoc tamen excuſari poteſt. Homilia quarta circa finẽ,apertè negat æqualitatem filij & ſpiritus ſancti,quem filij miniſtrum appellat. Hoc opinor Origenicum eſt. In quibuſdam
C codicibus hunc locum neſcio quis tentarat emendare,ſed fruſtra, quum alijs locis idem pronũciet apertè,uelut Homilia uigeſima ut fatetur diſtinctionem perſonarum, ita palàm negat illarum æqualitatem. Idque paulò poſt repetit. Item Homilia.48.homuſianos recenſet inter hæreticos. Et homilia.45.ita loquitur de hæreticis: Quando uides hæreticos, tres per omnia æquales, dicentes eiuſdem eſſe ſubſtantiæ, eiuſdem eſſe authoritatis, ſine principio omnes hos, aliqua parte diſtantes à ſe, ne mireris: implent enim menſuram patrum ſuorum &c.Quidam

Tomus ſecundus.

GERVDITI COMMENTARII IN EVANGELIVM

Matthæi, incerto authore, Prologus.

SICVT referunt, Matthæum cõscribere euangelium causa compulit talis: Cum facta fuisset in Palæstina persecutio grauis, ut periclitarentur dispergi omnes, ut carentes fortè doctoribus fidei, non carerent doctrina, petierunt Matthæum, ut omnium uerborum & operum Christi cõscriberet eis historiam, ut ubicunq; essent futuri, totius secum haberent fidei statũ. Quòd aũt ab humana eius cœpit natiuitate, & humanam eius generationem exposuit, cõpulit impia impudentia Iudæorum, denegantium Iesum Christum de Dauid semine ducere genus. Corpus autẽ narrationis suæ ordinauit hoc modo: Primum natiuitatem, deinde baptismum, tertiò tẽtationẽ, in quarto doctrinam,
H in quinto miracula, in sexto passionem, in septimo resurrectionem, & ascensionem eius: Non solũ historiam de Christo exponere uolens per hæc, uerumetiam euangelicæ uitæ statũ docere: quoniam nihil est quod ex parentibus nascimur, nisi iterũ per aquã
Ioan.3.a & spiritũ sanctum renati fuerimus ex deo: quoniam quod ex carne nascitur, caro est: qd aũt de spiritu, spiritus est. Post baptismum aũt necesse est contra diabolũ stare, quoniã ad hoc quisq; ungitur. Et reædificatur in baptismo, ut cõtra tyrannũ suscipiat bellũ. Post hæc quasi omni superata tẽtatione factus idoneus ad docendũ, si quidem sacerdos est, doceat: & quia miraculorũ faciendorum non est semper necessitas, doctrinã suã bonæ uitæ quasi miraculis, factis cõmendet. Si autẽ laicus est operibus doceat fidem operibus se & hominibus cõmendet, & deo. Deinde
Iob.7.a quia non possumus aliter exire de mundo, nisi solutum fuerit corpus, per qd ingressi sumus in mundũ, necesse est exire nos de hoc stadio mundi. Et quoniam omnis uita nostra tentatio fuit, restat ut tentationis uictoriam resurrectionis merces sequatur, &
I gloria. Matthæus sanctorũ quidem, præcipue tamẽ peccatorũ euangelista, qui non solum sermone, sed etiam ipsa uitæ suæ correctione peccatoribus euangeliũ prædicauit. Nunquã enim telonearius constitutus, qui consueuerat pecunias colligere perituras, factus fuisset euangelista, ut sermones conscriberet in æternũ mãsuros, nisi ut suo exemplo peccatores ad misericordiam pniæ inuitaret: qui aliquãdo fuit cautus logotheta rationũ terrenarum, nunc aũt diligentissimus est dispensator spiritualiũ præceptorũ. Tũc multos pauperes fecit fraudando pecuniam, nunc aũt innumerabiles diuites facit prædicando iustitiã:
Psa.76.c Vt magnificemus dominũ propter eũ uoce prophetica, dicentes: Hæc cõmutatio dexteræ excelsi.

Homilia prima ex cap. primo.

LIber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abrahã. Liber est quasi apotheca gratiarũ. Sicut enim in apotheca diuitis alicuius omnis homo quod desiderat, inuenit: sic & in isto libro omnis anima quod necessarium habet, inuenit. Quid est quod ait, Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid filij Abrahæ? Et quomodo dicit Esaias K
propheta, Et generationem eius quis enarrabit? Sed Esa.53.a
ille diuinã generationẽ eius inenarrabilem esse pronunciat, iste autẽ carnalem exponit. Propterea non dixit, Iesu Christi filij dei: sed filij Dauid, filij Abraham. Et quare Ioannes statim in principio euangelij sui, diuinitatis eius mõstrauit naturã, dicẽs: In prin
Ioan.1.a cipio erat uerbum, & uerbũ erat apud deũ? Quoniã Ioãnes inter gẽtes in exilio cõstitutus, Græco sermone euãgeliũ causa Gentiũ scripsit, q̃ nõ cognoscebãt si deus filiũ habet, aut qũo genitũ habet: idcirco superfluũ erat primum incarnationis eius mysterium Gẽtibus demonstrare, cũ illũ ipsi quis esset nescirẽt: ideo necessarium fuit primũ illis ostendere, quia est
ibid.1.b filius dei deus: deinde in sequentibus, quia carnem susceperit, dicens: Quia uerbum caro factũ est, & habitauit in nobis. Matthæus autem euangeliũ Iudæis Hebraico sermone conscripsit, sicut iam diximus suprà, ut Iudæi legentes ædificarentur in fide. Iudæi enim semp cognoscebant qa est filius dei, & qũo est
L filiꝰ dei. Superfluũ ergo erat exponere eis diuinitatis eius naturã, quã ipsi optimè cognoscebant, necessarium aũt fuit mysteriũ incarnationis eius ipsis ostẽdere. Quare autem non illi sufficit dicere illum filiũ Abrahæ solius, aut Dauid solius: quia ad ambos de Christo nascituro ex eis, promissio fuerat facta. Ad
Gen.22.b Abrahã quidẽ sic, Et i semine tuo benedicẽtur oẽs tribus terræ: quod intelligi non potest nisi in Christo, quoniã inter cæteros Iudæos & Gentes nũq; amicitia stabilis fuit. Ad Dauid autẽ ita dicit: Iurauit dominus Dauid ueritatem, & nõ frustrabitur eum: de
Psa.33.b fructu uẽtris tui ponam super sedem tuã. Ideo ergo utriusq; filium dicit, ut utriusq; promissiones in Christo impletas ostenderet. Deinde quia Christus tres dignitates fuerat habiturus, rex, propheta, sacerdos. Abrahã autẽ habuit duos filios, & duas dignitates:
Gen.21.d propheta enim fuit, & sacerdos: sacerdos, sicut deus
ibi.20.d ad illũ dicit in Genesi: Accipe uaccã trienniẽ &c. Propheta aũt, sicut ait dominus ad Abimelech de illo: Quoniã propheta est, & orabit pro te, & saluus eris tu, & domus tua. Ideo ergo dictus est filius Abrahæ & Dauid ut propheta quidẽ intelligatur, & sacerdos ex Abrahã, rex aũt ex Dauid. Itẽ ideo non dictus est M
tantũmodo Dauid filius, quia Dauid rex fuit & propheta, sacerdos aũt nõ fuit. Ideo ergo amborum filius nominatus est, ut utriusq; patris triplex dignitas originali iure cognosceretur in Christo. Sed quare prius Dauid nominauit, cum Abraham præcedat in tpe? Prima ratio, & simplex hæc est: Cũ propositũ esset euãgelistæ ex Abrahã generationes domini numerare, si prius dixisset eũ filiũ Abrahæ, postea autẽ Dauid: necesse habebat iterũ reuerti ad Abrahã, & i ipsõ loco bis eũ numerare. Altera aũt ratio est, qa r nominat.
regni dignitas maior est q̃ naturæ. Nã etsi Abraham rr.
præcedebat in tpe: Dauid tamen præcedebat in dignitate. Et qũo maior fuit Dauid, q̃ Abraham, cum quandoq; Dauid reprehensus est in peccato? Sed audi, quoniã Dauid de nimia iustitia sua confidẽs dicebat: Domine deus meus si feci istud, si est iniquitas i Psal.7.a
manibus meis. Itẽ, Iniquitatem si conspexi in corde ibid.65.b
meo, non exaudiet deus. Ergo dimissus est, ut circũueniretur à carne: nõ ut iniustitia ostenderetur eius, sed ut eius iactantia compesceretur. Abraham pater fidelium, quem deus uoluit exemplum esse sanctorũ, dicens ad eũ: Exi de terra tua, & de cognatione Gen.12.a

A tua, & ueni in terrã, quã tibi demõstrabo, ut sciant oẽs homines, quicunq; uoluerint esse filij Abrahæ, & terrã illã uiuã promissionis accipere, de qua scri-
Psal.26.d ptũ est: Credo uidere bona domini in terra uiuẽtiũ: quoniã bona suã debent contemnere, sicut Abrahã terram suã contẽpsit, & parẽtes suos carnales dimittere, sicut ille cognatione suã dimisit. Qui aũt Abraham imitari noluerint nõ possunt esse filij Abrahæ.
Isaac. *Abraham autẽ genuit Isaac.* qui interpretatur risus. Risus autem sanctorum est, non stulta cachinnatio labiorum, sed rationabile gaudiũ cordis, qui fuit per omnia mysteriũ Christi. Sicut enim ille Isaac, desperãtibus iam parẽtibꝰ, in ultima senectute donatus est lætitia suis, ut cognoscatur, quia non erat filius naturę, sed gratiæ: sic & noster Isaac in nouissimo fine
Luc.2.b productus est à matre Iudæa gaudiũ cunctis, sicut dicit angelus ad pastores: Ecce euãgelizo uobis gaudiũ magnũ, quod erit omni plebi. Vnde ait Apostolus: Postq̃ uenit plenitudo tẽporis, misit deus filium
Gal.4.a suũ natũ ✻ ex muliere, natũ ✻ sub lege. Sed iste p uir-
✻✻ *factum.* ginẽ, ille de anu, ambo extra spem naturæ. Ille postq̃
B mater eius parere posse cessauerat, iste prius q̃ mater eius parere posse inciperet. Sed ille de anicula ideo iã deficiente, iste aũt de uirgine incorrupta: qa ille Isaac filios fuerat generaturus in lege corrumpenda, iste autem in gratia permansura. Sicut illum mater nesciuit, quando dũcebatur ad immolandum, sed postq̃ reuersus est, cognouit quia erat oblatus: Sic istum synagoga non cognouit esse filium dei, cum ducerẽtur ad mortẽ: sed postquã resurrexit à mortuis, tunc cognouerunt eum Iudæi. Sicut ille ligna portauit, ubi fuerat incendẽdus: sic iste lignum portauit, ubi
Gẽn.22.b fuerat crucifigendus. Sicut ille non restitit Abrahæ, cũ uellet eũ occidere, sed dixit, Pater mi, liga mihi manus & pedes, nequando insurgã in impugnationẽ: sic & iste non contradixit patri, sed paratus respõdit, Si possibile est, transeat à me calix iste: sed nõ sicut ego uolo, sed sicut tu pater. *Isaac aũt genuit Esau*
Inf.26.d Esau, ✻ *seculorum.* *& Iacob.* in figura duorũ populorũ ✻ Esau à capite
Iacob. usque ad pedes totus pilosus, seculũ primũ hoc significat, quòd ab initio usq; ad finẽ totũ iſi asperimis pilis iniquitatũ repletũ est. Iacob autem totus speciosus & nitidus, futurũ seculũ significat, qd totũ
C pietatis decore fulgebit, & non inuenietur in illo aliqua asperitas, aut nigredo peccati. Et quemadmodũ cũ de utero matris suæ exiret Esau, tenuit plantã eiꝰ Iacob: unde Hebraicè Iacob appellatus est, id est, suplãtator: mox n. ut illiꝰ pedes egressi sunt, istius caput apparuit: Sic & in fine seculi istius, statim illius seculi principiũ apparebit. Et quemadmodum Esau persequebatur Iacob, sic filij seculi huiꝰ persequũtur filios seculi illius: & sicut ipse, ita & filij eius non resGen.27.g tendo, sed fugiendo superant malos. Nã quemadmodũ tunc mater adiuuit Iacob, dicens ei: Fili, audi
Mat.10.c me, & fuge i Mesopotamiã, donec quiescat ira fratris tui: sic & ecclesia filios suos quotidie docet, cũ persecutionẽ patiuntur, dicens: Si uos persecuti fuerint in ciuitate ista, fugite in alterã, & date locum irę. *Iacob aũt genuit Iudã & fratres eius.* Et noster Iacob genuit duodecim apostolos in spiritu, non in carne: uerbo, nõ sanguine: Nã sicut ille cũ suis duodecim descẽdit i Aegyptũ, ut multiplicaretur: sic & Christus cũ suis duodecim apostolis descendit in mũdũ, & multiplicatus est p totũ mũdũ, sicut res ipsa testatur. Item sicut ille descendit, ut medullã Aegypti manducaret: sic & Christus cũ suis apostolis intrauit in istũ mun D
dum, ut medullã huius mundi manducaret, id est, acquireret sibi. Medulla. n. huius mundi, sunt hoies sancti. Sicut. n. medulla quãdiu in arbore fuerit sana, semper floret: cum aũt percomesta fuerit, tota paulatim marcescẽdo siccatur: sic & quãdiu sunt fideles, stat iste mundus. Nã sicut egredientibus Israelitis de Aegypto, exterminata est Aegyptus: sic & sancti cũ de isto mũdo defecerint, casurus est iste mundus. Iu-
Iudas. das aũt interpretatur cõfessor, quoniam Christi erat imago, qui cõfessor patris erat futurus, dicens: Cõfi-
Luc.10.d teor tibi pater domine cęli & terræ. Quia sicut Iudas meretrici cõiũctus est, & dedit illi uirgã & annulum: sic & Christus ecclesiæ meretrici ex gẽtibus se cõiunxit, & dedit illi pro mercede cõiunctionis uirgã ✻ cru
✻ *uerbũ.* cis, & annulũ spiritus sancti p baptismũ, quasi signaculũ fidei præcedentis, quem ẽt alibi lasciuo filio re
Luc.15.g uertenti dari præcepit pater benignus. Et ideo forsitan Thamar, uxor eius, interpretatur imutata, uel exa
Thamar. cerbatio: quia & in ipsa habet intellectũ cõuenientẽ & in ecclesia. In ipsa quidẽ, quia cũ esset casta, in meretricẽ se imutauit, & facta est exacerbatio Iudæ in ira, sicut Genesis liber testatur. In ecclesia autẽ, quia E
fuerat ecclesia meretrix, & exacerbatio dei, postmodũ aũt immutata per fidẽ Christi facta est casta. *Iudas autem genuit Phares et Zaram de Thamar.* in mysterio Iudaici populi, & Gentilis. Zara. n. primus ex ute-
Zara. ro egressus apparuit, obstetrix aũt ligauit illi coccũ
Gene.38. ad manũ, signans populũ Iudaicũ rubricatũ sanguine circuncisionis. Retracto aũt Zara processit Phares: itercluſa est enim caro in qua Zara erat inclusus: hæc aũt i qua Phares erat inclusus, adaperta est, ideo & processit primũ: Sic Iudaicus populus primus apparuit in luce fidei quasi de uulua tenebrosa mundi procedẽs, & ideo signatus est cocco circuncisionis, putantibus oĩbus quia ipse populus dei erat futurus primus. Sed quid? posita est ante faciẽ eius lex, quasi sepes, ut impediret iustitiã eius. Nã lex impedit fidẽ,
Rom.7.d no adiuuat, sicut scriptũ est: Priusquã ueniret mãdatum, peccatũ quidẽ mortuũ erat, ego aũt uiuebam: postq̃ uenit mandatũ, peccatũ reuixit, ego aũt mortuus sum. Sic ergo impeditus est populus Iudaicus p regem, ut non ad iustitiæ lucẽ ueniret: sed subitò tẽporibus Christi rupta est sepes legis, q̃ erat inter Iu- F
dæos & Gentiles, sicut ait Apostolus, mediũ parietẽ
Ephe.2.c maceriæ soluens: sic factũ est, ut ethnicus populus, qui primũ Iudaico populo apparẽte, quasi in uulua tenebrosi mundi tenebatur inclusus: postq̃ rupta est lex per Christi mãdata, excluso Iudaico populo, iste primus processit ad fidem, & postea sequitur Iudaicus populus, sicut ait Apostolus: Ecce mysteriũ uo
1.Co.15.g bis dico. Ex parte cæcitas in Israel cõtigit, donec ple
Rom.11.c nitudo gentiũ intraret, & sic oĩs Israel saluus fieret. Siue aũt Zaram quis dicat in figurã populi fuisse gẽtilis, qui primum per prophetas demonstratus apparuit, & ab eisdẽ prophetis dominici sanguinis cocco signatus est. Dum enim per Christi sanguinẽ regenerandus prophetizabatur, cocco dominici sanguinis signabatur. Phares aũt i figura Iudaici populi qui sepe legis excluso populo gentili, primus processit, illo postea secuturo: maceria ✻ legis sublata, non incon-
✻ *materie.* grue dicitur: propter quod & nominatus est ille Zaram, quod est oriens, uel nobilis. Iste aũt Phares, qd est præcisio, quoniam populus Christianus semper oriens erat futurus, semper illustris: Iudaicus autem

G interiectu legis præcisus ab eo. Et uidetur quidē Iudas ex incesto nurus suæ Thamar coniugio filios suscepisse, reuera aūt neq; ex nuru, neq; ex meretrice. Meretrix.n.nō fuit, quia pp amorē seminis Israel finxit se meretricē, cū non esset. Nurus aūt non fuit, qa nullus filiorū Iudæ habuit eā: ✻nā primus filius Iudæ, cum Iudas suo ipsius experimēto exterritus, noluisset ei accipere coniugē ex filiabus Chananæorū, sed dedisset ei Thamar ex filiab⁹ Arā. Mater aūt eius cū esset Chananæa, hortaretur ✻ eā accipere ex genere suo: ille consilio matris usus non contigit eam pp quod & percussit eum dominus malignantem. Alter aūt filius, audito quòd fratri suo semē fuerat sucitatura, ✻ non sibi, semē suum effudit in terrā, pp quod & ipse percussus est. Et sic factum est, ut Thamar uirgo maneret. Hæc aūt ita de filijs suis gesta, cū nescies Iudas diu lamentaretur, & plangeret, pœnitens quia nephandū opprobriū cum nuru sua, ut putauit, fecisset in Israel, & diu precaretur deū, nec luctus sui terminū faceret, adstitit ei angelus domini, & hæc omnia exposuit ei, sicut fuerāt gesta, & cōsolatus est eū. Iudas aūt tātę fuit religionis, ut & postquā cognouit nō eā fuisse uxorē filiorū suorum, nō acquieuerit ei appropinquare: quoniā etsi quantum ad deū ipsa non erat nurus, tamen quantū ad scientiā hominū nurus uidebatur. Prouidebat.n.bonū, non tantū corā deo, sed etiā corā hominibus. *Phares autem genuit Esrom.* Quoniā quidem causa & ratione, prouidentiaq; dei posita sunt hæc nomina, credimus, maximè cum essent hi principes generis electorum: qua autem causa & ratione posita sunt, uerè ipsi scierunt, qui posuerunt, & deus, cuius prouidentia ponebantur. Nos uerò qđ intelligere possumus in nominibus ipsis, hoc loquimur, maximè cū nullā scripturam canonicā de istis personis habeamus. Esrō.n.sicut Hebræorū sermonum nominū interpretes dicūt, interpretatur, iaculū uidens. Iacula aūt sunt inimici, oēs passiones carnales, quas intrinsecꝰ diabolus iaculatur i animā, & oēs tētationes aduersitatū q̄ prouenerint fidelibus extrinsecus iaculante diabolo. Omnes deinde homines iniqui, quos uel cōtra ueritatem, id est, dei uoluntatē, uel contra seruos eius excitat inimicus, iacula eius sunt, de quibus omnibus dicit Apostolus: Ante omnia accipientes scutū fidei, in quo posśitis oía iacula maligni ignea extinguere. Qui ergo uidēs est iaculū, uigilās est cōtra uersutias inimici, & de lōgè prospicit iacula eius & cauet, aut scuto fidei susceptо ret orquet ad dominum. Vult ergo dominus omnes seruos suos uidentes esse iacula super se uenientia, quomodo ea declinet? Potest & aliter homo iustus iaculū uidens intelligi, ut sit ipse iaculū uidens Christi, cū & ipse Christus dicatur iaculū patris, Esaia dicēte: Qui posuit me sicut sagittā electā i pharetra sua. Iste ergo uir fidelis, & iaculū Christi, & missus à Christo: & iaculū est, non irrationabile, sed rationabile: & uidens, ut sciat ipse quæ debet cōsigere, & q̄ pertransire. *Esrō autem genuit Aram.* Aram interpretatur uisio eorū, uel iritatio eorū uel elatus, aut lux eorum. Sicut nominū istorū significatio dat intelligere: ęstimo, quòd in tempore istius Arā, filij Israel in Aegypto ualde erant multiplicati & elati, & refulgentes. Et multipicatio eorū zelabilis facta erat in oculis Aegyptiorū, & iritatio erat facta ipsorum, secundū quod in Exodo scriptū est: Ecce genus filiorū Israel multiplicatum est super nos, uenite ergo circunueniamus eos. Et in tpe eius forsitan, gementes eos sub depressione Aegyptiorum dominus uidit sicut scriptū est: Vidēs uidi afflictionē populi mei, q̄ est i Aegypto, & gemitū eius audiui. Idcirco secūdū prouidentiā dei tale nomen ei impositū est, uel quia iritauerūt Aegyptios ualde crescentes, atq; elati: uel qa uidit eos dominus ingemiscētes & laborantes. Et ex consideratione tēporis ipsius, credibilis res est. Nā tribus modis circunuenerunt filios Israel. Primū in opere luti, deinde per obstetrices, tertia uice ut expositos facerēt infantes suos, in quo tēpore natus est Moses. Deniq; ipse Arā Aminadab filiā accepit uxorē sororē Naason. Inter circūuētionē ergo unā, & inter circūuētionē alterā ✻ nō nisi ut aliquot trāsacti sint anni. Et ita fit, ut rectè multiplicatio filiorū Israel in tpe Aram zelabilis facta fuisse intelligatur, & afflictio ei superuenisse, & dei uisitatio eū perspexisse. Cōuenienter aūt Arā (qui erat iritatio Aegyptiorū, uel uisitatio ipsorū, uel lux eorū, genuit filiū Aminadab,) qui interpretatur uel gens desiderata, uel populi mei uoluntarij. Nec.n.facta fuisset sup eos uisitatio dei, nisi gens desiderata fuisset, & populus uolūtarius. Neq; fuisset iritatio Aegyptiorū, nisi desiderabiles, & uoluntarij deo fuissent: & usq; nūc q̄ desiderabiles sunt, & uoluntarij deo, illi sunt zelabiles, & iritāt ad inuidiam sui tenebrarū uiros. Idipsum aūt est uolūtarium esse populū, & gentē esse desiderabilē. Qui.n.uoluntarius est deo, & dicit: uoluntariè sacrificabo tibi, ipse est & desiderabilis apud deū: & qui desiderabilis est deo, sine dubio uoluntarius est: qa nō oīno subiectionem hominū diligit deus, aut famulatū, sed uoluntariā subiectionem, & uolū tariū famulatū. Natura.n.oēs sub deo sunt, quoniā & à deo creati sunt. Voluntate aūt non oēs sunt dei, quia secundum opera diabolo se substernunt. *Aminadab autem,* qui erat uoluntarius populus, uel gens desiderata, *genuit Naason.* qui interpretatur refectio, id est, requies. Verè.n.qcunq; est uolūtarius deo, & præbet se desiderabilem apud deum, generat sibi refectionem & requiem. Congruè aūt Naason, in cuius tpe filij Israel de Aegypto exierūt, qui & princeps factus est super tribum Iudæ, refectio & requies est nominatus, quoniam in tpe illius de seruitute Aegyptiorum uiolentorum, & de laboriosis operibus luteis liberati requieuerunt, & refectionē cōsecuti sunt in deserto, & corporis, & animæ: corporis quidem, quia ad libertatem uenerunt corporalē: animæ aūt, qa post immundas culturas Aegyptiorū ad notitiā perducti sunt dei uiuentis. Sed & columbinus, & serpentinus, interpretatur Naason: forsitan quia prudens erat in bono, sicut serpens: simplex aūt in malo, sicut columba. Hic autem Naason, ut diximus, exiuit de terra Aegypti, qui fuit princeps tribus Iudæ: sicut res ipsa ostendit. Nec enim poterat iste fieri princeps, si pater eius uixisset, nisi fortè aliquis dicat sic Aminadab senē extitisse, ut nō posset gerere principatum: qđ non æstimo uerum. Quod ergo dicitur in Exodo, quoniā quinta generatione filij Israel de Aegypto exierunt, secundū generationes inuenitur tribus Leui. Iacob aūt genuit Leui, Leui autē genuit Gad, Gad autē genuit Amram, Amra autem genuit Mosen & Aaron. Quatuor itaque generationibus defunctis in Aegypto, usque Amram, exiuit generatio quinta, id est Moses & Aaron. Secundum generationes

A rationes aūt tribus Iuda, septima generatio de Aegypto uidetur exisse, sex generationibus defunctis in Aegypto: ideśt, Iacob, Iuda, Phares, Esrom, Aram, & Aminadab: septimus autē egressus est Naason. Puto aūt hoc, quòd trib⁹ Iuda magis multiplicabatur præoībus tribubus. Tribus autē Leui non sic multiplicabatur, qa Leuitæ circa tēpli obsequium, ubi pauci sufficerunt, necessarij tantū erāt, sicut & Numerorū liber testatur. Tamē si rationis est, quòd Enoch qui translatus est, in septima generatione sit natus: si rationis est, quòd Noē in generatiōe decima ab Adā, qui mysteriū fuit Christi: Si rationis est, quòd. ſin de cima generatione natus est Abrahā à Noë: si rōnis est, quòd de Abrahā usq; ad legem, id est usq; ad Mosen septē generationes habentur: Sine dubio & hoc rationis est, quoniā secundum quidem tribū Leui in quinta generatione egressi sunt de Aegypto, sēdm aūt tribum Iuda in septima. In tribu ergo Leui, quia generatio quinta exiuit, defunctis in Aegypto quatuor: hoc puto mysteriū, quoniā oīs homo ex quatuor elementis creatur sēdm corpus, id est, ex terra,
B ex aēre, ex igne, ex aqua: post hæc aūt per baptismū regeneratus fit filius dei. In quo ergo quatuor elemētorū generationes moriuntur in mundo, ille uerò p baptismū in quinta generatione spiritus exit de mūdo: hoc est, qui mortificauit membra sua super ter-
Col.3.a ram (sicut ait Apostolus) quæ ex quatuor elemento rū generationibus cōsistunt, ut nō iam in carne sit, sed in spiritu, ille exiuit ad perfectū de mundo. Et nemo egredietur uerè de mundo, nisi qui mortificatis
Rom.8. illis quatuor generationibus, cœperit esse in quinta: ut et ad eū dicat Apostolus, Tu aūt in carne non es, sed in spiritu. Et hic ergo in tribu Iuda. Alia quidē uidetur esse species rationis, tamē penè eadē ratio est. Sextus.n.numerus mysterium habet operis & laboris, pp quod & deus oía uisibilia in sex diebus operatus est, & requieuit in septima: Septimus aūt numerus mysteriū indulgentiæ, & ocij, & requiei: sicut in multis diximus locis. Qui ergo transit oía uisibilia, & relinquit post se quæcunque infra sex dies creata sunt: hoc est uniuersum mundū hūc corruptibilē, & impleт qđ mandat Ioānes in epistola sua canonica,
C dicens: Filioli mei, nolite diligere mundū, neq; ea q̄
1.Ioan.2.c in mundo sunt: ille in septima die est, hoc est, in Christo, & requie est, Christus.n.est requies nostra, sicut
Psa.94.b dicit de Iudæis minimè intraturis in eā propheta David: Iurauī in ira mea, si introibunt in requiem meā. Ille ociatur ab uniuerso opere mundi, qui & sabbatizat à malis sabbatū sanctū, ille & meretur indulgentiam: & si aliquod gesśit humanū, ille exiuit de mundo. Qui aūt in mūdo est, nunq; in septima requie est, nec ociatur à malis unquam, nec sabbatizat. Et qui in septima requie est, ille nō est de mundo: qui autē in mundo est, indulgentia dignus nō est. Vide q̄ prudenter secundū rationes quas diximus, Leuitę quidē in quinta generatione exeunt de Aegypto: regales aūt in septima, quoniam regales modicū aut multū plerunq; delinquunt ipsa potestate cogente, & difficile est eos esse sine delicto perfectos: propterea si moderatè deliquerint, indulgentia digni efficiūtur. Leuitæ aūt & uiri religiosi, sacerdotales, perfecti, & spirituales, & sine macula esse debent. Ideo quæritur in illis, ut quatuor generationibus illis oīno mortificatis in corpore, in quinta generatione mundi cōsistant: nihil, si possibile est, carnis habentes in se, nisi quod uitā sustentet, sicut dicit Apostolus: habentes D
1.Timo. aūt alimenta, & quibus tegamur, his cōtenti simus.
5.b *Naason autem genuit Salmon.* Salmon aūt interpretatur, accipe uas. Iste Salmon accepit uxorem, nomine
Salmon Raab. Hæc autē Raab ipsa dicitur fuisse meretrix de Hiericho, quæ susceptо exploratores, & legatos filiorum Israel: & cum quærerentur à rege Hiericho, ut occiderētur, abscondit eos in supeтiori parte domus suæ, & seruauit incolumes. Audiens aūt facta filiorū Israel, dilexit Israel amplius q̄ propriam gentē. Et dupliciter mihi res ista credibilis esse uidetur. Primum, cū esset Salmon nobilis inter filios Israel, & quia de tribu Iuda erat, & quia filius principis, uidit Raab illam fidelē sic conuersam ad bonū, & à deo dilectā, & deductam de Hiericho secundū dei præceptū, & computatā inter filias Israel, quasi magnā illam aliquam constitutā meruit accipere Salmon in uxorē. Deinde credo, & pp rationem spiritualis mysterij: quoniam Raab illa meretrix figura fuit ecclesię, quę cū fuisset ex Gentibus meretrix, & culturis idolorū cōmaculata, suscipiens speculatores Iesu Christi, id
E est apostolos in domū pectoris sui per uerba ipsorum, abscondit eos sursum in memoria capitis sui, ut non inueniret eos princeps mūdi diabolus, nec perderet eos, qui signo rubri sparsi, & per fenestram demissi, quasi per indiciū dominicæ passionis saluata, & educta de mundo, & castificata facta est sponsa Christi. Salmon iste decimus est ab Abrahā. Semper aūt decimus numerus, quia numerus est perfectionis, mysteriū habet Christi perfecti: pp quod & prima litera noīs Iesu iota habet decē denotās: ergo & quia Salmon in numero fuit mystico Christi, & illa in mysterio fuit ecclesiæ, nō sine ratione credimus ipsam fuisse Raab, & accepisse eam Salmonem. Forsitan aūt ideo & interpretatur Salmon, accipe uas, quasi per ipsum nomē inuitabatur à prouidētia dei, ut acciperet uas electionis Raab. Nā sicut Paulus cū
Act.9.c fuisset persecutor, dignus probatus i apostolatu, uas electionis factus est deo: Sic & Raab cū fuisset meretrix, & Gentilis, digna æstimabatur à populo Israel, ut esset cōiuncta Salmoni. Vel spiritualiter, cōiugio Christi, quia uas electiōis facta est Christo: huic mysterio utrunq; meretricis illius conuenit nomē. Prius F
Raab. enim dicebatur Raab, qđ interpretatur latitudo, uel dilatata: aut quia ex oībus finib⁹ terræ uocata ecclesia, gentiū latitudo appellabatur: aut dilatata, quia credēs ex toto orbe terrarū, in toto fundata est mūdo. Hæc aūt Raab postq̄ nupsit Salmon, nominata
Rachab est Rachab, qđ interpretatur ascensio. Verè.n.sicut corporaliter Rachab illa ascendit, facta una ex filiabus Israel, & dignificata cōiugio talis uiri, sic & spiritualiter ista ascendit: quia cum fuisset ecclesia cultrix anteà idolorū, facta est socia angelorum, & sponsa Christi, & filia dei. Salmon ille q interpretatur, accipe
Booz. uas, qualē filiū genuit ex Rachab? Booz? qui interpretatur in uirtute: uel, uirtus in ipso, siue prævalens, q sēdm imperiū dei accepit uxorē Ruth à deo prouisam: in uirtute generat filios, & in seipsis uirtutē habentes, & prævalentes. Qui aūt accipiunt uxores ex prouisione diaboli. i. nō religionis intuitu, nec fideles in infirmitate generant filios, nec prævalētes unquā nec fortes nisi in malo, & ad pœnam irreligionis suæ, nō ad gaudiū, nec ad consolationem uidentur filios geuuisse. Hic itaque Booz accepit uxorem
Ruth.4.e Moabitidem noie Ruth. Quomodo accepit eam,

G exponere existimauit superfluũ, cũ de his scriptura sit
oibus manifesta. Hoc aũt dicimus solũ, quoniam &
Ruth pro merito fidei suæ nupsit Booz, qa propriã
gentẽ contempsit, & terrã, & genus, & elegit Israel, &
nõ despexit socrum uiduam simul, & peregrinã desi
derio ducta generis eius magis, q̃ sui. Deos patrum
suorũ repulit, & deum uiuentẽ elegit, talibus uerbis
Ruth.1.c dicẽs ad socrũ suam: Noli obuiare mihi, ut relinquã
te, quoniam ubicunq; ieris, ibo: & ubicunq; mãseris,
manebo. Populus tuus, populus meus est: & deus
tuus, deus meus est: ut ubicunq; mortua fueris, mo
riar, & ibi sepeliar. Hoc faciat mihi deus: & hoc au
geat, si nõ sola mors separauerit inter te & me. Ergo
Booz pro merito suę fidei illam accepit uxorẽ, ut ex
cõiugio tali sanctificato genus nasceretur regale. Nã
Booz senior constitutus, non sibi uxorẽ accepit, sed
deo: non pp passionẽ corporis sui, sed propter iusti
tiam legis, ut susciteret semen proximo suo: non ma
gis amore q̃ religione feruentior: ętate senex, iuuenis
aũt fide, & ideo forsitã nominatus est in uirtute, uel
uirtus in ipso prævalens. Quoniã qui secundũ ætatẽ
H ad ineundũ coniugium est in uirtute, non est nomi
nabilis & laudandus, quia est in uirtute: sed q extra
ætatẽ coniugalẽ iam factus, accepit ex religione uir
tutẽ ad coniugium ineundum, sicut iste Booz, ille
Iaudabilis & nominabilis est, quia existit i uirtute,
& illius talis uiri uirtus in ipso est. Iuuenis.n.uirtus
nõ est in ipso, sed in iuuentute corporis eius, ideo &
postmodum exhausta marcescit. Qui aũt in anima
sua fidei habet uirtutẽ, sicut & habebat Booz, illius
Ruth. uirtus in ipso est, & ideo insenescibilis est. Cõsequen
ter & Ruth, inspiratio est appellata. Nã nisi inspiratio
dei fuisset in ea, non dixisset q̃ dixit, nec fecisset q̃ fe
cit. Quid primũ laudatur i ea? Dilectio generis Israel,
aut simplicitas, aut obedientia, aut fides? Dilectio q-
dem generis Israel, quia sic desiderabat filios suscipe
re ex femine Israel, & una fieri ex populo dei. Si enim
cõmunicationem uiri desideraſſet, quasi puella lasci
ua, aliquem iuuenem potius appetisset. Quoniã aũt
non lasciuiæ suę, sed religioni satisfacere cupiẽs fuit,
familiam potius sanctã elegit, q̃ iuuenilem ætatem.
Simplicitas aũt, quia ultronea sub palliũ eius ingres
I sa est, nec cogitauit ne fortè sperneret eam: quasi
uir iustus lasciuam puellam, aut ne deluderet eam:
& quod grauius erat, contemneret delusam, sicut fa
ciunt multi: sed obaudiens facta socrus suæ cõsilijs,
cõfidenter credidit: quia prosperaturus fuerat deus
actum ipsius, sciens conscientiã suã, quia non libido
ad hoc eam cõpulerat, sed religio erat hortata. Quid
aũt & in Booz prædicatur? Humilitas, castitas, & re
ligio. Humilitas quidem & castitas, quia non cõtigit
eam quasi lasciuus puellã, nec abhorruit eam quasi
castus lasciuam: sed mox ut uerbũ eius de lege proxi
mitatis audiuit, nihil horũ omnium lasciuiæ imputa
uit, sed uniuersa religiõi adscripsit. Nec despexit qua-
si dies pauperẽ, nec ueritus est quasi maturus ado-
lescentulam: sed paratior fide q̃ corpore, manè pro-
cessit ad portam, & prouocauit quendã ex genere,
quem iure proximitatis æstimabat propinquiorem:
obtinuit, prævaluit non tantum iure proximitatis,
quantũ dei eligentis fauore, idcirco fortè prævalens
dictus est. Talis ergo Booz ex tali cõiuge Ruth qua
Obeth. lem filiũ genuit? Obeth, qui interpretatur subditus.
Nunc aũt qui diuitias eligit, & non mores: pulchri
tudinẽ, & non fidem: & quod in meretricibus solet
quæri, hoc in cõiugibus optant: propterea nõ gene- K
rant filios subditos uel sibi, uel deo: sed cõtumaces
& cõtra se, & cõtra deũ, ut filij eorũ nõ sint fructus
iustæ coniunctionis eorũ, sed pœna condigna irreli
giositatis ipsorum. Iste aũt Obeth, qui subditus dice
batur, quid genuit? Iesse, id est refrigerium. Iesse enim Iesse.
Latino sermone, refrigeriũ appellatur. Nam uerè qui
cunq; subditus est deo, & parentibus suis, tales filios
generat, deo præstãte, à quibus refrigeretur: quoniã Eccl.3.a
qui honorat patrẽ, honorabitur à filijs suis: qui autẽ
contumaces existunt, aut in deũ, aut in parentes, ge
nerantes non refrigeria sibi generant, sed dolores, ut
à filijs suis recipiant, qd̃ fecerũt in parentibus. Adhuc
æstimo pp Obeth, qui subditus est nominatus: &
propter Iesse, qui refrigeriũ est dictus, ne fortè in die
bus Obeth, filij Israel pp delicta sua traditi erant sub
potestate gentis cuiusdã, sicut in libro Iudicum fre-
quẽter legimus factũ. Et quoniã subditi facti fuerãt
cuidam genti, cõuenienter in tpe illo natus Obeth,
subditus est appellatus. Iesse aũt, sicut ex parte colli-
gere de scriptura Regnorũ potuimus, quot annorũ
Dauid appropinquare cœpit Sauli, iam tot annis re- L
gnante, penè scdm tẽpus extitit Samuel, sub quo iu-
dice & propheta placentes per oia deo filij Israel, &
corporaliter refrigerati sunt, & ab Allophylis libera-
ti, & spiritualiter bene agẽtes, & ideo forte Iesse refri-
geriũ est appellatus. *Iesse aũt genuit Dauid regẽ*. Quia Psal.xviii.a
deus in generatione iustorũ est, & generatio rectorũ
benedicetur. De Dauid aũt nũquid tantũ dicere pos
sumus, quãtũ scriptura Regnorũ? idcirco prętermit-
tentes oia, hoc dicimus solũ, quia & Iesu Christi ima
go fuit Dauid. Dauid aũt interpretatur sufficiẽs, ma Dauid.
nu, uel dilectus, sicut & Christus fuit, & in bello for-
tis, & potẽs, & patri dilectus, & in actibus suis, & in
misericordia, & in mãsuetudine sua prophetatio fuit
Christi. Et quid dicã, i actibus suis iustis, aut in perse
cutionibus suis iniustis? In ipso ẽt peccato suo pessi-
mo, Christi & ecclesiæ mysteriũ fuit. Sicut.n. Dauid
cum esset in solario suo excelso lætus, uidit specio- 2.Re.11.a
sam Bersabee, cum lauaretur, & concupiuit eã, & ha
buit, cũ adhuc esset in cõiugio uiri alterius Ethei: sic
& Christus cũ esset in cœlo suo altissimo, adhuc læ-
tus in sua diuinitate, uidit ecclesiã gentiũ speciosam M
scdm cor, displicẽtẽ sibi in sordibus errorũ suorũ, &
bonis operibus se diluentẽ, cum adhuc diaboli esset
coniux, uidit eam, & cõcupiuit, & habuit prius. Post
hęc aũt descẽdens in mundũ, sicut Dauid postea in
terfecto Vria uxorẽ eius sibi in cõiugẽ sumpsit: sic &
Christus, destructo diabolo, subditas ei gẽtes traxit
in cõiugium suũ. Nã sicut Dauid primũ Bersabee ha
buit, cũ adhuc esset sub proprio uiro, postea eã legi-
timã uxorẽ accepit: sic & Christus & tunc fecit eccle
siæ, & modò facit omni animæ rectæ. Nisi.n.deus
prius habuerit, aut Iudeũ, aut gentilẽ, impossibile est
ut adducat eũ ad fidẽ suã: utputa Cornelium adduxit Act.10.b
ad fidẽ suã per ministeriũ Petri: sed antè habuit ani-
mã eius operãs in ea orationes assiduas & eleemosy-
nas multas, sicut Actus apostolorũ testãtur. Centu-
rionẽ uocauit ad fidẽ suã, sed prius, cum adhuc esset Infr.8.a
sub diabolo, habuit aiam eius, operãs in ea dilectio
nẽ gentis dei, & ædificãs synagogas: sic qd̃ diabolũ
facere uidemus. Impossibile est, ut aliquẽ Christiano
rũ ad perfidiã trahat, nisi prius cum adhuc sub Chri
sto esset, habuerit animã eius, & operatus fuerit i ea
propriũ opus, & probauerit consensum ipsius. Ecce

A Iudam prius q̃ disiungeret eum à Christo, & sibi cõ-
iungeret, prius habuit eũ, operãs in eo cupiditatẽ pe
cuniarũ, & furta. Post q̃ uerò delectatus est i cõscien
tia sua sibi conuenienti, tũc cõpulit eũ tradere Chri-
Bersabee. stum, & transire ad sua. Bersabee aũt interpretatur
filia potẽtis, quod nomẽ secundum mysterium ec-
clesiæ habet idoneam rationẽ. Ecclesia.n.nupta no
stro Dauid, filia facta est dei omnipotẽtis, q̃ prius fi-
lia diaboli uidebatur fuisse. Adhuc interpretatur Ber
sabee, e litera duplicata in fine, puteus septimus, qd̃
corporaliter & spiritualiter habet intepretationẽ cõ
uenientẽ. Quoniã sicut dat nobis intelligere scriptu-
1.Re.3.et 1.Par.3.a ra Paralipomenõ, uxores septẽ habuit Dauid, ex qui
b bus filios generauit. Sex qdẽ, quas accepit in Ebro:
septimã aũt in Hierosolymis Bersabee. Putei autem
in prouerbijs Salamonis, quamuis & alterũ interio-
rem habeant intellectũ, tamẽ in prima facie uxores
significantur: ubi docet cum uxoribus proprijs uirũ
debere permanere, dicẽs: Bibe aquam de tuis uasis,
& de puteorũ tuorũ fontibus. Si ergo putei uxores
Prou.5.c intelliguntur, cõuenienter Bersabee septimus puteus
B interpretatur, qa & septima extitit uxor. Sed & Chri
stus septẽ ecclesiarum sponsus habetur. Nam quam-
uis innumerabiles sint ecclesiæ secũdum diuersitatẽ
locorum, tamen omnes septẽ dicuntur propter spiri
tus septẽ, quibus sustẽtatur omnis ecclesia. Vnde &
Ioannes & Paulus apostolus ad septẽ ecclesias scri-
bũt, quasi ad omnes. De regibus autem residuis di-
cere aliquid, uisum est mihi superfluũ, cũ desideran
tib⁹ dicere uel audire de eis sufficiat scriptura regno-
rũ. Sed tamen secundum qd̃ Hebraicorum sermonũ
interpretes tradiderũt, nomina eorum actibus coa-
ptare tẽtabimus, ut dei prouidentiam, & in ipsis ho-
minum nominibus ostendamus, & spiritalem dele-
ctationem audienti populo acquiramus. *Dauid autẽ*
Salomon. *genuit Salomonẽ*. Salomon autem interpretatur paci-
ficus. Pacificus est autem appellatus, quoniã omni-
bus in circuitu gentibus, & pacificatis, & tributa red
dentibus, pacificum habuit regnum, ita ut & tem-
plum deo ędificaret, utens etiam ministerio gẽtium:
quoniam in figura fuit nostri pacifici Christi, qui cõ
fugientibus ad se per fidẽ gentibus uniuersis, & bo-
C norũ operum spiritalia tributa soluentibus, pacificũ
habuit regnũ. ita ut ex uiuis lapidibus non solum Iu
dæis, sed etiã gentibus uiuum tẽplũ deo ædificaret
Roboam. uiuenti. *Salomon autem genuit Roboam*. Roboam autẽ
interpretatur, in multitudine populi. Aestimo, quòd
pater quidem eius, sicut omniũ regum patres ex bo
no proposito ei nomẽ imposuit Roboam: dei autẽ
prouidentia, sicut & omnium regum nomina secũ-
dum actus eorum proprio dispensauit nomine, siue
in bono siue i malo. Salomõ ergo cũ haberet regnũ
ualde multiplicatũ, meritis patris sui Dauid, & suis,
quia dilexerat eum deus in primis, natũ sibi in tem-
pore illo filiũ, appellauit Roboam, id est, in multitu-
dine populi, quasi factum in multitudine populi, ut
secundũ statũ regni sui multiplicati nominaretur fi-
lius eius: prouidentia autẽ dei, quia fuerat peccator
futurus, & disidium regni sui passurus, dispensauit,
ut diceretur in multitudine populi: quoniam quod
fit i multitudine populi, statim facilè seditionẽ mul-
titudinis patitur. Multitudo enim mater est seditio-
nis & cõtumaciæ: quia quicquid à multis peccatur,
plerũq; manet inuindicabile: paucitas aũt magistra
est disciplinæ. Aestimo quòd Salomon & Roboã in

mysterio Christi fuerunt: quòd si i mysterio Christi D
fuerunt, cõsequenter & in mysterio populi Christia-
ni. Nãq; cũ sint oẽs Christiani corpus Christi, rectè
uniuersus populus Christianus accipiẽdus est Chri-
stus: sic & Salomõ in mysterio populi fuit Christiani
bene incipiẽtis: Roboã aũt in mysterio populi malè
finiẽtis. Nã sicut circa senectutẽ Salomone peccãte,
excitauit dominus satã sup eũ, & detruncauit ex par
te modica regnũ eius: in tẽpore aũt Roboã, abijciẽ- 3.Re.12.c
tis consiliũ seniorũ, & sequentis consilia iuuenum &.2.Pa-
coętaneorũ suorum ad plenum scissum est regnum, ra.10.a
ita ut decẽ tribub⁹ secedentibus, & propriũ sibi faciẽ
tibus regẽ, duæ tribus tantũmodo manebant sub
Roboã. Sic populus Christianus in primis quasi be
ne agẽs prosperatus est, sicut Salamõ: procedẽte au
tẽ tẽpore, cũ cœpisset delinquere populus Christia-
nus & amare q̃ carnis sunt & mũdi, q̃si filiã Pharao-
nis, quã diabolus subministrat priceps carnis & mũ-
di, ad tẽtationẽ Christianorũ, excitauit deus sup po-
pulũ Christianorũ spiritũ schismatis. In primis quidẽ
debilitatus est Christianus populus in qbusdã schis-
matibus. In nouissimo aũt populi Christiani quasi E
in tpe Roboã abundante iniquitate, & charitate re
frigescente, plenius conscissus est populus Christia-
nus, ita ut maxima pars Christianorũ diuideretur in
hæreses, & faceret sibi proprios episcopos, q̃si pro-
prios reges, & uix paucissimi Christiani remanerent
in ecclesia Christi sub Christo. Et sicut tũc Roboã
abijciãs cõsilia seniorũ, & coętaneorũ suorũ sequẽs,
occasionẽ præbuit disidio illi: sic & circa finẽ episco
pi reliquẽtes cõsilia seniorũ apostolorũ, & propheta
rũ, secudũ qd̃ cõsiliati fuerãt episcopos cõuersari de-
bere, uel episcopatũ suũ tractare, & secuti sũt cõsilia
coætaneorũ suorũ, & iuuenũ cõsiliantiũ epm opor-
tere diutiẽ fieri & inhospitalẽ, & timorẽ dei nõ habe
re, & talia quædã alloqui q̃ moueant plausum: & de
derunt occasionẽ diabolo præcisionũ faciendarũ, Luc.12.c
non attẽdentes q̃ dominus dicit: Si autẽ cœperit di-
spẽsator dicere, qa dominus meus morã facit, & cœ
perit castigare pueros & ancillas, & mãducare & bi-
bere cũ ebriosis, ueniet dominus eius in die qua ne-
scit, & hora qua ignorat, & diuidet eũ. Iterũ qd̃ præ-
cepit Petrus: Non ut dominãtes, sed quasi episcopa- F
tũ tenẽtes. Itẽ Paulus: Nouitates uocũ deuita, gene- 1.Pet.5.a
rãt.n.lites, & sermo eorũ sicut cãcer serpit. Itẽ: For- 2.Tim.2.c
mã habe sanorũ uerborum, q̃ à me audisti. De qua 1bid.1.d
prosperatione prima populi Christiani, & de aduer
sitate nouissima prophetatur in Psalmo. De pros- Psa.88.d
peratione prima sic: Tũc locutus es i aspectu filijs tuis,
& dixisti: & cętera q̃ sequũtur. De aduersitate aũt no
uissima sic: Tu uerò repulisti, & pro nihilo deduxi-
sti, & distulisti Christũ tuũ, & cætera q̃ sequũtur. Vi- 1bidem.f
de quia qũo tũc in regno Iudę qdã reges extiterunt
peccatores, qdã aũt mediocriter peccatores: i regno
aũt Israel nemo regũ inuentus est iustus: Sic & in ec-
clesia Christi inueniuntur quidem episcopi boni &
peccatores: in hęresibus autem nemo inuenitur om
nino rectus, sed omnes peruersi: quia in auro quidẽ
inuenitur scoria & sordes, in sordibus autem nõ in-
uenitur aurum. *Roboam autem genuit Abiam*. Abias
autem interpretatur pater uenies, uel patris mei hic.
Forsitan hic Abias similis natus fuerat patri suo in Abias.
corpore, ideo appellauerunt eũ pater ueniens, qua
si alter pater nascens: uel patris mei hic, quasi patris
sui hic esset imago. Prouidentia autem dei sic ordi-

G nauit eũ uocari: quia sicut Roboã cœpit rectè, postea aũt extitit peccator in deũ, sic & Abias. *Abias autẽ genuit Asa.* Asa autẽ interpretatur unguentum. Iste enim Asa ualde perfectus fuit corde, & placẽs deo, sicut Regnorũ liber ostẽdit. Propter hoc fortè à deo est ordinatũ, ut appellaretur unguẽtum: Quia sicut unguentũ & in hyeme floridũ est & boni odoris, & hoies suo odore delectat, atq; impinguat, cũ ex eo uncti fuerint: sic & iustus, & in hyeme tẽtationis immarcescibilis est, & fidelis manet. Sicut fuit in Asa, q & bonæ opinionis est, & historia scripta de eo delectat legentẽ, & ædificat, & impinguat, & ad desideriũ suæ sanctitatis excitat uiros prudentes. *Asa autẽ genuit Ioſaphat.* Ioſaphat aũt interpretatur dominus iudex: puto quòd Asa pater eius cum pp iustitiam eius eũ dominus prosperasset in omnibus, & inimicos eius cõfregisset ante faciẽ eius, sicut scriptura testatur Regnorũ, quasi in ipso nomine filij sui cõfessionẽ offerẽs deo iudici iusto, uocauit eũ dominus iudex. Nã uerè iusti iudicis est bene agẽtẽ remunerare, & negligẽtẽ corripere, sicut fecit de⁹ Asa. Nã postquã Aethiopũ & Libyũ uirtutẽ innumerabilẽ deus deposuisset ante faciẽ eius, posteà aduersante sibi rege Israel Basa, Syrorũ auxiliũ petijt aduersus eũ: propter quod & misit ad eũ Ananiam prophetã dicẽtẽ hęc: in quo confidis te regẽ, & non confidis in dominũ deũ tuum: propterea labefacta est uirtus Syriæ de manu tua. Nõne Aethiopes & Libyes erãt in uirtute magna, & in currus, & equites, & multitudinem copiosam? & cũ confideres in dominũ, tradidit illos in manus tuas, quoniã oculi domini respiciũt in omnẽ terrã, ad cõseruandũ illum qui est perfecto corde ad eũ, & euanuisti de isto. Propter quam diffidentiã puto quòd & i senectute doluit pedes, q̃a dominus iustus iudex per omnia fuit in eo. Nã nec modicam iustitiã seruorum suorum sine remuneratione relinquit, nec modicã culpã sine correctione dissimulat. Sed & in filium eius Ioſaphat, qui hoc nomine uocabatur, iustus extitit iudex, quoniã & ipse cõsummatus fuit, sicut pater eius Asa, & adhuc amplius. Propter hoc & dominus iustus iudex, amplius adhuc exaltauit & glorificauit Ioſaphat, quã patrẽ eius Asa, ita ut oẽs reges i circuitu munera ei offerẽt quemadmodũ Salomoni. Sed tamen cũ fecisset amicitias cũ Achab, & dedisset ei auxiliũ ascẽdẽti ad bellũ, circũdederunt eũ currus: & cũ iam periclitaretur occidi, exclamauit ad dominũ, & eripuit eũ. Cum autẽ interfecto Achab reuerteretur i Hierusalẽ, misit deus ad eũ Iehu prophetã filiũ Ananię dicentẽ: Si peccatorem illum adiuuisti, & illis qui oderunt deum amicus es, & in hoc super te ira à facie domini desceꝛ, nisi sermones boni inuenti fuissent tecum, quoniã abstulisti lucos de terra Iuda, & parasti cor tuũ ad requirendũ dominum. Vides q̃a nec dare oportuit auxilium inimicis dei, nec ab eis accipere? Quoniã aũt, nec accipere oportet ab inimicis dei, docet nos supradicta historia de Asa. Quoniam uerò nec dare, instruit nos hæc scriptura de Ioſaphat. Qui. n. petit auxiliũ ab inimicis dei, de auxilio dei desperat utiliores ✻ sibi existimans inimicos dei quam deũ. Qui aũt dat auxiliũ inimicis dei, aduersatur deo. Deo enim uolente cõterere inimicũ suũ, ipse eũ defendere tẽtat. *Ioſaphat aũt genuit Ioram.* Iorã aũt interpretatur, dominus altitudo. Hic Iorã similiter sicut pater suus Ioſaphat, prosperatus est nimis, & exaltatus i regno: quasi cõfidens in domino uocauit filium suũ natum, dominus altitudo: tanq̃ si dicat, Dominus est altitudo mea, qui me nõ merito meo, sed miseri cordia sua fecit in altitudine. Forsan & prouidentia dei, q̃a impius erat futurus & superbus, sic eũ nominari disposuit. Nã iste Iorã in magnitudine diuitiarũ elatus est, & ualde impiè gessit i deũ, sicut liber Regnorũ & Paralipomenõ testãtur. Habẽs uxorẽ noie Godoliã filiã Iezabelis, & Achab eius cõsilio utens, ualde extitit iniquus in deũ & elatus, ipsam altitudinẽ sibi quasi deũ uel dominũ fecit, confidens in altitudine. Omnis. n. homo malũ ipsum cui seruit, dominũ sibi facit: Nã ita elatus est, ut & fratres suos omnes occideret, quos ei quasi adiutores & cõsiliarios reliquerat pater. Propter quæ omnia percussit eum dominus passione grauissima & diutina, ita ut ante biduũ mortis suæ intestina sua putrefacta iactaret. *Iorã aũt genuit Ochoziã. Ochozias aũt genuit Ioan. Ioas aũt genuit Amasiam. Amasias autẽ genuit Oziam.* Sed iustè usq; ad tres generationes ex eo sanctus spiritus per Matthæũ præcepit de numero regũ tollere de imũdo & maledicto semine natos, in generationib⁹ Christi spernẽs connumerare. Ioram autẽ ex semine Achab & Iezabel, accipiens sibi uxorẽ Godoliã noie genuit ex ea Ochoziã. Ochozias aũt genuit Ioã. Ioas aũt Amasiã, in quo cõpletur generatio quarta seminis iniqui & maledicti. Achab. n. rex Israel accipiẽs sibi uxore Iezabel filiã Sidonij regis, cõtra dei præceptum impiã nimis, multas impietates commisit in dominũ, illa se instigante. Propter quod spiritus sanctus per prophetã cõtestatus est dicens: Vt disperderet omnẽ masculum de domo Achab. Quã prophetiã impleuit Iehu filius Namzi unctus à puero, qui missus erat ab Heliseo, & accepit promissionẽ, ut usque ad quartam generationẽ sederent filij eius in sede regni super Israel. Quanta ergo benedictio facta est super Iehu, q uindictã fecerat sup domũ Achab: tãta fuit maledictio super domũ Iorã pp filiã iniqui Acab & Iezabel, ut usq; ad quartã generationem prę cidantur filij eius de numero regum, & sic peccatũ eius descendit in filios eius, sicut fuerat scriptum; Peccata patrũ reddã in filios, usq; in tertiã & quartã generationẽ. Videte ergo per istam scripturam, quam periculosum est inire coniugia ex genere impiorum, sicut Ioram: & quam gloriosum est uindictam i impios facere, sicut fecit Iehu. Quantũ ergo ad historiã regnorum pertinet, Amasias genuit Oziã: quantũ ad Matthæũ, Iorã genuit Oziã. Vnde Ozias interpretatur filius nobilis. Qua autem causa uocauerit eũ pater filiũ nobilẽ, nõ potui æstimare, nisi fortè siqs æstimet eũ speciosũ fuisse natũ, aut fortè primitiuũ fuisse: quoniã tunc primitiui apud illos clari & honorabiles habebantur: tum & secundũ deũ, quantum ad alios, q̃ui ex maledicto semine descenderant reges. Etiam secundũ deũ nobilis fuit, quia fecit Ozias quod placitum erat deo, & in omnibus à deo adiutus est, propter quod cum fuisset à deo prosperatus, elatum est cor eius, & dignũ se æstimauit etiã sacerdotali officio fungi. Nã cũ usurpasset sibi thuribulũ inferre in templũ, & resisterent ei filij Aron & Leuitæ, quasi illicita appetenti, cõminatus est eis, quasi rex potestate subnixus. Confestim aũt deus percussit eũ lepra, & uisa est lepra bis in fronte eius, & exiliuit foras, & sedit domi usq; ad mortẽ suã leprosus. Videte q̃ illicitũ est usurpare opus qđ à deo non est

A cõmissũ. Quale facit peccatũ laic⁹ usurpãs sibi opus clericale, tale facit peccatum & lector, si usurpauerit opus diaconi: & diaconus, si usurpauerit sibi presbyteri opus: & presbyter, si episcopalẽ appetierit potestatẽ. Vide quo secundũ quod prolongabatur generatio orta de illa maledicta familia, sic paulatim per generationes minuebatur i eis iniqtas. Ecce. n. Ochozias peior fuit oĩbus post Ioram patrem suum. Interpretatur aũt Ochozias possessio iuisibilis. Patrẽ aũt eius cũ fuisset impius, non possumus suspicari secundũ deũ posuisse filio suo uocabulũ possessio iuisibilis: nisi fortè secũdũ diabolũ, à quo seductus uarijs fluctuabatur errorib⁹. Huius aũt filius Ioas iã melior fuit eo, sed nõ ad plenũ. Nã quãdiu uixit Ioiada sacerdos, q̃ unxerat eũ in regẽ, ualde puerum dilexit, & eripuit eũ de manu Athalię auię suę, q̃ occideꝛat oẽs ne potes suos, & ipse fecit qđ placitũ erat deo. Postquã aũt mortuus est Ioiada, quẽ fortè erubescebat quasi sanctum sacerdotẽ, & quasi authorem uitæ suę & regni, mutatus est, & fecit malũ ante deũ. Deniq; cum induisset spiritus sanctus Zachariam filiũ ipsius Ioiadæ, & dixisset ei. Hæc dicit dominus, quare prꝛteristi mandatum domini? nõ erit uobis in prosperũ, quoniam dereliquisti dominũ, & ille derelinquet uos. Insurrexerunt in eũ, & lapidauerunt eum ex præcepto regis: propter quod & conueniẽter nomẽ eius interpretatur tẽporis prolongatio, quia prolõgatio temporis mutauit eũ in peius. Item Amazias paulò melior extitit, quã Ioas: nam Amazias filius eius in primis placuit deo, sicut Ioas, sed postea malignatus est sicut Ioas: secũdũ hoc fuit melior quã Ioas pater suus, q̃a Ioas corripiẽtẽ se prophetã lapidibus interfecit, & hoc ob filiũ Ioiadę sacerdotis regificatoris sui. Amazias autem cũ misisset ad eum deus Balaã prophetam dicẽtẽ: Quare quæsisti deos, qui non liberauerunt populum suũ de manu tua? nõ interfecit, sed cõminatus respondit ei: Nunquid consiliarium regis dedi tẽ? caue tibi ne flagelleris. Itẽ Ozias filius Amaziæ melior fuit oĩbus illis prꝛcedentibus ante se: etsi non fuit irreprehensibilis, q̃a opus sacerdotij affectauit. Vide nunc secundum hoc & dei iudiciũ iustum. Sicut. n. Ozias prolongato numero generationum minus malus extitit cæteris ex generatiõe maledicta progenitis, nõ tamẽ perfectus fuit: q̃a adhuc aliquid habuit generationis illius: sic & deus non eũ pscidit de numero regum, q̃a fecit quod placitũ est deo. Percussit autem eum lepra propter iactantiã eius, ut domi sederet: ut uideretur nõ de numero generationis Xpi præcisus, sed fruitiõis regni ex parte fraudatus. *Ozias autem genuit Ioathan.* Ioathan intepretatur perfectus, uel dominus imaculatus. Et uerè pfectus fuit hic Ioathan, & quantũ ad reges se prꝛcedẽtes dominus imaculatus: quia fecit quod placitũ erat deo, & nulla reprehẽsio eius legitur in scriptura regnorum. *Ioathan autem genuit Achaz.* Achaz autem interpretatur firmamentũ domini, aut uirtus. Ioathan autem cum esset rectus & fidelis deo, firmamentũ suum & uirtutem credẽs dominũ esse à quo & fuerat prosperatus in regno, quasi confidẽs firmamentũ suum, & uirtutem credens dominũ esse, uocauit filium suum Achaz, & firmamentũ domini, uel uirtutem. Ille aũt non fuit firmamentũ domini, neque uirtus. Neque enim firmauit eũ deus i bono, sed diabolus i malo, qui fuit dominus eius. Nã ualde impiè gessit in deũ, sicut testatur scriptura Regnorũ & Paralipomenon. Quòd autem appellatus est Achaz firmamentũ domini, uel uirtus, religionem quidẽ patris eius ostendit, ipsius aũt duritiã: ⌜q̃a sicut à conuersatione patris factus est longè, sic & à proprietate nominis sui ⌜*differẽ-tiam.* seipsum p̃cidit, nisi fortè quòd apud Esaiã prophetã positũ est hoc modo: Et factũ est in diebus Achaz filij Ioathã regis Iuda, ascendit Rasim rex Syrę, & Phacee filius Romeliæ rex Israel ad Hierusalẽ expugnare eã, & nõ potuerũt debellare eã. Et annunciatũ est in domo Dauid à dicẽtib⁹: Cõsensit Syria cũ Ephraim, & expauit aĩa eius, & aĩa plebis eius, sicut in sylua arbor, ⌜cum à uento cõmouetur. Et dixit dominus ad Esaiam: Exi in obuiã Achaz tu, & q̃uirelictus est Iasub filius tuus, ad piscinã superioris uiæ uillę Fullonis, & dices ei: Vide ut quiescas, & noli timere, neque aĩa tua languescat à duobus titionibus fumigãtibus istis. Cum. n. ira furoris mei facta fuerit, iterum sanabo: quoniam filius Aram & filius Romeliæ, q̃ cogitauerunt cogitationẽ pessimã, dicentes: Ascẽdamus in Iudæam, & colloquentes eis, cõuertamus eos ad nos, & regem statuemus eis filium Thabeel. Hęc dicit Adonai dominus Sabaoth: Nõ manebit cogitatio ista, neq; sic fiet. Forsitã sic cõfortatus Achaz cũ genuisset filiũ, uocauit nomẽ ei⁹ Ezechias. Ezechias aũt interp̃tatur, cõfortauit domin⁹. Verè cõpleta est in Ezechia cõfortatio domini, cui animus extitit sanctus sup oẽs reges, q̃ fuerunt ante eũ. Nã inter cætera bona, q̃ merito præstitit ei deus, cum misisset ad eũ Senacherib rex Assyriorũ, Rapsacem principem militiæ suæ, & libellũ plenũ improperijs & blasphemijs contra deũ, sicut exponit Esaias propheta: Ezechias accepit libellũ illũ, & ingressus in templum, apparuit ante dominũ, & orauit, & cõfestim missus est ad eũ Esaias propheta, annũciãs ei protectionẽ dei, & confortãs eũ, & exiit ad preces Ezechiæ angelus à facie domini, & percussit in castris Assyriorũ centũ octogintaquinque millia uirorũ. Qualia autẽ fuerint uerba Rapsacis, uel qualis oratio Ezechiæ, uel qualis cõfortatio Esaię, lege in Esaia, & profer causam excitatiõis in populo. *Ezechias aũt genuit Manasſẽ.* Manasses autẽ interpretatur, ab insurgente, uel ex obliuione: quã interpretationẽ cõmẽdat & liber Geneseos, ubi cũ natus fuisset in Aegypto filius Ioseph, uocauit nomẽ eius Manasses, dices: Obliuisci me fecit dominus laborũ meorum, & locorum omniũ domus patris mei. Si ab insurgente intelligatur, sic possumus dicere: quia fortè ab insurgẽte Sennacherib contra eũ, liberauit eũ dominus: ideo quasi gratias agens posteà in noie filij sui, uocauit eum Manassen. Si autem intelligatur ex obliuione, rationẽ alio modo possibile est existimare: quoniã nõ faciebat filium, propter quod cũ genuisset filiũ, uocauit nomẽ eius ex obliuione, quasi ex desperato filiũ sibi natum. Hæc secũdũ propositũ bonum æstimabimus patris, alioq secundũ actum pessimũ Manasses aliter est æstimandum: quoniã quidem pater eius in illo prædicto proposito uocauit eũ Manassen. Prouidentia autem dei sic eũ dispensauit uocari, q̃a obliturus fuerat omnẽ conuersationem patris sui sanctam, & oĩa beneficia dei pro merito eius collata i ipsum, & stimulatus ab insurgẽte diabolo, q̃ solet insurgere super genus humanum ad euertẽdũ, gesturus oĩa quæ deum ad iracundiam prouocarent. Denique cũ ægrotasset Ezechias in tẽpore quodã, & uenisset ad eum Esaias propheta uisitandum, uocauit Ezechias filiũ suum Ma-

G nassen,& cœpit ei mādare,quòd debeat deū timere, qūo regere regnum, & alia multa. Et dixit ad eum Esaias: Verè qa nō descendūt uerba tua in cor eius, sed & meipsum oportet p manū eius iterfici. Quod audiens Ezechias, uolebat filiū suum interficere, dicens: Quia melius est me sine filio mori, quā talem filium relinquere, q & deū exasperet,& sanctos eius persequatur. Tenuit autē eū uix Esaias propheta,dicens:Irritum faciat deus consilium tuū hoc, uidens Ezechię religionē,qa plus amabat deū,quā filiū suū. Tamen cū multa gessisset impiè hic Manasses, addu xit super eū deus principes uirtutis regis Assur,& cōprehenderunt Manassen in uinculis,& ligauerunt eū 4. Re. 21. et 2. Par. in cōpedibus, & perduxerunt eū in Babyloniam, & 32. et seq. erat ligatus & catenat⁹ in domo carceris, & dabatur ei panis hordeaceus ad mēsurā modicus, & aqua cū aceto modica ad mensurā ut uiueret tantum,& erat constrictus in doloribus ualde.Et ideo cū uehemen ter affligeretur,q̄siuit faciem domini dei sui, & orauit deū qui oībus adstat,& exaudiuit.dominus uocē eius,& misertus est ei. Et facta est circa eum flam ma ignis, & liquefacta sunt oía uincula eius.Liberauitq̄ dominus Manassen ex oī tribulatione eius, & H reuersus est in Hierusalē in regnum suum, & cognouit dominū Manasses, dicēs:Ipse est solus deus.Et ser uiuit soli domino deo ī toto corde suo, & ī tota aīa sua omnibus dieb⁹ uitæ suæ, & reputatus est iustus: & ideo fortè uocatus est,ab isurgēte,uel ex obliuione, qa liberauit eū dominus ab insurgēte,& ex obliuione dei factus est memor dei. *Manasses autē genuit* Amos. *Amos,* ſ qui interpretatur fortitudo.Et siqdē ante pœ ſAmō, et sic deinceps nitentiam genuit Amos, cū malignaretur in idolis, nō possumus æstimare quasi religionis causa uocauerit eū fortitudinē,sed causa audaciæ corporalis:si cut solent & barbaræ gentes noia filijs imponere,ad deuastationem respicientia bestiarum, ferarum,uel rapacium uolucrū,gloriosum putātes filios tales ha bere,ad bellū idoneos, & insanientes in sanguinem. Si autem post pœnitentiā genuit eū,credibile est,qd causa religionis uocauerit eū fortitudinē. Adhuc interpretatur Amos & aliter,onerātis,uel populū abrū pentis.Quòd si ante pœnitentiā genuit filium, non animaduerto qua causa sic nominauerit eū: si autē post pœnitētiam, idonea ratio est. Memor.n.gestorum suorū malorū humilitatis causa,ad suūipsius arguitionem uocauit eū, onerātis, uel populum abrū pentis:ac si dicat,filius peccatoris:quoniā rex q peccat,& seipsum onerat,& abrūpit à deo, etiā populū suo exēplo onerat peccatis, & abrūpit à deo:sicut fe cit Manasses,onerās & abrūpens populū à deo,exēplo suæ impietatis.Nā ipse Amos non fuit fortitudo secundum deū,sed fortitudo secūdum diabolū.Fuit enim ualde iniquus,ut extāt opa sua maligna, qbus 4.Reg.21 d. imitatus fuerat Manassen, ut ēt deum posse se fallere æstimaret,dicens: Pater meus multa ex iuuētute sua & 2.Pa. 33.d. iniqua fecit,& in senectute sua pœnituit, & ego nūc ambulabo secūdū qd̄ desiderat aīa mea,& postmodum conuertar ad dominum. Sicq̄ factus est fortitudo maligna,& onerauit seipsum pernicioſioribus onerib.& sue malignitatis exēplo abrupit populum suū magis à deo,quā pater eius. Ideoq̄ forsitā sic est nominatus secundū prouidentiā dei, & exterminauit eū dominus deus uelociter. Attendite ergo laici, nequis ex uobis cogitationē Amos in corde suo ponat:quoniā qui talia cogitans peccat,non ex infirmi tate carnis deuictus delinqt,sed ex proposito malo, k qui amicus est mali ipsius. *Amos autem genuit Iosiam,* *Iosiam.* quod iterpretatur, ubi est hostia domino, aut salus domini. Forsitā Amos secūdū cor suū auersum à domino,uocauit filium suum,ubi hostia domino,aut salus domini est:hoc est,qa qd nusquā est, neq; prodest.Prouidētia autē dei secundū quod futurus fuerat Iosias,dispensauit ei nomen īponi, ubi est hostia domino,aut salus domini: quoniā uerē illo fuit ho stia domini. Tale.n.sacrificiū obtulit domino deo, 4. Re. 23. quale nec ante eū aliquis regum, nec post eū. Et ipse e. et 2. Pa ra. 35. a fuit hostia deo, secundū quod mandat Apostolus, Ro. 12. a Vt exhibeatis corpora uestra hostiā uiuā,sāctā, deo placentem. Et ipse fuit populi sui in tēpore suo à domino salus.De cuius laudabilibus factis nihil tale dicere possumus, qualia testatur scriptura Regnorū & Paralipomenō. Vide qualis fuerit, ut ēt ante multas generationes nascituri eius nomē prophetaretur,qa Iosias est nomen eius. Tertius.n.Iosias est, cuius no men prophetatum est priusq̄ nasceretur. Ii tres sunt, Sampson,Iosias,Ioānes. *Iosias autē genuit Iechoniam.* *Iechoniam.* Sed non sic positū est in libro Regnorum, sed post *au.* mortē Iosię rex factus est Ioathas filius eius: quē ue L niēs Pharao propter peccata eius adduxit in Aegyptū,& ī loco eius posuit Eliachim regē fratrē ipsius alterū filiū Iosiæ, q interpretatur, dei adiudicatus:& uocauit eū alio noīe Ioachim, quod interpretatur, domini p̄paratio. Cum autē & ipse Ioachim malignatus fuisset in deū,quasi ueré impius ſ* in condē ſ* uere & prime nationē adiudicatus à deo, & postea pręparatus ad ipse. euersionē Iudæ, secundū iracundiam dei ueniēs rex Assyriorū adduxit eum in Babyloniam,& factus est in loco eius rex Iechonias filius eius, qd interpretatur,pręparans domino. *Cū autē & ipse malignatus fuisset in deū,pręparans seipsum deo ad iram, addu ctus est & ipse á rege Assyriorū in Babyloniam cum oībus suis: & factus est rex in loco eius à rege Assyriorū frater eius Sedechias, sub quo & totus transmigratus est Iuda. Ergo talis est ordo: Iosias genuit Eliachim,postea uocatū Ioachim. Ioachim aūt genuit Iechoniā,Iechonia aūt genuit Salathiel post trāsmigrationem.* Secundū ergo Regnorū scripturam,Ioachim est quartusdecim⁹ à Salomone, & ipse est filius Iosiæ.Iechonias autē primus usq; ad Christum,q ue rè nō fuit filius Iosię,sed nepos,filius ſ Ioachim: Aut M ſ filius eius secundū euangeliū quidē,in quo Iechonias filius di- tem Ioa citur esse Iosiæ:si inter p̄cedentes generationes com chim se putetur Iechonias,quasi quartusdecimus,reliquę ge cundū Ma nerationes usque ad Xp̄m à Salathiel computatę,in ueniūtur tredecim esse:si aūt inter reliquas quasi pri mus ponatur, ipsæ p̄cedentes generationes à Dauid cōputatæ usq; ad Iosiam, inueniūtur tredecim esse. Quid ergo? Ioachim sublatus est de numero regū,& iustè:quia non populus dei cōstituerat eū in regnū, sicut erat cōsuetudo in regibus cōstituēdis: sed Pha rao per potentatum, ideo quantū ad eū non fuit rex Ioachim.Si.n.iustum fuerit, ut propter solam commistionē generis Achab & Iezabel tollerētur de nu mero regū supradicti tres reges, quamuis à populo legib⁹ fuerāt cōstituti in regno: quare nō erat iustū, ut similiter tolleretur & Ioachim, quē Pharao in re gno ſ* hostili fecerat regē, & nō populus dei pręuio ſ* Pha iure.Et sic Iechonias iste, qui est filius qdē Ioachim, rao ui. nepos aūt Iosię,sublato patre suo Ioachim de nume ro regū,ipse posit⁹ est pro eo quasi filius Iosiæ.Et bis

A nominatur in euāgelio,semel quidē ante transmigra tionem,uidelicet pro numero quartodecimo. Iterū aūt nominatur post trāsmigrationem, quasi pro nu mero primo,hoc modo:Iosias autem genuit Iecho niam,uidelicet quartūdecimum.Iechonias aūt post transmigrationē genuit Salathiel,uidelicet quasi primus.Et inuenitur Iechonias hic duorū numerū tene re,patris sui,& suū. Hic.n.Iechonias cum esset unus, duas habuit conditiones: Fuit.n.& rex ante transmi grationem, quasi regificatus à populo dei:factus est & priuatus post trāsmigrationē, quasi ductus captiuus. Ideo ante transmigrationē quidē cōputatur inter reges quasi rex, post trāsmigrationē aūt cōputatur inter priuatos quasi priuatus. Qūo aūt uis ut po tuisset euāgelista? Si dixisset Iosias genuit Ioachim in quartadecima generatione, Ioachim aūt genuit Iechoniam:Iechonias autem post transmigrationem genuit Salathiel, extra quod à Pharaone regificatus [Iniustè. cōputabatur Ioachim iter reges Iuda:Iustè ſ adhuc inueniebātur ante trāsmigrationē qdem quatuorde cim reges,post trāsmigrationē unus rex, & tredecim priuati. Et si Iechoniā posuisset iter reges priores,in B uenirētur quidem quindecim generationes regales ante trāsmigrationē, tredecim aūt priuatæ post trāsmigrationē. Et siue illo, siue hoc modo, irrationabile aliqd dicere uidebatur euangelista, & mysteriū qd proposuerat,nō ostenderet. Vides qa sapiēter uoluit euangelista Iechoniā dupliciter esse. Primū quidē inter reges quasi quartūdecimū, & ipsum deinde post transmigrationē inter priuatas generationes primū, quasi priuatū & ipsum. Nam cum constet computa to ēt Ioachim à Dauid usq; ad Xp̄m uiginti & octo esse generatiōes: qd impedit,ut Ioachim sublato,rationabiliter filius eius Iechonias dupliciter noīetur, ut mysterium quod euangelista proposuit, explicet, & de numero generationū nō mentiatur? Nec obest quòd filius Iosiæ dictus est, cū sit nepos: quoniā & nepotes rectè filij appellantur. Iechonias aūt genuit Salathiel,quod iterpretatur,petitio dei. De Salathiel quidem nihil legimus, uel boni, uel mali:tamen putamus eum sanctum fuisse, & in captiuitate assiduè deū petiisse pro ipsa calamitate q̄ contigerat Israel, & Zorobabel. ideo petitionē dei eū appellatū fuisse. *Salathiel autem genuit Zorobabel.* Interpretatur aūt Zorobabel, fluitio postpositа,uel ex cōmistione,uel hic doctor Ba C byloniæ.Legi,si uerum est,nescio, qa sacerdotale & 1.Esd.2.a & Iose regale genus mistum est in Zorobabel, sicut iferius phus an exponemus.Et fortè ergo pp hoc dictus est,ex com tiq.lib.2. mistione.Per istū aūt Zorobabel dimissi sunt oēs fi cap.1. lij Israel, & reuersi sunt in propriā terram cū gaudio magno,sicut Esdras propheta exponit. Cum.n.esset Zorobabel in ministerio Darij regis,controuersia fa cta est inter eū & duos alios regis ministros,qd esset fortius in mūdo:& uno dicēte, qa nihil est fortius q̄ uinū:altero aūt, qa nihil forti⁹ est q̄ rex: Zorobabel dixit,nihil fortius est q̄ mulier & ueritas. Quibus de hoc sine fine certantib. uentū est usq; ad sententiam 2.Esdr.3. & 4. Darii regis,quo residēte cū principib. suis ad iudican dū, cōtenderunt tres, singuli pro sua sentētia.Verba cōtentionis eorū q uult scire, legat Esdrā prophetā. Tamē uicit Zorobabel,& iudicio Darii & oīm princip̄ū pronūciatū est, oīb⁹ fortior ueritas est. Cū aūt diceret ad deū Darius rex cū iuramēto,pete à me qd uis,usq; ad dimidiū regni mei, respōdit Zorobabel: Ego non peto regnum tuum,sed ipse utere eo in æ- ternū:sed hoc peto, qd̄ cepit pater uester Cyrus rex D ante uos, ut dimittatis captiuitatem filiorū Israel redire in sua.Darius concesit. Exiens aūt Zorobabel, gratias egit deo, dicēs:Benedictus es de⁹ & pater ue- *1bid.4.c.* ritatis, quòd sapientiam hanc in os meum misisti.Et ideo inuentus est rectè secūdum prouidentiā dei no minatus Zorobabel, id est, hic doctor Babyloniæ. Quæ aūt maior doctrina est, q̄ ostendere ueritatem dominatricem esse omnium rerum? Et impletū est i eo quod fuerat scriptū:Super inimicos meos pruden *Psa.118.a* tem me fecisti mādato tuo, qa in æternum mihi est. Super oēs docentes me intellexi, qa testimonia tua meditatio mea est. Super seniores itellexi,qa manda ta tua exq̄siui. Vel,fluitio postpositа:id est,qa defui tionē regni ad se decurrētem postposuit, & elegit redemptionē populi sui.De residuis aūt generationib. nec scripturā aliquam me recordor legisse, nec fabulam aliquam aliquando audisse. Hoc aūt in fine notandum est, quòd quicunq; regum placuerunt deo, diutius regnauerūt,& prosperati sunt,& inimicos eo rū humiliauit deus sub manib. eorū. Quotquot aūt malignē gesserūt, uelociter & à regno,& à uita cum amara morte pręcisi sunt,& humiliauit eos deus sub E inimicis eorū. *Omnes ergo generationes ab Abraham usque ad Dauid,generationes quatuordecim.* Cū potuisset euangelista breuiter numerum generationū explica re,dicēs: Ab Abrahā usq; ad Xp̄m generationes sunt quadragintaduæ, qua ratione ter generationes p̄cidit, & in tres partes diuisit p generationes quatuordecim? Quia ter cōpletis quatuordecim generationi bus,mutatus est in Iudæis hoium status. Ab Abrahā.n.usq; ad Dauid fuerūt sub iudicibus: à Dauid usque ad trāsmigrationē,sub regibus:à trāsmigratione usq; ad Xp̄m,sub pōtificib. Hoc ergo uult demōstrare,quoniā sicut semper ter completis quatuordecim generationib.mutatus est hominum status:sic com pletis quatuordecim generationib. à transmigratione usq; ad Xp̄m, necesse est à Christo mutari similiter hominū statum: qd & factum est. Post Xp̄m.n. iam nō sub iudicibus multis,nec sub regibus multis, nec sub pontificibus multis fuerunt:sed oēs generationes sub uno Xp̄o,& iudice,& rege, & pontifice fa ctæ sunt:qa trium illorum statuum solus habuit dignitatē. Vnde quoniam & iudices,& reges,& pōtifices, tres Xp̄i dignitates p̄figurabant, semp principia F eorum in figura fuerunt Christi. Primus iudicum,Io sue:ſ primus regum,Dauid:primus pōtificum, Iesus ſ *Iesu na* filiꝰ Iosedech.Hos in figura Xp̄i fuisse dubitat nemo. *ue.* Fortè ideo quatuordecim generationes ponuntur, id est,quater decem, hoc est quater Xp̄s:Iota.n.lite- *Iota* ra,Christi mysterium habet. Ideo ergo quatuordecim,quoniam ter quidem figuratus Christus ostensus est,quarto aūt uerus Christus apparuit. Qua ratione apud Lucā septuagintaseptē generationes ponūtur Xp̄i renascētis ex baptismo,in proprio expone mus loco. Hic aūt dicamus,qua ratione quadragintaduæ generationes ponūtur Xp̄i secūdum carnē nascentis in mūdum. Quadragintaduo.n.sex septimanarum numerus est. Sex autem numerus, operis & laboris numerus est,quoniam in sex dieb. factus est mūdus,q positus est in ope, & labore,& dolore. Cō uenienter ergo Xp̄i nascētis in mūdum ad laborē & dolorem quadragintaduæ generationes ponuntur mysterium cōtinentes operis & laboris. *Generatio autem Christi sic erat.* Quoniam superius dixerat, Iacob

G aũt genuit Ioseph, cui despõsata Maria genuit Iesum: ne aliqs audientium æstimaret sic esse Xpi natiuitatem, quo pcedentium patrum, ipse ordinem sue narrationis pcidens addidit, & dicit: Generatio autem Christi sic erat: ac si dicat, generatio quidem eorum quos exposuimus patrum, sic fuit quẽadmodum retuli: Xpi aũt generatio non ita, sed sic. Quo? *Maria cũ esset desponsata Ioseph, priusquam conuenirent, inuenta est in utero habens.* id est ex uirgine sine patre, ut eius generationem enumerãs, de semine Dauid eum descẽdisse ostendat secũdum dei promissa, & extra naturam humanam, natiuitatem eius exponens factam, mysterium deitatis eius aperiat. Nec.n. dignũ erat, ut unigenitus dei, non pp se, sed pp hoies nascẽs, more nasceretur humano. Homo.n. in carne nascitur, ut corruptioni subiaceat: Christus aũt natus est, ut sanet corruptionem. Sicut ergo non est cõsequens, ut corruptibilis homo nascẽs, ex incorruptibilitate uiginitatis nascatur: sic non erat consequens, ut unigenitus dei, q ideo nascebatur, ut corruptionẽ sanaret, nasceretur ex corruptione coniugij. Homo ex necessitate nascitur, ut sit: Xps autem nõ ex necessitate natura, ut esset: sed ex uoluntate misericordiæ, ut saluaret. Quo ergo iustum est, ut unũ eundemq; habeant natiuitatis honorem necessitas & uoluntas? Meritò ergo contra naturæ humanæ regulam natus est, qa erat sup naturam. Vide aũt nouam & admirandã Xpi natiuitatẽ, id est, per homines peccatores, p mulieres meretrices, & adulteras, & gentiles. Sed talis generatio non sordidat dignitatem Xpi, sed cõmendat misericordiam ipsius. Sic erat mirabilis, ut qui patres per adoptionẽ fecit & genuit, à filijs nasceretur. Facti sunt patres eius, quorum nõ erat filius. Iste illis bene ficium pstitit, ut esset filius eorum. Illi aũt nihil isti pstiterunt, ut essent patres ipsius. In hoibus * patres filios sibi adoptãt, quos ipsi desiderant: hic aũt filius sibi adoptauit patres, quos ipse elegit. Illic filij à patribus suscipiunt generositatis dignitatẽ, hic aũt patres à filio susceperunt. *Cum esset desponsata mater eius Maria Ioseph, priusquam conuenirent, inuenta est in utero habens de spiritu sancto.* Quoniã futurum erat, ut oẽs sancti de uirgine nasceretur ecclesia desposata Xpo, ideo Xps nascitur de uirgine desponsata, ne dignius nascerentur serui q̃ dominus. Sed ut p omnia filij paternæ natiuitatis perfectum imitaretur exemplum, ideo & Maria desponsata erat fabro lignario: quoniã & Christus sponsus ecclesiæ oẽm salutem hominũ, & omne opus suum per lignum crucis fuerat operaturus. Ideo autem & desponsata & domi habita, ut desponsatio ipsa fidelis esset, & fornicationis opprobrium à matre repelleret, & uirginitatis gloriã nascituro domino reseruaret. Sic enim quia in domo spõsi peperit, infideles Iudæi dixerunt, Nonne hic est Iesus filius Ioseph? quanto magis si extra domum spõsi peperisset, dicturi fuerãt: Nonne hic est Iesus filius meretricis? Nam quẽadmodum in ea q̃ in domo uiri concipit, intelligitur cõceptio maritalis: sic in ea q̃ extra domum concipit, est suspecta conceptio. Magis ergo uoluit dominus, ut haberet mater eius maritalem suspicionem, q̃ fornicationis opprobrium pateretur. Anteq̃ cõuenirent, inuenta est in utero habẽs. Non dixit, priusquam acciperet: sed, priusquam conuenirent, inuenta est in utero habens: quia iam acceptа erat in domo. Virginitas enim est incorruptibilitas: incorruptibilitas autem uirginitas [ipsa syncera.

Miranda Xpi natiuitas. s. p peccatores.

* Omnibus.

[gratiam

[ueritas.

Ideo ergo anteq̃ conuenirent, cõceptus [est Xps, ut [natus K
nec de corruptione incorruptibilitas nasceretur, nec ex passione corporis utriusq; tẽplum sibi dominus fabricaret. Dico aũt nõ ad desperationem & confusionem nuptorum, sed ad cõsolationem & gloriam continentium: quoniam hæc ipsa coniunctio maritalis, malum est ante deum: non dico peccatum, sed malum. Nam quãtũ ad naturam rei ipsius, peccatũ est, concessione autem dei factũ est, ut nõ sit peccatum. Quo? Oportebat.n. ut homo corruptibilis nasceretur in mundo, ut posset tentari, ut tentatus coronetur. Si aũt icorruptibilis factus fuisset, tẽtari nõ poterat. Si uerò nõ tentabatur, nec coronabatur: qa incorruptibilitas tentationem non sentit. Ideo ergo factum est, ut ex passione carnis & sanguinis, & igne feruido in uiscerib. succedente humore, homo corruptibilis nasceretur, ut ne de bono malum nascatur: aut ex ipassibilitate corruptio: sed ut de malo malũ procedat, & ex passióe corruptio generetur. Ideo ergo ista cõiunctio maritalis cũ esset peccatũ, quantũ ad naturã rei ipsius, cõcessione dei facta est licentia. Licentia dico facta est, nõ iustitia. Nã etsi pp necessitatẽ rei peccatum esse desiit, tamen iustitia esse non L
meruit. * Ideo utẽtibus se, etsi pœnã nõ infert, mercedem tamẽ nõ pstat: etsi nõ occidit, tamen non saluat. Vnde & propheta nõ ad indulgẽtiã dei respiciẽs, sed ad spurcitiã ipsius operis, dicebat: Ecce.n. in iniq P sal. 50. b
tatibus cõceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea: id est, quid mirum si peccaui, q de peccato sum natus? Secuta est.n. generationem suam natura peccati. Nam si matrimonium ipsum placitũ esset deo, nunq̃ abstinentibus se ab illo gloriosa promitteretur corona, nec si amarentur à deo, qui oderunt illud. Nõ.n. ille remuneratur qui bonum fugit, sed q malum. Vis autẽ scire quo licitum est matrimoniũ? quo aliquando licuit & sorores habere uxores? quo habuerunt Cain & Abel? Hęc noia filiarum Adam, quas in initio habuit post Cain & Abel, Risam & Edoclam, & non peccauerũt. Quia peccatum illud ratitas hominum & necessitas excusabat. Postea crescente numero hominum, ipsum malum reuersum est in naturam suam, & cœpit esse peccatum. Remãsit aũt i usu, ut uni uiro liceat habere plures uxores. Amplificato posteà mundo, etiam hoc malũ recepit naturam suam, & cœpit esse peccatum. Remãsit aũt M
in usu, ut unus unam haberet uxorẽ. Nunc aũt postq̃ uenit plenitudo tpis, & senuit mũdus, scimus quale est consilium dei, & quid uult, & quid est placitu corã illo. Sed ausi non sumus dicere pp hoies incontinentes, in quorum corpore aia nihil agit, sed in toto illos possidet sanguis & sordidissimus ille uapor, de illo insano igne procedens. Deniq; cõmendauit [an [al. cum mãdaret Tobiæ 6. 7. & 8. * ante quã.
gelus Tobiæ in nuptijs eius, ut cum * ueniret ad illã consuetudinẽ humanam, surgeret prius & oraret, & sic diceret: Domine tu scis, qa nõ pp libidinem accepi uxorem, sed propter liberos procreandos: quia si aliter orasset, oratio eius deo non fuerat placitura: uides ergo quia turpissimum opus illud carnis, filiorũ causa excusat. Nunc autem multiplicato seculo, creãdorum hoium occasio est extincta. Iam deum non multitudo hominum, sed charitas sanctorum delectat. Ecce una est libido q̃ fornicationem generat, & q̃ maritalẽ usum ministrat. Sed sicut posuit mari termin os littora, dicens: Vsq; huc uenies, & hic te constringes: sic libidini carnali terminum posuit con- P sal. 103
iugium,

A iugium, ut usq; illuc ueniens, illic se cõstringat. Sicut ergo mare si littora sua supgressum fuerit, peccat: ita & homo, si trãsgressus fuerit licẽtiã maritalẽ. Si ergo una est libido in maritis, & in adulteris: quo põt fieri, ut una eadẽq; res pro dimidia quidẽ parte sit iustitia, pro dimidia aũt sit peccatũ? Aut.n. tota est peccatum, aut tota iustitia: qa una est res. Verũ est aũt, qa libido iustitia non est, ergo tota peccatũ est. Sed peccati illius pœna nõ imputatur, donec iste odibilis & corruptibilis trãseat mũdus. Ideo ergo dominus cõceptus est priusq̃ conuenirent, ut nõ ex passione carnis & sanguinis nasceretur: q ideo uenit, ut carnis & sanguinis soluere passionẽ, & mutaret in spiritũ. Cui inuenta est in utero habẽs de spiritu sancto? Sine dubio à sponso suo Ioseph, q̃ zeloso amore semp se admonente, uitã circũspiciebat Mariæ. Nã sicut historia q̃dam non incredibilis, neq; irrationabilis docet, quãdo gesta sunt q̃ refert Lucas, Ioseph absens erat. Nec.n. conueniens est putare psente Ioseph introisse angelum ad Mariã, & dixisse q̃ dixit, & Mariã respondisse quæcũq; respondit. Si cocedamus angelum potuisse intrare ad eã, & loqui, planè cõsentim Mariam
B abisse in montana cum festinatione, & introisse domum Zachariæ, & salutasse Elisabeth, & mãsisse cũ ea mensibus tribus, possibile nõ fuit psente Ioseph: quia necesse erat, ut absentationis eius, & mansionis diutinæ requireret causas. Postq̃ aũt rediit peregrè post tot menses, & inuenit eã gratuidã manifestè, torsitan ei comminatus est quasi sponsus, & de iudicio dei terruit eã, quasi uir timoratus. Illa aũt cum uideret se innocenter in suspicionẽ criminis decidisse, nec
Caue. posse se iã excusare, testimonio uentris conuictã, cũ lachrymis & suspirio clamans iurauit, dicẽs: Viuit dominus, nescio unde sit hoc. Quo audito, timuit uade Ioseph, & ex parte credidit in ea, aliqd esse diuinũ. Nec.n. timuisset, nisi ex parte aliquatenꝰ credidisset. Ad hæc autem fidem uerborum eius cõmendabat conuersatio eius sancta. Forsitan autẽ cum esset iustus, cœpit sibi cogitare de illa: Comessatrix aut uinolenta nunquã fuit: quoniam ois mulier q̃ uinolẽta est & comessatrix, ẽt meretrix est. Nam siue in cibis, siue in libidinibus delectatio carnis est, q̃ præcipitat hoiem. Mulier quoq; q̃ suauitatibus gulæ suæ non contradicit, multò magis neque libidini suæ resistere acquiescit, sicut ẽt Apostolus dicit: Quoniam
C 1. Tim. 5. a uidua quæ in deliciis est, uiuens mortua est. Non leuis, non iocosa, non cantatrix, non turpium uerborum amatrix, sicut solent plerunque puellæ, quæ libenter talia aut loquuntur, aut audiunt. Siquidẽ impudentiores sunt, libenter loquuntur: si autem uerecundiores, etsi loq talia erubescunt, tamen delectantur audire. Nõ super uirũ oculos suos extulit, nec infixit aspectum. Hæc.n. sunt documenta mulieris me
Eccl. 26. b retricis, sicut ait Salomon: Fornicatio mulieris in extollentia oculorũ eius. Hæc & alia similia tractans, nihil horũ inueniebat in ea: sed ex diuerso oia laudabilia, oia admiranda, q̃ sine spiritu sancto possibile non erat esse in naturæ humanæ. Oibus igitur documentis, qbus fornicatio mulieris intelligi & argui solet, deficiẽtibus, sola apud eã remanebat suspicio gratiæ dei. Propter hæc oia æstimauit eã habere in utero de spiritu sancto. Nam nulla res sic castitatẽ mulieris uiro cõmendat, sicut uita eius disciplinata. Vbi.n. timor dei est, ibi & castitas est: ubi aũt non est timor dei, ibi neq; castitas est. Caro.n. urget, securitas mu-
lieris adiuuat carnẽ: si timor dei nõ fuerit q resistat, D
quis eam teneat indagatã? O inæstimabilis laus Mariæ magis credebat castitati eius, q̃ utero eius: & plus gratiæ, q̃ naturę. Conceptionẽ manifestè uidebat, & fornicationẽ suspicari nõ poterat. Possibilius esse credebat mulierẽ sine uiro posse cõcipere, q̃ Mariã posse peccare. Et quod maius est uidere, ut sponsus de sponsa sua haberet, sic habuit Ioseph apud se. Frequẽter.n. uiri, ẽt si leuiter uiderint mulieres suas aspicientes in alterum, mox excitãtur in zelum: & quod non est, illud suspicãtur, qa ex magno amore nascitur zelus. Hic autem & maritalem zelum & uteri clamantis accusationẽ, sola pteritæ conuersationis documẽta uincebant. *Ioseph autem uir eius cùm esset iustus, & nollet eam traducere, uoluit occultè dimittere eam.* Cogitabat.n. forsitan apud se, si peccatum eius celauero, facio cõtra legẽ dei: & si propalauero filiis Israel, lapidabũt eã. Timeo.n. ne hoc quod est in utero eius, diuinitus sit. Nunquid non Sara nonaginta annorũ Ge. 17. c.
concepit, & peperit? Si illã quasi lignum iam siccum & 21. a.
fecit florere: quid si diuinitas partũ isti uoluit sine uiro donare? Nunqd ad uirum pertinet ipsa cõceptio mulieris? Nã si conceptio mulieris ptineret semp ad E
uirum, sine dubio quãdo uult uir, tunc cõciperet & mulier: nunc autem nõ quando uult uir, tunc concipit mulier, sed quando uult deus. Si ergo conceptio mulieris nõ in uiro posita est, sed in deo: qd magnũ si uoluit isti fructũ sine uiro pstare? Quid ergo faciã? Dimittam eam occultè: qa in re icerta, melius est, ut meretrix constituta euadat, q̃ ut innocẽs moriatur. Iustius.n. est iniustũ iustè euadere, q̃ iustũ iniustè perire: qa etsi reus semel euaserit, iterũ potest perire: innoces aũt si semel perierit, iã nõ põt reuocari. Expedit ergo, ut dimissa opprobrium patiatur, q̃ tradita morti moriatur. Hæc aũt talia cogitare & agere uelle, non est hois ualde iusti. *Hæc eo cogitãte, apparuit ei angelus in somnis, dicens:* Quoniã ergo auditio uerborũ Mariæ, & consideratio uitę eius, mala suspicari de ea nõ sinebat Ioseph: consideratio aũt cõceptionis eiꝰ nõ pmittebat eũ ad plenũ bona æstimare de ea, & sic animus eius iter utrasq; partes fluctuabat, & tenere eã timebat, & tradere eã nõ audebat, pp hoc necessaria fuit ei reuelatio illa diuina. Si.n. ipsa Maria, q̃ angelũ uiderat, & audierat sibi loquentẽ, tam de sua cõceptione, q̃ de Elisabeth, ascẽdit in mõtana, ut uideret Elisabeth, & ipso cõfirmaretur aspectu: quãtò magis Ioseph post uerba cõceptionis Mariæ, post cõsiderationẽ uitæ eius, adhuc nutabundus, necessariã habuit reuelationẽ diuinã? Propter tres ergo causas apparuit ei. Primũ, ne iustus homo ignorans faceret rẽ iniustã ex proposito iusto. Deindẽ pp honorẽ matris ipsi?. Nã si dimissa fuisset, etsi nõ apud fideles, tamẽ apud ifideles turpi suspicione carere nõ poterat. Tertiò, ut itelligẽs Ioseph sanctã cõceptionẽ, diligentius se i futurũ custodiret ab illa, q̃ prius. Prius.n. seruauit se pp disciplinã iustitiæ, posteà aũt & pp timorem partus hmoi. Quare non ante conceptionẽ uirginis uenit ad Ioseph? Vt ne cogitaret q̃ cogitauit, ne pateretur quæ passus est Zacharias, q culpam infidelitatis incurrit de conceptione coniugis iam longæuæ. Incredibilior.n. erat res, uirginẽ posse concipere, q̃ anum. Si ille sacerdos constitutus rem facilioré sore nõ credidit, quãtò magis iste populari rẽ difficiliorẽ fieri nõ credidisset? Si ipsa Maria angelo sibi dicente de cõceptione sua, penè nõ credebat, propter Luc. 1. b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G uirginitatem suam, dicens: Quo fiet hoc, quoniam uirum non cognosco? quo Ioseph fuerat crediturus referenti de altera quòd sine uiro cõciperet? *Ioseph fili Dauid, ne timeas accipere Mariam coniugem tuam: quoniam quod nascetur ex ea, de spiritu sancto est.* Filiũ Dauid eum noians, uoluit eum adducere in memoriã promissionis dei ad Dauid, ut de semine eius Xps nasceretur. Dicens aũt, ne timeas: cognitorem se cordis eius ostendere uoluit, ut per hæc futurorum bonorum, q̃ de Christo erat dicturus, faceret fidem: quia quod nascetur de ea, de spiritu sancto est. Spiritũ sanctum, ipsum dicit unigenitũ deum, sicut ipse de se testatur in euangelio: Quia spiritus est, inquit, q uiuifi- *Ioan. 6. g.*
cat: caro autẽ nihil prodest. Et Ioãnes ait: Dominus *Ioan. 4. c*
spiritus est. Non.n. spiritus aduocatus ingressus est in Mariam, ut suscipiens corpus nascatur in mũdũ, sed ut sanctificaret uirginis uas. Dicens autem, quod nascetur ex ea, de spiritu sancto est: hoc dicere uult, qa de semine uiri alicuius nõ fuerat nasciturus, sicut esti mãs metuebat Ioseph, sed de spiritu sancto. Sicut.n. *Tobiæ 6. d.*
H secũdum p̃ceptum Raphaelis angeli ad Tobiã, uiro & uxore more solito, uẽturis ad coitum, oratio p̃cedere debet, ut qđ cõcipitur, in sanctificatione concipiatur: sic unigenito deo uirginẽ ingressuro, spiritus sanctus p̃esit, ut p̃cedente spiritu sancto, in sanctificatione nascatur Xps secundum corpus, diuinitate ingrediente pro semine. *Et pariet filium, uocabis q̃ nomen eius Iesum.* Non dixit, pariet tibi filiũ, sicut ad Zachariã: Ecce Elisabeth uxor tua cõcipiet, & pariet tibi filium: qa mulier q̃ ex uiro cõcipit, marito suo filium parit: qa magis ex illo est, q̃ de ipsa. Hæc aũt quę non de uiro conceperat, non filiũ illi peperit, sed sibi tantummodo. Vides quo similitudinem ipsius rei p *Luc. 1. b*
oia sequitur, q̃ facta est in Adam? Sicut.n. tunc mulier gustans de ligno, sola seducta est, & peperit mortem. Adam autem non fuit particeps in seductione illius: non.n. à diabolo seductus peccauit, sed quia *Gene. 3. a*
consensit mulieri. Sic & modo accipiẽs Maria de spiritu sancto, sola credidit, dicens: Ecce iam nunc beatam me dicent oẽs generationes. Ioseph autem tunc *Luc. 1. e*
in fide conceptionis illius nihil habuit cõmune, sed posteà tacendo, & consentiendo tantũ saluatus est. Ideo & in somnijs adstitit ei, nõ palàm: ut quẽadmodum dormiente Adam creauit mulierem, sic & isti *Gene. 2. d*
I dormienti diuinitus cõsignaret uxorẽ. Ipse aũt euangelista interpretatur qd itelligitur Iesus Hebraica uoce, dicens: *Ipse saluabit, populum suum à peccatis eorum.* *Iesus.*
Si ergo medicus, q nullam potestatem habet salutis humanæ, pp solam confectionem herbarũ, non erubescit medici sibi nomẽ imponere: quanto dignius iste uocat? est saluator, p quẽ totus saluatus est mundus? *Hoc autem totum factum est.* Quid totum? Vt uirgo propinquo suo despõsaretur, ut casta seruaretur, ut angelus p somniũ Ioseph loqueretur, ut sponsam eam accipere iuberetur, ut pueri nomen Iesus uocaretur, ut uirgo mundi saluatorẽ generaret. Vt *implere* *Esa. 7. c*
tur quod dictum est à domino per prophetam, dicentem: Ecce uirgo in utero habebit, & pariet filium. Gratia à prophetis testimoniũ habet, uel ideo ut uetus & nouum cõsonet testamẽtum. Vel ut infirmitati eruditorũ satisfaciat, uel ut nõ mox temerè uideretur erũpere, qd tanto antè tpe prædictum est. Prophetia autẽ *Prophetia duplex.*
alia est ex p̃scientia, & hæc est imutabilis: ut hæc, Ecce uirgo concipiet. Alia ex iudicio operum, & hęc solet mutari secundum quod uerba sonant, non secũdum intellectũ: ut, Adhuc quadraginta dies, & Nini- *Ionæ 3. d*
K
ue subuertetur: subintelligimus, nisi pœniteat. Item q̃ est ex p̃scientia, illa impletur dei solùmodo opatione, ut quòd uirgo pareret. Alia impletur hoium administratione, ut de aliquo ut sit iustus. Admiratus itaq; tanti mysterij dignitatẽ propheta, quasi oẽs de somno susciatans, ait: Ecce uirgo in utero habebit, & *Emmanuel.*
pariet filium, & uocabũt nomẽ eius Emmanuel, qđ est interpretatum nobiscum deus. Multis ptermissis uno utitur noie, quod p̃senti utile est negocio. Quãuis.n. nobis sit præsens semper gubernando, tamen præsentior essentialiter ex unitate persõę factus est. Verbũ enim caro factum est, & habitauit in nobis. *Ioan. 1. b*
Exurgens autem Ioseph à somno, accepit Mariam coniugẽ suam. Non in domo accepit eã, nec.n. adhuc dimiserat eam de domo: sed de animo suo deposuerat eã, & iterum in animum suum eam recepit. *Et non cognouit eam, donec peperit.* Verè.n. nõ cognouit eam antè, cuius fuerat dignitatis, quę unigeniti dei facta fuerat mater: sed postq̃ peperit, tunc cognouit eã: quia speciosior & dignior facta fuerat, q̃ totus mundus. Nã quem totus mundus non capere poterat, nec merebatur accipere, quasi in angustum cubiculum uteri sui sola susc epit. Vidit Ioseph.n. uirginem permanere post partum. Vidit mysterium ⌜stellæ, quo stans super caput pueri, uenientib. Magis puerum demõstrabat. Stans testimonium dabat, quia loqui non poterat. Ipsos deniq; Magos uidit adorãtes, & diuina dona eorum p̃sentantes. Audiuit sermones ipsorũ, quo ab Oriente usq; Hierosolymam stella p̃cedente uenerant, q̃ non dedignata est hominibus ministrare, ut dei gloriam reuelaret. Ergo incõparabilis natiuitas, totius humanæ natiuitatis mensurã excedens, & diuinitatem nascentis pueri ostendebat, & dignitatem Mariæ parientis Ioseph demonstrabat. Ideo dicit, *Et non cognouit eam, donec peperit filium suum primogenitum.* Cognouit aũt eam, q̃ esset, post partum ipsius? *Emmanuel hæresis.*
Quidã ex hoc uerbo, secundum Eunomium putãt, quod Ioseph donec peperit quidẽ non illã habuit in cõscientia, ⌜postea aũt cognouit eã, & filios peperit. *Contra pisces. Primogenitus, quis.*
Vnde & Xpm primogenitum dicit: quia ille dicitur primogenitus, quẽ alij fratres sequuntur. Insanus nemĩ intelligit esse sanum: quia illi qui ausi sunt hoc dicere de illa, putãt qa & Ioseph hoc ausus fuit facere. Hoc.n. quod fieri potuit, dicit euãgelista qa factũ non est: illud aũt quod nec fieri potuit, qd necessariũ habuit dicere, factum nõ est? Nam sunt qdam, q̃ naturaliter possunt fieri: sunt aũt q̃ impossibilia sunt p ipsam naturam. Volo tibi referre: ille, nescio quis, cũ illo litem cõmisit: & donec uixit, non est ei locutus. *Similes.*
Nunquid ex hoc quod dixi, donec uixit, nõ est ei locutus: ex eo signaui, qa post mortem illi locutus est, quod fieri nõ potest? Illud.n. quod fieri potest, dixi, quia factum non est. Quid autem opus habui exponere, quia nec post mortem illi locutus est, quod fieri nõ poterat? Sic & Ioseph ante partũ credibile fuit, ut cognosceret eam: quia nõdum cognoscebat mysterij dignitatẽ: postq̃ uerò cognouit, quia facta est unigeniti dei tẽplum, quo poterat hoc usurpare? qđ anteà facere noluit uir religiosus expectans nuptias suas, posteà facturus fuerat, ut habitationem dei carnalibus concupiscentijs sordidaret? Hæc secũdum rationem. Veniamus autem ad authoritatem scripturæ. Dicit enim Apostolus secũdum exemplum prophetæ de Christo: Oportet eũ regnare, donec ponat *1. Cor. 15. d.*

A oẽs inimicos suos sub pedib⁹ eius. Ergo Paulus hoc significauit, ut tandiu regnet Xps, quandiu fiant oia sub pedibus eius, postea autem cesset regnare? Stulte: qui regnat antequam oia illi subiecta sint multò magis regnat & post quã fuerint ei oia subiecta. Itẽ *1. Ti. 4. d.*
alibi dicit: Donec uenio, attende lectioni. Nunqd significauit, donec uenio quidẽ attẽde, cũ uenero autẽ negligę? De primogenito autẽ quod dico, usus est scripturis, non solùm illũ primogenitum dicere, qui *Exo. 4. f.*
primus nascitur, sed etiã illũ, qui solus est natus. Quãdo dicebat domin⁹ ad Pharaonẽ: Primogenitus mę⁹ Israel: nunquid iam aliũ populum habebat? Si autẽ dicis, quia secundũ p̃scientiam dicebat primogenitum populum Iudaicum, sciẽs quia ex Gẽtibus aliũ populum erat facturus: dico tibi, quantũ ad p̃scięntiam suã, semper duos populos habuit: sed tã de Iudæis, quã de Gentibus unum populum fuerat habiturus, sicut & habet.

Homilia secunda ex cap. secundo.

Vm natus esset Iesus in Bethlehẽ Iudæ, in diebus
c *Herodis regis.* Cũ fugeret Iacob ante fratrem
B suum Esau, & uenisset ad ueperũ, uidit som- *Gen. 28. c.*
niũ tale: Scala posita erat, cui⁹ caput pertingebat usq; ad cœlũ, & angeli ascendebant & descendebant per eam, dominus autẽ recumbebat super eam. Surgens autẽ Iacob, suggerẽte spiritu prophetauit, dicẽs: Quã formidolosus locus est hic, non est aliud hic nisi domus dei, & porta cęli. Et ideo uocatũ est nomẽ loci illius Bethel, qđ est interptatũ, domus dei. Nato itaque i Bethlehẽ domino, uisionis illius prophetia cõpleta est. Domus.n. dei est corpus Christi, ipso dicẽ- *Ioan. 2. d.*
te: Soluite tẽplum hoc. Itẽ, Sapientia ædificauit sibi *Pro. 9. a.*
domũ. Porta autem cœli ipse est Xps, per quẽ introi- *Ps. 117. c.*
tur in regna cœlorum, dicente propheta: Hæc porta domini, iusti intrabũt per eã. Adhuc autẽ uideamus quod ad utilitatẽ respicit, & quod euangelista tẽpus designat, quando nascitur Xps, id est in diebus Herodis regis, ut prophetiã Danielis completam demõstraret, q̃ post septuaginta septimanarũ annos Xpm esse nasciturum demonstrat. Nam ex illo tempore usque ad regnum Herodis septuaginta septimanarũ anni sunt consummati. Sciens autẽ deus perfidiã Iu-
C dæorũ, quia crucifixo uero Christo, aliũ expectaturi fuerãt Christũ, id est Antichristum: ideo occasionẽ incredulitatis eorũ tollens, tempus ostendit, quãdo nasciturus erat Christus, ut i illũ Christũ credamus, qui ex tempore Danielis post septuaginta septimanarũ annos nascitur, non in illũ q̃ in fine seculi sub nomine Xpi uẽturus est. In diebus Herodis regis. Quãdiu gẽs Iudaica, quamuis sub peccatoribus, tamẽ sub regibus tenebatur, prophetæ mittebantur ad remediũ eius. Qualis necessitas, tale & auxiliũ. Nunc autẽ, quãdo lex dei sub potestate regis iniqui tenebatur: id est, iustitia dei sub dominatiõe Romana pme batur, nascitur Xps, quia magna & desperabilis infirmitas medicũ artificiosiorem quærebat. *Ecce Magi* *uenerũt ab oriente Hierosolymã, dicẽtes: Vbi est qui natus est rex Iudæorũ?* Ecce, hoc est confestim ut natus est, magnũ deũ ostenderunt in homine paruulo, & uerbis, & actibus, & muneribus ipsis. Verbis quidẽ, qa dixerunt, Vbi est qui natus est, rex Iudæorũ? *Vidimus enim stellã eius in Oriente, & uenimus adorare eum.* Actibus autem, quia cũ uidissent eum, adorauerũt eũ. In uenta est in eis fides acutior quã aspectus, uidẽtibus humilia, & intelligentibus alta. Muneribus aũt, quia obtulerunt ei aurũ, thus, & myrrham, sicut inferius D
ostẽdemus. Venerunt autẽ ad iudicium Gentium, & ad præiudiciũ Iudæorum, illorum fidem prophetãtes futurã, & istorum incredulitatem condemnãtes præsentem. O beati Magi, qui ex oĩbus gentibus primitiæ fideliũ fieri meruerunt. Illi enim Magi futuræ ecclesiæ formam portabant. Sicut.n. illi regem, quẽ non uiderãt, credẽtes quærebant, & cõfitebãtur: sic & nos qui sumus ex Gẽtibus, dominũ quẽ nunquã uidimus, credẽtes quotidie quærimus, & cõfitemur *Esa. 8.*
potestatẽ ipsius. Quã bene de istis prophetauit Esaias, dicens: Priusquã cognoscat puer patrem, & matrem, accipiet uirtutẽ Damasci, in cõspectu regis Assyriorum. Qui sunt Magi? uiri Orientales, q uenerũt à Perside. Magi.n. apud illos, non malefici, sed sapiẽtes intelliguntur. Ideo aũt dicti sunt uirtus Damasci, quia uirtus uniuscuiusque prouinciæ sunt sapientes ipsius. Rex autẽ Assyriorũ est diabolus, princeps dæmonũ. Ergo Christus priusquã secũdum corpus inciperet cognoscere patrẽ aut matrem, uirtutem diaboli subiugauit. Qualis futurus erat in posterum, cũ ad perfectũ uenisset, demonstrabat in puero, qui ad E
huc in cunabulo cõstitutus, diabolum expoliauit à suis. Scilicet ab istis Magis. Quomodo cũ uenisset ad bellum, euacuaturus fuerat omnẽ potestatẽ ipsius, cõsidera. Quoniam ab Oriente uenerunt, unde dies nascitur, inde initiũ fidei processit: quia fides lumen est animarum. Quando.n. ab Occidente nascitur aliqd contra Orientem, diuinatio ⌜mali ostenditur con- ⌜*domi-*
tra bonos: quando ab Oriente nascitur aliqd cõtra *tio*
Occidentẽ, diuinatio ⌜boni ostenditur contra malos. Quoniã ergo in temporibus Christi iustitia subiugatura fuerat iniustitiã, & fides infidelitatem, ideo ab Oriente uenerunt primitiæ fidei. Vidimus.n. stellam eius in Oriente, & uenimus adorare eũ. Nunqd nesciebant quia in Hierusalẽ regnabat Herodes? Nũ quid non intelligebãt iustitiã legis, quia quicunque rege uiuente, alterũ regẽ pronũciat, & adorat, quasi minister tyranni punitur in sanguine? Sed dum cõsiderabant regem futurũ, nõ timebant regem præsentem. Nunquid non habebãt præ oculis suis periculũ mortis, qui talem rem illicitã usurpabant? Sed nõ curabant de morte. Si aũt curassent de morte, nunquã F
ad hoc ausi fuissent. Adhuc non uiderant Christũ, & iam parati erãt mori pro eo. O beati Magi, q ante cõspectũ crudelissimi regis, antequã Christum cognoscerent, Xpi facti sunt confessores. Legi apud aliquẽ, Magos istos ex libris Balaã diuinatoris, apparituræ huius stellæ sciẽtiã accepisse, cui⁹ diuinatio posita est & i ueteri testamẽto: Orietur stella ex Iacob, & exur- *Nu. 24. g*
get homo ex Israel, & dominabitur omniũ gẽtium. Audiui aliquos referentes de quadã scriptura, etsi nõ certa, tamen non destruente fidẽ, sed potius delectãte, quoniã erat quædã gẽs sita in ipso principio Oriẽtis iuxta Oceanum, apud quos ferebatur quædam scriptura, inscripta noie Seth, de apparitura hac stellã, & muneribus ei huiusmodi offerẽdis, quæ p generationes studiosorũ hominum, patribus referẽtibus filijs suis habebatur deducta. Itaq; elegerunt seipsos duodecim quidã ex ipsis studiosiores, & amatores mysteriorũ cœlestium, & posuerunt seipsos ad expectationem stellæ illius. Et siquis moriebatur ex eis, filius eius, aut aliquis propinquorum, qui eiusdẽ uolũtatis iueniebatur, in loco cõstituebatur defuncti. Dicebantur autẽ Magi lingua eorum, quia in silẽtio &

G uoce tacita deū glorificabāt. Hi ergo per singulos annos post mesſem trituratoriā, aſcendebāt in montē aliquem poſitū ibi, qui uocabatur lingua eorū Mōs Victorialis, habens in ſe quandā ſpelūcam in ſaxo: fontibus, & electis arboribus amœniſſimus: in quē aſcēdētes, & lauātes ſe, offerebāt * & laudabāt in ſilētio deū tribus diebus. Et ſic faciebāt p ſingulas generationes, expectātes ſemp, ne fortè in generatione ſua ſtella illa beatitudinis oriretur, donec apparuit eis deſcendēs ſuper montē illū Victorialē, habens in ſe formā quaſi pueri paruuli, & ſuper ſe ſimilitudinē crucis: & locuta eſt eis, & docuit eos, & p̄cepit eis, ut proficiſcerētur in Iudæā. Proficiſcentibus autem eis per bienniū, p̄cedebat ſtella, & neque eſca, neq; potus defecit in peris eorū. Cætera autē quæ geſta reſerūtur ab eis, in euāgelio cōpendioſe poſita ſunt. Tamen cū reuerſi fuiſſent, manſerunt colentes, & glorificantes deū ſtudioſius magis quàm primùm, & p̄dicarunt oibus in genere ſuo, & multos erudierunt. Denique cū poſt reſurrectionem domini Thomas apoſtolus iſſet in prouinciā illā, adūcti ſunt ei, & baptizati ab eo, facti ſunt adiutores p̄dicationis illius.

H Ex eo autē quod dicit ſcriptura, Vidimus ſtellā eius in Oriēte, uidetur occaſionē dare infidelib⁹ de aſtrologia, ut unūquenq; putēt ſuæ ſtellę motu & naſci, & uiuere: ideo bonū eſt breuiter de his inferre ſermonem. Si.n. ſtellæ eſt, quòd aut boni ſumus, aut mali: ergo nec bonum noſtrū laudādum eſt, nec malū uituperādū, quia nec eſt in nobis uolūtarius actus. Vt quid.n. boni mei laudem merear, quòd nō meo arbitrio, ſed motu ſtellæ facio: aut mali mei pœnā ſuſcipiā, quod nō uolūtate, ſed neceſsitate cōmiſi? Nā nec poſſum fugere malū, etiā ſi uolo, ſi me natiuitatis meæ ſtella cōpellit ad malum. Si adulter & homicida fiunt per ſtellā, & in crimine ſtella facit eos interfici, magna eſt illarū iniquitas ſtellarū, magis autē illius qui ſtellas ad hoc creauit. Interrogamus ergo, ex ſe facta eſt creatura, an ab alio? Siquidē dixerint, ex ſe, audiāt à nobis: quoniam impoſsibile eſt, quod à ſe extitit, & euentu agitur, ut aliquem ordinem habeat certum. Si autem dicunt, ab alio, ergo iniquus eſt qui fecit. Nā cū ſit præſcius futurorū deus, quòd tanta iniquitas futura erat p ſtellas, ſi noluit emēdare, non eſt bonus: ſi autē uoluit, & non potuit, impotens eſt. Sed ēt iniuſtus eſt: quia ex neceſsitate ſtellarum peccantes ita punit, quaſi ex uoluntate peccantes. Ipſa deniq; mandata dei, ne peccēt, aut hortamēta ut faciāt bonū: p hāc inſipientiā nōnne deſtruūt? Quis enim hortetur aliquē ne faciat malum, quod nō poteſt declinare: aut ut faciat bonū, ad quod nō poteſt peruenire? Deinde interrogamus: ſi idē ſemp eſt curſus ſtellarū, quare non ſemper idem eſt & hominū ſtatus? Si dicunt, per certos annos fit ſtellarū reſtauratio, neceſſe eſt ergo qui ſciunt aſtrologicā diſciplinā: qa per certos annos reſtituuntur ſtellæ, ſciāt & per quot annos reſtituuntur ſtellæ. Quibus poſt reſponſum dicimus, quæ fuit illa ſtella, quæ fecit oēs homines in diluuio mori? Nūquid in ea extitit, ut iterum diluuium faceret, aut illi homines ſecundū unā ſtellā fuerant nati? Nam oportebat per unumquenque gyratū eandem ipſam indeficientem rem conſummari. Nam ſi eiuſmodi motio, & gyratus ſtellarū, eiuſdē malitiæ, & eiuſdē bonitatis cauſam p̄ſtat, oportebat non ſemel fieri Abrahā, aut patriarchas, aut prophetas, aut apoſtolos: ſed quotieſcunque fit ipſe gyratus ſtellarū. Deniq; ipſa conuerſatio * hominum teſtis eſt ueritatis. Ante aduentum Chriſti, quæ ſtella oēs homines idola colere compellebat, cæterasq; iniquitates facere? Aut poſt Chriſtū qualis gyratus ab idolis recedere hoies fecit, & per totum orbē mores mutauit antiquos? Ecce Perſæ matribus & filiabus iungūtur, Iudęi autē octauo die circunciduntur, & unaquæq; gens aliam atque aliā habet conſuetudinem. Si idē eſt curſus ſtellarum, quomodo Perſæ ab illa cōſuetudine nūquam recedunt, neque Iudæi à ſua? Si autē dicatur, ſecundum diuerſas regiones diuerſa eſt ſtellarū operatio: quomodo ergo qui in Perſide crediderunt, ab illa turpitudine recedere potuerunt, in eadē regione manentes? aut qui non crediderunt etiam peregrinantes in aliena prouincia mores patrios tenuerūt? Et Iudæi tranſmigrati in Babyloniam, & illic filios procreantes, quomodo nunquam per ſtellas regionis illius compulſi ſunt à circūciſione ſua recedere, & illorum inſaniam ſequi? Nequis ergo ſtellarum culpet diſcurſum, ſed ſuum propoſitum. *Audiens autem Herodes rex, turbatus eſt, & omnis Hieroſolyma cum eo.* Exiſtimans illum regem fore terrenum, quaſi de ſucceſſore regni turbatus eſt. Semper enim grandis poteſtas maiori timori ſubiecta eſt. Sicut ramū * arborū in excelſo poſitarum, etiā ſi leuis aura flauerit, mouet *: ſic & ſublimes homines in culmine dignitatum exiſtētes, ēt leuis nuncij fama conturbat. Humiles autem ſicut in cōualle, plerunque in tranquillitate cōſiſtunt. Aut ideo turbabatur, audiēs regem natū Iudęis ex genere Iudæorum, cum eſſet ipſe genere Idumæus: ne regno reuoluto iterū ad Iudæos, & ipſe à Iudæis expelleretur, & ſemē eius poſt ipſum p̄cideretur à regno. Puto quòd nō tantū Herodes à ſemetipſo turbabatur, quantū diabolus in Herode. Herodes enim timebat, quod ſuſpicabatur: diabolus autē timebat, qđ uerè ſciebat. Herodes hominē æſtimabat, diabolus deum cognoſcebat. Audierat.n. iam angelos in aere clamantes, Gloria in excelſis deo, & in terra pax hominibus bonę uoluntatis. Ideo quātò magis teſtes addebantur pro Xp̄o, tantò magis deſtructionē poteſtatis ſuæ diabolus timebat. Vnuſquiſq; ergo eorū zelo proprio turbabatur, & ſecundū ſuam naturam ſui regni ſucceſſorē timebat. Herodes terrenum, diabolus autē cœleſtem. Nam nec Herodes terreretur, ſi cœleſtem regem naſci ſuſpicatus fuiſſet, nec diabolus ſi terrenum. Vis ſcire, quia non tantū ipſe turbabatur, quantū diabolus in eo? Ecce & Iudaicus populus turbabatur, qui magis de auditu iſto gaudere debuerat: qa rex Iudęus ſurgere dicebatur, deſignat⁹ à deo. Sed turbabantur, qa de aduentu iuſti non poterant iniqui gaudere. Aut certè turbabātur timentes, ne fortè iratus Herodes Iudaico regi, genus eius uexaret. Nam quemadmodū certantibus uētis mare cōcutitur, ſic regibus aduerſantibus ſibi, populus regni uexatur. *Conuocauit autem principes ſacerdotum, & ſcribas, & interrogauit ab eis, ubi Chriſtus naſceretur.* Ex hoc apparet maximè, quia diabolus turbabatur in Herode, quoniam traditores legis interrogat. Vt quid enim interrogaret Herodes, qui non credebat ſcripturis? Sed inueſtigabat * diabolus, q credebat quòd ſcripturæ non mentiuntur. Nā diabolus alios in errorem inducit, ipſe autem ueritatē bene cognoſcit. Quid enim uis? credebat Herodes ſcripturis, aut nō credebat? Si nō credebat, ut qd interrogabat ſcripturas,

Mons Victorialis.

* orabāt

Nota de aſtrologis

* cōuentum

* inſtigabat

A pturas, quas putabat eſſe uaniloquas? Aut ſi credebat, qa inde uerè naſciturus eſt rex, unde ſcripturæ dicebāt: quo ſperabat poſſe ſe interficere illū regem, quē futurū ſcripturę eſſe dicebāt? Nunqd poterat homo corrigere, ut ne fiat qđ deus ordinauit ut fieret? Sed quide credebat Herodes in malo, in bono autē nō credebat: quoniā quidē quòd inde naſciturus fuerat rex, unde ſcripturæ dicebāt, credebat: quoniam aūt aduerſus illum agere nō poterat, quē deus mittebat: nō credebat, qa nō ſuo conſilio gubernabatur, ſed uinculo diaboli trahebatur ligatus. Sic ſunt oēs hoies peccatores, in quibus diabolus operatur: credunt ſcripturis, & nō credūt: quia hoc ipſum qđ credūt, perfectè credere * nō permittūtur. Quod.n. credūt, ueritatis eſt uirtus: qa nulli pōt eſſe occulta. Qđ aūt nō credūt, excæcatio eſt inimici: qa ſubiecti ſunt operibus eius, & mens eorū libera nō eſt: utputa oēs qui Chriſtiani ſumus, & legimus, ſcimus qa mundus conſummandus eſt, & qa morituri ſumus, & hoc ipſum tamē perfectè nō credimus. Si.n. perfectè crederemus, ſic uiueremus, quaſi poſt modicum trāſituri

B de hoc mūdo, nō quaſi in æternū māſuri. *At illi dixerunt: In Bethlehem Iudæ. Sic enim dictū eſt per prophetā.* Dant reſpōſum regi interroganti ex corde nō bono, cū deberent celare myſterū regis à deo prædefiniti ad ſalutē gentis Iudææ, maximè in conſpectu regis alienigenæ, qui nō ſolū zelo regni, ſed ēt generis alieni odio aduerſaturus regi poſtmodū futuro nō ignorabatur, ſi ipſi ſapienter uoluiſſent cōſiderare. Et nō ſolū manifeſtant myſterium, ſed ēt ad fidē ſermonū ſuorū propheticū protulerunt exēplū, tanq; qui theſauros domini ſui abſcōditos hoſtibus ei⁹ prodant: & facti ſunt nō p̄dicatores operū dei, ſed proditores myſteriorū eius: & nō doctores Herodis, ſed imitatores malitię eius. Ex quibus docemur, ſcripturarū occulta nō manifeſtari iniquis, ſed fidelib⁹, ſicut p̄ce-

2. Tim. 2. a cepit Paulus: Quæ à me audiſti p multos teſtes, hęc cōmēda fidelibus, qui poſſunt ēt alios docere. Et nō ſolū prophetię myſteriū prodiderūt regi iniquo, ſed adhuc ipſam prophetiā præcidētes ex uno conſenſu ſuo oēs, & nō exponentes oēm ſcripturā diuinitus inſpiratā, interficiendorum paruulorū facti ſunt cauſa.

C Quo.n. ſcriptū erat? *Et tu Bethlehem terra Iuda, non es*

Mich. 5. a *minima inter principes Iuda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meū Iſrael, dieſq; eius à diebus ſeculi.* Si ergo integrā prophetiā protuliſſent, ſicut fuerat dicta, cōſiderans Herodes quia dies naſcituri regis illius à diebus ſeculi erant, & intelligens antiquitatem honoris eius: quia non erat ille talis rex terrenus, cuius dies à diebus ſeculi erant, in tātum furorē nō exarſiſſet ad uerſus eū: nunc aūt p̄ciſa hac parte prophetię, q̄ cōpeſcere poterat zelum ipſius, primā partē ſolum protulerunt, q̄ eum poterat iritare. Vnde ita exponentibus illis, putans Herodes ſimilē cęteris regibus ex ea naſci regem, paruulos interfecit, cū illis æſtimās occidere ēt Chriſtum. O infelices Iudæi: Herodē docuerunt, quia de Bethlehē naſcitur ipſe, qui eſt gubernaturus populū Iſrael: & ſe nō docuerunt, poſtq̄ natus eſt, ut crederent ei. Herodes illis credidit, quaſi uera dicentibus, ut perſequeretur Chriſtū, & ipſi ſibi non crediderūt, ut ſuſciperent eū. *Tunc uocauit occultè Magos, & diligenter exquiſiuit tempus, quando apparuit eis ſtella. Et ait illis: Ite & nidete de puero, & cū inueneritis, renunciate mihi, ut & ego ueniens adorē eū.* Poſtq̄ audiuit Herodes reſponſum, duplici mō credibile: primū quia à ſacerdotibus fuerat dictū: deinde quia exēplo D prophetico fuerat cōprobatum: nō ad deuotionem flectitur naſcituri regis, ſed ad malitiā interfectionis eius per dolū: quia malus homo, q̄ dei ſunt qdem, intelligere poteſt: q̄ dei ſunt aūt, agere nō poteſt: quoniam intellectus hois ex deo creatus eſt, actus autē ex propoſito uoluntatis ipſius. Vidit.n. Herodes magnam deuotionē Magorū circa Chriſtū, & qa non poterat eos nec blandimentis flectere, nec minis terrere, nec auro corrūpere, ut conſentirent ei in interfectione regis futuri, ideo & illoſi p̄ſos decipere cogitauit. Nec.n. poterat fieri, ut blādimētis ſeducti proderent illū, pp quem tāti itineris ſuſceperūt laborē. Nec expaueſcere poterāt aliquē ut traderent eū, qui non aſpexerāt Herodē, nec Cæſarē, ſed in medio regno illorū ingreſſi ſunt, aliū regē annunciantes: nec aliqđ amplius deſiderare poterant, quam Chriſtū, qui illi de tam longa prouincia munera pretioſa portabāt. Cū uidit quòd aliud facere non poterat, ergo deuotionē promittebat, qui gladiū acuebat, & malitiam cordis ſui humilitatis cōlore depingebat. Talis.n. eſt cōſuetudo oium malignorū, quando aliquem ī occulto grauius lędere uolūt, humilitatem illi & amicitias fingūt. Occultè uocauit eos, ut nō uiderēt Iudęi (habebat.n. ſuſpectos Iudęos) ne fortè quaſi regem ſuæ generationis amātes, & intelligētes aſtutiā Herodis, proderēt cōſiliū eius Magis, neſciens qa inimici maiores erant Chriſti Iudæi, q̄ ipſe. Herodes.n. uelut hoiem ſuſpicans perſequebatur: udæi aūt poſt multa miracula, poſt ſigna cœleſtia, poſtq̄ manifeſtē cognouerunt eū eſſe filiū dei, tunc crucifixerunt eum. Quantò ergo manifeſtior diuinitas eius illis, q̄ iſti: tā to ſceleratior eſt Iudæorū iniquitas, q̄ Herodis. *Et ecce ſtella quam uiderant in Oriente præcedebat eos, uſque dum uenit & ſtetit ſuper caput pueri.* Ex hoc oſtēditur loco, quia cum aliquantulū ſtella adduxiſſet Magos propè Hieruſalē, abſcondita eſt ab eis, ut relicti à ſtella cogerētur in Hieruſalē interrogare de Chriſto, ſimul & manifeſtare de illo, pp duas cauſas. Primum, ad cōfuſionē Iudæorū: quoniā quidē Gētiles ſtellæ tantūmodo uiſione cōfirmati, Chriſtum ēt per alienas prouincias requirebāt: & Iudæi ab infantia prophetias legētes de Chriſto, & in ſuis finib⁹ natū, non F ſuſceperūt. Deinde, ut iterogati ſacerdotes, unde naſceretur Chriſtus, ad præiudiciū ſuū reſponderēt, de Bethlehē: quia qui Herodē docuerāt de Chriſto, ipſi ignorabant de illo. Si.n. iugiter apparuiſſet, in Bethlehē eos fuerat deductura, & ideo non fuiſſent coacti interrogādo nunciare de illo. Et ecce ſtella, quā uiderant in Oriēte, antecedebat eos: ut cōſiderātes obſequiū ſtellę, regis itelligerēt dignitatē, & dicerēt apud ſe: quo ſit rex iſte terrenus, cui ſtella miniſtrat? Quid aūt mirū, ſi Sole iuſtitię orituro ſtella miniſtrabat diuina? Præcedebat aūt eos, ut oſtendat quoniā hominibus quærentibus deū, ſic oia elementa miniſtrāt. Si ergo magnū putas, quia Chriſto ſtella obſequebatur, uide quoniam maiora ſunt, q̄ tibi homini cōſtituto miniſtrant. Ecce.n. tibi ſol currit, & luna fulgere non ceſſat. Si tibi homini conſtituto elementa miniſtrant, quid mirū ſi Chriſto ſtella obſequebatur? Si tibi peccanti elementa miniſtrant, quid mirū ſi ante illos quærentes Chriſtū, ſtella currebat? Et ſi angeli, miniſtrant hominibus, quos deus non ad obſequiū hominum, ſed ad ſuū creauit: quid magnum, ſi hominibus elementa miniſtrant, quæ propter homi-

Gnes sunt creata? Hæc audientes, gaudere nos oportet, pariter & timere: quia quanto maiora beneficia hominibus sunt constituta, tanto grauiora peccantibus iudicia sunt præparata. Et stetit sup caput pueri, quasi dicens, hic est: ut quia loquendo monstrare non poterat, stādo mōstraret. *Et uidētes stellam, gauisi sunt gaudio magno ualde.* Quia uidelicet spes illorū nō erat decepta, sed amplius cōfirmata, qđ tanti itineris nō sine causa susceperunt laborē. Indicio.n. stellę sic occurrentis sibi secundū tēpus, intelligebant, qa diui nitus eis natiuitas illa regis est ostensa. Et per mysteriū ✻ stellæ intelligebant, quoniā dignitas tūc nati regis excedebat mēsurā oium mūdialiū regū: necesse.n.erat, ut gloriosiorē putarent regē illū, quā stellā, cui stella sic deuotè obsequebatur. Aut quo non crederēt ei subdēdos hoies, cui ēt cœli ornamēta subdita esse uidebant? Aut quomodo poterat ei terra esse rebellis, cui famulabatur & cœlum? *Et intrantes domum, uiderunt puerum & matrem eius.* Videamus quid tale gloriosum uidentes in puero gauisi sunt, qui regem quærentes, tanti itineris susceperunt laborem?

✻ministerium.

H Nunquid uiderūt palatiū marmoribus splendidum? Nunquid matrē eius diademate coronatā, aut in lecto auro recumbentē? Nunquid puerū auro & purpura inuolutū? Nunquid aulā regiā diuersis populis personantē? Sed quid? Pandochiū tenebrosum & sordidū, & magis animalibus quā hominibus aptū: in quo nemo contētus erat secedere, nisi itineris necessitate coactus. Matrē eius uix tunicā unā habentem, non ad ornamentū corporis, sed ad tegumentū nuditatis proficientē, quā habere poterat uxor carpentarij, & hęc in peregrē constituta. Puerū pannis sordidissimis inuolutum, & in sordidiore quoq; præsepio positū: quia locus ille sic erat angustus ut nec ponendi infantē spatiū inuenirent. Si ergo regē terrenū quęrētes, sic inuenissent, magis confundēdi fuerant quā gauisuri, quia tanti itineris laborē sine causa susceprissent: nunc aūt quia cœlestem regem quęrebāt, etsi nihil regale uidebant in eo, tamē solius stellæ testimonio contenti gaudebant. Oculi eorū contemptibilē puerū aspicere non poterant, quia spiritus in corde eorū, terribilē eum monstrabat. Adhuc autē

I si quasi terrenū regē eum quæsissent, inuenietes eū apud ipsum remāsissent: sicut sæpe fieri solet in seculo ut proprio rege relicto, cōferant se ad alterū. Nūc aūt & hūc adorauerūt, & ad suū reuersi sunt: ut istū haberēt regē cœlestē animarum suarum, illum autē terrenum corporum suorum. *Et adorauerunt eum.* Putas adorassent infantem nō intelligentem adorationis honorē, nisi aliquid diuinum credidissent in eo? Ergo non pueritię detulerunt honorem nihil intelligenti, sed diuinitati eius omnia cognoscenti. Sed & qualitas ipsa munerum oblatorū testificabatur eos quādā diuinitatis æstimationē habere de puero. *Apertis enim thesauris suis, obtulerūt ei munera, aurū, thus, & myrrham.* A dimplentes gentiū in Christo cōfessionē, & prophetiā impletam significātes. Esaię dicētis:

Esa.60.b Oēs qui sunt in Saba uenient, aurum offerētes, & lapidem pretiosum, salutare domini euangelizantes, & oēs oues Cedar congregabuntur, & arietes Nabaioth uenient, qui & offerent acceptabilia super altare tuū. Cōfestim aūt cognoscentes, & aperiētes thesauros suos, congruā gētibus in Christo p ipsa dona ostenderunt oblationē. Regem enim cognoscentes eū, primitiam mundā, & pretiosam sanctorum, sibi aurū repositū obtulerunt. Diuinum aūt & cœleste K intelligentes principiū eius, Libani obtulerunt odorem, formam mundæ orationis in odorē suauē spiritus sancti oblatæ. Humanā aūt & tēporalē sepultura eius intelligentes, obtulerunt myrrhā. Hæc aūt, etsi tunc non intelligebāt Magi secundum quale mysterium ista gerebantur, uel quid significaret unumquodq; munus eorū, nihil tamen cōtrarium est. Gratia.n.quæ illos hęc omnia facere hortabatur, & ipsa ordinauerat uniuersa postmodum cognoscenda. Aurū sunt ergo perfecti fideles & sapientes, dicente apostolo: Siquis ædificat aurū, argentū, lapides pre- *1.Cor.3.d*
tiosos. Siquis ergo præbet se Christo fidei sapientia plenū, obtulit ei aurū. Thus aūt est oratio, sicut scriptū est: Dirigatur oratio mea, sicut incensum in cō- *Psa.140.a*
spectu tuo. Siqs ergo Christo mundā offert orationem, obtulit ei thus. Myrrhā æstimo esse opera bona: quoniā sicut myrrha corpus defunctorū ī solubile seruat, sic bona opera Christū crucifixū in memoria hoīs perpetuū seruāt, & hoiem seruāt in Christo. Primū ergo oportet Christo offerre fidē rationabilē, deinde orationem mūdā, & tertiò opera sancta. L
Tu ergo quando uenis ad ecclesiā ad orandū deū, munera tecū in manib⁹ tuis porta: da nō habētibus, & pete ab illo qui habet, ut oratio tua bonis operibus cōmendetur. Sic & in lege scriptū est: Ne intres *Exo.23.b &.34.d*
in cōspectu domini dei tui uacuus: infirma.n.oratio *✻largita te.*
est, quæ eleemosynarū uirtute✻ non est munita. *Et admoniti in somnis ne redirent ad Herodē, per aliam uiam reuersi sunt in regionē suam.* O fides Magorū, nō contradixerunt angelo admonenti, dicentes: Tantā uiā uenimus, uenientes antè multitudinē ciuitatū nō timuimus, regē terribilē apud illas omnino non expauimus: sed stetimus, & fiducialiter qui natus fuerat, regē prædicauimus, & quasi deo munera digna obtulimus, & quasi seruos latēter iubes nunc fugere, ut alia uia uenientes, alia redeamus? Sed fideles cōstituti, nec tūc timuerūt cognosci, nec modò erubuerūt occultè recedere: qa nec erat possibile, ut qui ab Herode ad Christū uenissēt, ad Herodē redirēt. Qui enim relicto Christo, uadūt ad Herodē, frequēter reuertūtur ad Christū: q aūt relicto Herode, ad Christū ueniūt toto corde, nunq̄ reuertūtur ad Herodē: M
Idest, q de Christo ad diabolū trāseunt per peccatū, frequēter p pœnitentiā reuertuntur ad Christū: q autē relicto diabolo uenit ad Christū, difficilè reuertitur ad diabolū, qa qui nunq̄ fuit in malis, sed in innocentia, dū nescit quid sit malū, facilè decipitur, & trāsit ad diabolū: sed cū expertus fuerit malū quod inuenit, & recordatus fuerit bonū quod perdidit, cō punctus redit ad deū unde recesit. Qui aūt in malis fuerit, & conuersus est ad bonū, dū gaudet de bonis q̄ inuenit, & recordatur mala q̄ euasit, difficilè redit ad malū. Sed quid? quia multi cum Christo relicto peccauerunt, nō agunt pœnitentiā: Illi tales nūq̄ fuerūt Christi, ideo superius dixi, qui toto corde de diabolo uenit ad Christum. Qui.n.post peccatum non pœnitet, non quasi homo carne deceptus peccauit, sed arbitrio suo cū esset malus, malū egit. Nā malus quod malū est nō putat malū, ideo nec pœnitet cū fecerit malū. Aut ita: Qui enim à diabolo uenit ad deū, nunquā debet per illā uiam ambulare, per quā uenit ad diabolū. Venisti per uiam fornicationis, ambula dæcetero per uiam castitatis. Venisti per uiam auaritię, ambula decætero per uiā eleemosynarum.

A Si aūt per ipsam uiam redieris, iterū sub regnū Herodis uadis, & fis proditor Christi. *Qui cum recessissent, ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Tolle puerum, & matrem eius, et fuge in Aegyptum.* O angele dei, nōne tu mihi retulisti: quia qđ nascetur ex ea, de spiritu sancto est? & quo iubes nos fugere? Quo filius dei ante hominē fugit? Aut quis liberet de inimicis, si & ipse inimicos suos timet? Iam primū quidem fugit, ut regulā humanæ naturæ quā suscepit, cōseruet in oībus, & in hac parte, quia & humanę naturæ & puerili ætati cōuenit fugere potestatē minātem. Alioqui si illud agat in corpore constitutus, qđ est propriū dei, nō dispensat in se humanā naturam, sed mutat. Deinde ut & cæteri Christiani. i. sancti, cū necessitas persecutionis aduenerit, fugere nō erubescant. Et quare uadit in Aegyptū? Nunqd alia terra
Psa.84.a defecit? Semper.n. aduersus populū eius Aegypt⁹ extitit inimica. Sed ēt recordatus dominus, qui non in finē irascitur, neq; in æternū indignatur, quāta mala fecerit super Aegyptū: ideo mittit filiū suum in eam, & dat illi magnæ reconciliationis signū, & perpetuę
B amicitiæ pignus, ut decē plagas Aegypti una medici
Psal.76 na sanaret. O cōmutatio dexteræ excelsi. Vt populus, qui antè fuerat persecutor populi primogeniti, postea fieret custos unigeniti filij. Vt qui illi populo uiolenter dominati sunt, isti cū deuotione seruirent. Vt iam nō irent ad mare rubrū demergendi, sed uocarētur ad aquas baptismatis uiuificādi. Vt ipleatur
Esa.19.a qđ dictū est: Ecce dominus descēdit in Aegyptū, sedens super nubē leuē. Nubes est corpus ipsius, Leue aūt sine pondere peccatorū. *Tunc Herodes uidens quoniam delusus esset à Magis, iratus est uehementer.* Postq̄ paruulus Iesus Magos subiugauit sub imperio suo, nō potestate corporis, sed gratia spiritus: nō exercitū Christus misit post illos, sed stellā modicā ante illos. Religione illos subdidit, nō timore. Non.n. persecutus est illos, sed ipse requisitus est ab eis. Ideo meritò irascebatur Herodes, qa quibus ille sedens in throno regni, & uestitus purpura, suadere nō poterat: his Iesus paruulus, & iacēs in psepio, & pānis inuolutus placuit. Herodes aūt, qui dum uellet deludere, delusus est, deuotionē promittebat puero, dicens: *Exquirite de puero, ut & ego ueniam, & adorem eum.* Insensatus q unigenitā dei sapientiā humana fraude circūC uenire tentabat. Iam.n. quasi successorem regni sui timens, fremebat. Nā reges si quidē ex alijs causis irascuntur, citò placātur: illa aūt ira eorū inextinguibilis est, quā regni zelus accēdit. Deinde cōtemnentes eū Magi addiderūt causas doloris: quemadmodum si quis infundat oleū super ignē ardentē, magis crescit incendiū: sic ardentē zelum Herodis, delusionis opprobriū amplius excitauit. Quid fecit? *Misit et occidit omnes pueros in Bethlehem, & in omnibus finibus eius, à bimatu & infrà, secundū tempus, quod exquisierat à Magis.* Vt quid: Quia delusus erat à Magis. Sicut fera benerata, naturalē asperitatē, si ab aliquo fuerit uulnerata, naturalē crudelitatē ei⁹ duplicat ira doloris, & quasi cęca furore, iam non aspicit uulnerantē: sed quicūq; ante oculos eius occurrerit, siue homo, siue alterū animal, quasi authorē uulneris sui dilaniat: sic & ille delusus à Magis, irā suā super paruulos infundebat. Dicebat.n. cogitās in furore: Certè Magi inuenerunt puerū illum, quē regnaturū dicebant, & aut aurū acceperūt à parentibus eius, aut largis promissionibus sunt placati, ideo ad me reuersi nō sunt. Nā rex quicquid aduersus regnū suū putauerit, totū ueD rū æstimat. Animus eius semper suspectus est, regni zelo repletus. Dum omnia timet, oia suspicatur. Facilè credit quicquid fuerit suspicatus. Sicut uir si zelet uxorē, aut uxor uirum oēm auditionē turpem credit de illo: etsi nō sit auditio ipsa digna & idonea ut credatur: tamē fidē auditionis zelus cōmēdat. Ideo ergo forsitā talia dicebat apud se: Quis est puer ille, qui anteq̄ nascatur in terra, iā apparet in cœlo? Necdum seipsum ostēdit, & iam oēs illū quērūt. Et necdum terrenū populū habet, & iam militiæ cœlestes stellarū illi ministrant. Quis est ille, qui anteq̄ mecū pugnet, iam me uincit: anteq̄ uincat, regnat: anteq̄ regnet, iā dominatur? Quid putas facturus est ille homo in regno meo, si creuerit? Ego & dona hominibus spargo, & gladiū porto, ut qui nō timet, uel diligat: qui nō diligit, uel timeat. Ille nec populū habet, nec diuitias cōgregauit. & quo sine auro diligitur, & sine ferro timetur? Sic misit & interfecit oēs paruulos, ut unū inueniret in oībus. Sed nec unū inuenit in oībus, & omnibus uitā æternam præstitit pp unum. Ipse se fallere uoluit, qui inter hoies deum quærebat E
tenere. Quid agit insensata ira tua Herodes? Si non credis uerbis q̄ Magi dixerunt de rege futuro, quare sine causa insanis i pueros? Si aūt credis uerum esse, quod dictū est de puero & de stella, iterū dico, quare sine causa insanis in pueros? Nūquid potes tu mutare sniam dei, aut perdere illum, quē deus defendit? Sed quid mirū, si Herodes homo iniquus, putabat se posse mutare cōsiliū dei? Ipse deniq; sapientissimus Salomon, cum pp peccatum suū audisset à prophetis, Hieroboam regē futurū, posuit persequi eum, putās posse illū perdere, quē deus producit: quia zelus sapere nescit, & ira nō potest habere cōsilium. *Vox in Rhama audita est.* Rhama ciuitas erat Saul. Saul autē 3.Reg.11.
erat de tribu Beniamin. Beniamin uerò filius erat Ra- *f.g*
chel, cuius monumentū erat iuxta Bethlehem, ubi hæc agebātur mala. Quoniā ergo in Bethlehē inter- *Rhama.*
ficiebantur paruuli, ubi erat monumētum Rachel: ideo Rachel introducitur plorans. Quanuis autem Rhama nō esset propè Bethlehē: tamen dicitur, uox in Rhama audita est: quoniā Rhama Hebraicē interpretatur excelsum. Ideo dixit, uox in excelso audita F
est: quoniā de morte innocentiū mittebatur ad cœ- *Eccl.35.c*
lum, ideo audiebatur in excelso. Sic.n. ait Salomon: Vox pauperis penetrat nubes, & nō discedit donec audiatur. Sic & pauper quādo uiolentiā patitur à potēte, etiāsi nō est ausus uociferare, sed latēter lachrymatur, tacitus clamor eius in excelso auditur, qa nō magnus clamor ueluciter à deo auditur, sed iustus. Quòd ait, *ploratus*, fletum paruulorū ostendit: quòd aūt dixit, *ululatus*, matrum significat lamentum. Plorabant.n. paruuli, quia separabātur à matribus: ululabant matres, quia desolabantur à filijs, & quasi uiscera earum separabātur ab eis. Et erat uidere maiorē dolorem in matribus remanētibus, q̄ in paruulis morientibus. Paruuli.n. unum patiebantur dolorē, quia separabantur à matribus, & nō quia ducebantur ad mortē. Nec enim sciebant adhuc mortis timorem. Matres aūt duplicem: unum quidem, quòd uidebant paruulos suos interfici: alterum, quòd ipsæ desolabantur à filijs. In paruulis mors eorum beata finem faciebat doloris: in matribus autem, paruulorum memoria semper reparatio erat doloris. Post hæc autem dignam pœnam Herodes susce-

Gpit. Nã filios suos tres interfecit, & non interfectos ab alio uidit occidi, ut ne uel paternã super illos pietatẽ demõstraret in luctu: sed ipse occidit, ut & filios perderet, & de morte eorũ crimen acquireret. Viscera sua laniabat in filijs, & dolorẽ eorũ nõ sensit. Vt quemadmodũ paruuli mortẽ suã non senserunt pp infantiã: sic & ille dolorẽ uiscerũ suorum non sensit propter insaniam. Deinde ipse multis doloribus apprehensus est, sicut refert historia: quã lõgũ est narrare. Quot enim membra corporis habebat, tot doloribus torquebatur. Et quia multoties mori non poterat, qui multos occiderat in fantes: propterea uindicta moriẽtiũ plurimorũ in plurimis ei doloribꝰ reddebatur. Itẽ quãdo uidit se propẽ mortẽ, sciẽs quã odibilis erat apud oẽs Iudæos, & quia mors illius multis gaudiũ erat factura, congregauit oẽs principes Iudæorũ: & iussit, ut cũ ipse mortuus fuisset, oẽs occiderentur, ut in morte eius omnes ciuitates lugerẽt: etsi nõ pp amorẽ illius, uel saltẽ propter suum dolorẽ. Et hoc consilio dei factũ est. Quando enim Magi annunciauerunt de stella regis futuri, oẽs prin
H cipes consenserunt Herodi, ut requireret puerũ, & occideret. Hoc unde scimus? Primũ, quia dicit scriptura: Turbatus est Herodes, & oẽs ciuitas cũ illo. Deinde ipsa uerba angeli hæc dmonstrant, dicentis: Accipe puerũ & matrẽ eius, & reuertere in terram Iuda: defuncti sunt enim qui quærebant animã pueri. Nõ dixit, mortuus est, qui requirebat animã pueri: sed, mortui sunt oẽs, qui requirebãt animã pueri. *Defuncto Herode, ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph in Aegypto, dicens: Accipe puerum, & matrem eius.* Vides quia Ioseph nõ ad cõiugiũ Marię erat electus, sed ad ministeriũ eius? Eunte aũt illa in Aegyptũ & redeunte, nisi desponsata illi fuisset: quis ministeriũ ei tantæ necessitatis impleret? Nam in prima quidẽ facie Maria puerũ nutriebat, Ioseph conseruabat. Reuera aũt puer matrẽ nutriebat, & Ioseph tutabatur. Ideo non dicit, accipe matrẽ & puerũ eius: sed, accipe puerum & matrem eius: quia non propter illam matrem iste filius natus est, sed pp illũ filium illa prę parata est mater. Nec pueri erat gloria habere illam matrẽ, sed illiꝰ erat beatitudo istũ habere filiũ. Sicut
I ipsa dicebat: Ecce nunc beatã mę dicẽt omnes gene
Luc.1.c. rationes. *Vade in terram Israel.* Quasi enim medicus descendit in Aegyptum, ut uisitaret eam languentẽ erroribus, non ut remaneret in ea. Nã in prima facie quasi Herodẽ fugiens, descendit in Aegyptũ: reuera aũt, ut Aegyptij erroris dęmones effugaret ex ea, si-
Esa. 19.a cut testatur Esaias, dicens: Ecce dominus descendit in Agyptum, sedens super nubẽ leuẽ, & cadent idola Aegypti. Vides ergo quia ideo descẽdit in Aegyptũ, non mortẽ fugiens, sed ut mortifera idola dissiparet? Nã nunq̃ inuenitur dominus descẽdisse, nisi tunc. Notãdũ aũt quia nocte fugit in Aegyptũ reuertitur aũt per diẽ: quoniã fugiens, persecutionem fugiebat Herodis: reuertens aut, mortuo reuertebatur persecutore. Omnis enim persecutiõis angustia nox est, refrigeriũ aũt dies. *Admonitus autẽ in somnis, secessit in partes Galilææ, et ueniens habitauit in ciuitate, quæ uocatur Nazareth, ut adimpleretur qđ dictũ est p prophetas, Quoniã Nazaræus uocabitur.* Dũ dicit, per prophetas, nõ p prophetã, manifestat quòd non certã authoritatẽ prophetiæ protulit, sed sensum prophetarũ colligens dixit. Nã p omnes prophetas, Iesus Nazarenus uocatur, qđ est sanctus. Aut fortè legerunt & alios prophetas ita dicentes, qui nõ sunt nobis ca K
nonizati. Alij etenim prophetauerũt, & conscripserunt, sicut Natã, & Esdras. Et quoniã prophetatum erat, hoc ipsum manifestat Philippus, dicens ad Na- Ioan.1.f
thanael: quẽ scripsit Moses in lege, & prophetę, inuenimus Iesum filiũ Ioseph à Nazareth. Vnde & Nathanael sciẽs prophetatũ esse hoc ipsum confirmans respondit: Ex Nazareth potest aliquid boni esse?

Homilia tertia. ex cap. tertio.

N *diebus illis uenit Ioannes Baptista prædicans*
i *in deserto Iudææ, & dicens, Pœnitẽtiã agite, appropinquabit enim regnũ cœlorũ. Hic est enim*
de quo dictũ est per Esaiã prophetã dicentẽ: Vox clamãtis Esa.40.
in deserto, parate uiã domini, rectas facite semitas eius. Ip a
se aũt Ioannes habebat uestimẽtũ de pilis camelorũ, & Zonã pelliceã circa lũbos suos. Esca aũt eius locustæ, & mel syluestre. Tũc exibat ad eũ Hierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanẽ, & baptizabantur ab eo in Iordane, cõfitentes peccata sua. Videns aũt multos Pharisæorũ & Sadducæorũ, uenientes ad baptismũ suũ, dixit eis, Progenies uiperarũ, quis demostrauit uobis fugere à uẽtura iraꝫ facite ergo fructũ dignũ pœnitẽtiæ. Sol appropi L
ans ad processum, anteq̃ appareat mittit radios suos & facit albescere Orientẽ, ut procedẽs aurora aduẽtum diei demõstret. Sic dominus natus ĩ mũdo, anteq̃ appareat, spiritus sui fulgore transmisso illumina uit Ioanẽ, ut precedens ille, aduentũ saluatoris annũciet: ne fortè subitò ueniens, & dicens se esse filiũ dei, propter ipsam magnã atq; terribilẽ indicationẽ rei ipsius, magis se incredibiliorẽ ostenderet. Si. n. Ioannes prędicauit persona cognitus, genere dignitosus, (erat. n. filius Zachariæ sacerdotis) & cõuersatione mirabilis, tamẽ infideles Iudæi non acquieuerũt credere Christo per illũ: quantò magis non erant credituri, si nulla ante eũ denũciatio præcessisset? Nã quãtumuis fuerit persona laudabilis, in sua causa nõ potest esse testis idoneus. Venit Ioannes quasi magni regis præparator fidelis. Qualis rex, talis & nũcius regis: natus ex gratia, non ex natura. Sicut Christi conceptionẽ antè angelus nũciauit, sic & istius. Sicut illiꝰ nomen anteq̃ conciperetur, auditũ est: sic & istius. Sicut illius potestas antequã nasceretur, ostensa est: sic & istius uirtus anteq̃ nasceretur manifestata est. M
Hæc fuit inter illos differentia: quia Christo concepto, fidelis mater confessa est gratiã deo, dicẽs: Ecce Luc.1.d
ancilla domini, fiat mihi secũdũ uerbũ tuũ. Ioãne autẽ concepto, incredulus pater obmutuit: quia Ioãne nato, lex de cætero fuerat tacitura. Christo aũt nascente postmodũ, gratia fuerat locutura. Ioãnes qui dẽ paretibus suis donatus est pro munere pietatis ipsorũ, quẽ natura ✣ desperabilis in ætate produxit: ✣ materia.
quoniã & mundus per tot millia annorũ sterilis cõstitutus, illo nascẽte fructus iustitię erat facturus: quẽ parentes non ex amore carnis seminauerunt, sed ex unanimitate & concordia disciplinæ meruerũt: erãt enim iusti ante deũ ambo. Nec. n. decebat, ut ex carne & sanguine nasceretur, qui ideo nascebatur, ut filiũ uirginis prędicaret. Verè. n. deserta erat Iudęa, ua cua à iustitia, plena peccatis, quã deus plantauerat, lex irrigauerat, oẽs prophetæ coluerant. Illa aũt nullũ fructũ produxit, nisi spinas asperrimas, qbus suũ dominũ coronabat. *Dicens, Pœnitẽtiã agite.* Qũo in ipso principio manifestat, quia benigni regis est nũcius: nõ. n. peccatoribꝰ minas intendebat, sed peccatorũ idulgẽtiã promittebat. Solẽt. n. reges nato sibi

filio

A filio indulgentiam in regno suo donare, sed antè trãsmittũt acerbissimos exactores, qui omne qđ inuenerint exigãt, ita ut indulgẽtia ipsa crudelior esse uideatur, q̃ ipsa exactio, ut nihil indulgẽtiæ habeat prẽter nomen, ut lugentes illã hoies, & nudi susçipiãt. Deus aũt & nato sibi filio, uolens donare in seculo indulgentiã peccatorum, prẽmisit quasi exactorẽ Ioannẽ exigentẽ, & dicentẽ: Facite fructus dignos pnĩæ. O exactio, q̃ non pauperes fecit exactos, sed magis diuites reddit. Nã cùm quis debitum iustitiæ suæ rediderit, deo nihil præstat, sed sibi lucrũ salutis acquirit. Quid aũt agit pnĩa? cor emũdat, sensus illuminat, animas sanctificat, & ad susceptionẽ Christi præparat humana præcordia, quemadmodũ magno iudici, aut regi aliquo in expeditionẽ uenturo, præparatores præcedunt, sordida abluunt, diruta cõponũt, ne fortè indecorũ aliquid uidẽs rex, delicatus abhorreat: Sic & domino nostro ad peregrina loca huiꝰ seculi uenturo, præcesit Ioannes, q̃ ab humanis cordibus pnĩæ scopis, peccatorum sordes eiiceret, & q̃ per
B longã diaboli indisciplinationẽ dissipata fuerant, spiritualium præceptorũ ordinatione cõponeret: insuper aqua baptismatis adornaret, ut ueniẽs rex cœlestis, dignũ trãsitũ inueniret per corda credentiũ, pp
Vox. quod dixit: *Vox clamantis in deserto, parate uiam domini, rectas facite semitas eius.* Vox est sonus cõsusus, nullum secretũ cordis ostẽdens: sed hoc tantummodo
Verbum. significans, quia uult aliquid dicere ille qui clamat. Verbũ aũt est sermo rationabilis, mysterium cordis aperiẽs. Adhuc uox inter animalia & hoies cõis est, uerbum aũt hominum tantũ. Ideo ergo Ioannes dictus est uox, nõ uerbum: quia per Ioannẽ neq; misericordias suas deus, neq; iustitias, neq; ante constitutionẽ mundi præparata cõsilia demõstrauit: sed hoc tantũmodo, quia aliquid magni facere deus in hominibus meditabatur. Postea aũt per filiũ suũ plenissimũ mysteriũ suę uoluntatis aperuit, ideo & dictus est uerbũ. Parate uiam domini. Pniam agere peccatorum, & facere fructus dignos pnĩæ, hoc est, parare uiã domini, & rectas facere semitas eius. Qũo signat oẽs uias domini naturaliter in hominibus esse plãtatas, sed postea per cõtumaciam nostrã factas esse desertas, & flexuosas? Nunq̃ enim illas hominibus repa
C rare cõmitteret, nisi sciret eas in hominibꝰ esse, & hominũ negligẽtia esse subuersas. Ecce humilitatis gratia in hominibus fuit: sed dum inuicem homines se ad indignationẽ prouocãt, humilitatis gratiã corrũpunt, quando se alter humiliat, alter eũ accipere recusat. Item si alter se contra alterum humiliaret, adinui
ralias corporea. cem alterutrũ se ad humilitatis gratiã excitarent. Nã sicut omne artificiũ corporale rusitatione seruatur, & additur: sic & gratia oĩs per exercitationem additur, & per desidiam minoratur. Nunc si minor se humiliauerit ante maiorẽ, aut pauper ante diuitem, nõ accepit illũ quasi humilitatis honorẽ, sed quasi debitũ potestatis. Vis aũt scire quia antè humilitatis gratia fuit in nobis? Vnde didicimus subiecti esse potentibus? Itẽ sapientiam habuerũt homines, sed dum sapientiam suã non ad adiuuãdos se per suam sapientiam exercebant, sed ad circũueniendos, sapientia illorum inuẽta est esse malitia. Vnde. n. poterat homo habere intellectum, qũo alteri faceret fraudem, nisi à deo gratiam intelligentiæ accepisset? Ita bono dei malè utentes, fecerunt esse diaboli malum. Secundũ hæc tria, tracta in oĩbus rebus bonis. Postq̃ ostẽdit,

Tomus secundus.

quia ipse est uox clamantis in deserto, dicens, parate D
uiam domini: prudenter subiunxit cõfestim & quæ esset uita eius, ostendens, quia meritò oẽs hoies eũ uenerabantur. Nã ipse quidẽ testificabatur de Christo, uita aũt eius de ipso. Nam testimonium uerborum eius nequaquã fuisset idoneum, nisi eũ mirabilis uitæ institutio cõmẽdasset. Nam nemo potest alterius esse testis idoneus, nisi prior fuerit suus. *Ipse autem Ioannes habuit uestimenta de pilis cameli, & Zonam pelliceam super lumbos eius: & locustas, & mel syluestre edebat.* Non de lana cameli habuit uestimentũ ne ipsa mollicies uestimẽti delicata faceret membra, & ipsa deliciositas uirtutẽ patientię emolliret: sed de asperioribus setis cameli, ut ipsa asperitas ad uirtutem patientiæ animum exerceret: ideo non dixit, de lana cameli: sed, de pilis cameli. Nã omne uestimentum ad tres pertinet causas, aut ad speciem uisionis, seu ad uanã gloriam: aut ad delectationẽ corporis: aut ad tegumentũ nuditatis. Ad speciẽ uisionis habere uestimentũ, seruis dei non cõuenit: similiter ad delectationẽ corporis, deo seruientibus nõ est aptum. Sed quid? tantũ ad tegumentum nuditatis. Quoniã aũt E
nõ de lana camelina, sed de pilis cameli habebat uestimentũ, ipse dominus manifestat, dicens de Ioãne: Quid existis in deserto uidere? hoiem mollibus uesti Mat.11.
tum? Non: nam hi qui mollibus uestiuntur, in domibus regũ sunt. Vides ergo quia tale habebat uestimẽtum, ut de uirtute animæ eius ipse habitus corporis loqueretur. *Et Zona pellicea super lumbos eius.* Ex eo qđ quasi pro nouo aliquid significet in Ioanne dicens: Et zona pellicea circa lumbos eius: ostendit quia cõsuetudo erat apud Iudæos, ut zonis laneis uterẽtur. Ideo iste quasi aliquid durius facere uolẽs, zona pellicea cingebat se: puto quòd Ioãnes in cõuersatione populi Iudaici penè sedm iustitias gẽtium cõuersantis, indicabat in habitu uestẽ religiosiorem, nõ mollem, neq; delicatam sed cilicinam, grauem & asperã, & cõterentẽ corpus potius q̃ fouentẽ. Nã extra alias legis iustitias, grauiores se habere iustitias rr. Nõ occi- rr granio res hæ ip se iustitiæ.
des, nõ adulterabis, nõ periurabis, oculũ pro oculo, dentẽ pro dẽte, diliges amicum, & odies inimicum, gentium tortuosarum iustitiæ sunt. Vnde & euangelista dicit inferius: Si diligitis diligentes uos, quã mercedem habebitis? Nõne & gentes hoc faciunt? Et zona pellicea circa lumbos eius. Lumbi sunt uoluptates ómniũ peccatorũ, quia omne peccatum cũ uoluptate cõmittitur. Zona aũt pellicea est continẽtia Lumbi.
corporalis. Zonã ergo pelliceam habebat circa lumbos suos, quoniam etsi qui se continere uidebantur ex populo Iudaico à peccatis, corporali continentia se cõstringebant, non spirituali, ab opere malo se cõtinentes propter legem, non à uoluntate mala propter deum: utputa non quidem occidebant, tamen irascebantur sine causa. Non quidẽ adulterabantur, tamen concupiscebant in corde. Forsitan nõ periurabant, iurabant tamen. Hæc cõtinentia corporalis est, quia legi & hominibus satisfacit, & non deo. Cõtinentia aũt malæ uoluntatis placat deum, quia homo uidet in facie, deus aũt in corde. Reddebant malum pro malo, & bonũ pro bono: amicos amabãt, & inimicos odiebant. Hæc iustitia corporalis est, nõ spiritualis: hominibus placens, non deo. Vides quia omnis continentia eorum corporalis erat, peccata tantùm actuum deprimens, non uoluntatum? Item locustæ sunt uolatilia quidẽ munda, tamen parua,

G & non satis in altū uolantia, q̄ manducabat Ioānes constitutus in deserto. Quos ꝛ docebat Ioannes, idē ꝛ manducabat. Volatilia quidē erāt, non aūt magna uolatilia, nec satis in altū uolātia: quia secundū iustitiā legis, metu pœnæ corporalis uiuebant, non secūdū spiritualia, & altissima Christi præcepta. Denique quō magnę uolucres erāt Iudæi aut ad alta uolātes quibus a Ioāne pœnitētia sola iniūngebatur? Qui n. abstinet se ab opere malo, & nō insuper facit opera bona, uolat quidē, nō aūt in altū uolat. Parua ergo uolatilia, & non in altum uolantia manducabat Ioānes: maiora aūt uolatilia, & in altum uolantia, quæ altissima cœli poterāt penetrare, Christo post ueniēti, quasi regi magno seruabat. Ille n. postea ueniens magna uolatilia, & in altum uolantia manducauit: id est, docuit beatos apostolos duodecim, & sub apostolis. lxx. discipulos, & cæteros Christianos, quibus & altissima mādauit præcepta. Antiquis dictū est, non occides: ego aūt dico uobis, siqs iratus fuerit fratri suo sine causa, reus erit iudicij. Antiquis dictum est, non adulterabis: ego aūt dico, nec usq; ad H oculū concupiscas. Antiquis dictum est, non periurare: ego aūt dico, omnino nō iurare. Antiquis dictū est, oculū pro oculo, dentē pro dente: ego aūt dico nō malum reddere pro malo. Antiquus dictum est, diliges amicum, & odies inimicum: ego aūt dico, diligite inimicos uestros. Vides quia quibus Ioannes prædicabat pœnitētiam peccatorū, parua uolatilia erant, & non in altū uolantia: quibus autē spiritualia Christus mandauit, magna uolatilia erant, & ipsos penetrantia cœlos: ut dicere possint, Nostra aūt conuersatio in cœlis est. Ideo forsitan eis dicebat: Nolite timere, multis enim passeribus meliores estis uos. Ite mella sunt eloquia dei. Ideo ergo Ioānes mel agreste edebat: quoniā adhuc ante Christum, ante spiritum sanctū constitutus sub lege, legis utebatur eloquijs insipidis, & insuauibus, & agrestibus. Nā si filius dei sub lege est factus, quantò magis Ioannes, qui uerè erat Iudæus? Sed filius dei sub lege factus est, ut eos qui sub lege erant, redimeret, & educeret. ꝛ Ioānes autem sub lege natus est, non ut eos q̄ sub lege erant educeret, ꝛ sed ut essent sub lege, ut scdm legē & uiuerent, & docerēt. Propterea nihil extra legē aut fecit, I aut docuit, sed tantū pœnitētiā prędicauit. Christus aūt multa extra legem & fecit, & docuit. In sabbato operatus est, leprosum tetigit, & alia multa: quia nō insipidis & agrestibus legis utebatur præceptis, sed suauibus & domesticis, q̄ a patre susceperat. Propterea Ioannes agreste mel manducauit, Christus autē domesticū. Ac sic Ioānes legis & prophetarū omnē formā adimplens, speciē gentiū diuina uirtute circa seipsum cōsummās, capillatiā & peregrinā tunicam induebat, quasi ecclesiā suā lex & prophetę suis prophetationib⁹ imputrescibilē, & incarpibilē texuerūt. Zona aūt erat præcinctus, præparationē ostendēs accedentibus, & credentibus prædicationibus suis. Edebat aūt locustas, & mel syluestre: ostēdens eos, qui longē uolabant, propè futuros, sicut & Apostolus ait ad gentes: Et uos qui aliquādo eratis a lōgē, propè facti estis i sanguine Xpi. Et q agrestiū gentiū dulcedinē futuræ fidei docēs, q̄ ad sublationem curationis processerat, mel syluestre edebat. *Tunc exibat ad eum Hierosolyma, & omnis Iudæa.* Id est, quando uox facta est in deserto, parate uiam domini, rectas facite semitas eius. Et amplius resonabat cōuer-

quod. *id est.*

Exo. 20. c & Mat. 5. e

Exo. 21. c Leu. 19. d

Phil. 3. d Luc. 12. d Psal. 18. c

Gal. 4. a. ꝛ *educeret.*

Ephe. 2. c

satio uitæ eius in eremo, quā uox clamoris ipsius. Et K magis expauescere faciebat homines operibus suis, q̄ uerbis. Et forsitan nisi sermones suos conuersatio ne huiusmodi cōmendasset, nunq̄ oīs Iudæa ad uocē eius exisset ad eū. Ex quibus uerbis apparet, quia dominus cōstitutus in mundo, non tantū uisibiliter sermonibus suis docuerat populū suum, sed inuisibiliter ī cordibus hominū operās, adducebat ad fidē. Nec n. hoc admonebat Ioānes, ut uiā domini super terrā, sed in sensibus & cordibus hominū pararēt. Ergo in prima quidē facie uidebatur in corpore ambulans, reuera aūt per corda hominū, & per sensus incedēs, singulorū conscientias scrutabatur. Egrediebatur ad eum omnis Iudęa. Ad cōparationem enim illius sanctitatis, quis poterat arbitrari se iustum? Inimitabilis erat conuersatio eius, omniū uitā appare re faciebat culpabilē, ut iam nemo in operibus suis cōsideret, sed omnes in misericordiam dei spem suā collocarent. Quemadmodū enim si uideris albam uestem, dicis, satis candida uestis est: si uerò posueris eā iuxta niuē, incipit tibi sordida apparere: etsi uerè sordida non est, tamen quantū ad similitudinem L niuis sordida inuenitur: sic quātum ad cōparationē Ioānis, oīs homo uidebatur immundus. Et uerè talis debet esse princeps in populo, ut totus populus ꝛ *boni.* semper aliquid noui ꝛ inueniat, quod imitetur in eo. Nā ad cuius similitudinē extēdat se populus & emēdet, si uideat ipsos principes esse sordidiores quā se? *Cōfessio.* *Et baptizabantur ab eo confitentes peccata sua.* Confessio peccatorum est testimonium conscientiæ timen- *1. Ioā. 4. d* tis deū. Qui enim timet iudiciū dei, peccata sua non erubescit cōfiteri: qui autem erubescit, nō timet. Perfectus enim timor soluit omnē pudorem. Illic enim turpitudo cōfessionis aspicitur, ubi futuri iudicij pœna non creditur. Nunquid nescimus, quia confessio peccatorū habet pudorē, & quia hoc ipsum erubescere, pœna est grauis? Sed iō magis nos iubet deus cōfiteri peccata nostra, ut uerecundiā patiamur pro pœna. Nā & hoc ipsum pars est iudicij. O misericordia dei, quē toties ad iracundiā excitauimus. Sufficit ei solus pudor pro pœna. *Videns aūt multos Pharisæorū, & Sadducæorū uenientes ad baptismū, dixit eis, Genimina uiperarū, quis uos docuit fugere à uentura ira? Facite fructus dignos pœnitentiæ.* Sicut artifex medicus, si M uiderit ægrotantis colorē, intelligit speciē passionis ipsius: sic & Ioannes mox ut uidit Pharisæos uenientes ad se, intellexit cogitationes eorū prauas. Forsitā enim cogitauerunt apud se, imus, & cōfitemur peccata nostra. Quantū est in una hora erubescere? Iustitias à nobis non quærit, nullū laborē nobis imponit, baptizamur, & consequimur indulgentiā peccatorū. Sic cogitabant, quō & modò oēs qui faciendę iustitię propositū nō habēt, & ad baptismū ueniūt, putantes quia possit eos iustificare sola aq̄ baptisma tis, etiāsi non præcesserit bona uolūtas. Insipiens, pone Ioannē medicū esse, uerbū aūt ipsius quasi ferrū medicinale, quo repletæ peccatis conscientiæ præciditur: cōfessionē puta esse digestionē ipuritatis, & spurcitiæ, q̄ intus erat inclusa, baptismū esse lotionē sordium egressarū: nunquid facta digestione impuritatis, iam statim sanus factus es? nunquid iam non habes uulnus? nunquid non est tibi necessaria suppositio medicinę? Sic multa diligentia necessaria est hoi post cōfessionē & baptismū, ut uulnus peccatorū ei⁹ & cōfessionis apertura sanetur. Genimina uipe-

A rarum. Natura. n. uiperarum talis est, cū momordeVipera-rū natura. rit hoiem, statim currit ad aquā: si aūt aquā non inuenerit, moritur. Ideo & istos uocabat genimina uiperarū, qui peccata mortifera cōmittētes, currebant ad baptismū, ut quemadmodū uiperæ per aquā, periculū mortis euaderent. Itē uiperarū natura est, rum pere uiscera matrū suarum, & sic nasci. Quoniā ergo Iudæi assiduè persequentes prophetas, corruperunt matrē suam synagogā, sicut ipsa lugens dicit in Can- *Cāti. 1. b* ticis: Filij mei dimicarūt in me: ideo uiperarū genimina nuncupantur. Itē uiperæ à foris speciosæ sunt, & quasi pictæ: ab intus aūt ueneno plenæ sunt. Ideo & hypocritas & Pharisæos uiperarum genimina appellat, qa hypocritæ pulchritudinē sanctitatis ostendebāt in uultu, & uenenū malitiæ portabāt in corde. *Esa. 1. d* Quis uobis ostēdit? Nōne Esaias propheta ostendit uobis, dicēs: Lauamini, & mundi estote? Absit. Ille. n. sicut dicit, Lauamini & mundi estote: ita ēt auferte nequitiā ab animabus uestris, discite benefacere. Si uos Esaias docuisset, nunq̄ spem uestrā in aqua tantūmodo poneretis, sed ēt in operibus bonis. Nunqd B Dauid propheta uobis ostēdit, dicens: Asperges me *Psa. 50. b* domine hyssopo, & mūdabor: lauabis me, & super *Ibid. d* niuē dealbabor? Absit. Ille. n. sic dicit postea: Sacrificium deo spiritus cōtribulatus, cor cōtritū & humiliatū deus nō spernit. Si ergo discipuli essetis Dauid, cū spiritu cōtribulato, & cū gemitu cordis ad baptismum ueniretis. *Nolite dicere, quia patrē habemus Abraham.* Quid. n. prodest ei, quē fordidant mores, generatio clara? Aut quid nocet illi generatio uilis, quem mores adornāt? Ipse se uacuum ab oībus bonis actibus ostēdit, qui gloriatur in patribus. Quid profuit *Gene. 6. b* Cham quòd filiꝰ fuit Noē, nōne separatus de medio filiorum? qui scdm carnem frater natus fuerat, scdm animū factus est seruus. Nec familia eius sancta potuit defendere impios mores. Aut quid nocuit Abra- *Gen. 11. d* hæ, quòd patrē habuit Thare luteorū deorū cultorem? nōne separatus à genere suo, positus est i caput fideliū, ut iam nō diceretur filius peccatorū, sed pater sanctorū? Nec potuerunt gloriam eius fordidare paterni errores. Nam & aurum de terra nascitur, sed nō est terra. Et aurū quidē eligitur, terra aūt contem C nitur. Et stagnū de argento egreditur, sed nō est argentum. Itaq; argentū colatum seruatur, stagnū aūt foras expellitur. Melius est de contemptibili genere clarū fieri, q̄ de claro genere cōtemptibilē nasci. Qui enim de claro genere clarus nascitur, gloria claritudinis eius nō est eius solius, sed cōis uidetur cum genere. Qui aūt de cōtemptibili genere clarus egreditur, tota gloria claritudinis eius, eius solius est. Item, qui de cōtemptibili genere contemptibilis nascitur, turpitudo contemptibilitatis illius nō eius solius, sed ēt generis eius. Qui aūt de claro genere contemptibilis nascitur, omnis turpitudo illius, eius solius est. Ideo melius est, ut in te glorientur parentes, qui talē filiū habent, q̄ tu glorieris in parentibus. Sic & uos nolite gloriari, dicētes, quia patrem habemus Abrahā: sed magis erubescite, quia filij eius estis, & sanctitatis eius non estis hæredes. Ipse. n. suo testimonio se conuincit, quia de adulterio natus est, qui nō similatur patri. Sermonem dictum ad Iudæos, conuertamus ad Christianos: quia sicut Iudæi putabāt se propter hoc solum esse saluandos, quia erant filij Abrahę: sic & multi insipientes Christiani per hoc solū putant se esse saluandos, quia sunt Christiani: ad quos conuenienter dicit Ioannes: Nolite dicere, quia sumus D Christiani, sed facite dignos pniæ fructus. *Potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.* Lapis quidem durus est ad opus: sed cū factū fuerit opus ex eo, deficere nescit. Sic & gentes cū difficultate quidē crediderūt, tamen credentes permanēt in æternū in fide. *Iam securis ad radicem arboris posita est.* Securis autem est acutissima ira cōsummationis, q̄ totum præcisura est mundum. Et si posita est, quare nō præciditⁿ aut si interim præcisura nō fuerat, quare posita est? Quia rationabiles sunt arbores, & i potestate habent facere bonū, aut non facere: ut uidentes ad radices suas positā esse securim, timeant præcisionem suam, & faciant fructū. Nā quanuis malus nec timore corrigitur, tamē bonus nisi timuerit peribit. Ergo denūciatio iræ etsi in malis nihil agat, tamē à malis segregat bonos. Vide aūt, quòd non ad ramos posita dicitur esse securis, ut cū præcisæ fuerint, iterū reparentur: sed ad radices, ut irreparabiliter extirpētur. Quare? Quoniam quandiu mundus iste iniquus, & totus positus in maligno, nō erat circa finem, casti- *1. Ioan. 5.* gabantur peccatores, nō exterminabantur pp duas E causas. Primū quidē, quoniam oportebat hoies esse in mundo, quāuis essent iniqui, quoniam & ipse mūdus iniquus est. Deinde, quia mundo manēte expectatio erat, si fortè aliqui nascerentur iusti ex generationibus iniustorū. Nunc aūt hoc quidem mundo iam finiente, illo aūt sancto iam appropinquāte, nō castigantur iam peccatores, sed euertuntur pp duas causas. Primū quidē, quia iam nec expectatio potest esse, si fortè ex generationibus iniustorū aliqui aliquando iusti nascantur. Deinde, quia nec cōuenit ut in illo sancto mundo homines sint nō sancti, sicut scriptū est: Quoniā sancti inhabitabunt terrā, iniqui *Psa. 36. c* uerò expellētur ex ea. Et iterū orat Esaias: Tollatur *Esa. 26. b* impius, ut nō uideat honorem domini dei. *Ego quidem baptizo uos in aqua ad pœnitentiam: qui autem post me uenit, fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta soluere. Ipse baptizabit uos in spiritu & igne.* Quoniam missus erat Ioannes ad baptizandum, non tamē pp necessitatē dandi baptismatis, sed ut per occasionē ad baptismū uenientibus, prędentiā filij dei in corpore prædicaret, sicut ipse testificatur alibi, dicens: Sed F ut manifestetur in Israel, ideo ego ueni ī aqua bapti- *Ioan. 1. d* zare. Ideo nunc ad baptismū uenientibus, & ipsum prædicabat apparituru cōfestim, & eminentiā potestatis eius annūciat. Pedes aūt Christi intelligere possumus Christianos, in quibus ambulat, p̄cipuè apostolos, cæterosq; prædicatores, per quos discurrit: inter quos fuerat & Ioānes baptista. Calceamēta aūt quibus operit pedes, possumus itelligere firmitates, quibus oēs operit prędicatores. Vis scire q̄ fortia sint calceamenta ipsius? Audi ipsum dicētem ad Hieremiam: Ecce posui te in hodierna die sicut ciuitatem firmā, & sicut murum ęreum. Hæc ergo calceamēta *Hier. 1. d* Christi, oēs prædicatores portant, & Ioannes ipse pportabat: sed dignū se non esse pronunciabat portare, ut maiorē ostenderet gratiā Christi meritis suis. ꝛ *gloriam* Ioannes corporalis est, & aqua corpus est: ideo corpus cū corpore corpus baptizat. Christus aūt spiritus est, & spiritus sanctus spiritus est, anima quoque spiritus est: ideo spiritus cū spiritu spiritū nostrū baptizat. Et quoniā iudex est qui baptizat i igne, id est in tentationibus: Ioānes cū sit corporalis, spirituale baptismum non potest dare, quia oīs beneficus ma-

Gior est quã beneficiũ eius. Nemo potest dignius beneficiũ dare, quã ipse est: nec facit aliud quam * ipse non est. In igne non potest baptizare homo, qa homo hoīs nō potest esse iudex. Ille.n. tẽtandi habet licentiã, qui habet remunerandi potestatẽ. Ergo Christi baptismus non soluit Ioānis baptismũ, sed in se includit. Qui.n. baptizatur in noīe Christi, utrunq; baptismũ habet, & aquæ & spiritus: quia Christus spiritus erat, & corpus susceperit, ut & spuale & corporale baptisma daret. Ioānis aũt baptismus, non includit in se baptismũ Christi: quia quod maius est, minus i se includit: quod aũt minus est, maius in se includere nō pōt. Ideo Apostolus cũ inuenisset quosdã Ephesios Ioannis baptismate baptizatos, iterum baptizauit eos in noīe Christi, qa in spiritu non erãt baptizati. * Si ergo super Ioannis baptisma, qđ plenũ quidẽ non erat, tamen rectũ erat, iterũ baptismũ Christi dare licuit Apostolo: qũo tu dicis quia super baptismũ meũ melius nō debes baptizare, quod nihil habet in se præter baptismi nomẽ? Deniq; baptizantes scdm mortẽ illius baptizamus, qui crucifixus est. Si ergo non deus est crucifixus in carnẽ secũdum te, sed homo purus, iam secũdũ mortẽ puri hoīs baptizas. Homo aũt purus spirituale baptismũ nō pōt dare, sicut suprà diximus: & ideo baptismũ tuũ etsi non * esset rectũ: tamẽ baptismũ erat, id est simile baptismo Ioannis erat, id est, in aqua, non in spiritu. Ergo Paulus Xpi secutus exemplũ, baptizabat eos q baptismate Ioānis fuerant baptizati: quoniã & Christus iterum baptizauit eos qui à Ioanne erant baptizati, sicut sermo demonstrat, dicens: Ego quidẽ uos baptizo in aqua, ille autẽ uos baptizabit in spiritu. Nec uidebatur iterũ baptizare, sed semel, in quo.n. amplius erat Christi baptismũ quàm Ioannis, in hoc nouũ baptismũ uidebatur, & non iteratum. * Si ergo post baptismũ Ioannis, quod etsi perfectum nō erat, tamẽ legitimũ erat, baptizabat Christus, ut aliquid amplius daret hominibus, qũo post impiũ baptismum non licet dare sanctum? Videamus nũc & uniuscuiusq; baptismatis qualis sit utilitas. Et quãuis uerbi baptismũ non sit positum in hoc loco: tamen quia ſ est, & dominus dixit de eo, Et uos mũdi estis pp sermonẽ quẽ locutus sum uobis. Et Apostolus ait, Mũdãs eã lauacro aquæ in uerbo: dicimus & de illo, quoniã uerbum à sordibus ignorantiæ mũdat, scientiæ lumen infundens, sed peccata nō diluit, animã non adiuuat, nec concupiscentias malas præcidit ab ea, nec carnẽ à mala uoluptate ſſ compescit, Hoc facit uerbũ fidei mundum, ſſ quod faciebat antea lex: iustitiã quidẽ ostẽdebat, animã aũt nō adiuuabat: quoniã omne uerbũ lucerna est, & nō uirtus. Item aqua proficit, quia peccata quidẽ quę iam processerunt in opus, abluit, & hoc si pœnituit: animam aũt nō sanctificat, nec cōcupiscentias cordis, aut cogitationes malas pręcidit, nec repellit eas, sed nec carnales concupiscentias reprimit. Qui ergo non fuerit sic baptizatus ut mereatur accipere spiritũ sanctũ, in corpore qdẽ baptizatus est, & peccata eius indulta sunt, sed in aio catechumenus est. Sic.n. scriptum est: Quia q spiritũ Christi non habet, hic nō est eius: pp quod caro eius postea peiora ei germinabit peccata qa nō habet in se spiritũ sanctũ conseruātẽ se, sed uacua est domus corporis eius. Propterea spiritꝰ ille inueniẽs uacuã domũ, & mũdatam doctrinis fidei, quasi scopis, intrãs septempliciter habitat in ea: quoniã uerba fidei, quæ appellantur scopæ, ab ignorantia mũdant, non à peccatis uel concupiscentijs. Baptismũ aũt spiritus proficit, qa ingrediẽs spiritus circumplectitur animã, & quasi muro quodã inexpugnabili circuit eã: & nō permittit ut carnales concupiscẽtiæ & cogitationes prævaleant contra eam. Nō quidẽ ſ facit ut caro non concupiscat: sed tenet animã, ut nō ei consentiat, neq; uincatur ab ea. Ergo q spiritũ sanctũ ſ habet, concupiscit quidẽ secũdũ carnem, sed secundũ animã adiuuatur à spiritu, ut concupiscentiæ eius nō ueniant ad perfectũ. Tentationis aũt & tribulationis baptismũ igni hìc cōparatur: comburit.n. carnẽ & coquit, ut nec concupiscat citò, sed ut nec germinet cōcupiscentias. Nã anima spiritus est, & spirituales pœnas timet, carnales aũt nō timet. Vnde & sancti pœnas huius seculi cōtemnũt, & futurũ iudiciũ timẽt, ubi spiritus cruciantur. Caro aũt spirituales quidẽ pœnas non timet, carnales autem timet. Ideo mali non cessant peccare, nisi eos iudicia carnalia & terrena cōpescant. Ideo ergo sciens dominus, quia caro carnales tantũmodo pœnas timet, spirituales aũt non timet: super seruos suos concupiscẽtias carnales mittit, & tentationes & tribulationes, ut combusta caro timeat ſſ disciplinam, & timẽs angustias suas non cōcupiscat malũ. Quia caro importuna, & cōcupiscens, si secura fuerit, etsi non uincit seruos dei, tamẽ sordidat sanctitatẽ eorũ, & inquietat, & requiescere nō permittit. Vnde iustitia in tentationibus floret, in prosperitate aũt marcida est. Quemadmodũ si focũ posueris sup terrã, cōburit ipsas radices herbarũ, & ut ĩ loco illo iam nō facilè nascatur herba: sic & tentationis ignis positus sup carnẽ, cōburit radices cōcupiscentiarũ in ea, ut nō facile concupiscat. Vides ergo qa aqua, ꝑterita lauat peccata: spiritus aũt repellit cōcupiscentias, & prealere nō sinit: ignis aũt ipsas concupiscentiarũ radices cōburit? Et aqua prēterita tollit, spiritus prēsentia impedit, ignis aduersus futura prēmunit. Quid est aũt baptizare in igne, ẽt sequens sermo demonstrat, dicẽs: *Habens uentilabrum in manu sua.* Ventilabrũ est iudiciũ, per qđ dominus singulos hoīes tẽtat, & cũctorũ corda dijudicat. Ergo nō mox, ut quis in aqua, uel spiritu fuerit baptizatus: statim ad perfectũ est baptizatus, nisi dominus eũ inuisibiliter baptizauerit in igne tẽtationis: quoniã si nō fuerit qs tentatus, nō potest esse probatus. Species aũt tentationum sunt multę. Tentātur etenim hoīes aut in infirmitatibus, aut in damnis rerũ suarũ, aut ĩ mortibꝰ charorũ suorũ, sicut Iob & Tobias. Alij in cogitationibus peruersis, aut in diffidentijs, sicut dicit propheta: Proba me domine, & tẽta me: ure rhenes meos, & cor meum: quoniã misericordia tua ante oculos meos est, & cō placui in ueritate tua. Itẽ Salomon dicit de Christo. Quoniã cũ tẽtatione ambulat cũ eo, & in primis eligit eũ: timorẽ & metũ adducet super eũ, & cruciabit eũ in tribulatione doctrinæ suæ, donec tentet eũ in tribulationibus eius, & credat animæ eius. Alij in ꝑsecutionibus, dicẽte propheta ex persona martyrũ: Quoniã probasti nos deꝰ, igne nos examinasti, sicut igne examinatur argẽtũ, &c. Vnde sciens Salomon, quoniã seruos dei oportet tẽtari, admonet, dicẽs: Fili, accedẽs ad seruitutẽ dei, sta in iustitia & timore, & prępara animã tuã ad tẽtationẽ. Et ut breuiter dicamus, oīs aduersitas, q̃ nos sine nostra occasione tribulat in hoc mũdo, baptismũ ignis est: q̃ si magna-

aliàs alterũ qđ

hæc rursus desunt.

ſ *al. quia & dominus.*

Ioan. 15. a

Ephe. 5. c

ſſ *nolũtate.*

ſſ *mdũ.*

Rom. 8.

Mat. 12.

K

ſ *al. quid.*

ſ *al. deest sanctum.*

L

ſſ *tenet.*

Species tẽtationũ.

Iob. 13. & 29. a

Tobi. 2. e

Psal. 25. d

Eccl. 4. b

Psal. 65. b

Eccle. 2. a

M

Animiter sustinueris, nihil murmurans contra deum, imputatur tibi illa carnalis afflictio pro peccato qđ cōmisisti. Si aũt nō peccasti, qđ est difficile, & ignis ille tentationis circa aĩam tuam non inuenit sordes peccatorũ quas comedat, ipsam aĩam tuã facit splẽdidiorẽ: & quantò grauior fuerit tentatio, tantò magis facit clarescere aĩam. Et in aqua qdem semel baptizamur, in igne aũt pœnæ * dum uiuimus. Sicut.n. uita nostra in mundo hoc nunq̃ munda est à peccato, aut.n. uidendo, aut audiendo, aut loquendo, aut cogitando q̃ non expediunt, semper animus sordidatur: sic nunq̃ à nobis ignis tribulationis recedere potest. Et uerè ꝺptabilis res est sapientibus, quoniã scriptum est: Beatus homo quem dominus arguerit super terram. Quãuis aũt secũdum exitum rei, ignis & uentilabri unus est sensus: tamẽ sequẽs proprietates sermonum, puto differẽtiam ignis esse & uentilabri. Vt omnis tribulatio q̃ contingit Christianis secundũ carnem, sit baptismus ignis: persecutio aũt Gentiliũ uel hæreticorum, sit uentilatio uentilabri cœlestis. *Et permundabit aream suam, &c.* Area est ecclesia, horreum autem, regnũ cœleste, ager uerò, hic mũdus. Si cut ergo paterfamiliâs mittens messores, metit festucas de agro, & comportat eas in aream ut illic tritu-ret & uentilet, & discernat triticum à paleis: sic & dominus mittẽs Apostolos, cæterosq; doctores, quasi messores, ꝑcidit omnes gentes de mundo, & in areã ecclesiæ congregat. Hic ergo triturādi sumus, hic uẽtilandi. Sicut.n. granum tritici inclusum in palea, foras non egreditur, nisi fuerit triturat um: sic & homo de ĩpedimẽtis mũdialibus, & de reb. carnalibus, quasi in palea inuolutus, difficilè egreditur, nisi fuerit aliqua tribulatione uexatus. Nã sicut qdem plenũ granũ mox ut leuiter ꝓcussum fuerit, de palea sua exilit foras: si aũt subtile fuerit, tardius egreditur: qđ si uacuum fuerit, nunq̃ egreditur, sed illic cōteritur in palea sua, & ita cũ paleis foras iactatur: sic oēs qdẽ homines in rebus carnalibus delectātur, sicut grana in palea. Sed q fidelis est, & boni cordis, habet medullam: mox ut leuiter tribulatus fuerit, negligēs q̃ sunt carnalia, currit ad deum. Si aũt modicè ſfidelior fuerit, cum grandi tribulatione uix recedit, & uadit ad deũ. Qui aũt infidelis est & uacuus, quantũuis contritus fuerit, sicut granũ uacuum de palea nō egredi tur, sic nec ille de carnalib. rebus, & de impedimẽtis mundialib. nunq̃ egreditur, nec transit ad deũ: sed illic in malis cōstitutus cōteritur, ut cũ infidelib. quasi cum paleis foras proiiciatur. Et sicut triticũ, primũ q dem trituratur: & cũ trituratum fuerit, in uno loco iacet cum paleis cōfusum: postea autem uentilatur, ut q̃ fuerant iam disiuncta corporibus, separētur & locis: sic & populus in ecclesia aut motibus conteritur carnaliũ passionum animã semper urgentiũ, aut castigationibus corporalib. quasi uirgis qbusdã, aut conculcationibus iniquorũ ſ & superborum, quasi calcibus irrationabilium iumẽtorũ, ut disiungātur fideles ab infidelibus ꝑ diuersas contritionum * species. Cũ aũt disiũcti fuerint ab inuicẽ actibus, adhuc in una ecclesia habentur cōmisti. Ideo orietur ſ persecutio quasi uentus, ut uentilabro Xpi iactati, q iã disiuncti fuerant actibus, separētur & locis: ut sicut triticum mundum in granarijs, sic sancti probati, in regnis cœlestibus reponantur. Vides ergo qa tẽtatio nō perdit, sed manifestat eos, q in pace non apparebant? Sed fortè dicis, nõne melius erat, ut ab initio deus oēs electos hoīes ad Christianitatẽ uocasset, ut non semp uentilaretur ecclesia, sed magis in pace cōsisteret? Audi, nunqd tu potes cũ sit messis tua in agro, triticum à paleis separare? etsi tẽtaueris, nec paleas à tritico separas, & triticũ similiter cũ paleis perdis. Sic nō poterat fieri, ut deus de Iudæis, aut gentibus iã electos sine tẽtatione discerneret & uocaret: quoniam q non cognoscit Xpm, nec ueritatẽ eius: si erret aut peccet, nō apparet utrũ pp malum propositum suum peccet, aut pp ignorantiam. Qui aũt cognouerit Christum & iustitiam eius, & errauerit, aut peccauerit: tunc manifestũ est, qa non ideo errat aut peccat, quia nescit quis sit deus, aut q̃ uoluntas ipsiꝰ: sed quia non diligit uoluntatem dei. Hæc sine tentatione qũo fieri possunt? Ecce.n. si palma proposita non sit in stadio, athletam nolentem luctari culpare non potes quasi infirmum. Incertum est.n. utrũ ideo luctari non uelit, qa infirmus est, aut qa non uidet propositã palmam. Quòd si palmam uiderit, & luctari noluerit: tunc est manifestum, quia pp desidiam suam non uult luctari. Sic & gentilis, q resurrectionis ꝑmia nescit, nec futurũ esse iudicium credit: non potest cognosci utrum ideo non faciat iustitiã, quia non amat iustitiam, aut quia nullam mercedẽ speret de ea. Si uerò factus fuerit Christianus, & cognouerit futurum esse iudiciũ: tunc peccãs, manifestum est ideo peccare, quia non amat qđ est bonũ. Ad hæc fortè dicis: Hæc secũdum hoīem dicis, deus aũt qui cordium & futurorum cognitor est, poterat scire qs, & qualis erat futurus. Sed audi, i iudicio Xpi iusto, non solùm queritur, ut Xps cognoscat se iustè hoīem iudicare, sed ẽt ut homo ipse cognoscat se iustè iudicari à Xpo, testimonio cogitationum suarũ & operum comprobatus: sicut scriptum est, Cogitationibus inuicem accusantibus, aut ẽt defendentib. in die cũ iudicauerit deus occulta hoīum. Item: Ecce homo & opera eius. Item: Arguam te, & statuam cõtra faciem tuam peccata tua. Si ergo homo non cognoscens Christum, neq; iustitiam eius, secundũ sciẽtiam dei cõdemnetur à deo, qũo cognoscet se iustè condemnatum? Nam deus quidẽ cognitor cordis scit, quia iustè eum condemnat: ipse aũt peccator iustè se condemnatum non intelligit, & dicere potest: Quoniam & ego si cognouissem Christum, & mandata ipsius: seruassem fidem eius, & nō declinassem à mandatis ipsius. Ideo ergo oēs ad agnitionẽ ueritatis adduxit, ut manifesti sint peccatores, quia non ignorantia iustitiæ, sed malo proposito peccauerũt: & non ignorātes Xpm recesserunt á Xpo, sed magis partes diaboli diligētes. Si uero quando ex Iudæis & gentibus uocabantur, electi uocari nō poterãt: quãtò magis modò nō possunt fieri electi Christiani, cũ oēs de Christianis parētibus generētur? & nō tantũ ideo fiunt Christiani, quia credunt in Xpm, aut diligunt eũ: sed quia de Christianis parentibus procreãtur: & uocatio eorum fit nō secundum fidẽ, sed secũdum genus. Necessarium ergo est, ut oēs boni & mali fiant Christiani, & oēs agnitionem ueritatis accipiant, ut & postea immissis tentationibus pauci eligantur de multis, ut impleatur quod dictũ est: Multi sunt uocati, pauci uerò electi. Nunqd tu reprehenderis, quare ſ à tritico paleas separas, & ita recondis? Nec.n. ratio est, ut cum tritico reponas & paleas, qa nec sunt necessarię tibi ad usum. Et qũo deum culpemus, q à fidelibus separat infideles, qui nō proficiũt

Rom. 2. e

Psal. 49. d.

Mat. 20. & 22. b.

ſ *quãdo.*

B

C

D

E

F

inimicorum.

concussionum.

ſ *mouetur.*

G ad gloriam eius? Et illę qdem paleæ p naturā habēt ut sint paleæ, & triticum esse non possunt: infideles autem non per naturam habēt, ut sint infideles, sed fiunt paleę propria uolūtate, expellentes à se medullam iustitiæ. Si ergo illæ paleæ q̄ nō possunt esse triticum, comburūtur in igne: quantò magis infideles dignius comburētur, q̄ potuerūt esse triticum, nisi à se medullam iustitiæ proiecissent? Et uide quoniam nō dixit, mundabit aream suā, sed, pmundabit. Propterea enim usq; ad cōsummationē semper necesse est, ut diuersis modis tētetur ecclesia, donec permūdetur. Et ideo ecclesia Xp̄i nunq̄ sine tentatione dimissa est: Et primū quidem uentilauerunt Iudæi eā, deinde gentiles, modò hæretici: postmodū aūt peruentilabit Antichristus. Sicut.n. quando permodica aura est, nō permūdatur tota tritici massa, sed leuiores qdem paleæ modica aura iactātur, grauiores autem remanent. Similiter remanēt & uacua grana. Necesse est ergo, ut maior expectetur uentus, ut & graviores paleæ, & uacua grana iactentur. Sic & quādo modica est tentatio, illi proiiciuntur de ecclesia, qui multū sunt infideles. Ideo necessaria est tentatio maior, ut oēs ifideles plenius expellantur, ut ppurgetur
H ecclesia. Et modò qdem modico flatu tētationis suf flante pessimi hoies recedunt: si aūt surrexerit maior, sicut erit sub Antichristo, tēpestas, ēt illi qui uidētur stabiles, sunt exituri.

Homilia iiij. ex cap. iij.

Vnc uenit Iesus à Galilæa in Iordanem ad Ioannem. Quādo? quando Ioannes p̄dicabat, dicēs: Pœnitentiā agite, appropinquabit.n. regnum cœlorum: tunc uenit Iesus, ut testimoniū acci
Ioan. 1. d peret à Ioanne, Ecce agnus dei, q̄ tollit peccata mundi: & ut cōfirmaret p̄dicationem ipsius, ut uidentes hoies, Christum cum esset sine peccato, quasi peccatorem baptizari, dicant apud se: Si ille, de cuius innocentia ipse Baptista testimonium dedit, baptismū se necessarium habere putauit: quo nos cōtemnimus pœnitentiam, qui sumus cooperti peccatis? Itē testificatus erat Ioannes, quoniam ego baptizo uos in aqua, post me aūt ueniet fortior me, ipse uos baptizabit in spiritu & igne. Ideo tunc uenit, ut ēt hoc testimoniū eius ostēderet uerum, ut in baptismo eius aperiātur cœli, descēdat spūs, pater clamet de cœlo, & per hoc manifestū efficiatur: qa uerè dignior erat
I Ioanne, qui baptizatus est à Ioanne. Sicut.n. cū processerit lucifer, lux non expectat occasum luciferi, ut ita procedat: sed adhuc eo ascēdēte egreditur, & suo lumine obscurat illius cādorem: sic & Ioanne p̄dicāte ante Christū, Christus non expectauit, ut cursum suum Ioannes impleret, & sic ipse ueniret ad mediū: sed eo adhuc docente apparuit, ut p comparationē doctrinæ suæ uel operis, p̄dicationem Ioannis faceret non uideri iustitiā. Vnde postq̄ cœpit Iesus p̄dicare ad se currentibus uniuersis, uiluit doctrina Ioan-
Γinuidentes. nis. Vnde discipuli eius uidentes Γ dicebant ad eum: Rabbi, ecce cui tu testimoniū phibebas, ecce hic baptizat, & oēs ueniunt ad eū. Deinde uenit ad baptismum, non ut ipse remissionē peccatorū acciperet p baptismū, sed ut sanctificatas aquas relinqueret post modum baptizandis. Adhuc aūt, ut qui humanam susceperat naturā, totū humanæ naturæ inueniatur implesse mysterium. Nā quāuis ipse nō erat peccator, tamen naturam susceperat peccatricem: propterea etsi ipse baptismate non egebat, tamen carnalis natura opus habebat. *Ioannes autem prohibebat eum, dicens:* K *Ego à te debeo baptizari, & tu uenis ad me?* Quo ego desidero ascendere, tu inde descendis. Ergo ut tu me baptizes est idonea ratio, ut iustus efficiar, & dign? cœlo. Vt aūt ego te baptizē, q̄ est ratio? ut iustus efficiaris? sed ipse es iustitię radix. Vt in cœlū ascēdas? sed ipse natura in cœlo es, etsi uolūtate de cœlo descēderis. Tu es spūs, ego caro. Nunqd caro spiritū sanctificare potest? Magis aūtē spiritus sanctificat carnem. Cuius.n. creandi est uirtus, ipsius est & sanctificandi potestas. Quis diues à paupere diuitias q̄rit? Magis aūt pauper a diuite diuitias q̄rit. Omne bonū de cœ *Iaco. 1*
lo descēdit in terram, nō de terra ascēdit in cœlū. Ille antiquus Lucifer, q̄ manè oriebatur, cogitauit apud se, dicēs: Super cœlū ascendā &c. Si ergo ille angelus *Esa. 14. d*
constitutus, & pro sola cogitatione superbiæ depositus est de angelica gloria ad ignominiam tenebrā: ego qd merear pati, si homo carnalis, & corrupti bilis cōstitutus, tantæ superbiæ opus īpleuero, & dignū me existimauero totius creaturæ dominū baptizare? *Et ait ei Iesus, Sine modò, sic enim nos oportet implere omnem iustitiam.* Nō denegat eminentiā potestatis suæ, sed mysteriū dispensationis ostēdit, dicēs: Sine modò: Id est, scio q̄ hoc est iustū, ut tu à me baptiL
zeris: sed sine modò, ut iustitiā baptismatis, non uerbis, sed factis adimpleam. Prius suscipiā, & posteā p̄dicabo. Quòd ergo dicit, Sic oportet nos implere oēm iustitiā: nō hoc signat, ut si fuerit baptizatus: sed sic, id est quēadmodum baptismatis iustitiā prius factis impleuit, posteā p̄dicauit: sic oēm iustitiā non prius uerbis, q̄ factis impleuit. Vnde etiam Lucas testatur *Act. 1. a*
de illo, dicens: Primum quidē sermonem feci de omnibus ò Theophile, q̄ cœpit Iesus facere, & docere. Aut ita: Sic oportet nos oēm iustitiā implere: id est, qūo & baptismi impleuimus iustitiam. Qūo impleuit baptismi iustitiam Christus? Sine dubio secundū dispensationem humanæ naturæ: hoium.n. est opus habere baptismatis, qui secundum naturam carnalē
oēs Γ sunt peccatores. Sicut ergo impleuit iustitiā ba *Γ omnino*
ptismi, sic impleuit & iustitiam nascēdi, & crescendi: manducandi, & bibendi: dormiendi, & lassandi: sic & suscipiendæ tentationis, sic & timoris, & fugæ, & tristitiæ: sic & passionis, & mortis, & resurrectionis impleuit iustitiam: id est, secundum dispensationem quā suscepit humanæ naturæ, omnes iustitias istas impleuit. Ergo sic & natus est, non ut homo purus, M
sed ut deus & homo. Quasi homo sic creuit, sic esuriuit, sic tentatus est, sic lassatus est: non homo purus, sed deus in hoie. Quasi homo sic alligatus est, sic flagellatus, sic crucifixus & mortuus est: nō ut homo, sed p dispēsationē deus quasi homo. Si aūt hæc oia purus homo impleuit, iam nō secūdum dispēsationē humanā impleuit oia, sed secūdum naturā: qd aūt dispensationis est, aut cōtra naturā, si ea q̄ passionis sunt, sicut homo passibilis patiatur? Dum aūt dicenti Ioāni, ego à te debeo baptizari, respōdit, Modò interim sine: ostēdit quia postea Xp̄s baptizauit Ioannē, quāuis in secretioribus libris manifestē hoc scriptum sit. Et Ioannes quidem baptizauit illum in aqua, ille aūt Ioannem in spiritu. *Iesus autem baptizatus confestim ascendit de aqua.* Non inuenio qua causa positū est, qa confestim ascēdit de aqua. Quid.n. interesset, si tardius ascendisset? Ergo potuit sic dicere, Iesus autē baptizatus, ascendit de aqua. Puto autem factū Christi ad mysterium pertinere oium, q̄ post-

A modum fuerant baptizandi: ideo dixit, Cōfestim: & nō dixit, egressus est: sed, ascēdit: quia oēs qui dignè secundum oia membra iustitiæ formati & consummati baptizantur in Xp̄o, confestim de aqua ascendunt: id est, proficiūt ad uirtutes, & ad dignitatē sub leuantur cœlestem. Qui.n. ingressi fuerāt in aquam carnales, & filij Adā peccatoris, confestim de aqua ascendūt spirituales filij dei facti. Et ne mihi dicas, qa multi quales fuerant ante baptismum, tales pmanēt post baptismū, etiam si qui non in pœnitentia baptizā tur, nec toto corde pœnitēt se illos fuisse, qd fuerūt, sed retento peccādi proposito baptizātur, ideo non proficiūt cōfestim de aqua. Si ergo qdā ex sua culpa nō proficiūt baptizati, qd ad baptismū? Scriptura.n. de potestate baptismatis loqtur. Quid pōt eis pstare baptismū, qui indignè fuerint baptizati? Aut certè cōfestim ascēdit de aqua, festinās ad tentationē cōtra diabolū, ad liberandum genus humanum. Miseri cordia eius urgebat eum. Sicut.n. dux contra tyrannū deputatus ad bellū, mox ut signum expeditionis
B & profectionis acceperit, festinat exire, sciēs quia tar ditas eius perditio est prouinciæ. Nā tyrannus sciens aduersus se principē deputatū, etsi leni° acturus fuerat, crudelius agit: sic & Xp̄s, ex quo baptismatis signū accepit, festinabat accipere spiritū sanctū quasi arma cœlestia, & exire, sciēs qa tarditas eius interitus erat mundi. Nā diabolus audito, quòd filius dei descenderat in hunc mundū, aduersus ipsum uehemētius festinabat omniū hominum corda ī peccatis & infidelitate concludere, putans se tantū posse perdere, quantū non posset Christus saluare. *Et aperti sunt ei cœli.* Non rupta est ei ipsa creatura cœlorū, sed per baptismum oculis sensus ei° aperti sunt, ut uideat q̄ sunt super cœlos. Si.n. ipsa creatura rupta fuisset, non dixisset, Ei aperti sunt, non tantum ei aperti fuissent:
Actо. 7. g. quia quod corporaliter aperitur, oībus est apertum: quod autem spiritualiter, illis solis, q̄ illumināt ur in spiritu sancto. Sicut Stephan° repletus spiritu sancto dicebat: Video cœlos apertos, & filiū hominis stātē à dextris uirtutis dei. Sed dicit aliquis, Quid.n. ante oculos filij dei clausi fuerāt cœli, qui etiam in terra constitutus erat in cœlo? Si ea quæ superius dixit, Sic
C oportet nos implere omnē iustitiā, bene intellexisti, non dubitas quod secūdū mysterium aperti sunt ei cœli. Nam sicut secundū dispensationem humanam baptizatus est, secūdū naturam autem diuinam baptismo non egebat: sic secundū humanam dispensationem aperti sunt ei cœli, secundū naturam autē suam erat in cœlis. Ergo nō ideo aperti sunt posito extra carnē, nec puro homini extra deū: sed deo quasi homini, ut exēplo eius intelligamus, quia oēs homines recti, qui baptizati spiritū meruerūt accipere sanctū, similiter aperiuntur eis cœli, & uidēt ea quę sunt in cœlo: non carnalibus oculis uidēdo, sed spiritualibus fidei credendo. Qui.n. nō credit ea, quæ gloriosa & terribilia à deo posita promittūtur in cœlis, ante oculos cordis eius obturati sunt cœli: q̄ aūt firmiter credit, & quasi Γ ad illud qd̄ uidet tendit, illi ap
Γ alias de est quasi. ti sunt cœli: & cum corpore sit in terra, aio est in cœlo. Si aūt oportet credere, qa uerè aperti sunt ei cœli, quia fortè erāt inuisibilia quædā obstacula prius, quibus obsistētibus, animę defunctorū introire nō poterant cęlos: q̄ homines nec clausa possunt aspicere, nec aperta: tamē siue hoc modo, siue alio ītelligātur cœli aperti, oīno sic est intelligendum, aperti sunt ei cœli, id est, propter eū, gratia eius. Aperti sunt autem D
cœli, non solū ei, sed omnibus propter eū. Etsi in singulis quibusq; generationibus erant iusti, qbus aperirentur, tamen iterū cæteris peccatoribus claudebātur: & null° poterat esse tā iustus, ut dignus esset aperire portas cœlorum ad introitum omniū hominū. Postquā uerò natus est Xp̄s, baptizatus est, sanctificatus est, gratia illius solius aperti sunt cœli. Vtputa si ab Imperatore q̄rat homo aliq̄d beneficiū dignitatis, & ipse non habet tantūmodo fiduciam petendi, nec; amicitiā impetrādi, uadit ad fratrem Imperatoris, aut ad amicū charissimum, ut intercedat ad illū: Sic dicit illi Imperator, Ecce ego hoc beneficiū non illi do: sed tibi: id est, propter te illi do. Nā nō illi donatur, cui datur, sed illi propter quē datur: sic & hic dicit, Ei aperti sunt cœli, id est, pp eum nobis aperti sunt. Vis autem manifestē scire, quoniā ante Christū cœli si aperiebantur, iterū claudebantur? Nā iusti qui dem forsitan ascendebant in cœlū, peccatores autē nequaquam. Ideo autē dixi, forsitan: ne q̄busdā placeat etiam ante Christi aduētum iustorum animas ascēdere potuisse in cœlū. Alioqui nullam animam E
ante Christū arbitror ascendisse in cœlū, ex quo peccauit Adā, & clausi sunt ei cœli: sed oēs in inferno detentas, propter quas etiam descēdit ad inferos, sicut *Ecclesiastici. 24. d*
ipse testatur in Sapientia, dicēs: Descendā ad inferiores partes terrę, & uisitabo oēs dormientes, & illuminabo sperātes in deum. Aperti sunt ei cœli. Sic aperti sunt, ut nunquā claudātur. Ecce baptizato quidem Christo, aperti sunt ei tantū: postquam uero tyrānū uicit per crucē, & resurgens, ab angelis portabatur in cœlū: uidentes angeli portitores, quia cœli iam nunquam erant claudendi, sed oēs iusti & peccatores pa
riter ascensuri erant in cœlū, & staturi ante tribunal Christi, quia non erant necessariæ portæ cœli, cœlo *Psal. 23. b*
postea nūquā claudēdo: ideo nō dicūt. Aperite portas, & introibit rex gloriæ, iam.n. erāt aperti: sed, Tollite portas principes uestras. Aut ita: Cœli sunt scripturæ diuinæ prophetarū & Apostolorū, in quibus *Psal. 8. a.*
habitat deus, de quibus scriptū est: Quoniā uidebo cœlos tuos opera digitorū tuorum, lunā & stellas, q̄ tu fundasti. Ergo qui baptizatur, & meretur accipere spiritū sanctum, adaperiuntur ei omnes scripturæ, F
ut intelligat q̄ ibi posita sunt mysteria ueritatis. Propterea autem oibus non aperiuntur, quoniam qdē falsum baptismū habentes, non possunt accipere spiritum ueritatis. Quosdā autem non baptismum impedit, ne accipiant spiritū ueritatis, & aperiantur eis scripturæ, sed propositū malū, quanuis bene fuerint baptizati. Sicut.n. in cœlo celatur deus, sic in scripturis absconditur. Et sicut hoc cœlū corporale omnes quidē homines uident, non autem aspiciunt deū inhabitantē in eo: sic & scripturas diuinas omnes quidem homines legunt, non tamē oēs intelligunt deū ueritatis positū in scripturis, nisi qui fuerit sic baptizatus, ut accipiat spiritū sanctum. Vnde & Apostoli priusquā baptizarentur in spiritu sancto, clausæ eis erāt scripturæ prophetarū, exponentes de Christo, si *Luc. 24. a*
cut scriptū est: O tardi corde ad credendum in omnibus quæ prophetæ dixerūt. Postquā uerò aperuit eis sensum, insufflato spiritu sancto, tunc referatę sunt oēs scripturæ ante oculos cordis eorum, ut intelligerent quę scripta erāt de Christo. Et ideo fortè hic dicitur, aperti sunt ei cœli. Apud Marcū autē, uidit scin di cœlos: quoniā secundum hunc euangelistam scri *Mar. 1. b.*

Gpturæ manifestæ sunt,non conscissæ:nã quotidie ad confirmationẽ fidei ex eis accipiuntur exempla. Secundum Marcum autem etiã scissæ sunt, & inutiles factæ: quia post Christũ iam lege & prophetis non utimur, sed euangelio Christi quasi cœlo sublimiori & nobiliori. *Et uidit spiritũ descendentẽ sicut colũbam, & uenientem super se.* In quo mysterio natus est Christus,i hoc mysterio & spiritũ sanctũ accepit. Etenim filio dei baptismũ recipiente, & spiritu descendente, unꝰ in forma stabat humana, alter in specie descẽdebat colũbæ,tertius autẽ nec in forma stabat humana,nec in specie descẽdebat colũbæ, sed in uoce tantùm audiebatur de sursum descendente. *Sicut colum bam.* Ideo spirussanctus speciem columbæ suscepit, qnoniam præ oibus animalibus hæc cultrix est charitatis. Omnes.n.species iustitiæ, quas habent serui dei in ueritate, possunt habere & serui diaboli i simulatione. Habet.n.diabolus & mansuetos & humiles, habet castos & eleemosynarios, & ieiunos:& omnẽ speciem boni,quã creauit deus ad salutem hominũ: ipsam speciẽ & diabolus introduxit ad seductionẽ, ut inter bonũ uerũ, & bonũ simulatũ cõfusio fiat:ut
H simplices homines,q boni ueri & boni simulati differentiam intelligere cautè non possunt, dũ querunt bonos dei uiros, incurãt in seductores diaboli. Solã autem charitatem sancti spiritus nõ potest imũdus spiritus imitari. Ois ergo species iustitiæ in impostoribus inuenitur,sola autem gratia ueræ charitatis nõ inuenitur,nisi in solis seruis dei. Ideo ergo hãc priuatã speciẽ charitatis sibi soli seruauit spirituſſanctus, ut p nulliꝰ iustitiã & testimoniũ sic cognoscatur ubi est spirituſſanctus, quẽadmodũ per gratiã charitatis.
Hic est filius meus dilectus,in quo cõplacui. Et uide quo-
Infr.17.a niã in monte sic dicit, Hic est filius meus dilectus,in quo cõplacui,ipsum audite. hic autẽ tantummodo dixit,in quo cõplacui: quia illic iam cognoscebãt ex parte filium dei. Sed quia putauerũt errãtes, Christũ Mosi & Heliæ similẽ esse: ideo addit, ipsum audite. Non ut legẽ & prophetas non audiant, sed ut euangelium amplius audiant,quã legem & prophetas,ut scirent qa ipse esset dominus legis & prophetarũ. Hic autem cũ non adhuc cognosceretur Christi psona, non conueniebat dicere, ipsum audite:quoniã quando psona firmiter cognoscitur,tunc & doctrina fide
I liter susciputur, quoniã personæ dignitas commẽdat personæ doctrinam.

Homilia.v.ex capite.iiij.

Vnc Iesus ductus est à spiritu in desertũ,ut tẽtaretur à diabolo. Ex eo quod subiũxit, dicens ut tẽtaretur à diabolo: ostẽdit quia à spiritu sancto est ductus, sed nõ quasi minor maioris pcepto,sed nec quasi maior minoris hortatu. Nã nõ solũ ductus, aut adductus dicitur, qui alicuiꝰ potestate ducitur: sed ẽt ille, q alicuius rationabili exhortatiõe
Ioan.1.f. placatur. Sicut scriptũ est de Andrea: Hic inuenit Simonem fratrem suũ, & dicit ei: Inuenimus messiam, qui dicitur Christus, & adduxit eũ ad Iesum. Ecce nõ potestate eũ adduxit,sed ratione placauit. Quemadmodũ si magister militum uideat dominantem tyrannum, & det consiliũ regi, dicens: Exi obuiam illi, quia tota perit prouincia: nã fortior est tua fama, q̃ mea uirtus. Et ecce rex à magistro militũ ducitur, & tamen nõ est minor eo, qui ducit. Ad diabolũ Iesus ductus est, ut tentaretur: ad hoies quidem diabolus uadit, ut tentet eos: non homines ad diabolũ, ut tententur ab eo. Quoniam autem aduersus Xp̃m diabolus ire non poterat, ideo cõtra diabolũ Christus processit. Cõstat i nobis qnq; baptismata esse. Vnũ in uerbo, sicut & Xps dicit: Et uos mundi estis pro- *Ioan.15.a*
pter uerbum, quod locutus sum uobis. Secundũ in aqua, sicut cunctis est manifestũ. Tertium autẽ i spiritu, sicut scriptũ est: Ioannes quidem baptizauit in *Actо.1.a*
aqua, uos aũt in spiritu sancto baptizabimini. Quartũ uerò in igne, quod est tentatio p̃sens. Quoniam autẽ baptizantur homines & in igne, testis est dominus per Esaiam: Et auferam (inquit) sordes filiorũ Is *Ysa.4.b.*
rael de medio eorũ, & sanguinem eorum mundabo in spiritu iudicij, & spiritu cõbustionis & ardoris. Cõsequenter.n.ait propheta: Quoniã probasti nos deꝰ, *Ps.65.b.*
igne nos examinasti, sicut igne examinatur argẽtũ. Et postmodum, Transiuimus per ignẽ & aquam, *Ps.65.c.*
& induxisti nos in refrigerium. Sicut.n.aurum uel argentũ cõbustis[r] in fornace sordibus colatur: sic ho- [r] *al.cõbu*
mo in fornace tẽtationis missus, depositis peccatis *stum.*
sanctificatur. Quintũ in morte, sicut ipse dicebat: Baptismo habeo baptizari, & quoniã turbor usq; dũ p *Luc.12.f.*
ficiatur. Quoniã autẽ peccatum & in morte remitti tur, docet Apostolus, dicens: Qui.n.mortuus est, iu- *Rom.6.b*
stificatus [r] est à peccato. Quale aũt peccatũ in mor- L
te remittitur, scit q̃ itelligit, pro quali peccato itrodu [r] *uinifica*
cta est mors. Nã si propter peccatũ moritur homo, *tus*
sine dubio soluitur pp qđ moritur. Ideo dominus postquam baptizatus est in uerbo, factus est sub lege. A Ioãne autẽ in aqua, à patre uerò in spiritu: nũc à spiritu ducitur in desertũ, ut baptizetur in igne tentationis, postmodũ baptizandus in morte. Agẽ, nũc uideamus q̃ sunt, qui baptizãtur in igne, & quando baptizantur in igne. Vt autẽ sciamus, uidendum nobis est quid est quod dicit, tunc ductus est. Quãdo? *Infr.17.a*
Quãdo pater clamauit de cœlo: Hic est filius meꝰ dilectus, in quo cõplacui. Vides ergo quia nemo baptizatur in igne tẽtationis, nisi q factus fuerit filius dei? Quandiu.n. catechumenus est homo, nõdum abrenunciat diabolo, & omnibus operibus eius pleniꝰ. Baptizatus autem, Xp̃o se tradit, dicens: Abrenũcio satanę, & oibus operibus eius. Ideo catechumeno ei cõstituto, quasi suo parcit adhuc: post baptismũ autẽ, quasi alienũ factũ, tota uirtute satanas persequtur. Baptismum autẽ signaculum fidei est. Nunqd miles M
post militiã signatur ut iam sedeat, & requiescat? Sed *Baptis-*
magis ante militiã, ut postmodũ militet, & laboret. *mus.*
Nã & athleta, ante certamẽ ungitur ut luctetur: sic & *signacu-*
homo spiritualiter ideo oleo chrismatis ungitur, ut *lum fidei*
cõtra diabolũ, quasi spiritualis athleta luctetur. Sed quid quia multi cũ tentati fuerint, superantur, & perеunt? Illi tales non à spiritu ducuntur ad tẽtationẽ susciendã, nec sunt filij dei: Quoniam qui spiritu dei *Rom.8.e*
aguntur, hi sunt filij dei: sed à peccatis expellũtur proprijs. Qui autẽ à spiritu dei ducũtur ad tẽtationem, non superantur. Serui autẽ diaboli in igne non baptizãtur. Quare? Quia nõ potest fieri ut depositis sordibus emundetur, qui totus est sordidus. Incipe laterẽ aqua lauare, nunqd aliquãdo mũdatur? Nõ, sed magis commoto luto, amplius sordidatur. Ille.n. mundatur, in quo est aliqd boni, quo emũdetur. Vtputa bonus homo, si carnalibꝰ uitijs fuerit sordidatus, tẽtatur ut illud bonũ eius mundetur. In illo autẽ quid mundandũ est, in quo nihil est boni? Secundũ hoc, cum uideris aliquem peruersum Christianũ nunquã tristari, aut periclitari: cũ uideris hæreticum nunquã

persecutionem

A persecutionẽ tẽtationum pati, noli scandalum pati: nec dicas, qũo hæretici persecutiones nunquam patiuntur, sed semper fideles? Qũo mali homines nunquam periclitantur, sed semper boni? Scito quoniã
Filij dei baptizãtur in tẽtationis igne. qui filij dei sunt, hi tãtũmodo in tentationis baptizã tur igne. Veniat tibi in mẽtẽ quod te docuit Apostolus Paulus, dicens: Et oẽs uoletes piè uiuere in Chri-
2.Ti.3.d. sto, persecutionẽ patiuntur. Mali autem homines, & seductores proficient in peius, errantes, & in errorẽ mittentes. Nũc uideamus quãdo baptizãtur in igne. Postquã fuerit homo baptizatus i uerbo, instructus in fide: & postquã fuerit baptizatus in aqua: & post quã fuerit baptizatus i spiritu: i quarto loco baptiza tur in igne. Multi aũt, & cũ in aqua baptizati fuerint, non baptizãtur in spiritu. Nisi.n. quis ante baptismũ aquæ sic deposuerit à se totũ peccandi propositũ, ut
Supr.1.b. dignus sit spiritum sanctũ in templum sui cordis susciпere, nõ baptizatur in spiritu. Quia spirituſſanctus fugit hominẽ fictum, & non habitat in corpore sub dito pecatis: & ideo nõ fit filiꝰ dei. Et hi sunt q cum tentati fuerint, superantur & pereunt: uidẽtur quidẽ
B filij dei facti, propter aquã baptismatis, re uera autẽ non sunt filij dei, qa non sunt in spiritu baptizati. Nã corpore quidem baptizati sunt, aio autem catechumeni sunt: qa aqua corpus baptizat, spiritus autem animam. Ergo non solum Xps ductus est in desertum à spiritu, sed & oẽs filij dei habẽtes spiritum sanctum ducuntur à spiritu in desertum, ut & ipsi tentẽtur à diabolo. Qui.n. habet spiritũ dei, hi non sunt cõtenti sedere ocioli, sed ipse spiritus qui est in eis, urget eos ad aliquod opus apprehendendũ magnum, cui diabolus aduersatur, qui est in deserto. Vt aũt intelligas, quia omne bonũ quod secundum deũ bonum est, in deserto est: uideamus qd est desertũ. Est autem desertũ secũdum deum, & est desertum secũ
Desertũ duplex. dum diabolũ. Natura carnalis, domus diaboli est, & omnis iniustitia epulatio ipsius est. Quantũ ad deũ autem desertũ est, quoniam nõ est in eo iustitia dei. Spiritus autẽ domus est dei, & ois iustitia eius epulatio est ipsius. Quantũ ad diabolum autẽ desertum est, qa iniustitia nõ est i eo, qua diabolus delectatur. Et quare natura carnis domꝰ diaboli est? Quia omC ne malũ intus in carne est, quia secundũ uoluntatẽ carnis est: & intus in mundo est, quia secundũ uolũtatẽ mundi est. Omne autem bonum foris est extra carnem quia non est secundũ uoluntatem carnis: & est foris extra mundũ, quia nõ est secundũ uoluntatem mundi. Vides ergo quia ois res spiritualis extra fines carnis est foris, & quasi in deserto est, & extra fines mundi est foris? Vnde qui uiuũt secundũ dei mãdatum, exisse de mũdo dicũtur: nõ corpore, sed cõuersatione exisse dicũtur de carne, & i spiritu esse. Domus aũt dei spiritus est, quia omne bonum intus in spiritu est, quia secũdum uolũtatẽ spiritus est. Omne autem malum foris extra spiritũ est, quia non est secundum uoluntatẽ spiritus. Vides ergo quia ois res carnalis foris, extra fines spiritus est, & i deserto est? Ergo quantum ad deũ, desertũ est natura carnalis, ubi non est uia iustitiæ, in qua nõ inuenitur aqua spi-
Ps.62.a. rituſſancti, & est uituperabile desertũ, de quo & propheta dicebat: Sitiuit in te aia mea in terra deserta, & inuia & inaquosa. Quantũ autem ad diabolum, de-
Exo.5.a. sertum est ois res spiritualis, & est laudabile desertũ. De tali deserto dicebat deus ad Pharaonem: dimitte populum meum, ut seruiat mihi in deserto. In tali enim deserto uult deus oẽs suos sibi seruire. Ad tale D
desertum oẽs filij dei, qui habent spiritum sanctum, exeunt ut tententur. Vtputa proposuisti non ducere uxorẽ, duxit te spirituſsanctus in desertum: id est, eiecit te extra fines carnis & mundi, ut tenteris à cõcupiscentia carnis: quia nõ habet castitas in se, ut delecteris in ea secundum carnẽ. Si autem intus eras in carne, & in mundo, id est, secundũ naturã carnis & mũdi habebas uxorẽ, non tentabaris. Quomõ.n. tentetur libidine, qui quotidie est cũ uxore? Proposuisti ieiunare, extra fines carnis existi & mundi, ut tenteris in fame à spiritu gulæ. Si autẽ in finibus carnis & mũdi positus, manducabas & bibebas, non tẽtabaris à spiritu gulæ in fame. Qũo enim tentetur in fame à spiritu gulæ, qui nunquã esurijt? Sic & dominus nunquã tẽtatus fuisset in fame, nisi quadraginta diebus ieiunasset, & tũc esurisset. Itẽ eleemosynas facere proponis, foras existi: quia natura carnis & mũdi nõ delectatur dare, sed semper accipere. Si autẽ nõ dabas, non tentabaris à spiritu auaritiæ. Itẽ proponis humilitatẽ seruare, existi in desertum ut tenteris à spiritu superbię: quia caro & mundus in humilitate nõ dele E
ctatur. E xurget aliqs diaboli angelus, q te cõculcet, & iritet humilitatẽ seruasse, dum uides quòd in hoc seculo humilitas cõtemnitur, & supbia honoratur. Et cũ hos oẽs spiritus uiceris, nouissimè tẽteris à spiritu uanæ gloriæ. Incipis.n. gloriari, quia uicisti: quia spiritus uanæ gloriæ præcipuè à sanctitate nutritur. Scire aũt debemus, qđ filij dei non possunt tentari à diabolo, nisi in desertũ exierint, secundũ ea quæ dixi mus: hoc est, nisi proposuerint circa aliquas studere uirtutes. Filij aũt diaboli, & intus in carne, & i mũdo constituti, constringuntur & pereunt. Qũo? Vtputa bonus homo si uxorẽ habuerit, hoc est enim esse intus in carne, nõ tẽtatur in libidine: id est, nõ fornicatur, sed sufficit ei uxor sua. Malus autẽ & intus in carne constitutus: id est, habẽs uxorẽ, fornicatur, & nõ est contẽtus una. Itẽ filius dei, id est, bonus homo, si intus in carne fuerit mãducans & bibẽs, non tẽtatur in esca: id est, nõ iebriatur, nõ deliciatur, sed mensuratè manducat & bibit. Filius autẽ diaboli, & intus manducans & bibens, non est cõtẽtus mediocribus F
cibis & potibus: sed iebriatur, & ad lasciuiores cibos extenditur. Itẽ seruus dei, etsi intus sit in carne, nemini aliquid dans, non tẽtatur, qa alteri non tollit: malus autẽ intus, nemini dat, & tamen alienum tollit: & sic in oibus rebus tractãs inuenies. Vides ergo quia est & ista differẽtia iter filios dei, & iter filios diaboli? qa filij diaboli nõ exeũt ad diabolũ ut tẽtẽtur, sed diabolus uenit ad eos ut tẽtet: id est, nõ exeũt extra carnẽ ad illũ, sed it ꝰ i carne dominãtur ab illo. Quid enim opus habet foras ad certamẽ exire, q nõ desiderat uincere? Sed diabolus uenit ad illos, quasi ad familiã suã. Filij aũt dei foras exeũt ut tentẽtur ab illo, id est, extra fines carnis: qa si intus fuerint in finibus carnis, nõ potest ad illos uenire diabolꝰ, qa filij dei sunt: nec potest illos tẽtare, sicut suprà diximus. Ergo qa diabolus nõ potest intrare ad illos, ideo q sunt gloriosiores filij dei, extra fines carnis exeũt cõtra illũ, quia uictoriæ gloriã cõcupiscũt: ppea in hoc loco nõ diabolus uenit ad Xp̃m, ut tẽtaret eum, sed Xps exiit ad diabolũ, ut tentaretur ab eo, dans dilectis suis exẽplũ. Hæc omnia diximus propter illud quod ait: Tũc Iesus ductus est à spiritu in desertũ, ut tentaretur à diabolo. *Et cũ ieiunasset quadragmta die-*

G *bus & quadraginta noctibus, postea esurijt*, Non solùm ideo tentabatur, qa ieiunabat: sed ideo ieiunabat, ut tẽtaretur. Ieiunium autẽ non est tantũ iritatio passionis, sed repugnatio. Si ergo ieiunaueris ut nõ itres in tẽtationẽ, placuerit autem deo inducere te: nõ dicas, quia perdidi fructũ ieiunij mei. Nam etsi nõ tibi proficit ieiunium tuũ, ut non tenteris: tamẽ ad illud, sine dubio, tibi proficiet, ut à tentationibus non uincaris, sicut Xpo profuit. Multis modis diabolus audierat: quia Xps natus est in hoc mundo, aut angelis ꝓdicantibus ad pastores, uel pastoribus referentibus ad Mariã, uel magis quærentibus in Hierusalem eum adorare, cuius uiderant stellã, uel Ioãne ostendẽte: Ecce agnus dei, ecce q tollit peccata mũdi. Sed faciebat eũ incertũ natura eius carnalis. Dicebat. n. apud se: Hic non potest esse filius dei, qui de muliere & de uiro natus est. Nam & ideo de despõsata, & in domo habita natus est, ut partus uirginis diabolo celaretur. Si aũt de simplice uirgine natus fuisset, facilè poterat cognoscere diabolus, qa filꝰ est dei. Cogitaret. n. apud se, Maria fornicata nõ est. Si aũt fornicata fuisset, ego sine dubio scirem: quia oĩs fornicatio me ministrante committitur. Sine dubio iste filius dei est. Nec. n. potest fieri, ut de muliere homo sine uiro nascatur. Ideo despõsata intrauit domũ Ioseph, ut dũ maritalis cõceptio æstimatur, unigeniti dei natiuitas nõ cognoscatur. Hic est rex glorię, q pãnis inuolutus, nec locũ in diuersorio potuit inuenire, sed in præsepio positus est. Hic est creator rerũ, qui creauit oĩa, & per singulos ætatis gradus ascendit. Hic est ille sanctus, qui cũ peccatoribus ut peccator est baptizatus. Quid ergo? ipse eũ tẽtabo, et si quidẽ inuenero eũ hominẽ, sicut puto, dominabor illius, sicut omnium hominũ: si autem inuenero eũ sicut audio, filiũ dei, postmodum recedam ab eo, nec cõgrediar contra eũ: quoniam qui uadit contra fortiorem, occasionem illi uictorię prouidet: si aũt subduxerit se, euacuat uirtutẽ ipsius. Sciens ergo dominus cogitationes diaboli, quia uolebat eũ tẽtare, processit contra eũ: nõ quasi deus, sed magis quasi homo, nec in toto quasi deus, nec in toto quasi homo. Nã quẽadmodũ quadraginta diebus nõ esurire, nõ erat hominis: sic aliquando esurire, nõ erat dei. Ieiunauit ergo quadraginta diebus pp duas causas. Primũ ut nobis aduersus tentationes ieiunandi daret exẽplũ: deinde ut quadragesimi ieiunij nostri poneret mẽsuram. Esuriuit autẽ, ut ne nimis supra mensuram ieiunans, manifestè intelligeretur deus, & sic diabolo qdẽ spẽ tentandi extingueret, suamq; uictoriã impediret. Itaq; diabolus, quia uidẽs p quadraginta dies ieiunantem, desperauerat: postquã sensit esurientẽ, iterum cœpit sperare, & sic accessit ad extra esurientẽ, & inuenit intus nunquã esurientẽ. Et dum tentat esurientem, uincitur à non esuriente. Et *accedens tentator dixit ei: Si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiãt.* O cęcitas diaboli manifesta: quo suspicatus est eũ non esse filium dei, quem post quadraginta dies esurientem sensit, & per quadraginta dies non esurientem nõ intellexit? Nã sicut esurire hominis est, ita per quadrãginta dies non esurire, hominis nõ est. Nõ cogitauit quoniã qui uerè nõ esurit, uoluntariè esurire potest. qui autẽ uerè esurit, per tot dies non esurire non potest. Fortis ad ea q̃ infirma sunt descẽdere potest, infirmus autem ad ea q̃ fortiora sunt ascendere nõ potest. Sic ergo magis ex eo qd per tot dies nõ esurie-

quia tentabatur.

Ioan. 1. d.

qui creauit.

H

rat, intelligere debuerat, quia deus est: quã ex eo qd post tot dies esuriit, quia homo est. Nã deus quę hominis sunt, agere potest: homo autẽ q̃ sunt dei, agere nõ potest. Sed forsitan tu dicis, Moses & Helias quadraginta dies ieiunarũt, & homines erãt. Sed illi ieiunantes esuriebant, & sustinebant: iste autem quadraginta diebus nõ esurijt. Hoc est. n. quod dicit: Et cũ ieiunasset quadraginta diebus, postea esuriit. Esurire enim, & nõ mãducare, patiẽtiæ est humanę: nõ esurire autẽ, diuinæ naturæ. Qui ergo quadraginta diebꝰ nõ esuriit, posteà esuriẽs, demõstrauit, qa esuritio eiꝰ uoluntaria fuit, non necessaria. Quid ergo est? sicut semper diabolus oẽs homines excæcabat, ut nõ itelligerẽt quod est bonũ: sic modò inuisibiliter ipse à Xpo est excęcatus, ut nõ cognosceret uerũ. Cogitauit. n. apud se, si poterit de lapidibus facere panes, uerè filius dei est: si aũt nõ poterit, homo est. Sed q̃ fuit cogitatio ista? Per hoc. n. nunquam poterat cognoscere, si filius dei erat, an non. Primũ si filius dei erat, nec esuriebat. Quo enim non uincat necessitatem naturæ carnalis, q ipsam necessitatem in natura creauit? Et ut quid faceret de lapidibus panes, qui panẽ cum oĩbus alijs ex nihilo, cum uoluit fecit? Deinde etsi esuriebat pp corpus, & uolebat facere, faciebat quando ipse uolebat, nõ quãdo diabolus prouocabat. Si ergo non faceret, quod & fecit: unde sciebat, utrũ ideo nõ fecit, qa nõ potuit, quasi homo: aut qa noluit quasi deus, qd & fecit? Nã nec fecit, nec dixit possum, & nolo, ut ne se ostenderet filiũ dei. Nec dixit, nõ possum, ut nõ se ostẽderet mẽdacẽ, confitens se hominẽ cum esset deus. Sed quid? *Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo dei.* Non dixit, non in pane solo uiuo, sed in omni uerbo dei, ut nõ uideatur de se dixisse: sed mediè, nõ in solo pane uiuit homo. Quid aliud poterat respõdere? & filius dei abscõdẽs se, ne ostendatur qd potest: & homo astutus excusans se, ut non ostẽdatur qd nõ potest. Sic ergo cũ ex hoc respõso nihil certum addiscere potuisset, utrum deus esset, an homo, assumpsit eũ ad aliã tẽtationẽ, dicẽs apud se: Iste q in fame nõ uincitur, etsi non est filius dei, tamen sanctus est: Valent. n. homines sancti, & spirituales fame non uinci. Sed postquã omnẽ necessitatẽ carnis uicerint, per uanam gloriã cadũt. Ideo cœpit eum tentare in uana gloria. Et *assumpsit Iesum in sanctam ciuitatem.* Quãdo audis dicentẽ, ductus à diabolo, nihil cogites de potentia diaboli, qa potuit ducere Xpm: sed de patientia Christi mirare, quia sustinuit, ut à diabolo duceretur. Ergo in sequẽte domino nõ infirmitas, sed patiẽtia est: in ducente aũt diabolo nõ uirtus, sed supbia est: qa uolẽtẽ Christũ nõ intelligens quasi inuitũ ducebat. Ille ductus est, ut nos uoluntatẽ diaboli nõ sequamur. Et *statuit eum supra pinnaculum tẽpli.* Sed fortè cogitamus, quomodo in corpore cõstitutum, oĩbus uidentibus statuit illum super templũ? Si potẽtiam Christi cõsideramus, intelligibilia inueniuntur oĩa. Forsitan enim diabolus quãtũ ad se, sic eũ assumebat, ut ab omnibus uideretur: ipse autẽ nesciente diabolo inuisibiliter sic agebat, ut à nemine uideretur: sicut scriptũ est de eo: Ipse autẽ transiit per medium eorum, & abiit sic. Si. n. Abacuc homo constitutus à nullo est uisus, quãdo ab angelo p comã capitis portabatur de Iudæa in Babyloniã: quãtò magis est credibilius de Christo non fuisse uisum, cũ uolẽs à diabolo assumeretur? Et statuit eum supra pinnaculũ templi. Cogi-

K

L

Deu. 8. a.

Luc. 4. d.

Dan. 14. d.

M

A tauit. n. apud se, si miserit se per aerẽ, scio quoniã est filius dei, sine dubio. n. mittet se, ut cognoscatur qd est: si autem non potuerit se mittere, scio quoniam homo est. Sicut ergo cõcupiscẽtia uanæ gloriæ ipse ruit de cœlo: nã cũ esset angelus, uolens se ostendere deum, perdidit & illud quod erat, dum uoluit apparere, qd nõ erat: sic putauit & Xpm cõcupiscẽtia uanæ gloriæ ferri. Nã sicut difficilè aliquem suspicatur malum, qui ipse est bonus: sic difficilè aliquem suspicatur bonũ, qui ipse est malus. Et dicit ei: *Si filius dei es, mitte te deorsum.* Per hãc propositionẽ, quo poterat cognoscere si filiꝰ dei est, an non? Primũ uolare p aerem nõ est proprium opus dei, qa nec hoc est utile alicui, uel ad aiam, uel ad corpus. Si ergo nulli necessarium est, neq; proficit ad salutem: uoluerit aũt aliquis prouocatus, pp ostẽtationẽ solam hoc facit: & est hoc ex diabolo magis q̃ ex deo. Si ergo homini dignitoso & sapienti sufficit esse qd est, & nõ est necessarium ei apparere quod non est: qa hoc non homini prodest, quòd uidetur ab alijs, sed quòd est apud se: quãto magis filius dei ostendere se necessariũ nõ habet, sine causã, alicuius utilitatis, cui nihil necessariũ est, sed totũ possidet ī natura, de quo nemo potest tantũ cognoscere, quãtũ est apud se? Si ergo nõ uoluerit, quo poterat p hoc cognoscere, utrũ non potuit pp infirmitatẽ quasi homo, aut noluit propter uanitatẽ, quasi deus? qa non creditus fuerat, sed tentatus. Si filius dei es, mitte te deorsum. Vide super biã inimici, quo ipsa inuitatio eius iniuriosa est. Nun quid nõ poterat dicere, descende p aerẽ ambulans? Sed qd? Mitte te deorsum. Nec timuit cogitãs, ne forte si inuẽtus fuerit filius dei, iueniat illi feciſſe iniuriã. Sed nihil dubitat dicere, nec facere, q nihil sibi reliqt quod speret. Et uide, non impulit, nõ tetigit, non ap propinquauit: sed tantũ dixit, Mitte te deorsum, si es filius dei: ut sciamus, qa oĩs qui obaudit diabolo, ipse se deponit deorsum. Nã diabolus ad malum hortari potest, cogere autẽ nõ potest. *Scriptum est enim: Quoniam angelis suis mandauit de te, ut in manibus tollant te.* O diabole, quo filius dei angelorũ manibus portatur legisti, & qa super aspidẽ & basiliscũ calcat, nõ legisti? Sed exẽplum illud quidem profert, quasi superbus: hoc autẽ tacet, quasi astutus. Nã & uerè filius dei angelorum manib. nõ portatur, sed ipse magis angelos portat. Nec. n. creatura portat creatorẽ, sed creator creaturam. Si autẽ creatura baiulat creatorem: ergo creator anteq̃ faceret creaturam, à quo portabatur? Nam uerè etsi portatur manib. angelorũ, nõ ideo portatur, ut non offendat ad lapidẽ pedẽ suum, quasi ifirmus, sed pp honorẽ potestatis, quasi dominus, Scriptũ est: Qui sedes sup Cherubin, appare. Et illud qdem, quod diabolus refert, qa in pſona Christi dicitur, uerum est. Sicut. n. dicitur: Quoniam tu es domine spes mea, altissimum posuisti refugiũ tuum &c. Sed nõ de Christo dictum est tantum, sed de omni hoie iusto, quorum personam susc̃epit. *Respondit ad eum, scriptum est: Non tentabis dominum deũ tuum.* Non dixit, non tentabis me dominum deum tuum, ne se manifestaret deum: sed ita, non tentabis dominum deum tuum: quod poterat dicere, & omnis homo dei tentatus à diabolo: quoniam & q hominẽ dei tẽtat, mẽbrum diaboli est. Sic ergo ex hoc respõso incertus transiit ad tertiã. Dixit. n. apud se: Tria hæc retia habeo extensa super oẽm mundum, ut quisq; euaserit de retibus gulę, incurrat in retia uanæ gloriæ: q euaserit de retibus uanæ gloriæ, incidat in retia auaritiæ. De his autem tribus retibus nullus hoĩum ad perfectum euasit: & si euasit, nõ integer, sed cõtritus euasit. Hic aũt iam retia uentris dirupit, retia uanæ gloriæ trãsiuit. Ponã ei nũc retia auaritiæ, & ostẽdam illi oĩa regna mũdi. Si cõcupierit ea, scio qa homo est. Nã oẽs hoies pp gulam, & pp pecuniarum auaritiam, & pp uanos honores seruiunt mihi: si autem contempserit ea, scio qa filius dei est. Nec. n. potest desiderare quæ ipse creauit, nec delectatur terrenis, q fruitur cœlestibus. Nã etsi alijs mentiebatur diabolus, sua esse oĩa, apud se tamẽ sciebat, quia nõ erant eius, sed dei. Et *sic assumpsit eum super montem excelsum nalde, quem ipse diabolus circũiens omnem terram excelsiorem cæteris cognoscebat, & ostendit illi omnia regna mundi, & honores eorum.* Fortè tractas apud te, qualis potuit esse ille mons, de quo oĩs terra uidebatur: aut si erat sup oẽm terram, quo tamen poterat inde, quantum ad carnem, totam terram illi ostendere? Nam etsi, quantum ad diuinitatẽ suam uidebat: tamen, quantum ad diabolum, ostẽdere illi nõ poterat, quẽ hoiem æstimabat. Sed ita intelligẽdũ est, assumpsit eũ sup montẽ excelsum ualde: qa quantò magis excelsior fuerit mons, tãtò magis aspicienti ex eo spatiosior terra uidetur. Ostẽdit aũt ita, non ut ipsa regna, uel ciuitates eorum, uel populos, uel argentum, uel aurum uideret: sed partes terræ in quibꝰ unumquodq; regnũ, uel uniuscuiusq; regni ciuitas posita erat: utputa si ascendas sup excelsum locum, digito extenso dicã tibi, Ecce ibi est Roma, aut ibi est Alexandria, nõ sic ostẽdo tibi, ut ipsas uideas ciuitates, sed partes terræ in qbus positæ sunt. Si. n. nautæ unam stellam aspicientes, non dicã ad unam quanq; prouinciam, uel insulam: sed ad unam quãq; ciuitatẽ, & ad singula loca q̃ petunt, sine aliquo errore, aut deuagatione dirigunt cursum: quanto magis diabolus, q princeps aeris cõstitutus, totam terrã nõ solum sciebat, sed etiam & uidebat: poterat Xpo ergo & singula loca certissimè digito demonstrare, & uniuscuiusq; regni honores, & statum uerbis exponere? Nam non solum ostensum dicitur qd ostenditur ad uidendum, sed ẽt quod exponitur ad intelligẽdum, sicut scriptũ est: Ascẽdamus in domum dei Iacob, & ostẽdet nobis uiã suã, & ambulabim' in ea. *Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me.* Considera quo oĩs promissio eius irrationabilis est, & mẽdax. Certè uni dare nõ poterat oĩa, nisi ab omnibus oĩa tolleret. Si autem ab omnibus oĩa tolleret, à nemine adoraretur, cum diabolus neq; ex amore, neq; ex timore adoretur ab aliquo: sed qa promittit diuitias, aut dat. Quo autẽ expediebat diabolo ab omnibus oĩa tollere, & uni dare, ut ab oĩbus cõtemnatur, & ab uno colatur? Sed neque illud dicere possũmus, ut unusquisq; qdem sua teneret, iste aũt super oĩa esset. Vnus. n. super oẽm mundũ neq; est, neque fuit aliquando, neq; fieri põt, ut nõ sit illi aliquis nõ subditus. Primùm pp deum, qa non concedit diabolo & hoc facere posse: secundò pp ipsum diabolum. Gaudium. n. & gloria, & potestas diaboli, ī quo est, nisi in superbia, & in inuidia, in ira, in uana gloria, & his similibus? Vbi hæc exercẽtur, unum regnum stare non potest: sed necesse est, ut diuidatur in plura. Vbi autem hæc non exercẽtur, diabolus nõ colitur, neq; regnat. Quo ergo regnum sibi tolleret, & illi daret? Deinde quid si sancti erant in mundo aliquod

B

C

D

E

F

Psa. 90. b

Tria retia diaboli, quibus illaqueat animas.

Psa. 97. a

Psa. 90. b

Deut. 6. e

Esa. 2. a

G regnū tenentes. Nā si peccatori dare & tollere potest diuitias: sāctis neq; dare, neq; tollere potest. Putásne semp uoluit tollere diuitias Iob? sed non potuit, nisi quando permissus est. Nunqd nō uoluit, si potuisset tollere regnum de manu Dauid? Nā uerè nō est mūdus diaboli, neq; regna illius. Scriptū est. n. Per me reges regnant: & per me tyranni scribūt iustitiā. Sed ea q per iniquitatem aguntur in mundo: utputa per furtum, aut per uim acqsisti diuitias, aut aliqua pditione animæ tuæ suscepisti honores: illas tibi diuitias diabolus dedit, sed nō ipsæ diuitiæ diaboli sunt, sed prouisio eārum. Res aūt ipsæ illius sunt, qui creauit eas ad probationes sanctorū, & peccatorū. Et inter duas cōditiones posuit illas in medio, ut & diabol⁹ posit illas dare, & deus. Nā dans potestatē diabolo, nō à se dimisit, ut si qdē cū peccato acqrantur, p diabolū dentur: sin aūt sine peccato, p deū. Ecce. n. oculos nostros, & aures, & os, & cætera membra, inter duas cōditiones sic creauit in medio, ut & diabolus aperiat oculos hoīs, & deus. Si. n. ad turpem rem aperuerit homo oculos, diabolus aperuit oculos eius: si aūt ad iustitiā, deus. Nūquid ex hoc, qa mēbra nostra interdum à diabolo aguntur, uolentib. nobis, iā membra nostra diaboli sunt? Sic & diuitię quāuis interdum à diabolo dentur, tamen diaboli nō sunt. Si enim uerè cōsideres, magis diuitiæ ipsæ in potestate sunt hoīs, q̄ in potestate diaboli. Nam diabolus, nō quibus ipse uult diuitias dare potest, sed qui uolunt ab illo accipere. Homo aūt i potestate habet à quo uult eas accipere, siue à diabolo, siue à deo. *Tunc dicit ei Iesus: Vade retro satana, scriptum est. n. Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies.* Finē tentādi diabolo imponit, dicens: Vade retrò satana, ut ne progrediatur ulterius tentans. Diabolus aūt, sicut ratio nis est intelligere: id est, sicut rationabiliter itelligi potest, nō quasi obaudiens ad p̄ceptū, recesit: sed aut ipsius Christi diuinitas, aut spiritussanctus q erat in eo, excusit inde diabolum: qd ad nostram consolationē proficit maximè, quia nō tandiu hoīes dei diabolus tentat, quādiu uult: sed quādiu Christus eum permittit, uel spiritussanctus qui est in eis. Diabolus enim quantū ad se, nunq̄ cessaret tentans: nec. n. habet alium actum. Non manducat, nō bibit, non dormit, nō opus aliquod aliud opatur, nisi ut tentet, ut fallat, ut subuertat. Hic est cib⁹ illius, hic honor, hoc & gaudiū. Propterea infatigabilis est in malo, sed potentia dei repellit eum, etsi permittit eū paulisper tē tare, pp fidem probandam, tamen repellit eum propter infirmam naturam. Adhuc uide, cum Xps in prima tentatione passus fuisset tentationis iniuriam, dicente sibi diabolo: Si fili⁹ dei es, dic lapidi huic ut fiat panis: nō est exasperatus, nec increpationē, uel abiectionē eius est excitatus: sed sustinuit, & mitis pmansit, tamen contra uerba tētationis cōgrua dedit exēpla. Similiter & in secūda, quāuis esset iniuriatus dicē te sibi diabolo: Si filius dei es, mitte te deorsum: turbatus non est, nec increpans ei dixit: Vade retrò satana. Nunc autem quādo diabolus, dei sibi p̄sumpsit honorē, dicens: Hæc oīa tibi dabo, si procidens adoraueris me, & hoc quæsiuit fieri sibi à Christo, qd soli deo fieri debebatur: exasperatus est, & iratus est, & increpauit eum, & repulit dicens: Vade retrò satana. scriptum est, Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Vt nos illius discamus exēplo, nostras q dem iniurias illatas ab impijs, siue in dicto, siue in facto magnanimiter sustinere: dei autē iniurias, & contemptum, nec usq; ad auditū sustinere. Quoniā in prijs iniurijs esse quēpiam patientem, laudabile est: iniurias autem dei dissimulare, nimis est impiū. Hactenus simpliciter diximus de tentationibus quibus tentatus est dominus: nunc breuiter perstringamus quid ad nostram ædificationem, significent Xpi tentationes. Frequenter diximus, corporis quidem ieiunium esse, abstinere à cibis: animæ aūt ieiunium, abstinere ab omni re mala. Quia sicut caro delectatur cibo, sic spiritus abstinere à carnis peccato. Secundū hoc ieiunium Christi in nobis intelligimus esse abstinentiam peccatorum. Si. n. manducatio Adæ de ligno scientiæ boni & mali, prudenter ab oībus est recepta, appetitio est peccati prohibiti: Consequēter & ieiuniū Christi intelligēdum est in nobis abstinentia à peccato. Quòd si ieiuniū est abstinentia rei malæ, sine dubio & desideriū ei⁹ esuritio est ipsius, & usus rei ipsius itelligitur panis. Proponēs ergo ieiuniū sibi Christus, & nō superatus desiderio panis à diabolo sibi propositi: hoc nos docet, ut si aliqs, utpote fili⁹ dei opus eligēs magnū exierit in desertum, sicut diximus suprà, & proposuerit se abstinere ab aliquo usu corporali, & delectabili, qđ est ieiunare, pp uiuificatorium dei mandatū, ne interrūpat. Si aūt loquente in cogitationibus suis diabolo, & ad usum rei illius prouocante interruperit, utēs peccauit potius q̄ usus est, & peccatum sibi conuertit in usum, hoc est, lapidem in panē. Et quāuis ab illa re se abstinere decreuerit, qua uti potuit sine peccato, si non decreuisset: tamen qa decreuit abstinere ab illa, usum rei illius iu dicauit esse peccatū, id est, lapidē. Propterea si usus fuerit eo, peccatum sibi sumpsit in usum, id est, lapidem sibi mutauit in panē, dirumpentē magis q̄ nutrientē. Sicut & Apostolus de mulieribus iuuentutē promittentibus dicit: Quæ cū deluserint Xpm, nubere uolunt, habentes damnationem, qa primam fidē irritam fecerunt. Sed deprimēs desiderium suū quasi esuritionem, respōdeat in cogitationibus suis diabolo sibi persuadenti: quia non in usu rei illius solo uiuit homo perfectè: & si uiuit, secundum corpus uiuit, & nō secundum aīam. Plenissimè aūt uiuit in obseruātia mandatorū dei, & ideo fortè nō simpliciter dicit, dic lapidi ut fiat panis, ne de qualicūq; lapide dixisse intelligatur: sed ita, Dic huic lapidi, id est, quem ego tibi ostendo. Itē ascensio super templum, moraliter intelligitur exaltatio cordis sanctorū ad sanctitatem. Statio aūt super pinnam templi, exaltationis ipsius mora. Quando. n. quis inflatus mente carnis suæ exaltatus fuerit quasi sanctus, & gloriatus fuerit quasi consummatus, ductus est à diabolo quasi sup tēplum: & quādo existimauerit se cōsistere in sanctimoniæ sūmitate, & in ipsa æstimatione iactātiæ fuerit demoratus, positus est sup pinnā tēpli & stat ibi. Conueniēter ergo, & ordinatē exposuerunt euāgelistæ. Postq̄. n. exposuerunt Xpm in tentatione ieiunii superasse diabolum, in sequēti loco exposuerunt ductum esse à diabolo super tēplum: quoniā uictoria tentationis, & expletio alicuius operis magni, gloriationē opatur, & fit causa iactantiæ. Sed uide quoniā Xps ieiuniū quidē ultrò suscepit, super tēplum autē diabolus eū duxit: ut & tu, q filius dei es, ad ieiuniū quidem morale, id est, ad abstinentiam laudabilem rei cuiusdam sponte procedas, & alacriter: extolli autem ad fastigium sanctitatis non acquiescas, qa nemo

Iob 1.b. *Pro. 8.b* *Eadē dicter.* *1. Tim. 5. b.* *Deū. 6. b. & 10. d.* *1. pro-missio.* *mise-ricordia.*

A mo extollit se ad sanctitatis altitudinē, nisi ducente diabolo. Nec enim ideo acquieuit Christus duci, & constitui super tēplum, ut tu moraliter imitator eius existens, ascedas per iactantiā cordis tui ad altitudinē sanctitatis. Nec enim uolens ascendit, quantū ad corpus: sed ideo acquieuit duci, & cōstitui super pinnam tēpli, & audire præcipitij uerba: Si filius dei es, mitte te deorsum: ut tibi ostendat exaltationis exitu metuendū: id est, ut demonstret tibi ruinæ periculū quod omnes gloriantes subsequi solet, sicut testatur Sapientia, dicens: Ante ruinā exaltatur cor hominis, & ante gloriā humiliatur. Consequenter & dominus dicit: Omnis qui se exaltat, humiliabitur: & q se humiliat, exaltabitur. Si ergo times ruinam de fastigio sanctitatis, fuge exaltationē cordis ad sanctitatem, & nō patieris ruinā de fastigio sanctitatis. Cur autē omnē iactātiā subsequatur ruina, causa est manifesta. Quoniā omnis qui confidens est in operib⁹ suis, & gloriatur, securus est: qui aūt securus est, non timet: & qui non timet, nec cauet: qui autē non cauet, quando non sperat, supplantatur à diabolo, & B dejicitur. Qui aūt nihil se existimat esse, in inferiori parte tēpli consistens, quantū ad se, causa humilitatis, solicitus est de se: qui aūt solicitus est, & timet: q autē timet, circunspicit semetipsum, & non finit duci se à diabolo super tēplum. Talis fuit & ille, qui dicit: Non quòd iā perfectus sim, aut iam iustificatus sim, &c. Si ergo Paulus timuit se dicere esse perfectū, quis audeat se existimare perfectū? Si ergo perfectus filius dei es, & aliquā laudabilem abstinentiā suscepisti, quasi exiens in desertū, his duabus tētationib⁹ dominus tentatus est pp te, ut non interrūpas opus tuum, sed ad perfectū deducas: cū aūt perduxeris ad perfectum, non glorieris. Si autē mediocris es filius, & nullū ausus es affectare pro uirtute certamē, tētatione tertia tentatus est: propter te ductus est super montem excelsum, & audiuit uerba pernicioſa, Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me: ut tu non desideres magnus & altus fieri in hoc mundo. Ascensio enim mōtis illius est processio ad magnitudinē, uel altitudinem diuitiarū, & gloriæ huius mundi: quoniā ipsa processio eorū de superbia cordis descendit. Et uide qūo per ordinem dicit, prius ductus C est super montem, deinde glorioſa mundi ei ostensa sunt: in tertio loco posita est ei cōditio, ut si adorasset diabolū, omnia fierent eius. Sic & tibi contigit, q altus & magnus fieri sestinas in mundo, & ascendis in montē, quem diabolus sibi elegit ad seducendū. Cùm enim uolueris fieri altus & magnus, quod est ascendere in mōtem, diabolo te ducete, incipis die ac nocte cogitare de diuitijs acquirendis, de suscipiēdis honoribus, & ante oculos mentis tuæ semper illa uniuersa proponere: scito quia princeps mūdi gloriosa regni sui tibi ostendit. Cum autem senserit te diutinis huiusmodi cogitationibus in concupiscentias eorundē bonorū accensum: in tertio loco tales tibi prouidet causas, ut necesse sit tibi, si uolueris illa cōsequi, diabolū adores, relinquens fidē dei, & seruias ei negligens iustitiā dei: si autē elegeris adorare deum in fide eius, & seruire ei secundum mandatū ipsius obseruare, illa omnia non consequaris. Ideo docet Paulus Apostolus: Obsecro autē uos fratres studium habere quietis, & negocij proprij, & operādi manibus uestris, & nullius desiderium sit uobis ad ea quæ foris sunt. Et iterū: Habentes alimenta, &

Prou. 18. c *Luc. 14. c* *1. Co. 4. a* *deest, ob seruare.* *1. Thessa. 4. b* *1. Timo. 6. b*

quibus tegamur, his contenti simus. Nam qui uolūt D diuites fieri, incidunt in tētationē, & laqueū diaboli, & desideria multa inutilia & nociua, q̄ mergūt homines in interitū & perditionē. Radix enim omniū malorū est cupiditas diuitiarū, quam quidā appetētes, circa fidem naufragauerunt. Ergo omnia Christo promissa sunt, & omnia Christus contempsit, ut ne gloriā dei diabolo daret: ut & tibi etiam si totus mundus fuerit datus, tantùm ut dimittas deū: non facias amplius diuitias, quàm gloriam dei. Nec. n. iustum est, pp creaturam contemnere creatorē, sed pp creatorem creaturam. Quoniam diuitias tibi deus dare potest, diuitiæ autē tibi deū dare nō possunt. Non enim propter se tentatus est, sed propter nos, & non sibi uendicat, sed nobis. *Tunc reliquit eū diabolus, & accedentes angeli dei ministrabant ei.* Non dixit, Et descendentes angeli dei ministrabant ei, ut ostēdat, quia semper ad ministerium eius angeli erāt in terris: sed tunc præcipiente domino recesserunt ab eo, ut locus diabolo aduersus Christum daretur, ne fortè angelos uidens circa eū, non appropinquaret ad eum. Sic enim inuisibiliter fit omni homini Chri E stiano. Duo. n. sunt angeli permanētes cum hominibus: scilicet bonus & malus: Quandiu circa nos est angelus bonus, nunq̄ nos in tētationem potest impellere angelus malus. Secundum dispensationem aūt dei recedit aliquātulū angelus bonus, magis autem nō recedit: sed absondit se, inuisibilē se reddēs ante diabolū: quoniā nisi uoluerit angelus bonus, à diabolo non uidetur. Subtrahit ergo se, ut det diabolo licentiā tentandi, & stans expectat tentationis euentū. Quando ergo aliqua concupiscentia malæ rei ascenderit super cor tuū, & pulsat aliquod genus peccati, non est circa te angelus bonus, sed diabolus loquens in corde tuo tentat te pariter, & compellit. Si tu ergo permanseris, confringēs cor tuum, magis autē diabolum in corde tuo confringens: cū non te potuerit superare, discedat à te. Quando recedente concupiscentia incipit cor tuū exultare, quia euasisti impetum illū malum: & quasi quidā spiritus in te tacente lætatur, & gratias agit deo: cognosce quia recesit à te diabolus, & post tentationis uictoriam accedēs angelus ministrat tibi, & ille loqtur in te, & F gaudiū operatur. Quoniā aūt ministrabant ei angeli, scimus: in quibus autē rebus illi ministrabant, scire nō possumus. Vtrū ad sanitates isirmitatū, quemad modū & per angelū Raphaelē sanauit Tobiā: an ad correctionē animarū, an ad effugationē dæmonū, quoniā quidem multa opera sua per angelos facit, uerū est. Angelis autem facientibus ipse facere uidetur, qui dat illis faciendi præceptum & potestatem. Tamen manifestissimum est quia etsi ad opus ipsi⁹ ministrant ei, non propter necessitatem impotētiæ eius ministrant ei, sed propter honorē potestatis ipsius. Nam ministrant ei, & non adiuuant eum.

Tob. 3. d *Psal. 17. e* *Infr. 10. c* *assē.*

Homilia. vi. ex cap. iiii.

V*m autē audisset Iesus, quod Ioānes traditus esset, secessit in Galilæam.* A quo? Sine dubio à c deo quia in uirum sanctum, nemo potest aliquid, nisi tradiderit eū deus. Nā peccator in peccatorem aliquid forsitan potest, quia nec est ualde sub cura dei peccator: in hominem autem dei sine dubio nihil potest, quia protector est deus omniū sperantium in eum. Sic enim dicit & alibi: Nōne duo passeres uæneunt dupondio, & unus ex eis non ca-

G dit super terram sine præcepto patris uestri? quantò magis uos modicæ fidei? Vestri autem & capilli capitis numerati sunt omnes. Omnis homo, quantūuis fuerit malus, priusquam aliquā faciat iniquitatē, quasi tardior est ad opus iniquitatis: quòd si semel cœperit facere iniquitatē, iā paratior fit ad oē opus iniquū. Sicut.n. bestia, quāuis sit naturaliter sæua, tamen si excitata non fuerit, non se facilè super hominē iactat: si aūt homine occiso, uel aliqua bestia, sanguinis acceperit gustū, iā si uiderit hominē, sine aliqua mora irruit super eum: Sic & Herodes, etsi proposito erat iniquus, tamen postquā pp correptionē adulterij sui est exasperatus, opus pessimum ausus est facere, & Ioannē recludere in carcerē, seipso iniquior: & audacior qdē fuerat sibimetipsi factus cū omnibus consentientibus sibi Iudæis in mortē Ioannis. Quod sciens dominus, fecesit inde, non ipse timens mortē, sed pp duas causas. Primū, ut passionē suam opportuno tpe reseruaret: deinde, ut nobis fugiendi periculū tentationis daret exemplum: nō qa ille timebat periculū tentationis, sed qa nos aliter nō
H oēm toleraremus tētationem. Si enim ideo per omnem uiam iustitiæ præcessit, quasi magister, ut nos eum sequamur, quasi discipuli: manifestū est, quia non considerauit quid ipse posset, sed quid nos poteramus implere. Si aūt ea fecisset Christus, quæ ipse poterat facere, & non nos: discipuli eius esse non poteramus, sequi eū non prævalentes. *Et relicta ciuitate Nazareth, uenies habitauit in Capernaum, in finibus Zabulon & Neptalim, ut adimpleretur quod dictum est per*
Esa.9.a *Esaiam prophetā: Terra Zabulon, & terra Neptalim uia maris trans Iordanem Galilææ gentium.* Sicut docet historia, hæ tribus ante oēs transmigratę sunt in Babyloniam. Cōuenienter ergo, quos ante oēs ira dei percussit, ipsos primū dei misericordia uisitauit: & q primi ducti sunt i captiuitatem corporalē, ipsi prius de spirituali captiuitate reducti sunt. *Populus qui sedebat in tenebris, uidit lucem magnam: & qui sedebant in regione & umbra mortis, lux orta est eis.* Sedebant in tenebris Iudæi, qui fuerāt sub lege, in qua dei iustitia nō fuerat manifesta: etsi erat ibi iustitia, ¦tamen in figu-
Ibidem. I ris quibusdam & mysterijs rerum carnalium fuerat cooperta. Quale.n. est lumen iustitię in circūcisione pręputij? Tenebræ.n. erant maximè secundū legem, quæ nō ad manifestandā dei iustitiam data fuerat, sed ad puniendā duritiā cordis eorū: Sicut ait domi-
Infr.9.a. & Mar. 10.a nus, Propter duritiā cordis uestri Moses ista mandauit: & nō ad saluādos eos, sed ad excęcandos, ut inebriati per legē, nō cognoscerent lumē, quod nō merebantur uidere in tenebris, id est in peccatis. Lumen magnū, id est Christū. Nam multa lumina fuerāt in terra Iudæos. Lumē fuerunt Moses, & Aaron, & Iosue, & cæteri iudices & prophetæ. Omnis doctor lumē illorū est, quos illuminat docens: Sicut scriptum est.
Inf.5.b Vos estis lux mundi. Magnū aūt lumen est Christus. In regione aūt & umbra mortis sedebant Gentiles, aut quia iniquitates mortiferas faciebant, aut quia colebāt idola & dæmones, quorū cultura ducebat eos ad mortē æternam. Iudæi aūt, qui secundum legem opera faciebant, ideo in tenebris erāt, & non in regione & umbra mortis: quia etsi nō erat quidē iustitia quam faciebant, tamen facientibus eā, etsi gloria non dabatur, tamē mors ętterna nō cōtingebat, quia dei tenebant mandata. Vmbrā aūt mortis æstimo esse peccatū idololatriæ. Sicut enim qui uiuunt in agnitione dei & Christi, quantuis agnitio ipsa sit uita, tamen donec sunt in sęculo isto, non sunt in uera uita, sed in umbra uitæ: quoniā per fidem ambulāt, & nō per speciem: & per speculū in ænigmate uidēt, non facie ad faciem. Sic qui in erroribus idolorum *1.Cor.13* uiuunt, licet ipse error sit mors, tamē nondū sunt in uera morte, sed in umbra mortis, donec in isto sęculo sunt. Quoniā autē ignorantia dei umbra est mortis, testatur propheta dicēs: Et declinasti semitas nostras à uia tua, & cooperuit nos umbra mortis. Sine dubio.n. operiet eū ignorantia dei, cuius uia de uia dei fuerit declinata. Regio aūt mortis, mundus est iste. Sicut.n. illa terra, terra uiuorum est, de qua dicitur: Credo uidere bona domini in terra uiuentium: *Ibid. 26.d* sic terra hæc regio mortis est. Propterea ad plenum deo placere nō possumus, degentes in ea, qa ipsi etsi uiui sumus pp opera uiua & fidē Christi, tamē quia in mundo uiuimus, cui diabolus principatur, coinquinati sumus. Ideo & Paulus dicebat: Quis me libe *Rom.7.d* rabit de corpore mortis huius? Corpus.n. hoc, corpus est mortis: quia non uitalibus, sed mortiferis uoluptatibus est subiectū. Et uide ꝙ propriè quidem dixit propheta: Iudæos quidē uidisse lumē magnū, Gētibus aūt ortū esse: quoniā apud Iudæos erat agnitio filij dei, non aūt uidebant eū, quia sedebant in tenebris legis, aut peccatorū: apud Gentes autē nunq̄ fuit agnitio filij dei. Ideo à Iudæis qdē dicitur uisus, Gētibus aūt ortus. Dicitur aūt Capernaum inter fines Iudæorū & Gentiū posita esse. *Ex tunc cœpit Iesus prædicare, & dicere: Pœnitentiam agite, appropinqua bit enim regnum cœlorū.* Ex tunc, id est ex quo testificatus est à Ioanne. Nec.n. prædicare credibiliter poterat, nec testis patris existere, nisi testificatus fuisset ab eo: quia nemo potest alterius esse testis idoneus, nisi qui ipse fuerit testificatus ab altero. Testificatus aūt est ab eo sic: Ecce agnus dei, ecce q tollit pecca- *Ioan.1.d* ta mundi. Vt ois qui ordinatur ad p̄dicandū, bonū testimoniū habeat à populo, & ab his q̄ sunt foris, sicut ait Apostolus: Qui.n. bene uiuit, se solū saluat: *1.Tim.3.b* qui aūt bonam habet opinionem, multos ædificat. Quid aūt prodest, si bonā uitā agēdo te unū salues, & malā famam habendo plurimos scandalizes? Ex tunc cœpit Iesus prædicare, ex quo in aqua qdē baptizatus est à Ioanne: in spiritu aūt à patre, ut posset de seipso alios baptizare, scdm hominē dico: ⌜qa si *⌜ hæc in quodam exemplari sunt.* non fuisset baptizatus, alios baptizare non poterat. Quo aūt nudus uestiat nudum, aut quo mendicus faciat alterū diuitē? Sic & ipse, qui baptizatus nō est, quo alteri potest baptismū dare? Secundū hoc & de hæreticis dicimus: quia ubi est fides, illic est ecclesia: ubi ecclesia, ibi sacerdos: ubi sacerdos, ibi baptismū: ubi baptismū, ibi Christianus. Vbi aūt fides non est, ibi nec ecclesia est: ubi ecclesia non est, nec sacerdos est: ubi sacerdos nō est, nec baptismū: ubi baptismū non est, nec Christianus sit aliquis. Quid ergo reprehendit quasi scdm baptismum, qui non intelligit qd est primum? Ex tunc cœpit Iesus prædicare, ex quo tentatus est. Famem aūt uicit in deserto, auaritiam spreuit in monte, uanam gloriam repercussit super templū, ut nobis ostendat, quia qui uentri suo cōtradicere potest, qui sęculi huius bona contemnit, qui uanam gloriam non desiderat, ille debet, Christi uicarius factus, iustitiā Christi prædicare: quoniam ex istis tribus caminis omnis diabolicæ fraudis ⌜flāma *⌜ al. cōfla tionis.* succenditur. Item ex quo traditus est Ioannes, ex tūc

A prædicare cœpit. Nam si uiuo Ioanne prædicare cœpisset, sine dubio uilem fecisset Ioannem, & inuenta fuisset prædicatio eius superflua, quātū ad istius doctrinā: quemadmodū si in uno tepore lux cum luci fero oriatur, gratiā luciferi celat. Quā sapienter inde prædicationis suę sumpsit initiū, quod prędicare cō suetus erat Ioannes: Pœnitentiā agite, appropinquabit enim regnū cœlorum: non ut conculcet Ioannis doctrinam, sed ut magis confirmet. Nam si illo adhuc docente hæc eadem prædicasset, forsitan conculcare uideretur: nunc autem quia eo incluso repetit, non conculcatio, sed confirmatio inuenitur. Confirmat autem Ioannis doctrinam, ut testē eum uerū fuisse demōstret. Quoniā si Ioannes uerus est testis, & testimoniū eius uerū est qd dixit de Christo: si aūt falsus est testis, & oia illa glorioſa falsa fuerūt q̄ dixit de Christo. Ergo dū Ioānis doctrinā confirmat dominus, seipsum cōmendat, Pœnitentiā agite. Creator humanæ naturæ scit quid necessariū habet humana natura. Sciens etenim dominus, quia nullº hominū per ignorantiā iustitiæ peccat: sed dū sęqtur
B delectatione carnalē, cōtemnit gloriā spiritualē: ideo statim non iustitiam prædicauit, quā omnes cognoscebāt, sed pœnitentiā qua omnes indigebant. Quis ergo ueniens cōtra iudiciū dei ausus est dicere, quia ego uolo bonus esse, & nō possum? Dominus enim qui in primis non iustitiā, sed pœnitentiam prędicauit, non naturæ ignorātis, sed uolūtatis culpā in peccatoribus esse demonstrat. Pœnitentia enim correctio est uoluntatis, non emendatio malæ naturæ, Nā si emēdatio naturæ esset pœnitentia, creator dominus noster uenisset in mūdū, ut sui operis culpam emēdaret, non nostros errores. Appropinquabit.n. regnū cœlorū, idest beatitudo regni cœlestis: quā pparauit fidelibº deus. ac si dicat, parate uos per pœnitentiā, & p patiētiā ad percipiendā beatitudinē regni cœlestis: quia appropiquabit tempus mercedis reddendæ. Qui mala timetis aut cōcupiscitis bona, attendite quia apropinquabit regnū cœlorū. Si uos mala non terrent, uel bona delectent: aut si regna non concupiscitis, uel tormenta timete. Gaudeant iusti, quia iam finiuntur mala eorū, & incipiunt bo-
C na. Lugeant peccatores, quia iam trāseunt bona eorū, & incipiūt mala. Quid nocuit hoibus iustis, quia mala passi sunt, cū cœperint esse i bonis? Nā & recordatio transactorū malorū non solū non nocet, sed adhuc magis delectat. Nā mala quandiu præsentia sunt, grauia uidentur: cū uerò trāsacta fuerint, recordatio eorū gloriatio est. Aut quid prodest peccatoribus, quia bona sunt consecuti, cum cœperint esse in malis? Nam reccordatio transactorum bonorū non solum nō adiuuat, sed adhuc amplius grauat. Nam quandiu præsentia sunt, delectabilia uidentur: cum uerò transacta fuerint, recordatio eorum magis affligit. Et ista prędicatio pœnitentiæ qualē fructū cōtulit Christo? Seminauit uerbū pœnitentię, & immaculatos prædicatores iustitiæ messuit.

Homilia. vii. ex capite. iiii.

Mbulās aūt Iesus secus mare, uidit duos fratres,
4 *Simonem & Andreā.* Priusquā aliquid dicat aut faciat, uocat Apostolos, ut nihil eos lateat, nec uerborū Christi nec operū, ut postmodum
Acto.4.d fiducialiter dicere possint: Non possumus. n. nos q̄ uidimus & audiuimus nō loqui. Vidit eos non corporaliter, sed spiritualiter: non ad facies eorū, sed ad corda respiciēs. Et elegit eos nō quasi Apostolos, sed D
qa Apostoli poterant fieri. Sicut artifex, si uiderit gēmas ptiosas, et nō dolatas: elegit illas nō quòd sint, sed quòd fieri possunt: habēs.n. scientiam artis, bonū incompositū non contemnit. Sic & dominus uidens illos. nō opera eorū elegit, sed corda. *Mittens retia.* & futurę dignitatis gratiā artificij sui ope prophetantes, Vt intelligamus quia non solū ista secunda piscatio spiritualis à deo eis erat donata, sed ēt prima illa corporalis dei prouidentia in eis fuerat ordinata. Nā sicut qui retia iactat i aquā, nescit quos pisces cōprehensurus est, sed quos deus ei transmiserit, illi intrant in retia: Sic & doctor q̄do diuini sermonis retia sup populū iactat, nescit qui sunt accessuri ad deū, sed quoscunq; deus excitauerit, illi adhærēt doctrinę. Ergo sicut in piscatore labor solus requiritur piscandi, deus aūt trāsmittit capturā: sic & in doctore nihil requiritur, nisi instātia doctrinæ, populū aūt non corrigit homo sed deus. Sic.n. dicit dominus p
Zach.3.c prophetā. Dic hæc ad Iesum filiū Iosedech sacerdotē magnū: si bene custodieris aulā meā, dabo tibi qui habitent in ea. *Et ait illis: Venite post me, & faciā uos fieri piscatores hominū.* Id est, faciā uos doctores, ut cū re- E
ti uerbi dei comprehendatis hoies de mūdo hoc falso & fluctuabūdo, & tēpestuoso, & instabili, & pfido, & semper periculoso, & nemini unq̄ tuto, ubi homines non ambulant, sed feruntur inuiti quasi nolētes. Violentia enim diaboli concupiscentias multas inoperans eis, mentitur se facturū eorū uoluntatē: quia cū delectatione compellit in mala opera, ut homines alterutrū se comedant, sicut pisces fortiores semper deuorantes infirmiores: ne trānslati uiuant in terra fructifera corporis Christi facti mēbra corporis eius, in terra fructifera, in terra dulci & semper tranquilla: ubi nō est tēpestas ad euersionē, nisi fortè ad tentantionem fidei, & patientiæ fructificationē. Vt homines ambulent, non ferantur: ut se alterutrū nō comedant habitātes, sed foueāt: ecce do uobis euangeliū in manibus nouū, & alterū rete diuer
p sarū sententiarū, & obligatarū parabolarū, uirtutū ad mirādarū, & multiformiū doctrinarū, narrationibus crebris quasi fluctibus huc & illuc discurrētibº, textū minis iudiciorū, & promissionibus beatitudinū, quasi quibusdā nodis indissolubilibus colligatū, præscientijs & occultarū cogitationū cognitionibº, dæmonū confessionibus, & resurrectionibus, mortuorū, nimis confirmatū: ita ut in sinu suo tutissimo diligenter possit rationabiliū hominū continere ca-
⌜ parte. pturā, ut non det eis ex aliqua potestate ⌜ exeundi occasionē, quasi p apertura aliquā neglectam à spiritu sancto qui texuit eā. Et hoc dicit aliquis intra se, Nō sine causa secuti sunt Iesum talia promittentē. Quid enim? Tibi minora repromittit? Nū non si bene conuersatus fueris, regnū cœleste tibi promittit? nū non uitam æternā? nū non angelicā naturam? num non hæreditatē secū? Et quare non sequeris eū? Sed illi secuti sunt eū, quia cœlestiū bonorum amatores erāt non terrenorum. Tu autem eum non sequeris, quia non cœlestium sed terrenorum amator es. Homo enim carnalis nullum bonum credit esse bonum, nisi carnale: & nusquam credit esse iucunditatem, nisi quæ est super terram. Nō ergo illi doctorum cupierunt honorem, sed doctorij operis lucrum, sicut exitus contestatus est. Si enim Apostoli facti honoribus apostolatus sui fruiti sunt, sine dubio apo-

Stolicū cupierunt honorē. Si aūt non solùm Apostolatus sui honoribus fruiti nō sunt humilitatis causa, sed ēt propter hominū salutē & gloriā Christi, passi sunt diuersa supplicia: manifestū est quòd tunc non apostolicū cupierunt honorē, sed quæstum apostolici operis & laboris. Sciebant. n. quā pretiosa est anima hominis, q̄ grata est apud deū salus ipsius, quanta merces est hominem ædificare secundū deū. Cōcupierunt, & secuti sunt: tu aūt non concupiscis talia hæc. Quō enim desideres alium posse saluari, qui te ipsum saluare non curas? *Et relictis retibus, secuti sunt eum.* Ne aliquis Christianus dicat, Nunquid nō possum diuitias diligere, & Christo placere? ideo relinquentes retia sua Apostoli nos docuerunt, quia nemo potest terrena possidere, & perfectè ad cœlestia peruenire. Considera quō inter cœlum & terrā aër medius constitutus separat creaturam utranque, ut ostendat quia inter cœlestia & terrena nulla potest esse cōmistio. Cœlestia enim spiritualia sunt & leuia, & naturaliter semper sursum petentia. Terrena autē ponderosa sunt, & semper deorsum deponentia. Si
H igitur spiritualia tenueris, sursum te ducunt: si terrena, deorsum te deponunt. Igitur reliquerūt retia, ne magis facerent eis impedimentum laboris, q̄ additamentum utilitatis. *Et procedēs inde, uidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius componētes retia, & similiter uocauit eos.* Erant. n. habitatione ciues, dilectione concordes, arte officij pares, fraternitate pietatis cōiunctī: ideo sic uocauit & istos, ne tot bonis rebus cōiunctos, dissimilis uocatio separaret. Gratiosè aliquis de hac duplici fratrū utilitate locutus est, quoniam omnis Ecclesia præcipuè in
Ioan.15.b charitate fuerat cōstruenda, sicut ipse dicit: Hoc est
Ibid.13.c aūt mandatum, ut diligatis inuicem, sicut ego dilexi uos. Et iterū: In hoc cognoscent homes, quod mei estis discipuli, si charitatem habueritis inter uos. Sicut enim in corporali ædificio lapis ad lapidem cæmento mediante cōstringitur: sic in ædificio ecclesiæ Christianus ad Christianū charitate mediante connectitur. Ideo super fraternitatem charitatis ecclesiæ cōposuit fundamenta, ut radicibus charitatis exuberans quasi humor ascendat in ramos. Et hoc
I super naturalē charitatem, ut non solùm per gratiā, sed ēt per naturā ipsa charitas firmior habeatur. Sic enim fecit deus in ueteri testamēto: ædificaturus. n. populū illum per legem, supra Mosen & Aaron fratres posuit ædificationis initium. Quoniam autem abundantior gratia futura erat noui testamenti quā ueteris, ideo populū illū quidem ædificauit secundū unam fraternitatē, hunc aūt secundum duas. *Componentes retia*, Quod est maximæ paupertatis indiciū. Vetera componebant, quia noua unde emerent, nō habebant. Et quod ad maiorem pietatem eorum pertinet, in tāta paupertate sic patri suo occurrebāt, ut secum eum baiulārent in naui: nō ut ille istos adiuuaret in opere: sed ut isti illū consolarentur sua præsentia. Quoniam aūt illi quidem referuntur mittentes retia sua, per oēs euangelistas: isti aūt componentes, sine ratione esse non credo, maximè cū poterāt dicere sine damno aliquo intellectus: & ibi uidit illū & illum, & non dicere componentes retia sua. Item æstimare illos quidem quasi uelociores ad prædicā dum, quia iam mittentes erant retia sua: istos autē quasi pigriores, quia adhuc componentes erant retia, non sumus ausi: quia differētiam illorum talium cognoscere est solius dei. Ne fortè ergo pp Petrū illi K
dicti sunt mittentes retia sua. Isti aūt propter Ioannē componentes: quia Petrus prædicauit tantum euāgelium, & non composuit, sed marcus ab eo prædicata cōposuit. Ioannes aūt & prædicauit euangeliū, & ipse composuit. Et non solum composuit, sed etiā omnium euāgelistarum retia ipse cōposuit. Nam cū omnes humana Christi penè sola cōposuissent, iste commiscuit eis etiam diuina ipsius, ut nullam relinqueret spiritus sanctus scandali aperturam in eis unde pisces egrederentur. Et ut nunc dicamus quod supra in textura retis omisimus: quia circumposuit ei quasi plumbea grauia, id est inextinguibilium flammarū & immortaliū uermium supplicia ponderosa, ut posit facilè humanorū cordium penetrare profundū. *At illi relictō patre, & naui, secuti sunt eum.* Vide quia Petrus quidē & Andreas dicuntur reliquisse retia: Iacobus aūt & Ioānes, patrē & nauim. Tria sunt enim generaliter omnia, q̄ relinquere debet omnis qui uenit ad Christum: actus carnales, substantiam mundialem, parentes carnales. Per retia. n. piscationis, actus carnales relinquendi significantur: per nauim aūt, substantia: per patrem uerò, oēs parentes. Et uide quia prius retia relicta significantur, posteà nauis, in tertio loco pater: quia prius cōuenit actus mundiales relinquere. Ipsi sunt. n. qui præcipuè nocent ad spiritualia. Secundò, substātiā, quia non tantū nocet aliquid habere in mundo, quantū agere aliquem actū, tamen & hoc ipsum habere nocet. In nouissimo parentes, qui & ipsi quidē nocent, tamē minus nocēt q̄ diuitiæ & actus huius seculi. Reliquerunt ergo nauē, ut fierent ecclesiasticæ nauis gubernatores. Reliquerūt retia, ut iā nō pisces apportarēt ad ciuitatē terrenā, sed hoies ad ciuitatē cęlestē. Reliquerūt unū patrē, ut fierēt oīm spiritualiū genitores.

Venientes ad Christum, tria generaliter relinquere tenetur.

Homilia.viij.ex cap. iiij.

T *circūibat Iesus totam Galilæam.* Omnis rex
e pugnaturus contra aduersariū regem, prius congregat exercitū, & sic uadit ad pugnā: sic & dominus cōtra diabolū pugnaturus, prius cōgregauit Apostolos, & sic cœpit per totā Galilæam euangelium prædicare. Expugnatio. n. diaboli, prædicatio est ueritatis: sagitta mortifera est in uiscerib⁹ M
eius, sermo iustitiæ. Deiectio eius est opus signorū, spoliatio potestatis eius est conuersio fideliū. Et rex quidē terrenus cōgregat exercitū, ut illorū laborib⁹ ipse gloriā cōsequatur: iste aūt congregauit Apostolos, non ut illorum laboribus ipse gloriā consequatur, sed ut suo labore illis uictoriam præstet. Circumibat totam Galilæam, sicut studiosus medicus circumibat grauiter ægrotantes, singulis quibusq; passionibus adhibens congruas medicinas: quia debiles illi ad medicū uenire non poterant. Et dominus quidē circumibat singulas regiones. Nos aūt qui sumus uniuscuiusq; regionis pastores, etsi regiones circumire necessarium non habemus, tamen singulas species passionū populi circumire & considerare debemus: id est, diligenter attendere, qui sunt in populo, qui auaritiæ morbo laborant, ut aliquem sermonem de auaritię malo faciamus ad medicamentū sanitatis illius, qui auaritię stimulis agitatur, scdm Pauli sententiam, dicentis: Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. Nam qui uolunt di- *1.Tim.6.b*
uites fieri, incidūt in tentations, &c. Item debemus *Ibidem.*
illis prouidere, qui in populo ardentibus libidinis

A febribus ualde laborant: & ut ad remediū passionis eorū aliquod medicamentum in Ecclesia proferamus de apotheca medicinali Apostoli, dicentis: Om
1.Cor.6.d ne peccatū quodcunq; fecerit homo, extra corpus est: qui autē fornicatur, in corpus suum peccat, &c. Et quemadmodū paterfamilias studiosus, scit in domo sua quid unusquisq; necessariū habet: ita & sacerdos singulorū mores, & actus, & conuersationē debet indiscere, ut quale quibusq; medicamentū necessariū fuerit, subministret: cui consolationē, cōsolationē: cui increpationem, increpationē. Cui autem asperior increpationis medicina fuerit posita secundum qualitatē passionis illius, non debet indignari: quia nec infirmus irascitur contra medicū, si posuerit aliquā medicinam mordentē. Non enim considerat asperitatem medicinæ, & irascitur, sed considerat beneuolentiā medici, & sustinet: quia prodesse illi desiderat, non nocere. Sicut autē infirmus qui ipse uenit ad medicū, ex parte iā sanus est, sic & ipse peccator qui uenit ad sacerdotē, & doctrinæ aut pœnitentiæ medicinā quærit, ex parte iam iustus est. Illū
B autē grauis tenet infirmitas quem sacerdos sequitur uerbis, & ille spiritualiū uerborū medicamētum nō sentit, nec melioratur, sed quasi qui stomochū patitur, quicquid manducauerit & biberit, iterū uomit. Sic & illa anima patiēs quicquid audierit, statim de sensibus suis proijcit foras, sic illi infideles Iudæi de
Psal.106.b qbus dictū est: Omnē escā abominata est anima eorū: id est, omnē escā doctrinæ animā nutriētē. *Docēs & prædicans euangeliū regni.* Aliud est docere, aliud est Euangeliū prædicare. Docebat enim eos, dicens iustitias naturales, quas etsi ille nō diceret, ipsa ratio naturalis illos doceret: utputa castitatē, humilitatē, patiētiā, & cætera his similia: q̄ homines etsi non audiunt, tamē à semetipsis bona esse intelligunt, sicut
Rom.2.c ait Apostolus ad Romanos secundo. Cum. n. Gentes, quæ legē non habent naturaliter quæ legis sunt faciunt, &c. Sed fortè dicis, Si ea eos docebat, quæ omnes intelligunt, quid opus habebat eos docere? audi, doctrina non tantū pp manifestationē rerū obscurarū inuenta est, quantū pp excitationem cordis & spiritus. Talis est enim humana natura, utputa pC ualētibus delectationibus carnalibus in hoie, scientia quæ est in eo iustitiæ naturalis excluditur, & q̄si i obliuionē deducta, de memoria foris expellitur & obdormit, Cum ergo cœperit doctor in illis repre hēdere, & repercutere mala carnalia, & terrere de futuro iudicio. quasi præcisis delectationibus carnalibus, iterū scientiā in memoriā eorum reducit, & in
Eph.6.d & Heb. 4.c sensibus reparat. Vnde & gladius dicitur sermo diuinus: qa sicut gladius carnes pręcidit, sic & sermo diuinus concupiscentias carnales. Et quemadmodū si tollis herbas de agro, triticum coalescit in illo: sic & concupiscentia si præcidatur ab homine, iustitia cōalescit: quia sicut herbæ suffocant triticū, sic & concupiscentiæ carnales offocant disciplinā. Vides ergo qa doctrina nō nouas scientias introducit, sed oblitas cōmonefacit? Si ergo sermo humanus tantā habet uirtutē auribus sonū præstās, putas qd age
Euangelium. bat sermo dominicus, cū esset spiritus uiuus, nō tantū in auribus sonās, sed & in cordibus operans? Euāgeliū aūt prædicans mysteriū iustitiæ promittebat. Euangeliū. n. est nunciū bonū. Bona aūt hominib⁹ nunciantur, quando promittitur eis beatitudo cœlestis, peccatorū remissio, adoptio filiorū, mortuorū resurrectio, & immortalitas uitæ, hereditas regni cœ D
lestis, & possessio gloriæ sempiternę, societas angelorū, & cōmunicatio spiritus, & fraternitas Christi, & paternitas dei. Hæc oia antiqui homines manifestè nec audierant, nec sperabant. Et ideo præmiū boni operis non sperantes iustitiæ contēpserūt laborem, & transtulerūt se ad delectationes carnales: quia ois iustitia molesta est omnibus in carne uiuentibus, propterea labor iustitiæ non sustinetur, nisi merces eorū expectetur. Ideo ergo illis beatitudinē euangeli zabat cœlestem, ut corda eorū ad patiētiā boni operis excitaret, & desideriū cœlestiū præmiorū, aut docens, aut interpretās eis prophetias de suo ipsius aduentu: ut ipsa interpretationis doctrina esset pp icre
pationē, & euangelizatio pp denunciationē futurorū bonorū in ipso. *Et sanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in plebe.* Quod dixit, lāguorē: ad passiones pertinere uoluit corporales: quod aūt dicit: Et omnē infirmitatem: ad passiones animæ spirituales. Non. n. pauciores morbi animā uexant q̄ corp⁹. Et si qdem dixisset, sanans lāguores & infirmitates, poteramus utrunq; ad passiones intelligere corpora E
les, ut lāguores qdē intelligerentur grauiores passiones, infirmitates aūt tædia leuiora. Nunc aūt cū dicens omnē languorē, omne genus siue grauium, siue leuiū passionum concludit, alterius clausulæ uidetur adiectio esse superflua, nisi unā quidē ad passiones corporales intelligamus, alterā aūt ad spiritu-
ales. Possumus tamē & utranq; clausulā, ad utras- *[alias. &*
que intelligere passiones ita, id est, omnē languorē siue corporalē, siue spiritualē: & omnē infirmitatē, siue corporalē, siue spiritualem: Vt languorē quidē intelligamus animæ morbū passionis alicuius, infirmitate aūt infidelitatē: utputa qui auaritiæ morbo subditus est, aut libidinis, aut uanæ glorię, languorē aię patitur. Qui aūt mysteriū uocationis dei ignorat, ille infirmus habetur in fide. Multi enim sunt qui possunt bona opera facere, & deo placere, sed non faciunt: quia mysterium uocationis dei ignorant, & ipsi sunt infirmi. Quidam autem sic passionibus carnalibus sunt mācipati, ut etiam si sciant mysterium uocationis dei, tamen bene agere non permittuntur, & ipsi sunt languorem habentes. Sed passiones F
corporales diuinitatis uirtute sanauit, spirituales aūt uerbo pietatis. Sicut. n. medicina languenti corpori, sic uerbum prodest animæ ægrotanti. Deinde uide, quod non prius posuit, Sanās omnē languorem, & omnē infirmitatē: sed primū, Prædicans & docens euangelium regni, & posteà sanans, pp duas causas. Primū, quia miracula uirtutū ædificant animas secū dum uerba [pietatis. Ideo aūt præmittitur, qd magis necessariū ęstimatur. Deinde quia nō uerba pieta tis uirtutes miraculorū cōmēdant, sed uirtutes miraculorū ueritatis sermones. Nec ideo credebatur Christus posse facere uirtutes, quia ueritatē prædicabat: sed ideo credebatur ueritatē prædicare, quia poterat facere uirtutes. *Et obtulerunt ei omnes malè hab entes, & curauit eos.* In quibusdā locis ponit, Et multos curauit, sicut & ibi: Et quoquot tetigerunt eū, sanati sunt. Hic aūt simpliciter dicit, Et curauit eos: significans quia omnes curauit. Sicut nouicius medicus intrans in ciuitatē, & uolens ostentationes dare artificij sui, omnes uenientes ad se curat: & non tantum cogitat de mercede accipienda, quantum de opinione sua commendanda. Cum autem manifesta fue-

[quia miracula nō uirtutum ædificant animas, sed uerba

Mar.1.d
Ibidē.3.b

G rit fama eius bona, tunc ſcdm laborem ſuum incipit exigere & mercedē. Sic & dominus incipiens prę
dicare, nō ſecundū iudicium quoſdā, ſed oēs indiſſe
renter ſanabat: poſtquam uerò illum omnis Iudæa
Inſ.9.d cognouit, beneficia ſanitatum digno pretio fidei ue
nundabat, dicens unicuiq; , Fiat tibi ſecundū fidem
tuam. Non tamen oēs, ſed illos, quos ſecundum prę
ſcientiam ſuam ante prępararuerat, q̄ uenirent.

Homilia.ix.ex cap.v.

Idens autem Ieſus turbas multas, aſcendit in mō
u *tem.* Omnis artifex ſcdm profeſsionē ſuam
opportunitatē operis uidens, gaudet. Car-
pentarius, ſi uiderit arborē bonam, cōcupiſcit eā prę
ſcindere ad opus artificij ſui: agricola, ſi uiderit terrā
pinguem, deſiderat eam arare. Et quid dico de ratio
nalibus hominibus? ipſe irrationalis equus de ſtabu
lo exiliens, ſi uiderit campos patentes, rapit frenū, &
excitatur ad curſum: ſic & dominus uidens magnā
congregationem populi, excitatus eſt ad docendū.
Sic & omnis ſacerdos, cū uiderit Eccleſiam plenam,
gaudet animus eus, & delectatur ut doceat: ſi aūt
H uiderit eccleſiā uacuam, confunditur, & nihil dicere
poteſt. *Aſcendit in montem.* Nunquid non poterat ibi
docere, ubi iam populus erat? Sed propter duas ra-
tiones aſcendit in montē. Primum, ut impleret pro-
Eſa.40. phetiā Eſaiæ dicentis: Super montē excelſum aſcen
b de tu, qui bene annuncias Sion. Deinde, ut myſteriū
pietatis oſtenderet. Aſcenſio.n. eius eſt altitudo uir
tutū. Aſcendit ergo in montē, ut oſtēdat nobis quo
niam in altitudine ſpiritualium uirtutū cōſiſtere de-
Nota. bet, qui docet iuſtitiam dei, pariter & qui audit. Qui
docet, uerborū ſuorū ſit ipſe exemplū, ut magis ope
re doceat q̄ ſermone. Sicut ait Apoſtolus ad Timo-
1.Timo. theum: Exēplo eſto omniū fidelium. Qui aūt ambu
4.d lat per conuallia uitæ terrenæ, obſcuras ſemitas cal-
cat, & loquitur altos ſermones: non alterū inſtruit,
ſed ſeipſum caſtigat. Nemo.n. poteſt in ualle ſtare,
& de mōte loqui: ſed aut ubi ſtas, inde loquere: aut
unde loqueris, ibi ſta. Si in terra eſt animus tuus, ut
quid de cœlo loqueris? Si ergo in terra tu ſtas, de ter
ra loquere: ſi aūt de cœlo loqueris, in cœlo conſiſte,
Phil.3.d ut dicas cū Apoſtolo: Noſtra aūt conuerſatio in cœ
I lis eſt. Ille aūt populus, qui audit iuſtitiam dei, ideo
debet in altitudine bonorū operū cōſiſtere: quia di
ſcipulus imitator debet eſſe magiſtri. Si aūt in pecca
tis uiuas, & audias iuſtitiæ uerba docentē, iudicium
tibi, non ſalutē acquiris. Audis enim, ut ne ignorātię
uel excuſationē habeas ante deū. Ecce homo, ſi quā
cunq; artem ex toto corde uoluerit diſcere, puta pin
gere aut ædificare, cū frequenter magiſtrum ſuum
audierit aut uiderit, tollit ſe in ſecreto, & accipit fer-
ramentum, & ipſe ſe tentat, ſi poteſt iam facere, q̄d
frequenter audiuit uel uidit: Sic & tu, ſi facere iuſti-
tiam non uis, ut quid prædicatorem iuſtitiæ audis?
ut quid doctorē illum appellas, cuius non uis eſſe di
ſcipulus? Intellige ergo, dico enim tibi rem naturalē,
ſecundum loci iſtius ſcripturam. Si tu es ſuper mon-
tē, & prædicator in ualle, tu ſurſum cōſtitutus audis
uocē illius, quia uox melius ſurſum aſcēdit: ſi aūt tu
ſteteris in ualle, & doctor tuus ſuper montē loquā-
tur, nō multum tibi proficit loquela ipſius. Ergo in
primo loco populus ſe debet conſiderare qualis ſit,
in ſcdo loco qualē habeat ſacerdotem: quia doctor
malus bono populo non multū nocet, bonus aūtē
doctor malo populo nō multū prodeſt. Nunc aūtē
populus ſeipſum nō uidet, quē primū uidere debet: K
ſed ſemper ſedens iudicat de moribus ſacerdotum.
Ideo ergo ſcriptura nos docet, ut tam doctor,
q̄ populus ſuper montē ſanctitatis aſcendat, q uult
audire pietatis doctrinā. Aut certē ita: Mons eccleſia Pſa.67.a
appellatur, de quo dicit propheta, Mons dei, mons
uber. Aſcendit ergo Chriſtus in montē, ut illic diſci-
pulis ſuis myſteria traderet ueritatis, oſtēdens, quo-
niā oīs qui uult diſcere myſteria ueritatis, in montē
eccleſiæ debet aſcendere: ſēd nō in oēm montē, ſed Ital. quia
in montē uberē. Sunt.n. & hæreticorū mōtes, non non.
aūt uberes, ſed coagulati: in quibus nō ueritatis my
ſteria traduntur, ſed mendacia expugnātia ueritatē.
Ideo & eos qui in tales montes aſcēdunt, reprehēdit
ſpiritus ſanctus per prophetā dicens: Vt quid ſuſpici Ibidem.
tis mōtes coagulatos? Coagulati.n. dicūtur hæreſiū
eccleſiæ, quia coagulatū eſt ſicut lac cor eorū. *Beati* Pſa.118.b
pauperes ſpiritu. Quāuis ipſas beatitudines exponat Luc.6.c.
ex parte & Euangeliſta Lucas, tamē iſtæ beatitudi- d
nes perfectiores illis intelligēdæ ſunt: quoniā illæ in
loco cāpeſtri dictæ ſunt, iſtæ aūt perfectis ſuper mō
tem. Illæ mediocribus, iſtæ autē perfectis, & rectori- L
bus populorū, ſicut fuerunt apoſtoli, ad quos dicta
ſunt hæc cuius differentiæ rationē largius expoſui-
mus ibi. Ideo illic ſimpliciter pauperes dixit: hic aūt
pauperes ſpiritu. Pauper ſpiritu, eſt humilis corde: id Pauper
eſt paupere ſpiritū habens, qui nō magna ſapit de ſe. ſpiritu
Sicut ex diuerſo, diues ſpiritu, intelligitur magna de quis.
ſe ſapiens, & ſuperbus qui nō implet mandatū Chri
ſti, dicentis: Niſi cōuerſi facti fueritis ſicut puer iſte, Inſ.18.d
nō intrabitis in regnū cœlorū. Qui.n. iam conuerſus
factus eſt ſicut puer, ille eſt & pauper ſpiritu. Et qui
pauper eſt ſpiritu, ille cōuerſus factus eſt ſicut puer.
Et ſcdm teſtimoniū quidē Chriſti & Apoſtoli, pleni Rom.13.c
tudo legis dilectio eſt: tamen nutrix dilectionis hu-
militatis eſt, & totius mali odij materſuperbia. Ergo
totius boni initiū humilitas eſt, & totius mali ſuper-
bia. Deniq; & perditionis initiū à ſuperbia cœpit per
diabolū, initiūq; ſalutis ab humilitate per Xpm: pro-
pterea cōueniēter & oīm beatitudinū humilitatē fe-
cit initiū. Et quare nō manifeſtē dixit, Beati humiles
ſpiritu? Ego hūc potui tātūmodo rōnis inuenire co-
lorē, ut nō ſolū humiles oſtendat, ſed ēt indigentes M
humiles, q ſic ſunt humiles, ut ſemper adiutoriū dei
ſint mēdicantes. Vnde in Græco nō dicit, Beati pau
peres: ſed beati egeni, uel beati mendici. Nā pauper
eſt q anguſtiā quidē habet, non aūt tantā, ut mendi
care cogatur. Scdm quā differētiā & propheta dicit: Pſa.40.a
Beatus q intelligit ſuper mendicū & pauperē. Ergo
ideo dicit, Beati mendici ſpiritu, ut in ultima neceſsi
tate humiles oſtēdat. Si ergo dixiſſet, Beati humiles
ſpiritu, nihil amplius ſignificaſſet, q̄ humiles: nūc aūt
& humiles, & ſcdm fidē humiles, & intelligentes un-
de ſit adiutoriū hois: Sunt.n. multi naturaliter humi
les ſpiritu, & nō ex fide. Hi tales non pulſant adiuto-
riū dei. Qui aūt ſcdm fidem humiles ſunt, & intelligē
tes, dum nimis timent de ſe, adiutoriū dei pulſare nō
ceſſant. *Quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.* Quid.n.
aliorum uirtutes alias ſtudentiū, non eſt regnū cœ-
lorū? Etiam. Nam ſicut cætera uitia deponunt ad in
feros, maximè tamen ſuperbia, quia radix omnium
malorum ſuperbia eſt: ſic & oēs uirtutes inducūt in
regnum cœlorum, maximè tamē humilitas, quia ra
dix omniū malorū ſuperbia eſt: ſine dubio, & radix
omniū bonorū humilitas eſt: & quia proprium eſt,

A ut q ſe exaltat, humilietur: ſic & qui ſe humiliat, exal
Luc.14. & 18.c tetur. *Beati qui lugent.* Et q ſua quidē peccata lugent,
beati ſunt, ſed mediocres beati: beatiores aūt ſunt, q
aliena lugent peccata: quoniā qui aliena lugent pec-
cata, certū eſt quia non habent ſua, quæ lugeāt. Ta-
les conuenit eſſe doctores omnes, & qui ſunt ſuper
montē. Nam cum ſint omnes doctores populi Chri
ſtiani, patres q̄o poſſunt eſſe ſine luctu, cum uideāt
quotidie Chriſtianorū animas uſq; ad infernum ca-
dentes? Nam de angelis, qui exiturī ſunt ī fine ſeculi,
Ezc.9.b ut ſignent ſeruos dei, qui lugent de alienis peccatis,
ſic ſcriptum eſt per Ezechielē: Ite per Hieruſalem, &
ſignate omnes qui lugent ſuper iniquitates, q̄ ſiunt
in medio Hieruſalē. Hieruſalē enim uera eſt Eccle-
ſia Chriſti, cuius fundamenta ſunt in montibus ſan
ctis. *Quoniam ipſi conſolabuntur.* Si cōſolatio lugentiū
eſt ceſſatio luctus pœnæ: quoniā qui ſua lugēt pec-
cata conſecuti indulgentiam, conſolabuntur in ſecu
lo illo: qui aliena lugent peccata, q̄o in ſeculo illo
Ital.pecca tis. conſolabuntur? Nunquid deſinent de peccatoribus
ſlugere? Etiam. Quoniam quandiu ſunt in mundo,
B neſcientes prouidentiā dei, nec intelligentes ad ple-
num qui diabolo compellente delinquūt, & qui nō
ex propoſito malo diligunt mala, omnes peccantes
lugent, omnes à diabolo circumueniri & cogi putā
tes. Cum uerò in ſeculo illo prouidentiā dei cogno
uerint, & intellexerint manifeſtē, quoniā qui dei ſue
runt, perire non potuerunt: qui aūt perierūt, nō fue-
rūt dei, quia de manu dei nemo rapere poteſt: depo
ſito de eis luctu, conſolabuntur: & ſine miſtura ali-
cuius doloris, ī ſua ſola beatitudine lætabuntur. Nā
quandiu charitas eſt ſanctorū ad peccatores, & luc-
tus eſt. Ibi aūt nec charitas eſt ſanctorum ad pecca
Luc.16.e tores, nec luctus, ēt ſi propinqui fuerint: ſicut docet
parabola, ī qua diues dicit ad Abrahā: Pater Abrahā
miſerere mei, & mitte Lazarū, ut intingat extremum
digiti ſui ī aquā, & refrigeret linguā meā, qa grauiter
crucior in hac flamma. Nunqd miſertus eſt ibi Abra
Manſue tus quis. hā ſuper filiū ſuū ardentē? Nam qui fuerat epulator,
in qua parte corporis ſui plus peccauerat, id eſt in gu
la, in ea amplius torquebatur. *Beati manſueti.* Manſue
C tus.n. nec̄ iritat malum, neque iritatur à malo, nec̄
aduerſus eum prævalet cauſa peccati, neque aduer
ſus alterū aliquando ex illo naſcitur cauſa peccandi:
ſed magis cōtentus eſt iniuriam pati, quā facere: Nā
niſi contentus fuerit homo, ut noceatur, nūquā pōt
eſſe ſine peccato: quia ſicut & zizaniæ nunq̄ ſunt mi
nus in agro, ſic nō ſunt minus iritatores in mundo.
Ille eſt ergo uerē manſuetus, qui cū nocitus fuerit,
nec cogitat malum facere, nec facit. *Quoniam ipſi hæ*
reditabunt terram. Sine dubio terrā uiuorum, de qua
Pſal.26.b ſcriptum eſt, Credo uidere bona domini in terra ui-
uentium. Terra autem hęc, ſicut quidā dicunt, quā-
diu eſt in hoc ſtatu, terra eſt mortuorum, quia uani
tati ſubiecta eſt: cum autē liberata fuerit de corru-
ptionis ſeruitute, in libertatē gloriæ filiorum dei, ter
ra ſit uiuorum, ut immortales hæreditent immorta
litatem. Alterum exponentē legi, quaſi cœlū, in quo
habitaturi ſunt ſancti, dicatur terra uiuorū: q̄ quātū
ad noſtrā regionem inferiorem cœlū eſt, quantum
aūt ad illud ſuperius cœlū, terra dicitur. Alij dicunt,
quia corpus noſtrum terra eſt, & quādiu quidē ſub
iaceat morti, terra eſt mortuorū: cum autem fuerit
transformatū, & conforme factum corpori gloriæ
Chriſti, erit terra uiuorum, & hęreditabunt eam ęter
nam, æterni: & ſpiritualē & ſanctā, ſpirituales & ſan- D
cti. *Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam.* Eſurire & ſiti
re iuſtitiā, eſt deſiderare iuſtitiā dei. Vt ſiue faciāt ho
mines iuſtitiā dei, ſiue audiāt, nō quaſi inuiti audiāt,
uel faciant iuſtitiā dei, ſed ex deſiderio cordis: quo-
niā omne bonū, quod non ex amore ipſius boni fa
ciunt homines, ingratum eſt ante deū. Vnde domi
nus per Ioannē, nō omnes ſimpliciter uocabat ad
potū, ſed tantūmodo ſitientes dicens: Qui ſitit, ue- Ioan.7.f
niat ad me, & bibat. Aeſtimo quòd nō ſine ratione
eſurire dixit iuſtitiā & ſitire. Nunc ergo eſurit iuſtitiā,
qui ſecundū iuſtitiā dei deſiderat cōuerſari, q̄d eſt re
cti cordis. Sitit aūt iuſtitiā, q ſcientiā dei acquirere cu
pit, quā poteſt cōſequi ex ſtudio ſcripturarū, quod
eſt docilis uiri. *Quoniā ipſi ſaturabuntur.* Videlicet lar-
gitate remunerationis dei. Quoniā maiora erunt p̄-
mia dei, quā deſideria auara ſanctorū. *Beati miſericor*
des, quoniā, ipſis miſerebitur deus. Non tantū ille miſeri
cors eſt, qui miſeretur aut pauperi, aut pupillo, aut
uiduæ: hæc enim miſericordia & apud illos inueni-
tur frequenter, qui non cognoſcunt deum. Ille autē
uerus miſericors eſt, qui inimico proprio miſeretur, E
& benefacit ei, ſecundū quod ſcriptū eſt: Diligite ini- Luc.6.d
micos ueſtros, & benefacite eis, qui uos oderunt. Infrà.g
Nā & deus non ſolū ſuper gratos pluuiā dat, aut ſo
lē ſuū iubet oriri, ſed ēt ſuper ingratos. Vnde & ita di
cit. Eſtote miſericordes, ſicut & pater ueſter miſeri- Luc.6.e
cors eſt, &c. Et uerē beatus eſt ille talis, quoniam mi
ſericordia eius, ſiquidē non habet peccatū, quod dif
ficile eſt ī hominibus, proficit illi ad additamentum
iuſtitiæ: ſi autē habet, ad remiſsionē peccati quoniā
poteſt fiducialiter dicere, Dimitte mihi debita mea, Infr.6.b
ſicut & ego dimitto debitoribus meis. *Beati mundo*
corde, quoniam ipſi deum uidebunt. Dupliciter eſt uide
re deū, & in hoc ſeculo, & in illo. In hoc quidem, ſe-
culo, ſecundum quod ſcriptū eſt: Qui uidet me, ui- Ioan.14.
det & patrem meum. Mundo enim corde ſunt, qui
non ſolum non faciunt malum, nec cogitant: ſed ad
huc etiam qui omne bonū & faciunt ſemper, & co-
gitant. Quia eſt interdum facere bonum, & non co-
gitare, qui non propter deū faciunt bonum, & tale
bonum non remunerat deus: quia non remunera F
tur à deo bonum quod fit, ſed id quod bene fit. Qui
autem pp deum facit bonum, ſine dubio & cogitat
bonū. Qui ergo omnē iuſtitiā facit, & cogitat mēte
ſua, deum uidet, quoniā iuſtitia figura dei eſt. Deus
enim iuſtitia eſt. Secundum ergo quod eripuerit ſe
quis à malis, & fecerit bona: ſecundum illud & deū
uidet, aut turbulentē, aut mundē, aut modicē, aut,
amplius, aut ex parte, aut pfectē, aut iterdū aut ſem-
per aut ſcdm poſsibilitatē humanam. Hoc ipſo mo-
do & qui malē agit, & cogitat, diabolū uidet: quia
omne malum diaboli eſt figura. In ſeculo autē illo
hoc modo mundi corde deū uidebūt facie ad faciē,
iam nō per ſpeculum in ænigmate ſicut hic. *Beati pa* 1.Co.13.d
cifici, quoniam filij dei uocabuntur. Pax eſt unigenitus Pacifici
deus, de quo dicit Apoſtolus: Ipſe enim eſt pax no- qui.
ſtra. Qui ergo pacē diligunt, filij ſunt pacis. Pacifici Ephe.2.c
aūt nō ſolū dicuntur, qui inimicos in pace reconci-
liant: ſed etiam illi qui immemores ſunt malorū, ipſi
diligunt pacem. Multi enim ſunt qui aliorum qui-
dem inimicos libenter in pace reconciliant, & ipſi
inimicis ſuis nunquam ex corde reconciliantur. Iſti
tales, illuſores ſūt pacis, nō amatores. Pax.n. illa bea
ta eſt, q̄ in corde poſita eſt, nō in uerbis. Vis cogno- Ibonæ.

G scere qui est uerè pacificus? audi prophetā dicētem: Cohibe linguā tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolū: id est, lingua tua malū sermonē non dicat. Sicut.n. ignis de modica scintilla magnū conflat incendium: ita & sermo malus de leui occasione magnam succendit inimicitiā. Illius labia dolū loquuntur, qui pacem portat in labijs, & malitiam seruat in corde. Si Christianus es, aut quod loqueris, hoc cogita: aut quod cogitas, hoc loquere. Diuerte à malo, & fac bonū. Non dixit, noli accedere ad malum, sed recede à malo. Ille aūt iubetur recedere, qui accessit. Sciens ergo misericors deus incontinentiā nostram, quoniam si dixisset, noli accedere ad malū, aut pauci, aut nullus hoc poterat adimplere: nā penè oēs homines parati sunt ad malū, ideo sic dicit: Bonum quidē fuerat, si nec accederes ad malum: si aūt ꝯsi homo naturę carnalibus motibus excitatus accessisti ad malum, saltem uel propter considerationem diuini timoris recede à malo. Quoniam accedere ad malū, forsitan secundum carnem humanæ infirmitatis est: permanere aūt in malo, & exequi
H malū, malignitatis est, & nō infirmitatis. Inquire pacem, & sequere eam. Non dixit, si te pax sequatur, su scipe eam: sed, & si te fugerit, sequere eam. Vtputa si (quod humanū est) cū aliquo feceris litē, si quidem ille te prius inuitat ad pacem, pax te sequitur, cum gaudio susципe eā. Quòd si ille quasi malus permanet in malo, pax absconditur ab oculis tuis, tu quasi filius pacis pulsa ianuam pacis, & hoc est inquirere pacem. Nec dicas, ille mihi prior iniuriam fecit, & prius me debet rogare. Gloriosior es tu, si nocitus pacem petieris, q̄ si uindictam desiderares. Quære ergo pacē, ut inuenias præmium pacis. *Beati enim pacifici, quoniam filij dei uocabuntur. Beati qui persecutionē patiuntur propter iustitiam.* Non dixit, beati qui à Gentibus persecutionum patitur, ne putes illum solum beatū, qui persecutionē patiuntur propter idola nō colenda. Ideo & qui ab hæreticis persecutionē patitur, pp ueritatem nō relinquendam, beatus est: quia propter iustitiā patitur. Gentiles.n. Christum denegant, hæretici aūt ueritatem Christi. Qui aūt ueritatem Christi denegat, ipsum denegat Christū, Christus enim ueritas est. Et ideo hæretici, qui non propter Christum persecutionem faciūt, sed propter ueritatem Christi, in prima facie Christiani uidētur, reuera aūt gentiles sunt. Non solum hæreticus, sed et si aliquis ex potentibus, qui uidentur esse Christiani, forsitan propter peccata sua correptus, factus fuerit tibi inimicus, & persecutus te fuerit, beatus es cum
Isa.14.a Ioanne. Nam & Ioannes Baptista nec̄ pp gentilitatem, nec̄ propter hæresim interfectus est, sed quia corripiebat Herodem propter adulteriū eius. Sed & oēs prophetę nec̄ à Gētilibus regibus, sed à suis occisi sunt: non propter gentilitatē, sed quia corripiebant eorum peccata. Si autē qui à suis ipsis propter causam dei aliquid patitur, non habet mercedē, nec prophetæ habuerūt. Si aūt uerum est, quòd prophetę martyres sunt, sine dubio & qui pp causam dei aliquid patitur, etsi à suis patitur, mercedem habet. Ideo non posuit scriptura personas persequentium, sed solam causam persecutionis, ut tu non aspicias quis te persequitur, sed ut quid te persequatur. Quid ergo, si quis te persecutus fuerit, nō propter causam dei, sed propter priuatam rem? utputa, ut auferat aliquam rem tuam: ille quidē qui te sine causa est persecutus, reus est: tu autem beatus non es, quia non pp K
iustitiam persecutionem passus es, sed propter priuatam causam. Planè si uolueris illud implere, quod dictum est: Qui te percusserit ad maxillam unam, præ Infr.s.te
be illi & alterā: & qui uult auferre q̄ tua sunt, noli ue Luc.6.c
tare, tunc uerè beatus es: quoniam etsi ab initio nō propter causam dei persecutionē patiebaris, posteà tamen aut damnum, aut iniuriam passus es propter deum. Si aūt restiteris ēt cum peccato, & nō potueris pati, beatitudinis perdidisti mercedem. *Beati eritis, cum uos exprobrauerint homines.* Postquam locutus est de persecutionibus sustinēdis, tanq̄ si respondeat quis ad deum: Domine, quid si persecutionem quidem passi non fuerimus propter te, uel propter iustitiam tuam, in opprobrium aūt uenerimus, & in blasphemiam hominū iniquorū? Beati, inquit, eritis, nō solum cū persecutionē passi fueritis, sed ēt cum uos exprobrauerint homines. Ecce multi homines propter causam quidem dei fiunt nobis inimici, sed nō apertè nos persequuntur, forsitan quia nec possunt, tamen circumeuntes omnia, blasphemāt nos, & dicunt de nobis q̄ sunt probrosa. *Beati eritis, cum uos ex* L
probrauerint homines, & dixerint omne uerbum malum aduersum uos, mentientes propter me. Sicut.n. uerū est, Inf.10.d
quoniam qui calicem aquæ nobis porrexerit, merces eius nō perit: sic qui uel unius leuissimi uerbi nobis iniuriam fecerit, anima nostra uacua non erit à mercede. Vt ergo blasphematus sit beatus, duo hęc conuenire debent: Vt mendaciter blasphemetur, & propter deū blasphemetur: alioqui si unum defuerit, iam nō est beatitudinis merces. Vtputa si quis dixerit de te quod est turpe mendaciū, sed nō propter causam dei, sed pp priuatam aliquam inimicitiā dolens, ille quidem peccauit, tu aūt mercedem iustitiæ nō habes: nisi fortè cū possis reblasphemare, non reblasphemasti propter iustitiam dei: aut cū possis te reuindicare, non reuindicasti: & tunc beatus es, & causa priuata facta est tibi causa dei. Quòd si propter causam quidē dei blasphematus es, tamen qd dictum est de te malum, uerū est: iterum non es beatus, quia uerum dictum est de te: & illa blasphemia pertinet tibi non ad mercedem iustitiæ, sed ad uindictam peccati. Ideo utrunq̄ posuit, & mentientes, & M
propter me. *Gaudete & exultate.* Quare? *Quia merces uestra multa est in cœlo:* Ponderate confusionem terrenam cū gloria cœlesti, & uidete si non multò leuius est, quod patimini super terrā, q̄ quod expectatis in cœlo. Sed fortè dicis, Quis potest blasphematus mē daciter, non dicam gaudere, sed uel magnanimiter ferre? Quisquis uana gloria nō delectatur. Qui enim concupiscit quæ in cœlo sunt, opprobria non timet in terris: nec cogitat quid loquantur homines propter ipsum, sed quid iudicet deus de ipso. Qui enim lætatur de laude hominū, & quantum lætatur, tantum contristatur: ille & de uituperatione hominum contristatur, & tantū contristatur, quātum lætatur. Qui aūt de laude hominū non extollitur, nec de uituperatione humiliatur. Vnusquisq̄ ubi gloriā quærit, illic timet cōfusionem. Qui gloriam quærit in terris, confusionem timet in terris. Qui aūt gloriam nō quærit, nisi tantūmodo apud deum, ille non timet confusionem, nisi tantūmodo dei. Si miles periculū belli sustineꝛ, dum sperat uictoria ꝛprædam: quantò ꝛin corpore.
magis uos opprobria mundi non debetis timere, q̄ regni cœlestis præmium expectatis?

A *Homilia.x. ex cap. quinto*

Os estis sal terræ: quòd si sal euanuerit, in quo salietur? &c. Quasi interrogantibus apostolis, ad quos sit omnia ista locutus, utrū generaliter ad populū, aut ad ipsos: uolens ostendere quoniam ad ipsos præcipuè hæc loquebatur, addit, uos estis sal terræ. Hoc quod dicit, uos estis sal terræ, ad illud respicit, quod superius dixit: quia doctor oibus uirtutibus debet esse ornatus. Debet esse pauper, ut auaritiā libera uoce castiget. Debet esse semper suspirās & lugēs, siue sua, siue aliena delicta, ut cōfundat eos, qui nec peccare dubitant priusquā peccent: nec postquā peccauerūt tristātur, quia peccauerūt. Ideo suspiret & plangat, ut p hoc ostēdat, qa grauis & periculosus est mundus iste fidelibus. Debet esuriens & sitiens esse iustitiā, ut pigros circa opera bona, uel le
ꝛuel lectione fidei, uel ctionē, fiducialiter uerbo dei, aut ꝛincrepationis flagello ualeat excitare, magis exēplo suo, q̄ uoce. Debet esse māsuetus, ut magis indulgēdo q̄ uindicādo regat ecclesiā: ut magis ametur, q̄ timeatur. Debet esse misericors alijs, sibi aūt austerus, ut sibi quidē grau
B pondus iustitiæ ponat, alijs aūt leue. Debet esse mūdo corde, ut nō solū nō se immiscеat circa negocia secularia, sed nec cogitet de mūdo. Sicut.n. oculus, quantò mundior fuerit, tantò longius uidet: sic & aia, quantò longius fuerit à solicitudine mundiali, tanto amplius deo proximior est. Cuius aūt cordis oculus mundū aspicit, illius mens nō potest deū uidere. Sit aūt pacificus, ut tota ecclesia eius, quasi una sit aia. Vbi aūt cōcordia nō est, nec oratio illic exauditur, nec oblatio suscipitur: qa nec ibi est deus, ubi discordia dominatur. Debet aūt & paratꝰ ad passionem esse, nō uana desideria martyrij habēs, sed constantiā fidei martyribus dignā. Nā quantū ad sapientes, & miles nō ille paratus dicitur ad bellū, qui cōcupiscit exire, sed qui potens est exire. Si ergo oibus his uirtutibus fuerit ornatus, tunc est quasi optimū sal, & totus populus de illo conditur, magis uidēdo eū, q̄ audiendo. Nā prima doctrina est uidere bonū, secunda aūt audire. *Vos estis lux mundi.* Dū consideramus quod opus est salis, quod lucis: admonet nos, ut quæramus ob quā causam Apostoli sali sunt cō-
C parati, ob quam aūt causam luci. Salis opus est, rē in
Salis opatio. eo statu tenere, in quo inuenerit eam, ut ad deterius eam mutari non sinat, ad melius aūt perducere nō
Lucis opus. potest. Vtputa tenet carnē ne putrescat, putridā aūt nō potest tenere incorruptā. Lucis aūt opus est, ipsas soluere tenebras, & ea quæ fuerūt in tenebris, illustrare: sic & apostoli, cæteriq̄ doctores, sal qdē sunt populi Christiani iam cognoscentis deū, seruātes eū in ipsa agnitione dei, & sanctitate, id est terræ cultę, quæ iā uerbo crucis, quasi uomeri, aratroq̄ subiecta est. Lux aūt sunt Gentiū, producentes eas ad scientiæ lumē, uel cæterorū qui fortè in ecclesia ceciderūt in tenebris peccatorum. Item bona conuersatio sacerdotis sine uerbo, tenet quidem sanctos in sanctitate per suū exemplū, adducere aūt ignorantē ad scientiā ueritatis nō potest. Itē uerbū quidē ignorantē ad ducere ad scientiā ueritatis, & sine cōuersatione bona potest: tenere aūt i fide uel sanctitate, absq̄ bona conuersatione nō potest, magis aūt & scādalizat: sicut in sequentibus ostendemus. Ergo propter bonā conuersationē suā sacerdotes sunt sal, quoniā bona cōuersatio sacerdotū conditura populi est. Propter uerbū aūt doctrinæ lux, quoniā uerbū, ignorantiæ lumen est. Prius aūt uocauit eos sal, postea aūt lux, D
aut quia prioris loci est seruare quos habes, secundi aūt uocare quos nō habes. Aut quia prius est bene uiuere, secundū aūt bene docere. Nā per bonā conuersationē ascenditur sine dubio ad scientiā: à scientia aūt nescio si ad bonam conuersationē omnimodo ueniatur. Propterea scientes quidem, sine timore dei Nota.
multos uidemus: timētes aūt deū, sine scientia nullū uidemus. Aut quia propter Iudęos priores dicti sunt sal, nō adducentes eos ad scientiā dei, sed condiētes ipsos in ipsa scientia. Lux aūt propter gentes, in secundo loco uocatas: Ideo & per comparationē cōgruā introducens addidit, dicens: *Non potest ciuitas abscōdi supra montem posita.* Quāuis enim ipsa uoluerit esse uelata: ꝛmons ipse qui portat eam, facit eam omnibus ꝛcelata.
manifestā: sic & apostoli, & sacerdotes, qui fundati sunt in Christo mōte excelso, nō possunt esse absconditi: etsi uoluerint se abscondere, Christus ipse manifestat eos, qui baiulat eos. Quæ est hæc ciuitas? Ecclesia est sanctorū, de qua dicit propheta: Gloriosa Psal.86.a
dicta sunt de te ciuitas dei. Ciues aūt eius sunt oēs Eph. 2.d
fideles, de qbus dicit apostolus: Vos estis ciues sctōrum, & domestici dei. Turres illius sunt prophetę, de Ps. 121.b
quibus dictū est: Fiat pax in uirtute tua, & abūdātia in turribus tuis. Sicut.n. de turribus iacula cōtra oēs hostes iactātur: sic de propheticis libris, cōtra uanas Gentiliū fabulas, & cōtra insanas hæreticorū disputationes salutaria ueritatis proponuntur exēpla. Portæ aūt eius sunt Apostoli, de quibus dictū est: Diligit Psa. 86.a
dominus portas Sion, super oia tabernacula Iacob: Quia per illas totus populus intrat ad fidē. Muri aūt illius sunt sacerdotes, cęteriq̄ doctores, de qbus dicit propheta ad hanc Hierusalē spiritualē: Et alienigenæ Esa.60.b
ædificabūt muros tuos: Quoniā ex Gētibus uocati, facti sunt sacerdotes, & gubernatores ecclesiæ. Sicut enim muri oēm Gentiliū & hæreticorū impetū ipsi susципiūt, qui tanquā arietibus quibusdā, sic assiduis persecutionibus feriunt clerum, ideſt murū ecclesię. Et sicut mortiferas sagittas, sic insana uerba puerſæ
ꝛ cogitatiōis eorū, de impia cordis pharetra procedē ꝛ *confessionis*
tia, doctores quasi lapides uiui susципiunt, & fidei uir ꝛ *confringunt.*
tute cōstringunt. ꝛHæc ergo ciuitas posita est super montē: id est apostoli, prophetæ, cæteriq̄ doctores ędificati in Xpo. Mōs.n. Xps est, de quo ait Daniel: Ec
F ce lapis excisus est sine manib. & factus est mōs ma- Dan. 2.g
gnus, & occupauit totā terrā. Nūc p alterā cōparationē uult ostēdere, quare sāctos suos ipse Xps manifestat, & nō sinit eos esse absconsos. Id est, *quia nec qui accēdunt lucernā, ideo eam accēdunt, ut ponāt sub modio, sed super cādelabrum, ut luceat omnib. qui in domo sunt.* Qui sunt accēsores lucernæ? Pater, & filiꝰ. Quæ est il- Ps.118.o
la lucerna? Verbū diuinū, de quo dictū est: Lucerna pedib. meis uerbū tuū. Vt luceat: id est, appareat, & illuminet, q̄ sunt uel i domo ecclesiæ, uel i domo omniū mundorū: Quod est cādelabrū? Ecclesia, q̄ baiulat uerbū uitę. Cōsequēter dicit & Paulus: Inter quos lucetis sicut luminaria i sęculo, uerbū uitę cōtinētes. Phili.2.b
Consequēter & oīs ecclesiasticus uir, habēs uerbum dei, dicitur candelabrū. Modii aūt sunt hoies mūdiales, uacui à deo, & ab oibus q̄ sunt dei. Dicūtur autē modii, quoniā sicut modii desup quidē uacui sunt, desubtus aūt pleni. Sic oēs mundi amatores & carnis, in spiritualibus quidem & diuinis quæ superiora rectè esse dicuntur, uacui sunt & insensati: in inferioribus autem, id est in mundialibus, & terrenus ali-

Quatenus pleni uidẽtur & sapientes. Propterea, sicut i modio si uolueris aliqd reponere, necesse est ut cadat deorsum ad iferiora eiº, & tenebrosa: sic hoĩ carnali, & mũdiali, & uacuo, si dixeris aliqd qđ est dei, nõ illud tenet in superiore parte mentis suæ, aut cordis: nec portat illud in ore, sed cõfestim cadet de mẽte eius & corde deorsum in terrena, & tenebrosa, ut nec illi prosit nec aliis. Si aũt & aliqua tentatio facta fuerit pp uerbũ ueritatis, statim reuersatur i terrã, & aspicies terram quasi modius, uerbum dei sub se tenet absconditũ. Reuersatus est.n. & aspiciẽs terrã, & abscondens uerbũ sub se, quando pp aliquã causam terrenã nõ est ausus palã proloqui fidei ueritatẽ, aut iniurias ⌜carnales timẽs, aut mortẽ, aut damna, aut cætera q̃ obstruunt carnales homines, ut uerbũ qđ crediderunt, liberè non audeant profiteri. Nũc autẽ sciens, quoniam ille est laudabilis doctor, q facit qđ docet, addidit & dicit: *Sic luceat lux uestra corã hominibus, ut uideant opera uestra bona, & magnificent patrem uestrum, qui in cœlis est.* Id est, sic illuminate, docete, non ut uerba uestra tantummodo audiant hoies, sed ut opa uestra bona uideãt, ut quos illuminaueritis p uerbum quasi lux, cõdiatis per exẽpla operũ uestrorum, quasi sales. Quoniã q docet, & facit qđ docet, uerè ille docet: q aũt nõ facit quod docet, nõ alium docet, sed seipsum cõdemnat. Et melius est facere, & non docere: q̃ docere, & nõ facere. Quoniam qui facit etsi tacuerit, aliquos corrigit suo exẽplo; qui autem docet, & non facit, non solũ neminem corrigit: sed adhuc multos scãdalizat. Quis.n.nõ moueatur ad peccãdum, cũ uiderit ipsos doctores pietatis peccantes? Ergo p illos quidẽ doctores q docent & faciũt magnificatur deus: per eos autem qui docẽt, & nõ faciunt, blasphematur. Vtputa, si bene doceãt sacerdotes, & melius uiuãt, uidentes Gentiles dicũt: Benedictus deus, q tales habet seruos. Verè.n.eorũ deus, uerus est deus. Nisi.n.ipse esset iustus, nunq̃ populum suum circa iustitiam sic teneret. Nã disciplina domini ex moribus familiæ demonstratur. Nõ sicut nostri philosophi, q magna loquuntur, & nec modica faciũt. Si aũt bene doceant, & malè conuersentur, uidentes dicũt: Qualis est deus eorũ, qui talia agũt? Nunquid sustineret eos talia facientes, nisi consentiret operib. eorum? Patres nostri, sicut illi existimant, idola colentes, oẽm iustitiam seruauerũt: isti autem glorioſos loquuntur sermones, & ignominiosa opa faciũt. Vides qũo deus p malos Christianos blasphematur? Nec potest dominus bonã opinionem habere, qui malam familiam habet. Vnde dictum est ad populum dei: Nomen.n. dei per uos blasphematur inter Gentes. *Nolite putare quia ueni soluere legem, aut prophetas.* Propter duas causas dicit non se uenisse ut solueret legẽ, sed ut adimpleret. Primũ, ut discipulos suos, quos oĩbus bonis operib. adornatos esse debere suprà docuerat, his uerbis ad suũ prouocaret exẽplum: ut quẽadmodum ipse oẽm legem implebat, sic & illi oĩa etiam minima legis festinarent implere. Deinde quia futurum erat, ut Iudęi calũniarentur eũ in sabbatis operantem, & leprã tangentem, quasi soluentem legem: ideo priusquã incurrat in calumniã, calumniatorib. satisfacit, dicẽs: Nolite putare qa ueni soluere legẽ, aut prophetas: non ueni soluere, sed adimplere. Lex & prophetæ duo hæc agunt. Et de Xpo prophetizant, ⌜& legẽ uiuendi cõstituunt: quæ utraq; Xps impleuit. De se quidem sic, quãdo natus est, & uocatus est Emmanuel: quãdo circũcisus est: quando pſentatus est in tẽplum, & oblatum est pro illo sacrificiũ. s. duo turtures, aut duo pulli columbini: quãdo in Aegyptum fugit, legẽ adimpleuit: quando in Nazareth cõuersatus est: quãdo cũ asino in tẽplum ingressus est: quãdo à pueris laudatus est: quãdo crucifixus est inter iniquos: quãdo felle & aceto potatus est: quando in manib. patris suũ spũm commendauit: quando uestimẽta suа diuidẽda reliquit: quãdo descẽdit ad inferos, & uisitauit oẽs dormientes: quãdo ascẽdit in ſtrepitu: quãdo sedit ad dexterã patris: quando adhuc uenturus est uocans terrã à solis ortu usq; ad occasum: quãdo sederit in ualle Iosaphat, & iudicauerit oẽs gẽtes, adimplet prophetias. Quia nisi hæc facta fuissent, mẽdaces erant prophetæ: nũc aũt oẽs impleti sunt, & adhuc implebuntur, cùm ſtellæ ceciderint, cũ sol tenebratus fuerit, cùm luna sanguineo colore mutata fuerit, cũ cœlum plicatum fuerit, sicut liber. Secundum aũt modum uiuendi, legem impleuit duob. modis. Primũ exteriores qdem legis figuras soluens, interiores aũt ueritatẽ eius adimplẽs. Vtputa, in lege p̃cepit omne opus seruile in sabbato quẽquam facere nõ debere, ꝑterq̃ quod fit omni animæ. s. quod est necessarium uitæ humanæ: hoc figurale est, qa sicꝛ deus in sabbato cessat ab opere. Spiritualiter secũdum euangelij ueritatẽ, opus seruile peccatũ est. Quoniã oĩs qui facit peccatum, seruus est peccati. Omne aũt opus bonũ nõ est seruile, sed liberale, & pro animæ fit libertate, licèt uideatur ipsum opus i prima facie corporale. Vides ergo qa Xps sabbatis operãs adimpleuit legem, non soluit: manifestauit, nõ occultauit? Item in lege fuerat scriptũ, lepram tãgere non oportere. Hoc figuratum est. Lepra.n. intelligitur peccatum. Christus ergo tangens lepram, nõ soluit legẽ, sed adimpleuit. Mundans.n. leprosum, iustitiã operatus est, nõ peccatum. Et per hoc iustitiã tetigit, nõ peccatũ, quod est uerè lepra. Nã ille q peccatum nõ fecit, nec dolus inuentus est in ore eius: certũ est qa nunq̃ tetigit lepram: id est, peccatum. Meritò ergo dicit, donec oĩa fiant. *Amen dico uobis, donec transeat cœlum & terra, iota unum, aut unus apex nõ præteribit à lege, donec omnia fiant.* Quoniam q̃ ab initio mundi usq; ad finẽ erant futura, eorũ mysteria sunt prophetata in lege, ut ne uideatur aliqd eorum q̃ fiunt, deus anteà nõ cognouisse: propterea dicit, nõ põt fieri ut trãseat cœlũ uel terra, donec oĩa q̃ in lege prophetata sunt, rebus ipsis fuerint adimpleta. Ingenuus homo, si uel in uili mẽdacio iuentus fuerit erubescit: & qũo deº qđ promisit in lege nõ faciat, aut aliter faciat? Vir sapiẽs, qđ dixerit, uerbum suũ nõ relinquit uacuũ: & qũo uerba diuina sine exitu uacua poterũt remanere? Deus hoĩem punit, si quod docet alium, ipse non fecerit: qũo Xps, quod locutus est in prophetis nõ adimpleuit in ope? Deinde impleuit legem in minimis istis. *Si quis soluerit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno cœlorum.* Sed primùm uideamus, q̃ sunt ista minima mandata. Et alij quidem aliter interpretati sunt, alij aũt aliter. Puto autem ipse dominus manifestè ostendit q̃ sunt, dicens demonstratoriè: Siquis soluerit unum de mandatis istis minimis: id est, quæ modò dicturus sum. Nã talis est mos loquendi in scripturis, q̃ post modicum dicturi sunt, quasi iam dicta demonstrantur. Sicut est ibi, Audite hæc omnes gentes. Quæ hæc, nisi quę

⌜ inuidias.

Nota.

Exo. 20. b.

⌜ quia nec

Ioan. 8. d

Leui. 13. d

Infr. 8. d.

Esa. 53. c

Esa. 52. b

Exo. 6. et 24. a

⌜ al. baptizant.

Psa. 48. a

in sequẽtibus uersiculis erat dicturus? Mãdata igitur Mosi i actu facilia sunt, Nõ occides, nõ adulterabis: & ideo i remuneratione modica, in peccato aũt magna. Mandata aũt Christi: id est, neq; irascaris, neque concupiscas, ipso actu difficilia sunt, & ideo in remuneratione magna sunt, in peccato aũt minima. Quo modo aũt abstinere ab homicidio, aut adulterio facile est, patet. Ipsa.n. criminis magnitudo uoluntatẽ faciendi repercutit, & ideo nõ habet laudẽ qui abstinet se ab illis, quia non est labor abstinere se ab illis. Nã oẽ malũ, quanto grauius crimen est, tantò leuius uidetur ad non faciendũ, & grauius facit peccatũ, si fuerit factũ. Nõ irasci autem difficile est in actu, quia dũ leuis culpa putatur, non facilè seruatur à multis. Et multũ laboriosum est posse non irasci, quia naturaliter in hoibus iracundia est plantata, & ideo in remuneratione magna sunt: quia difficile est & laboriosum abstinere ab eis. Propterea, & si iratus fuerit homo, aut cõcupierit, est quidẽ peccatũ, quia malũ est: nõ tamẽ est graue peccatũ, quia difficile est abstinere ab eis. Ergo minima mandata ista dicit Christi mandata, Non irascaris, nõ concupiscas. Quę in obseruando quidẽ magna sunt, in peccãdo aũt minima uidentur, quantũ ad hoies negligẽtes. Ergo illi, qui leuia peccata cõmittũt, minimi sunt i regno dei: id est, qui iratus fuerit, & iratus grande peccatũ nõ fecerit in actu, à pœna quidem securus est, non tamẽ est in gloria: quia etsi nihil tale cõmittit, tamẽ quia secutus est irã suã, & non illam represit in corde suo, peccauit. Vnde iubet nos propheta, si irati fuerimus, ut cõpuncti in cordibus nostris iracundiã reprimamus, sciens quoniã si per iracundiã uel leuiter peccauerimus, peccatores sumus. Itẽ qui concupiscit, etsi non fecerit, peccauit. Quare? Quia uel oĩno uoluit. Qui ergo doctor est, si ab oĩbus abstinuerit, magnus est si autem uel leuia hæc peccauerit, nihil illi prodest sacerdotalis dignitas eius: sed proiectus à primo ecclesiastico choro, sit inter eos qui nec i pœna sunt, quia nõ fecerunt graue peccatũ: non tamẽ sunt in gloria, quia peccati rugam aut maculam susceperunt.

Homilia. xi. ex cap. quinto.

Si abundauerit iustitia uestra plus quàm Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Scribarum & Pharisæorum iustitię, sunt mandata Mosi: impletiones aũt mandatorum illorũ, sunt mandata Christi. Hoc est ergo quod dicit, Nisi quis supra legis mandata, & hæc mea præcepta quæ apud illos minima existimabãtur, impleuerit, nõ intrabit in regnũ cœlorũ: quoniã illa, sicut diximus, de pœna quidẽ liberãt, quæ scilicet transgressoribus legis debetur, non ãt introducunt in regnũ: hæc aũt & de pœna liberant, & in regnum introducunt. Cũ autẽ sit idipsum soluere minima hæc mandata, & non custodire, quare suprà quidẽ de soluẽte dicit: Qui soluerit unũ de minimis istis, minimus uocabitur in regno dei, ostendens eũ etsi minimũ esse, tamẽ in regno esse: hic aũt de nõ conseruante dicit, Nisi abundauerit iustitia hoĩs Christiani plus q̃ Scribarum & Pharisæorum, nõ intrabit in regnum cœlorum. Qui enim nõ intrabit in regnũ cœlorũ, extra regnum erit. Sed uide, quia minimum esse in regno, idipsum est & non intrare in regnũ. Esse enim aliquẽ in regno nõ est, & regnare cũ Christo, sed esse tantũ in populo Christi. Tanquam si dicat: Qui soluerit & docuerit sic, inter Christianos quidem erit, tamen minimus Christianus, uel cum minimis Christianis. Qui aũt intrat i regnũ, fit particeps regni cũ christo, sicut & alibi dicitur bono seruo: Intra in gaudiũ domini tui: hoc est, ut simul gaudeas cũ domino tuo. Consequenter & iste qui non intrat in regnum cœlorum, gloriam quidẽ regni cœlorum non habebit cũ Christo, erit tamẽ in regno cœlorũ: id est, in numero eorum, super quos Christus cœlorum rex regnat. Nunc iam incipit ostẽdere, & docere quæ sunt minima ista, quorũ solutionẽ prædixerat esse piculosam. *Scitis, inquit, quia dictũ est antiquis, non occides: ego autẽ dico, si quis iratus fuerit fratri suo sine causa, reus erit iudicio.* Hæc impletio legis secundũ modũ uiuẽdi secunda facta est. Faciens enim hæc Christus, & docens, impleuit legẽ, non soluit. Non enim est Christi mandatum contrariũ legi, sed latius q̃ lex. Mandatũ Christi legem in se tenet inclusam, lex aũt non tenet Christi mandatum. Qui ergo implet Christi mandata, tacitè in eis implet & legis. Nã qui non irascitur, multò magis nec occidit: qui autẽ implet legis mandatum, non oĩno implet & Christi: Frequenter enĩ & homo non quidẽ occidit propter timorẽ uindictæ, tamen irascitur. Vides ergo, quia lex impleta est per gratiã, non sublata? Deinde sine mandatis his Christi nec possunt stare legis mandata. Nam si cõcedatur licentia irascendi, datur & causa homicidij faciẽdi. Ex ira enim homicidiũ generatur. Tolle aũt iram, & homicidium non fit. Omnis enim qui irascitur sine causa, quantũ ad uoluntatẽ suã homicidiũ facit, etiãsi non facit propter metum. Ideo dolor quidẽ non est talis, quemadmodũ si factum fuisset, peccatum autẽ tale est irascẽtis. Ideo Ioãnes in canonica sua epistola dicit: Qui odit fratrem suum sine causa, homicida est. Vide sapientiã Christi. Volens ostẽdere, quia ipse est deus, qui aliquando locutus est in lege, & qui nunc mandat i gratia, illud mandatũ quod ante oĩa mandata posuit in lege, illud ipsum mandatum posuit, & nunc in principio mandatorum suorũ. In primis scriptum est in lege, nõ occides. Ideo hic statim ab homicidio cœpit, ut per concordiã mandatorũ, ipse inueniatur dictator fuisse legis, & gratiæ. *Qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio.* Ergo qui cũ causa irascitur, nõ erit reus. Nã si ira nõ fuerit, nec doctrina proficit, nec iudicia stãt, nec crimina compescuntur. Iusta ergo ira, mater est disciplinę. Itaq; nõ solũ ⌜non peccant, qui cum causa irascuntur: sed è contra, nisi irati fuerint peccant: qa patiẽtia irrationabilis uitia seminat, negligentiã nutrit: & non solũ malos, sed etiã bonos inuitat ad malũ: quia malus quidẽ, quanuis incorreptus ⌜fuerit, non emendatur: bonus autẽ nisi correptus fuerit, perit: quia in corpore ⁎magis prævalet malum q̃ bonum. Iracundia, quæ cũ causa est, nõ iracundia est, sed iudiciũ. Iracundia enim propriè intelligitur cõmotio passionis. Qui autẽ cum causa irascitur, ira illius iã non ex passione est, sed ex causa. Ideo iudicare dicitur, non irasci. Puto autẽ, quòd nõ de iracũdia carnis loquitur Christus, sed de spiritu. Nec ad carnẽ loquitur, sed ad aĩam, sicut & i sequentibus ostẽdemus. Scit enim dominus, quia etsi mandauerit carni, caro ei nõ obaudiet. Nec enim est possibile, ut caro nõ cõturbetur: quia sapiẽtia carnis inimica est in deũ. Legi enim dei non est subiecta. Nec enim potest, dicẽte Iob, homo natus de muliere, plenus iracundia nõ irasci. Quando ergo homo irascitur, & nõ uult facere quod ira cõpellit, caro eius ira-

Infr. 25. b

Exo. 20. c

⌜ al. deest non.

⌜ correptus.

⁎ corde. Iracũdia

1. Ioan. 2. b. & 3. c.

Exo. 20. c

Rom. 8. b

Iob. 13. a

G ta est,animus aũt eius nõ est iratus.Ergo multi sunt quorum caro irascitur,anima aũt non irascitur.Item multi sunt,quorum caro nõ irascitur,aia aũt eorum irascitur:id est,q uidentur patiẽtes & taciti,& occultẽ cogitant malum, & semper q̃runt opportunitatẽ nocendi. *Siquis dixerit fratri suo,racha,sine causa: reus erit concilio.*Id est,ut sit unus ex cõcilio eorum, q aduersus Christum fuerunt,sicut apostoli in canonicis suis interpretantur. *Siquis autem dixerit,fatue,reus erit*
Racha. *gehennæ.*Racha qdem dicitur Hebraicè uacuus, quãtuis quãtùm ad sensum uerbi, unum est dicere fatue, & racha.Nã q uacuus est,ille fatuus est:& qui fatuus est,sine dubio uacuus est,& utriusq; uerbi una uidetur eẽ iniuria. Nã sicut ídigna res est illi dicere fatue, q habet in se sapientiã ,spiritualẽ, in agnitione dei patris & Xpi:sic indigna res est, dicere hoiem uacuum, qui habet in se spiritum sanctũ. Nã nemo dicitur uacuus,q habet in se spiritũ sanctum. Et nemo fatuus, qui Xpm cognoscit.Et quare illud qdẽ uerbũ , id est Racha,habet pœnam cõcilij:hoc aũt uerbũ, Fatue, gehẽnæ?Nam si unum peccatum est,una debet esse
H & pœna amborum. Sed quantum ad dicentis propositum,differentiã iam habẽt hæc uerba, etsi quantũ ad sensum similia sunt. Racha.n.uulgare uerbum erat apud Iudæos,quod nõ ex ira,neq; ex odio , sed ex aliquo motu uano dicebãt magis fiduciæ causa, q̃ iracundiæ.Nã unaquæq; pro uincia habet in cõsuetudine aliqd exprobratorium uerbum, qd non rixæ causa, sed familiaritatis gratia dicere solent ad eos, quorum fiduciam habẽt:Vtputa patronus susceptο liberto suo,aut diues pauperi , aut urbanus rustico, contẽnens psonã eius,magis q̃ inimicans . Sed fortè dicis,si racha iracũdiæ causa nõ dicitur, quare peccatũ est?Quia cõemptionis causa dicitur,nõ ædificationis . Nã etsi psona illius tibi cõemptibilis uideba tur,tamẽ dignitas Christianitatis illius contẽptibilis nõ erat.Etsi illum aspicere non uolebas, tamẽ Xpm qui in eo est,aspicere debuisti. Deinde & alia ratione peccatum est dicere,Racha: quia etsi ille aliqd uanũ audire merebatur , te tamen dicere uanũ aliqd non
Mat.12.c oportebat:cùm sic scriptum est : Amen dico uobis, pro oi uerbo ocioso,quodcũq; locuti fueritis, dabi
1 tis rationẽ.Quicqd nõ est lumen, tenebra est : sic & quicqd bonũ non est, malum est . Dicit Apostolus:
Eph.4.g Omnis sermo malus ex ore uestro non procedat.Et nõ dicit,siqs bonus tantũmodo:sed , siqs bonus ad ædificationẽ fidei.Si ergo nec bonũ uerbũ sine causa dicere debemus, nisi fuerit pro occasione ædificationis , ne ipsum uerbũ bonũ dũ sine causa dicitur, inueniatur esse ociosum,& fiat malum:quantò magis illud uerbum dicere nõ debemus,quod à semetipso naturaliter malũ est, & ad iniuriã pertinẽt audiẽtis?Deinde,nunqd membrum oris nostri, qd ad ędificationem aliorum creatũ est , aut ad usum corpo-
Psal.usum ris,aut ad gloriã dei,trahimus illud ad ministeriũ ꝯuenitatis?Omnis.n.sermo uanus qui dicitur , immundo spiritu dictante profertur. Vanũ ergo sermonẽ dicentes,nõ tantũ ideo peccamus,quia per illũ sermonem aliquem lædimus : sed quia damus locũ in nobis imundis spiritibus,agendi quod uolũt. Hoc sciẽs
Pro.30.a Salomõ,dicebat ad dominum:Duo postulo à te,Ne auferas gratiam tuã à me , priusquã moriar,& uanũ uerbum non exeat de ore meo. Si.n.uasa sanctificata ad priuatos usus transferre peccatum est , & peri-
Danie.6. culũ:sicut docet nos Balthasar,q b:bens in calicib.sacratis,de regno depositus est,& de uita. Si ergo hæc K
uasa sanctificata ad priuatos usus transferre sic periculosum est,ꝛ in qb⁹ nõ est uerũ corpus Xpi, sed my steriũ corporis eius cõtinetur:quãtò magis uasa cor poris nostri, q̃ sibi deus ad habitaculũ ꝓparauit , nõ debemus locum dare diabolo agendi in eis qd uult? *Siquis autem dixerit , fatue*.In communi intelligendũ est ubiq;. *Sine causa*. Id est, q iratus fuerit sine causa: qui,racha, sine causa dixerit:qui,fatue,sine causa dixerit.Si autem cædere cũ causa peccatũ nõ est,quantò magis cũ causa,fatue,dicere, non est peccatũ?Nã
Caue. & uerbum malũ species est aliqua castigationis , & apud sapientẽ durius est q̃ flagellum . Quid.n.si talis fuerit causa,ut non uerbis,uerũ uerberibus proferatur uindicta?Ecce.n.& Apostolus dicit fatue . O insensati Galatæ,quis uos fascinauit?sed non peccauit,
Gala.3.a qa iusta causa fuit dicẽdi.Ita ad discipulos i uia Christus:O stulti & tardi corde. Si ergo offers munus tuũ ad altare . Quoniã superius dixerat , q irascitur fratri suo sine causa,hoc:qui autẽ dixerit racha,illud:q autem dixerit fatue,istud:consequẽter subiungit. *Si of-*
fers munus tuum ad altare, & illic recordatus fueris,quòd L
habet aliquid aduersus te frater tuus.Habet.ſsi iratus ei fueris sine causa,si dixisti ei racha,uel fatue sine causa.Si ergo ex his leuib.causis offenso fratre, & nõ pla
Luc.24.d cato,impossibile est munꝰ deo offerri,& suscipi:quo ante cõspectum dei ingrediẽtur,qui fratres suos con culcant, p̃dantur,& alia multa in uiduis & orphanis nefanda cõmittunt?In primis scire debemus , quòd quãdiu fideles hoies aliquã dissensionẽ habuerint iter se,deus illis nõ potest esse amicus,munus eorum non suscipitur, oratio eorũ nõ exauditur:uel siquid aliud bonum fecerint,qa nemo inter duos inimicos potest esse fidelis amicus amborũ:utputa , si de illo bene loqueris apud istum, displices isti,& in suspicionẽ uenis,quasi plus diligas illum: & si ad illũ bene loqueris de isto,displices illi,& i suspicionẽ uenis,quasi plus diligas istum.Ideo & deus non uult esse amicus fideliũ,quãdiu ipsi inter se fuerint inimici, qa si illi misericordiam fecerit,iste contristatur:etsi nõ cõtristatur,quia nihil potest agere contra deum , tamen nõ cõgaudet in beneficijs eius.Si autem aliquid poterat cõtra deum,irasceretur ad deũ, qa miseratus est ini- M
micũ eius. Similiter & si isti misericordiã fecerit , ille cõtristatur . Considera qualẽ habet deus cõscientiã circa nos,& quo fidẽ seruat hoibus , qa nos perfectè diligit, ideo inimicis nostris nõ uult esse amicus:Vtputa,duo inimici estis fideles, ideo tibi non uult esse amicus, qa illi amicus est:& ideo illi nõ uult esse amicus,quia tibi amicus est.Ergo te diligens illi est inimicus, & illum diligens tibi est inimicus . Nunqd pp se deus nõ suscipit munera nostra,sed pp nosipsos?Alteri aduersatur deus , dum alteri cõsciẽtiam seruat: & dum ambos diligit,nulli uult esse amicus pp inimicitias amborũ. Ergo deus fidẽ nobis seruans,inimicorum nostrorum amicus fieri non uult,& nos fidẽ nõ seruam⁹,si inimicos eius diligimus,& amicos odimus. Qui.n.amicus est infideliũ,& inimicus fideliũ, amicos dei odit,& inimicos dei amat. Si autẽ fidem domino seruaremus,sicut ille nobis : nunq̃ infideliũ amicitias coleremus, nunq̃ nos infidelium matrimonio iungeremus.*Dimitte illic munus tuum, & uade re-*
conciliari prius fratri tuo. Vide misericordiã dei, quomodo hoium utilitates amplius aspicit, q̃ suos honores . Si.n. suos honores magis aspiceret , sic dixisset:In-

A set:Interim offer munus tuũ, & postea uade, & reconciliare. Nunc autẽ dicit , Vade primũ & reconciliare, & sic ueniens offeres. Tãquam si dicat ad illũ, Vade, ego libenter contẽnor,libẽter honoris mei patior dãnum, libenter expecto dominus seruos , tãtùmodo ut uos in amicitiã ueniatis. Vade ergo, ut scias qa plꝰ diligo concordiã fidelium meorum,quã munera:qa munera hominũ nullum deo faciunt lucrũ: charitas enim illorum,dei gloriã operatur . Ne dicas ille mihi nocuit,nõ ego illi:ille mihi satisfacere debet , nõ ego illi. Si pro gloria salutis tuæ iubet te dominꝰ amicitiã facere,magis nocitus debes rogare, ut duplicem gloriam consequaris:unam quia nocitus es, alterã quia prior rogasti.Si.n.in illũ nocuisti,& ideo rogasti,parcet tibi deus quod nocuisti,quia pior rogasti : tamẽ nullam habes mercedẽ,quia reus cõstitutus rogasti. Si autẽ ille te læserit,& prior rogaueris,magnam habebis mercedẽ.Festina ergo inimicum tuũ præuenire ad amicitias,ne fortè te tardante ille ꝓueniat te ad rogãdũ, & rapiat de manibus tuis pietatis mercedẽ. Nã si ille te nocuit,& ille te rogat,ifructuosa est amicitia tua . Quam.n.iustitiam fecisti ante deum,si ro-
B gatus te placaueris ? Nõ.n. uolẽs te deus substernere sub pedibus eius,iubet te prius rogare,sed uolẽs tibi
ꝛ prouidere. humilitatis gloriã prætendere ꝛ.Sed fortè dicis : ecce ego uolo reconciliari.sed dic mihi qũo recõciliabor? Qualis præcesit offensio,talis debet sequi recõciliatio.Si cogitatu offendisti, cogitatu recõciliare.Si uerbis offendisti,uerbis reconciliare . Omne enim peccatum qũo committitur, eo modo & pœnitetur:Vtputa cogitasti malè facere alicui Christiano, non potes munus tuũ offerre ante deum, quia habes in cor de tuo nocẽdi positũ.Recogita bene , quòd cogita-
Psal. 4.a ueras malè, & pœnituisti.Nã cogitatiõis peccatũ cõtraria cogitatione dissoluitur. Quis testis?Propheta. Quæ dicitis,inqt,in cordibus uestris, & in cubilibus uestris cõpũgimini.Vides qa irasci naturę est: exequi aũt iracundiã, uoluntatis?Si autem uerbis læsisti fratrẽ tuum , uade & uerbis satisfac ei ex toto corde, & pœnituisti. Quoniã autẽ uerborum peccatũ,uerborũ satisfactione dissoluitur,testis est Aarõ . Cũ enim detraxisset de Mose, uadẽs , uerbis rogauit eũ dicẽs:
Nume.12 Rogo domine,ne iferas i nos peccatũ hoc, qa ignoC rauimus quod peccauimus in te.Si aũt operibus aliquẽ offendisti,puta alicuius pecuniã fraude abstulisti,aut rem aliquã per uiolentiam abstulisti: redde ei quæ abstulisti,& pœnituisti. Quoniã autẽ abstractæ rei peccatũ rerum recompẽsatione dissoluitur, testis
Luc.19.b est Zacchæus,dicẽs:Domine, q̃cunq; fraude abstuli,reddo in quadrupulũ.Si autem rem quidẽ alicuius nõ tuleris,sed fortè castigaueris hominẽ impotentẽ iniustè dona ei aliqd pro iniuria dignũ sicut scriptũ
Exo.21.c. est in lege.Si percusseris seruũ tuum, & fregeris illi dẽtem,dimitte eum liberũ. Secũdum hoc intelligendũ est,et si castigaueris aliquẽ, iniuriæ peccatum beneficio est dissoluendũ. Alioqui nisi quẽ factis læsisti,factis placaueris,sine cã oras ad dominum, sine causa eleemosynas facis de rebus quibus alios expoliasti. Quid prodest tibi,si alter pro te oret ad deũ , & alter aduersus te interpellet deũ ? Etsi ad isti⁹ orationẽ uult tibi deus misericordiã facere, illius interpellatio non ꝓmittit.Melius est,ut etsi nemini prodes, nemini noceas,quàm ut alios spolies, & alios uestias.*Esto cõsen-*
tiens aduersario tuo citò, dũ es cũ illo in uia,ne fortè tradat
te aduersarius iudici,et iudex tradat te ministro,et in car-
cerẽ mittaris.Festinat dominus, ut ad amicitiã festine D
mus inimicorũ nostrorũ, quãdiu uiuimus in hac uita.Vita.n.omniũ hominũ cõmunis est, ista uita carnalis , per quam oẽs homines transeunt boni & mali:sciẽs quã periculosum est , si unus ex inimicis pace non facta fuerit mortuus:nã postea etsi uoluerit pacẽ facere, nõ possunt,cũ fuerint separati. Si autẽ quãdiu in ua huius uitæ es , nõ feceris pacẽ cum aduersario quẽ læsisti, sed sic inimicantes per mortẽ ieritis ante iudicẽ Christum, tradet te Christo,cõuincẽs te reũ in iudicio eius, & iudex tradet te ministro:id est, angelo pœnarũ crudeli , & ille mittet te in carcerem gehennę. Et q in hoc seculo si pacẽ feciſſes,etiã grauissimi operis poteras accipere indulgẽtiã,sicut scriptũ est: Charitas operit multitudinem peccatorũ:si semel condemnatus fueris missus in carcerẽ, iam nõ solũ de grauib⁹ peccatis , sed etiã pro uerbo ocioso,
qd locut⁹ es:id est, si racha alicui dixisti, pro eo sunt 1.Pet.4.b
exigenda à te supplicia . Tradet autẽ te iudici aduersarius tuus , etsi te prius rogauerit ille . Dicit.n.Salo- Pro.25.b.
mon:Si esurierit inimicus tuus, ciba illũ:hoc enim fa & Ro.12
ciens,carbones ignis cõgeres super caput ipsius. Cõ- d.
gerere autẽ carbones ignis quid est aliud, nisi magis E
reũ facere ante deũ ? si ergo qui benefacit inimico, magis illũ reum facit ante deum: consequẽter & qui prius rogat inimicum suũ , reũ illum facit ante deũ. Frequenter hoies in hoc seculo mittuntur in carcerẽ pro peccato:id est, in angustias & tribulatiões diuersas.Nam plerunq; peccantes in hominibus mittũtur in tribulationes diuersas, sed nõ intelligimus. Angustiæ autem huius mundi,carceres appellantur.

Homilia.xij.ex cap. quinto.

V*distis quia dictũ est antiquis⁹. Nõ mœchaberis:* Exo.20.c
a *ego aũt dico nobis, quoniã omnis qui uiderit mu* Deut.5.c.
lierẽ ad cõcupiscẽdũ eã,iã mœchatus est eã in cor
de suo. Ecce alterũ mãdatum,minimum quidẽ apud Iudæos tunc, & nunc apud oẽs qui non multùm curant de aĩa sua: nec iudicãt cor suum , qui irasci proximis suis sine causa aliquod nõ putãt esse peccatũ: nec concupiscere tantũ mulierẽ alienam putant esse peccatũ,opere cõcupiscẽtię nõ subsecuto.Magnũ autem est apud timentes deũ, & cor suum diiudicãtes. Magnum est etiam apud deum, qui non tantũ opus hominis aspicit, quãtũ cor. Quo mandato lex nõ sol F
uitur,sed impletur:qa sine hoc mãdato stare nõ potest legis mandatum . Omne.n.adulteriũ ex concupiscẽtia nascitur. Qũo ergo tolletur adulterium,secũ dũ legis mandatũ,nisi pręcisa fuerit concupiscentia, secundum Christi mandatum? Quoniam ergo sicut ira mater est homicidij,sic concupiscentia mater est adulterij : cõsequenter sicut q irascitur fratri suo sine cã , occidit eũ i corde suo:& si nõ occiderit eũ propter metũ uindictæ,ꝛ aut propter impotentiam suã, ꝛ uidẽtiũ.
etiã homicida est apud deũ, qui non magis opus cõfiderat,quã affectum:Sic qui cõcupiscit mulierẽ alienam,iã mœchatus est eam in corde suo:etsi non habuerit eã,causa aliqua obsistẽte , ẽt adulter est apud deum,qui magis aspicit uolũtatẽ quã opus , quoniã opus ei adulterij cõmittẽdi defuit,nõ uolũtas.Sed ne fortè hoies humanæ naturæ mysterium ignorãtes, dum considerant, quia generaliter oĩs natura carnalis subdita est passionib⁹ istis:et nemo est hominũ,ẽt sanctorum, qui se oĩno ab ira,uel concupiscentia ualeat seperare,ęstiment Christũ quasi impossibilia ista mandantẽ , occasionẽ sibi quærere,per quam hoies

G faciat reos: quoniam oīs qui impoſsibilia mādat, occaſiones offenſionis ſeminat, & cauſas puniendi requirit: Ideo pauca de diuiſione uolūtatū animę corporiſq; tractemus. Sicut duas i nobis habem⁹ naturas, animæ. ſ. & carnis: ſic duas habemus uolūtates, unā animæ, alteram carnis. Duas iras, unam animæ, & alteram carnis: duas concupiſcentias, unā animæ, & alterā carnis. Et natura quidem carnis ab his omnib⁹ nō poteſt ſe ſeparare. Nam neceſſe habet & iraſci, & concupiſcere, etſi non uult, quoniam non eſt in arbitrio ſuo creata: id eſt, nō eſt nūc in arbitrio ſuo, ſicut creata fuit, ſed ſub lege peccati. Venūdata eſt. n. ſub
Rom.8.a peccato, propterea de illa dicit apoſtol⁹: Sapiētia carnis inimica eſt in deum: legi. n. dei ſubiecta non eſt, nec. n. poteſt. Anima autē in arbitrio ſuo creata eſt, ſecundū legē iuſtitiæ dei: propterea poteſt & nō iraſci, ſi uult: & non concupiſcere, ſi uult. Quādo ergo iraſcimor & cōcupiſcimus, ſi diſpliceamus nobis, & feſtinemus reprimere uel irā, uel cōcupiſcētiam noſtrā: manifeſtū eſt, qa caro noſtra iraſcitur, aut cōcupiſcit ſola, nō aia noſtra. Quando autem complacemus nobis i his, & decreuimus ſi poterimus noſtrā
H impleri iracundiā, uel concupiſcentiam noſtrā: tunc & aia iraſcitur, & concupiſcit ſimul cum carne. Propterea ſciēs deus, qa carnis natura ſubdita ei nō eſt, nec poteſt nō iraſci: nō mandat carni quæ mandat. Quis. n. ſapiens illi ponit præceptū, qui etſi uult non poteſt obaudire? Sed ad animā loquitur, & aię mandat, q̄ poteſt deo in omnibus obaudire: q̄ poteſt & carne iraſcente & concupiſcēte, ipſa nec iraſci, nec cōcupiſcere. Si ergo ad animā loquitur, & de concupiſcentia aiæ loquitur, dicēs: Siquis uiderit mulierē ad concupiſcendū eam, iam mœchatus eſt eā, in corde ſuo: id eſt, non ſiquis concupierit ſecūdum deſiderium ineuitabile carnis, ſed ſiqs concupierit ſecundū uolūtatem animæ, & cōſenſum, decernēs & ſtatuēs implere qđ cupit: ille talis, etſi nihil geſſerit, iā tamen corde adulter eſt ante deū: qa forſitā impeditus eſt ab opere, non cōpunctus in uolūtate. *Si dexter oculus tuus ſcandalizauerit te, erue eū.* Puto quòd oīs merces iuſtitiæ noſtrę in hoc poſita ſit, quia oī tempore
Gal.5.c contra carnē noſtram luctamur. Quia caro cōcupi-
Pſal.37.b ſcit aduerſus ſpiritū, & ſpiritus aduerſus carnem. Sic
I enim ait propheta: Tota die cōtriſtat⁹ ingrediebar, quoniā rhenes mei impleti ſunt illuſionib⁹, & nō eſt ſanitas in carne mea. Si ergo ſecūdū prophetam nō eſt ſanitas i carne noſtra, quot oculos qs habet, aut quot dextras in corp ore ſuo, ut ſecundū malitiā carnis ſufficiat pœna mēbrorū? Sed uideamus ne fortè uel ſic poſsibile eſt itelligere de oculo corporali, uel de manu. Sicut. n. totus homo quādiu peccat, uiuit
Ephe.2.d peccato, morttu⁹ eſt aūt iuſtitiæ, ſicut ſcriptū eſt: Et uos cū eſſetis mortui peccatis: Cū aūt homo cōuerſus fuerit ad iuſtitiā, uiuit iuſtitię, mortu⁹ eſt aūt peccato: ſic & unūquodq; membrū: Vtputa oculus, quā diu quidē malè aſpicit, integer quidē eſt peccato, eiectus eſt autē iuſtitiæ: cū autē deſierit malè aſpicere, eiectus eſt à peccato, integer eſt autē iuſtitiæ. Sed neq; ſic conuenit. Nec. n. habet rationem hæc interpretatio plenā, pp quod dicit, Si dexter oculus tuus ſcādalizauerit te. Quid. n. quando dexter ſcandalizat, ſiniſter quid facit? Nūquid contradicit dextro, ut dexter quidē quaſi reus eiiciatur, ſiniſter aūt quaſi innocēs reſeruetur? Sed puto ad aiam hęc cūcta referri, ſicut diximus ſuprà. Oculū igitur dicit aiæ, id eſt mētem, per quā aia uidet. De quo & alibi dicit: Si ocul⁹ tuus k
fuerit ſimplex, &c. Oculus autem iſte carnalis, non Sup.6.e
eſt oculus, ſed eſt ſpeculū oculi illius interioris, id eſt mentis. Habet. n. & corpus ſuam mentē, ſicut & anima ſuā: Sicut teſtatur apoſtolus, de mente quidē aiæ
dicens hoc modo: Igitur ego ipſe mēte quidē ſeruio Rom.7.d
legi dei, carne autē legi peccati. De corporis autē mē
te ſic, Inflatus mente carnis ſuæ, & non tenēs caput. Coloſ.2.d
Similiter & de manu, uel de pede. Dextra manus hominis, eſt uoluntas animę: ſiniſtra autē manus, uolūtas corporis eſt. Hæc aūt corporea man⁹, nō eſt manus, ſed organū manus illius. Niſi enim uolūtas aut bona, aut mala mouerit eā, ad nihil mouetur. Dextra itaq; manus hominis, eſt uolūtas aię: ſiniſtra aūt manus, eſt uoluntas corporis. Ideo autē partes aiæ, dextræ uocātur: corporis autē, ſiniſtræ: quoniā aia in arbitrio ſuo creata eſt, ad qđ uoluerit declinare, ſi ue ad bonū, ſiue ad malū: & ſub lege iuſtitiæ creata eſt, ut recta uideat, recta audiat, & agat, & ambulet, partes aūt corporis ſiniſtræ dicuntur: qa nō eſt in arbitrio ſuo creata caro, ut ſiue ad bonū, ſiue ad malū
declinare uoluerit, poſsit: ſed i malo creata eſt ſub le L
ge peccati, nec poteſt aut uidere, aut audire, aut agere rectū: Sic & oēs ſancti dextri dicuntur, peccatores aūt ſiniſtri. Vnuſq; ergo noſtrū habet dextrū oculum, & ſiniſtrū, dextrum quidē mētem animæ, ſiniſtrum autem mentē carnis. Dextram autem manū, uoluntatem animæ: ſiniſtrā autē, uolūtatem carnis. Quando ergo ex paſsione carnis cōcupiſcimus ſicut hoies, animo autē reſiſtimus cōcupiſcētiæ noſtræ, ſiniſter oculus ſcādalizat nos: id eſt, mens carnis, nō mens aiæ. Siniſtra manus ſcādalizat, & nō dextra: id eſt, uoluntas carnis, non uoluntas animæ. Vide nūc quia non iubet carnis mentē eiicere, uel carnis præcidere uoluntatē. Nec. n. fieri poteſt, ut caro aliquādo ceſſet à deſiderio malo. Deſideria autē carnis retinere quidē poſſumus, ut nō faciamus quod deſiderat caro: p̄cidere autem non poſſumus, ut nō deſideret. Quando autē ex propoſito aiæ uolumus malū: tūc dextra manus, id eſt, oculus dexter nos ſcādalizat, & dextra uoluntas. Hunc oculū, & iſtam manum p̄cidere iubet, quā & poſſumus p̄cidere: quoniā anima in arbitrio ſuo eſt, ut ad qđ uoluerit, ualeat declinare. Caro autē non in arbitrio ſuo eſt, ſed in malo: uēdita eſt ſub peccato, & non poteſt bonū uelle. Ideo aūt caro ſiniſtra dicitur, aia autē dextra: quoniā caro ad tentationē nobis creata eſt, anima autē ad ſalutem. Hæc eſt, ſicut arbitror, loci iſtius iterp̄tatio uera. Poſſumus tamen & aliū inuenire colorem. Reſpectus, uel cōſideratio mētis, oculus eſt aiæ, uidelicet uoluntas alicui⁹ operis faciendi, & mouēs manū ad aliquod opus. Manus aiæ eſt ſecundum ea quæ dixi mus: Vtputa erat mulier q̄dā religioſa, uel uirgo, uel uidua, reſpexi & conſideraui, & dixi: Debeo uiſitare illā mulierem aſsiduè, ut ſiqđ religionis ignoret quaſi mulier, inſtruā eā, & cōfirmē ipſam i ipſo bono propoſito eius. Bonus reſpect⁹ eſt iſte, & dexter oculus: ſed dū aſsiduè uiſito eā, decidi i laqueū deſiderij ei⁹: & ille bonus reſpectus meus, & dexter, factus eſt mihi in ſcandalū. Quid ergo oportet fieri? Eiicere talē illum reſpectū bonū, qui generaturus eſt mihi malū. Aut ſic: Vidi orphanā quandam, & dixi, debeo illā in domo mea accipere, & educare, donec ueniat tēpus nubēdi: & uadens cœpi ei ſubminiſtrare q̄ neceſſaria erant. Bonū opus hoc, & dextera manus hæc eſt: ſed

A dum cauſa ſubminiſtrationis uideo eā, decidi in laqueum deſiderij eius: & illud bonum opus meū, & dextra manus facta eſt mihi in ſcādalum. Vel ita: Videntes me qdam agere fiducialiter cū ea, ſcādalizati ſunt, dicētes: Quid ſibi uult hoc eſſe, quòd iſte ſic familiariter loquitur cū puella? Oportet ergo p̄cidere tale opus bonū, qđ uel mihi, uel alteri generat malū. Nā & qđ alteri generat malum, mihi generat: qa per me factum eſt, ut alter ſcādalizaretur in me. Et hæc propoſitionis gratia diximus, uerūtamē generaliter omne bonū, quod uel nos, uel alios ſcādalizat, p̄cidere debemus à nobis. Nā quale eſt illud bonū, ex quo naſcitur malū? Meli⁹ eſt. n. ut ſine uno reſpectu, aut uno ope bono ſaluemur, q̄ ut dum oia opa bona uoluerimus facere, cum oībus pereamus. Sed & alij aliter interpretātur hunc locū. Vult, inquūt, Xps, ut nō ſolū de periculo noſtri peccati curemus, abſtinentes nos ab omni cōcupiſcētia mala, ſed ēt ne uel propinqui noſtri, uel aliqui ad nos pertinentes, turpe aliqđ agant: Vtputa habes aliquē uel filiū, uel fratrē, uel amicū, qui ſic bene aſpicit res tuas, quaſi prius oculus tuus, & habes eum pro oculo dextro.
B Aut habes aliquē, q̄ ſic procurat res tuas quaſi propria manus tua, & eſt tibi quaſi dextra manus. Et illū talē ſi cognoueris aliqđ turpiter agere, p̄cide eum ab aia tua, & proiice lōgē abs te, qa ſcādalizat te: qa non ſolū pro peccato noſtro, ſed ēt pro peccato proximorum noſtrorum, quod tamen poſſumus cohibere, niſi aut cohibuerim⁹, aut repulerimus à nobis, dabimus rationem. Et quoniam oēs Chriſtiani unū
Ro.12.b & Ephe. 4.f corpus ſumus, & alter alterius mēbra: melius eſt ut ſine uno aut altero membro tali ſaluemur, q̄ ut uolentes illos tales habere, & ipſi pereamus cum eis.
Deu.24. *Dictum eſt antiquis, ſiquis uult dimittere uxorem, det illi libellum repudij. Ego autem dico, ſiquis dimiſerit uxorem ſuam, excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari. Et ſiquis dimiſſam duxerit, mœchatur.* Nūc tertiū mandat mandatū, minimū apud indiſciplinatos & laſciuos, q nullū æſtimant eſſe peccatū uxorē dimittere, dato
Exod.14. & ſeq. libello repudij, ſine quo neq; ſtare poteſt legis mandatū. Quo? quando primū Moſes filios Iſrael eduxit de Aegypto, genere qdem erant Iſraelitæ, morib. aūt Aegyptii. Propter qđ more Gentiliū contingebat, ut uir odiret uxorē. Et qa dimittere illam nō permitte-
C batur, paratus erat interficere eā. Aut ſi non interficiebat pp timorē legis, tamen aſsiduis cruciatib. affligebat. Ideo iuſsit dari repudium, non quia bonum erat, ſed qa remediū erat mali peioris: ne dū facere malū uetātur, facerent peius. Ergo propoſitū fuit legis repudiū dare mandantis, ut ne homicidium fiat. Nunqd in facto ſolo fit homicidiū? nónne & in uolū tate? Et corā hoībus quidem in facto fit homicidiū, corā deo autē in uoluntate: Sicut. n. qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa, etſi nō potuerit occidere eū, occidit eum tamen in corde ſuo: ſic & q concupiſcit mulierem, etſi non habuerit eam, adulteratus eſt eā in corde ſuo, qa uoluntas eius impedita eſt, non correcta: Sic qui odit uxorem ſuā, excepta fornicationis cauſa, & ſic eam odit, ut dimittat eam, ut & niſi haberet licentiam dimittendi eam, occideret eā: in corde ſuo occidit eā, quantū ad deum, quia opus homicidii deſuit ei, non occidendi uolūtas. Vides ergo qa lex p̄cipiens dari repudium, opus homicidii compeſcuit, non peccatū? Et non ſolū homicidii crimen nō ſuſtulit, quantū ad deū, ſed etiam alterū dimiſſionis introduxit peccatū. Quoniā libellus repudii teſtimo D
nium eſt ſoluti coniugii, nunqd iuſtitia ſoluendi coniugii? Propterea dato repudio, ſolutum qdem coniugium publicatur, peccatum autem ſolutionis magis exaggeratur. Tamen cū de iraſcente ſine cauſa, & de cōcupiſcente faceret uerbū, cōpetenter intulit mādatum de uxoribus nō dimittendis. Si. n. q iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa, reus erit iudicio: quō nō erit reus, q ſine culpa fornicatiōis ſic odit uxorē, ut ēt dimittat eam? Sed dicis, multas habet culpas uxor mea. Quid enim? Tu autem ſine culpa es? Si. n. extraneorū uitia ſupportare debemus, dicente Apoſtolo: Inuicē one- Gala. 6.a
ra ueſtra portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti: quantò magis debemus uxorum? Siquis uiderit mulierē ad cōcupiſcēdum eam, adulteratur eā in corde ſuo: quō nō pro adulteriis condemnetur, qui dimittens uxorē, occaſionē dederit adulteriorū cōmittendorum, ut & illa adulteretur in alterum: & alter in illam? Nā uir Chriſtianus nō ſolū ſe coinquinare non debet, ſed nec aliis coinquinādi ſe occaſionē p̄bere. Alioquin illorum crimen ad iſtius redundat peccatum, q aliis cōmittendi criminis factus eſt cauſa. Vide etiam, qa qui ſecūdum legē repudiū dat, quatuor E
cōmittit iniquitates. Primā, quia quantū ad deū exiſtit homicida: ſecundum, qa dimiſit nō fornicantē: tertiam, quia fecit eam adulterari: quartam, qa & accipiens eam, fecit adulterium. Nihil autem horū cōmittitur, ubi ſeruatum fuerit Chriſti mandatū. *Item dictum eſt, non periurabis: reddes autem domino iuramenta tua. Ego autem dico, nō iurare omnino, &c.* Ecce quantum mādatum, qđ minimū putāt auari, q bene iurare nō putāt eſſe peccatū, ſine quo nō pōt ſtare legis mādatū. Nā niſi iuramētum īterdicatur, nō poſſunt amputari periuria. Ex iuramento. n. periurium generatur. Nemo eſt. n. qui frequēter iurat, & non aliquā
do periuret. Propter hoc admonet Salomon. Non Eccl. 23.b
aſſueſcas iuramēto os tuum, multus. n. caſus in illo. Sicut. n. qui facit conſuetudinem multa loqui, neceſſe eſt ut aliquando & importuna loquatur: Et q facit conſuetudinem frequenter manu ſua percutere, neceſſe eſt, ut aliquando & iniuſtē p̄cutiat: ſic q facit cōſuetudinē iurare in rebus idoneis, frequēter & in rebus ſuperfluis, ēt nolēs conſuetudine trahēte piurat. Nam oium rerum conſuetudinē quādo uoluerimus qdem tunc facimus, ſed non quando uolumus F
tunc repellimus eam. Et qualis eſt cōtra iurantes dei ſententia, docet Salomon: Vir, inquit, multū iurans, Ibidem.
non exiet plaga de domo eius. Si ergo à iurātib. plaga non recedit, quo à periurātibus aliquando recedet? Dic mihi amice, iurando quid proficis? Nā ſi aduerſarius tuus crederet bene te iuraturum, nunq̄ te iurare compelleret: ſed qa periuraturum te æſtimat, ideo te iurare cōpellit. Et cū iuraueris, nō quaſi in ueritate iuramenti tui placatus, tacet: ſed quaſi in dānatione periurii tui uindicatus, recedit. Iuramentum. n. nunq̄ bonum exitum habet. Quidā. n. æſtimabunt te auaritiæ cauſa iuraſſe, quidā autem & periuraſſe. Qui autē de te bene uoluerint ſuſpicari, etſi peieraſſe te nō credūt, tamē in ueritate te iuraſſe affirmare nō poſſunt. Nemo autē poteſt defendere te & religioſē egiſſe. Ideoq; iurās, inimicis tuis in opprobriū uenis, amicis autem tuis i ſuſpicionē. Sed fortè dicis, Quid faciam? non mihi credit, nec uult credere, niſi iuraue ro. Acquieſce magis pecuniā perdere, q̄ ſalutem. Preciōſior tibi uideatur anima tua, quàm res tua. Si rem

Galiquam perdideris, uiuere potes: si dum perdideris, quo uiues? An nescis, quia quod inuitus amittis pp dei timorem, maiorem mercedem habes pro illo, q̃ si eleemosynam dedisses? Quia qđ cũ maiore collectatione facimus, pro illo dignius coronamur. Ecce amice admoneo te, ne aliquãdo hoiem iurare cõpellas. Siue existimas eũ bene iuraturum, recede ab eo: siue existimas eum malè iuraturum, magis recede ab eo: qa etsi ille bene iurauerit, tu quãtũ ad conscientiam tuam, periurij illius factus es causa: qa hoc proposito eum iurare cõpellis, nõ ut iuret, sed ut periuret. Si autem bene eum iuraturum putares, nec iurare cõpelleres. O insipiẽs, q alterum iurare cõpellis, nescis qd agis? Ille etsi periurauerit, uel cũ lucro piurat, tu aũt sine lucro periurij illius particeps iueniris. Qui mentiri non dubitat, nec periurare timet: q.n. mentitur, ueritatem in corde suo transgreditur: qui autem periurat in uerbis suis transit deum. Quid ergo interest inter deum transire, & ueritatem trãsgredi, cũ & ipsa ueritas sit deus? Hęc sola est differentia, qa ueritatem mentientes in corde transimus: piurantes aũt deũ in uerbis. Nã uerbo hoibus satisfacim⁹, H conscientia aũt deo. Ipse deus, q periurare uetuit, ipse & postea non iurare mandauit. Qui ergo in iurãdo non timet dei præceptum negligere, nec in piurãdo timebit. Quid autẽ uis? Timet deum, aut non timet deum? Si timet, etiam sine iuramẽto non mentitur: si autem non timet, neq; cũ iuramento potest dicere ueritatem. Audite uos clerici, q iurantibus euangelia ⌜portatis ⌜qui sanctum per iuris. sancta porrigitis: ⌜ quo potestis ab illo iuramẽto esse securi, q semẽ periurij ⌜datis? Nunqd qui ignẽ portat unde consletur incendium, alienus est ab illo incendio? Aut qui gladium porrigit unde homicidium cõmittatur, nónne est socius homicidij illius? Sic & qui ⌜ hæc in quibusdam exẽplarib. de sunt. occasionẽ piurij pstat, collega fit piurij eius. ⌜ Si erat bene iurare iustum, iustè dicebatis, qa dedimus illis euangelium ut iurent, non ut periurent: nũc aũt cũ sciatis, qa & bene iurare peccatum est, quo potestis esse liberi, q occasionẽ datis unde peccetur in deum? Cessẽt ignis, & incendium nõ fit: subtrahe gladium, & homicidium nõ committitur: sic tolle iuramẽtũ, & periurium non fit. Hæc de illis dicta sunt, q iurant per deum: eorum autem qui iurant per elemẽta, exe crabilior iniquitas est. Cœlum.n. & terram, & cætera deus ad ministerium sibi creauit, nõ hoibus ad iu I Exo.23.b & Deut. 6.c ramentum. Ecce.n. in lege p̃cipitur, ut per nullũ iuretur, nisi per deum: qui ergo iurat per cœlum aut per terram, aut quicqd illud est, per quod iurat, deificat illud. Propterea idololatrã se facit oĩs, qui per aliqd aliud à deo iurat, etsi iurare liceret: qa non reddit domino deo suo iuramenta sua, sed elementis: & sic du pliciter peccat. Primũ quia iurat, deinde qa deificat p quem iurat. Et uide, quia per singula hanc rationem dat, cur qs non debeat iurare per elementa. Neq; per cœlũ, inquit, qa thronus est dei: id est, nõ deus. Neq; p terram, qa scabellum est pedũ eius, non dea. Neq; per Hierosolymã, qa ciuitas est magni regis, nõ magnus rex. Neq; p caput tuum, qa non potes unum capillum albũ facere aut nigrũ. Ac si dicat: Cuius mometi es, ut per te iures? nunqd potestatem habes uel unũ capillũ albũ facere, aut nigrũ? Siue ergo p filios suos iuret qs, siue p se, siue p aliquẽ, meliore facit illũ quantũ ad se, q̃ deũ. *Audistis quia dictum est antiquis,* Leui. 24. & Deut. 19.d *Oculum pro oculo, dentem pro dente: ego autẽ dico uobis, non resistere malo.* Quintum mandatũ minimũ, quantùm ad hoies crudeles, q peccare se non arbitrãtur, K si reddiderint mala pro malis, non considerantes q̃ dicuntur in psalmo: Si reddidi retribuentib. mihi ma Psal. 7.a la, decidã meritò ab inimicis meis inanis &c. Quecũque.n. ille dinumerat, meritò se pati debere, si reddiderint retribuẽtibus sibi mala: sciant Christiani oĩa illa meritò se esse passuros, si reddiderint retribuẽtib⁹ sibi mala. Nã & casuri sunt ab inimicis suis inanes, & psecuturus est inimicus aĩas eorũ, & cõprehensurus, & conculcaturus in terra uitam eorũ, & gloriam eorũ in puluerẽ deducturus. Tamen sine hoc minimo mandato, legis mandatũ nõ potest stare. Quo? Lex p̃cipiens oculum pro oculo, dentem pro dente: tale habet propositum, ut unusquisq; dum timet de suo mẽbro, parcat alteri⁹, & nemo malus iueniatur. Sed qa uæ mũdo à scãdalis: quãdiu.n. uiuimus i hoc mũdo, cui diabolus principatur, necesse est abũdare maledicẽtes, percutientes & psequẽtes. Si ergo ĩcipimus secundũ legis mandatũ oibus reddere mala pro malis, oẽs efficimur mali, & solutũ est propositũ legis. Et dũ uoluit malos facere bonos, ẽt bonos fecit malos. Si aũt secundum Christi mandatum non resista tur malo, etsi mali nõ læduntur, tamẽ boni perma L nebunt boni: & sic per mandatũ Xp̃i, impletur & legis mãdatum. Nã q mandatũ legis implet, nõ simul implet & Xp̃i: q autẽ Christi implet, simul implet & legis. Vtputa q percutit, contra legẽ agit: q autẽ repercutit, secundũ legem facit, non autem & secundum Xp̃i mandatũ. Qui autem secundum Christi mandatũ, neq; percussus repercutit, tacitè & legis uoluntatẽ ipleuit. Nã q percussus non repercusit, multò magis nec ab initio percusisset: qa nõ uenit Christus soluere legẽ, sed adimplere. Sed dicis, qa dignus est ille repcuti, qui cõtra legẽ percusit? Etiã. Sed tu non es dignus repercutere, qa illius discipulus es, q maledictus Luc.23.b nõ remaledixit, percussus non repercusit, crucifixus pro crucifigentib. se orauit. Si repercusseris, ergo primùm denegasti te Christi esse discipulũ, non uerbis, sed factis. Deinde cũ eieceris oculũ pro oculo tuo, & fregeris dentẽ pro dente tuo, nunqd per hoc restitui tur mẽbrum tuũ i loco proprio? Si ergo nõ reddideris malum pro malo, & si mẽbrum corporis perdidisti, uel lucrũ patiẽtiæ acq̃sisti, Si aũt reddideris: & corporis damnũ passus es, & salutis. *Sed siquis te percusserit in maxillam, præbe ei alteram.* Non.n. diabolus tan M tùm de uulnere humani corporis gaudet, sed & magis in uulnere aĩæ delectatur: ideo.n. excitat aliquẽ q te percutiat, ut dũ tu excitatus repercutis eũ, pecces, & uno ictu uulneret ambos. Scit.n. quia uulnus corporis citò sanatur: uulnus aũt animæ in q̃busdã uix cum labore, in quibusdam aũt nunq̃ sanatur. Ideoq; si repercusseris eum, in prima quidem facie illum uicisse uideris, re uera autem à diabolo uictus es. Et putas qa te satiasti de illo, uerè autẽ diabolum satiasti de te. Si autẽ nõ repercusseris eũ, ab hoie quidem uictus uideris, diabolum autẽ uicisti. Hęc secundũ iustitiam dei. Videamus autẽ secundũ utilitatẽ carnalem: Nunqd si repercusseris eum, compescuisti eũ, ut iam non te percutiat? Sed magis excitasti eum, ut ad huc te percutiat. Nam iracũdia p iracũdiam nõ compescitur, sed ampli⁹ iritatur. Quẽadmodum si ignẽ cum igne coniungas, maior flamma succenditur: si autem non repercusseris eum, ille iam stabit: si quidem sapit, confusus: si autem non sapit, satiatus: & non solùm iterum te non percutit, sed forsitan com

A punctus corde, pœnitet, quia te uel semel percusit. Attamen etsi sic insanus est, ut nec patientiã tuã ĩtel ligat, nec confundatur in facto suo: nunquid potes tu te amplius uindicare, quã deus erat te uindicaturus? ideoq; si repercusseris eum perdidisti uindictã, quia te ipsum uindicasti: & liberasti eũ de manibus dei, qa reddidisti illi quod fecit. Si ergo fortiter irasceris, patientius age, ut melius uindiceris, scilicet per deũ. *Et ei qui uult tecũ in iudicio cõtẽdere, & tunicã tuã tollere, dimitte ei & palliũ.* Primũ indigna res est, ut homo fidelis stet in iudicio ante cõspectũ iudicis in fidelis. Nã etsi infidelis nõ est, certè secularis est. Et q te uenerari debuerat pp dignitatẽ fidei, iudicat te pp necessitatẽ causæ, & perdes dignitatẽ Christi, pp negotiũ mundi. Nõne melius est, ut perdas res mũdia les, quàm gloriã sempiternam? Si enim rem perdideris propter Christũ, Christus tibi rem restituere põt: si autẽ propter rem perdideris Christum, res tibi nõ potest restituere Christũ. Deinde necesse est, ut humilies te corã iudice, & subditus fias illi propter ne B ras te humiliaturus, humilias te pp lucrũ, & facis rẽ cessitatẽ causæ. Et forsitan qui propter deũ non fue pretiosiorẽ quã deum. Tertiò, quia omne iudicium iritatio cordis est, & cogitationum malarũ. Si semel in iudiciũ ingressus fueris, iam non desideras, ut ueritas causæ appareat, sed ut quocũq; modo uictor existas. Si aũt uideris quòd causa tua, sicut frequẽter solet fieri in iudicijs, aut uerbis, aut fraudib⁹, aut pecunijs expugnetur: necesse est similiter ut & tu, aut uerbis, aut fraudibus, aut pecunijs, causæ tuæ adesse festines. Et si ab initio consilium non habuisti, ut sic ageres, posteà sic agere ipsius cõtrouersię necessitas te cõpellit. Nã primũ pro lucro tantũmodo festinabas, posteà iam & pro pudore contẽdis. Et magis cõtentus es ẽt peccare tantũ, ut uincas: q̃ uinci tã tu, ut ne pecces. Hæc deus illis mandat, qui magis diligunt deũ, q̃ mundũ. Nã qui lucrũ animæ magnum esse existimat, damnum rei modicũ putat: nam qui damnum rei magnum existimat, lucrum animæ minimum putat. Qui ergo difficilius putat rem dimittere, quã in iudicio introire, hoc cogitet, quia difficilius est de iudicio sine peccato exire. Facilius est. n. C ante iudiciũ rẽ dimittere, q̃ i iudicio euitare peccatũ. Nã ante iudiciũ, sicut diximus, una causa auaritię te cõpellit, post ingressum ẽt causa pudoris. Et qui unã causam uincere nõ potuisti pp timorẽ dei, duas quo Gen.39.b nincas? Ergo sicut Ioseph dimisit pallium in manu meretricis, & fugit cum meliore pallio castitatis: sic & tu proijce pallium in manus calumniatoris, & fuge cũ meliore uelamento iustitiæ, ne fortè dum uis uindicare uestẽ corporis, pretiosissimũ animæ uesti mentũ perdas. Deinde si uiderint infideles, te Christianũ pro iniurijs iniurias rependere grauiores, pro terrenis facultatibus, & usq; ad pernicię animæ secularia pulsare iudicia contra direptorẽ iniustum: quomodo credant spem regni cœlestis esse uerã, quã prędicant Christiani? Facilè enim spernunt terrena, qui cœlestia sperant. Qui aũt terrena magnopere cõplectuntur, nescio si firmiter cœlestia credunt promissa. Non solũ ergo propter læsionẽ animarũ nostrarũ percutientem sustinere debemus, auferenti quæ nostra sunt nõ repugnare, sed ẽt propter demonstrationẽ indubitabiliũ Christi promissionũ: ut ille qui uiderit te iniurias proprias negligentem, terrenas ẽt res quasi nihil spernentẽ, intelligat, quia uerè est cer tissima spes Christianorũ in cœlis, pretiosior omni D bus rebus terrenis, & uita iucundior omni fruitione uitę istius carnalis. *Siquis te angariauerit mille passus, uade cum illo, & alia duo.* Vt patiẽtia tua uincat illius crudelitatẽ, & ostendas quia maior est benignitas dei in sanctis, quàm malitia diaboli in iniquis hominibus. Si autem tantũ uadis quantũ ille te cogit: quo cognosceris seruus dei? Nam in necessitate bonitas nõ apparet. Quod ergo cogit te, uade propter neces ⌜ al. qui- sitatem hominis uiolenti: quòd ⌜ non te cogit, uade propter gloriam dei benigni. Si unum uadis, putat bus. te hoiem qualencunq; fecisse, ⌜ & nó pœnitet quia te ⌜ al. fuisse angariauit: si aũt amplius uadis, ĩtelligit quia seruus es dei, & ideo incipit illum pœnitere, quia uel unum te angariauit. Et hoc tuum additamẽtum non fit illi maius auxilium, sed pœna prioris audaciæ. Deinde si illum quidem diabolus excitauit ad te angariã dum, & tu uidens tibi iniuriam fieri, & aut uerbis illicitis contradicas, aut factis nõ bonis resistas: & lucrum sanctitatis, quod multis forsitan bonis operibus acquisisti, propter dolorẽ modicũ perdis. Quid ergo? Vnũ uade, ut satisfacias homini: alterũ uade, E ut te ostendas & illũ castiges: tertium, ut diabolũ superabundanter confundas. Deinde hæc omnia mãdata in pauperis persona conueniunt: dentẽ aũt hominis diuitis, & potentis quis excutit? Vtinã ille alterius non excuteret. Tunicã diuitis, & potentis per calũniã quis tentat auferre? Vtinã ille per calumniã alterius non auferret. Diuitẽ & potentẽ quis angariat? Vtinã ille alterũ non angariaret. Ergo diues infructuosus est. Et quo adimpleat iustitiam legis, & gratiæ, ut fiat seruus dei perfectus? Quo? Siquis mutuã pecuniã petierit ab eo, det illi. Lex enim est, ut alterius non tollas, etsi tuũ non des. Gratia aũt, ut alterius non tollas, & tuũ des. Qui ergo mutuã pecuniã dat, & legẽ implet, & gratiam. Nam qui de suis liben ter dat, multò magis alterius bona nõ tollit. Diues er go per patientiã non potest tentari, neque probari, quia nemo illi citò uiolentiã facit. In largitate autem tentatur, atq; probatur. Itẽ pauper p largitatẽ non potest tentari & probari, quia nó habet unde largiatur: & ideo per patientiã tentatur, atque probatur, si benignitas eius per iniuriã non mutatur. Deniq; si F ueritatẽ considerare uolumus, & intelligere rationẽ: quia diuitiæ nostræ non sunt nostræ, sed dei. Deus enim dispẽsatores nos diuitiarũ uoluit esse suarũ, nõ dominos: & ideo cui uoluerit, dat eas: & à quo uoluerit, tollit: illud propriè nostrũ est, quod in nostra est potestate habere, si uolumus. Quo aũt nostrum dicatur quod, etsi uolumus, habere non possumus, nisi nobis fuerit datũ? Deinde cõsidera, ut quid tibi magis diuitias credidit, q̃ illi⁹ nunquid ex alia massa luti te fecit, ex alia illum? Et pro te Christũ tradidit, pro illo aũt aliquẽ angelorũ? Si per oĩa sic illũ diligit quomodo te, nõ ideo dedit tibi diuitias ut habeas eas, sed ut tenteris in eis. Ideo admonet Apostolus: Diuitibus huius mundi præcipe non superbè sapere, 1. Timo. nec sperare in incerto diuitiarũ, sed largos esse cõmu 6.d nicatores bonorũ. Nam pauper in sanctitate melior est, quã tu in rebus secularibus. Tuæ res proficiãt ad illius sustẽtationẽ in hoc seculo, ut & illius sanctitas proficiat ad tuam sustentationẽ in illo: Sicut ulmus infructuosa dat humorẽ uiti, ut uitis pro se, & pro ulmo proferat fructum. Ergo iubet nos Christus mutuũ dare pecuniã, nõ tamẽ sub usuris: qa q sub usuris

G mutuū dat,in prima quidē facie ſua uidetur dare, re uera aūt non ſua dat,ſed alterius tollit.Nam uidetur quidē neceſsitati ſuccurrere,re uera aūt in maiorem mittit neceſsitatem.De uno uinculo ſoluit,& multis uinculis alligat.Et non pp iuſtitiam dei,dat,ſed pro pter propriū lucrum.Similis enim eſt pecunia uſuraria aſpidis morſui. Sicut enim qui ab aſpide percutitur,quaſi delectatus uadit in ſomnū, & ſic per ſuauitatē ſoporis moritur:ſic & qui accipit ſub uſuris, pro tpe delectatur, quaſi qui beneficiū accipit:& ſic per ſuauitatē beneficij non ſentit,qūo captiuus efficitur.Nā ſicut uenenū aſpidis latenter per oīa membra,diſcurrit,& corrumpit:ſic uſura per totas facultates eius diſcurrit, & conuertit eas in debitū. Sicut enim fermentū modicum quod mittitur in multā farinā,totam conſperſionem corrumpit, & trahit il lam, & facit illam totam fermentum:ſic cum uſura in domū alicuius intrauerit,totam ſubſtantiam eius ad ſe trahit, & conuertit in debitum.

Homilia.xiii.ex cap.quinto.

Leui.19.c H a *Vdiſtis quia dictum eſt antiquis, Diliges proximum tuū, & odio habebis inimicū tuū: ego aūt dico uobis, diligite inimicos ueſtros.* Ecce ſextū mādatum legē adimplens, minimū apud homines odibiles,& inuicem odientes, qui inimicū odire debere improba uoce pronunciare non erubeſcunt. Quòd ſi iuſtū fuiſſet inimicos odire,deus te inimicū ex gentibus nunquam in ſuā ſuſcepiſſet dilectionē. Ille pro te & filium ſuum per omnia humanæ com paſsionis opprobria traducit ſ uſq; ad mortē, ille te inimicū ſuum adoptauit, cohæredē unigenito ſuo fecit,& tu uel nudā dilectionē, inimico tuo reddere non uis?Quid tamē mirū,ſi graue illis uideatur inimicos amare, qui nec amicis ſuis ſyncerā conſcientiā ſeruant?Nā cum ſit mundus iſte ſcādalis plenus, ſi amicos uoluerint diligere tantum, non poterunt inuenire quos diligant. Hodie.n.iſte illū offendit in re tali,cras ille iſtū offendet in altera re,& ita fit, ut ſi decreuerit homo inimicos ſuos odire, neceſſe eſt ut odiat omnes, & odiatur ab omnib⁹. Vides qa ſicut ex ira homicidiū naſcitur, & ex concupiſcentia adulteriū:ſic ex odio inimicorū præciditur etiam di I lectio amicorū.Si aūt ad tempus ſuſtines eum quaſi inimicū,poſtmodū uictum beneuolentia tua amabis eū quaſi amicū.Puto quòd non tantum pro inimicis noſtris Chriſtus illa mandauit,quantū pro nobis:non quia illi digni ſunt, ut diligantur ab aliquo, ſed quia nos non ſumus digni ut aliquē odiamus. Odium enim ſpiritus eſt tenebrarū, & ubicunque ſ*ſanctita tis.* inſederit, ſordidat pulchritudinē ſanitatis.ſ Ergo nō tantū ideo iubet diligere inimicos,ut illos diligam⁹, quātum ut à nobiſipſis quod malū eſt repellamus. Et ideo non dicā,ſi læſeris inimicū, ſed ſi oderis eū tātū amplius tibi nocuiſti ſecundū animā,quam illi ſecundū corpus.Et illi forſitan nihil noces odiēs eū, te autem ipſum ſine dubio lædis. Si ergo peperceris inimico,tibi amplius pepercisti, quàm illi.Et ſi bene feceris ei,tibi amplius præſtitiſti,quàm illi.Iterum cō memoro quod ſuperius dixi. Quoniam ignorantibus myſterū naturæ humanæ impoſsibile uidetur diligere inimicum.Et uerē impoſsibile eſt quantum ad carnis naturā, quia paſsionibus ſubiacet:quantū aūt ad animā poſsibile eſt,qa proprij iudicij eſt,ideo & regere & retinere poteſt carnē à paſsionibus,Nūquē enim anima paſsibilē regeret carnē,ſi ipſa paſ-

K *Exo.20.d & Deut. 5.c*

ſionibus eſſet ſubiecta. Puto aūt ſicut illud quod di ctū eſt:Ego aūt dico, non concupiſces:non loquitur deus ad carnis naturā, q̄ non poteſt fieri, ut non concupiſcat quod ſuum eſt:ſed ad animā,quæ non cōcupiſcere poteſt.Nam quando quis corporalibus quidē motibus excitatur,uoluntas aūt illius nō inclinatur, ut faciat opus quod facere inſtigatur: ſed ſtabili propoſito cōtinētia & operatione ſ iuſtitiæ, irrationabilles motus corporis frangit:& ſi corpore concupiſcit,animus eius non concupiſcit:ſi aūt con ſenſerit explere qđ cogitat, tunc uerē dicitur animo concupiſcere:Sic & in hoc loco,Caro quidē inimicū ſuum diligere nō poteſt, quemadmodū nec eſt poſsibile ut iniuriā non ſentiat ſibi illatā. Anima aūt inimicū diligere poteſt,quia dilectio,uel odiū carnis in ſenſu eſt, animæ autē in intellectu. Propterea anima qdē ſecūdum rationē uertitur. Caro aūt inuertibilis in paſsione tenetur: quoniā anima libera eſt, & ſub principatu dei eſt: caro aūt captiua eſt,& ſub principatu diaboli eſt, ſicut & mūdus qui ī maligno poſitus eſt, quoniā & ipſa caro de mundo eſt. Quando ergo nocemur ab aliquo,etſi odimus eū,nō tamen L exequimur odiū noſtrū, cōſiderātes dei iuſtitiā,ſed magis conſringētes motus doloris noſtri, & benedicimus ei, & benefacimus. Cognoſce qa caro quidē noſtra odit inimicū ſuū q̄ nocita diligere nō pōt,anima aūt diligit inimicū. Alioqui ſi unuſquiſq; motus ſuę carnis cōſideret, nullū bonū facere inuenitur qa omne bonū, aduerſante carnis natura, cōtradicenti bus nobiſipſis explemus.Deinde qui te innocētē iniuriatur,ſi incipias conſiderare qūo à diabolo poſsi detur & agitur,qūo uoluntatem ſuam adimplet per miniſteriū eus, non ſolum nō iraſceris ei, ſed adhuc miſereberis eius: miſeratio aūt excitat ſ affectum. Vis ſ creat. ergo diligere inimicū tuum?Si iniuriam pateris, noli iniuriam præſentē aſpicere,ſed conſidera gloriam, quā pro mercede in iudicio cōſecuturus es. Si æqua nimiter ſupportare uolueris,ſi damnū paſſus fueris, noli hoc damnum aſpicere,ſed illud patientię lucrū. Illis enim totum uidetur difficile,qui retributionem non ſperant futuri iudicij.*Et benefacite his qui oderunt uos.* Sciens dominus, quia carnis dilectio ex beneficijs carnalibus naſcitur, ubi non fuit prius, & nutri- M tur etiam ubi fuit prius: ideo iubet nos benefacere inimicis, ut eorū odia noſtris beneficijs compeſcantur. Si enim dando & accipiēdo amicitia naſcitur,q̄ non erat prius:conſequenter & odium, & omnis inimicitia beneficiorum aſsiduitate compeſcitur.Ergo benefacite odientibus, ut ex ueſtra beneuolentia ipſi ſe iudicent,quia iniuſtè uos odiunt. *Orate pro calūniātibus uos.* Orantes pro inimicis,non tantum illos, quātū nos cōmendamus deo: & magis exaudimur pro inimicis orātes,q̄ pro nobis. Qui.n.pro ſe orat, non gratiæ opus exequitur,ſed naturæ. Quis.n.pro ſe nō orat?Qui aūt pro inimico ſuo orat,dignè exaudit ur,quia gratiæ opus exequitur. *Vt ſitis filij patris ueſtri.* In quo.n.alio cognoſcetur qa filij ſumus dei, niſi fuerimus ſimiles deo? Filij.n.carnales frequenter ſimilantur carnalibus patribus in facie, aut i loquela,aut in riſu, aut in aliquo corporis ſigno: filij aūt ſpiritales in ſanctitate. Et illi qdē etſi ſimiles fuerint,laudē nullā merentur, & ſi diſsimiles, nullā uitu perationē: quia non eſt in poteſtate hominis qualē accipiat corporis qualitatem.Filij aut dei,ſi quidem ſimiles fuerint, laudādi ſunt:ſi autē diſsimiles,nimis

A uituperandi,quia in poteſtate uniuſcuiuſq; eſt mēſura faciendę iuſtitiæ. *Si diligitis eos qui uos diligunt,quā mercedem habebitis?* Qui amicos diligit, pp ſe diligit, non pp deum,& ideo nullā habet mercedem: delectat enim eū ipſa dilectio. Qui aūt inimicum ſuum diligit,non propter ſe diligit,ſed pp deum:ideo magnam habet mercedē,quia cōtradicit motibus ſuis. Vbi.n.labor ſeminatur, illic metitur fructus. *Eſtote ergo perfecti,ſicut & pater ueſter perfectus eſt.* Qui diligit amicum, peccatū quidem non facit, iuſtitiam aūt non operatur.Dimidium.n.bonum,eſt hominē diſcedere à malo, & non ſequi bonū: perfectum eſt aūt,ut nō ſolum fugiat malum,ſed etiam faciat bonum.Ideo dicit,perfecti eſtote, ut & amicos diligatis propter peccatū uitandum, & inimicos propter iuſtitiam habendā: quoniam illud de pœna liberat, hoc aūt ducit in gloriam: nec enim eſt perfecta dei imago, quæ nō per opera ſimilat deum. *Vt ſitis filij patris ueſtri,qui Solem ſuum iubet oriri ſuper bonos et malos,& pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.* Cautè poſuit dicēs, ſuper iuſtos & iniuſtos,non ſuper iniuſtos ut iuſtos.

B Quia omnia bona deus non propter oēs homines dat ſuper terram,ſed propter paucos ſanctos. Contentus eſt enim magis, ut peccatores contra meritū ſuum bonis dei fruantur, q̄ ut iuſti contra meritum ſuū à bonis eius fraudentur. Similiter & quando do minus à peccatoribus iritatur,caſtigationē ſuam nō propter hoies bonos mittit,ſed propter ſolos pecca tores:tamen æqualiter & iuſtos tangit,quemadmodum & peccatores.Nam quemadmodum in bonis non ſeparat peccatores à iuſtis: ſic nec in malis ſepa rat iuſtos à peccatorib⁹.In bonis peccatores à iuſtis nō ſeparat,ne ſeparati cognoſcāt ſe abiectos eſſe, & deſperent:in malis iuſtos à peccatorib⁹non ſeparat, ne ſeparati cognoſcant ſe electos,& glorientur:maximè cū nec malis bona proſint, ſed noceāt magis, nec bonis mala noceant,ſed proſint magis. Nā malè uiuentes dum bona percipiunt, ad præiudicium ſuum percipiunt. Et boni dum mala patiuntur, ad lucrum iuſtitiæ eis procedit. *Attendite autem ne eleemoſynam ueſtram faciatis coràm hominibus, ut uideamini ab eis.* In ſuperioribus Chriſtus mandauit diligere Cap.vi. C inimicos,benefacere eis.Vidēs aūt quia ī ipſo beneficio laqueus diaboli latebat incluſus, qui bonorū operū ſolet perdere fructum. Nā uana carnis natura,quemadmodū primū difficilis eſt ad benefacien dum:ita etſi benefecerit,facilis eſt ad iactantiam bo ni operis: propterea & in hac parte nos inſtruit, dicēs:Attendite uobis ne eleemoſynam ueſtram corā hominibus faciatis:ut bonū ueſtrum non ad miniſteriū uanitatis proficiat,ſed ad uſum ſalutis: Quòd aūt præ omnibus uitijs carnalibus periculoſius eſſe in hominibus intellexit, hoc cautius cauendū mandat,dicens: Attendite ne eleemoſynā ueſtram corā hominibus faciatis. Quoniā oīa penè mala ſeruos diaboli uexant. Cōcupiſcentia aūt uanæ gloriæ non ſolū ſeruos diaboli,ſed ēt ſeruos dei, & uiros fideles impugnat: magis autē ſeruos dei, q̄ ſeruos diaboli. Vbi.n.res agitur glorioſa, ibi facilius locum inuenit gloriationis occaſio. *Attendite.* Quid autem attēdamus? locum ſecretum ubi hoies non ſunt?Sed quid prodeſt,ſi in loco quidē homines nō fuerint, in corde aūt fuerit cogitatio uana?Melius eſt ergo,ut ī corde non ſit cogitatio uana,q̄ ut homines non ſint in loco.Si ergo cor noſtrum attendere debemus, non

D oculis carnalibus aſpicere ſed ſenſu uigilare neceſſe eſt circa cor:inuiſibilis enim eſt ſerpens & lubricus, quem obſeruare iubemur,& latenter in ſenſus ingreditur,& ſeducit.Ideo enim non poteſt eū caro ſordida aſpicere,ſed anima munda.Sicut.n.in loco mundo & ſpecioſo,ſi modica ſordes fuerit,de longe apparet:ſi aūt ipſe locus ſordidus fuerit,quantūuis ſtercoris iaceat ibi,nō apparet: nec enim poteſt requiri, ſi eſt ibi aliquid ſtercoris,ſ ubi totū eſt ſtercus:ſic & ſ *mundū.* in corde mundo,ſi ſurreptio inimici ſucceſſerit,mox cor ſuū homo rectus diſcernit, quia à ſpiritu alieno pulſatur:ſi aūt cor fuerit iniquitatibus plenū,ſuggeſtionē diaboli in ſe facilē nō intelligit. Qūo enim introitū eius ītelligat,qui ſemper in eo eſt?ideo & antè præmiſit,dicens:ne iraſcaris,ne cōcupiſcas,ne iures, ne malū pro malo reddas, ne odias proximū tuū: quoniā qui malis oībus iſtis ſubiectus eſt,cor ſuum *Sup.5.c* non poteſt attēdere,nec intelligere diaboli ſeductionem in eo:quia in ueſte candida macula citò apparet,nigra aūt ueſtis,& ſi tota ſordidata fuerit,non citò apparet.Et qūo nō poteſt fieri, ut corā hominib⁹ eleemoſynā facianus,aut facientes non ſentiamus? E Si præſente aliquo occurrerit pauper, qūo detur ei abſconsè? Nam etſi non uidetur quod datur, tamē uidetur quia datur,ducendo eum ſecretò.Sed conſi dera,quia non dixit tantūmodo,Ne corā hominib⁹ *Non pro-* faciatis: ſed addidit, ut uideamini ab eis. Qui ergo *hibetur* non ideo facit,ut ab hominibus uideatur, etſi corā *coràm ho-* hominibus fecerit,tamen nō uidetur corā homini- *minibus* bus feciſſe.Ergo ſi ſic facere eleemoſynā nō eſt poſ- *dari elee* ſibile,ut nullus uideat,aut ſentiat:tamen eo propo- *moſyna,* ſito facere,ut nō ab hominibus uideamur,poſsibile *ſed uanæ* eſt.Dicit.n.dominus:Sic luceat lumen ueſtrū coràm *gloriæ ue* hominibus,ut uideāt hoies opera ueſtra bona, &c. *nat io in-* Sicut ergo accenſa lampas abſcōdi non pōt: ſic nec *hibetur.* opus iuſtitiæ poteſt celari.Ergo nō eleemoſyna in- *Sup.5.b* grata eſt ante deū,q̄ hominibus uiſa fuerit, ſed quæ ideo facta fuerit,ut ab hominibus uideatur.Vtputa oīs homo q aliquod opus facit, cuius cauſa facit id quod facit,in corde ſuo illius aſpicit & perſonā. Ecce facis epiſtolam,ut aliquem ſalutes amicū,quādiu ſcribis, ſemper in corde tuo amici illius uides perſonam,propter quē ſcribis epiſtolam. Itē artifex tenēs F opus i manu,ſemper eū præ oculis ſuis habet, qui ei opus cōmiſit faciendū,dum cogitat qūo illud facere mādauit:ſic & qui pp deum eleemoſynam facit, neminem uidet in corde ſuo,niſi perſonā dei tantūmodo propter quem facit.Ideo etſi euenerit,ut qui buſdam præſentibus faciat,tamen animus eius homines illos nō uidet,etſi ipſe uideatur ab eis. Nunq̄ tranſiſti per uiam aliquid cogitans, & à multis qdē hominibus uiſus es,ipſe aūt nullū uidiſti, intendens in id qđ cogitabas?Quia animus ſine corpore apud ſeipſum poteſt uidere quod cogitat,corpus aūt ſine animo nihil poteſt uidere. Ergo ſimiliter & ecōtrariò fieri poteſt,ut quis nullis præſentibus eleemoſynā faciat,& tamen preſentibus hominibus uideatur feciſſe:utputa qui pp hoies eleemoſynā facit: id eſt, qui deſiderat ut ab hominibus uideatur,ſemper in corde ſuo pſonas hominū uidet: ideo & ſi euenerit ut faciente eo,nullus ſit pſens, tamen corā hominibus feciſſe uidetur,quia cor eius ſemp hominū perſonas uidebat.*Alioqui non habebitis mercedem apud pa trē ueſtrū.* Et mādatū dat,& pœnā proponit, ut uanitatē humanā, & ſi nō amor iuſtitiæ tenet,uel timor

G damni refrẽnet. Scit.n.dominus uanitatibus subditam esse carnis naturã: quia omnis homo quantum ad carnẽ, delectatur hominibus apparere. Nõ.n.fieri potest, ut caro nata de uanitate nõ sit uanitatis amatrix: nec dominus admoneret nos, ut ne corã hominibus faciatuus, nisi sciret oẽs homines uelle corã hominibus facere. Quis mãdat alicui, ne forniceris, nisi quem intelligit esse lasciuũ? Quis mandat alicui, noli te inebriari, nisi quem ebriosum esse cognoscit? Sic & admonitio Christi de fugienda uanitate, demonstratio est uanitatis humanæ. Attamen mãdat, quia etsi caro uana uanitatẽ desiderat, & terrena cõditio gloriam suã quærit in terra, quia nõ potest terrestris natura gloriã desiderare cœlestẽ: tamen anima q̃ de ueritate nata est, potest fugere uanitatẽ terrenam. Caro animæ subiecta est, non anima carni. Caro n.aduersus animã certare potest, uincere non potest, nisi ipsa anima cõsenserit ut uincatur. Anima aũt aduersus carnem & certat, & uincit. Ergo & qui plena quidẽ uolũtate propter hoies facit, ille pp homines feciſſe uidetur: super cuius aũt cor cogitatio
H quidẽ uana ascendit, desiderans hominibus apparere: anima aũt intelligens, uanis cogitationibus cõtradixit & repulit consiliũ carnis, ille propter hoies non uidetur feciſſe: quia scdm carnem quidem uoluit, secundum animam aũt noluit. Et quod cogitauit, passio carnis est: quod elegit, iudicium animæ. Nam si propter uanam carnis cõcupiscẽtiam dicimus: eleemosynam factã esse ingratam, nullũ bonũ hominis acceptabile potest esse ante deum, cũ nullũ bonum liberè homo facere potest, sed semper contra malas cõcupiscentias carnis certãdo faciamus bonũ. Quis aũt est homo castus? Nunquid qui non concupiscit? Absit: sed qui cõcupiscentiam suam uincit. Quis est mansuetus? Nunquid qui nõ irascitur? Absit: sed q refrẽnat iracundiã suã. Sic non ille pp deum uidetur facere eleemosynam, qui humanã gloriã non cõcupiscit, sed qui humanam gloriam animæ contradictione cõfringit. Alioquin in omni opere bono nec habemus mercedẽ, nisi malis cõtrarijs urgeamur p carPsal.139. b nem. In omni.n.opere bono scandalũ diaboli positum est, sicut scriptũ est de dæmonibus: Iuxta semi-
I tam scandala posuerũt mihi: ut ipsum bonũ non sit securũ, si solum: sed iuxta malũ positũ, semper tentatum sit, & probatum. Sicut.n.ubicunq; fuerit triticũ, necesse est ut inueniatur illic & zinania: sic ubicunq; fuerit bonũ dei, illic erit & scandalũ inimici. Quid ergo? Ecce proposuisti facere eleemosynam, sed ascendit super cor tuum uelle hominibus apparere, nunquid debes subtrahere manũ tuã, ut ne des locũ uanæ cogitationi, dicens apud te: Melius est nec facere bonũ, ne tantum inueniar propter homines facere? Absit: sed perfice opus tuũ, ne dum uis cogitationi uanæ resistere, perdas opus bonũ. Veniat tibi in mẽMat.13. d tem, quod dominus ait de tritico & zizanijs: Sinite utraq; crescere usq; ad messem, ne eradicantes zizania, simul eradicetis & triticũ. Triticũ est.n.uolũtas bona, quam seminat deus in homine: zizanium aũt est cogitatio mala, quã diabolus seminauit per carnem. Cum ergo omni uoluntati bonæ adhæreat & desiderium malum, si uolueris malam cogitationẽ tuam ad plenum tollere, simul tollis & opus bonũ. Nam & ipse diabolus eo consilio seminauit zizaniũ suum in tritico dei, ut attrita zizania eius, suffocent triticũ dei: aut siquis uoluerit diaboli zizanium tollere, simul eradicet & triticum dei. Nunquid & conti K
nens, aut uirgo, mox ut concupierit, iam cecidit? tantum plena uoluntate nõ concupiscat, ut uelit implere cõcupiscentiam suam: si aũt ex necessitate carnis concupiuit, & contradixit concupiscentiæ suæ, non peccauit: sed magis glorioſior est effectus, qa uicit, tanq̃ si non fuisset pulsatus. Quid ergo dicit scriptura? Sine ut matureſcant utraq; : id est, adimple opus tuum, & duc ad perfectum: & sic illa quidẽ uana cogitatio, quasi zizanium exiccatur, id est soluitur, euacuatur, & perit: bonum aũt opus, quasi triticum manet. Nã sic intelliges, si ex uoluntate tua fuerit illa uana concupiscentia, aut ex necessitate carnis. Si ex uoluntate tua fuit, doles si te facientẽ eleemosynã tuã nullus aspexit: si aũt gaudes postea, quia eleemosyna tua in silentio facta est, scito quia cõcupiscentia tua non fuit ex aĩo tuo, sed ex necessitate carnis: & ideo quasi zizanium aruit. Sic & continens concupiscentiã suam probare potest. Si ex animo eius est qđ concupiscit: sic ẽt postq̃ transierit cõcupiscentia, uoluntatem habet peccandi, tunc ex uolũtate eius est concupiscentia. Si aũt gaudet, quia nõ prævaluit ad L
uersus eum cõcupiscentia, sed confusa recessit, intelligat quia zizanium fuit ex necessitate carnis natũ, & nõ fuit animæ eius uoluntas. *Non habebitis mercedem apud patrem uestrum.* Quid.n.à deo accipies, qui deo nihil dedisti? Nã quod pp deum fit, deo datur, & ab eo recipitur: quod aũt propter homines fit, in uẽtos effunditur, & à nullo speratur. Quid est enim aliud hominũ laus, q̃ uentorũ transeuntium sonus? Cessauerunt homines loqui, & perdidit fructũ suũ, quia pp homines fecit, ut ab eis laudaretur. Quę est aũt sapientia, res dare, & uerba uacua cõparare: aut certè mercedem dei contemnere in perpetuum manentem in cœlis, & fugientes[r] hominũ sermones eligere? Melius est enim nõ facere, q̃ propter homines facere. Qui enim non facit, etsi in cœlo nõ inuenit, uel super terram nihil perdit: qui aut em propter homines facit, & in terra perdit, & in cœlo non inuenit. Vel illum aspice, à quo laudem expectas, quid sentit de te? Ideo te laudat, quia propter deum te facere putat. Si autẽ intelligeret, quia propter eum facis, nõ te laudaret, sed uituperaret magis. Quid ergo illi pla M
cere festinas, qui si te aliquando intellexerit, deridebit? Sic est homo qui propter homines facit bonum sicut mercenarius malus, qui intra tẽpus locationis suæ comedit omnes mercedes suas: cum autem tẽpore completo recesserit, nudus egreditur. Sic ergo uacuus uadit ad deum, qui mercedem omnium bonorum suorum accipere desiderauit in seculo. *Tu ergo cũ facis eleemosynam, noli tubã canere ante te sicut hypocritæ.* Verè enim subresponsor est, qui propter homines facit. Aliud enim habet in corde, & aliud nõstrat in opere. In facie quidem propter necessitatem hominum facit, & uidetur misericors: in corde autẽ propter uanam gloriam suam agit, & est uanæ gloriæ mercator. Tuba enim est omnis actus uel sermo, per quem operis iactantia demonstratur. Puta qui quando uidet aliquem præsentem, facit eleemosynam, extra autem nõ facit: hoc tuba est, quia per hoc eius iactantia prædicatur. Item qui intercedente aliquo facit eleemosynam, ubi aũt non est intercessor, non facit: hæc consuetudo mala, tuba est. Itẽ qui si uiderit honestiorem personam quæ potest referre, dat ei: obscuro autem, & alligato pauperi pas-

A sionibus nihil dat: & hoc tuba est, etiam si in loco secreto fecerit, eo tamen proposito ut laudabilis uideatur: primũ quia fecit, secundo quia abscõsè: ipsa abscõsio tuba est eleemosynæ eius. & quicquid illud fecerit homo per qđ apparet, aut uult apparere, quia fecit, tuba est: quia p illud ipsa eleemosyna dũ fit clamat de se: ideo nõ tantũ locus, nec actus secretus seruãdus est, sed magis uolũtas secreta. Nã in omni actu carnali diabolus fraudẽ facere potest, in sola cõscientia nõ potest fieri dolus: quia hominib⁹ suademus, deo aũt manifesti sumus. Nunquid nõ intelligit homo hoc esse uanũ, quod ab hominibus uult uideri? Sed cogitur amare, qđ intelligit uanum. Quid miserius q̃ natura humana? Omne animal põt amare quod sibi intelligit bonũ, & odire quod intelligit malũ: solus homo qđ intelligit malum, amare cogitur, & odire quod intelligit bonũ: quia duas habet in se aduersantes naturas. Quod carni placet, animę displicet: & quod animæ placet, carni displicet: ut sicut
Iob.7.a ait Iob, ois uita nostra, tentatio sit. Quòd si ois uita nostra tentatio est, omnis uita nostra & lucrum est.
B *Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.* Ianudũ significauimus hæc omnia ad animã dici, nõ ad carnẽ, quod hic sermo manifestè declarat. Alioqui quantũ ad corpus, qũo potest fieri ut nesciat sinistra quid dextera faciat, cum ambæ manus in adiutoriũ sibi inuicẽ sint creatæ, ut altera alteri administret, nec citò iueniatur opus qđ una manus sine altera posit implere? Sed scdm qđ diximus suprà: Dextera manus, est uolũtas animæ, semper ad bonũ contendens: sinistra aũt, uoluntas carnis, semper deo cõtraria. Nesciat ergo carnis uolũtas, quod facit uoluntas animæ. Quando ergo uoluntas est nobis faciendi eleemosynas pp deum, uolũtas est animæ, & dextera manus nostra. Si subeuntem nobis uoluntatem uanam, ut ab hominibus uideamur, id est uolũtatẽ carnis & manum sinistram repreſſerimus, nescit sinistra uolũtas quid facit dextera. Si aũt subeunti hmõi[r] uanæ uoluntati consenserimus, coniũximus siuistram uoluntatem dextræ, & dextram sinistræ: & notum fecimus sinistræ, quod
C dextera operabatur. Aliter certè, sicut apostoli interpretãtur in libro Canonũ, qui est de episcopis. Dextra est populus Christianus, qui est ad dextrã Christi: sinistra aũt, omnis populus qui est ad sinistram. Hoc ergo dicit, ne Christianum facientem eleemosynã qui est dextra, infidelis aspiciat, qui est sinistra. Christianus autẽ si Christianũ uiderit eleemosynas facientem, non est contra Christi præceptum, quoniam ambo dextra sunt. *Sed sit eleemosyna tua in absconſo.* Non tantũ in abscondito loco, quantũ in abscondito conscientiæ: Nã si anima intra claustra bonæ uoluntatis inclusa sit, corporales actus nostros abscondere possumus: si aũt anima per uanas cogitationes fuerit euagata, nihil prodest actus corporales abscõdere: quia sic abscondimus, ut amplius publicemus. *Et pater tuus qui uidet, in abscõdito, reddet tibi in manifesto.* Vide quia abscõsum cordis, non loci, significat. Deus enim in abscõso cordis est, nõ in abscõso loco. Considera quia non ideo uoluit
Sup.5.b deus nos in abscõso facere, ut non appareat opus nostrũ. Alioqui qũo dicit: Sic luceat lumen uestrũ, ut uideant homines opera uestra bona, & magnificẽt patrem uestrum, qui in cœlis est? Sed ut ipse id ostendat. Nam gratius est omne bonum quod à nobis abscõditur, à deo aũt ostẽditur. Nam si tu teipsum D
ostendas, pauci sunt qui te laudent: id est, qui nõ intelligant, quod tu latere potueris: qui aũt intellexerit, uituperat magis, non laudat. Si aũt te deus ostendat, nemo uituperat, nisi fortè malus cui displicet bonus. Impossibile est enim, ut bonum opus hominis in abscõdito dimittat deus: sed in hoc seculo manifestat eum, & in illo glorificat, quia gloria dei est. Sicut aũt opus malum hominis ad gloriam diaboli est, in eo enim malitiæ eius uirtus ostenditur: sic & opus bonũ gloria dei est, i eo enim gloria[r] eius ostẽ [r]gratia.
ditur. Sicut ergo diabolus qui suggerit malũ fieri, ipse manifestat malum: utputa ipse suggerit adulteriũ facere, & ipse manifestat adulteriũ: ipse suggerit homicidium, & ipse publicat homicidiũ. Sic deus dat bonum fieri, ipse publicat omne bonum in manifesto, id est, in seculo illo futuro, quia hic merces iustitiæ manifesta nõ potest esse: puta pro bono opere tuo, si te fecerit diuitem: quoniam hic nõ solum boni, sed ẽt mali diuites sunt, magis autẽ mali q̃ boni, ideo merces iustitiæ in diuitibus non apparet. Si tibi
dederit habere filios, & filios filiorum, qui etiam in E
bonis & malis indifferẽter, & boni & mali inueniuntur: & ideo iustitiæ merces manifesta nõ potest esse, cum omne bonum quod est in hoc seculo desiderabile, iter bonos & malos cõe est: ideo si bonis datum fuerit, non apparet. Illius autẽ seculi bona non sunt cõmunia inter bonos & malos, sed tantum bonorum. Ideo cuicunq; illic benefecerit deus, manifestum est quia pro mercede iustitiæ suæ meruit iljud bonum: nisi fortè sic in hoc mundo reddidit in manifesto, faciens eũ omnibus manifestum: & glorificans eum, ut oẽs cognoscentes eum dei hominem esse, uenerentur eũ. Aut si secundũ opera æstimetur & status bonorũ mundi istius: utputa, multi incurrunt mala, & boni & mali in seculo isto: unde intelligimus quis tentatur in eis quasi bonus, & quis punitur quasi malus, secundum opera. Si cuius enim opera uidemus bona, scimus quia tẽtatur quasi iustus: cuius aũt mala, dicimus qa punitur in eis, quasi peccator. Sic & bona mundi uidemus & peccatores habere, & interdũ iustos: propterea scdm opera est ma F
nifestum. Quoniã malus quidẽ, si bona in hoc mũdo fuerit consecurus, dicimus quia nutritur hic inde iniquitas eius, ut illic intereat grauius. Si aũt bonus, dicimus quia reddidit ei deus mercedẽ iustitiæ suæ. *Et cum oratis nõ eritis sicut hypocritæ, qui amant stare in synagogis.* De oratione sermo est nobis, quã solã quasi spirituale talentum anima offert deo de uisceribus suis. Oẽm enim iustitiam, quã facit homo, secundum potentiam suam facit, & de potentia sua profert: solam aũt orationem secundum fidem suã facit, & ex fide sua profert. Vis aũt scire q̃ pretiosa sit oratio? Nulla iustitia thymiamati assimilatur, nisi oratio sola: sicut in reuelatione Ioannis ostenditur, qũo magnus angelus ante conspectum altaris processit, habens in manu thuribulũ incensi odoramẽtorum, & dictũ est ei: Istæ sunt orationes sanctorũ. Apoc.8.a
Sicut enim thymiama bene cõfectũ, delectat hominem odorantem: sic oratio iusti suauis est ante deũ. Vis aũt scire dignitatẽ eius? Mox ut de ore processerit, suscipiũt eam angeli manibus suis, & offerũt ante deũ, sicut dicit archangelus ad Tobiam: Ego sum, Tob.12.c
orationẽ tuam obtuli ante deum. Vis scire uirtutem ipsius? Oratio trium puerorum fecit, ut ignis ardens D.m.3.c

G nō adureret eos, sed delectaret: ut flāma quidē uideretur in specie, umbraculū aūt esset in opē suo: quanto ergo gloriosa est, tantò cautè seruanda est, ne pp homines facta uilescat. *Qui amant in synagogis orare.* Putas quia in synagoga uetat orare, in couentu hominū? Sed eo proposito in conuentu hominū uetat orare, ut uideatur à cōuentu, Alioquin in conuentu fidelium orare laudabile est, sicut dictū est, In ecclesijs benedicite dominū. Et iterū: Adorate dominum in regia ſ sancta eius. Puto aūt & hoc ad locū non refert dominus, sed ad propositū orantis: quoniā qui sic orat, ut uideatur ab hominibus, mens illius non deū aspicit: sed homines, qui sunt ibi, & uidetur sibi in medio multorū orare. Ille talis quantū ad propositum suum in synagoga orat. Eius aūt orātis mens solū aspicit deum, si in illa hora est mens eius, quasi nullū habeat circa se, quia mens illius nullū uidet, q propter neminem orat. Et ideo quāuis in synagoga orat, tamen in secreto apud se uidetur orare. Deinde ut orans nihil nouum faciat, quod aspiciant homines: nec qs uoce clamet, ut audiatur ab alijs: nec H expādat manus suas, ut Pharisæus in tēplo, ut uideatur à multis, neq; pectus suū apertè percutiat, sed absconsè, sicut publicanus i tēplo: neq; impudēter oculos tollat ad cœlū, ut notabilis fiat: & ita quē nemo audit clamātē, nemo aspicit tale aliquid facientē, & inter multos stans, in secreto est. *Et in angulis platearum.* Nō dixit, in plateis: sed, in angulis platearum. Vt ne si in plateis orauerint, quasi simulatores religiōis uituperarentur, sed in angulis, ut uideantur absconsè orare. Astuta uanitas: sciūt. n. quia hoc ipsum absconsè orare laudabilius est, ideo fingunt se absondere, ut dupliciter laudentur. Primū, quia orant: secundò, quia absconsè orant: & amplius se manifestāt p hoc ipsum qđ se absondunt. Dic hypocrita, ut quid uis ut uidearis orās? Nōne quia laudabilis res est orare? Vt quid ergo nō uis esse laudabilis, qui uis ut laudaris? O insania uanitatis: esse nolunt, qđ desiderant apparere. *Amen dico uobis, perceperūt mercedē suam.* Vnusquisque ubi seminat, ibi metet: & qđ seminat, hoc & metet. Propter hoies orant, non pp deum: sic & ab hominibus, nō à deo laudantur. Mendaciter orant, I cū non orent: & mendaciter laudantur, cū non sint laudabiles: speciem uacuam religionis uendunt, & uerbū uacuum laudis emunt. Sicut oratio eorū deū non delectat, sic nec laus hominū eos adornat. Qđ enim in uerbo positū est, tandiu est, quandiu dicitur uerbū: cū autē finitum fuerit uerbum, finitur & bonum quod positū erat in uerbo. *Tu autem cum oras.* Tu q uis, ut exaudiaris, nō ut uideris: q esse uis laudabilis, nō apparere: qui in auribus dei, nō in oculis hominū loqueris. *Intra cubiculum tuum, et claude ostiū tuum.* Vt nemo sit tibi, nisi tu qui oras, & ille quem oras: & ne quis tecum sit alter, præter eū quē necessarium habes. Testis. n. orantē grauat, nō adiuuat: qa deus orationibus nō exigitur, sed placatur. Alterum dico alterius cordis. Qui aūt eiusdē sunt cordis, etsi multi fuerint oratores, unū sunt, quia unus spiritus orat in oibus, sicut dictū est: Omnium aūt credentium erat cor unū, & anima una. Melius hæc enim Act.4.g spiritualiter intelliguntur ad animam dicta. Cubiculū enim est cor uel intellectus interior, id est, spiritualis: sicut scriptum est, Quæ dicitis in cordibus uestris, & in cubilibus uestris compungimini. Ostium Psa.4.a autem est sensus carnalis exterior, per quem omnia bona uel mala super animam intrant. Sicut in Cantis ex persona ecclesiæ Sapientia dicit: Ecce dilectus Cant.5.a ſ meus pulsat ostiū, aperi mihi soror mea, proxima mea. Pulsat aūt Christus hominem Christianū, aut per scripturas diuinas, aut bonas cogitationes super cor eius inducens: & ille qui suscipit eas aperit Christo: qui aūt expellit, claudit. Iubet ergo, ut anima interiorē ingrediatur intellectū, quando orat, ut nihil cogitet, nisi de quo orat, & quē orat, ut claudat ostium sensus sui carnalis, ut oēs cogitationes carnales, & solicitudines foras excludat. Si aūt orās de carnalibus rebus cogitaueris, non introisti in interiorē intellectum, nec clausisti ostiū sensus: & ideo tacitè cū cogitationibus superfluis anima loquēs, orationis perdit tempus. ſ Secundum hoc & illud superius ſ fructus. intelligi potest. In media. n. synagoga orat, q in medio multitudinis malarum cogitationū orat, undiq; mundialibus solicitudinibus circūdatus. Quādo. n. orans cogitat de uxore, de filijs, de mancipijs, de domo, de possessionibus, de pecorib⁹, de militia, de lucro, de capsis, & alijs q̄ sunt innumerabilia, q̄ super cor incautè orantis ascendūt: ſ nōne tibi uideturhæc L synagoga malorū? Oēs enim istæ uariæ species cogi ſ putas tationū, diuersi sunt immūdi spiritus. Quo ergo no modica ti in media synagoga orat anima tua, quādo tot secū bi &c. immūdos spiritus habuerit spectatores, & colloquētes? Possumus itelligere & ostiū domus os corporis, ut non clamosa uoce oremus deū, sed desiderio tacito. Nā ex clamosa oratione multa mala nascuntur, maximè hęc tria. Primū, qui clamosè orat, nō credit deum ubiq; esse, & absconsa audire. Ideo dupliciter deū honorat, qui absconsè orat: primū, quia orat: secundò, qa credit eū absconsa audire, sicut & audit. Nā deus nō uoce clamosa pulsandus est, sed cōscientia recta placandus: qa nō est uocis auditor, sed cordis. Scdm aūt malum, quod mysteria secretarū petitionū tuarum, quas fortè nō oportebat alterū scire prēter te & deū: in auribus bonorū hominū, & malorū audienda cōmittis, & nō solū nō audiris à deo, quia indisciplinatè orasti, sed adhuc ab hominibus derideris, qbus absconsa tua manifestasti. Tertiū uerò malū, quia clamosè orans, iuxta te alterū nō permittis orare. Vocibus. n. tuis rapis sensum illius ad M tuos sermones, & ideo nō solū nō exaudiris, qa malè oras: sed adhuc peccatū colligis, dū orare alios nō permittis. Sic ergo ora, sicut audisti in libro Regnorum Annā orantem, q̄ figurā portabat ecclesiæ, de qua dictū est: Labia quidē eius mouebātur, uox aūt 1.Reg.1.b eius nō audiebatur. Et *pater tuus qui uidet in absconso, reddet tibi palā.* Vt tūc cognoscāt hoies quem ſſ orasti, cū uiderint te accepisse qđ orasti. *Orantes autē nolite multum loqui, sicut ethnici faciunt.* Quos orant Gētiles uideamus, ut sciamus quare sic orant. Orāt dæmones, qui etsi audiunt, exaudire nō possunt. Nam neq; mala pstare possunt, nisi permiserit deus. Orant reges mortuos, Iouem, Mercurium, cæterosq;, quorum crimina sunt manifestiora quā nomina, qui nec cum uiuerent, poterant adiuuare. Orant idola insensata, quæ nec audire possunt, nec dare responsum. Iustē ergo diu clamāt, ubi qui exaudiat nō est. Propterea cū sacerdotes Baal deos suos clamarent pp sacrificia comburenda, deridens eos Helias, dicebat: 3.Reg.18.d Clamate, clamate fortiter, forsitan dormiunt dij uestri. Sic & modò quasi dormientem deum accusat, qui orationem suam longo sermone prosequitur.

A *Scit. n. pater uester quid uobis necessariū sit antequā petatis eum.* Si ergo prēcognoscit qd uolumus, nō ideo oramus ut exponamus deo qd uolumus, sed ut placeat ei præstare quòd desideramus. Et si deus placādus est, nō docēdus: nō est ei necessaria longa narratio sed bona uoluntas. Sic ergo orabitis uos.

Homilia. xliij. ex capite sexto.

Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomē tuū

[dominū P &c. Patrem se magis, quàm deū ſ uoluit dici, ut nobis magnam fiduciam daret ad petendum, & spē largam ad impetrandum: quia serui non semper impetrant qd petunt. Nec enim semper ex bona conscietia, q̄ iusta sunt petunt. Nam frequēter serui nō considerant qd ad utilitatē domini pertinet, sed ad suā: ideo nō merentur semper audiri. Filij autē semper impetrant, quia ex bona conscientia, quæ iusta sunt, petūt: nec considerant magis qd ad utilitatē suam pertinet, quàm ad patris: ideo semper merentur audiri. Et tu si filiū dei te credis, illa pete q̄ & tibi expediunt accipere, & illū decet prēstare: si autem semp ab eo petas carnalia & terrena, aut difficilè impetras, aut fortè nec impetras. Qūo tibi illa prę B stat libenter nō habenti, quæ etsi habeas, ubique ad monet te ut cōtemnas? *Pater noster.* Noster, dixit, nō ſ habet. meus: libenter audit ſ deus quando Christianus nō solùm pro se, sed pro altero orat. Pro se. n. orare, naturę est: pro altero aūt, gratiæ: pro se orare necesitas rei cogit, pro altero autem charitas fraternitatis hortatur. Dulcior est autē ante deū oratio, nō quam necesitas rei transmittit, sed quā charitas fraternitatis commendat. *Qui es in cœlis.* Vult ut sciamus nos patrē habere cœlestem, ut erubescamus nos terrenis rebus substernere, scētes nos patrē cœlestem habere. Sicut. n. degener filius ad opprobrium pertinet generosi patris, sic & Christianus iniustus ad blasphemiā pertinet dei iusti. Nā sicut p bonos Christianos de⁹ glorificatur, sic p malos blasphematur. *Sanctificetur nomen tuum.* Quomodo sanctificatur ab homine, q sanctificat hoies? Aut quod sanctum est, ut quid sanctificatur? Sed in se quidē sanctum est, hoc autē quæritur, ut sanctificetur in nobis: id est, ut nos illū sanctificemus in nobis, ut cū nos illū sanctificauerimus in nobis, tunc ille nos sanctificet in se. Nā q non sanC ctificat deū, nō sanctificatur à deo. Sanctificam⁹ aūt deum in nobis, quando scientes eum sanctum, time ſ singulemus mus, & solicitè uigilamus, ne fortè uiolemus ſ sancti tatem nominis eius in nobis per opera nostra mala. Sicut qui p̄clara uestę uestitus est, fugit omnem rem sordidā, ne fortè coinquinet eam, & perdat gratiam cādoris eius: sic qui suscipit deū in corde suo & spiritu suo, solicitus esse debet, ne fortè contaminet eū, sciens quia si cōtaminatus fuerit in nobis: ipse quidē in sua natura incontaminabilis manet: tamen cōtaminatiōis suæ iniuriā grauiter nostro uindicabit in- Regnum teritu. *Adueniat regnum tuum.* Regnū dei dicitur retri- dei, quid. butio uel tribulatio, quā accipiunt aut iusti pro mer Inf.13.f cede iustitiæ, aut peccatores pro culpa peccati. Regnū dei dicūtur & sancti, sicut scriptū est, Et colligēt Inf.21.d. zizania de regno ei⁹, hoc est, de populo Christiano. Regnū dei dicitur & iustitia, sicut dicitur: Auferetur à uobis regnū dei, & dabitur gēti faciēti fructus ei⁹. De oibus unus est intellectus. Aliud est regem esse, & aliud regnare. Ecce. n. deus naturaliter rex est, sed nō in omnibus regnat: nec omnes homines sunt regnū eius, quia nec faciunt oēs uoluntatem ipsius. Nam in iniquis hominibus nō deus, sed diabolus regnat, D cuius faciunt uoluntatem. Vnde sapiēter ait Apostolus, dicens: Aduersus rectores huius mūdi tenebrarū Ephe.6.b harum. Non dixit aduersus rectores huius mūdi tantummodo: sed addidit, mundi tenebrarū, quia non totius mūdi sunt domini dæmones, sed tantūmodo tenebrarum q̄ sunt in mundo. Tenebræ autē mundi, dicuntur hoies iniqui: sicut & sancti, mundi lux appellātur. Sicut ait Apostolus: Fuistis aliquando te Ibid.5.b. nebræ, nunc autem lux in domino. Quia sicut p sanctos deus ostenditur in hoc mūdo, sic p iniquos homines obscuratur. Et potestatē quidē habet deus in hominibus & perdere omnes si uult, sicut & ipsum principē peccatorum diabolum. Nā sicut diabolus, cū sit in potestate dei, tamē quoniā quantū ad propositum tuum nō uult esse dei, nō est de regno dei: sic & omnes peccatores, quāuis sint i potestate dei. tamen quia nolunt esse sub deo, nō sunt regnū dei, Nam uerè iustum regnum est, quādo & rex uult homines habere sub se, & cupiūt hoies esse sub eo. Quādo autem rex per uiolentiā cogit esse sub se, illud quātùm ad ueritatem nō est regnum, sed tyrannis. Ideo & deus, quāuis habeat homines in potestate, tamen E uolentes recipit tantùm, ut non sit tyrānus, sed rex. Diabolus planè tyrannus est, quia & nolentes compellit facere uoluntatem suam. Quid est ergo quod dicit? Quia interim duo sunt regna in mundo, dei & diaboli, id est, iusti & iniqui: & hoc quæritur, ut tollatur de medio regnum diaboli, id est, iniqui: & ueniat tantummodo regnum dei, id est, iusti: & ideo dicit, Tuum unum regnum adueniat, quia iterim nō oēs sunt dei ſ. Quod tunc fiet, quando omnes iniqui cū ſ iusti principe suo diabolo mittētur in stagnum flammeū inferorum. Omnes autem sancti resurgent, & eūtes 1. Thes.4 in obuiam domino ueniēt in aere, & semper in hoc d. mūdo erunt cum ipso, ut omne quod est in hoc mūdo, totum sit dei. Sic intelligēdum est & de iustitia, quoniā modò & iustitia, & iniquitas regnant: cū autem extincta fuerit iniquitas sublato diabolo, tunc iustitia sola regnabit. *Fiat uoluntas tua, sicut in cœlo & in terra.* Nunquid non facit deus quod uult ubique? Dictum est. n. Quia (inquit) omnia quæcunq; uoluit Ps.134.b dominus fecit in cœlo & in terra, in mari, & in omnibus abyssis. Sed hoc quæritur, ut in nobis fiat uolūF tas dei, id est, ut eam nos faciamus. Quādiu ergo regnum mistum est in terra, fit quidē uoluntas dei in hominibus, sed non sicut in cœlo. In cœlo enim omnes angeli nullius faciūt uoluntatē, nisi dei tantummodo: in terris autem non omnes faciunt dei uolūtatem: iniqui enim diaboli faciunt uoluntatem. Cū ergo regnum diaboli, hoc est, iniqui sublati fuerint de hoc mundo, tunc omnes qui sunt super terrā solius dei facient uoluntatē, sicut angeli omnes in cœlo. Communiter autem accipi debet quod ait, Sicut in cœlo & in terra: id est, sanctificetur nomen tuum, sicut in cœlo & in terra: Adueniat regnum tuum, sicut in cœlo & in terra: Fiat uoluntas tua, sicut in cœlo & in terra. Et uide q̄ cautè locutus est. Non dixit, Pater sanctifica nomen tuum in nobis, adhuc regnū tuum super nos, fac uoluntatem tuam in nobis: ne seipsum uideatur deus i hominibus sanctificare, aut regnū suum super quos uult adducere, aut uoluntatē suam in quibus uult facere, & per hoc inueniatur deus psonarū acceptor. Nec iterū dixit, Sanctificem⁹ nomē tuū, susc ipiamus regnū tuum, faciamus uolū-

G tatem tuam, ſicut in cœlo & in terra: ne hominũ tantummodo uideatur eſſe quòd ſanctificant deũ, aut quòd ſuſcipiũt regnũ eius, aut quòd faciunt uoluntatẽ ipſius: ſed mediè dixit, & impersonaliter: id eſt, ſanctificetur, adueniat, fiat: ut utriuſq; ꝓſonę opus neceſſariũ demonſtraret, quia & homo deũ neceſſarium habet, & deus hominem ad iuſtitiã faciendã. Nã ſicut homo nõ poteſt facere bonũ, niſi habuerit adiutoriũ dei ſic nec deus bonũ operatur in hoĩe, niſi homo uoluerit. Sicut nec terra ſine ſemine, nec ſemẽ ſine terra fructificat: ſic nec homo ſine deo, nec deus ſine homine iuſtitiã operatur in homine. Ac ſi dicat, ſi hæc agitis, hæc oratis, digni filij eſtis huiuſmodi patris. *Panem noſtrũ quotidianum da nobis hodie.* In prima quidẽ facie ſic uidentur uerba ſonare, ut qui dicunt panẽ noſtrum quotidianum da nobis hodie, non habeãt in craſtinũ, aut in procraſtinum præparatũ, ut poſſint dicere panẽ noſtrum quotidianũ da nobis hodie. Qui aũt in craſtinũ paratum habet, aut in quinque, aut in decem dies: quo poteſt dicere panẽ
H meũ quotidianũ da mihi hodie? Illud enim petitur, quod interim nõ habetur: quod autem poſidetur, ut qd adhuc requiritur? Quod ſi eſt, oratio iſta aut paucis poteſt conuenire, aut forſitan nulli. Quis.n. ita fidelis, ut cũ poſſit amplius habere, tamẽ ampliꝰ ſibi non reſeruat, niſi quotidianũ uictum? Forſitan ſolis conueniebat apoſtolis, qui docendi gratia per ſingulas ciuitates omni tempore uagabãtur, & ipſa uagatio amplius quotidiano uictu poſsidere nõ poterat. Sed itaq; debemꝰ aptare Chriſti doctrinã, ut omnes in ea proficiãt, ne fortè cõis medicina iuſtitiæ, q̃ ad ſalutẽ oĩum eſt præparata, dum aut paucis aut nulli prodeſt, inueniatur eſſe ſuperflua. Ita ergo itelligẽdũ eſt, qa nõ ſolũ ideo oramꝰ panẽ noſtrũ da nobis, ut habeamus quod manducemus: ſed ut quod manducamus, de manu dei accipiamus. Nã habere ad mãducãdũ, cõe eſt inter iuſtos & peccatores, frequenter aũt & abundantius peccatores habent quã iuſti. De manu aũt dei accipere panẽ, non eſt commune, ſed tantũ ſanctorum[r]. Præparare ergo nõ uetant hæc uerba, tamẽ cũ peccato præparare uetant. *Iuſtorũ.*
I Nã qui cũ iuſtitia præparat, illi deus dat panem quẽ manducat: qui aũt cum peccato, illi nõ dat deus, ſed diabolus. Nam omnia quidẽ à deo creantur, non tamẽ à deo omnia ſubminiſtrantur. Vel intelligẽdum eſt ita, ut dum à deo datur, ſanctificatus accipiatur: & ideo nõ dixit, Panẽ quotidianũ da nobis hodie: ſed addidit, Noſtrũ id eſt, quẽ habemus iam prꝑatũ apud nos: illũ da nobis, ut dũ à te datur, ſanctificetur. Vtputa ſi laicus offerat ſacerdoti panẽ, ut ſacerdos accipiẽs ſanctificet, & porrigat ei: quòd.n. panis eſt, offerentis eſt: quòd aũt ſanctificatus eſt, beneficiũ eſt ſacerdotis. Nunquid non ſuffecerat ſic dicere, Panẽ noſtrũ da nobis hodie? Vt qd ergo addidit, quotidianũ? Vt luxurioſos cibos cõpeſcat, Vt tantũ qs mãducet, quantũ ratio naturalis exigit, non quantũ laſciuia carnis impellit. Si.n. tu in uno cõuiuio tantũ expendas, quãtũ in pluribus ſufficere poterat: Verbi gratia, hominibus centũ moderatè uiuẽtibus aut tibiꝑſi cẽtũ diebus diſciplinatè uiuenti iam nõ quotidianum cibum manducas, ſed multorum dierum. Aut certè ſicut ſuprà dixit de eleemoſynis, aut de oratione, ut nõ corã hominibꝰ faciamus: nõ qa hoc poſsibile erat omnino, ſed ut doceat nos oĩno ſpectationẽ hominũ fugere uelle, ut ſi poſsibile eſt, nec uideatur: qd̃ poſsibile non eſt. Sic & hic docere nos K
uolens, ut de nullo ſimus in hoc mundo ſoliciti, niſi de ſolo ſimplici uictu, ſic mãdauit orare Panẽ noſtrũ quotidianũ da nobis hodie: non quia illicitum iudicauit plus habere hominẽ Chriſtianũ, q̃ panem quotidianũ: ſed hoc docere uoluit, ut ſi poſsibile eſt, neque pane quotidiano plus habeat: quod poſsibile non eſt, quantũ ad poſsibilitatẽ humanã. Itẽ quare non ſolũ dixit, panẽ quotidianũ da nobis: ſed addidit: noſtrũ panẽ? Propter duas rõnes. Primũ, quoniã omnia quę dat nobis deus, ſiue orantibus, ſiue militantibus, non nobis ſolis dat, ſed ẽt alijs ꝑ nos, ut de eo quod accepimus à deo, partẽ impotentibꝰ faciamus. Qui ergo de laboribus ſuis indigentibus nõ præſtat, nõ poteſt dicere panẽ meũ da mihi: nec enim panẽ ſuũ tantũmodo mãducat, ſed etiã alienũ. Deinde qui de iuſtitia acquiſitum panẽ manducat, ſuũ panẽ manducat: qui aũt cum peccato, alienũ. *Et dimitte nobis debitanoſtra ſicut & nos dimittimus de bitoribus noſtris.* Cũ qua ſpe orat, qui inimicitiam ſeruat aduerſus alterũ, à quo forſitan læſus eſt? Sicut.n. ipſe orans mentitur, dicit.n. remitto, & nõ remittit: L
ſic à deo petit indulgentiã, & non illi indulgetur. Si ergo qui læſus eſt, ſine ſpe orat deũ, niſi indulſerit ei *causa.* à quo læſus: quo putas orat, qui nõ ſolum ab altero læſus nõ eſt, ſed ipſe per iniuſtitiã alios lædit & grauat? Sed multi nolentes dare ueniam peccãtibus in ſe, fugiunt iſtã orationem orare. Stulti, primũ quoniam qui non ſic orat, quemadmodũ docuit Chriſtus nec eſt Chriſti diſcipulus. Scdò, quia nec pater libenter exaudit orationẽ, quã filius nõ dictauit. Cognoſcit.n. pater filij ſui ſenſus & uerba, nec ſuſcipit q̃ uſurpatio humana excogitauit, ſed q̃ ſapientia Chriſti expoſuit. Ergo orationẽ quidem dicere potes, cir cũuenire aũt, & fallere deum non potes: nec accipis indulgẽtiã, niſi prius indulſeris ipſe. *Et ne nos inducas in tentationem. ſed libera nos à malo.* Quoniã multa, & magnifica ſuprà mãdauit hominibus, ut deũ patrẽ ſuum dicant, ut genus ſuũ de cœlo cognoſcãt, ut regnũ dei petant uenire, ut nõ ſint ſoliciti unde paſcãtur: q̃ omnia magnæ ſpei, & iuſtitiæ ſigna ſunt: ideo nũc additur humilitatis doctrina, ut dum dicũt, Ne
nos inducas ĩ tentationẽ: cognoſcãt ſe eſſe infirmos, M
& cõſideratio ifirmitatis cauſam gloriationis extinguat. Duo ergo petimus, primũ, ut nõ inducat nos ĩ tentationẽ: ſecundo, ut ſi induxerit, liberet de periculo tẽtationis. Nam uerè ſi ſcdm ueritatẽ iuſtitiæ ſuæ examinaret hoies deus, nullꝰ poſſet fieri ſaluus. Ideo aũt difficilè tẽtat, ſciens infirmitatẽ noſtrã. Aut ſi tẽtat, non tandiu tentat, quandiu nos uincamus tẽtationem, ſed quandiu uincere nos uelle oſtendimus: id eſt, nõ uirtutẽ noſtrã tentat, ſed uoluntatẽ: Apoſtolo nos cõfirmante, & dicẽte: Tẽtatio uos non apprehendat, niſi humana. Fidelis aũt deus, qui nõ pa- 1.Co.10.c
tietur uos tẽtari ſupra id qd̃ poteſtis ſuſtinere &c. Volens.n. glorificare hoiem, tentat eũ, non ut cum magno iudicio glorificet, ſed ut ne ſine cauſa glorificet. *Quoniam tuum eſt regnum, & uirtus, & gloria.* Tria autem hæc ad tria quæ ſuperius dixit, pertinẽtia introduxit. Quoniam dixerat ſuprà, Sanctificetur nomẽ tuũ, adueniat regnũ tuũ: ac ſi dicat aliquis, ergo nõ habet deus regnũ in terra, quia oratis ut ueniat? is reſpondet ad illud, quoniam tuũ eſt regnum. Itẽ quoniam dixerat, Fiat uoluntas tua, ſicut in cœlo & i terra: ac ſi dicat aliquis, ergo nõ poteſt deus facere qd

A uult in terris, quia oratis ut fiat uolũtas eius? ad hoc reſpondet, Quia tua uirtus eſt: tanquã ſi dicant, Nõ ideo optamus regnũ tuum in nobis, aut fieri uolũtatem tuã in terris: quia non eſt regnũ tuum in mundo, nec potes facere quod uis in terris, ſed quoniã regnum tuũ uita æterna eſt, & uolũtas tua iuſtitia eſt. Propterea nec redigis aliquẽ ſub regno tuo, niſi ipſe uoluerit: nec oparis i aliquo uolũtates tuas, niſi ipſe cõſenſerit. Propterea oramus, ut illuminati à te, uelimus ſuſcipere regnũ tuum in nobis, & optemus facere uoluntatẽ tuã. Item quoniam dixerat, Panem noſtrum quotidianũ da nobis hodie: & dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribꝰ noſtris: & ne nos inducas in tẽtationẽ, ſed libera nos à malo. Ad illa reſpondet, qa tua eſt gloria. Verè enim quia ſi nihil deeſt timentibus deũ, dei gloria eſt: ſi illis dimittentibus debitoribus ſuis, deus dimittat eis peccata eorũ, dei gloria eſt: ſi autẽ nõ dimittentibus eis dimittat, non eſt gloria dei, qa nec eſt iuſtum iudiciũ eius. Si non inducat in tẽtationẽ, aut inductos ſi propter iuſtã aliquã cauſam liberet, gloria dei eſt. Et generaliter quicqd ſuprà orare præcepit, cũ fuerit a deo præſtitũ, dei gloria eſt. *Si enim non dimiſeritis hominibus peccata eorũ, nec pater ueſter dimittet uobis.*
B Nã & ſuperiùs cũ dixiſſet, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribꝰ noſtris: nõ dixit, ſicut & nos dimittemus, ut priꝰ nobis deus dimittat, poſtea nos debitoribus noſtris. Scit.n. dominus omnes hoies eſſe mendaces: quoniam etſi acceperint remiſſionẽ peccati ſui, ipſi debitoribus ſuis non dimittunt. Ideo ſic dicit, Dimitte nobis, ſicut nos dimittimus: ut priꝰ dimittamus, poſteà petamus dimiſſionẽ, & à deo remiſſionẽ peccatorum accipiamus.

Homilia.xv. ex cap. ſexto.

Vm autẽ ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes exterminant.n. facies ſuas, ut appareãt hominibus ieiunantes. Omnium malorũ prima & fortiora ſunt tria mala: id eſt, gula, auaritia, & uana gloria. Aduerſus q̃ dominus tẽtationis ſuſcipiens belꝫ, pugnauit pro nobis. Cõtra gulã in eremo, contra auaritiã ſup montẽ, contra uanã gloriam ſuper templum. Item omniũ bonorum prima & fortiora ſunt tria bona: eleemoſyna, oratio, & ieiunium. Et uide quõ aduerſus tria mala inuẽta ſunt tria bona, id eſt,
C eleemoſyna contra auaritiã, ieiunium contra gulã, oratio contra uanam gloriã. Dic nobis, ecce ieiunĩ contra gulã uenit, quia contrarium eſt ieiuniũ gulæ: & eleemoſyna contra auaritiã cõuenit, quia auaritia cõgregat, eleemoſyna autẽ diſpergit. Oratio quomodo conuenit cõtra gloriã uanam? Audi, Omnia mala q̃ ſunt in mundo habent contraria bona per q̃ ſuperentur: utputa, fornicatio caſtitatẽ, ſuꝑbia humilitatem, iracũdia mãſuetudinẽ. Et nullum eſt malum quod nõ habeat contrariũ bonum, per quod ſuperetur, dẽpta uana gloria. Ideo quãtauis bona feceris uolẽs cõpeſcere uanam gloriam, tãtò magis excitas eam: & cauſa eſt iſta, quia omne malũ ex malo naſcitur, ſola autẽ uana gloria de bono procedit: ideo nõ extinguitur per bonũ, ſed magis nutritur. Deniq; inter hoies peccatores tentatio uanæ gloriæ non habet locum, Fornicarius.n. aut raptor, quomodo tentetur in uana gloria, q non habet unde glorietur? Illi autem tentationẽ uanę gloriæ patiuntur, qui tale aliquid faciunt unde glorientur. Ergo nullũ remedium poteſt eſſe cõtra uanã gloriã, niſi oratio ſola: & hæc ipſa uanitatẽ generat, niſi cautè proſpexeris, ſi fortè D
bene oraueris. Altera de eleemoſyna, & ieiunio, & oratione diuiſio in lege ſcripta eſt: Nõ intres ante cõ ſpectum dei tui uacuus. Vacuus aũt intrat ante deũ, *Exo.23.b* qui ueniẽs ad orationẽ nullam eleemoſynam facit. *& 34.c* Non ſolũ i ueteri teſtamento, ſed etiã in nouo præcipitur, ut per ſingulas ſeptimanas unuſquiſq; Chriſtianus aliquid in gazophylaciũ mittat ad orationẽ uenturus, ſicut ait Apoſtolus: Vnuſquiſq; ueſtrũ ꝑ ſingu- *1.Cor.16.* la ſabbata quod illi placuerit apud ſe reponat, ut nõ *a.* cũ uenero, tũc collectę fiant. Itẽ dicit Salomon: Ante *Eccl.18.c* orationẽ ꝑpara animam tuam. Ille ꝑparat animam ſuam ante orationẽ, qui faciens eleemoſynam uenit ad orationẽ. Sicut.n. oleum accẽdit lumen lucernę, ita & bona opera excitant fidẽ cordis, & dant confidentiam aĩæ apud deum orandi. Ergo eleemoſyna præparatio eſt orationis. Item ieiunium eſt adiutoriũ orationis, quia oratio ſine ieiunio gracilis eſt, & ifirma. Nã oratio illa eſt fortis, q̃ ſit in ſpiritu humili & corde tribulato, ſicut & propheta dicit: Sacrificiũ *Pſa.50.d* deo ſpũs cõtribulatus, cor contritũ & humiliatũ deꝰ non deſpicit. Spũm aũt humilẽ & cor cõtribulatum habere non poteſt, qui mandueat & bibit, & delitiis E
fruitur: Quia panis cor cõfirmat, uinũ aũt lætificat. *Pſ.103.c.* Spiritum aũt carnis humilẽ eſſe non permittit uirtus q̃ ſit ex pane, & cor contribulatum eſſe non permittit iucũditas, q̃ uenit ex uino. Ideo quando cũq; ſancti pro aliqua neceſsitate uoluerunt exorare deum, ieiunium cum oratione iunxerũt: ſicut Daniel, & cęteri. Vnde qa uirtus orationis ieiuniũ eſt, numq̃ ſeparãtur ab inuicem, ſed ubicũq; ſimul ponuntur. Oratio *Inſ.17.d.* & ieiunium de morte liberant. Item: Hoc genus non eiicitur, niſi in ieiunio & oratione. Sicut nec miles ſine armis eſt aliqd, nec arma ſine milite: ſic nec oratio ſine ieiunio, nec ieiuniũ ſine oratione. Sed ex his tribus bonis prima eſt oratio, quia eleemoſyna qdẽ de rebus exit, ieiunium autem de corpore: oratio uerò nec de rebus nec de corpore, ſed de aĩa procedit & de corde: ideo quaſi prima & dignitoſior è duobus, media ponitur inter duas. Prima eleemoſyna, ſecunda oratio, tertia ieiunium. Et quare eleemoſyna ante orationem ꝑcedit? qa mediatrix eſt, & ꝑparatrix uiæ ante faciẽ orationis, ut poſt eleemoſynã ſequẽs oratio, ꝑparatum locũ miſericordiæ inueniat apud deum. Ideo aũt ieiunium ſequitur orationẽ, quia nõ F
oratio ieiunii eſt adiutorium, ſed ieiuniũ orationis. Et non oratio fit pp ieiunium, ſed ieiunium propter orationem: ideo ieiunium non ante orationem præcedit, ſed oratio ante ieiuniũ. Tertia diuiſio. Itẽ eleemoſynam facere, aut orationem, aut ieiunare, non eſt oĩum hoĩum, ſed tantùm iuſtorum. Qui aũt peccat, & eleemoſynã facit, perdit quod facit. Pro ceſſato.n. peccato peccatoris datur eleemoſyna, non pro occurrẽte: id eſt, quãdo pœnitet nos qd̃ fecerimus, non ut per pecuniã peccãdi licentiam comparemus. Item ille orat, qui iam non peccat: qui autem orat & peccat, nõ rogat deum, ſed deludit deum. Itẽ ille ieiunat, qui non peccat: qui aũt peccat & ieiunat, nõ ad gloriam dei ieiunat, nec ſe humiliat, ſed ſubſtantiæ ſuæ parcit. Deniq; cõſidera in ſuperioribꝰ ex quo cœpit Xꝑs apoſtolis ſuis ſalutaria dare ꝑcepta, non ſtatim in primis mandauit de eleemoſyna, aut ieiunio, aut oratiõe: ſed prius expellit mala, poſteà ĩtroducit *Deu.5.b.* bona. Scriptũ eſt, Nõ occides: ego aũt dico, nec ira- *& ſeq.* ſcaris. Scriptum eſt, Nõ periurabis: ego aũt dico, nec

Giurabis. Scriptū est, Non adulterabis: ego autē dico, non concupiſces. Scriptum est, oculū pro oculo: ego autem dico, non oīno reſiſtere malo. Scriptum est, diliges amicum tuū, & odies inimicū: ego autem dico, diligite inimicos. Poſtquā ergo ab his oībus malis hominem ſpoliauit: tūc dicit, *Videte ne eleemoſynā veſtrā faciatis coràm hominibus &c* Oſtendēs quoniā niſi homo ab illis oībus receſſerit prius, ſine cauſa facit hęc bona. Prius oportet mala dimittere, & ſic bona ſuſcipere, qa nō poteſt fieri homo nouus, niſi deſierit eſſe uetus. Qui autē mala non dimittit, & bona ſuſcipit, bonorū ſuorū gratiam perdit: quemadmodum ſiquis homo in os ſuum aliqd dulce mittat cū amaro permiſtū, dulcedo illa nō dat ſuum ſaporē. *Nolite fieri triſtes, ſicut hypocritæ*. Siue de eleemoſynis dicēs, ſic dicit, ne corā hominibus fiant. Siue de oratione ſic, Nolite eſſe ſicut hypocritæ in angulis platearū orantes: ſiue de ieiunio, hoc ipſe dicit. Vides qa ſciebat dominus uanā gloriā ex omni bono procedere. Ideo illā ſpinam, quę aſsiduè naſcitur i terra bona, iubet pcidere, ne ſpina uanę gloriæ effocet ieiunij fructū. Nunquid poteſt fieri, ut non ſentiatur q ieiunat? Sed melius eſt ut ieiunium tuū te oſtendat, quā tu ieiunium tuum. Sciens autē dominus, quia nō poteſt fieri ut ſit hilaris q ui ieiunat: ideo non dixit, noli te eſſe triſtes: ſed nolite fieri triſtes. Aliud. n. eſt eē triſtem, & aliud triſtē fieri. Qui. n. naturaliter propter aſsiduum ieiunium triſtis eſt, ille eſt triſtis, non autē ſit: qui aūt per impoſturas aliquas pallētes apparēt, illi non ſunt triſtes, ſed fiunt. Si ergo qui ieiunat & triſtem ſe facit, hypocrita eſt: quanto magis iniqor eſt, qui nō ieiunat, ſed argumentis quibuſdā in facie ſua pingit uenalē pallorem, quaſi ieiunij ſignū? Diſplicet ei natura ſua, quia nō poteſt mētiri quod nō facit, & miſera facies carnis argumentis quibuſdā innocens caſtigatur, quia fraudibus nō conſentit. Puto qd omnis ſenſatus intelligit, qa hæc uerba carnaliter nō intelliguntur. Nec. n. poteſt fieri, quòd qui ieiunat non appareat triſtis, nec mādat dominus quod adimplere nō poſſumus. Si. n. ideo iubet nos non fieri triſtes, ut ne per ipſam triſtitiā appareamus hominibus ieiunare: quare mandat caput ungere, & faciē lauare? Sic enim ipſa unctio capitis, & lauatio faciei, ſi à ieiunātibus ſemp ſeruētur: nihilomin⁹ ſunt ſigna ieiunii. Sed hæc ſpiritualiter ad animā referuntur, ut ne triſtitia ſpiritualis faciem ſpritualē exterminet. Facies autem ſpiritualis aiæ, eſt conſcientia eius, uel cor, ſicut oſtē dit propheta, dicens: Tibi dixit cor meū, dominum requiram, & exquiſiuit te facies mea. Non. n. facies carnea deum qrit, ſed conſcientia. Item quoniam facies cōſcientia appellatur, oſtendit Iacob, cū fuiſſet luctatus cum hoie: Vidi dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt aía mea. Verè enim tūc facie ad faciem deū non uidit, quia in ſchemate hominis lucta tus eſt contra eū deus. Nam ſchema corporale uela mentū eſt dei, nō proprietas dei. Sed mēte uidit deū. Vnde & Iſrael uocatus eſt, id eſt, mens uidens deū. Si autem facies eius deū uidiſſet, utiq; ſic uocandus fuerat, facies deum uidens. Quid ergo? facies aiæ conſcientia appellatur. Sicut. n. in conſpectu hominum gratioſa facta eſt facies pulchra: ſic in oculis dei ſpecioſa eſt cōſcētia mūda. Itē aliud eſt gaudiū corporale, aliud ſpirituale. Gaudiū corporale, eſt riſus, iocus, & cęterę detectiōes carnales. Gaudiū ſpirituale, eſt ſpes, ſicut ait Apoſtolus: Spe gaudētes, i tribulatione patientes. Vides qa poteſt fieri ut triſtantes carnaliter, ſpiritualiter gaudeamus in ſpe? Hoc. n. dicit de ſpiritu ſancto propheta: Fluminis ipetus lætificat ciuitatem dei. Itē eſt triſtitia corporalis, & eſt triſtitia ſpiritualis. Triſtitia corporalis, eſt afflictio carnis: triſtitia aūt ſpiritualis, deſperatio & infidelitas aiæ. Ergo dicens, Nolite fieri triſtes: hoc dicit, Nolite pp homines ieiunare. Qui enim propter hoies ieiunat, triſtem facit conſcientiā ſuam, id eſt, deſperātem. Quomodo enim conſcientia eius hilaris ſit, & ſperans in deum ieiunio ſuo, qui nō propter deum, ſed propter homines ieiunat? Sic & oēs hypocritæ, qui propter hoies ieiunāt, exterminant facies ſuas: id eſt, conſciētias ſuas. Quomodo. n. exterminatas conſciētias nō habeant ante deum, qui fingentes ſe propter deum ieiunare, non propter deū ieiunāt, ſed propter hoies, uolentes fallere & deum, & homines? Aut ita, Nolite fieri triſtes, ſicut hypocritæ: id eſt, nolite ſine ſpe & ſine fide ieiunare. Sine ſpe autē ieiunat, qui non ſe abſtinet à peccato, nec facit iuſtitiā. Nā ſicut bona opera ſpem generant, id eſt, gaudium ſpirituale: ſic mala opera deſperationē, id eſt, triſtitiam ſpiritualē. Qui enim peccans ieiunat, ſine ſpe ieiunat, id eſt, nō habet unde ſperet, & gaudeat: ſed eſt aius ei⁹ deſperās, & triſtis. Iam autem qūo peccatum & deſperatio exterminent faciem conſcientiæ, nullus ignorat. Nam ſemper uulnerata eſt conſcientia eius q peccat. Sic ergo oēs hypocritæ ieiunant, non bonis actibus exhibarantes conſcientiā ſuam in ſpe, ſed malis operibus contriſtantes in deſperationem. Hypocrita eſt ergo oīs, qui peccans ieiunat. Quid eſt ergo cū gaudio ieiunare, niſi prius ſpiritualiter ieiunare, deinde carnaliter? Nā ſicut omne bonum eſt ſpirituale, ſic eſt & carnale: & oē malū eſt ſpirituale & carnale. Vtputa fornicatio carnis eſt meretricatio, fornicatio autē ſpiritualis eſt ꝓuaricatio. Caſtitas carnis, eſt neſcire mulierem: caſtitas ſpiritualis, fidelē eſſe deo. Humilitas corporalis aſſurgere homini, uerbū dicere molle: humilitas ſpiritualis qui in corde ſuo alterū exiſtimat meliorem quā ſe. Supbia corporalis, aſper ſermo: ſuperbia ſpiritualis, q ſe meliorem putat eſſe, quā alterum. Sic & ieiuniū corporale eſt & ſpirituale. Corporale ieiuniū eſt abſtinere à cibis, ſpirituale ieiunium eſt abſtinere à peccatis. Nā ſicut caro delectatur mā ducādo, ſic ſpiritus carnis delectatur peccādo. Vnde ſapientes omne peccatum libidinem uocant, qa omne peccatū cum delectatione committimus. Ideo & circuncidebatur libidinis membrū, ut i myſterio generaliter omniū malorū delectatio tolleretur, q̄ mala faciunt animum triſtem, id eſt, deſperantem. Qui enim à cibis ieiunat, nō ab operib⁹ malis, ille apparet ieiunare, non aūt ieiunat: qa quantū ad homines ieiunat, quantū ad deum autē peſsimè epulatur malis. *Amen dico uobis, receperunt mercedem ſuam*. Delectatio illa laudis tādiu ſentitur, quādiu auditur: mox autem ut aures tranſierit, tranſit & delectatio laudis. *Tu autem cū ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam lua*. Tu q miſericors es, qui magis ieiunas corde q̄ corpore, q magis abſtines à peccato quā cibo: & ideo nō hominibus, ſed deo ieiunas. Qui. n. peccātes ieiunant, hominibus ieiunāt, nō deo, & ideo hypocritæ ſunt: qui autē uerè deo ieiunāt, nō tantùm à cibis ſe abſtinent, quantùm ab oī actu iniquo: quoniā ſicut cibus carnem delectat, ſic omne malū delectat ſpiritū carnis. Quid ergo? Quādo ieiunamus, ſi infunda-

Universidad de Navarra Biblioteca

Deu. 5.b. & ſequē.

Pſa. 45.a

Pſa. 26.c.

Gen. 32.g

Rom. 12.e

Amus oleū capiti noſtro, uerè uanū eſt: & ſi lauemus facies noſtras aqua. Et quis facie non lauata procedit? Magis. n. ſi hoc facimus, quaſi per ſigna hæc lauationis & unctionis publicam⁹ nos ieiunare. Quid ergo? Simplex interpretatio huius loci hęc eſt, quoniā per aggerationem intelligenda ſunt iſta, ſicut & cætera antè dicta: tanq̄ ſi dicat, Sic longè te facere debes ab oſtētatione ieiunij tui, ut ſi poteſt fieri, qd non decet, ēt ea facias, q̄ ex diuerſo luxuriæ & epulationis uidentur eſſe indicia. Spiritualiter aūt ſic, ſicut ex ſuperioribus patet: quia facies animæ conſcientia intelligitur. Proijce ergo abs te auaritiæ ſordes, periurij ſtercora, malitię⁊ putredinē: & lauaſti faciē, id eſt Eſa. 1.d cōſcientiā tuā aqua prophetica, de qua dicit Eſaias: Lauamini, & mūdi eſtote, auferte nequitiā ab animabus ueſtris. Si. n. abſtuleris nequitiā ab anima tua, lauaſti conſcientiā tuā, & bene ieiunas. Itē caput tuum Chriſtus eſt. Sitientē pota, eſurientē ciba, algentem ueſti, & ſic ꝓtioſiſsima myrrha, id eſt, oleo miſericor Inſ. 35 die unxiſti caput tuū, id eſt, Chriſtum, qui clamat in euangelio, dicens: Quia quod uni ex minimis iſtis feciſtis, mihi feciſtis. Quoniā autem omnis iuſtitia in his duobus conſiſtit: primū, ut ne facias malum: ſecundum, ut facias bonū: ad id quod pertinet ad fugienda peccata, dixit, laua faciem tuam: ad illud aūt quod pertinet ad facienda bona opera, unge caput tuū, & es amabilis ſicut Maria, q̄ poſtq̄ conſciētiam ſuā lachrymis pniæ lauit, poſtea infudit oleum ſup caput Chriſti, & ipleta eſt domus odore: Ita & tuorū operū fama, ſi fueris talis, totā implebit eccleſiā. Et q̄ propriè dixit, faciē quidem lauare, caput autem non lauare, ſed ungere. Quandiu enim ſumus in corpore, cōſciētia noſtra ſemper ſordida eſt in peccatis. Caput autem noſtrum Chriſtus, lauationem neceſ Eſa. 53.c ſariam non habet, ſed ſolam unctionem: Quia peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius. *Nolite theſaurizare uobis theſauros ſuper terram*. Preſens capitulum ad præcedens non habet conſequentiæ rationem, quia illud de ieiunio dictū eſt, hoc aūt de eleemoſynis. Quid ergo eſt? Si memores ſumus, nihil de eleemoſyna, uel de oratiōe, uel de ieiunio, dominus docuit ſuprà: ſed ſimulationem eorum cōpe- C ſcuit tātū, ut ne coràm hominibus faciant ea, ut uideantur ab eis: non quia poſsibile eſt ſic ea agere, ut non ea uideant hoies, ſicut diximus ſupra: ſed ſolici tū fecit hoiem, ut quātū ad ſe ſic feſtinet agere ea, ut Omni. non uideatur: ut ipſum bonū opus homini ⌜ Chriſtia no magis in affectu ſit, quàm in actu. Et conueniēter, quoniā & ſuprà legis quidem mādata magis ad opus reſpiciebant, quā ad affectū. i. non occides, nō adulterabis &c. Chriſtus ad ſupplementum eorum ſpiritualiora introduxit mandata, ad affectū magis Omni. reſpicientia, q̄ ad actum. Ego autē dico, ne iraſcaris, ne concupiſcas &c. Sic & hic ut boni ⌜ ſimulatione præciſa, opera eorū bona ad cor magis reſpiciant, q̄ ad aſpectū. Quoniā ergo, ſicut expoſuimus, nihil do cuerat Chriſtus de illis, nunc ſecundū tres ſupradictas iuſtitias, eleemoſynæ, orationis, & ieiunii, tres conſequentias introduxit doctrinæ: unā ad eleemoſynā, alterā ad orationē, tertiā ad ieiuniū. De quibus ſingulis demōſtrabimus in proprio loco. Et ad eleemoſynā doctrina ſubſequens hæc eſt: Nolite theſaurizare uobis theſauros ſup terrā ut talis ordo ſit narrationis: Cū facis eleemoſynā, noli tuba canere ante te, ſicut hyprocritæ faciūt in ſynagogis, & in uicis, ut glorificentur ab hominibus. Amē dico uobis, perce D perunt mercedē ſuā: Te aūt faciente eleemoſynā, ne ſciat ſiniſtra tua qd faciat dextera tua: ut ſit eleemoſyna tua in abſcondito, & pater tuus qui uidet i abſcondito, reddet tibi in manifeſto. Nolite theſaurizare uobis theſauros ſuper terrā. Et hic dat conſilium, ut eleemoſyna fiat: in ſecundo loco oſtendit q̄ utilitas eſt in eleemoſyna faciēda: in tertio loco, ut neq; timor inopiæ accidentis impediat uolūtatē eleemoſynæ faciendæ. Nolite theſaurizare uobis theſauros in terra, qa nō eſtis de terra nec de terra ueniſtis, ſed pro tpe de terra ſuſcepiſtis terrā, ut per terrā uincatis terrā: ſed de cœlo eſtis, & de cœlo ueniſtis, & iterū redituri eſtis i cœlū, niſi ultrò remanere uolueritis i terra. Illic ergo ſubſtantiā tuā colloca, ubi patriam habes. Vis aūt ſcire, quia peregrinus es in hoc mundo? Audi prophetā dicente: Incola ego ſum in terra, non abſcondas à me mandata tua. Quę eſt ergo inſipien Pſa. 118.e tia, ut contentus ſis ſuper terram: id eſt, in alienis uis ſeruire diabolo, cū poſsis in cœlis: id eſt, in propriis regnare cum Chriſto? *Vbi tinea & comeſtura exterminant, & ubi fures effodiunt & furantur*. Omnia bona E mundi triplex interitus tollit. Aut enim à ſemetipſis ueteraſcunt, & tineant, ſicut ueſtimenta: aut ipſis dominis luxurioſē uiuentibus comeduntur, ſicut cæterę facultates: aut ab extraneis uel dolo, uel ui, uel calumnijs, uel quolibet alio iniquo modo diripiuntur. Quia oēs fures dicuntur, qui per iniquitatē feſtinant aliena facere ſua. Sed dices, Nūquid oēs q hæc habēt, perdūt ea? Vētilo ueſtimētū meū, ut nō tineat: parcius ago, & facultates meæ nō comeduntur. Solicitè ago res meas, & non diripiūtur à furib⁹. Interim qdē ſic dicā, qa ſi nō oēs perdunt, tamē multi perdunt. Quid ergo? melius eſt ſuper terrā repone re, ubi incertus eſt conſeruationis euentus, an in cœlo, ubi eſt certa cuſtodia? Hic ſi non cuſtodieris, perdes: ſi cuſtodieris, timore & ſolicitudine cruciaris. Illic aūt etſi dormis, à deo ſeruantur: & cū recordatus fueris, ſpe gratularis. Quæ eſt aūt ſtultitia illic relinquere, unde exiturus es, & illuc non prēmittere quò iturus es? Verè aūt malè ſeruatas diuitias, etſi corporaliter non perdidiſti, ſpiritualiter perdidiſti, quia nec proficiunt tibi ad uſum ſalutis. Quicquid. n. pro aia F tua feceris, hoc eſt tuū: qd autē reliqueris, perdidiſti. Nā qd corporaliter malè cōgregatur, ſpiritualiter diſperſum uidetur, & perditū: qd aūt corporaliter bene diſpergitur, ſpiritualiter illud congregatū, & repoſitū uidetur in cœlo. Nunc autē ponit quæ ſit utilitas in eleemoſyna faciēda, dicens: *Vbi enim fuerit theſaurus tuus, ibi erit et cor tuum*. Qui collocat theſauros in terra, non habet quod ſperet in cœlo. Vt quid. n. aſpiciat in cœlum, ubi nihil repoſitum habet? Propterea ſiue lętatur, in carnalibus & terrenis lætatur: ſiue triſtatur, de carnalibus & terrenis triſtatur. Qui autē diuitias ſuas reponit in cœlo, non habet ſpem in terra. Vt qd. n. delectetur in terra, q nihil habet in terra? Ideo ſiue lætatur, in ſpiritualibus lætatur: ſiue triſtatur, de ſpiritualibus triſtatur. Ergo peccatorum & lætitia mala, & triſtitia peior, quia aut de lucro terreno lætātur, aut de damno triſtātur: iuſtorū aūt & lætitia bona & triſtitia melior: quoniā aut de iuſtitia lætantur, aut de peccato triſtantur. Si. n. aliqua cauſa mortis aduenerit, ſi quidē ſpes illius in terra ſit, triſta tur, quaſi de domo ſua ad peregrè uadēs, ut nō ⌜ dicā ⌜ *deeſt*, ad tormēta: ſi aūt ſpes eius in cœlo ſit, gaudet quaſi *non*.

deest,nō G de peregrè ad domū propriā reuersurus, ut nō ⌜dicā ad regnū cœleste. Secūdò, q thesaurizat in terris, dupliciter facit peccatū. Primùm, qa malè congregat: secundò, qa cor habens in terra, nunq̄ q̄ dei sunt recordatur, sed semp quæ terræ. Et q thesaurizat in cœlo, dupliciter iustitiam facit. Primū, quia bene fœnerat: secundò, quia spem habēs in deo, semper q̄ dei sunt cogitat & meditatur, & non quæ terræ. Et quemadmodum qui semel congregare cœperit in terra, ipsa concupiscentia terrena facit eum magis solicitū esse, nec solū ne minuat inde, sed ut magis augeat: Sic & q thesaurizat in cœlo, ipsa cōcupiscētia spiritualis facit eum solicitum, non solū ut non perdat quod habet, sed adhuc ut augeat super id quod habet. *Lucerna corporis tui, est oculus tuus.* Prius cōmemorare debemus, qa non de corporali oculo loquitur sermo, nec de hoc corpore quod uidetur à foris. Alioqui dixisset, Si oculus tuus sanus fuerit, aut infirmus: nūc aūt dixit, simplex & nequā. Non.n. omnis qui benignū habet oculum, omnino & corpus eius lucidum est: nec.n. omnis qui malignum oculum habet, corpus eius in tenebris est. Quid.n. si benignū oculum habet & infirmum? Nunqd corpus eius in lumine est? Aut si malignum & sanum, nunquid corpus eius in tenebris est? Ergo corporis nō à foris sed ab intus, id est, corporalis naturę. Lucerna aūt eius est mens, per quā aīa uidet deū. Vnde Iacob est appellatus Israel. Israel aūt Hebraicè interpretatur mens uidēs deum. Postq̄ ergo dixit, Thesaurizate uobis in cœlo, quoniā ubi thesaurus tuus fuerit, ibi erit & cor tuum: cōueniēter subiūxit, Lucerna corporis tui, oculꝰ tuꝰ est. *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuū lucidū erit.* Vt ostēdat, qa q eleemosynas faciunt, cor ad deum habere debēt: qui aūt cor habet ad deum, illius oculus lucidus est: id est, illius mens spiritualis & munda est, nec terrenis cōcupiscētijs sordidata, sicut scriptū est: Beati mūdo corde, quoniā ipsi deum uidebunt. Sicut.n. q graues oculos habet, si ponas eū in aliquo obscuro, tenebrosoq̄ loco, melius uidet: si aūt ponas eum in Sole, nihil uidet, quia oculus eius non suffert Solis candorē: Sic homo mūdialis, q oculum, id est, mentem, terrenis desiderijs sordidā habet, & turbulentam: si ponas eum in rebus mundialibus, sapit & astutus est: si autem trahas eum ad res spirituales, tenebrescit, ac nihil sapit: qa mens illius desiderijs corrupta terrenis iustitię bonū nō sentit. Nō sentit dico, non nescit: scit aūt, sed non sentit bonum iustitię, qa nec delectatur in eo: pōccupatum.n. habet cor circa delectationē terrenā. *Si autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit.* Quæ sunt in nobis tenebræ? Sensus carnales maleuoli & iniq̄, q semper desiderāt q̄ sunt tenebrarum, & nō lucis. In quo enim alio delectatur carnis natura, nisi in auaritia, in libidine, in superbia, in delitijs, cęterisq̄ malis, q̄ ad tenebrosam mortem deducunt? Et qui itelligit qd est, quòd caro concupiscit aduersus spūm: ille intelligit, quia tenebræ sunt carnis natura. Qui ergo oculum habet mūdum, id est, mentē spiritualē, cœlestia semp aspicientē, corpus suū seruat lucidū, id est, sine peccato. Si.n. caro desiderat ea q̄ diximus mala, secūdū suam naturam homo habens mentem lucidam, & spem ad deum, iustitiæ cōsideratione diiudicat eā, & diuini timoris uirtute repercutit eā: & sic quāuis nolentē, tamen seruat eā lucidam, id est, sine peccato. Intellexisti ergo qūo qui oculum habet simplicē, corpus suum lucidum habet: qui autem oculum, id est, mētē habet aut malignitate aliqua tenebrosam, aut diuitiarū cōcupiscentia turbulentā, tenebrosum possidet corpus? Nam q̄ res faciunt mentē hoīs spiritualem esse & mundam, ipsæ res ex diuerso faciunt carnalem & sordidam. Qūo fit mūda mens illius q facit eleemosynas, & spem habet ī cœlo: spes aūt in deum, facit mētem spiritualem & mundā: Sic q diuitias congregat cū peccato, spem suam ponit in terra: qui aūtem spem habet in terra, illius mens carnalis est & immunda. Illius ergo tota caro in tenebris est, id est in peccatis. Qūo? Quādo.n. caro secūdum suam naturam, sicut diximus, cōcupiscit puersa, homo spem habens in terra, & mentē concupiscentijs turbulentam, nō ei contradicit, nec iustitiæ consideratione diiudicat, nec iudicii futuri uirtute repercutit: quia nec uidet cū sit cæcus, nec intelligit esse malum quod malū est, & si uult non potest, qa spē non habet, nisi in seculo. Scimus aūt quia spes nobis prę stat uirtutē, ut carnalibus cōcupiscentijs resistamus: qui aūt spem nō habet in cœlo, uirtutē nō habet resistere cōcupiscentijs suis, & ideo fit caro illius tota tenebrosa. Et ut breuius & manifestius exponamus: Anima priusquam peccet, diuino auxilio cōfortata, regina & domina est corporis sui, & quasi libera, & regina sedet ī throno cordis sui, & gubernat corpus suū quasi palatiū suum, nec potest illam uincere caro. Si aūt grauib. se peccatis obligauerit, tunc diuino auxilio destituta, & in potestate spirituū immūdorū redacta, fit debilis & ifirma, ut nō iā sit domina corporis sui, sed ancilla magis: & iam nō caro aīæ subiecta est, sed aīa carni, nec quod uult aīa caro facit, sed qd caro coegerit, hoc aīa facit. Intellexisti ergo qūo qui oculum mentis sordidum habet, totū corpus illiꝰ tenebrosū est? *Si aūt lumē quod in te est tenebræ sūt, ipsæ tenebræ quātæ sūt?* Sicut suprà diximꝰ, tenebra est semper carnalis natura, quia semp peccatrix est: etsi non peccet contradicente sibi anima, tamen rectè peccatrix & tenebrosa uocatur, quia semper habet caro peccandi propositum, ut frequenter etiā iustæ aīæ surrepat, ut quod suum est agat. Quis.n. est ita fidelis, q nunq̄ uel ex parte est à carne uictus? & si est, rarus est. Lumen aūtē est in corde, sicut iam frequenter audistis, aīa deum uidēs, id est, spiritualis. Si ergo ipsa aīa diuina cùm sit, & data est ad illuminandum illam carnem, fiat quasi carnalis, & terrenis concupiscentiis contenebrescat, terrena semper aspiciens: illius talis hoīs caro iam uide qūo inuoluta sit tenebris peccatorum. Si enim (sicut diximus) in uiro iusto cōtradicētē sibi rationali anima, semper caro surripit animæ, & quod suum est agit: quantis putas in hoīe malo iniquitatib. se inuoluet caro, quando aīa quæ contradicere illi debuerat, consentit ei, consimilia concupiscens? Per alteram quidem speciem, tamē eundem sensum exponit Lucas, primū mādans: Nolite timere pusillus grex, quia cōplacuit patri uestro dare uobis regnum. Vendite quod possidetis, & date eleemosynam: facite uobis sacculos, q non uetera scūt, thesaurū nō deficiētē in cœlo, &c. Deinde ait, Sint lumbi uestri p̄cincti, & lucernę ardētes, & uos similes hoībus expectātib. dominum suum, quando reuertatur à nuptiis. Ostēdēs qa nemo potest habere lumbos p̄cinctos ad exeūdum de hoc mūdo, nec lucernas ardentes, nec expectare dominum suū, nisi qui uēdunt qd habēt, & dant eleemosynas, & faciūt

sibi sacculos qui non ueterascunt, & thesaurum non deficientem in cœlo.

homilia. xvi. ex cap. sexto.

Luc.16.c. *Emo potest duobus dominis seruire, aut enim unū*
n *odio habebit, & alterum diliget: aut unum sustinebit, & alterum contemnet.* Videamus in primis quomodo dicta præcedentia subsequantur uerba præsentia. Superius præcepit eleemosynas facere, dicens: Thesaurizate uobis thesauros in cœlo, quoniam qui thesaurizauerit thesauros sibi in cœlo, ille cor habet in cœlo, & spē ad deū: ille habet oculum aīæ simplicē: id est, mētē mundā & spiritualē, & semper nō terrena, sed cœlestia meditantē. Qui autē habet mentē mundā & spiritualē, ille potest corpus suū seruare lucidū, id est, sine peccato. Qui autē nō facit eleemosynas, nec cor habet in cœlo, nec spē in deū, nec mentē mundam & spiritualē, neq̄ potest corpus suū seruare lucidum, id est, sine peccato: quia nemo
Māmonæ potest duobus dominis seruire, deo & māmonæ, id est, diuitijs. Mammonæ enim Syriaca lingua, diuitiæ appellantur. Sicut ergo qui duos dominos habet, necesse est, ut unū amet, & alterū odiat: unū contēnat,
B & alteri obediat: Sic & qui uult deū amare, necesse est ut odiat diuitias: qui aūt uoluerit amare diuitias, necesse est ut odiat deū: & qui uult mādata dei facere, necesse est ut odiat diuitias: & qui uult mandatis dei obedire, necesse est ut contēnat auaritię mādata facere: et qui uoluerit auaritię mādata facere, necesse est ut contēnat, dei mandata. Considera aūt, nō dixit, nemo potest habere deum & diuitias: sed, nemo potest dei esse seruus, & diuitiarū. Aliud est enim habere diuitias, aliud enim seruire diuitijs. Si habes diuitias, & diuitiæ illæ nō te faciunt superbum aut uiolentū, sed secundū quod potes das impotētibus, do minus es diuitiarū tuarū, nō seruus: qa nō te diuitiæ tuæ tenent, sed tu diuitias tuas. Si aūt diuitiæ tuæ superbū te faciunt, aut uiolentū, & constrictus auaritia nemini aliquid prēstas, tunc seruus es diuitiarum tuarū nō dominus: quia diuitiæ tuæ te tenent, nō tu diuitias tuas. Nūc iā docet, ut ne timor inopię impediat ab eleemosynis uoluntatē, dicens. *Ideo dico uobis ne soliciti sitis in cordibus uestris quid manducetis.* Nā solicitudo, desperationis est filia: quia desperatio solicitudinē generat. Quid est qd dicit, Ideo dico uobis?
C Et quid? Vt eleemosynas faciatis, ut thesaurizātes in cœlo cor mundū habeatis, sperātes in deū. Qui autē sperat in deū, ille nō est solicitus quid manducet, aut quo uestiatur: quoniā nulla res est quæ facit hoīes desperare in aliqua necēsitate nisi ista res, quia non habet spē in deū. Ne ergo mihi dicas, nunquid uolo esse solicitus? sed ipsa res me cogit. Nūquid nolo sperare in deū? sed nō possum. Cor enim meum, nō me audit. Nescis quid pateris, lāgues, & tamē causam tui lāguoris ignoras. Vis ostēdā tibi causam, ut in oī necēsitate nunq̄ desperes? Fac bene & operare iustitiā,
Psal.36.a ut spē habeas apud deū, & nō desperabis in terra. Bona enim opera sunt quæ sperare faciunt, & mala opera desperare cōpellunt. Propterea nō dixit propheta: Spera in deo, & inhabita terrā, & pascēris in diuitijs eius: sed, Spera in deo, & fac bonitatē, & inhabita terram. *Ne soliciti sitis quid manducetis.* Non dixit, nolite laborare: sed, nolite soliciti esse. Ergo soliciti esse uetamur, laborare aūt iubemur. Sic enim & dominus loquens ad Adā, nō dixit cum solicitudine faciestibi panē, sed cum labore & sudore faciei tuæ. Ergo non solicitudinibus spiritualibus, sed laboribus corporalibus acquirendus est panis. Sicut enim laborātibus pro præmio diligentiæ, deo præstante, panis abundat: sic dormientibus & negligentibus pro pœna negligentiæ, deo faciente, subducitur. *Nonne anima plus est quàm esca, & corpus plus quàm uestimentum?* Confirmat spē nostrā, primū de maiore ad minus descēdēs deinde à minore ad maius ascendens. Quomodo si aīam dedit, escam nō dabit? Si corpus plasmauit, uestimentū nō prouidebit? Nisi uoluisset esse quod est, nō crearet. Quod aūt sic creauit ut per escā seruetur, necesse est ut det ei escam, quādiu uult esse qd fecit. Quid est à minore ad maius? *Videte uolatilia cœli, neque seminant neque metunt &c.* Si auibus pstat alimentum, hoībus nō præstabit aliturā? Si illi nō laborantes inueniūt escas, homo nō inueniet, cui deus dedit & operādi sapientiā, ✳& fructificandi spem? Oīa.n. animalia deus propter hoīem fecit, hoiem autē propter se. Si ergo animalibus ministrat propter hoīem, hominibus nō ministrabit propter seipsum? Omnia deus in sapiētia fecit, hominem autem nō solū in sapientia, sed etiam secundum sapientiam suā. Quātò ergo pretiosior hominis creatio q̄ animalium, tantò maior solicitudo dei de hominibus, q̄ de animalibus. Oīa deus animalia fecit, ut tandiu sint, quandiu sunt: cum uero mortua fuerint, fiant tanq̄ quæ non fuerunt, hominē autē ut non solum ante mortē, sed etiam post mortē uiuat: magis autem post mortē, q̄ ante mortem: quoniam ante mortem in tentatione uiuit, post mortem autē in gloria. Si ergo illis occurrit, quos sic creauit, ut tantūmodo uideātur: ⌜homi- ⌜uiuant.
nibus nō occurret, quos fecit ut in perpetuo uiuant? *Quis uestrum cogitando potest adiicere ad staturam suam cubitum unum? et de uestimento quid soliciti estis?* Si ergo cogitando modicam partē corpori uestro adhibere ⌜nō potestis, quomodo cogitādo saluandi estis ī toto? Deus q te ex nihilo formauit in utero, & de periculo cū periculo nascentē de utero matris eripuit, te nō solū non cogitante, sed neq̄ sciente. Deus qui per ⌜addere.
singulos dies incrementa corporis tui dat, & sapientia facit, te nō intelligente. Si ergo in teipso quotidie prouidentiā operatur, quomodo in necessariis tuis cessabit? Considerate lilia agri, quomodo in tpe opportuno crescunt, tpe statuto formātur. In frodibus uestiuntur candore, implentur odoribus: & qd terra radici nō dederat, neq̄ radix illi, inuisibili operatiōe deus largitur, neq̄ plus istis, & minus aliis: sed ī oīb⁹ eadē prouidētiæ plenitudo seruatur, ut nō à seipsis nata, neq̄ euētu facta putētur, sed dei prouidētia intelligātur esse dispositā. *Nunquid laborāt? nūquid nēt?* Dicendo non seminant, ⌜uiros cōfortat: dicēdo autem, neq̄ nēt mulieres: quoniā uirorum uita femina. ⌜laborās.
tionibus, mulierum autem lanificio sustentatur. *Neque Salomon in omni gloria sua sic uestiebatur.* Quia Salomon etsi nō laborabat, neq̄ solicitus erat qd uestiret: tamen uel iubebat, uel disponebat, uel sciebat. Vbi aūt iussio & dispositio, illic & ministrantiū offensa frequenter inuenitur, & iubētis iracūdia excitatur: hæc aūt nesciunt quomodo sic coronantur. ⌜illi ho- ⌜uestiuntur
mines ministrabant, istis deus. *Si.n. fœnum agri quod hodie est, & cras in clibanū mittitur, deus sic uestit, quātò magis uos modicæ fidei?* Si ergo florib. sic occurrit, q sic ✳ornantur.
nati sunt, ut tantūmodo uideantur & pereant: homines negliget, quos sic creauit, ut nō pro tpe uideantur, sed ut in ppetuo sint? Qui itelligit qd est homo,

Homilia.xvij.ex capite septimo.

Olite iudicare,ut ne iudicemini:nolite cõdẽnare, & non condemnabimini. Quidã hũc locum sẽcundũ huiusmodi sensum exponunt,dicentes,qa dominus hoc mandato nõ prohibet Christianos ex beneuolentia corripere alios Christianos dignos correptiõe:sed ne aut p iactantiam iustitiæ suę Christianos despiciãt peccatores,derogãtes frequẽtes de multis,& ex solis plerunq; suspicionibus odiẽter cæteros & cõdẽnantes,& sub specie pietatis propriũ odiũ exequẽtes.Et ut ne sic qdẽ Christiani corripiant Christianos, cõuenit sermo,qui dicit: Nolite iudicare.Si autẽ non[r] corripuerint,utrum conueniat illud quod dicit: Vt non iudicemini,nescio.Nũquid propter illud solũ, si sic nõ corripuerint peccatores, consequentur indulgentiã peccatorum suorũ, secũdũ quod dictũ est,Vt non iudicemini? Si.n.iudicantes,sicut iudicare non decet, malè faciũt:sine dubio non iudicãtes, ueniam peccatorum priorum ex hoc non consequentur,quia nõ iudicauerũt malè. Quis enim consequitur indulgentiam mali sui prioris,qa non addidit & alterum malũ? Certè si in se peccãtes non iudicauerint,nec ipsi iudicabũtur à deo pro suo peccato.Hæc diximus,uolentes ostendere, quia hic sermo non est positus de proximis non iudicandis, qui peccant in deũ, sed qui in nos peccant.Quid ergo est? Vsque nunc expositum est cõsequentiã ad iustitiã eleemosynæ pertinentẽ, nunc autem incipit exponere consequentiã ad iustitiam orationis respiciẽtem. Et est doctrina hæc quodãmodo pars ipsius orationis:ut sit talis ordo narrationis: Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tẽtationẽ,sed libera nos à malo.Nolite iudicare,ut nõ iudicemini. Qui.n.non iudicat proximũ suum propter peccatũ quod fecit in ipsum,illũ nec deus iudicat propter peccatũ quod fecit in ipsum: sed dimittet deus debitũ eius, sicut & ipse dimittit debitoribus suis. Sicut autẽ cætera uniuersa mandata generaliter cũctis mandauit, tã facerdotibus quã laicis, præcipuè tamẽ doctoribus,q quã tò maiores sunt in ordine, tãtò pfectiores esse debẽt in disciplina. Sic & hoc mãdatũ de proximis non iudicandis, ad oẽs quidem pertinet, præcipuè tamen ad doctores. Vnde quędã sunt mãdatorũ istorum, q̃ si diligẽter aspicias, penè nec cõueniũt laicis, nisi fortè parũ, doctoribus autem omnino conueniunt: quale est hoc ipsum quod sequitur, *Quid aũt uides festucam in oculo fratris tui,trabẽ aũt in oculo tuo nõ uides? Hypocrita eiice primũ trabem de oculo tuo, & tũc uidebis eiicere festucam de oculo fratris tui.* Videre enim festucã in oculo fratris, omniũ est:eiicere illam posse nõ est omniũ,sed tantùm doctorum, qui per doctrinã,uel increpationem secundum deũ possunt eiicere de mẽte fratris sui peccatum uel magnũ, uel modicum.Sicut & illud quod dicit: *Nolite sanctũ dare canibus,neque margaritas uestras miseritis ante porcos.* Habere.n. uel sanctã,uel margaritas, & posse dispẽsare uel bona,uel mala: & discernere qui hominũ sunt canes,q porci, non est omnium hominũ, sed sanctorũ.Vult ergo dominus doctores Christianorũ sicut in omni iustitia,sic & hoc primũ facere,deinde docere:ut doctrinam suã bonam meliori cum uita commendẽt, ut bene docendo scientiam inserant,melius autẽ uiuendo timorem: quia tales sales sunt terræ,cõdiẽtes oẽs suæ uitæ exemplo:& lucescunt doctrinis illuminãtes. Quis aũt audiat illum docentem, qui seipsum non audit?Ideo dicit ad oẽs, præcipuè ad doctores: *Nolite iudicare,ut non iudicemini.* Quoniam si doctor memor sit iniuriæ & doloris,& memoriã malitię seruet in aia sua,soluitur totus ecclesię status,siue ad tẽpus respicias apostolorum,siue ad nostrum. Tũc.n. sicut legimus,difficilè aliquos conuertebant ad fidẽ Christi,nisi multa prius paterẽtur ab ipsis. Nã quasi lassato diabolo & deuicto per sufferentiam eorũ nimiam usq; ad mortem,& relinquẽte corda infidelũ, & iam non habente uirtutẽ amplius eos armare,accedente gratia dei conuertebantur ad Xp̃m. Si ergo memores fuissent iniuriarum, quas fuerant passi ab eis, nunq̃ postmodum eos in charitate docuissent, nunq̃ eos libenter ad fidẽ Christi postmodum recepissent: sed & nunc cùm frequenter doctores offendãtur à laicis,siue iustè siue iniustè,diabolo seminãte occasiones,si memores sint iniurię & doloris,totã soluunt ecclesiã.Nã ubi recordatio iniuriæ aut doloris in medio est, nec doctor beneuolẽter docet laicũ,nec libẽter eũ laicus auscultat:& doctor forsitan uel inuitus aperit os suum ad docẽdum: laicus autẽ cũ sit oĩno sine timore dei, nec usq; ad faciẽ contentus est eum audire,sed cõuerso egreditur dorso,& se & illum sp ernens,& amplius se q̃ illum, & non sentit animæ suæ dispẽdium efferatus, sicut nec bestia irritata uulnus in se fixum. Hoc caput Lucas euãgelista latè prosequitur,dicẽs:Nolite iudicare,& non iudicabimini:nolite cõdemnare,& non cõdemnabini: dimittite,& dimittemini:date,& dabitur uobis. Mensuram bonã,& confertam,& cõmotam, & supfluentem dabunt in sinũ uestrũ.Eadẽ mensura, qua mẽsi fueritis,remetietur uobis. Et qs sit ille,q nec iudicat: quis autem qui iudicat quidem,& non condemnat: & quis est, q cõdemnat quidem, & tamẽ dimittit:& quis est q dat,exposuimus ibi. [r] Et quoniam superflua quidem mensura datur ei,q nec iudicat:cõmota aũt ei,q iudicat quidẽ,non aũt condemnat:bona aũt ei qui cõdemnat,sed dimittit. Quoniã sicut maior est superflua mensura q̃ commota, & commota maior est quàm bona & iusta: sic perfectior est ille qui nec iudicat, q̃ ille qui iudicat & non condẽnat: & ille qui iudicat & non condemnat, melior est illo qui cõdemnat & dimittit. Hìc aũt Matthæus oĩa illa breui sermone conclusit, dicens: Nolite iudicare,ut non iudicemini. In quocũq;.n.iudicio iudicaueritis, iudicabitur de uobis. Intelligẽs quoniã iudicij sermo ad oĩa pertinet illa.Nam q iudicat tantũ peccantẽ in se, & nõ condemnat, iudicat:& qui nõ solũ iudicat, sed ẽt condẽnat,iudicat:hoc ipsum.n.cõdemnare,iudicare est.Ergo pro illo,quod Lucas dixit, Nolite iudicare,aut iudicantes nolite condemnare:iste dixit: In quocũq; iudicio iudicaueritis, iudicabitur de uobis:id est, Si iudicaueritis & non cõdemnaueritis,simili iudicio & uos quidem iudicabimini à deo, sed non condemnabimini:si aũt & iudicãtes cõdemnaueritis, simili iudicio & uos iudicabimini,& cõdemnabimini.Et quòd ille dixit,dimittite, & dimittemini: date,& dabitur uobis:iste dixit, in qua mensura mensi fueritis,remetietur uobis.Hoc est,si nõ rogati dimiseritis peccatum proximis uestris, sed solo respectu dei, & deus ex se prius q̃ rogetur à uobis, dimittet uobis.Si autem rogati ueniam dederitis, & deus tunc dabit uobis ueniam,cũ dignis precibus & congrua lamẽtatione eum rogaueritis. Quoniã ergo diserat p̃cipuè,sicut diximus,doctorib. nolite iudicare,ut non iudicemini: conuenienter addidit & dicit, *Quid autem uides festucam in oculo fratris tui,trabem uerò in oculo tuo non uides?* Id est, q trabem in oculo tuo non uides, ut quid uides festucã in oculo fratris tui? Ac si dicat,meli° est nec docere, nec reprehẽdere laicum, q̃ docere & reprehẽdere,& teipsum in reprehensione cõsistere: quoniã talis doctrina doctoris non est audibilis,sed derisibilis. Propter qd ois sacerdos, si uult docere populum, prius seipsum doceat:si aũt seipsum non uult docere de omni qd docet,nec seipsum arguere de oĩ qd arguit:nec alios doceat,nec arguat quęquã, ut si iudiciũ dei nõ euadit,uel hoium opprobrium non patiatur. Aut qũo dicis fratri tuo, *Frater, sine,eiiciam festucam de oculo tuo,et ecce trabs est in oculo tuo?* id est, cũ qua facie arguis peccatum laici fratris tui,ipse in eodẽ, aut ĩ maiore peccato existẽs? nõ times, ne audias ex diuerso, Medice cura teipsũ? Si medico opprobriũ est,q nec alterius sanitatem habet ĩ potestate,nec suã, si alios uelit curare,& ipse debilis sit,quasi testimoniũ ĩperitiæ suæ portat in corpore suo propriã passionẽ:qũo doctori [r] sit opprobrium alios uelle eruere à peccato, & ipsum in maioribus esse peccatis, dum possit amplius seipsum eruere à peccato, q̃ alios? Aut ita, Qũo fratri tuo dicis,id est, quo proposito, putas ex charitate cordis dicis, ut salues proximũ tuũ? Non,sed ut te simules iustũ. Si autem uerè ex charitate cordis argueres proximũ tuũ ut saluares,teipsum antè saluares. Nunqd possibile est ut beneuolentior sis alteris, q̃ tibi? Vt quid cũ teipsum nolis saluare,alterũ uelis? Ois ergo doctor, qui alterum in qualicunq; reprehendit delicto,& ipse in eodẽ cõstitutus, non se prius expurgat: certum est qa alloquens in ecclesia nõ alios uult saluare, sed per bonã doctrinam malos actus suos celare, & scię tiæ laudem ab hoibus quærit, nõ ædificationis mercedẽ à deo,& est hypocrita. Ideo cõpetenter addit, & dicit: *Hypocrita eiice primùm trabem de oculo tuo, & tunc uidebis eiicere festucam de oculo fratris tui.* Hypocrita est.n.ois doctor,q nõ prius facit bona, & postea docet. Dũ.n.bona docet, profitetur se iustum coram hoibus:dum aũt malè agit, peccatorem se cõstituit ĩfra se.Hoc ergo dicit,Vis liberè & fiducialiter reprehendere laicum,& eiicere de oculo mentis eius peccatum? Prius tuam ipsius mentẽ purga ab omni malo,ut cũ tu argueris laicũ pro peccatis eius, ex diuerso laicus nõ habeat unde redarguat te pro peccato tuo. Nã incipiet te timere in se, cũ nõ inuenerit quod contemnat [r] in te. Omne aũt peccatũ non secundũ actũ suũ diiudicatur,an modicũ sit,aut magnũ, sed secundum peccãtis personam. Laicus.n.etsi magnũ fecerit peccatum,modicũ est,& festuca est, quãtùm ad sacerdotis dico peccatũ, qa laic° est: doctor aũt, etsi modicum fecerit peccatum,magnũ est, & trabs est,quantùm ad laici dico peccatũ, quia doctor est. *Nolite sanctum dare canibus, neque miseritis margaritas uestras ante porcos,ne fortè conculcent eas pedibus suis,& conuersi disrumpant uos.* Cùm suprà dedisset dominus mãdatum oĩbus, p̃cipuè autem doctorib. ut diligerent inimicos suos,& benefacerent eis:iterum paulò antè ut ne iudicarent eos q peccant in ipsis:considerans, quoniam qui persequuntur sacerdotes dei,aut iniuriant eos,aut lędunt:plerunq; aut infideles sunt: quales sunt gẽtiles,uel hęretici:aut si sunt Christiani, sordidi sunt & insensati, qa nec considerant, nec in-

G non desperat de deo:qui aũt desperat de deo, nescit quid est:quoniam homo in deo,& deus in hoie est. *Nolite ergo soliciti esse dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus?* Deus.n.hæc in natura creauit,quasi regulam terræ mãdans: Producat terra herbã pabuli: ideo uult aut nõ uult, bonis & malis germinat:quia terra ministrare iussa est, nõ iudicare. Bonum aũt & malũ nõ in natura creauit, sed in arbitrio nostro posuit,ut qd uolumus, simus. Ideo bonis palma proponitur,malis aũt pœna. Quæ est ergo sapientia,de eo esse solicitũ, qd etsi solicitus nõ fueris, habebis:& de illo nõ esse solicitũ,de quo si solicitus nõ fueris,pdes? Nam escã etsi solicitus nõ fueris de ea,inuenies: iustitiam autẽ nisi solicitus fueris,non apprehendes. *Hæc enim omnia gentes quærunt.* Quia in rebus humanis fortunam esse credunt,non prouidentia,neq; iudicio dei uitas suas gubernari æstimant, sed incerto duci euẽtu,ideo meritò timẽt, meritò soliciti sunt,& desperant, quasi qui neminẽ habeant gubernãtem. Qui autẽ credit se iudicio dei gubernari,non incerto duci euentu,escam quidem suam in manu dei committit, sciens quia neminẽ sine uoluntate & iudicio
H dei fames aut nuditas occidit. Cogitat autem de bono & malo,sciens quia nisi solicitus fuerit, nec malũ fugiet,nec bonum apprehendet:ideo dicit, *Quærite primum regnum dei, & iustitiam eius.* Regnũ dei est retributio bonorũ operum & malorum: iustitia autẽ est uia pietatis,per quam itur ad regnũ.Si ergo die ac nocte cogitas qualis erit gloria sanctorũ, uel qualis erit interitus impiorũ & peccatorum, necesse est ut aut propter timorẽ pœnæ territus recedas à malo, aut pp desideriũ gloriæ excitatus festines ad bonũ. Et si quotidie cogitaueris,quę sit iustitia dei,& quid odit, qduę amat, ipsa iustitia ostendet tibi uias suas. Nã iustitia sicut odiẽtes se fugit, sic amãtes se seqtur. Nec.n.daturi sumus rationem utrum pauperes fuerimus,aut diuites,qa nec fuit hoc ĩ nostra potestate: sed si bene egimus aut malè, qd in nostro iacet arbitrio.Dictũ est ad hominẽ:Maledicta terra ĩ operibus
(Gene.3.c. tuis. Vides quia propter peccata hominum maledicitur tetra,ut non germinet:benedicitur autem, cum bona opera fecerimus? Tu ergo quære iustitiam,& nõ tibi deerit panis: quoniã sicut propter mala opera fructus terræ subducitur, sic pp bona abundat.
I Propterea dicit, *Quærite regnum dei & iustitiã eius, & hæc omnia apponẽtur uobis. Nolite ergo soliciti esse in crastinũ.* Iã diximus, quoniã quod dicit hodie,hoc solũ significat, quo opus habemus in uita nostra p̃senti. Quòd aũt dicit,cras: qd superfluũ est supra necessitatem ostendit.Nihil ergo curetis superfluum habere, quã necessarium est uobis in uita præsenti ad uitam quotidianam.Quod autẽ superfluũ fuerit, quod est cras,curabit se:ac si dicat,Superflua quantacunq; cõgregaueris,illa seipsa curabunt.Te quidẽ nõ eis fruẽte,ipsã autẽ inuenient dominos multos,q ea procurẽt,sicut placuerit ipsis.Quid ergo curas de illis,quorũ potestatẽ alijs es dimissurus? *Sufficit enim diei malitia sua.* ac si dicat, Sufficit tibi labor & miseria, quã pateris in uita pp usus quotidianos, quos necessarios habes. Noli supfluè pro supfluis laborare,ne labor quidem fiat tuus,fruitio autem alterius. Malitiã autẽ diei, ipsam afflictionem appellat, solicitudinũ præsentium & laborũ:non sicut Manichęi dicũt,malam esse ipsam creaturam dei.

Universidad de Deusto Biblioteca

Nota. telligunt, sacerdotes Xpi uicarios esse Xpi, & xpm: &
G quoniã q honorat sacerdotẽ Xpi, honorat xpm: &
qui iniuriat sacerdotẽ Christi, iniuriat xpm, ne fortè
cõsequenter cogitãtes intra se sacerdotes dicãt, Si iu-
bemur diligere inimicos nostros, & benefacere eis:
si iubemur nec iudicare eos peccatores, q peccant in
nos: sine dubio sicut debemus diligere eos, & bene-
facere eis, sic nõ debemus eos iudicare peccatores, q
peccãt in nos: ut nõ solũ nostra, sed ẽt q̃ propria dei
sunt, eis cõmunicemus, ut sit plena misericordia no
stra, sicut & dei. Ideo talem æstimationẽ eorum pro
uido sermone cõpescuit, dicens: *Nolite sanctum dare*
canibus, & margaritas uestras nolite mittere ante porcos.
Ac si dicat, mãdaui uobis diligere inimicos uestros,
& non iudicare eos, ut uos exhibeam misericordes
ad illos, ut benefaciatis eis de corporalib. uestris, nõ
r *spiritua-* de meis spiritualibus bonis, r quoniã i natura uobis
libus pas- cõmunes sunt, & non in fide. Mandaui aũt uobis, ut
sim. non iudicetis eos, q in uobis peccauerint. Id uerò nõ
ideo p̃cepi, ut mysteriorũ meorum secreta nõ pan-
datis eis, q nolentes me scire blasphemãt, & spernũt.
Videte patrẽ uestrũ deum, ad cuius exẽplum uoluit
H uos eẽ misericordes: carnalia beneficia dignis, & nõ
dignis similiter p̃stat, nunqd gratias spirituales? Nec
enim dixi uobis de illo: q spiritũ sanctum iubet descẽ
dere sup gratos & ingratos, & dat benedictiones suas
super iustos & iniustos: pp quod in uestris qdẽ esto-
te simplices & benigni, in meis aũt prudentes & cau
ti. Si tu uestiarium tuum studiosum, & clauiculariũ
cellarij tui fidelẽ tibi requiris: quantò magis deus ta-
lem requirit dispensatorẽ gratiarum suarum, qui be-
ne tractando gratias eius, faciat gratiores, non malè
dispensando reddat ingratas? Sicut. n. si canibus de-
deris sanctum, aut porcis margaritas, nec sanctũ ca-
nes sanctificat, nec margaritæ nutriunt porcos: sed è
contra canes coinquinant sanctum, & porci marga-
ritas sordidant, uel cõfringunt: ita si hoibus caninos
uel porcinos mores habentib. sanctum dederis, aut
mysteria secreta credideris, nec sanctum illos sanctifi
cat, nec mysteria ueritatis eos illuminãt: sed è contra
ipsi sanctũ coinquinãt, & mysteria ueritatis blasphe-
mant. Canis & porcus ambo quidem immũda ani-
malia sunt: sed canis ex omni parte immũdus est: nã
I nec ruminat, nec ungulam habet fissam. Porcus au-
tem ex parte immundus est. Nam quoniam ungulã
habet fissam, mundus est: quoniam autem non ru-
minat, immundus habetur. Propter qd canes puto
intelligendos gentiles, uel hæreticos omnino immũ
dos: Nam etsi pp actus suos malos immundi sunt,
& pp perfidiam suam uel idololatriam amplius sunt
immũdi. Porcos aũt Christianos carnalib. & immũ
dis uoluptatibus deditos, quoniam pp fidem quidẽ
suam mundi sunt, propter actus autẽ suos sordidos
habentur immundi. Aut canes quidem gentiles: por
cos autem hæreticos, propter aliquid eorum modi-
cum mundum: qa uel nomẽ domini inuocare uidẽ-
tur, sed ex moribus intelligis q sunt canes uel porci.
Canis naturale est improbum esse, nunq̃ uocem mit
tere propter aliquã alteram causam, sicut cętera alia
animalia, nisi ad abigendos superuenientes, interdũ
autem & de superfluo in aerẽ latrat. Tales sunt oẽs
gentiles, uel hæretici inapprobabiles, latrantes pluri-
mũ aduersus seruos dei, latrantes aliquando & ad-
uersus deum blasphemijs: ululantes apertè, & nunq̃
os suum aperientes ad bonum, sed semper ad malũ.

Item porci proprium est in cœno se uolutare, & nũq̃ k
in cœlum aspicere, nec q̃rere dominũ suum, nisi cũ
esurierit. Tales sunt etiam Christiani, qui in carnalib.
immundicijs delectantur, nec aspiciũt aliquãdo cœ-
los, nec quærunt deum, nisi cũ necessitas eis aduene
rit: & illi quidem euomunt malum, quando bene iu
dicantur de malo: reuertuntur autem ad uomitum
suum sicut canes, quando nihilominus agũt malũ:
& isti proiiciunt stercora peccatorum suorũ, quãdo
pœnitent: reuertuntur autem ad stercora sua sicut
porci, quando omissam repetunt uitam. Nũc uideamus quæ sunt sancta, & quæ sunt margaritæ. Nõ. n.
distinxit qd sit sanctum dare, qd non dare, cũ sit in-
ter sanctum & sanctũ differẽtia sanctitatis: sed gene-
raliter omne quod sanctũ est, uetuit dare, ergo san-
ctum est baptismum, propterea nõ est dãdum, nisi
iam fidem habẽtibus. Sãcta est gratia corporis Xpi,
propterea illis solis danda est, q iam per baptismum
facti sunt filij dei, & per impositionẽ manus. Benedi
ctus panis sãcta sunt, propterea illis porrigẽda sunt,
q capaces facti sunt benedictionum per fidẽ. Itẽ my
steria ueritatis margaritæ sunt, qa sicut margaritæ i- L
clusæ cochleis positæ sunt in profundum maris: sic
& diuina mysteria in uerbis r inclusa, posita sunt in- r *libris.*
tus in altitudinem sensus scripturarum sanctarum.
Et sicut non oĩs homo potest se mergere, & de pro-
fundo tollere margaritas, nisi artifex q habet usum
rei illius: sic non omnis homo potest descẽdere in al
titudinem sensuum, & illic inuenire mysteriorũ ab-
sconditas margaritas, nisi uir spiritualis q habet exer
citationẽ spiritualiũ narrationũ dei. Propterea mar-
garitę non sunt dandæ, nisi desiderantib. ueritatem,
& cum ratione humana uiuentibus. Si ergo talibus
porcis secretorum mysteriorũ miseris margaritas,
cœnosæ uitæ delectatione mente grauati, non intel
ligunt pretiositatem earum: sed æstimantes eas simi
les esse cæteris fabulis mundialibus, similiter eas car
nalibus actibus conculcant: & post modicũ conuer
si per inobedientiam, rumpunt p̃bitores earum: fre-
quenter autem & scandalizati in eis, calumniantur
expositores earum quasi dogmatum nouorum se-
minatores. Et si talibus canibus, qualibus diximus,
dederis sancta, suscipiunt quasi canes sine discretio-
ne, & sordidis actib. suis conculcant ea, & pro nihilo
æstimantes q̃ acceperunt, conuersi disputationibus
suis, quasi latratibus irrationabilibus, rumpunt ueri-
tatis prędicatorem. Et puto nõ sine rationabili diffe
rentia sanctum quidem canibus dare uetuit domi-
nus, margaritas autem non dare porcis. Et de mar-
garitis quidẽ possumus dicere, quia si porcis mitti ue
tantur minus immundis, quantò magis canib. plus
immundis? De sancto autem dando idem æstimare
non possumus. Quid est enim, si plus immundis da
re non conuenit, minus autem immundis oportet?
Idcirco neq; uetitum intelligimus, neq; mandatum:
fortè quia frequenter & manũ imponimus, & bene-
dictionẽ damus ẽt porcorum more uiuentib. Chri-
stianis: non quia illi merẽtur accipere, sed nos ex no-
bis contra iustitiam dare usurpamus, ne fortè pleni
scandalizati, depereant. Ideo iussum nõ est, quia iniu
stum est: uetitum autẽ non est, quia infirmitati fue-
rat ignoscendum. Sed quia de sanctis cœpimus dice
re, non est tacendum: quoniam aliud est sanctifica-
tiõ, aliud sanctificatum. Sãctificatio enim est, quod
alterũ sanctificat: sanctificatum autem, alterum san-
ctificare

A ctificare nõ potest, quãuis ipsum sit sanctum: Vtpu-
ta signas panẽ tuum, quem manducas, sicut ait Pau
lus: Sanctificatur. n. per uerbũ dei & orationẽ: sancti
1. Timo. 4. b ficasti eum, non feciſti sanctificationẽ. Quod aũt sa
cerdos de manu sua dat, nõ solũ sanctificatum est,
sed ẽt sanctificatio est: quoniã hoc non solum datur
quod uidetur, sed ẽt illud quod intelligitur. De san-
ctificato ergo pane licet & animalibus iactare, & in-
fidelibus dare: quia non sanctificat accipientẽ. Si aũt
tale esset quod de manu sacerdotis accipitur, quale
est qd in mensa manducatur: oẽs de mensa mandu
Luc. 24. e carent, & nemo de manu sacerdotis acciperet. Vnde
& dominus in uia non solũ benedixit panem, sed de
Act. 27. f manu sua dedit Cleophę, & socio eius. Et Paulus na
uigans non solũ benedixit panem, sed de manu sua
porrexit Lucæ, & cęteris discipulis suis. Quod aũt de
manu porrigitur, nec animalibus dandũ est, nec infi
delibus porrigendũ: quia non solũ sanctificatũ, sed
etiam sanctificatio est, & sanctificat accipientem.

Homilia. xviii. ex cap. vij.

Etite, & dabitur uobis: quærite, & inuenietis:
B *p* *pulsate, & aperietur uobis.* Transitũ cõsequẽtes
de capitulo ad capitulũ inuenire difficile est. Ideo diuersa proponimus scdm diuersas æsti-
mationes interpretũ. Sciens dominus, quoniã quæ-
cunq; mandauerat suprà, hominibus impossibilia
erant: & quantũ ad naturã humanam, supra naturã,
Nã qui se nõ abstinet à cædibus, qũo potest abstine
re se ab ira? Qui nõ se abstinet à fornicatione, qũo se
abstineat à cõcupiscentia? Qui nõ se abstinet à periu
rio, qũo se abstineat à iuramẽto? Qui alios ferire nõ
cessat, qũo se prębeat feriendũ? Qui nec amicum suũ
syncere diligit, qũo diligat inimicum? Quid autẽ sic
impossibile est, qũo eleemosynas facere, uel orare,
uel ieiunare, & nolle hominibus apparere? Quid aũt
difficilius est, q̃ non iudicare peccantẽ in se, aut nihil
sanctum, uel secretum dicere, aut dare indignis? Ne-
cesse est enim ut & multos sibi faciat inimicos. Quo
niam ergo maiora erant mandata q̃ uirtus humana
est, transmittit eos ad deum, cuius gratiæ impossibi
le nihil est, dicens: *Petite & dabitur uobis.* ut quod ex
uobis hominibus cõsummari non põt, per gratiam
C dei adimpleatur. Quoniam creaturã sensibilẽ deus
armatã & munitam creauit. Alios. n. muniuit ueloci
pedũ cursu, alios armauit unguibus, alios uelocibus
pennis, alios dentibus, alios cornibus: hominẽ autẽ
solũ sic disposuit, ut uirtus illius sit ipse. Et in eo qd
infirmiorem eum fecit omnibus, in ipso fortioré eũ
uoluit esse i se. Nam sciens deus, quia cognoscere &
colere deum uita æterna est: ignorare aũt & cõtem-
nere, perditio sempiterna: nec ita infirmũ eum crea-
uit, ut oino nihil boni facere posset, ne quem super
omnia, & propter quem oia fecerat, omnibus inue-
niretur esse deterior: nec ita potentẽ eum creauit, ut
etiam sine dei auxilio ex seipso facere posset quod
uult, ut infirmitatis suæ necessitate coactus, semper
necessarium habeat dominum suũ. Et uerè iustissi-
ma res est, ut factura necessariũ habeat suum facto-
rem. Si. n. omnis uirtus hominis in deo est, & tamen
contemnit omniũ bonorum suorũ authorem. quã-
tò magis negligeret deum, si potentia eius esset in ip
so? Aut ita, Quoniam ad sanctificandã orationem
quædã dederat eis obseruandæ bonitatis mãdata,
dicens: Nolite iudicare, ut non iudicemini: cõpetẽter
addidit, Petite, & dabitur uobis, tanq̃ si dicat: Si hãc

clementiam seruaueritis ad inimicos, quam mãdaui D
uobis: quicquid uultis petite, & dabitur uobis: &
quicquid desideratis inuenire, quærite, & inuenietis:
& quicquid clausum uobis uidetur, pulsate, & aperie
tur uobis. Gratia uos prosequente, petite precib⁹ die
ac nocte orãtes. Quòd si misericordiam suam pro-
traxerit deus ad tẽpus, uolens tentare constantiam
fidei tuæ, tu à petitionibus tuis nõ recedas. Sicut. n.
qui uerè esurit, tãdiu petit cibum, donec impleat ne-
cessitatem corporis sui: nec põt cessare, necessitas. n.
urget, quia sine cibo uiuere nõ potest. Ita & qui uerè
desiderat gratiam dei, cessare nõ potest à petendo,
sciens quia saluus fieri nõ põt sine gratia dei. Adhuc
quærite, interrogantes sacerdotes cæterosq; haben
tes scientiã spiritualiũ scripturarũ, sicut præcepit lex:
Interroga patrẽ tuum, & dicet tibi: seniores tuos, & Deu. 32. a.
annunciabunt tibi. Quærite studio & labore, legen-
tes scripturas legis & prophetarũ. Nã deus ita nos di
spposuit esse, ut nec studentes & laborantes circa scri
pturas, acquiramus salutẽ scientiæ sine gratia dei, ut
ne nobis imputemus qđ scimus: nec tamẽ gratiã ac-
quiramus, nisi studuerimus & laborauerimus circa E
scripturas, ne donũ dei detur negligẽtibus. Gratia. n.
adiutoriũ est infirmitatis humanę: adiutoriũ aũt nõ
dormientibus datur, sed festinantibus, & r præualẽti- r *al. non*
bus. Sicut. n. in bello non oĩs qui pugnat uincit, ne- *præualen-*
mo tamẽ uincere potest, nisi pugnauerit: sic nõ oẽs *tibus.*
qui student & legũt, acquirunt scientiã spiritualem,
nemo tamẽ acquirere potest, nisi qui aut studiosus
fuerit ad legendũ, aut assiduus ad audiendũ. Et infi-
deles quidẽ, & non timentes deũ inueniunt scientiã
legendo & studendo, sed non illã q̃ ex deo est, quæ
per spiritũ sanctũ datur: sed hanc q̃ est ex natura car
nali, quæ per exercitationẽ carnis acquiritur, quã ha
buerunt ẽt & gentilium studiosi. Multa. n. differẽtia
est inter scientias istas. Qui. n. orationibus nõ instat,
nec operibus bonis, sed per solũ studium lectionum
factus est sciens, quando alijs prædicat, ipse sibi non
sentit quod prædicat. Si de ira dei loquitur, alios for
sitan terret, ipse autẽ non timet: si de misericordia,
alios quidẽ forsitan cõsolatur, ipse aũt non gaudet:
alios admonet credere, & ipse non credit eis q̃ dicit.
Sed quando alios docet, ab intus conscientia eius ri F
det sibi de uerbis suis: quia scientia q̃ ex solis lectio-
nibus est, ex ore procedit: quæ aũt de spiritu sancto
est, de corde profertur, & ideo spiritualis scientia nõ
solũ dicitur, sed & sentitur: non tantũ in scripturis le-
gitur, sed ex corde suggeritur: & ideo si alios terret,
ipse amplius timet: si cõsolatur, ipse melius gaudet:
& omne qd loquitur, non tantũ legit, sed experimen
to probauit. Ideo ergo petamus deũ, & operemur
bona, ut nõ carnalẽ, sed spiritualem scientiã mereа-
mur. Et hoc est qđ dicit, pulsate & aperietur uobis. Luc. 11. b
Pulsat. n. deum, qui facit bona opera ante deũ ora-
tione, ieiunijs, & eleemosynis. Sicut. n. q pulsat ostiũ,
nõ tantũ uoce clamat, sed & manu: sic q bona opera facit, quasi manu pulsat deũ operibus bonis. Scri Eccl. 1. d
ptũ est enim, cõcupisce sapiẽtiã, serua iustitiã, & deus
præbebit eã tibi. Sed quid dicis? Hoc ipsum peto, ut
sciam & faciam: & qũo possum facere priusquã acci-
piam? Etiã quod potes fac, ut amplius possis: & qđ
scis serua, ut amplius scias. Iustitia. n. ipsa se operatur,
& ipsa se manifestat. Quomodo? Dum tu iustitiam
operaris in te, iustitia te operatur in se. Nã omne arti
ficium seipsum operatur: utputa operaris uineam,

G colligis fructus eius, & delectatus in eis melius operaris. Vides qa ipsa se colit fructificādo tibi dum colitur? Sic ex diuerso, q opus peccati exequitur, ipsum cū peccatū sit spiritus immūdus, operatur in eo delectationē peccādi, ut dum delectatur circa peccatū, amplius peccet. Sic & q iustitiā operatur, cū sit & ipsa iustitia spiritus sanctus, operatur in eo delectationē iustitię faciendæ, ut delectatus circa iustitiā, amplius
Eccl.6.d faciat. Tale est qđ dicit sapientia: Cogitatū habe in præceptis dei, & in mādatis eius meditare semper, & ipse cōfirmabit cor tuū, & concupiscentiā sapientiæ tibi dabit. Vides quia ipsa iustitia se operatur, te tantūmodo inchoante & laborāte? Sed & ipsa se adaperit, dum colitur. Sicut. n. qui peccat, dū peccat, magis atq; magis tenebrescit mens eius, & à luce ueritatis recedit, ita ut nulla scientia salutaris remaneat in eo,
Ibid.19.c nisi sola malignitas, de qua dicit Salomon: Sapiētia impiorū, nequitia scientiæ est. Sic & qui iustitiā operatur, dum operatur, magis atq; magis clarescit mēs ipsius, & ad notitiā sapiētiæ maioris ascendit, & ipsa
H se iustitia quasi speculū offert ante oculos cordis ipsius. Deinde si opera iustitiæ nō facis. i. si nō pulsas, nec orare ex fide potes. Nā uirtus orationis est opus iustitiæ. Oratio aūt quasi odor suauitatis est operis boni. Sicut ergo res aliqua sine odore pōt esse, odor aūt sine re aliqua esse nō potest: sic opus sine oratione aliquid est, oratio aūt sine opere bono nihil est: & si oras, nō ex fide oras. Nā sicut lucerna non qđē ex oleo accenditur, sed per oleū nutritur: sic fides nō quidē ex opere nascitur, sed p opera enutritur. Aut ita. Cū suprà mandasset oibus, præcipuē aūt doctoribus, ut diligerent inimicos suos, & nō iudicarēt ipsi peccatores offendentes se: cōsequens erat, sicut iam diximus, ne fortè sub obtentu dilectionis & bonitatis, ēt sancta dei & secreta cōicarēt eis. Ideo cōstituit ne faciant hoc, dicēs: Nolite sanctū dare canib⁹. Nūc aūt dat eis consiliū bonū, ut si diligāt inimicos suos quasi dei benigni imitatores, & uelint eos etiā sedm deum saluare, petant deū pro illis, & dabitur eis: quæ rant eos q perierunt in peccatis, & inuenient eos dei gratia demōstrāte: pulsent eos q sunt in errorib⁹ con
I clusi, & aperiet eos deus, ut habeat sermo eorum ad animas eorū ingressum: ac si dicat de Christianis, q porcorū more uiuētes perdiderunt p se imaginē dei, & cadentes ab hoie porci facti sunt, & perierūt: ąrite eos admonēdo beneuolè, promittēdo eis miseri-
1.Co.5.a cordiā dei, & in spem eos adducēdo. Sic. n. & Paulus eū, qui quasi porcus, & nō homo indifferēter coniugium maculauerat patris, quęsiuit, & p gratiā dei inuenit. Gentiles aūt uel hæreticos, q uerisimilibus persuasionibus mendaciorū circūsepti sunt, & conclusi intra claustra perfidię, pulsate eos doctrinis assiduis, & aperiet eos deus soluēs claustra perfidiæ, & habebitis in eos ingressum, sicut Christus dicit in reuela-
Apo.3.d tione Ioānis: Ecce ego sto ad ostiū, & pulso: & q aperuerit mihi, introibo ad illū, & cœnabo cū illo, & ille mecū. Ergo nō temerādo sancta dei, uel peccatores, uel Gētiles, uel hæreticos debemus uelle saluare sub obtētu misericordiæ. Hoc. n. temeritatis est, nō boni tatis. Sed deū quidem petendo pro eis, ipsos aūt uel quærendo si perierūt, uel pulsando si clausi sunt. Et tūc si & nos dignè petimus, & illi sanabiles facti sūt, & ex canibus & porcis imundis reformati efficiētur hoies sancti, & sic iustè & dignè sācta participabūt, & audiēt secreta mysteria. *Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur.* Quoniā K dixerat, petite, ąrite, pulsate: ne fortè aliqui peccatorū audiētes dicāt, ēt ista facere dignos hortatur, nos aūt indigni, et si petierimus, nō accipiemus: & si quę siuerimus, nō inueniemus: et si pulsauerimus, nō nobis aperietur. Vide qūo eandē clausulā repetendo tā iustis, q̄ peccatoribus misericordiā dei cōmendat, dicēs: Omnis qui petit siue iustus sit, siue peccator, tātum petere nō dubitet, quærere nō negligat, pulsare nō cesset: cū constet neminē sperni, nisi q petere dubitauerit à deo, ąrere neglexerit, pulsare cessauerit. Vt aūt cognoscamus bonitatē dei, dicamus de deo, sicut Christus dixit de nobis. Dixit. n. suprà: Diligite *Sup.5.f* inimicos uestros, & cętera hmōi: & addidit, Si aūt diligitis diligētes uos, quā mercedem habebitis? nōne Gentiles hoc faciunt? Nos ergo dicamus de deo: Si deus tātūmodo iustos suos & amicos exaudit & adiuuat, quā laudem bonitatis meretur? nōne & hoies cū sint mali, amicos suos rogātes se audiūt, & beneficia eis prestāt? Vides ergo, quoniā dominus dicēs: Estote misericordes, sicut & pater uester misericors *Luc.6.a* est, qui Solem suū oriri iubet sup iustos & iniustos, L & dat pluuiā super gratos & ingratos, bonitatē dei uoluit demonstrare, qa tam iustis q̄ peccatorib⁹ parata est bonitas eius. Nec. n. credibile est, ut opus bonitatis hominibus qđē iniungat in malis constitutis, ipse aūt non faciat cū sit bonus. Ergo ois qui nō habet iustitiā, aut ut credat de regno cœlesti, ut facere ualeat iustitiam, aut certè nō petiuit fideliter, aut nō quæsiuit studio & labore, aut nō pulsauit operibus bonis: ideo nō est duritia ⌜dei nō præstantis, sed cul- ⌜*iustitia.*
pa hois negligētis. *Quis uestrum habens filium, & si petat ab eo panem, nunquid lapidem porriget ei? Aut si piscē petierit, nūquid serpentem porriget ei?* Vide qūo nos ad spem diuinæ bonitatis inclinat, ne fortè aliquis cōsiderans quāta est differentia inter deum & hoiem, & ponderans peccata sua, dum nō sperat ipetrare, nec incipiat petere. Ideo patrū & filiorum similitudinē itroduxit, ut etsi pp peccata nostra desperemus, pp paternam ueritatē bonitatē dei speremus. Panis, est uerbū de notitia dei patris. Lapis, est omne mendaciū, & quicquid illud habet in se scandalū offensiōis ad animā. Vnde dicit propheta ad iustū: In manib⁹ M
Psa.90.i portabunt te, ne fortè offendas ad lapidē pedē tuū. Ois. n. iustus custoditur ab angelis, ne fortè i occasionē offensionis incurrat pes cōuersationis ipsius. Piscem aūt intelligere possumus uerbū de Christo: serpentē aūt ipsum diabolum. Vt ergo impetremus quod desideramus, duo hęc cōuenire debēt. Vnum quidē, ut petas oratione, & queras studio, & pulses operibus: alterū aūt, ut panis, aut piscis sit, qđ petis. Si aūt quæ nō expediunt petis, hoc est carnalia quæ nocēt animæ tuę, quasi lapis aut serpens, nō tibi prę stat, etiāsi petas, quia pater benignus est. Alioqui si prestat nociua petēti, non est pater, sed inimicus. *Si nos cū sitis mali, scitis bona data dare filijs uestris: quantò magis pater uester qui in cœlis est, dabit spiritum bonū petentibus se?* Nō qa Apostoli erant mali, sed quantū ad cōparationē dei, q solus singulariter est bonus, oēs mali uidentur. Sicut ad cōparationē niuis aut Solis, omne mundū sordidū uidetur, & omne lucidū obscurū. Et uerè, cū oēs patres mali sint prēter deū. Ecce si hodie pater iniuriā patiatur à filio, statim affectus illius mutatur in odiū, & irascitur illi, forsitan & castigat. Nō qa ille faciens iniuriā patri peccauit an-

A te deum, ideo pater suus illi irascitur, sed quia illi fecit iniuriā. Alioqui si pater iniuriam passus, non propter iniuriā suā irasceretur filio, sed propter illius peccatū, in omni peccato filiorū similr irasceretur. Nunc aūt, quando ipsi iniuriam patiuntur, dolent & fremunt: quando autē aliter filij eorū peccauerint in deū, nec curant. Deus autē offensus ab homine, nō ideo irascitur, quia ipse cū esset deus constitutus, ab homine est cōtemptus: sed quia homo offendens deū, perdit animā suā. Verè ergo non irascitur de iniuria sua, sed dolet de perditione humana. Et si castigat, nō ut
Psal.88.e suā iniuriā uindicet, sed ut illū corrigat ad salutē. Audi eū per prophetā dicētem: Si dereliquerint filij eius legem meā, uisitabo in uirga iniustitias eorū, misericordiam autem meā nō dispergam ab eis, &c. Quoniam uerò non omnia petentibus præstat, sed bona tantūmodo: ideo non dixit, quantò magis pater uester dabit petentibus se: sed addidit, bona petentibus se. *Omnia ergo quæcunq; uultis ut faciant uobis homines, & uos facite eis.* Supra pp sanctificandā orationē mādauit, ut nō iudicēt qui peccant in ipsos: ita ex
B necessitate ab ordine suæ narrationis excedens, introduxit alia quædā: quale est, Quid tu uides festucā in oculo fratris tui: & illud, Nolite sanctū dare canibus, &c. q̄ sequūtur. Nunc ad mādatū qđ cœperat, rediens ait: Omnia quęcunq; uultis ut faciāt uobis homines, facite & uos eis: id est, non solū mando, nolite iudicare, ut non iudicemini, quod oēs hoies sibi fieri uolunt, ut cū nocuerint aliquibus non iudicentur ab eis, sed ēt omnia quæcunq; uultis ut faciāt uobis homines, uos facite eis, & tunc impetrabiliter potestis orare. Nā quæcūq; lex & prophetæ sparsim in oībus preceperunt scripturis, in hoc cōpēdioso comprehenduntur mandato, quasi innumerabiles arboris rami i una radice. *Intrate per angustā portā.* Tertia hęc cōsequētia ad tertiā iustitiā ieiunij pertinet, & est pars doctrinæ de ieiunio factæ: ut sit talis ordo narrationis, Tu aūt cū ieiunas, unge caput tuū, & faciē tuā laua, ne appareas hominibus ieiunans: sed patri tuo qui est in abscondito: & pater tuus qui uidet in abscodito, reddet tibi. *Intrate per angustā portā*, quo-
C niā omnis quidē iustitiæ introitus ad uitā æternā angustus est homini uiuenti in carne, pp aduersitatē naturę carnalis: null⁹ aūt sic est angustus & laboriosus, qūo ieiunij synceriter consummati: & ut scias attende. Omnes quidē passiones carnales dicuntur & sunt, qa spiritu carnis mouentur, siue ira, siue superbia, siue inuidia, siue auaritia, siue uana gloria: præci puē tamen tres sunt, q̄si naturales, & intimæ, & propriæ carnis passiones: esca & potus, deinde amor ui ri ad mulierē & mulieris amor ad uirū. In tertio loco somnus, quoniā sine illis quidē passionib⁹ ipsa natura carnis cōsistere nō pōt. Ergo quasi partes quodāmodo & supplemēta sunt naturę carnalis: nā ad oēs illas passiones non necessitas naturæ carnalis urget, sed pręsumptio spiritus carnis: ad istas aūt ipsa necessitas naturæ carnalis. Ideo & grauius est eas à natura carnali præcidere, quā cæteras passiones. Nā oēs illas passiones præcidere labor est per colluctationē cordis: istas aūt passiones præcidere, non solū labor est per colluctationē cordis, sed consūmere & cōterere, ac iterficere ipsam naturā carnalē, & quasi trūcare subsstantiā ipsam: quemadmodū siquis præcideret à corpore aliquod mēbrorū ipsius. Si ergo hæ tres passiones naturales sunt, & intimæ, & propriæ naturæ carnalis: nullius passionis abstinentia sic sanD ctificat corpus, qūo abstinētia harū, ut sit homo castus, ut sit ieiunus, ut sit in uigiliis perseuerās. Et nulla illarū passionū sic coinquinat corpus, qūo passiones istæ, ut sit homo aut fornicarius, aut epulator, aut deditus somno. Ideo & Apostolus dicit: Omne
1.Co.6.d peccatū quodcunq; fecerit homo, extra corpus est: q aūt fornicatur, in corpus suū peccat, qa propriè de ipsa natura carnis ⌜passio fornicationis egreditur. Et ⌜*corporadominus in euangelio epulatorē proponit diuitem,* *lis.*
cui pauper Lazarus adiacebat: & Abrahā non dicit *Luc.16.e*
ei, fili recordare quia tu hoc & hoc fecisti in uita tua, & nūc cruciaris: sed quia bona recepisti in uita tua. Et ubiq; dominus in euangelio præcipit assiduè uigilare. Ergo pp omnes quidē iustitias, præcipuè aūt pp laboriosissimū ieiunū dicit: Intrate per angustā portā, &c. Porta perditionis est diabolus, p quā introitur i gehennā: porta aūt uitæ est Christus, p quā introitur in cœlestia regna: de qua dictū est: Hęc por- *Psa.117.c*
ta domini, iusti intrabunt per eā. Lata aūt porta dicitur esse diabolus, non magnitudine potestatis extensus, sed effrænatæ superbiæ licentia dilatatus. Ta E
le aliqd dominus dicit. Beati pauperes spiritu. Paup *Sup.5.a*
spiritu est, q cū sit magnus, modicū se ostēdit. Diues *Pauper*
aūt spiritu est, qui cū sit modicus, ostēdit se magnū: *spiritu,*
Sicut diabolus superbia animi elatus, qui cū esset mi *quis.*
nister dei in cœlo, quasi deus super cœlos extendere se usurpauit cōtra deū. Porta autem angusta dicitur Christus, non paruitate potestatis exiguus, sed humilitatis ratione collectus, sicut ipse de se testimoniū dat. Videte qa mitis sum, & humilis corde. An nō ti- *Infr.11.d*
bi uidetur potestate latissimus, humilitate aūt angustus, q cū esset dominus maiestatis, quasi homo in hoc seculo uoluit apparere, & quē totus non capit mundus, seipsum intra angustias uteri uirginalis inclusit? Et aliās intelligitur diabol⁹ porta lata, & Christus angusta, quoniā diabolus oībus peccatis inuolutos, & uniuersam mundi sarcinā baiulātes recipit, & ducit in mortē. Christus aūt nō recipit in se, nisi q se oibus peccatis exuerint, & deposuerint oēm sarcinā mūdi, & facti fuerint subtiles & spirituales, ut quales intrāt in mūdū, tales exeāt de mūdo. Adhuc latus F
dicitur diabolus, quoniā apud illū sine lege sunt oīa: Xps aūt angustus, quoniam sub ratione legis apud eū uniuersa consistunt. Quicquid enim sine lege solutum est, latum est: quod autem sub lege est, semp angustum est. Via autē perditionis est omnis iniquitas. Dicitur autē spatiosa, quia non est intra regulam ueritatis & disciplinæ inclusa, sed per diuersa carnalium uoluptatum diffusa. Ambulantes in ea nō qđ debent agere, hoc agunt, sed quicquid eos delectauerit, hoc sequuntur. Volūtas eorū, lex est ipsorū: & non ipsi sub lege sunt, sed lex est sub illis: Via aūt uitæ, est oīs iustitia. Dicitur aūt esse arcta, quia intra regulā ueritatis & disciplinæ est inclusa, & ambulantes in ea non qđ delectat eos, hoc faciunt, sed quod debent: quia lex non ⌜uoluntas eorū est, nec lex est sub ⌜*deest, nō*
illis, sed ipsi sub lege. Considerandū est aūt, quia uia ducit ad portā, & nisi quis ambulauerit p uiā, nō potest peruenire ad portā: sic & q iustitiā faciunt, ipsi soli possunt cognoscere Christum, & intrāt per ipsum. Qui autem non ambulant per uiam iustitiæ, impossibile est ut uerè cognoscant Christum, quāuis multi etiam nō ambulantes per iustitiam, uideantur cognoscere Christū. Si autem nec fuisti, nec es in uia iu

Stitiæ,& putas te cognoscere Christū, mentiris. Sicut enim qui audit quia mel dulce est,nec gustat de illo, nomẽ quidẽ mellis cognoscit, gratiã aũt eius naturę ignorat. Sic & qui audit, quia Christus filius dei est, iustitia aũt eius non fuerit usus, tantũmodo nomen Christi cognoscit, gratiam aũt naturæ eius ignorat.
P *Psal.33.b* Ideo non dixit propheta, Audite & uidete quoniam suauis est dominus:sed, gustate & uidete. Quando ergo aliquid audimus de Christo, nomẽ Christi cognoscimus tãtũmodo,ut diximus. Quãdo aũt iustitiã facimus eius, ipsum Christũ gustamus. Similiter nec incurrit in manus diaboli, nisi qui i uia ambulat peccatorũ. Vis non incurrere in diabolũ? Declina à uia q̃ ducit ad illũ, & nullã habet in te diabolus potestate:si autẽ ambulaueris in uia q̃ ducit ad illũ, iam nõ diabolo imputes perditionẽ tuã, quasi ille te traxerit ad se,sed tibi, quia tu iuisti ad illũ: Nũquid r porta ducit ad uiam? sed uia ducit ad portam: Sic non prius diabolus homines ducit ad peccata,sed peccata ad diabolũ ducunt. Vides ergo hæc uia perditionis q̃ nociua est, quã spatiosa est? & ideo non solum
H uolentes, sed & nolentes incurrunt in eã:& difficile est ut natus in hoc mundo, aliquãtulũ non incidat in eã. Quasi lata enim de lõge uidetur, & ideo ẽt infantes, antequã uiã uitæ uideant, uel intelligant, istã uidẽt:& cũ intrauerit quis i eã, prout uult se agit,nec coãgustatur in aliqua parte,ita ut delectet eum ambulare per eã. Ambulant enim in ea gaudentes, ridẽtes,non solũ manducantes, & bibentes, sed etiã deuorantes & inebriantes. Ambulant in ea diuites, mẽtientes,periurantes, aliena tollẽtes, & se diuites faciẽtes. Ambulant in ea cum uxoribus, non solũ cũ uxoribus, sed etiã fornicantes & adulterantes. Quid sit tribulatio,nesciunt. Et quis non delectetur quãtùm ad carnẽ ambulare per eam? Hęc aũt iustitiæ uia angusta primũ nec facilè uidetur: & ideo qui uult intrare in eã, necesse est ut aliquantulũ euagetur in uia illa spatiosa, donec antè considerans, aliquãdo inueniat istã: & cũ intrauerit in eã, nõ prout uult, agit. Ex omni.n. parte coãgustatur, ita ut pœniteat eũ intrasse in eã. Ambulant.n. tristes, lugentes, ieiunantes, etsi manducantes & bibentes, tamen nõ sine lege timo-
I ris manducantes & bibentes. Ambulant pauperes, etsi diuites,non sibi, sed alijs:aliena non tangentes, sua dispergẽtes. Ambulant casti, etsi cũ uxoribus, tamen non sine legis timore amorẽ suũ dispergentes, blasphemati, iniuriã passi, & spoliati. Et quẽ nõ pœniteat, quantũ ad carnẽ, intrasse in eã? Et ne mireris quia dixi, quẽ nõ pœniteat intrasse per eã, audi pro-
Psa.72.a phetã dicentẽ: Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei, quia zelaui in peccatorib⁹, pacẽ peccatorũ uidens. Ideo uidentes homines hãc tribulatã & angustã uiam multi recedũt ab ea, & qdã ab initio, nec accedunt ad eã, nec uolunt eam uidere. Quidam autem concupiscentes uolunt eam uidere,& accedunt ad eam: sed dum cõsiderant angustias & labores eius, recedunt ab ea. Alij autẽ audaciores,& intrant in eã, sed postea dum non sustinent labores & angustias eius, iterũ reuersi egrediũtur de ea. Adhuc aũt spatiosa dicitur illa uia ẽt hac de causa, quia omnia quæ sunt, uxores filij, parẽtes, amici, auru, argentũ, uestimenta, domus, possessiones, oẽs species bonorũ ciborum & potuũ, omnia artificia, omnes negociationes, militiæ, honores, & quicqd in hoc seculo est, qđ aut uisum delectat, aut auditũ, aut odoratũ, aut gustũ, aut tactum: uię perditionis sunt. K Nõ quia omnes qui ambulant in illis rebus peccãt, sed quia omnes istæ res ad peccatum compellunt. Via autem uitæ angusta est, quia una est species: id est, abstinẽtia omniũ rerum. Qui enim separat se ab oĩbus rebus illis, saluatur. Non dicimus quia oẽs q̃ sunt in illis, pereũt: sed quoniã qui se separãt ab illis, oẽs saluantur. Separant aũt se non corpore, sed animo: non loco, sed actu. Nã quanuis sit in mundo, nõ uidetur esse in mũdo, qui non utitur mundo.

Homilia.xix. ex cap. septimo.

Ttendite à falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autẽ sunt lupi rapaces: à fructibus eorum cognoscetis eos, &c. Suprà mandauit apostolis suis dominus, ne eleemosynas faciãt corã hominibus, ut uideantur ab eis, sicut hypocritæ: & ut ne orent ut ab hoĩbus uideãtur, sicut hypocritæ: & ut ne ieiunent corã hoĩbus se ostẽdẽtes, sicut faciunt hypocritę: & docuit illos ut ne faciãt sic, & instruxit eos, qa possibile est in hypocrisi & eleemosynas facere, & orare, & ieiunare: pp quod quasi iã ad cognoscẽtes, r quia hæc oĩa in hypocrisi L fieri possunt, loquitur dicẽs: Attẽdite à falsis prophe- r cognoscẽtis, q ueniunt ad uos in uestimẽtis ouiũ, ab intus aũt sunt lupi rapaces. Quę sunt uestimẽta ouilia? Species uidelicet simulatę religionis. Eleemosyna simulata, uestimẽtũ ouile est, nõ opus ouile. Oratio simulata, uestimẽtũ ouile est, nõ opus ouile. Ieiuniũ simulatũ, uestimentũ ouile est, non opus ouile: & cæteræ species pietatis, q̃bus se uestiunt lupi rapaces. Nulla aũt res sic exterminat bonũ, quemadmodũ simulatum bonũ. Nã manifestũ malũ, quasi malum fugitur & cauetur: malũ aũt sub specie boni celatũ, dum non cognoscitur nec cauetur, sed quasi bonũ suscipitur, & ideo coniunctũ bono exterminat bonũ. Sic serui diaboli tunc pessimè Christianitatẽ corrũpunt, quãdo se simulant Christianos: de quibus admonet discipulos suos Christus, magis aũt nos omnes per illos dicens: Attendite à falsis prophetis. quia magna uirtus est hoĩum r cognoscere malũ: & firma tutela r boni. salutis est, scire quẽ fugias. Hęresis qdẽ periculosa res est, sed utilis ualde. Periculosa qdẽ, qa multi seducũtur per eã, & pereunt: Vtilis aũt est, qa tentantur fide M les p eã, & ab infidelibus segregãtur. Qui murmurat de periculo tentationis, murmuret necesse est de prę mio probationis. In nullo.n. negocio potest requies inueniri, nisi præcesserit labor: quanto magis in spiritualibus rebus, nisi præcesserit tentatio, nõ põt esse probatio? Attendite à falsis prophetis. Primùm scire oportet quia sunt omnino falsi Christiani. Nã nulla res perdit uiros Christianos magis q̃ hęc: qa quoscũque uiderint dici Christiannos, q̃si Christianos eos æstimant. Si.n. constat, qa sunt falsi Christiani, aut ille est falsus Christianus, aut tu. Si non tu, ille: si tu, nõ ille: Si ille, ut qd illũ Christianũ ęstimas, de quo ti bi Christus mãdauit. Quia Christianus non est quẽ deus suũ nõ cõfitetur filiũ: tu qũo tibi existimas fratrẽ? Sed fortè dicis, Qũo dicere illum possum nõ esse Christianum, quẽ uideo Christũ confitẽtem, altare habentẽ, sacrificiũ panis & uini r offerentẽ baptizantẽ, scripturas sanctorũ legentem, omnem ordinẽ sacerdotij habentẽ? Vir sapiẽs, si nõ confiteretur Christũ, & manifesta esset gentilitas illius, & si seduceberis p eã, insania erat, qua seducebaris: nũc aũt q confitetur Christũ, sed nõ sic quemadmodum mãdauit

A Christus, negligẽtię tuę est, si ab eo seduceris. Qui.n. in occultã foueã cadit, negligens esse dicitur, qa non cautè prospexit: qui aũt in manifestã foueam cadit, nõ negligẽs dicitur, sed insanus. Quę aũt de similitudine ecclesiasticorũ mysteriorũ dixisti, hoc audi responsum: Quoniã & simia hoĩs habet mẽbra, & per oĩa hoĩem imitatur, nunquid propterea dicenda est homo? Sic & hæresis oĩa ecclesiæ habet & imitatur mysteria, sed nõ sunt ecclesię. Deinde sciẽs dominus, quia nõ erant manifesti Gẽtiles, sed absc̃oditi sub no
Aspicere. Attẽdere mine Christiano: ideo nõ dixit, Aspicite: sed, attẽdite. Aspicere.n. est simplr uidere: attendere aũt, est cautè considerare. Vbi.n. certa res est & indubitabilis, aspicitur: ubi aũt incerta & dubitabilis, attẽditur. Sciens ergo Christus, qa est in illis aliquid qđ alijs pro alio uidebatur, aliud desuper positũ, aliud intus ĩclusum: ideo dixit, Attẽdite:, ut scias quia non corporali aspectu attendendũ est, sed uigilantia spirituali. Si.n. corporaliter illos aspicias, cognoscere non potes, quia schemata Christianitatis habẽt. Nã hoĩes passibiles
B quo potestis uidere mẽdacia ueritatis uelamine cooperta? Primũ ergo attendendũ est per opera bona. Si enim opera iustitiæ facimus, & à nullo errore decipimur, & ipsi oẽm sentimus errorẽ. Nã ipsa res facit errare, q̃ facit alterius errorẽ nõ cognoscere. Nã qui nõ cognoscit mendaciũ alterius, suam nõ intelligit ueritatem. Ergo quãdiu bona opera facimus, ipsum lumen iustitiæ ante oculos nostros adaperit ueritatẽ. Sic & peccata peccantiũ sensus tenebręscere faciunt, ut nõ uidentes mendaciũ cadant in illud. Vide.n. ab initio, ex quo inter hoĩes seminatus est error fidei, nõ error diabolicus fecit hoĩes malos, sed hoĩes mali diabolicũ sibi fecerunt errorẽ. Si error fecisset homines malos, culpa erat dei, qui tales hoĩes fecit, ut ab erroribus seducãtur: nunc aũt culpa est hoĩs, qui uoluntariè elegit errorẽ: quia nõ possunt errores prę ualere in hoĩes, nisi peccata pręcesserint. Prius.n. peccatis plurimis excæcatur homo, & sic diaboli seductione seducitur, & cadit in mortẽ. Quẽ admodũ.n. Sole manente nõ prævalet nox, cũ aũt accesserit ad occasum, tunc occupat mundũ: sic quandiu lumen iustitiæ in hoĩe fuerit, tenebra erroris eũ non apprehendit. Ergo bonis operibus uigilandũ est, quia non
C error generat peccata, sed peccata errorẽ. Sicut dicit Sapientia, Impietas trahit hoĩem ad errorẽ. Attendite sicut admonet, attendite, quasi deo inuito diabolus hæreses introducat: nõ deo inuito, sed permittente. Si.n. Gentes non credidissent in Christũ, intelligebamus uirtutẽ fuisse diaboli, qui Gentes credere nõ permisit. Nã si diabolus aliquid potuisset, ab initio credere nõ permisisset, nunc aũt ex eo quòd oẽs gentes crediderũt, sed postea ex credentibus factę sunt hæreses, manifestũ est, quia non fuit uirtus diaboli, sed permissio dei. Et quare sic admonet, quasi q noluerit fieri? Quia nõ sine iudicio uult seruos suos habere, ideo misit tentationẽ. Quoniã aũt nõ uult per ignorantiã eos perire, ideo admonet. Ideo tentationem mittit, ne mali cũ bonis coronentur: ideo autẽ admonet, ne boni cũ malis pereant. Attẽdite uobis à falsis prophetis. Scriptum est, Oĩs lex & prophetæ usq̃ ad Ioannẽ: nõ quia futuri non erãt post Ioannẽ. Fuerunt enim & Agabus, & Sylas, & multi. Sed quia prophetia de Christo nõ erat uentura post eũ. Ergo post Ioannẽ prophetia quidẽ de Christo futuro cessauit, prophetę aũt & fuerunt, & sunt. sed nõ qui pro

Inf.n.b

Act.n.d

phetarent de Christo, sed qui interpretarentur ea q̃ D de Christo ab antiquis fuerãt prophetata: id est, doctores ecclesiarũ. Sed & oẽs Christiani prophetæ dicuntur, qui in regnũ & in sacerdotiũ, & in prophetiã ungũntur. Nec.n. potest quis propheticos intrepretari sensus, nisi habeat spiritũ prophetiæ. Hæc aũt diximus, ut ostẽdamus, quia prophetę, de quibus loquitur Christus, doctores dicuntur. Sciens ergo dominus futuros esse falsos doctores hęresum diuersarũ, contrarios doctores, qui scripturas propheticas & apostolicas peruersa interpretatione confunderent: ideo per apostolos suos oĩum ecclesiarũ doctores admonet, dicens: Attẽdite uobis à falsis prophetis. Et ne fortè dicat aliquis hæreticus doctor, qa nõ dixit nos falsos prophetas, sed Gẽtiliũ & Iudęorum doctores: õa addidit, dicẽs: Qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium. Quãuis & de Iudaicis qdẽ falsis apostolis & prophetis ista p̃dicit, tamẽ de illis Iudaicis, q in Christũ quidẽ fuerant crediturí ex eis, peruersa au *Phil.3.a* tẽ loquentes scdm suggestionem malignispiritus, ad *& Gala.* corruptionẽ Christianorũ fuerant locuturi, de qbus *1.b. et Co* cauẽdis in omni epistola sua sollicitè monet Apostо *lo.3.b* lus: quorũ filij sunt & hæretici modò. Oues.n. propriè Christiani dicuntur: uestimentum aũt ouile, est E species Christianitatis. Vides quia de hæreticis Christianis loquatur Christus fugiendis, q à foris in schemate Christiani uidentur, abintus aũt confessionis efficacitate Gẽtiles. Et isti multò periculosiores sunt q̃ illi Iudaici: qa illi quidẽ reiecti ab apostolis, & notati extra cõuentũ Christianorũ erratici uagabantur, r *al.uoca-* hæretici & furtim quosdã corrũpebant incautos. Isti *ti.* aũt quasi fundati Christiani, & ecclesias suas habentes. Et quid dico? ecclesias ẽt regentes, palã cũ libertate subuertũt, & sic multiplicati sunt ex diuerso, ut Christiani uagi potius uideantur q̃ illi. Et qũo non sint periculosi, aut qũo suadent multis? Et ne adhuc dicat hæreticus, qa de ueris Christianis doctoribus loquitur, qui Christiani qdẽ sunt, tamen peccatores sunt. Oĩs.n. Christianus qui facit peccatũ, falsus dicitur Christianus: & uerè quidẽ est: quia Christianus qui facit peccatũ, nec pœnitet de peccato, falsus est Christianus. Tamen ut scias, quia nõ de Christianis peccatoribus, sed de hæreticis doctorib⁹ loquatur: non tantũ dixit, qui ueniunt ad uos in uestimentis F ouium: sed addidit, Ab intus aũt sunt lupi rapaces. Christiani.n. doctores, etsi fuerint peccatores, serui quidẽ carnis dicuntur, qa uincũtur à carne, tamen propositũ nõ habẽt perdere Christianos, & ideo nõ dicũtur lupi rapaces. Vides ergo, qa manifestè de hęreticis doctoribus dicat, qui eo proposito schemata Christianorũ susceperunt, prouidente diabolo, ut Christianos iniquo seductionis morsu dilanient. De qualibus lupis ad Ephesios dicebat apostolus: Scio *Act.20.f* qa post discessum meũ intrabũt lupi graues in uos, nõ parcẽtes gregi, & ex uobisipsis exient peruersa loquẽtes, ut abducãt discipulos post se: Audi ergo qui doctus ab hæreticis, putas te eruditũ: & baptizatus ab eis, putas te Christianũ factũ. Vide, doctores hæretici qd dicũtur à Xpo? deuoratores. Si ergo eruditus ab hæreticis, raptus es, nõ eruditus, non pastus. Si baptizatus ab eis es, deuoratus es, non saluatus. Nã luporũ deuorare est, nõ saluare. r Quid ergo est? Ex *r al. pasce* *fructibus eorũ cognoscetis eos.* Eructus.n. hoĩs est cõfes- *re.* sio fidei eius, & opa conuersationis ipsius. Si ergo uideris hoĩem Christianũ, statim cõsidera, si cõfessio

Universidad de Deusto
Biblioteca

G eius cõueniat cũ ſcripturis, uerus eſt Chriſtianus: ſi aũt nõ eſt quemadmodũ Chriſtus mandauit, falſus eſt. Sic.n.& Ioannes, cũ de hæreticis ſcripſiſſet epiſtolã, non dixit, Siquis uenerit ad uos nõ habens nomẽ
2.Ioan.c Chriſti, nec aue ei dixeritis: ſed, ſiquis non attulerit iſtã doctrinã. Indiciũ Chriſtianitatis non ad nomen Chriſti retulit, ſed ad cõfeſſionẽ: quia nõ nomẽ ſolũ Chriſti Chriſtianum facit, ſed ẽt ueritas Chriſti: quia in noĩe Chriſti multi ambulant, in ueritate aũt eius pauci. Deinde uide, Nunquid ouis lupũ perſequitur
Gen.4.b aliquãdo? non, ſed lupus ouẽ. Sic.n.& Cain perſecutus eſt Abel, nõ Abel Cain. Sic Iſmaël perſecutus eſt
Ibid.21.b Iſaac, non Iſaac Iſmaël. Sic & Eſau Iacob, non Iacob
Ibi.27.g Eſau. Iudæi Chriſtũ, non Chriſtus Iudæos. Hæretici Chriſtianos, nõ Chriſtiani hęreticos. Ergo ex fructibus eorũ cognoſcetis eos. Siquis lupũ cooperiat pelle ouina quo cognoſcas illũ, niſi aut per uocẽ, aut pactũ? Ouis inclinata deorſum balat, lupus in aëra cõuertit caput ſuũ contra cœlũ, & ſic ululat. Qui ergo ſedm deum uocẽ humilitatis & cõfeſſionis emittit, ouis eſt: qui uerò aduerſus ueritatẽ turpiter blaſphe-
H mijs ululat cõtra deũ, lupus eſt: ſicut dicit propheta
Pſal.72.b de illis, Iniquitatẽ in excelſõ locuti ſunt, poſuerunt in cœlũ os ſuũ. Ouis herbas mãducat, lupus carnibus delectatur. Quẽ uideris ergo de pratis ſcripturarum herbas floridas iuſtitię colligentẽ, ouis eſt: quẽ uideris aũt in ſanguine perſecutionis gaudẽtẽ, lupus eſt. Adhuc aũt conſidera uirtutes quas facit, utiles ſunt aut inutiles. Vtiles ſunt, q̃ mirabiliter fiunt, & ad ſalutem proficiunt: utputa infirmos ſanare, & alia hmõi quæ fecit Chriſtus. Vacuæ autẽ ſunt, q̃ admirationẽ quidẽ faciunt uidentibꝰ, utilitatẽ aũt afferunt nullã: utputa uolare per aërem, ſicut & dominũ diabolus
⌈al. ſtatuens ſuper pinnam templi, ambulare &c. hortabatur: ſtatuas facere⌉ ambulare: aut cõmiſceri flãmæ, & nõ comburi: & alia qualia Simon fecit. Nã plena opera ex deo ſunt, qa & ipſe eſt plenus: uacua aũt ex diabolo, ſicut & ipſe eſt uacuus & uanus. Nã quia quædã mirabilia fiũt ex deo, quædã aũt ex diabolo, demonſtrat Nicodemus. Non.n.dixit, Nemo
Act.8.b facit ſigna, niſi ſit deus cũ illo: ſed, Nemo facit hæc
Ioan.3.a ſigna q̃ tu facis, niſi ſit deus cũ illo. Et tunc quidem ex hoc ſolo cognoſcebantur falſi prophetę & ueri, ſi
I utilia aut inutilia facerent ſigna. Nunc aũt quia futurum eſt, ut ẽt ex parte bona faciendorũ ſignorũ diabolo detur poteſtas, ẽt aliud quærere debemus. Si neceſſariũ eſt ſcdm tempus, aut nõ eſt neceſſariũ. Si enim mirabilia Chriſtus pp confirmationem infidelium faciebat, non pp ipſos quos ſanabat: ipſos.n.in fide ſanare poterat, nõ in ſigno: manifeſtũ eſt, quia modò cũ nullus ſit infidelis, faciendorum miraculorum neceſsitas nõ eſt. Ergo ſi inutile fecerit ſignum, falſus propheta eſt: quia non facit ut alium ædificet in fide, ſed ut ſe oſtendat in opere. *Nunquid colligunt de ſpinis uuas, aut de tribulis ficus?* Vua myſteriũ habet in ſe Chriſti. Sicut.n.botrus multa in ſe grana ligno mediante ſuſpendit, ſic & Chriſtus multos ſibi fideles per lignũ crucis tenet adiunctos. Similiter & ſicut ficus multa grana uno tegmine tenet incluſa, ſic & multos fideles quodã dulci charitatis amplexu una tenet eccleſia. Et ſunt in ſicu ſigna hæc: Charitatis quidẽ in dulcedine, unitatis aũt in coniunctione gra-
Pſa.67.a norũ, ſicut ſcriptũ eſt: Deus q̃ inhabitare facit unanimes in domo. In uua quidẽ eſt patientiæ ſignũ, quia
Pſa.103.b in torcular mittitur: gaudij aũt in ſpe: Quia uinũ lætificat cor hoĩs. Syncritatis, quia non eſt aqua per miſtũ, & delectatio ſuauitatis. De his ſcriptũ eſt: Fructus aũt ſpiritus eſt, charitas, gaudiũ, pax, patientia, K
Gal.5.d longanimitas, bonitas, benignitas, manſuetudo, fides, modeſtia, cõtinẽtia, caſtitas, aduerſus hmõi nõ eſt lex. Spinæ aũt ſunt hæretici, ſicut ſermo ipſe demonſtrat ſuperius, dicẽs: Attẽdite à falſis prophetis. Ergo non poſſunt ſpinæ & tribuli eccleſiaſticos fructus proferre. Sed quid proferũt? Vulnera, tribulationes & cætera mala. Quemadmodũ ſpina uel tribu- *Fructus*
lus ex quacũq; parte illã conſpexeris, habet aculeos: *hæreticorum.*
ſic & ſeruos diaboli ex quacunq; parte conſideraueris, iniquitatibus pleni ſunt. Si loquitur, in dolo loquitur: ſi tacet, malè cogitat: ſi iraſcitur, inſanit: ſi patien- *Mores ſeruũ diaboli.*
ter agit, tẽpus expectat nocendi, & opportunitatem cõſiderat quãdo noceat. Si malè agit, nõ erubeſcit: ſi bene facit, ad uanam gloriam pp hoĩes facit. Quo proferat bonũ fructũ cuius radix diabolus eſt? Sub arbore bona & beſtię & animalia requieſcũt: ſub ſpinis aũt nullũ animal requieſcere poteſt, niſi tantum modo ſerpẽtes. Sic iuxta fideles hoĩes, & boni & mali hoĩes pacẽ habere, ac accipere⌈ poſſunt: iuxta autẽ L
⌈al. acſe capere.⌉ infideles hoĩes nemo poteſt pacem habere, neq; requieſcere in eis, niſi tantũmodo ſerpentes, id eſt dæmones, qui habent cubilia in pectoribus eorũ. Fructus eorũ nulli procedũt ad uſum: umbra refrigerij non eſt in eis. Et uerũ eſt quidẽ, quia ſpinas & tribu- *Hæretici, ſpinæ, & tribuli.*
los omnes iniquos hęreticos appellauit: tamẽ forſitan ſciens dominus hanc hæreſim eſſe prævalituram præ oibꝰ, tribulos eos appellauit, quaſi trinitatis profeſſores, & triangulã impietatẽ in ſua perfidia baiulãtes. *Non poteſt arbor bona, fructus malos facere: & non poteſt arbor mala, facere bonum fructum.* Nõ dixit, arbor mala non poteſt fieri bona, neq; arbor bona, mala. Alioqui qui malus eſt, à deo eſſet, quòd malus eſt: & qui bonus eſt, à deo eſſet, quòd bonus eſt. Nũc aũt ſic dicit, malus nõ põt facere fructus bonos. i. quandiu malus eſt. Si uerò factus fuerit bonus, poteſt: ut unuſquiſq; quòd malus eſt, aut bonus, uoluntatis eiꝰ ſit, nõ naturę. Nam ſi uolebat, & nõ poterat fructus bonos proferre, naturę erat: ſi aũt põt, & non uult, arbitrij eſt, nõ naturę. Ergo ſeruus dei nõ põt facere malũ. Et ſi uidetur tibi aliquãdo quòd malè fecit, cõſidera cautè ipſum malũ eius, & inuenies eũ ab intus eſſe bonũ. Nã ex propoſito bono, ẽt qđ uidetur malum, bonũ eſt: quia propoſitũ bonũ malũ opus excuſat. Malũ aũt opus, bonum propoſitũ non condẽnat. Vidiſti Moſen homicidiũ facientem, ſed non pp
Exo.2.c ſuã iniuriã, ſed pp ſeruorũ dei uindictã. Vidiſti Iacob aliud loquentẽ in lingua, aliudq; habentẽ in corde: cũ diceret ad Eſau, Quia uidi faciẽ tuam ſicut qui ui-
Gen.33.b derat faciem dei, ſed nõ ut eũ deciperet, ſed ut cõpeſceret. Similiter malus nõ põt facere bonũ: & ſi uidetur tibi facere bonũ, cõſidera cautè ipſum bonũ, & inuenies illud ab intus eſſe malũ. Nã quod ex propoſito malo fit, ẽt bonum malũ eſt. Nã bonum opus, malum propoſitũ nõ excuſat: malum aũt propoſitũ, bonum opus condẽnat. Si uideris infidelẽ humilem, aut manſuetũ: ſcito quia ſubdolus eſt in corde.
Pſal.54 De talibus.n.dicit propheta: Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleũ, & ipſi ſunt iacula. Si uideris eũ bona opera facientẽ, itellige quia pp hoĩes facit. De illis.n. dicit dominus: Oĩa faciunt, ut ab hominibus uideãtur. Sicut ergo bonorum hominum omnia opera ẽt mala, bona ſunt: ſic malorum hominum omnia opera etiam bona, mala ſunt. Si ergo uideris aliquem

A deum in ueritate non colentẽ, quaſi bonum, ne credas oculis tuis, ut & dicas bonæ uitæ illũ: ſed crede magis deo q̃ tibi, qui dixit: Non poteſt arbor mala facere fructũ bonũ. Si autẽ dicis illum bonũ, menda cẽ feciſti Chriſtũ. Tu.n.uides quæ ſunt in facie, deus aũt quę ſunt in corde. Sicut enim in horto ſunt multę arbores fructum inutilẽ facientes, in ſyluis autem non inuenitur bonũ faciens, ſi aũt faciunt, aut inſipidũ faciunt, aut acerbũ. Sic in eccleſia q̃ hortus eſt
Cantì.4.d Chriſti, Salomone dicente: Hortus cõcluſus, fons ſignatꝰ, ſoror mea, paradiſus cũ fructu pomorũ, multi ſunt mali. In eccleſijs autẽ hęreſum, q̃ ſunt ſylue deſertæ nemo eſt bonus: quia & ſi aliquis eſt bonus,
⌈al. deeſt non. pp homines eſt bonus, & nõ ⌈pp deum. Hæc ſecundum fidẽ dixi: q̃ ſunt aũt ſecũdũ rationẽ, audi: Quicunq; facit aliquid, eſt propter quod facit: & nemo facit aliquid propter nihil. Qui pugnat, propter prędã, aut propter gloriã uictoriæ pugnat: qui nauigat, propter neceſsitatẽ, aut propter lucrũ nauigat. Sicut nihil poteſt ſine radice naſci, ſic nihil poteſt fieri ſine cauſa. Sic qui bonũ facit, aut pp retributionẽ regni
B cœleſtis facit, aut pp iuditiũ pœnæ. Interrogo ergo te, infidelis propter quid faciat bonum? propter iudicium pœnæ, dicis: Sed non timet deum. Quo autem timeat deum ne peccet in opere, qui non timet deũ, ne peccet in fide: cũ ſit peius malè credere, quã malè agere? Propter retributionẽ dicis. Sed nõ ſperat in deũ, qui non curat utrum mendaciter credat, an uerè, cum ſit meliꝰ bene credere, q̃ bene agere: quoniã fides ſine operibus aliquid eſt, etſi mortua eſt: opus autẽ ſine fide nihil eſt. Vt quid ergo facit bonũ? Vt uideatur ab hominibus, & laudetur: & ideo bonũ illius malũ eſt. Si.n.ſine labore poterat homo bonũ facere in hoc mundo, credibile erat, ut infidelis bonũ faceret propter hoc ipſum bonũ: quia bonũ face re bonum eſt. Nunc aũt cum hominibus in carne uientibus ſic cõtrarium ſit bonũ facere, ſic difficilẽ, & propè impoſsibile, ut neq; magni illi ſancti perfectẽ potuerint explere quod bonũ eſt: quo infidelis faciat bonũ cum tanto luctamine, nullam ſpem habens retributionis præ oculis ſuis? Quis agonem ſuſcipit ſic periculoſum, unde palmã nõ ſperat? Quid
C ergo? Sine dubio ſperat aliqd, ideo facit bonũ. Quid illud? Vt mercetur ab hominibꝰ gloriã uanam. Nam multã dat uirtutẽ homini ad laborandum concupiſcentia uanę gloriæ, & ſi cũ indulgentia poſſum dicere, maiorẽ dat uirtutẽ homini hypocritæ concupiſcentia uanę glorię, quã fidelibus ſpes regni cœleſtis. Et hæc eſt ratio: Contra ſpem regni cœleſtis aduerſatur natura carnis: concupiſcentia aũt uanę gloriæ
⌈conſentit ei. ex carne eſt, & ideo cõſiſtit ex ⌈carnis natura. Ideo ergo dicit: Omnis arbor q̃ nõ facit fructũ bonũ: qa & mala arbor uidetur facere iuſtitiã, ſed nõ bonam, nec ad uſum proficientẽ. Nam qui pp deũ facit iuſtiã, deus illam mandauit ⌈: qui aũt propter uanã gloriam facit bonũ, diabolus illud facit, & ideo diabolꝰ
⌈facit. delectatur in eo. Falſos ergo Chriſtianos, quos deus in ⌈ignẽ mittendos promittit, cũ tu putas participes gloriæ tuæ? *Non omnis qui dicit mihi, Domine domine, intrabit in regnũ cœlorũ, ſed qui facit uoluntatẽ patris mei.* Falſos prophetas de quibus cauendũ erat locutus, non alios eſſe, niſi falſos Chriſtianos, & falſos Chriſtianorũ prædicatores, his uerbis manifeſtè demonſtrat. Gẽtiles.n.aut Iudæi priuſquã credant, nõ dicũt Chriſto, Domine domine: ſed illi ſoli qui tã ex Iudęis quã ex Gẽtilibus niſi ſunt quidem credidiſſe in Chri D
ſtum, conuerſantes aũt & prædicantes contra uoluntatẽ dei & Chriſti præceptum, facti ſunt falſi prædicatores. Itẽ quoniã falſos prophetas & ueros ex fructibus eorũ docuit eſſe diſcernendos, hic iam manifeſtius docet, qui ſunt fructus, quibus diſcernuntur probi doctores & reprobi. Qui.n.dicũt tantũmodo Chriſto, Domine domine, & nõ faciũt dei uoluntatẽ, reprobi ſunt: q aũt & dicũt Chriſto, Domine domine, & faciũt uoluntatem dei, illi ſoli probabiles ſunt.
Ioan.3.b Quæ aũt eſt uoluntas dei, ipſe dominus docet. Hæc eſt autẽ uoluntas eius qui miſit me, ut omnis qui uidet filiũ hominis, & credit in eum, habeat uitã ęternã. Ergo uoluntatẽ dei facere, hoc eſt credere in Chri-
Ioan.6.d ſtũ. Sicut & alibi Iudæis interrogantibus quid faciemus, ut operemur opera dei? reſpondit, hoc eſt opus dei, ut credatis in eũ, quem ille miſit. Credulitatis autẽ ſermo & ad confeſsionẽ reſpicit, & ad actũ. Qui *Quid ſit credere, uel non credere Chriſto.*
ergo ſic cõfitetur Chriſtũ, ſicut ipſe docuit, ille credit Chriſto: q aũt non ſic cõfitetur, quo docuit ille, non credit. Et ſi cõuerſatur quo mãdauit ille, credit Chriſto: & qui nõ ſic conuerſatur quo ille mandauit, non E
credit Chriſto. Credere enim Chriſto, obedire eſt Chriſto: qui aũt, aut non confitetur, aut non cõuerſatur ſecũdũ uerbum eius, ille nec obaudit Chriſto, nec credit, propterea tã ille quã iſte non intrabũt in regnũ cœlorũ. *Multi dicent mihi in illa die, Domine domine, nonne in nomine tuo prophetauimus?* In qua die? Quãdo uenerit in maieſtate ſua, & ſeparauerit eos ab inuicẽ, ſicut paſtor gregẽ ſuũ: quando iam nemo auſus eſt garrula contentione ſermonũ aut mendaciũ defendere, aut contradicere ueritati. Quia tunc iã nõ mũdialis & uana gloria deſideratur, ſed flãma iudicij, & pœna timetur. In illo die, quando os non loquitur, opus non abſconditur, ſicut in hoc tpe: ſed è contra opera ſingulorũ loquẽtur, & ora tacebunt: nõ quãdo perſona interrogatur, & conſcientia non uidetur: ſed è cõtra cõſciẽtia diſcutitur, & pſona con-
Rom.2.c funditur, dicẽte Apoſtolo: Cogitationibus inuicem ſe accuſantibus, aut ẽt defendẽtibus i illa die, quãdo nemo excuſat peccatores, ſed oẽs accuſant, nec alter pro altero interuenit: ſed ſinguli ibi timebunt, qa in illo iudicio non erũt teſtes adulatores homines, ſed F
angeli ueraces: nõ erũt iudicãtes perſonarũ acceptores homines, ſed deus iuſtus q reddet unicuiq; ſecũdũ opera ſua. Quã propriè timentiũ hominũ & an-
Ibidem.a guſtias patientiũ uocẽ expreſsit, dicens: Domine domine. Nõ enim ſemel ſufficit illi dicere Domine, quẽ neceſsitas timoris adſtringit. Nõne in noĩe tuo prophetauimus? Conſidera quia in nomine dicunt, nõ in ſpiritu: quia in nomine Chriſti multi ambulant, q non habent ſpiritum Chriſti, ſeducendi cauſa. Ideo
Chriſtianus quo cognoſcẽdus. nõ ex nomine Chriſti cognoſcendi ſunt Chriſtiani, ſed de ſpiritu Chriſti. Ergo prophetant in noĩe Chriſti, i ſpiritu aũt diaboli: quales ſunt diuinatores. Sed ſic diſcernũtur, quoniã diabolus interdũ uerũ dicit, ſanctus aũt ſpiritus nunquam interdũ mentitur. Cõceſſum eſt aũt diabolo & interdũ ueritatẽ dicere, ut mendaciũ ſuum rara ueritate commẽdet. Si autem nunquã diceret uerum, nec ad tentationem poterat
⌈proficere. ſuſſicere⌈ ſeductio eius. *Et in nomine tuo dæmonia eiecimus.* Dæmonia enim eiiciũt in nomine Chriſti habẽtes ſpiritum inimici, magis autem non eiiciunt, ſed eiicere uidentur, colludentibus ſibi dæmonibꝰ ipſis, & ideo ſemp eiiciũt, & nũquã ſanãt. Sẽper ante illos

G dęmones quasi castigati clamãt,& nunq̃ quasi timẽtes recedunt. *Et in nomine tuo uirtutes multas fecimus.* Faciunt & uirtutes secundũ ea quæ diximus,non utilia & necessaria,sed inutilia & uacua.In omnibus ergo secundum Christi præceptũ discutiendi sunt fructus eorũ.Si bona cõuersatio est eorũ, & confessio uera.Si aũt aut confessio conuersationi non conuenerit,aut conuersatio cõfessioni, falsus est. *Tunc iurabo illis,quia nescio qui estis.* Tunc,usq; tũc aũt sustinebo,quia grandẽ irã grandis dilatio pręcedere debet, & grãdis dilatio iustius facit eẽ iudiciũ dei,& dignioręm interitũ peccatorũ.Sciendũ quia peccatores nescit deus,qa nec digni sunt ut cognoscantur à deo.Sicut enim & apostolus ait:Cognouit dominus,q sunt ip
2.Tim.2.b sius.Non qa non cognoscit ipsos,sed suos illos esse non cognoscit:ideo qui pereunt, non fuerunt illius. Aut quo te deus cognoscat, cũ tu deũ cognoscere nolis ? Sicut.n. omnes homines naturaliter cognoscunt deũ, non aũt uidentur uerè cognoscere, quia nõ digne colũt:sicut serui dominũ, sicut factura factorẽ, & hoc est secundũ naturã quidẽ cognoscere,
H non aũt scdm uoluntatẽ: Sic & deus naturaliter oẽs cognoscit,sed nõ eos uidetur uerè cognoscere quia nõ eos diligit quasi factor facturam,quasi dominus proprios seruos.Et hoc est scdm naturã cognoscere, nõ aũt ex uoluntate:quia omne malũ extraneũ est à deo.Iurat aũt Christus, nõ ut suã ueritatẽ commẽdet,sed ut illorũ incredulitatẽ condemnet.Non.n.si non iurauerit Christus, mentitur,sed ut illi amplius confundantur firmiori responso:quoniam qui mendax est,neminem putat dicere ueritatẽ,neque ipsum deũ. Qui enim non seductione diaboli deceptus mẽtitur, sed proposito mendax est: nunquã desinit esse mendax,neque post mortẽ. Nam mors quidẽ animam à carne separat, animæ aũt propositum non immutat.Vis scire? Considera eos ẽt post mortem mẽtiẽtes,Domine in nomine tuo hoc & hoc fecim⁹: Nunquid nesciebant ipsi apud se,quia nunq̃ nec dilexerant Christũ, nec fecerant uoluntatem eius ? Sed putant se sicut in hoc seculo homines deceperũt, sic & ibi ẽt deũ fallere posse.Ideo ẽt non dicit illis,Discedite à me qui operati estis iniquitatẽ:sed, qui opera-
I mini. Quia iniqui nec post mortẽ desinunt esse iniq: quia etsi peccare non possunt,tamen peccandi propositum tenent.

Homilia.xx.ex cap.vii:

Mnis qui audit uerba mea hæc, & facit ea,assimilabitur uiro sapiẽti,qui ædificauit domũ suã supra petrã: Frequenter miramur, quòd homines aut promissionib⁹ flexi, aut terroribus fracti, aut persuasionibus falsorũ doctorũ circunuẽti,relinquunt fidei ueritatem, & ad mendaciũ infidilitatis transmigrant.Quòd si uel hãc unam sentẽtiã Christi cautè intelligeremus,& recordaremur:nunq̃ de perditione taliũ hoium stupueremus.Quo.n.permaneat apud Christũ, q nũq̃ stetit in Xp̃o? aut quo teneat eũ ueritas, qui nunq̃ tenuit ueritatẽ? aut quomodo seruet eũ iustitia, qui iustitiam non seruauit? Omnis qui audit uerba mea hæc, & facit ea. Quæ uerba? q̃ superius dixit: Vt q uult esse Christianus uerus, nõ solùm non occidat,sed nec irascatur sine causa: nõ solũ nõ periuret, sed nec iuret:nõ solũ nõ fornicetur,sed nec usq; ad oculũ concupiscat:non solùm nõ percutiat, sed nec percussus repercutiat:nõ solũ aliena non tollat,sed etiã cogenti dimittat:non solum amicos syn-

Vero christiano quid faciendũ sit

cerè diligat,sed ẽt inimicos.Eleemosynãs faciat non K
corã hominibus:orationibus instet intrans in cubiculum sum:ieiunia celebret non cũ tristitia:non iudicet fratrẽ suũ peccantẽ,sed suæ infirmitatis consideratione ignoscat:non det sanctũ canibus,neq; margaritas suas mittat ante porcos.Petat,querat,pulset, & accipiet.Attendat aũt à falsis prophetis.Qui ergo se talibus ædificauerit mandatis, quo potest fieri,ut aliquando fractus tẽtationibus cadat? Aut è cõtra, quo percussus tentationibus stabit, q se nullius iustitiæ fundamento ligauit? Quis ista custodiuit & cecidit?Culpamus deum,quia non custodiuit. Si aũt illis prævalet fortitudo diaboli, in quib⁹ iustitia Christi nõ inuenitur, magis in illorũ perditione laudandus est deus, q̃ culpandus:quia hi soli pereũt,q mãdata Christi contemnunt. *Similabo eũ uiro sapiẽti.*Nõ dixit,æstimabo eũ uirũ sapientẽ: sed, similabo eum uiro sapienti.Ergo alter est q similatur, alter est uir cui similatur.Ergo qui similatur,est homo:cui autẽ assimilatur,Christus.Christus.n.sapiens est uir,q ędificauit domũ suã, id est ecclesiã supra petrã.i.supra L
fortitudinẽ fidei.Nã & fortitudo fidei petra dicitur, propter quã Simon Petrus dictus est,ad quem dicit deus:Tu es Petrus,& super hãc petrã ædificabo ecclesiã meam, & portæ inferi non prævalebũt aduersus eam. Quis est uir stultus? Diabolus, de quo dicit Hieremias: Clamauit perdix:cõgregauit filios quos nõ genuit:fecit diuitias suas nõ cũ iudicio,in mediodierũ derelinquet eas:& in finẽ erit stultus.Iste ergo diabolus insipiens uir ędificauit domũ suã super arenam. Domus.n.eius ante Christum fuerunt omnes gẽtes.Sicut enim sancti sunt Christi, ita & impij domus sunt inimici.Aedificati autẽ fuerunt super arenam,id est super inconstantiam infidelitatis.Si enim constantia fidei dicitur petra, rectè & incostantia infidelitatis arena uocatur:id est idololatria, quæ puarias idolorũ culturas semper dispersa est.Aut certè super arenã,id est super carnales homines ac infideles.Ideo tales homines arena dicũtur, non terra: quoniã terra quidem fructũ facit, arena aũt sterilis manet.Deinde qa terra quidẽ unita est,& in seipsam constricta:arenę aũt grana nõ conueniunt sibi,nec adhærent adinuicẽ: sic sunt & omnes infideles qui M
sub diabolo sunt, nõ sunt uniti, nec unũ sapiunt,sed sunt per diuersas opiniones dispersi: & alius qdẽ sic dicit,alius aũt sic.Sic & dogmata philosophorũ nos docent,q̃ sunt contraria sibi semper.Eo modo perfidia hęreticorũ;qui nunq̃ sapiũt unũ,sed quot sunt, tot sententias habẽt.Propter quod arenæ assimilatur omnis diaboli populus.Populus aũt dei nõ solũ unitus est q̃si terra q quãuis cõpacta sit, tamen solubilis est:sed est sicut lapis cõstrictus & indissolubilis.Tertio qa diaboli popul⁹ nõ numerabilis est,sicut arena:dei aũt, ex multis uocatis pauci electi.Pluuia aũt est doctrina,qa sicut pluuia irrigat terrã, ut proferat fructũ,sic doctrina hominẽ irrigat,ut iustitiam operetur.Sicut dicit deus per Esaiã de tollenda à Iudæis doctrina:Et mãdabo, inquit,nubib⁹, ne pluat E
sup eã pluuiã Nubes.n.dicũtur prophętę & apostoli qa sicut nubes baiulãt pluuiã,& effundũt eã sup terrã:sic & prophetæ & apostoli accipiũt uerba à deo, & effundunt sup rationabilẽ terrã . Sunt autem nubes, q̃ à spiritu sancto excitantur:& sunt nubes quæ à spiritu potestatis aeris,sicut dicit propheta: Tenebrosa aqua in nubibus aeris.Nubes enim q̃ a spiritu

Fortitudo fidei petra dicitur. *Inf.16.a* *Hie.17.b* *Hæretici nunquã concordes* *Esa.5.b* *Psal.17.b*

A sancto excitantur, cãdidam baiulant aquã,id est ueram & sanctam doctrinam. Quæ aũt à spiritu potestatis aeris,tenebrosam baiulant aquã, id est falsam & impiam doctrinã, q̃ non illuminat,sed tenebrescere facit mentes eorum, q̃ suscipiũt eam. Venti aũt ex parte quidem mala;sunt immundi spiritus, qui intra præcordia hoium flant:ex parte autem bona, spiritus diuersarum uirtutum,uel angeli,q inuisibiliter in sensibus hoium operãtur, & adducunt ad bona. Et uide proprietatem rerum. Pluuię propriũ est mollire & soluere : uentorũ autem cũ uirtute urgere. Si ergo impiorũ nubes falsa sua doctrina, & promissionib. molliunt hoies, & blandimentis & persuasionib.solũt:diabolus aũt intrat in corda eorum quasi uentus, & inuisibiliter urget cõsentire mẽdacijs eorum, uel in cætera peccata compellit . Sic & in parte bona sanctæ nubes doctrinam iustitiæ psuadent hoibus, & rationabiliter placant:spiritus aũt sanctus uel angeli,quasi prosperi uenti prosperantes in cordib. faciunt hoies acquiescere ueritati.Sicut.n.nõ est posibile,ut ex sola pluuia fructificet terra,nisi flauerit super eam uentus:sic nõ est posibile, ut sola doctrina
B corrigat hoiem, nisi coopatus fuerit spiritus sanctus in corde ipsius.Flumina aũt sunt ex parte qdem mala hois immundo spiritu pleni, & in uerbositate structi:quales sunt philosophi dogmatũ diuersorũ, Oratores,Grammatici,cæteriq; nõ secundum deũ sapiẽtes ⌜:de quorum uentre exeunt flumina aquæ mortuæ⌝.Ex parte autem bona:Euangelistæ, doctores populi,cæteriq; sapientes secũdum deũ : de quorum uentre exeũt flumina aquæ uiuæ. Ecclesiã ergo,quã Christus uir sapiens super petram ędificauit,neq; pluuia mendacis doctrinæ corrũpit, neq; diabolicus uẽtus impellit, neq; uiolentorum fluminũ impetus mouet.Nam etsi humiliatur ecclesia pp tentationẽ, tamen perire non potest pp fidem Christi. Nec est cõtrarium, quod quidam de ecclesia cadunt:illi.n.nun
⌜ex⌝ quã Christiani fuerũt.Sicut.n.nõ omnes qui sunt in⌜
Israel,hi sunt Israelitæ: sic non omnes qui Christiani dicuntur,sunt & Christi. Christianorum.n.opa sunt
2.Tim.2.c aspicienda,non noia . Dicit.n.Apostolus:Cognouit dominus q sunt ipsius , & discedat ab iniquitate oĩs qui inuocat nomen domini.Ergo qui discedit ab iniquitate,ille est Christi, non qui uacuè nominat nomen Christi. Illi.n.tales nec super petram fidei erant
C ædificati:sicut inferius ostẽdemus. Aduersus domũ aũt,quã ædificauerat stultus sibi super arenã , id est aduersus Gentiles & omnes impios, qui sunt diaboli domus, descẽdit pluuia,id est ueritatis doctrina p
⌜flauerũt⌝ propheticas & apostolicas nubes:descenderunt ⌜uẽti,id est gratiæ spirituales,aut angeli q inuisibiliter operantes,hoies ad fidẽ ueritatis inclinant : uenerunt flumina,id est quatuor euangelistæ, aut cæteri sapiẽtes,& impegerunt in domum illam, & sic cecidit domus diaboli & spiritualibus instrumentis erecta est domus Xp̃i.Et ne mireris qa gentes uenientes ad fidem,cecidisse dicũtur. Ceciderunt.n.diabolo,ut furgerent Xp̃o . Ecce.n.omnis homo quãdiu ambulat in peccatis,diabolo stat, Xp̃o autem iacet:cũ aũt cõuersus fuerit ad iustitiam,diabolo quidẽ cadit, Christo autem surgit. Dicit.n.propheta de hoibus libera
Psa.67.d tis à Christo:Ascẽdit in altum,captiuam duxit captiLucæ 11.c uitatem. Item dominus:Quãdiu fortis armatus custodit domum suam, in tuto sunt omnia eius : cùm autem uenerit fortior,diripiet uasa eius, uidelicet ho

Nota *Ex* *flumina mendacis doctrinæ* *cæteriq; secularis sapientiæ professores.*

mines impios,ex quib. ædificata fuerat diabolo do- D
mus. Si ergo secundum prophetiã captiui dicuntur, quantùm ad diabolum:quantũ ad Xp̃m,ad libertatem fidei sunt conuersi. Si derepti dicũtur secundum Christum,cõsequenter & cecidisse dicuntur,quantũ ad statum suũ priorem, q surrexerũt in fide . *Et facta est ruina eius magna*. uidelicet idolis in toto mundo destructis , mendaciis in tota terra cõuictis,errorib⁹ solutis, quia totus mundus diabolo cecidit,Xp̃o autem surrexit.Sic ergo domũ,quam stultus ædificauerat super arenã, sapiẽs rex spiritualibus armis sanctorum suorũ destruxit.Domum autem,quam sapiens Christus ædificauit sup petrã,stultus diabolus fallacibus argumentis ministrorũ suorũ nunquã poterit dissipare.Huic ergo uiro sapienti Christo , similis est Christianus ois, qui ædificat se super petram , id est Christum.Qui.n.audit uerba Christi,& facit ea,ipse est qui ædificat se super petram Christum. Christus enim charitas est , & q se ædificat in charitate,sup petram Xp̃m se ædificat. Qui ædificat se in mansuetudine,ædificat se sup petrã,id est Christum : Christus est.n.mansuetudo.Qui ædificat se in castitate,ędificat se super petrã Christum : Christus est enim casti- E
tas.Qui ædificat se in misericordia , ædificat se super firmam petram Christum:Christus enim misericordia est. Et in quacũq; specie boni ædificauerit se homo,super petram Xp̃m se ædificasse uidetur:qa omne bonum est Christus.Similis autẽ est Christo,quoniam sicut Christi ecclesiã ædificatam super petram nulla eã aduersitas diruere potest: sic talem Christianum qui se ædificauerit super Christũ, nulla eum ad
Rom.8.g uersitas diruere potest , ut dicat cũ Paulo : Quis nos separabit à charitate Xp̃i? Tribulatio,an ãgustia,&c. *Audiens uerbũ domini, nec ad opus producẽs,super arenã ædificat.* Stulto autem diabolo similis est ois Christianus , q se ædificat super arenã . Super arenam autem ædificat se, qui audit uerba Christi, & non facit ea. Verba enim quæ nõ conuertũtur ad opus, arena sunt spargibilis . Sicut.n.grana arenæ nõ conueniunt in unũ, neq; adhærẽt adinuicem , sed semp sunt separata:sic uerba q̃ audiũtur & non cõuertuntur in unam iustitiæ malsã p opus, separata sunt & dispersa. Et ideo assimiliantur arenæ, q nunquam in semetipsa coniũgitur. Ergo super arenam se ædificat ois Christianus, qui ex auditu solo uerborũ credit i Christum , & nõ per opera bona se confirmat in Xp̃o. Sed & qui facit F
opera mala,super arenam ædificat.Arena.n.est omnis malitia,sicut diximus suprà:& q in bonis mũdialibus instruit se,sup arenã ædificat. Similis autẽ stulto diabolo est,qa sicut diaboli domus,id est,idololatria à Xp̃o destructa est p opera ministrorũ eius, & gratiarũ:sic & ille hodie, aut cras destruẽdus est à diabolo per opera ministrorũ eius, uel dęmonũ,uel hominũ impiorũ:& tales hi sunt quos cadere de Ecclesia significauimus suprà, eo quòd nõ se ędificauerint super petrã,sed magis sup arenã. *Et erit ruina eius magna.* Quomodo magna? Sicut.n.domus quæ habet ualidũ fundamentum, si pars aliqua parietis uel tecti ceciderit:ruina eius magna nõ erit, quia potest fieri ut iterum reparetur.Si autẽ fundamentũ eius casum fuerit passũ,tunc est ruina eius magna , qa tota uenit deorsum:sic & Christian⁹ si aut fornicatus fuerit,aut adulterat⁹,aut homicidiũ fecerit, cecidit qdẽ, tamẽ ruina eius magna non est, quia iterũ pœnitentia surgere potest sicut Dauid.Si autẽ de fundamento fidei aliqd fuerit passus:id est,si prævaricatus fue-

G rit,& ad Gentiles,aut hæreticos transierit,tũc est rui
na eius magna,qa totus funditus ruit. *Et factum est cùm consummasset Iesus uerba hæc, admirabantur turbæ super doctrina eius.* Placatus rationabiliter intellectus hois laudẽ generat:uictus aũt,admirationẽ.Quicqd aũt dignè laudare non possumus, hoc admiramur. Admiratio tamẽ eorũ magis ad Xpi gloriam pertinebat,q̃ ad fidem ipsorum. Nõ.n.ideo mirabantur, quasi credentes in Xpm:sed qa irreprehensibiles audierant sermones.Si aũt credentes in Christũ essent, non mirarentur,sed potius crederent.Nam omne dictum,aut factũ illud mouet admirationẽ, quod superat facientis, aut dicẽtis psonam:Vtputa,si homo tale aliqd dicat aut faciat,quod excedit mẽsuram naturæ eius. Quãuis aũt magnum sit quod deus dicit aut facit,tamẽ minus est q̃ dei potẽtia. Ideo quicqd à deo factum,aut dictũ audimus, non admiremur, quia omnia minora q̃ dei potẽtia. Tamen audiebat populus cum silentio & grauitate,& admirans proficiebat in uerbis ipsius : qa admiratio, etsi ipsa non est ex fide,tamen inuitatio est ad fidẽ. Nam qui admiratur de uerbis doctrinæ, quãuis adhuc non credat, tamen iam in ipso limine credulitatis cõsistit ut credat. Turbæ erãt quæ mirabantur, id est populus uulgaris.Nõ erant illic Pharisæi,aut principes populi,aut sacerdotes , qui solẽt nõ discẽdi studio audire, sed contradicẽdi:non ut aliqd salutis acqrant , sed ut aliquid calũniæ inueniant.Et ideo simpliciter audiebat populus simplex. Si aũt aliqui eorum affuissent, sine dubio silentium & grauitatem populi,sicut cõsueti fuerãt,cõtradictionib. suis cõturbassent:qa ubi maior scientia,illic malitia fortior. Qui.n.festinauerat esse prior , difficilè contentus erat esse secundus. *Erat enim docens eos sicut potestatem habens.* Omnis doctor seruus est legis,qa neq; supra legẽ addere potest aliquid de suo sensu , neq; subtrahere aliqd secũdum proprium itellectum,sed hoc tantũmodo prædicat, quod habetur in lege. Nec.n.potest mens humana directare, id est extrà rectum facere.s.peruersum uel malum ostẽdere,quod sapientia diuina dictauit. Sic enim ait Moses ac Salomon : Non addas uerbis dei, neq; detrahas inde . Qui aũt hoc ausus fuerit facere, se sapientiorẽ putat esse q̃ deum , & incipit esse falsus testis,qa illud dicit quod nec auris audiuit, nec oculus uidit. Xps aũt dominꝰ legis est, & subtrahere potest de lege,quod pp necessitatem tpis iussit:Vtputa pp duritiam cordis iussum fuerat dare libellum repudij. Dominus illud quasi potestatem habens,subduxit,dicens:quod deus coniunxit,homo non separet. Item etiam addidit , quod pp infirmitatem hominũ minus fuerat iussum:Vtputa,Antiquis dictũ est, Nõ occides:ego aũt dico,non iracaris. Ideo ergo mirabantur,quia non quasi seruus legis sub potestate cõstitutus illud docebat qd fuerat iussum:sed quasi dominus legis,& habens potestatem , sua authoritate addebat super quàm fuerat dictum,dicẽs : Antiquis dictum est hoc.Ego autem dico hoc.

Deũ. 4.a & 12. d. & Prou. 30.a. & Eccl.3.c 1

Deut.24. a.

Mat.19.a

Exo.20.e & Deut. 5.b

Sup.5.d

Homilia xxi.ex capite viij.

T *descendente eo de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ,&c.* Vide qa super montẽ, discipuli tantũ dicũtur ascendisse ad Iesum:descendẽte autem eo de mõte,secutæ sunt eum turbæ, & meritò multæ turbæ:quia mons est uirtutis fastigiũ,cacumen ecclesiæ,in quo appropinquare Xpo nõ possunt turbæ,uel peccatis grauatæ , uel curis mũdialibus oneratę.Nec possunt imitari Xpm,nec sublimes audire sermones, q dicũtur in monte:sed soli discipuli,q à passionib. uitiorũ liberi sunt,qui curis mundialibus onerati non sunt.Propterea quasi leues & expediti,ad Christum accedere possunt , facti imitatores eius in oĩbus,ut sublimiores sermones ipsius possint audire.Et tamen cũ descenderet ad humilia de altitudine pietatis propter infirmitatem hominum sequi eum non potentium super montẽ, tunc sequuntur eũ turbæ multæ. *Ecce leprosus.* Sciẽdum est,quòd Lucas quidẽ & Marcus,statim in primis ponũt dæmoniacum curatũ,in secũdo autem loco mulierem carnali infirmitate febriũ liberatam , ea uidelicet ratione,quia maior cura dei est de salute animæ,q̃ de salute carnis.Primũ quidem , qa dignitosior est aia q̃ caro.Anima.n.sine carne uiuere potest , caro autẽ sine anima uiuere nõ potest. Secũdò autem,quia in omni peccato prius anima peccat,postea caro.Nam nisi anima prius fuerit uicta, nũquã caro põt peccare. Caro quidem prius cõcupiscere malum potest,peccare autem non potest , nisi aia illi consenserit: quia caro in potestate animę est, non aĩa in potestate carnis.Ideo ergo necessarium fuit,ut anima q̃ prius ceciderat,antè resurgeret . Deinde anima liberata à potestate diaboli, carnem suam saluare nõ potest ꝛa peccato:caro autem sanata ab ifirmitate,animam liberare non potest à peccato,sed magis eam euertit:qa incolumitas carnis semper impugnat iustitię discipli nam.Hic aũt Matthæus statim leprosum ponit mũdatũ i mysterio carnis. Quid ergo? Præterijt rationẽ, quã alij Euãgelistæ tetigerũt? Nõ, sed abundanter eã exposuit. Pro eo.n.quod illi posuerunt dæmoniacũ curatum in mysterio animæ,iste pp salutem animæ posuit Christum docentem in monte:quod alij non dixerunt.Nam sicut effugatio immũdi spiritus liberat animam de potestate peccati, quod fit per suggestionem diaboli:ita & uerbum doctrinæ soluit opationem diaboli,& animam liberat ab errore,liberat à peccato, cæterisq; malis,q̃ diabolo suggerente nascũtur:qa non solũ ille diabolum patitur, cuius corpus uexatur ab eo:sed ẽt oĩs qui facit diaboli uoluntatem,peius uexabitur ab eo . Leprosum autẽ ponit in mysterio carnis sanatæ . Lepra.n.passio est carnalis. Sed ne fortè diceret populus apud se, Verba qdẽ magna,& terribilia sunt,sed opa nulla. Dicere grãditer,nõ est multũm:facere,multũ est.Ideo excitauit leprosum ut mũdationis illius miraculo p̃cedentibus uerbis authoritatẽ præstaret:ut in uerbis mirabilis, mirabilior esset in opere. Ecce leprosus quasi iam p̃paratus descendenti illi occurrit.Et fortẽ & ideo descẽdit,ut leprosum mũdaret. Lepra.n.est peccatũ animarum nostrarum. Ideo ergo dominus de altitudine cœli, quasi de excelso mõte descẽdit,ut leprã peccatorum nostrorũ mũdaret . Quare putas iste inter cæteros non ascendit in montem,ut audiret sermones diuinos? Quia lepra erat grauatus , & peccatorũ baiulans pondus,sursum ascendere nõ ualebat. Aut nõ audisti prophetã dicentẽ , quo leues esse debeãt, qui ad ecclesiasticum montem ascẽdunt? Quis,inq̃t, ascendet in montem domini,aut quis stabit in loco sancto eius? Innocẽs manib.& mundo corde,&c. Sic quicũq; in malis ambulat, nõ põt in ecclesiã ascẽdere,quæ mons domini appellatur,nec audire spiritualem doctrinã.Et si uenit,corpore quidem uenit,animo aũt non ascendit:qui autem cũ puro corde non

Mat.1.d. & Luc.5.c

Psal.23.a

A uenit,nihil illi prodest,qa corpore uenit . Et si audit spiritualem doctrinã, non intelligit , quia sensus eius carnalium uitiorũ lepra corruptus est . Nemo enim bonarum rerũ potest sentire saporem, quandiu delectatur in malis. Quãdiu .n. delectat eum malum,nõ potest eũ delectare bonum.Tunc aũt incipit ei placere bonum, cùm cœperit ei displicere malum . *Veniens adorabat eum.* Oratio perfecta, est fides,& cõfessio,sicut ait Apostolꝰ:Corde creditur ad iustitiã, ore autẽ confessio fit ad salutem :Sic & leprosus fidei opus adorans impleuit,confessionis autem,in uerbis. *Domine si uis,potes me mundare.* Non illũ petebat,qua si hominẽ artificem, sed adorabat quasi deum.Spirituali medico,spiritualẽ afferebat ꝛ mercedem.Nã oẽs medici pecuniis , iste autem sola oratione placatur. Verè enim nihil est dignius, qđ offeramus deo , quã oratio fidelis. Quicquid enim obtulerimus , de nostris est,oratio autem de nobis.Domine si uis,potes me mũdare. Nõ de uolũtate Christi,ad omne bonũ parata,dubitabat dicẽs,Si uis:hoc.n.dubietatis esset de iudicio uolũtatis eius. Christus enim cùm sit bonus,nociua non uult p̃stare,ẽt si rogetur . Nec enim expedit oĩbus corporalis integritas. Quoniam ergo nesciebat utrũ expediret ei curatio illa , nec ideo ambigebat de uoluntate ipsius, quãuis sciebat eã ad oẽ bonũ paratã.Nam credere quidem bonũ misericordiæ dei,hominis est fidelis: scire autẽ iudicia misericordię eius,non est hominis neq; fidelis, cùm cõstet nec ipsum Apostolũ potuisse cognoscere, cũ dominũ ter rogaret ut discederet ab eo ille stimulꝰ carnis, angelus satanæ,q datus ei fuerat,ut nõ extolleretur, propter quod & dictũ est ei: Sufficit tibi gratia mea, nã uirtus in infirmitate perficitur,ac si dicat : Credo quia omne quod bonũ est, uis:ignoro autẽ si bonũ est mihi quod desidero . Hoc autẽ planè nõ dubito, sed potius credo: quoniã si bonũ est mihi , & tu uis. Hic ergo sermo non dubitantẽ eum ostendit de misericordia eiꝰ, sed ignorantẽ iudicia misericordiæ eiꝰ. *Et extendens manum suam,tetigit eum.* Quia in lege dictum erat, ut qui tangeret lepram , immundus esset usq; ad uesperam:tetigit leprã , nõ quasi seruus legis, sed quasi dominus. Nã lex legislatori subiecta est,nõ legislator legi.Quid ergo,soluit legẽ? Non, literã quidem legis soluit,propositũ autem eius nõ soluit,sed magis illi addidit dignitatẽ . Si.n.lex facere potuisset, ut lepra non sordidaret tangentẽ, nunquã iussisset hoies ut non tangerent leprã. Ideo ergo iussit nõ tãgere lepram,quia non potuit facere ut lepra non sordidaret tangentẽ.Iste ergo qui tãgens lepram, sordidatus non est à lepra,non egit cõtra legẽ,sed amplius fecit quã lex iubebat:quia non solùm sordidatus nõ est à lepra,sed adhuc ipse leprã mũdauit.Nec est credibile,ut dicatur sordidatꝰ esse à lepra, q ipsam leprã mundauit. Lex.n.non ideo uetuit tãgere lepram , ut ne leprosi sanarentur:sed ut ne tãgentes leprã, coinquinarentur.Iste ergo q tãgens coinquinatus nõ est, sed adhuc mũdauit,amplius fecit quã uoluit lex.Tetigit ergo leprã,& legis literã soluit, ut iam non lepra corporis, sed leprã aiæ fugiatur.Nã infirmitas corporis miseranda est,non odienda : infirmitas autem animæ non est miseranda,sed odiẽda. Quia ifirmitas corporis nõ est in nostra potestate,ut aut nõ ueniat super nos,aut recedat à nobis:infirmitas autem aię, in nostra est potestate, ut aut nõ ueniat sup nos,aut recedat à nobis.Infirmitas.n.corporis tenet nos,nec tenetur à nobis: infirmitas autẽ aiæ non tenet nos, sed tenetur à nobis.Ideo illa infirmitas miserãda est, hæc odienda.Ergo rescindit legẽ, nõ iustitiam legis: non illam, quã in corde hominibus creãdo conscripsit,sed quã dictauit in libro, cũ populus uitulũ ado rasset:non illã de qua dictũ est , Lex domini irreprehensibilis est,conuertens animas : sed illã de qua dictũ est,Lex iram operatur: ubi autem nõ est lex,nõ est p̃uaricatio. Quomodo.n.digna erat seruari , quã meruerũt peccata? Meritò ergo placatus rescidit,qđ iratus dictauit.Nã si lex sublata non fuisset , nunquã spiritualis leprosus sanaretur:quia oĩs qui sub lege uiuit,leprosus est. *Volo,mundare:et confestim mundata est lepra eius.* Non ex quo tacta est lepra recessit , sed ex quo iussa est.Vt ostẽdatur,quia nõ pp effugationẽ lepræ tetigit eũ, sed ut solueret legem . Alioq̃ quãtum ad leprã sufficiebat sermo tantũmodo : sed neq; sermo necessarius erat,sed sola uolũtas: ergo uoluntas facta est pp leprosum, uerbum autẽ propter spectãtes.Nã si racitè eũ curasset tot adstãtibus circa Christũ:quis scire poterat, cuiꝰ uirtute sanatus est? Ideo ergo dixit,Volo, mũdare:ut oẽs sciant , quia illius uirtute sanatus est, qui p̃ceptũ sanitatis emisit . Hoc qđ dicit, Volo:uoluntatis eius est indiciũ , respiciens ad illud quod ille dixit,Si uis : quòd autẽ dixit,Mũdare: potestatis est p̃ceptũ,pertinẽs ad hoc qđ dixerat ille, Potes. *Et ait ei Iesus: Vide nemini dixeris, sed uade ostẽde te sacerdoti, & offer munus, quod p̃cepit Moses in testimonium illis.* Nõ sic intellige, quia hoc Moses præcepit in testimoniũ illis , sed uade tu offer in testimonium illis.Non dixit, Vade, ostẽde te sacerdotibus, & nemini dixeris:sed primò nemini dixeris, & uade ostende te.Non.n.semper iubet illũ tacere, sed quandiu ostẽdat se sacerdotibꝰ, ne fortè si antè alicui nũciaret : de uerbo in uerbũ audirẽt sacerdotes, & occasionẽ habẽtes lepræ,pp odium & inimicitias Christi, expellerent eũ de populo quasi leprosum, nõ recipiẽtes mũdatũ.Ideo eũ iubet offerre munera , ut si postmodũ uellent eũ expellere, diceret eis: Munera quasi à mundato suscepistis , & qũo me quasi leprosum expellitis? Si leprosus adhuc fui,munera accipere nõ debuistis quasi à mũdato:si aũt mũdus factus sum,repellere non debetis quasi leprosum. Eadem aliter : Oĩa opera curationũ Christi habẽt in se mysteria dispositionum dei absc̃ditarũ . Ideo corporalia quidem curationũ eius commoda,& illorum fuerunt tũc,& modò sunt nostra:spiritualia autẽ, forsitã nostra tãtũmodo.Igitur hic leprosus,q post uerba doctrinæ, cõfestim quasi iam p̃paratus accessit ad curam, in figura fuit populi Iudaici, deorsum qdẽ cõsistentis:qa populus erat : audiẽtis autẽ uerbũ tunc quod dictũ fuerat sursum,& credentis,& adorãtis, & cõplectentis. Omnis.n.qui uerbum dei adorat, æstimans & ipsum esse diuinũ,& complectitur illud cordis affectu, sine dubio & uerbũ dei attingit animã eius . Nec.n. possibile est,ut anima quæ complectitur uerbũ , nõ tangatur à uerbo:cũ autem tetigerit eam uerbum,à lepra infidelitatis eã mundat , secundum quod scriptum est:Et uos mũdi estis propter uerbũ,quod locutus sum uobis. Et Petrus in Actib.Apostolorũ.Mũdans,inquit,corda eorũ per fidem. Propter quod & populus q in lege deguerat austera, & gratiã nondũ erat expertus, de potentia quidẽ eius firmiter credidit secundum traditionẽ patrum suorum, de misericordia autem dubitauit dicẽs: *Si uis,potes me mũdare.*

Leui.15.a b.

Ro.10.c.

offerebat

1.Cor.12. b.

Exo.32.b Psal.18.b Rom.4.c

Leui.14.a

Ioan.15.a Actio.15.c

G Nam lex potentiã quidem dei sufficienter tradebat, misericordiã autẽ eius nõ satis apertè. Propter quod & dominus cognoscenti potentiam Xpi, secundum legẽ quã dederat, adimpleuit, ut & misericordiam gratiæ eius cognosceret, dicẽs: *Volo: mundare. Et præcepit ei, ut offerret munera, secundũ quod præceperat Moses.* Quæ illa? Par turturũ, aut duos pullos colũbarum. Omnis.n. iustitia in his est duobus: In abstinentia rerum malarum, & in opere rerum bonarum. Per turturem ergo iubet populũ ab infidelitate mundatũ, sanctitatẽ offere deo in abstinẽtia rerum malarum: quoniã castitas spiritualis aiæ abstinentia est malorum, ut non coeat cũ spiritu alieno, nec inspirationis eus suscipiat semen, ne generet opera similia spiritui malo. Per columbã autem omne opus significat bonũ, nascẽs ex charitate: quoniã charitas omne opus generat bonũ. Qui ergo proximũ suum diligit sicut se, nullũ bonũ subducit proximo suo, sicut nec sibi. Cũ ergo has duas iustitias impleuerit quis, ab omni malo se abstinens, qd est castitatis: & omne bonum faciẽs, quod est charitatis: manifestus efficitur ille talis, quia ab infidelitatis lepra mũdatus est. Sic.n. populus emundatus, & talia sacrificia offerẽs deo, factꝰ H est in testimoniũ contra incredulos sacerdotes, qui gloriantes in litera legis, repulerũt authorẽ legis, purificantẽ populum à peccatis, quẽ lex purificare non potuit. Et tu si cõplexus fueris uerbum dei cordis affectu, & tuã nihilominus animã attingit uerbũ, quo Prou.8.b niã diligentes se diligit, sicut dicit in Prouerbiis Salomon: & ab oĩ te infidelitatis lepra mũdat. Cùm aũt te emundauerit, præcipit tibi ut sacerdotibus te ostẽdas mũdatum, castigans teipsum ab omni coinquinatione operis mali, & expandens charitatem tuam ad oẽs per opera bona, ut per hæc sacrificia à sacerdotibus cognoscaris, qa mũdatus es, cũ uiderint te non facientẽ alteri, quod pati nõ uis, sed adhuc & facientem oĩbus quæ tibi uis fieri. Si autem harum iustitiarũ sacrificia nõ obtuleris deo, manifestus es oĩbus, quia non es mundatus, sed adhuc in priore infidelitate manes leprosus.

Homilia. xxv. ex cap. viij.

Ost hæc autẽ cũ uenisset in Capernaũ, accessit ad
p *eũ Centurio, rogans eũ, & dicens: Domine, puer*
I *meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur.* Postquã dominus populũ docuit super mõtẽ, & leprosum mundauit sub monte: post hęc uenit Capnaũ, in mysterio: post Iudæorũ mundationem uenit ad Gentes. Et ecce Centurio quidã accessit ad eũ rogans. Cẽturio, primus fructus ex Gẽtibus, ad cuius fidei comparationẽ omniũ Iudæorum fides infidelitas est inuenta. Hic neq; Christũ audiuit docẽtem, neq; leprosum, cũ mundaretur aspexit, sed audita tãtũmodo sanitate leprosi, plus credidit quã audiuit. Ille.n. seipsum obtulit, dicens: Si uis, potes me mundare. Fidei quidẽ sunt hæc uerba, non tamẽ magnę, quoniã talia uerba dici poterãt etiã hominibus sanc-
4.Re.5.a tis: qualis fuit Helisæus, qui leprosum mũdauit, nõ manibus, sed pcepto. Iste autem Centurio non solũ potestatis eius uirtutẽ confessus est, sed ipsam diuini tatis eius naturã cognouit. Non enim quasi corporalem sanctũ rogauit, sed quasi deũ ubiq; præsentem, dicẽs: *Dic uerbo, & sanabitur puer meus.* Quasi qui poterat etiam absentiũ infirmitatibus imperare. Erat enim iste Centurio in mysterio Gentiũ futurarũ, q̃ neq; legẽ, aut prophetas legerant de Christo, neq; ip-

[*quod dederat*]

sum Christum mirabilia facientem uiderãt, sed iustiK tiam legis, quam in libris non legerãt, in corde senserunt: & Christum quẽ oculis non uiderãt, mente uiderunt: ostendentes in se, quoniã scripturæ ad præiudicium peccatorũ factæ sunt, non ad necessitatẽ sanctorũ: quia rectis & fidelibus scripturæ necessarię nõ sunt, dicẽte Apostolo: Lex nõ est posita iusto, sed in- 1. Ti.1.b. iustis. Magistra enim oĩs iustitiæ ipsa natura est hominũ, & scriptura insalsabilis ✻ de deo creaturæ sunt ✻ inessabilis. al. in fallibilis omnium rerũ: quia nihil est creatum in mundo, per qd nõ manifestissimè deus ostẽdatur: Ideo elemẽta omniũ rerum in hoc quidẽ tempore admonent homines de potẽtia dei, in illa autẽ die iudicio suo cõdemnabũtur. Sciendum est autem quoniam Lucas Luc.7.a per sacerdotes ponit Christũ à Centurione rogatũ, Matthæus autẽ ab ipso Centurione. Diuersę quidem species expositionũ, unus autem expositiõis est sensus. Ille.n. per sacerdotes exponẽs, mysterium demõstrauit: quoniã omnis petitio populi per sacerdotes debet trãsmitti ad Christum. Iste autem rem ipsam exposuit, quoniã & qui per sacerdotes rogat Xpm, rectè ipse rogare uidetur. Ex eo autẽ quòd & illic sacerdotibus intercedẽtibus acceuit, & hic ipso rogãte promisit, manifestũ est, quoniam & illic non proL pter personã sacerdotum acquieuit, sed propter fidẽ ipsius Cẽturionis: ut sciamus quoniã in omni causa nõ intercedentiũ merita sed humiliter petentiũ aspicitur fides. *Puer meus in domo iacet paralyticus, & malè torquetur.* Quid primùm miremur in Cẽturione? Humilitatem, aut fidem, aut sapientiam, aut bonitatẽ? Humilitatem, qa nec in domo sua Christũ susciperе dignum se esse existimauit. Fidem autem, quia credidit eũ posse quod petiit. Sapientiam, quia diuinũ thesaurũ absconditũ in agro terreno, nõ acumine oculorum, sed mentis puritate, nullo demonstrante prospexit. Bonitatem autẽ, quia pro salute serui sic solicitè festinabat, quasi nõ dãnũ pecunię, sed salutis pasurus in morte illius. Puto quòd iste Cẽturio iter seruum & dominũ nullã differentiam æstimabat: sciẽs quoniã etsi dignitas in hoc seculo diuersa est inter illos, una est tamẽ natura illis. Ideo magis dei imaginẽ honorabat in hoie, quàm opus captiuitatis cõtenebat in seruo: quod deus non secundũ suã iustitiam creando disposuit, sed pp peccata hominum permittendo suscepit. Si tu enim dominus pretium dedisti M pro seruo, deus spiritum suum plantauit in eo. Quãtò ergo maior est spiritus dei, quã pretium hominis: tãtò maius est quod ametur, quã quod contẽnatur in seruo. Vide ergo ne fortè si tu propter pretiũ tuũ abusus fueris illo sine timore, deus pp spiritum suũ rationem à te exigat sine misericordia. Audiant etiã & intelligant serui. Sicut enim habent domini, quod imitentur in Centurione, propter misericordiam: sic habent & serui quod imitẽtur in puero, propter syn ceritatem. Putas autẽ qualis erat ille puer, ut sic amaretur à domino? Secundũ dilectionem domini mensurate fidẽ serui. Nec enim possibile erat, ut sine pre- r̃al. nobis tio bonorũ morum tantã sibi dilectionem domini comparasset. Domini ergo seruis ſ debẽt amorẽ propter communẽ naturã, serui autem debent dominis suis timorem, propter ordinationẽ diuinã. Et in seruis Christus amatur à dominis, & in dominis Christus timetur à seruis. *Et malè torquetur.* Etsi non satis malè torqueretur, tamẽ æstimabat illũ dominꝰ malè torqueri, qa sic diligebat eũ. Nã unusquisq; quem

diligit,

A diligit, & si modicè fuerit tædiatus, grauius eũ putat habere quã habet. Vide autẽ sapientiã Centurionis, & fidem. Fidẽ quidẽ, quia non dixit, ueni, & salua eũ: sciens quia & illic constitutus, in oĩ loco fuerat præsens. Nam quãuis Xps uidebatur esse in mundo, propter dispensationẽ carnis, tamẽ mundus erat in Christo, secundum substantiã deitatis. Sapiẽtiam autem, quia non dixit, uel hic constitutus sana eũ: sciebat.n. quia potens est ad faciendum, sapiens ad intelligendum, misericors ad exaudiendũ: ideo infirmitate tãtummodo exposuit, remediũ autem sanitatis i poſ state misericordiæ eius dimisit. Nam & medico corporali necessariũ est tantũmodo passionem exponere, quid autẽ, aut quomodo faciat, ipse cognoscit. *Respondit ei Iesus: Ego ueniã & curabo eum.* Propter multas causas, cũ nõ peteretur ut iret, promittit se ire. Primùm quidẽ, ut excitaret fidẽ eius, hoc ipsum respõdere uoluit quod respondit. Nisi.n. ille dixisset, Veniã & sanabo eũ: nunquam iste responderet, Nõ sum dignus ut intres sub tectũ meum, sed dic uerbo, & sa- Infr.15.c nabitur puer meus. Hoc.n. consilio & Chananæa da B mãte, Filia mea malè à dęmonio torquetur: respõdit quòd nõ erat facturus, Non est bonũ tollere panẽ filiorũ, & dare canibus: ut illa prouocata responderet, Etiam domine, nã & catelli de micis filiorum manducant. Sic & huic respõdit quod nolebat, ut qd uo- Luc. 6 lebat audiret. Deinde quoniã petitio Cẽturionis erat pro seruo, ideo ire proposuit: ut nos doceret, nõ magnos colere, & modicos cõtenere, sed pauperes & diuites similiter honorare. Si.n. diuitẽ honoras, pp personã ipsius honoras eũ: si aũt pauperẽ honoras, propter personã Xpi honoras. Propterea & in quodam loco, regulo postulante pro filio suo, non dixit, ego Ioan.4.g ueniã, & sanabo eum: sed qd? Vade, filius tuus uiuit. Illic cũ rogaretur noluit ire, ne fortè personã reguli uideatur accipere: hic autẽ nõ rogatus promisit ire, ne uideatur humilitatẽ serui contemnere. Illum ergo contempsit, quẽ dignitas subleuabat regalis: istũ autem honorauit, quem conditio humiliabat seruilis. *Respõdit aũt Centurio: Domine nõ sum dignus, ut intres sub tectũ meũ.* Honorem tibi debeo pro beneficio misericordiæ tuæ, nõ iniuriã. Sufficit mihi quòd puerũ meum sanabis. Vt quid iniuriã etiã patiaris intrando C sub tectũ domus indignæ? Quòd autem in hũc mũdum uenisti, iniuriã passus es: sed tolerabilis est iniuria tua, quoniã pateris illã propter omniũ hominũ cõmunem salutẽ. Vt quid & alteram iniuriam patiaris, introeundo in domũ meã propter serui unius salutem? *Dic uerbo, & sanabitur puer meus.* Sciebat quoniam adstant illi angeli inuisibiliter ministrantes, qui omne uerbum eius faciunt. Quòd etsi angeli cessent tamen ipsæ infirmitates, & spiritus passionũ, pceptis eius uiuacibus expelluntur: quoniam oĩs sermo eius uirtus est uiua. *Nã & ego homo sum sub potestate constitutus.* Vide quomodo mysteriũ patris & filij in seipso spiritu suggerente, depinxit? Nunquid non sufficiebat ad cõfessionem potestatis Christi hoc solũ dicere, *Et ego homo sum, habens sub me milites, et dico huic uade, & uadit: & alteri ueni, & uenit?* Quoniam & Xps habet sub se angelos, qbus eundi & redeũdi ponit pceptũ. Quid ergo necessariũ fuit addere, Et ego homo sum sub potestate: nisi ut plenissimè Xpi dignitatẽ ostẽderet in seipso? Id est, ego sum homo sub potestate alterius, tamen habeo potestatẽ iubẽdi eis, q sub me sunt. Nec.n. impedior iubere minores, pro-

pter quod ipse sum sub maioribus, sed ab illis qdẽ iu- D beor, sub qbꝰ sum: illis aũt iubeo, qui sub me sunt. Sic & tu quãuis sub potestate patris sis, secundũ qd hões, habes tamẽ potestatẽ iubẽdi angelis tuis, nec ipe diris iubere iseriorib⁹, pp qd ipse habes superiorẽ. Nã ut hõ & iuberis à patre quasi minor, tamẽ angelis iubes quasi maior. [Sed fortè dicit hæreticꝰ, uoles ostẽ- [*hæc in quodam exẽplari desunt.*
dere patrẽ & filiũ, unũ uel æqualẽ. Nõ est ita itelligendus hic locus, sed sic: Si ego sub potestate cõstitutus, posũ iubere eis q sub mea sunt potestate, quãtò magis tu, q i nulli⁹ es ptãte potes iubere eis, quos habes i potestate? Sed hãc interptationẽ puersam non [[*al. interpretationem elegantissimè recepit, &c.*
recipit textus. [Non.n. dixit, Si ego homo in potestate: sed ita, Nã & ego homo sum sub potestate. Nõ cõparationis inter se & Xpm differentiam fecit, sed rationẽ similitudinis introduxit. Vide ergo quo gentilis & rusticus miles mysterium ueritatis cognouit, & homines Christiani, [qui scripturas portant in ore, ✻ *hæc quoq; desunt ampliꝰ.*
denegãt ueritatẽ. Non quia obscura sunt, aut profunda mysteria ueritatis, nõ oẽs ea cognoscunt: sed qa peruersa sunt corda eorũ, & nõ requiescit in eis spiri- E tus ueritatis: ppea ueritas fugit ab eis. Qui autẽ rectꝰ [*al. hæretici.*
est corde, ita ut requiescat in eo spiritus ueritatis, nõ potest longe esse à ueritate. Scriptum est enim: In ma- *Sap. 1.a.*
leuolam animam non introibit sapientia, &c. Sed dicit aliquis: Vos ergo omnes iusti estis & recti, qui putatis uos esse in ueritate? Nõ omnes, quod peius est: sed multi sunt peruersi in ueritate fidei, tamẽ in erroribus nullus est rectus. Aliud est.n. multos esse malos, aliud est neminem esse bonũ. Vbi.n. quidã sunt mali, quidã boni, hominũ est differentia: ubi aũt oĩs mali, rei peruersitas est. Nam & in medio tritici uolũtariè nascuntur spinæ, inter spinas autem uoluntarium triticum non generatur. *Audiens autem Iesus, miratus est, & sequẽtibus se dixit: In nullo tantã fidẽ inueni in Israel.* Credidit Andreas, sed pſignante sibi loãne, *Ioan.1.d.*
ac dicente: Ecce agnus dei, ecce q tollit peccatũ mũdi. Credidit autẽ & Petrus, sed euangelizante sibi de *Ibid.f*
illo Andrea, & dicẽte: Inuenimus Messiam. Credidit & Philippus, sed legendo scripturas, sicut ipse ad Na- *Ibid.g*
thanael dixit, Quẽ scipsit Moses i lege, & prophetæ, inuenimus Iesum à Nazareth. Ipse quoq; Nathanael, nisi audisset à Xpo, cùm esses sub arbore fici, uidi te: nũquã respõdisset, rabbi, tu es filiꝰ dei, tu es rex Israel. F
Prius signũ diuinitatis accepit, & sic confessionem fi- *Ibid.*
dei obtulit. Aut si non sumus ausi fideliorem illũ putare, quã Apostolos: ita testimoniũ Christi intelligendum est, quòd unũquodq; bonũ hominis secundũ qualitatẽ personæ illius laudatur. Puta si rusticus aliquod uerbũ sapienter loquatur, philosophus multo amplius sapienter: in modico sermone sapientiæ rusticus plus laudatur, quã i magno philosophus: quoniam rusticũ dicere aliquid sapienter, magnum est. Philosophũ autẽ dicere sapienter, non est mirũ. Aut si per aliqd astutè loquatur, dicimus, satis sapiẽs puer: si autẽ uir perfectus sapiẽter loquatur, non laudatur quasi sapiẽs: nõ qa puer plus sapuit quã perfectꝰ, sed quantũ ad cõparationem ætatis suæ sapiẽtior uidetur esse, quã ille perfectus. Sic & in Centurione dictum est, in nullo tantã inueni fidem in Israel, non quia nec Apostoli tantam fidem habuerunt. *Inf.8.b.*

Homilia. xxiv. ex capite. viij.

N illo tẽpore, ascendente Iesu in nauiculã, secuti
i *sunt eum discipuli eius. Et reliqua,* Nauigãte do-
mino cũ discipulis, orta magna tẽpestas est,

G ita ut nauem conciti maris insurgẽtes fluctus obruerent. Ipse uero, inquit, dormiebat. Mira ratio. Ascẽdit paruam nauiculam ut nauigaret, ille q totũ mundũ diuina uirtute gubernat. Dormit in somnũ, q populum suũ uigilia æterna custodit. Dormit autẽ dominus, non necessitate infirmitatis humanę, sed sponta nea uolũtate. Nam cũ in dei illa æterna natura somnus non cadat, secundũ quod de eo legimus dictũ,
Ps.120.a. Ecce nõ dormitabit, neq; dormiet, q custodit Israel: tamen dominus ac Saluator noster ad probandã in se suscepti corporis ueritatẽ, etiam usq; ad somnum humanæ naturæ oia implere dignatur, ut euidenter ueritatẽ in se assumpti corporis demõstraret. Sed cũ dormiẽte domino, sæuiẽte procella, usq; ad periculũ nauis uiolenti fluctus insurgerẽt, discipuli timore pculsi, dominũ suscitant, dicentes: *Domine libera nos, perimus.* Quod idipsum olim Dauid ex persona Apo
Ps.43.d. stolorum suscitantiũ dominũ significasse uidetur, cũ dicit: Exurge, quare obdormis domine? Exurge adu ua nos, & libera nos pp nomen tuum. *Surgens ergo dominus, ait illis: Quid timidi estis modicæ fidei? Et imperauit uẽto et mari, et facta est trãquillitas magna.* In quo
H manifestẽ diuinitatis suę potẽtiã dominus declarauit, dũ uiolẽtos maris fluct⁹ diuinę potestatis uerbo cõpescuit. Neq; uẽti uel mare obedire poterant, nisi domino & creatori suo. Quod futurũ antẽ pnuncia
Ps.76.d. uerat Dauid, dicẽdo: Viderunt te aq̃ deus, uiderũt te aquę & timuerũt, & turbatæ sunt abyssi. Multitudo sonit⁹ aquarũ, uocẽ dederũt nubes. Et quę istę nubes sunt, q timẽtib. aqs uocẽ dederũt, nisi discipuli, q uiso signo diuinę uirtutis exclamauerũt dicẽtes: Verẽ
Mar.15.d. hic fili⁹ dei erat? Nubes aũt idcirco Apostoli intelligũ tur, qa modo nubiũ de terra surgẽtes, ad cœlos sine aliquo põdere peccati spiritualis naturę leuitate ferũ tur, & ad riganda corda credentiũ pluuiã diuinę prę dicationis infunduut. Alio quoq; loco idẽ Dauid, qd
Psa.88.b domino imperãte uerbo, maris uiolẽtia mitiganda esset, ita testatus est dicens: Tu dominaris potestati
Ps.106.c. maris, motũ aũt fluctuum eius tu mitigas. Et iterũ: Dixit, & stetit spiritus procellæ, & siluerũt fluctus ei⁹.
Ibidẽ.64.b. Et iterũ: Qui conturbas fundum maris, sonum autẽ fluctuũ eius tu mitigas. Et iterum: Ecce dabit uocẽ
Ibidẽ.67. suam, uocẽ uirtutis. Hanc utiq; uocẽ, qua diuinæ po
I testatis uirtute uentis imperãte, maris trãquillitas restituta est. Beatus quoq; Iob hoc ipsum futurũ p spiritum sanctũ non ignorãs, cùm de domino loqueretur, ita ait: Virtute sedauit mare. Cũ igitur sedata tẽ pestate maris, iusione uerbi esset trãqllitas istituta: Hi, inquit, *qui erãt in naui, mirati sunt, dicẽtes, Qualis est hic, quòd uenti & mare obediunt ei?* Hãc aũt dominici uerbi uirtutẽ, & eorum qui in naui erant admirationem, olim sanctus Dauid pnũciauerat in psalmo, di-
Ps.106.c cendo: Qui descendũt mare i nauibus, faciẽtes operationẽ in aquis multis: Ipsi uiderunt opera domini,
Ibidem. & mirabilia ei⁹ in profundo. Dixit, & stetit spirit⁹ procellæ. Et iterũ: Statuit procellam eius in auram, & siluerunt fluctus eius, & lætati sunt qa siluerũt. Hęc ita que primũ, secundũ simplicitatem historiæ per domini uirtutẽ ista gesta cognoscimus: secundum allegoricam uerò rationẽ, quæ in his oĩbus figura mon strata sit, solicitè debemus intelligere. Quærendũ. n. est, quid hęc nauis iuxta spiritualẽ rationem intelligi debeat, uel quod hoc mare, uel q insurgẽtes fluctus, qui uẽti, q hos fluctus cõcitant, qui etiã somnus domini, uel quę hęc increpatio domini in uẽtos, & quę ista restituta tranquillitas, uel q̃ digna admiratio na K uigantiũ. Et non dubiũ est nauẽ istam ecclesiam figurasse, secũdũ quod p Salomonẽ da ea spiritus san
Prou.3.b ctus loquitur, dicẽs: Facta est tanquã nauis mercatu ra longinqua: id est ecclesia, q̃ nauigantibus Aposto lis, gubernante domino, flante spiritu sancto, pdicationis uerbo ubiq; discurrit, portãs secũ magnum & inæstimabile pretiũ, quo omne genus hominũ, uel potius totũ mũdũ sanguine Christi mercata est. De quo alio quoq; loco idẽ Salomon retulit, dicẽdo in-
Sapiẽ.5.b ter cætera, uestigiũ nauis pelagizantibus inueniri nõ posse: ostendẽs conuersationem ecclesiæ nõ terrenã esse, uel seculi, sed cœlestẽ, secũdũ quod sanctus Apo
Phil.3.d. stolus refert, dicens: Nostra autẽ cõuersatio in cœlis est. Mare seculum intelligitur, qđ à diuersis peccatis, & uariis tẽtationib⁹, uelut qbusdã fluctibus æstuat.
Ps.103.c De quo scriptũ legimus: Hoc mare magnũ & spatio
Ibidem.d sum, illic reptilia, quorũ non est numerus. Animalia pusilla cũ magnis, & draco iste quem formasti ad il ludendũ ei. Et iterum: Veni in altitudinem maris, &
Ibid.6.a. tempestas demersit me. Venti autẽ nequitiæ spiritua les, & immũdi spiritus intelligũtur, qui ad naufragiũ ecclesiæ p diuersas seculi tentationes, uelut p fluctus L maris desæuiũt. Dormire uerò dominus in hac naui tunc intelligitur, cũ ad probationem fidei, ecclesiam suam pressuris & persecutionibus mũdi istius tẽtare permittit, Oratio uerò discipulorũ, & excitantiũ dominum, & auxiliũ implorantiũ, ut liberarentur: preces sanctorũ omniũ ostenduntur, qui orta tẽpestate persecutionis, sæuiẽte diabolo & angelis ei⁹, deuota fide, ac iugi oratione, patiẽtiã domini, uelut de somno excitãt, ut misericordię suę auxilio, per timorẽ humanę infirmitatis periclitãtibus subuenire dignetur: quò increpatis uentis, immundis. sc. spiritibus, qui authores sunt psecutionis, & mitigata omni seculi tẽpestate, ecclesiã suã in pace & trãquillitate restituat. In admiratione uerò eorũ qui in naui erant, qui post factam tranquillitatẽ dei filium confitentur, omnium credentiũ persona & fides ostensa est, qui in ecclesia constituti, prius orationibus dominũ excitãtes, reddita sibi pace, uerè dominũ ac defensorem ecclesiæ suæ, dei filiũ confitẽtur. Quod factũ statim in Actis Apostolorũ, post Herodis psecutionem & Iudęorũ, à sanctis pro ecclesia recognoscimus. Vnde & quan- M
uis ifestatione inimici ecclesia, uel seculi tẽpestate laboret, qbusuis tentationũ fluctibus pulsetur, naufragiũ facere nõ potest, qa filiũ dei habet gubernatorẽ. Inter ipsos. n. turbines mundi, inter ipsas seculi persecutiones plus gloriæ ac uirtutis acqrit, dum in fide firma & indissolubili permanet. Nauigat. n. instructa fidei gubernaculo, fœlici cursũ per huius seculi mare, habens deũ gubernatorem, angelos remiges, portans choros omniũ sanctorum, erecta in medio ipsa salutari arbore crucis, in qua euãgelicæ fidei uela sũspẽdens, flante spiritu sancto, ad portũ paradisi & securitatẽ quietis æternæ deducitur. Et hæc quidẽ nauis, quanuis per hoc tẽpus uitæ, per has tẽtationes seculi nauiget: non est tamẽ seculi nauis, sed dei. Est. n. & alia seculi nauis, non dei: id est, collectio hæreticorũ, q̃ sibi huius nomen ecclesiæ uendicat. Aduersum quam, diem iudicij futurum Esaias manifestè declarat, dicens: Dies, inquit dominus sabaoth, aduersus *Esa.2.c.* omnẽ contumeliosum & superbum. Et post aliquãtulũ ait: Et aduersus omnẽ nauem maris, id est, omnem ecclesiam hæreticorum. De qua alibi idẽ Esaias

Esa.33.d. retulit: Dirupti sunt, inquit, funes tui, q̃ nõ ualuit ar-
A bor tua, inclinauerunt uela tua, & non laxabũt uela tua. Nauẽ uerò hãc maris esse dixit, qa hmõi ecclesia nõ dei est, sed seculi, q̃ licet habere in se pdicationem dominicæ crucis uideatur, inualidã tamẽ hãc arborẽ eius ostendit: qa ubi nõ est ueritas fidei, infirma crucis assertio est. Vnde iclinata & laxata uela eius sunt ostẽsa, quòd nullo flatu sancti spiritus driguntur. Et ideo hmõi nauis, hoc est ecclesia hæreticorũ, amisso ueræ fidei gubernaculo, dominantibus aduersis spiritibus, in naufragiũ mortis æternæ demergitur, quæ gubernari à Christo domino non meretur, qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

Homilia xxiiij. ex cap. x.

Deest ca put 9. & mittit de cimi.

N *illo tẽpore, dixit Iesus discipulis suis: Ecce ego*
mitto uos sicut oues in medio luporum. Et reliqua. Omne malum quod accidit ex inspera to, nimis est graue: qđ aũt expectatur anteq̃ accidat, postq̃ acciderit, leuius inuenitur. Ideo pręscius domi nus futurarum persecutionum, pmonet Apostolos, dicens: Ecce ego mitto uos sicut oues in medio lu-
B porum: ut cũ periculũ illud euenerit, nõ quasi nouũ perhorrescant, sed tanq̃ cognitum fortiores excipiãt. *Ecce ego*, qui mensurata spatia constitui diei & nocti, & nunq̃ altera in alterius tps contempta definitione trãsgreditur. Ecce ego, q turbidũ mare, quasi feram caueã, sic in sua littora clausi, & quasi idissolubili catena pcepto ligaui. Ideo dixit, Ecce ego mitto uos: ut dum mittentis potestas, cõsideratur, periculi magnitudo nõ timeatur. *Sicut oues.* Nõ humanæ naturę beneficium tollo, sed ouilis patientiæ opus iniungo.
Ioan.1.d. Nõ indignentur serui uocabulũ ouis accipere, cùm sciant dominũ suũ nomẽ agni portasse. Ecce agnus dei, ecce q tollit peccata mũdi. Et qũo, inquit, proficiemus oues cõtra lupos? Ouium mãsuetudo nõ po test resistere luporũ crudelitati. Luporum crudelitas mitescere nescit, nisi gratia Xpi faceret, qđ ipsa natura fieri negat. Nõ uestra uirtus, aut solertia æstimatur, aut laudatur in uobis: sed nõis mei potestas ĩtelligatur, ut glorificetur per uos, quia fortior est gloria dei, q̃ rerum natura. Sicut oues. Cũ cœperint uos lupi uellicare, nolite resistere, aut uociferare, sciẽtes, qa nisi uos spoliati fueritis, alij non uestiẽtur: id est, nisi
C uos mortui fueritis, alii nõ uiuent. Nec timeatis hãc uellicationem præsentem. Cũ. n. ætas resurrectionis aduenerit, alia super uos lana immortalitatis nascetur. Quãdiu autem pp instigationem diaboli gentes permanserint lupi, dorsum illis pstate ad uellicandũ: cùm autem per patientiam uestram lupi illi facti fuerint agni, præbete illis, tanq̃ oues, lac doctrinæ. Mani festum quidem est, quia oues appellat pp mansuetudinem: non timentes autem deum, lupos pp crudelitatem. Sed hoc uideamus, quare istos qdem dixit, quasi oues: illos autem non quasi lupos, sed lupos. Si. n. istos propter solam causam mãsuetudinis oues dixisset, quoniam natura quidem hoĩes erant, mansuetudine autem oues, utiq; & illos quasi lupos dixisset: quoniã & illi, etsi crudelitate quasi lupi erãt, tamen natura similiter homines erãt. Puto ergo ista ratione istos qdẽ quasi oues dictos, illos aũt nõ quasi lupos, sed ad plenum lupos: quoniã homo dei, quãuis fuerit bonus, tamen semper habet in se aliqd mali secundum carnem, quasi homo: & ouis quidem dicitur propter quòd bonus: quasi ouis aũt, qa nõ ad plenum bonus. Qui autẽ deum nõ cognoscit, nihil in se boni põt habere, propterea lupus dicitur, non D quasi lupus, qa nihil boni habet in se, qa in se nõ cognoscit deũ. Causã est ista, qa oẽs hoies secundũ carnis naturã mali sumus: & sicut dicit Apostolus, Na- *Ephe.2.a* tura sumus filii irę. sed per timorem dei efficimur boni. Quanuis autem per timorem dei efficimur boni, tamen semp aliquid naturalis mali remanet in natura hoĩum. Ergo si natura carnalis cõpellit fieri malũ, timor dei ex parte retinet eũ a malo. Hoiem non cognoscentem deum, aut cognoscentem quidem, sed non timentem, natura compellit facere malum, & timor dei non retinet à malo, & ideo non potest esse in illis aliqd boni, nisi fortè pp hoies, quando ipsum non est bonum, sed malum, quod est propter deũ. Quicquid aũt nõ est ex fide, peccatum est. Ideo san- *Ro.14.d.* cti quidẽ quasi oues, mali aũt non quasi lupi, sed ad plenum uocantur lupi. Nec moueat te, quòd ẽt Xps quasi ouis est dictus, nõ ouis, cùm sit totus bonus. Ibi. n. non persona Christi comparata est ad personã ouis: sed occisio Christi, sicut occisio ouis. Denique ita subiũgit: Sic non aperuit os suũ in humilitate. Nã *Esa.53.c.* nec ouis, cũ ducitur ad occisionẽ, aliquã uocẽ emittit. Hic aũt persona Apostolorum comparata est ad E ouium mores: non missio eorum ad missionẽ ouiũ, id est Apostoli ipsi dicti sunt sicut oues, non missio eorum, sicut missio ouium. Nõ r enim mittuntur ali r*Num* quãdo oues ad lupos, nec cõparat aliqs possibilẽ ẽt impossibiliter. Vnde alibi dictus agnus est, nõ quasi agnus. *Estote ergo prudentes sicut serpentes.* ad intelligẽdas fraudes. *Estote simplices sicut columbæ*, ad ignoscẽdas iniurias. Nolo uos esse semper quasi colũbas, ne pp simplicitatem nimiam per seductionem laqueũ incurratis. Nolo uos esse semp sicut serpentes, ne ex corde contra lapidẽ uenena fundatis, sed secundum tempus & personas, mutetis & mores. Estote serpentes, ne cõprehendamini. Si. n. comprehensi fueritis, estote colũbę, ut ne mordeatis. Quãdiu. n. homo gẽtilis est, serpẽs in illo est: quoniam indignatio illius, secundum similitudinẽ est illius serpentis, q in paradiso hoiem à deo separauit: cùm uerò conuertitur ad fidem, recedente serpente, ingreditur in illum spũs, qui in specie columbę descendit de cœlo, & fit colũba. Ergo contra infideles estote serpentes, qa serpens serpenti non nocet: cum fidelibus autem estote columbæ, ut quasi columbæ colũbis charitatis oscula F porrigatis. Et ut breuiter dicã, estote prudentes sicut serpẽtes, ut malum intelligatis & caueatis. Et estote simplices sicut colũbæ, ut non faciatis ullũ malum. Quia intelligere malum, laudabile est: facere aũt, uituperabile. Nec qui intelligit malum, ipse fecit malũ, sed q facit malũ. *Attendite uobis ab hominibus, tradent enim uos in conciliis.* Quoniã superius dixit, estote prudentes sicut serpẽtes, & simplices sicut colũbę: nunc ad utrũq; causam ostendit, & quare uult esse prudẽtes sicut serpentes, & simplices sicut colũbæ. Prudẽtes quidẽ sicut serpẽtes, ut attẽdant sibi ab hoĩbus, qui tradent eos in cõciliis. Proprium. n. est serpentis, ab hominib. sibi cautè prospicere. Vnde Apostolus admonet, dicens: In sapiẽtia ambulate, quoniam tẽpus malignũ est. Quare aũt uult eos esse simplices? *Colo.4.a* ut non aduersus proditores suos malitiæ memores sint, sed diligãt inimicos suos, & bene faciãt psequentibus se, secũdum dei Christi pceptum: qa non tantùm lædimur ab iniquis inimicis, quando nocemur ab ipsis: sed ẽt proficimus, cũ per malitiã eorum cõ-

Universidad de Deusto Biblioteca

G stătia bonitatis nostræ à suo proposito uicta nō recesserit. Quoniam propriū est colūbæ usq; ad mortē in simplicitate manere. Vnde & de tolerantia Iob dictū est, & adhuc pseuerat in simplicitate. *Attēdite uobis ab hominibus: tradent.n.uos in conciliis, & in synagogis suis flagellabunt uos, & ante reges & præsides stabitis in testimonium illis, & gentibus.* Ita dixit, attendite uobis ab hoībus quasi à qbusdā pessimis malis, & supoia mala malis. Nā si nō quasi hoies accusans dixisset, sufficeret illi dicere, attēdite uobis, tradēt.n.uos. Nūc aūt addidit, attēdite uobis ab hoībus: ostēdere uolēs, qa pręomnib. malis homo est pessimū malū. Nā si bestiis cōparare uolueris eū, peiorē inuenies eū. Bestia.n. quāuis sit crudelis, tamē qa est irrationabilis, declinabitur ab hoie crudelitas ei⁹. Hō aūt crudelis cum sit & rōnabilis, nō facilè euadetur crudelitas eius. Si comparaueris hoiem serpēti, peiorē inuenies hoiem: quoniā serpēs, etsi malitiā habet, tamē hoī, timorē habet. Ideo siquē abscōsē potuerit, mordet: si aūt nō potuerit, fugit. Homo aūt & malitiā habet serpētis, & timorē nō habet, sicut serpens. Ideo quādiu nō habet tps, latet sicut serpēs: si aūt inuenerit, irruit H sicut bestia. Adhuc aūt anguis, si qdem iritata fuerit, sæuit: si aūt iritata nō fuerit, in silentio trāsit. Homo aūt & nō iritatus insanit, & magis sup illos insanit, à qbus nō fuerit iritatus. Et ut breuiter dicā, unaquæque bestia unū habet & propriū malum, homo aūt oia habet in se. Deniq; homo malus, peior est, q̄ ipse diabolus. Diabolus.n. si uideat iustū, nō est ausus ad eū accedere: homo aūt malus quāuis hoiem sanctū uiderit, nō solū illū nō timet, sed adhuc magis contēnit. Non.n. diabolus homini pstat uirtutem, sed homo diabolo. Arma.n. diaboli est malus homo. Sicut enim homo sine armis nō potest aliqd facere cōtra hostem, sic diabolus ēt sine hoie nō ualet aliquid cōtra sanctos. *Tradent enim uos in cōcilijs, & in synagogis suis flagellabunt uos.* Quasi ad maiorē laudē dei in synagogis suis flagellabūt: ubi orationes & laudes, ubi lectiones uel sacrificia, Apostolos ibi pœnis afficiebāt, quasi sacrificiū deo offerētes. Re aūt uera sacrificiū erat dei, cruciatio Apostolorū, nō ad Iudæorum mercedem, sed ad suam coronam: Iudæorum autē erat interitus. Quoniā aūt dicit, ante reges & præsides stare, & non cogitare quid respondere debeant,
1 hoc est quod in Ioāne dicit, Cùm aūt uenerit ille pa- *Ioan.15.d* racletus, ille testificabitur de me. Et uos testimoniū reddetis, qa ab initio mecū fuistis. Ante reges & præsides stabitis in testimonium illis, & Gentib. ut dum Apostoli accusantur, dum respōdent, in singulis qui busque ptoriis Christi ueritas pdicetur, & Iudæorū perfidia demonstretur, & Gentibus uel ad salutē credentibus, pietatis mysteriū reueletur. Audientes aūt Apostoli, quia coram regibus & iudicib. stare iubebantur, ne fortè dicāt ad Christum, tu ipse scis quia in illorū iudicibus scholastici præsunt, quo ergo possumus nos homines piscatores, & sine literis, coràm illis testimonium dare? Tu. n. ab initio non nos docuisti loqui, sed credere. Deniq; cùm nos discipulos congregares, non inuenisti nos in capitolio philosophicos libros legentes, sed retia in mare mittentes.
Sup. 4.c. Nec; dixisti, Venite, faciā uos aduocatos meos: sed, uenite, faciam uos piscatores hoium. Conscientias, non eloquentias nostras elegisti. Ideo ipse inquit: *Cùm autem tradent uos, nolite soliciti esse, quo, aut quid loquamini.* Mea est enim causa. Deus humano auxilio non indiget. Ideo uos tantūmodo mihi personā præ K state, & ego uobis sensum. Nam solicitum esse ante iudicium, nō est ꝑparatio rei, sed desperatio de deo. In illis. n. rebus potest esse desperatio, de deo, in qbus potest esse consideratio. Puta si pp aliquē actum iter facturus es, consideras qualitatem actuum & quantitatem itineris: & secūdum eas ꝑparas tibi expēsas. Aut si domum ædificare proponas, cōsideras qualia ædificia, & talia ꝑparas instrumēta. In iudicio aūt quo potest præparari responsum? Nunqd scis qualis sit interrogatio futura? Minimè cùm in iudicio tali, non iudices à semetipsis loquuntur, sed diabolus in iudicibus. Si ergo homo, hominis cogitationē nō solùm futuram, sed nec præsentē cognoscit: quo potest cognoscere consilium inimici? quia nemo homi
1. Cor.2. num scit quæ sunt hominis, nisi spūs qui est in eo. Si ergo ex uobis loquamini, secundum uerbum respōdebitis: si aūt dei spiritu, secūdum cogitatum eorum. Sinite ergo, ut in causa sua loquatur deus in uobis, q conscientiam interrogantis agnoscit. Non. n. posibile est, ut rex qui milites suos mittit ad bellum: non illis præstet arma aduersus hostem. Qui ergo solicitus est quid loquatur, in sua sapientia sperat: q est prima L causa ruinæ. Nam in persecutionibus uirtus dei non requiritur, nisi præcesserit fides. Ad maiorem consolationem Apostolorum, non dixit spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis, sed q loquitur: ut ostēdat quia non solùm tunc, sed nec modò aliqd sine spiritu dei faciunt, aut loquuntur, tanq; si ita, dicat ad illos: Maximè quia creditis in me, aut confitemini me esse uerū. Esurientē me uidetis, & creditis quia sum panis cœlestis. Sitientē me uidetis, & creditis qa ego
Ioan.4.b sum fons aquæ salientis in uitam æternam. Quo est iste sensus humanus, qui aliud uidit, & aliud credit, & confitetur? Si ergo modò, quando periculum non est, gratia mea operatur in uobis: quantò magis erit uobiscum cū persecutio uenerit? Nam qui uos in pace sustentat, multò amplius adiuuat in bello. *Frater fratrem tradet in mortem.* Audientes Apostoli, ne fortè cogitent æstimantes cū traditi fuerint in cōcilijs, & in synagogis ad flagellandum: illo tempore putas nemo erit patronus, qui adiuuet: nemo amicus, qui indulgeat: nemo amicus, qui misereatur? Ideo dicit dominus: Nemo speret in patronis, nemo in amicis, aut parentibus: cū etiam frater fratrē tradet in mor- M
Gen.4.d tem: pater filium, & filius patrē. Vide quale tunc incēdium persecutionis ardebit, ut nec sibiipsi parcat natura. Quo aūt tunc patronum, aut amicorū fidē integram quæres, cùm uideris ipsius fraternitatis & paternitatis uim esse extractam? Si. n. amicitia in ipsa natura deficiet: quo inuenietur extra naturā? Ergo quia non est satis stupendum, si frater fratrem tradat in mortē? Cain enim propter inuidiam sacrificii interfe *Ibi.27.d* cit Abel fratrem suum: Et propter benedictionē surreptam Esau persequebatur Iacob: Hoc aūt quis audiuit, ut nulla iniuria existente, propter solam Christi fidem pater filium tradat in mortem? quia fortior est conflictio inimici, quàm uirtus naturæ. Corrupti bilis enim est dilectio carnis. Mendax est omnis secularis amicitia, quæ diuini timoris uinculo non est ligata. Nō est fides in seruis diaboli. Diabolus nec generat, nec generatur: si non generatur, ne scit seruare iura propinquitatis, sui nullum habet propinquum. Non quia odibile est genus Christianorum, sed quia diuinum est, carnales odiunt. Alii adiunguntur

A iungūtur multò plures & chariores proximitate cōiuncti, beatior cōmutatio, bonum odiū est. *Et eritis odio omnibus hominibus: propter nomen meum,* id est, oībus infidelibus: non solū inimicis, sed ēt amicis: non solū extraneis, sed ēt parentibus: non solū patrēbus aut fratribus, sed ēt ipsis patribus uestris. O inæstimabile diabolici furoris incendiū, qđ nec ipsa pater-
ꝑfraterni tatis. nitatis ꝑ charitas extinguere pōt: supra naturā & contra naturam persecutio ardens, sapientibus euidēter ostendit, quoniā illa odia non facit more humano accidentiū ira causarū, sed inuidia diaboli pp Christū. *Qui perseuerauerit usq; in finē, hic saluus erit.* Quia incipere multorū est, finire uerò paucorū. Semper in principio dilectio est, in fine probatio. Nemo. n. circa deū usq; ad finem potest perseuerare, nisi qui pp deum tantūmodo factus est dei. Omne. n. quod pp carnem fit, corporale est, quemadmodū & caro ipsa temporalis est: quod aūt propter deum fit, ęternum
B est, sicut & deus æternus est. Cor bonæ fidei, est exitus bonus: quia non incipere aliquod bonū gloriosum est, sed finire. Nā quod icipit, corporis uoluptas est frequenter: qđ aūt finit, uirtus est animæ. Nā frequenter concupiscentia carnalis incipit bonum, sed nō finit, nisi gratia dei. Cū ergo conuersus fueris ad deū, & cœperis deo seruire, & opera iustitiæ facere, ne aliquando acta tua recorderis, sed finē tuum cogita quia prætoritorū bonorum consideratio, iactā tiam operatur: cōsideratio aūt finis, timorem. Quoniam qui perseuerauerit usq; in finē, hic saluus erit.

Homilia xxv. ex cap. x.

N illo tempore, *dixit Iesus discipulis suis: Nihil opertum, quod non reueletur, & occultum, quod non sciatur.* Et reliqua. Nunc profectū prædicationis eorum futurum eis annunciat, quoniā prædicatio eorum habitura fuerat exitum gloriosum. Ecce ego ipse, qui sum lumen absconditum in tenebris, deus celatus in hoie, sublimitas in humilitate. Tunc sicut hoc mysteriū absconditum fuit à seculis,
Psa.18.b nūc aūt per uos manifestabitur cūctis, ut impleatur sermo propheticus, qui dictus est de me: A summo cœlo egressio eius, & occursus eius usq; ad summū
C eius. Et non est qui se abscondat à calore eius. Sicut enim nullus est locus ubi non appareat sol, aut non sentiatur calor eius: sic nullus erit locus, ubi non cognoscatur Christus, aut nō intelligatur diuinitas ei⁹, ut omnis cōditio hominū in duas diuidatur partes, ita ut credentes meritò coronentur, ac nō credentes sine excusatione puniantur. Et uos cū interim quasi inimicos suos odiant hoies, posteà uos cognitos cōplectentur quasi suæ salutis authores. Interim quasi maleficos homines uos abominabūtur, posteà q̄si sanctos uenerabuntur. Interim uos quasi persecutores persequentur, posteà uos, oēs homines in ecclesijs suis quasi deos adorabūt. Mementote prēterita, & consolamini de futuris, quādo iustitię domini dominata est iniquitas, quando ueritatē longo tpe celauerunt tenebrosa mendacia, quādo innocētia sub exīstimatione criminis diu uelata est. Moses fuit cela
Exo.2.a. & seq. tus in Aegypto, dictus est filius Aegyptiæ. Quasi homicida fugatus est, quasi mercenarius cōptibilis, ouium factus est pastor. Nunq; est manifestata sanctitas eius, nunq; est coronata innocentia eius. Ecce qui pastor ouiū fuerat irrationabiliū, factus est dux populi gloriosi. Qui quasi homicida ex Aegypto egressus, posteà ingressus est iudex sanctorū, Iam nō filius Aegyptiæ, sed quasi filius dei. Perdidit benefi- D cium suū Aegyptus, non potuit bene nutriendo facere suum, q melius nascēdo fuerat alienus. Qui Pharaonem regē quasi captiuus antè timuerat, posteà illū decem plagis, quasi seruū obnoxium castigauit, quia nihil est opertū, quod nō reueletur. Ioseph celatus est in Aegypto, quasi adulter accusatus est, castitatis custos fidelis. Nunqd nō est manifestata inno- *Gene.39.* cētia eius? Nunqd non multipliciter coronata est ca *& seq.* sitas eius? Qui quasi maleficus i carcere fuerat, quasi propheta eductus est. In unius pueri uindicta totus mundus fame flagellatus est. Et quem sacerdos *Ibid.41.f* Phutiphar primū quasi adulterū uxoris suæ cōdēnauerat, posteà glorioſum generū in cubiculum suū locat. Absconditi fuerant & tres pueri in Babylonia, & *Dan.3.b* quasi cōptores regis sunt accusati pro crimine, ad quorū interitū iussum est, ut caminus accēderetur spties amplius q̄ solebat: non quia ad cōburendā carnis naturā tantum incendium necessariū erat, sed qa tantū insanientis regis iracundia suggerebat. Et quid ignis i suo camino, furoris spiritu percussus corrigit? Et perdito suę uirtutis calore, specie sola ardebat, ut E incorruptibilē integritatē eorū corruptus ignis ostēderet, & ardentiorē fidem eorum ardens flāma ostētaret, ipsa natura sua clamans, nō in uoce: quia nihil occultum qđ non sciatur. Sed uos sustinet introitū iniuriosum, ut habeatis exitū glorioſum. Et tanquā promissionum consolationem habentes, *Quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine: & quæ in aure auditis, prædicate super tecta.* Quid est qđ dico uobis in tenebris, dicite in lumine? Ităē tenebras Iudaicū populum dicit, sicut scriptum est: Lux in tenebris lucet, & tene *Ioan.1.a* bræ eam non cōprehenderunt. Et ideo tenebræ intelliguntur, quia lumen uerū cognoscere non potuerunt. Quæcunq; igitur dominus in Iudæis locutus est, in Ecclesia manifestanda esse annunciabat. Lux enim populus Christianus intelligitur, sicut & Apo- *Ephe.5.b* stolus ait: Eratis. n. aliquando tenebrę, nunc aūt lux in domino: ut filij lucis ambulate. Aut ita: Qđ dico uobis in tenebris, dicite in lumine. i. quod nūc dico uobis i mysterio parabolarū, uos posteà dicite manifestē. Quod. n. in mysterio est absconditū sic, est F quasi in tenebris positū. Vnde & Moses, quando legem accepturus ascendit in montem, sicut dicit scriptura, ingressus est Moses in nubē, ostēdēs quia lex *Exo.24.d* quæ dabatur in mysterio posita, obscura erat futura, quasi sub nube nigerrima. Quod aūt manifestē dicitur, in lumine dicitur. Quid est, Quod aure auditis, prædicate super tecta? id est, qđ auditis in secreto soli, prædicate corā oībus, nulli abscōdentes uerbū, quasi qui stet suprà tecta & clamet. Quid est, quod Apostoli audierūt in mysterio? Quid? Exiuit semina- *Inf.13.et* tor seminare semen suum. Et quædā ceciderūt secus *Luc.8.a* uiam, quædam super petram, quædam inter spinas, quædam super terram bonam. Et loquebatur eis in parabolis, & sine parabolis loquebatur eis nihil. Et accesserunt discipuli eius ad eum secretè, dicētes: Enarra nobis parabolam. Quibus respondit: Vobis datum est nosse mysterium regni dei, cæteris autem in parabolis, ut audientes non audiant, & uidentes cæci fiant. Quid ergo? Quod tunc in mysterio solis Apostolis credebatur, nunc euangelistis referentib⁹, & Apostolis prædicantibus, quotidie in medio ecclesiæ omnibus populis enarratur. Ergo hoc est qđ dico uobis in tenebris, dicite in lumine: id est, quod

G dico uobis in secreto, prædicate corã oibus, sicut est
ubi uocauit dominus discipulos suos seorsum, dicẽs
Inf.16.b & Lucæ 9.c eis: Vos aũt quem me esse dicitis? Respõdeũt: Tu es Christus filius dei uiui, qui in hunc mundũ uenisti.
Et mandauit eis, Nemini dixeritis: quia oportet filiũ
Inf.17.a. & Lucæ 9.b hominis crucifigi, & tertia die resurgere: quia si manifestè cognitus fuisset filius dei, nemo ausus fuisset
manus inicere in eũ. Et ideo crucifixus nõ esset, neq; resurrexisset à mortuis. Propterea adhuc infernorum
regnũ esset in terra, & dominatio diaboli mundũ totum teneret. Quid ergo? Postq̃ dominus surrexit à
mortuis, qđ audierat Petrus in secreto, cœpit coram
Actor.2.d & 3.c oibus prædicare, dicens: Deus patrũ nostrorũ suscitauit filium suũ Iesum, quẽ uos crucifixistis, & denegastis ante faciem Pilati, iudicante illo dimitti. Vos
uerò iustũ negastis, & uirũ homicidã petistis donari
uobis, principem aũt uitæ interemistis. Ergo hoc est,
quod in aure audistis, prædicate super tecta. *Et nolite timere eos, qui occidunt corpus.* Ne fortè pp timorem
mortis nõ liberè dicatis quod audistis, nec fiduciali
ter prędicetis in oibus, quod in aure soli audistis. Sic
H ergo ex his uerbis ostenditur, quòd nõ solũ ille prodi
Proditor ueritatis, quis tor est ueritatis, qui transgrediens ueritatẽ palã men
dacium pro ueritate loquitur, sed ẽt ille qui non libe
rè pronunciat ueritatem, quam liberè pronunciare
oportet: aut nõ liberè ueritatem defendit, quã liberè
defendere oportet, proditor est ueritatis. Nã sicut sa
cerdos debitor est, ut ueritatẽ quam audiuit à deo li
berè prædicet: sic laicus debitor est, ut ueritatẽ quã
audiuit quidẽ à sacerdotib⁹ probatam in scripturis,
defendat fiducialiter. Quod si non fecerit, proditor
est ueritatis. Corde.n. creditur ad iustitiã, ore aũt cõ
Rom.10.c fessio fit ad salutem. Hæc aũt diximus, quoniã multi
Christianorũ palã quidem transgredi ueritatẽ putãt
peccatum, tacere aut ueritatem corã infidelibus nõ
putant esse peccatum: & propterea multi inueniuntur in isto reatu. Ideo nos conuenit apertius dicere,
quoniam nihil de ueritate negãda præsens loquitur
sermo, sed de ueritate non liberè prædicanda, dicẽs:
Quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine: & no
lite timere eos, qui occidũt corpus, quo minus dica
tis in lumine, qđ audistis in tenebris. Vide quoniam
I non solũ ille transgressor est ueritatis, qui palã dene
gat ueritatem, sed ẽt ille, qui pp timorem eorum, qui
possunt occidere corpus, tacet ueritatem. Et quid di
cam? Quia pp timorem mortis tacent homines veri
tatem, & pp miserum uentrem, & pp spem uani honoris, in conspectu infidelium tacet hoies ueritatẽ:
Vtputa, eunt homines ad conuiuium impiorum sacerdotũ, & confugiunt ad patrocinium malorũ hæreticorum, fit sermo de fide: ille sacerdos impius, uel
patronus, blasphemat ueritatẽ tuam, quasi mendacium: fidẽ tuam, quasi perfidiam, ut aut seducat, aut
uulneret cõscientiã tuam, & faciat eam infirmã, etsi
ad plenũ capere non potuerit: tu aũt etsi non denegaueris palã ueritatẽ, tamen non contendis cũ perso
na eius, cuius panem inanẽ manducas, ut nõ perdas
spem patrocinij, aut rapacitatis: ueritatem quã opor
tebat te liberè defendere, tacens cõfundis eam in cõ
spectu inimicorũ eius, ut uideatur à te tacente, falsa
quæ uera est. Et qũo nõ es tu proditor ueritatis? Sed
fortè dicis: Si taceo ueritatem ante aduersarios, nũquid cõsentio mendacio eorũ? Dic mihi, si princeps
aliquis imperatoris, uidens ciuitatẽ Romanã ab hostibus expugnari, cũ posset liberare eam, & neglexit
defendere: num ipse uidebitur tradidisse, quam po- K
tuit liberare, si uoluisset? Sic & tu uidens ueritatẽ ab
impijs expugnari, cũ eã potuisses defendere, si loqui
uoluisses, tacẽs expugnasti, per hoc ipsum quòd cõpassus es expugnari. Et si pp timorem eorũ qui occi
dunt corpus tacere ueritatẽ, sicut præsens scriptura
testatur, impietas est: qũo non sit impietas maior,
tacere ueritatem pp miserũ uẽtrem, & spem uani ho
noris, & meliorem facere gratiã panis, & honoris q̃
gloriam ueritatis dei? Et nolite timere eos, qui occi
dunt corpus: quoniã corpus etsi ab impijs occisum
non fuerit propter deũ, à semetipso post modicum
morietur propter naturã. Ergo occisi scdm corpus
ab impijs, nihil perditis, nisi mortis dilationẽ, ut cor
pus quod post modicũ fuerat moriturum, ante mo
dicum moriatur, magis autẽ nec ante ipsam mortis
dilationem. Si ergo uerũ est, quia nec foliũ cadit de
arbore sine præcepto dei: & quia numerati dati no
bis sunt dies ad uitã, credere debemus, quia nec mo
rimur ante diem, nec transire possumus diem: tamẽ
ponamus quòd ante diem moritur, qui moritur pp L
deũ. Si ergo & gratis, id est sine molestia percussoris
post modicũ morituri sumus, nulla dei causa propo
sita: quare nõ ante modicũ in causa dei, cum gloria
morimur, ut fiat uoluntariũ, quod futurum est ne
cessarium, ut offeramus deo pro munere, qđ reddi
tur à te pro debito? Ideo nolite timere eos, qui occi
dunt corpus. Substantia.n. hominis non est corpus,
sed anima. Hanc.n. solã deus ad imaginẽ suam fecit,
& hanc diligit: pp hanc fecit & mundũ. Hãc zelat, &
persequitur inimicus: propter hãc & ipse filius dei ue
nit in mundũ. Corpus aũt uestimentum est animæ,
sicut ait Apostolus: De corpore nostro in quo inge- *2.Cor.5.d*
miscimus onerati, in quo nolumus spoliari, sed su
peruestiri ut mortale hoc absorbeatur à uita. Sicut
ergo uestimentũ super hoies positum, si quis furibũ
dus scindat, illatorem quidẽ iniuriæ sentit homo, dã
num aũt non patitur in natura: sic corpus super ani
mam positũ, si occidatur ab impijs, anima quidem
occisionis eius sentit dolorẽ, damnum aũt suæ natu
ræ non patitur. Habemus aũt huius rei unde loquimur argumentũ in membris. Sicut.n. ungues cum
summitatẽ uestiunt digitorũ, quandiu prẽcidantur, M
dolorẽ faciunt corpori: cũ uero præcisi fuerint, nullus sensus corporis inuenitur in eis, sed ex ipsa natura alteri noui procedũt, ut nullũ uideatur natura sustinuisse dispendium: Sic corpus donec cæditur, sentit anima: cũ autẽ occisum fuerit, nullus sensus, aut
dolor animæ inuenitur in corpore illo, sed iterũ sup
animam in tpe opportuno gloriosius illud retexet
corpus, ut nullũ detrimentũ anima uideatur perpes
sa, sed augmentata. Dicã autem quod sentio uerius,
non solũ ad uestimẽtum animæ caro creata est, sed
magis ad tentationẽ eius, quasi domestica & natu
ralis inimica copulata est. Et dum expugnatur à car
ne, nec uincit, nec coronatur à deo. Hmõi mysterij
Paulus testis est, dicens: Caro.n. cõcupiscit aduersus *Gal.5.d*
spiritum, spiritus aduersus carnẽ. Si ergo caro animę
inimica, tentatio est: quis sapiens non intelligit, quia
occisio corporis optanda est magis, q̃ timẽda? Ideo
tibi corruptibilis natura creata est, inde deponendi
corporis tempus est numeratum, ut homo morituro corpori tuo non parcas, sed commerito perituro compares tibi uitam mansuram. Ecce si mutuò
accipis, utputa bouem, uel equum: nõnne assiduè

A operaris opus tuũ in eũ? Dicis.n. apud te, hodie aut
cras tollendus est à me, quia nõ est meus. Etiam tu
in corpore corruptibili natus quare non ad utilitatẽ
animæ tuæ uteris temporali corpore tuo, sciens qa
post modicũ tollendũ est à te, quia non est tuum?
Quæ ergo est ista insipientia uestra, odire quod no
strum est, & amare quod nostrum non est? Studere
seruare quod seruare non possumus, & negligere qđ
in ęternũ habebimus? Nolite timere eos, qui occidũt
corpus. Quid est timor mortis? non dolor exeundi à
corpore, sed desperatio uitæ post mortẽ. Ille timet
mortẽ, qui non putat se uiuere post mortẽ. Vis scire?
Ecce frequenter homines grauẽ dolorẽ patiũtur in
infirmitate, & non moriuntur, & frequenter modi
cũ tædiũ habent, & moriuntur, & tamẽ magis con
tenti sunt grauẽ dolorẽ pati, & nõ mori. Vides ergo
quia non dolor mortis, sed ipsa mors timetur? Sicut
autem omnia mala operatur timor mortis, sic om-
Mortẽ timens, parum, boni operatur. nia bona operatur contẽptio mortis. Qui timet mo
B riũ, id est qui nõ sperat uiuere post mortẽ, neque elee
mosynas dat, neque orationibus instat, neque ieiu
niũ celebrat, neque paupertatẽ sustinet, neq; oppro-
briũ suffert, neq; damnũ substantiæ suæ contentus
est pati, neq; corporalẽ iniuriã sustinet pp deum: sed
hoc suæ lucrũ uitæ existimat, si bonis istius mundi
fœliciter fruitus fuerit: & hoc damnũ uitæ suę putat,
si fuerit alienatus ab istis bonis. Quare? quia laborũ
suorũ præmiũ in resurrectione non sperat. Qui autẽ
non timet mori, id est qui uitã sperat post mortem:
omnia q̃ diximus, libenter sustinet propter deũ: quia
laborũ suorũ mercedem multiplicẽ indubitãter ex-
pectat. Ille est ergo perfectus discipulus Christi, qui
hæc oia patitur, aut pati paratus est. Non ergo ideo
dominus mandat, nolite timere qui occidunt corp⁹:
quia necesse est omnem Christi discipulum occidi:
sed ne omnes illas res, quas suprà diximus, per singu
las mãdet, quasi per cõpẽdiũ dixit: Nolite timere eos
qui occidunt corpus: quoniã qui occidi non timet,
multò magis contemnit cætera aduersa carnalia, q̃
sunt ante mortẽ: quia oia carnalia q̃ sunt ante mor-
tẽ, leuiora sunt morte. Qui ergo qđ grauius est non
timet, multo magis contemnit quod leuius est. Qui
autẽ cæteras molestias quę sunt ante mortẽ non est
C contentus pati propter deum qũo sustinet mortem?
Considera aũt, ut quid nobis in natura creauit time
re mala carnalia, aut diligere bona: non ut mala car-
nalia timeamus, quæ timemus, sed ut per timorem
malorũ carnaliũ intelligamus magis timẽda esse spi
ritualia mala: Vt puta, scis quia malũ est pati dolorẽ
carnis, per hoc intellige, quia peius est dolorẽ animæ
pati. Scis quia malũ est cõfundi corã hominibus, p
hoc intellige, qa peius est cõfundi corã angelis. Quã
tũ enim angeli meliores sunt hominibus, tantũ con
fusio illa peior quàm ista. Nã dolor & pudor corpo
ralis, cum corpore finitur, aut soluitur: dolor & pu-
dor animæ semp cũ anima irruit ad pœnã. Ita nõ ut
diligas bona carnalia q̃ diligis, sed ut per bona car-
nalia intelligas magis diligẽda esse spiritualia bona:
Vt puta scis qa bonũ est gaudere carnaliter: p hoc
itellige, qa melius est gaudiũ animæ. Gaudiũ quippe
carnis cũ carne finitur, gaudiũ aũt animæ cũ anima
perseuerat. Scis quòd bonũ est gloriari in terris: per
hoc intellige, qa melius est gloriari in cœlo. Quãtò
enim clarius est cœlũ, q̃ terra: tantò glorioſior est il
la gloria, q̃ ista. De magnis aũt thesauris bonorũ uel
malorũ quasi modicum gustũ dedit in mũdo, ut ex D
modico gustu malorũ, uel bonorũ, plenitudinẽ cognoscamus. Nolite timere eos qui occidunt corpus,
sed eũ timete, qui potest corpus & animã perdere in
gehennã. Quid dicis, anima perit? Nõne immortalis
creata est? Morte.n. non solũ extinctio corporalis si-
gnatur, sed etiã pœna mors dicitur. Vnde & Paulus
ait: Quotidie morior pro uestra gloria, quã habeo in *1.Co.15.d*
Christo Iesu. Et Ioannes in Apocalypsi sua sic dicit: *Apo.20.b*
Beatus qui habet partẽ in prima resurrectione, ei se-
cunda mors non dominabitur. Secunda.n. mors est
ignis, & sulphur. Vides ergo quia per damnationem
animæ, non dicit ipsam solutionẽ animæ, sed crucia
tionẽ gehennæ, q̃ est mors secũda. Et tanq̃ si aliquis
dicat: Vt quid tanta licẽtia data est malis, ut etiã con
tra uoluntatẽ dei habeant in sanctis potestatẽ nocẽ
di? Absit, nihil possunt deo nolẽte: *Nõne duo passeres asse uæneunt, & unus ex eis non cadet sine uoluntate patris uestri?* Si ergo passeres in uolũtate dei positi sunt,
non in potestate hominũ, quos deus ad usum ho-
minũ fecit, quantò magis uos: non cũ estis in pote-
state hominũ, sed in uoluntate dei, quos deus ad suã
gloriã fecit? Si passer euentu non moritur, nec cadit, E
propter hoc ipsum, quia opus dei est: quantò magis
iustus homo non est in euentu positus, quia imago
dei est? Sed aut à deo traditus, moritur: aut à deo li-
beratus, euadit. Si in passeribus nihil sine ratione agi
tur, quorũ duorũ pretiũ unus est assis: quãtò magis
in uobis sine me nihil agitur, quorũ ptiũ est sanguis
meus? Si sic habentur passeres, qũo habendi sunt fi-
lij? Ideo ergo non debetis timere homines, quia non
est in uobis illorũ potestas, sed dei. Non.n. quando
uolunt impij, tunc possunt nocere sanctis, sed quan-
do deus illis nocendi tẽpus concesserit, ut prouideat
sanctis suis coronam. Dicit Pilatus ad Iesum: Nescis *Ioan.19.b*
quia potestatẽ habeo dimittere te, & crucifigere te?
Respondit ad eũ: Non haberes ullã potestatẽ in me,
nisi tibi datũ fuisset desursum. Quæ ergo est sapien-
tia, illũ nõ timere qui dat potestatẽ, sed illũ timere q
accipit? Qui enim dat potestatẽ, quando uult dat: q
autem accipit, non quãdo uult accipit. Ergo si non
es traditus, sine causa times: & si traditus es, sine cau
sa times. Deo enim liberante homo tibi nocere non
potest, & si uult. Nescis quomodo Pilatus uolebat F
dimittere Christũ, sed non poterat, quia deus eum
tradebat? *Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt.* Quid nobis prodest capillos numeratos ha-
bere, si morimur? Ideo numerati sunt, ut in æternũ
uiuamus. Nunquid ideo numerat aliquid deus, ut
numerũ eius cognoscat, qui ab initio (ut dixit sapiẽ
tia) omnia in pondere, numero, & mensura creauit?
Sed ideo numerauit, ne aliquid perdat ex ipsis. Sicut *Sapi.11.d*
dicit propheta: Mihi aũt nimis honorati sunt amici *Psa.138.c*
tui deus. Dinumerabo eos, & super arenã multiplica
buntur. Non minuuntur qui numerati sunt, sed etiã
multiplicabuntur. Vis scire dignitatẽ numeratorum: *Infr.12.b*
considera ouẽ illam, qũo pastor non requieuit per
desertum discurrere, donec inueniret eam, & ad pri-
stinum numerum reuocaret. Nullam ex omnibus se
habere putabat, si de numero suo una periret. Qui
autem perituri sunt, non numerantur. Ideo domi-
nus dicit: Vestri etiam capilli capitis numerati sunt.
Peccatores autem, ut quid numerantur, qui esse nõ
æstimãtur? Illud enim numerat deus, quod uult pos
sidere: quod autem non uult habere, ut quid nu-

Gmerat? Ideo non numerantur peccatores, ut quicūq; ex ipsis periret non sentiat, neq; curet deus, quasi de
Esa.40.c non numeratis: sicut scriptū est, Pro nihilo habentur omnes gentes. Ergo passeres sunt meliores, quā peccatores? Non, sed similes. Sicut enim deus no dixit, quia non cadunt: sed, sine uoluntate dei non cadūt. Dei enim uoluntas est, ut cōprehēdātur, & ad usum procedant hominū, quia ad hoc creati sunt. Sic uolūtas dei est, ut homo qui sine lege dei uixit, sine lege & pereat: & qui deum non aspexit non aspiciat illū deus. Verè in hoc peior est homo peccator quā animal, quoniā animal etsi non glorificat, non exacerbat: homo aūt malus non solū nō glorificat, sed adhuc exacerbat. Quāta aūt sit dignitas numeratorū,
Num.1.a etiam in libro Numeri ostenditur, quoniam electi &
&.3.c.et colati numerantur à Mose, per præceptionē dei. Non
26 numeratur inter eos fœmina. Fœmina autem intelligitur mollities, quę est corruptio corporalis. Omnis autem uir mollis animo remissibilis in fide, & corruptus in actibus: corpore uir est, & ideo fœmina intel
H ligitur, ideo nō numeratur cum sanctis. Fœmina autem si uirilitatē sanctam habuerit, etsi corpore fœmina est, animo est uir, & numeratur cum sanctis. Illic quia figura erat caro, fœmina repellebatur: hic autem quia ueritas est, fœmineus animus nō numeratur. Illic seruilis conditio excludebatur, hic autem conuersatio seruilis expellitur apud deū. Nō ille seruꝰ est, qui seruus est hominū, sed qui peccati sui. Ergo liber si opera mala fecerit, diaboli seruus est. Seruus, si bona opera fecerit, filius dei est: ideo seruilis anima non numeratur. Item neque Aegyptius mundialis. Qui ergo diligit mundū, in secularibus negotiis gaudet. Propter negotia mundi transitoria tristatur, pp deum uerò non gaudet. Ille non numeratur, qui anima Aegyptius est. Aegyptius autem si cœlestia amauerit, Hebræus est. Item nec puer numeratur. Ille qui puer est sensibꝰ, malitia autem perfectus est: qui autem malitia puer est, sensibus perfectus est. Qui aūt mensurat plenitudinem ætatis Christi, ille etsi puer fuerit, sicut Daniel numeratur. Et q procedit ad bellum contra alienigenas: id est, qui potest pugnare cō
I tra immundos spiritus, & desideriorum carnalium destruere castra, ille tantummodo numeratur. Sed nec omnes qui habent uirtutē spiritualem, habent Israeliticam uirtutē. Nam & Gentiles habent uirtutē animæ, Grammaticam, Rhetoricam, & Philosophicam: sed non Israelitica uirtus est, quæ non sit propter deū, sed propter bonam gloriā. Israeliticū autē bonū est, cuius mens deum uidet, sicut Apostolorū quibus dixit: Vestri autem & capilli capitis numerati sunt omnes. Spiritualiter autem, capilli sunt subtiles animæ, & innumerabiles sensus sanctorū, qui de spiritu Christi, quasi de capite ipsorū prodeunt. Si autē iustus tradidit se in potestate dilectionis, dilectio illa præcidit capillos ipsius, & tollit uirtutem quā ha-
Iudi.16.e bet in capite, sicut Dalida Sampsonis. Nam omnis uirtus eorū non in corpore, nec in diuitijs, sed in uirtutibus spiritualibus est posita. Et nulla res sic præcidit uirtutem, capillorum suorū, sicut corporalis uoluptas. Si ergo perdidit uirtutē capillorū suorū, apprehēdūt eū alienigenæ, id est immundi spiritus, & alligabunt eū uinculis diuersorum desideriorum, & excæcabunt oculos cordis eius, ut nō uideat lumen. i.
Psal.68.f uiā ueritatis, ut egressus suos extendat, ut impleatur in illo, quod scriptū est: Deleantur de libro uiuentiū, & cū iustis nō scribantur. *Omnis ergo qui me confessus* K *fuerit coràm hominibus, & ego confitebor eum coràm patre meo. Qui aūt negauerit me coràm hominibus, & ego negabo eū corā patre meo.* Et quoniā rem impossibilē, quantū ad naturam carnalem, mandauerat: nunc & pœnam proponit, & præmiū, ut modò timore pœnæ, modo desiderio præmij uirtus animæ adiuuetur. Ecce præmium: Qui me confessus fuerit coràm hominibus, & ego confitebor eū corā patre meo. Sed prius dicit præmiū, posteà pœnā, qa misericors deus paratior est ad remunerādū bonos, quā ad puniēdū indignos. Vide ergo quātū maius est præmiū dei, q̄ iustitia nostra: & quāto grauior est uindicta, q̄ nostrū peccatū. Si tu confessus fueris Christū coràm hoibus, cōfiteris qa nihil potes prestare deo: si autē ille te cōfessus fuerit corā deo, cōfitetur quia potest facere te immortalē. Si tu negaueris Christū corā hominibus, denegans Christum illi nocere nō potes: si aūt te negauerit Christus corā deo, denegat qui perdere potest in igne æterno. Quis est tā lapideus, qui nō desideret iustitiæ suæ testem habere Christū? Si ergo magnū est testē esse Christi, quantū magis est te-
L stē habere Christū? Considera etiā deniq;, ne fortè dicant ēt fideles Christiani, si necessitas persecutionis aduenerit, interim corā hominibus de negatione patiar pœnas, in corde autē meo ueritatē teneo Christi. Ideo nō dicit, Qui me confessus fuerit in cor *Nihil pro*
de suo: sed, corā hoibus. Quoniā qui corā hominibꝰ *dest cre-*
nō cōfitetur, nō prodest ei aliquid quòd in corde cre- *dere cor-*
dit in Christū: qa q ore denegat, nō potest fieri ut in *de, nisi*
corde credat. Radix.n. confessionis, fides est cordis. *adfuerit*
Confessio autem, fructus est fidei. Sicut ergo quan- *confessio*
diu radix est uiua, necesse est ut aut ramos produ- *oris.*
cat, aut folia: si aūt nō produxerit, sine dubio intelligis, qđ radix eius in terra siccata est. Sic quandiu fides cordis integra est, semp germinat confessionem in ore: si aūt cōfessio nō fuerit oris, intellige sine dubio, qa fides cordis eius iā antè siccata est. Sic.n. dicit
Ro.10.c. Apostolus: Corde.n. creditur ad iustitiā, ore aūt con fessio fit ad salutē. Ergo nec ualet confessio oris sine fide cordis, nec fides cordis sine confessione oris. Si aūt tibi prodest corde credere, & nō corā hoibus cō M fiteri: ergo & infideli in hypocrisi cofiteri Christum prodest, etiā si corde nō credat? Si aūt ille nihil profi cit confitens sine fide, nec tu proficis credendo sine confessione. Si sufficit Christo qui cognoscit, etsi cō fessus eū non fueris corā hominibus: ergo & tibi sufficiat quia cognoscit te Christus, etsi nō fuerit te cōfessus corā hominibus. Si autē tibi nō sufficit cognitio eius, nec illi sufficit fides tua. Si enim sufficeret tibi fides cordis, cor tantummodo tibi deus creasset: nunc aūt & os tibi creauit deus, ut corde credas, & ore confitearis. Nec tātū ore, sed quinq; sensibus carnalibus. Si.n. sufficeret cor aut os, sic diceret, & pro-
Psal.32.e pheta: Cōfitemini domino, in cithara unius aut duarū chordarū, psalmū dicite ei: nūc autē dicit, in psalterio decē chordarū: quia homo qui est psalterium, decē sonos habet quinq; carnales, & quinq; spirituales. Cum his omnibus oportet confiteri Christū. Si autem uel unus sensus minus fuerit, nō est perfecta cōfessio. Ergo siquis tibi dicat, non manduces idolothytū, sed aspice tantū ad idola, qūo speciosa sunt: si aspexeris prouocatus, oculis tuis negasti Christū, Non qa aspicere idola aliquid sit, sed quia inuitatus aspicis, peccas. Si autē non aspexeris, oculis tuis confessus es

A fessus es Christum. Ideo scriptum est, Auerte oculos
Psal.118.c meos ne uideāt uanitatē. Si uerò dixerit tibi, nolo ut aspicias idola, sed tantum ausculta qūo ille Gentilis blasphemat Christum, ut glorificet deos. Si ausculta ueris, auribus tuis Christū negasti. Si dixerit tibi, nolo ut audias blasphemiam Christi, sed ecce qūo incē sum dijs offertur, tantū sta, & accipe odorem incēsi illius: si odoratus fueris, odoratu tuo Christū offensus es. Itē si dixerit tibi, non manduca carnem denti bus tuis, tantū finge te de immolato manducare: si simulaueris, sic gustu tuo Christū negasti. Si aūt no
2.Mach. lueris fingere, Christū cōfessus es, sicut Eleazarus in
6.e libro Machabæorum, qui carnes uetuecinas sub specie porcinæ noluit manducare. Si dixerit, nolo, fingas te de immolato māducare, sed tantū tange idolum manu tua, aut tene thuribulum: si tetigeris, aut tenueris, tactu tuo Christum negasti. Si aūt nolueris, tactu tuo Christum cōfessus es, sicut scriptū est:
Psal.7.a Si est iniquitas in manibus meis. Omnia.n. membra animæ uel corporis tui non solū tibi ad usum deus creauit, sed sibi ad gloriam.

Homilia.xxvi.ex cap.x.

B *IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis: Nolite*
i *arbitrari, quòd uenerim pacem mittere in terrā.*
Non ueni mittere pacem, sed gladium. Et reliqua. Cū dixisset dominus, Qui me cōfessus fuerit corā hominibus, &c. quasi cogitantibus Apostolis, & dicētibus apud se, usq; nunc sub tyrānis & Gentium dominatione deguimus, & nūc sperauimus pacē nobis esse uenturā: & qūo hic nobis persecutiones & iudicia futura promittit? Respondit ita: Nolite arbitrari, quòd uenerim pacē mittere in terrā. Et est pax bona, & est pax mala. Pax bona est inter bonos fideles & iustos, ut in qbus est unius fidei munus, una sit uitæ cōcordia. Nam fides per uerbū quidem dei nascitur, per pacē aūt seruatur, & per charitatē nutritur,
Gal.5.b dicēte Apostolo: Fides est, q̄ per charitatē operatur. Fides aūt quæ non habet charitatē, nullū potest bo ni operis fructum perficere. Si ergo aliqua dissensio-
Inf.12.b. ne fideles fuerint separati, hoc est mala discordia, si-
& Luc.e cut ait dominus: Ois domus in se diuisa, non stabit:
11.c Sic & separata fraternitas, à semetipsa cōsumitur, si-
C cut ait Apostolus: Si aūt inuicem mordetis & criminamini, uidete ne ab inuicem consumamini. Pax
Gal.5.c aūt mala est inter infideles & iniquos, ut quibus est una malitia, sit unus ad malefaciendū cōsensus. Nā infidelitas & iniquitas ex suggestione quadā diaboli nascitur, per pacē aūt seruatur. Si ergo aliqua occasione infideles & iniqui ab inuicem fuerint separati, hoc est bona discordia: quia sicut in pace bonorū, fides & iustitia stant, ifidelitas aūt & iniustitia iacēt: cū uerò discordia uenerit, fides & iustitia cadunt: infidelitas aūt & iniustitia resurgūt: sic in pace iniquorum & iniustitia, & infidelitas stant, fides aūt & iustitia iacent. Cū uerò concordia uenerit, infidelitas & iniustia cadunt, fides aūt & iustitia surgūt. Ideo ergo dominus bonā misit separationem in terrā, ut rumperet malam coniunctionē. Omnes.n. tam boni q̄ mali, id est qui diligentes malū, erant in malo: & qui per ignorantiam: boni stabāt in malo. Oēs insimul, quasi sub una domo infidelitatis tenebātur inclusi,
Heb.4.e ideo misit dominus separationis gladium iter illos, id est uerbū ueritatis, de quo ait Apostolus: Viuum est uerbum dei, & efficax, & acumen habens super oēm gladiū acutissimum, penetrans usq; ad interio-

ra animæ & spiritus, artuūq; & medullarum, scrutās D
corda, & cogitationes. Iste est ergo gladius bis actus, ex una quidē parte bonos ab errore præcidens, ex altera aūt parte malos ab excusatione, ut nec bonos ignorātia perdat, nec malos excuset: ut & boni cognita ueritate, cū secuti fuerint ueritatē, cum iudicio & iustitia saluētur, & mali cū ueritate cognita secesserint à ueritate, cū iudicio & iustitia puniantur. Hoc ergo gladio dominus separauit bonū à malo, ut & bonū separatum à malo surgat, & malū separatum à bono cadat. Nā bonū quandiu fuerit mistū, cum malo iacet, & mortuū est, quia non pōt bonū esse cōiunctum cū malo: cū autem à malo fuerit separatum, tūc surgit & uiuit: quia incipit esse bonum separatum à malo. Sic & malum quandiu fuerit mistum cū bono, stat & uiuit, quia sub se opprimit bonum: cū uerò fuerit separatum à bono, tūc cadit & moritur: quia manifestatū iam nō potest sub se opprimere bonū. Sic & fideles, quandiu cū infidelibus fuerint iuncti, iacēt, & mortui sunt: quia nō possunt esse fideles cū infidelibus misti. Cū aūt fuerint ab in fidelibus separati, tunc resurgunt & uiuunt: quia tūc incipiunt esse fideles cū fidelibus misti. Item infide- E
les quādiu fuerint cū fidelibus misti, stant, & uiuūt: quia sub sua infidelitate tenent fideles. Si uerò à fidelibus fuerint separati, cadunt, & mortui sunt: qa manifesti infideles iam nō possunt perdere fideles. Ois enim res mala tandiu stare uidetur, & uiuere, quandiu bonę rei potest nocere: cū uerò manifestata fuerit, iam non potest nocere, iacet, & mortua est. Omnis aūt res mortua, etsi est mala, tamē similis est reiquæ non est. Quid ergo infideles à fidelibus separati, alios quidē timore frangunt, alios aūt promissione corrumpunt? Hæc res nō dicit perdere bonos, sed magis glorificare permanentes in bono, cū ille qui aut timore frangitur, aut promissione corrumpitur, nunq; fuerit uerē bonus. Tunc.n. uerè infideles dicūtur perdere fideles, quando fideles per ignorantiam ueritatis cū infidelibus sunt. Seductionibus, aut persecutionibus fides nō corrumpitur, sed purgatur. O mira uirtus gladij separantis, cui non solū coniunctio extraneorum resistere nō potest, quos amicitia uoluntaria iungit, sed nec ipsa dilectio uiolenta naturę F
carnalis: Et ideo nō solū illos separat, qui dilectione coniuncti sunt, & natura disiuncti, sed ēt illos, quos carnalis necessitas dulcibus uinculis alligauit. Ideo
nō ⌜dicit, ueni.n. separare filium aduersus patrē, &c. ⌝*al.deest,*
Notāda res est, quoniam quos separat Christus, fi- *non.*
deles sunt: à quibus separat, infideles. Vnde ostēdit, ex eo quod dicit: *Qui diligit patrem plus quàm me, nō est me dignus.* Qui.n. plus diligit patrē q̄ deum, permanet iuxta patrem. Qui aūt diligit deū plus q̄ patrem, recedit à patre, fide, non corpore. Ideo aūt diximus, quia quos separat Christus, fideles sunt: ut sciamus quia semper fideles ab infidelibus recedūt, non infideles à fidelibus: quia semper diabolus desiderat infideles suos cum fidelibus esse, ut infideles cū fidelibus misti, corrūpāt fideles: & Christus semper fideles festinat ab infidelibus separare, ut ne fideles conuenientes cū infidelibus, corrūpantur ab eis. Et ubicunq; separatio inter bonos & malos facta legitur i scripturis, semper boni secesserunt à malis, & nō mali à bonis. Cū essent Iudæi in captiuitate, deus p prophetam non ad Assyrios dicit: Exite, exite de medio
populi mei: sed ad populū suum, Exite, exite de me- *Esa.52.c*

dio eorum, & immundū ne tetigeritis: quia malum coinquinat bonū, bonū autem non coinquinat malū. Vtputa iunge lutum farinæ, non farina sordidat lutum, sed lutū farinam. Item iunge acetū uino, non uinum corrumpit acetum, sed acetum uinū. Nec. n. corrumpi potest ab alio, quod naturaliter à seipso corruptum est. Ideo cùm dixerint infideles, A nobis uos recessistis, non nos à uobis, crede, uerum enim est. Semper bonum ante malū fugit, malum autem ante bonū nō fugit. Item cū dicit, Ecce ille sacerdos hereticus desiderat orare cum fidelibus, & dare benedictionem fidelibus, crede, uerū est enim. Scit. n. dato suo coinquinare non sanctificare accipientem. Si enim sciret sanctificare qui dat, utique rogandus fuerat, non rogaret. Nunc aūt quia coinquinat datū eius, non expectat ut quæratur, sed ipse quęrit quem perdat. Ecce ille laicus infidelis, benedictionem desiderat accipere à fideli: non ut ipse sanctificetur accipiens, sed ut tu & quod dedisti, perdas: & quia dedisti sanctū canibus, pereas. Nō dixit separare filium à patre: sed, aduersus patrem: quia nō corporalē separationē iubet, sed spiritualē. Qui. n. corporaliter separatur, à patre separatur, non contra patrē: qui autem spiritualiter separatur, corpore quidē cū patre est, fide aūt aduersus patrē. Nā qui longè est à patre, non potest stare contra patrē: qui aūt ante patrē est, ille potest esse contra patrem, respondendo, blādiēdo, disputando. Non. n. credibile est, ut corporaliter iubeat relinquere patrē, qui dixit: Honora patrem tuū & matrem tuam. Si ergo habes patrem infidelem, obsequere ei, & tu inuenies mercedem pietatis, & ip se infidelitatis suæ habebit damnationem suam. Et ideo non dixit, Qui diligit patrē, non est me dignus sed ait, Qui diligit patrem aut matrem plus quā me, nō est me dignus. Sicut enim post deum diligere parentes pietas est: sic plus quam deū diligere, impietas est. Si ergo habes patrem infidelē, obsequere ei. Si aūt uoluerit te in eādem foueam infidelitatis immergere, in qua ipse est, tunc plus dilige deum, quā patrem: quia pater non est animæ, sed carnis. Solus aūt deus omnium animarum sanctarum pater est. Reddite ergo unicuique quod suum est. Carnalib⁹ patribus præbete carnis obsequiū, spiritualibus autē patrib⁹ animæ sanctitatē. Et uerè nihil est, quod amplius diligere debemus q̄ deū. Amici enim recedunt, parentes deficiunt, solus aūt Christus nec recedit aliquādo, nec deficit, donec uoluerimus & nos esse cū ipso. Cū de hoc mundo exierimus, unaquæque anima ad locū suum recedit: & nemo recordatur amplius carnalem affectū, cùm de carne recesserit. Non pater filium, non filius patrem. Omne enim quod de terra susceptimus, in terra dimittetur, & neminem nobiscū habebimus, nisi opera nostra, si bona sunt, ad gloriam: si mala sunt, ad pœnam. *Qui non tulerit crucem suam, & secutus fuerit me, non est me dignus.* Crucem suam tollit, qui paratus est ad omne periculum propter deum, si necessarium fuerit, usq; ad mortē, magis quàm relinquere Christum. Ille talis, etsi demisericordia dei euadit, tamē quantū ad propositū suū quotidie cruciatur. Ideo & si nihil tale fuerit passus mercedē tamen accipiet. Voluntas enim remuneratur, nō opus: quia uoluntas ex nostro arbitrio procedit, opus aūt per gratiā dei cōsummatur. *Qui inuenit animā suam, perdet eam.* Melius est propter deum mori, & in perpetuū uiuere, quàm propter uos uiuere, & in perpetuum mori. Si ille pro nobis mortuus est, qui mori non poterat, nisi uoluisset: quantò magis nos pro eo mori debemus, q̄ etsi nolumus, mortales sumus. Si dominus pro seruis mortu⁹ est, & hoc sine præmio: iustius est ut seruus moriatur pro domino, & hoc cū præmio. *Qui uos recipit, me recipit.* Quoniā Apostoli & cæteri Christiani in persecutionibus Iudæorū & Gentilium constituti, necesse habebant interdū declinandi, & pericula fugere de ciuitate in ciuitatē secundū Christi mandatū: ideo honorem suum dedit eis, magis autem seipsum posuit in eis, ut ad susceptionē eorū omnem Christianum populū prouocaret, sibi imputans acceptū, quod illis fuerat datū, ut recepientibus eos dicat in die iudicij: Venite benedicti patris mei, accipite regnū quod uobis paratū est ante constitutionem mūdi. Esuriui enim, & dedistis mihi māducare, &c. Quod uni. n. ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Si enim qui minimis de ecclesia facit, Christo facit: quantò magis q Apostolos recipit, cæterasq; passiones Christi circunferens in corpore suo, ipsum recipit Christū? *Qui recipit prophetā, in nomine prophetæ, mercedē prophetæ accipiet. Et qui recipit iustū in nomine iusti, mercedē iusti accipiet.* Prophetæ doctores intelligūtur, sicut suprà docuimus. Iusti aūt omnes Christiani. Prophetæ ergo nomine, uoluit ostēdere omnes prædicatores Christi. Iusti aūt noie, omnē hominē Christianum: quia nō solū doctorū est, persecutionū causa uagari de ciuitate in ciuitatē, sed omniū Christianorum perfectorū in Christo credentium. In nomine prophetæ, id est quasi prophetā Christi. In nomine iusti, id est iustum Christi seruum. Vt ergo habeat bonū opus mercedē, duo hæc occurrere debent, ut & Christianum recipiant, & quasi Christianum, siue sacerdotē siue laicum. Si aūt aliquis aut non Christianum recipit, aut Christianū quidem recipit, non autem quasi Christianū: mercedē Christiani non recipit. Quid uerò est, qui accipit prophetā in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipit? & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedē iusti accipiet? hoc est, qualem mercedem habet qui peregrinatur, talem mercedē habet & ille, qui suscipit propter deum peregrinātem. Et fiunt ambo æquales, & ille qui propter deū laborat, & iste qui propter deum laborantem refrigerat: Vtputa suscepisti sacerdotē, sacerdotis habes mercedē: Suscepisti laicū iustū, iusti laici habes mercedem. Qui recipit Christianum, ille qui Christianus non est, non habet mercedem Christiani illius: quia & Christianum si suscipit, tamen non eum nomine Christiani, aut pp honorē Christi, sed quasi quemcunque hominē. Qui enim Christū non cognoscit, quomodo Christianum suscepisse intelligatur propter Christum? Et qui nō credit ueritati, quomodo confessorē ueritatis intelligatur suscepisse propter ueritatem: Non ergo recipit eū in nomine Christi, quasi Christianum, sed quemadmodum cæteri Gentiles humanitatis causa recipiunt peregrinos, non pp Christū. Quòd autē diximus, siue Christianū recepe rit, siue sacerdotē, siue laicū, non habet mercedē: qa non q̄si sacerdotē suscepit, nec quasi Christianū: ita est intelligēdū, ut suscipies sacerdotē, mercedē sacerdotis nō habeat: & suscipies Christianū, mercedem Christiani nō habeat. Alioqui habet mercedem pp hoc solū, qa bonū opus fecit, quanuis nō fecerit propter Christū. Quoniā qui prophetā suscipit nō quasi

Exo.20. b
Deu.4.b
H
I
L
M
Inf.25.c

A prophetam, prophetæ quidē mercedē nō habet, ali
Dan.4.c quam aūt habet. Huius rei testis est Daniel, dicēs: Et nunc domine rex cōsilium meū audi, & peccata tua eleemosynis redime. Si ergo ille rex idolorū cultor, poterat eleemosynis pctā redimere: cui nō prosunt eleemosynę? Sed audi mysteriū, qd Petrus apud Clementē exposuit. Si fidelis fecerit opus bonū, & hic ei prodest liberās eū à malis, & in illo seculo ad percipiendū regnū cœleste, magis aūt ibi q̄ hic. Si aūt infidelis fecerit opus bonū, hic ei prodest opus ipsius, & hic ei reddit deus bonā pro opere suo. In illo autē seculo nihil ei prodest opus ipsius. Nec. n. collocatur inter cæteros fideles pp opus suū, & iustē, quia naturali bono motus fecit bonū, non pp deum. Ideo in corpus suū recipit mercedem operis sui, nō in anima sua. Itē si Christianus dederit ei q nō est Christi, non magnā habet mercedē, quia nec Christiano dedit,
Tob.4.c nec quasi Christiano, dicente Tobia: Effunde uinū tuū super sepulchra iustorū, & nō dederis peccatori.
Ecc.12.a Itē Sapientia: Recipe, inquit, iustū, & ne dederis ipio.
Gal.6.c Tamē quia scriptū est, Operemini bonū ad oēs, ma
B gis aūt ad domesticos fidei: qui dat infideli, modicā
Eleemosynam prębens infideliae improbo, apud deū non frustratur mercede. quidem, tamen habet mercedem: qui aūt fideli dat, duplicem habet mercedē. Primū quidem, quia creatura dei est: secundū, quia seruus dei est. Qui aūt infideli dat, unam habet mercedē, quia creatura quidē est dei, uolūtate aūt aduersus deum. Quòd si Christianus nō Christianum, sed infidelem in noie Christi suscipit, nihilominus habet statutā mercedem: qa quantum ad se non Christianum suscipit, sed quasi Christianum. *Et quicunque uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ dederit tantū in nomine discipuli, amen dico uobis, non perdet mercedem suam.* Nō peribit merces eius. Quoniam suprà dixerat, Qui recipit prophetā in nomine prophetæ, mercedē prophetę accipiet: & qui recipit iustum in noie iusti, mercedem iusti accipiet. Hic exaggerans mercedem suscipientium, supra modū amplius dicit. Hoc est qd dico, quia qui etiam uni ex minimis istis qui neq; prophetæ sunt, neq; iusti, sed tantū credentes in me, aquam frigidam porrexerit: hoc est, non dicā qui eos magnificē susceperit, sed qui uel aquam frigidā porrexerit eis, merces eius
C non peribit. Minimi aūt sunt in ecclesia, qui modicæ iustitiæ sunt, aut modicæ fidei. Et uide q̄ propriè de minimis dicat. Non dicit, Qui unum ex minimis receperit, sicut cū loqueretur de prophetis & iustis: qa minimi in populo Christiano, non opus habent susceptione. Nec. n. peregrinantur causa persecutionis, nec contenti sunt persecutionis aliquam subire molestiam, sed statim scandalizātur. Vnde & alibi dicit
Inf.24.b & Luc.e 21.d propter eos: Væ prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Proprium aūt prophetarum & iustorū uirorum, est causa persecutionis peregrinari de ciuitate in ciuitatem: illos ideo suscipi mandat, his aūt aliquid dari, ne fortè propter ipsam leuē indigentiam scandalizentur. Vnde non dixit, Qui unū ex magnis istis scandalizauerit: sed, unū de pusillis istis: quia magnus nō scādalizatur, sed pusillus. Verè iustus iudex.
Inf.12.c Qui. n. & pro uerbo ocioso constituit pœnam, iustū erat ut pro aqua frigida daret mercedem. Tantū in nomine discipuli, suprà cautè addidit, dicens: sciens quoniam si quis non propter nomen Christi dederit, non habet mercedem. Frigidam aquam dicit, ut ne calefaciendi impendat laborem. Nō quia aliquid est quod dat, ideo habet mercedem: sed ob id, quia magnus est propter quem dat. Quid enim, si aliquis D uoluit dare, & nō potuit? Nunquid iustum est, ut secundum modicum angustetur larga uoluntas? Melius est ergo, ut opus ostendatur secundum uoluntatem, q̄ larga uoluntas angustetur scdm opus. Quo ergo oēs pauperes uolentes benefacere confortat, nolentes aūt benefacere inexcusabiles reddit? Qui. n. aquæ frigidę mercedem constituit, puto quod & sine opere nudæ uoluntati reddet mercedem.

Homilia.xxvij.ex cap.xi.

N illo tempore, cùm audisset Ioannes in uinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus?

Et reliqua. Ioānes specie homo, gratia angelus: quia nihil carnis erat in eo, nisi uisio sola: corpore tenebatur in carcere, anima aūt in cœlo, Et quod Herodes illi faciebat pro pœna, ille suscipiebat pro beneficio. Et ira illius quasi dei misericordia fruebatur, quia uerum gaudium est sanctorū exire de mundo. Quemmadmodum festinantem hominem ad rem aliquā, quam desiderat, siquis nesciens consilium eius, pro malo compellat eum ire uolentem: sic puto esse, cū E impius hominē iustum uult occidere: mori cupientem. Sicut seruus postquam commisi operis impleuerit pensum, gaudet ante faciem domini sui apparere: sic & Ioannes commissæ prædicationis mysterio consummato, lætabatur ad eū transire. Et non solū de morte sua non contristabatur, sed ipsam quoque dilationem uitę suę pœnam putabat. Vis scire quod est super humanam naturā? Missus in carcerem non de suo periculo solicitus erat, sed de aliorum salute cogitabat, id est, discipulorū suorum. Ideo mittēs ad Christum, interrogabat: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? In prima quidem facie extraneū aliquid uidetur facere Ioannes. Cui enim ad baptismum suum uenienti dixerat: Ego à te debeo bapti- Supr.3.d
zari, & tu uenis ad me: quem iter innumerabiles populos uenientem, digito loquens mōstrauerat, Ecce Ioan.1.d
agnus dei, ecce q tollit peccata mundi: & quod amplius est, quem in utero constitutus priusquā nasceretur non solū cognouit, sed etiam exultatione spiritualī matrem suam fecit esse prophetam: ipse nunc quasi nesciens interrogat, Tu es qui uenturus es, an F
alium expectamus? Sed Ioannes in carcere, sciens se Luc.1.e
iam in exitu cūstitutū, uolebat discipulos suos Xpo adiūgere, tanq̄ si prouidus pater moriens, filios suos consignet fideli tutori. Desiderabat enim uiuens plenam fidem uidere discipulorum, & sine dubitatione aliqua credentes in Christo. Sicut pater moriens, si uiderit filios suos bonis moribus ornatos, & omni sapientia perfectos, quasi securus moritur, nihil de cætero timens de illis: sic & Ioannes uolebat discipulos suos perfectos uidere in Christo, ut iocundius moreretur. Magis autem non sicut pater filios suos commendabat Christo, quasi tutori, sed quasi pædagogus alienos filios, quos ad tempus accepit, ut eruditos uolebat Christo reddere, quasi proprio patri ipsorū. Ideo interrogabat per discipulos suos: nō ut ipse reaccipiēs responsum, à Christo audiret, & disceret, sed ut missi discipuli oculis suis uiderent opera eius, & crederent: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? Dum dicit, Tu es qui uenturus es, an alium expectamus: ostendit quia duo erant, qui essent uenturi, Christus & Antichristus, de quo & dominus alibi significat, dicens: Ego ueni in Ioan.5.g

G nomine patris mei, & non recepistis me, alius ueniet
Ioan.5.g in nomine suo, & illũ recipietis. Significans, qd quicunq; non receperit Christũ, expectat Antichristum uenire. Intellexit cogitationẽ Ioannis Christus, animaduertit consiliũ principis sui rex, sentit sermonẽ serui sui dominus. Quòd enim spiritus in Ioanne dictauerat, deus intellexit, dicente Apostolo: Qui scrutatur corda, scit qd desiderat spiritus. Propterea spiritualẽ hominem spiritualis facilè intelligit. Carnalis aũt non intelligit spiritualẽ, ipse tamẽ intelligitur ab
Rom.8.e
1.Cor.2.d eo: Quia spiritualis diiudicat omnia, ipse aũt à nemine diiudicatur: quia carnalis homo secũdũ carnẽ loquitur, semp secundũ carnẽ intelligit: spiritualis autẽ secundũ cor loquitur, & cogitationes intelligit. Considera deniq; quo se similant sensus eorum & uerba. Sicut enim Ioannes in prima quidẽ facie per discipulos suos interrogabat Christũ, Tu es qui uenturus es, an alium expectamus: reuera ad discipulos suos, ait: Ite, uidete, & credite: quia non est alius qui uenturus fuerat, nisi ipse. Sic & Christus in prima quidem facie Ioanni renũciabat, dicens: *Ite, dicite Ioanni, cæci*
H *uident, surdi audiunt, & beatus qui nõ fuerit scandalizatus in me.* Reuera aũt ad discipulos eius dicebat: Ecce uidete & cognoscite, quia cæci uident, surdi audiunt, & beati eritis, si non fueritis scandalizati in me. Quid est quod uidetis & auditis? Sciẽs dominus qa
Luc.7.c uenturi erant discipuli ab Ioanne, sicut Lucas dicit, in illa hora multis & bonis hospitibus digna conuiuia præparabat, ut ẽt Christo tacente, ipsa opera ei⁹ loquerentur de eo. Nã & qui curati fuerant, gratias
Mar.2.b agebant. Et quidã uerò dicebant: Nunquã sic factũ
Luc.7.c uidimus in Israel. Alij aũt dicebãt: Visitauit deus i bono plebẽ suã. Alij dicebant: Gloria deo, qui talem potestatẽ dedit hominibus. Sic ergo discipuli & oculis, & auribus pascebantur, mirabilia sanitatum uidentes, gratias agentiũ uoces audientes, aut certè mirabilia eius uidentes, & doctrinã eius audiẽtes, aut certè sanitates infirmorũ uidẽtes, & cõfessiones electorũ dæmoniũ audientes. O misericordia Christi, omnia faciebat, ut paucorũ animas lucraretur. Quia melior est apud deũ unus iustus, quã totus mũdus de peccatoribus plenus. Abeuntibus aũt illis, cœpit di-
I cere ad turbas de Ioãne. Quã bene recedẽtibus discipulis cœpit laudare Ioannẽ: non sicut quidã blandi tores homines, qui libẽter hominẽ in facie laudant, aut quãdo uident amicos eius fideles, aut domesticos eius, quos credunt quia nũciaturi sunt illi quicquid audierint. Nã insipiẽs est, q gaudet laudatus i facie: Vir aũt sapiẽs quãdo laudatur i facie, flagellatur in corde. Propter duas ergo causas hoiem i facie laudare non debes. Primũ si sapientẽ illũ putas, grauiter
Eccl.4.b suscepturus est. Et quare illi laudibus tuis molestiã facis? Si insipiẽtẽ illum existimas, extollẽdus non est. Quare insipiẽtiã eius laudibus tuis nutris? Nunquid dicimus, insipiẽs est, q in facie uult laudari? Oẽs enim hoies uolumus laudari. Et ideo bonũ faciamus, ut
Phil.4.b laudẽ cõsequamur ex eo, dicente Apostolo: Quæcũque sunt laudis: quæcunq; bonę operationis hæc sectamini, & deus pacis erit uobiscũ. Nã q uult laudari pp homines malos, uanus est: qui autem corãm domesticis eius hominẽ laudat, non est culpa laudati, sed laudantis. Ideo enim corã illis laudat eum, non ut opinionem eius bonã commendet hominibus, sed ut audiat ille, qa laudauit eũ. *Quid existis in desertum uidere?* Non tunc exierant in desertum, ad hoc ut uiderent Ioannem: nec enim erat tunc in deserto, K sed in carcere. Sed præteritũ refert, quia frequẽter exibat populus in desertum uidere Ioannẽ, cũ esset adhuc in deserto. *Calamum à uento moueri?* Calamus est uacuus, & nullã habet uirtutẽ: & ideo qualisvis uentus flauerit super eum, huc & illuc flectit illum. Sic & *Homo carnalis ut calamus ab omni tentationis uento flectitur.* homo carnalis & secularis, in quo fidei nulla est medulla, & uirtus ueritatis non inuenitur in eo, qualiscunq; tentatio uenerit super eũ, curuat eũ. Nã deus uolens ostendere Iob in quibus hominibus diabolus requiescit, introducit draconẽ in figura diaboli. Et cũ multa dixisset de eo, inter cætera ait: Secus ca-
Iob.40.c lamũ & papyrũ requiescit. Calamus.n. est uacuus, papyrus autẽ nimium leuis, & mollis. Sic ois homo carnalis, uacuus in fide, & leuis in sensu, & mollis in passionibus, calamus est & papyrus. Quoniam ustq; tunc Ioannes multis modis plura testimonia in populo dederat de Christo, sicut legimus in principio Ioannis euangelistæ: posteà aũt missis ad eũ discipu
L lis, interrogabat eũ, dicẽs: Tu es qui ẽturus es, an aliũ expectamus? forsitã apud homines tunc ibi cõstitutos mirabile uidebatur, & leuissimi hoĩs signum, ut prius quasi sciens omnibus prædicaret, modò quasi nesciens interrogaret, si ipse esset, an alius. Propterea dominus hoc introducit, & dicit ut non putent hoc ipsum leuitatis eius fuisse, & non rationis alicuius occultioris. Propterea rationẽ qdẽ eius nõ exponit, sed dignitatẽ, ut gratiã eius annunciet: qa talis & talis est Ioannes, ut ꝑdicatio quidẽ dignitatis eius suspicionẽ leuitatis tollat ab eo, rationẽ aũt transmissorum discipulorũ posteà digni & fideles intelligant, qui spiritum dei habere meruerunt, scrutantes etiã altitudinem dei. *Quid existis in desertum, uidere hominẽ mollibus uestitum?* id est, amicũ seculi, qui fruitur bonis ei⁹. Non uidistis, quia uestimentũ eius erat de pilis Cameli, & zona pellicea circa lumbos eius? Esca autem eius locustæ, & mel syluestre, ut ipso conuersationis suæ testimonio contemneret mundũ cũ bonis eius: stetit. n. in mũdo. Quòd aũt intrauit in mundũ, ideo intrauit: non ut ipse remaneret in mũdo, sed ut spoliaret mundum: Id est, natus quidem est in mundo, sed non est ingressus ad aliqua huius mundi bona.
M Quòd aũt natus in mundo, nõ ipse peccans remãsit in mũdo, sed peccatores cõuertẽs ad iustitiã liberauit de mundo. Multa enim delectamenta mundus iste ad seductionem ostendit hoibus. Sicut homo malignus, si uiderit aliquẽ orphanũ habere substantiã paternã, ducit eũ frequenter ad prandium, donat illi interdum aliquod speciosum uestimentũ, loquitur illi dulces sermones, donec tollat facultates eius: Sic & diabolus uidens hoiem habentẽ in se thesaurum cœlestem, id est, animã immortalẽ à deo creatam, sapientiam cœlestẽ in arca terrena positã: ideo ostẽdit illi aurum & argentũ, & concupiscibilia ornamẽta, ostẽdit illi uestes pretiosas, & delicioso cibos, & glorioso honores, ut per hoc subiugans eũ uoluptatibus suis, auferat salutẽ animæ eius, & corrũpat gratiam cordis ipsius. *Quid existis in desertum uidere prophetam? Amen dico uobis, & plus quàm prophetam.* Prophetæ. n. est de Christo prædicare. Nunquid prophetæ fuit, ut in utero cõstitutus, deum in utero cognoscere? Prophetæ est, pro merito conuersationis & fidei prophetiam accipere. Nunquid prophetæ fuit, ut prius fieret propheta, quàm homo, & antè gratiam acciperet? Prophetæ est, beneficium à deo

A accipere. Nunqd prophetę est beneficiũ baptismatis deo donare? Prophetæ est, uerbũ ante ꝑs significare de Xpo. Nunqd prophetæ est, facie ad faciem digito Xpm ostẽdere? Prophetæ est, ut ipse de deo prophetet. Nunqd prophetæ est, ut deus de illo prophetet,
Luc.7.d dicẽs: Ecce ego mitto angelum meũ ante faciẽ tuã? Hic est, de quo dictum est per prophetam: Ecce ego
Mala.3.a mitto angelum meum ante faciem tuam. Iam nunc incipit dicere causas pp quas amplius erat q̃ prophe ta B. Ioannes, qui talem meruit habere laudatore. Et
Ioan.1.d. Ioãnes quidem testificatus erat de Xpo, Ecce agnus dei. Sed amplius recepit à Christo q̃ præstitit. Ioãnes enim Christum glorificans, humanã illi contulit laudem: Christus autem Ioanni diuinã contulit gloriã. Nam iste illum agnum ostẽdit, ille aũt istum angelũ prędicauit. Iste minus laudauit in Christo, q̃ erat. Nã non solũ peccatum mundi abstulit, sed ẽt uitã æternam mundo donauit. Ille aũt istum supra q̃ uidebatur, erexit, ut qui homo erat, angelus diceretur. Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam. Audi nũc, & intellige dignitatem. Puto si non est audaciæ dice
B re, quòd glorioſior est Ioannes, qa homo fuit, & pp uirtutis meritum angelus est uocatus, q̃ si noĩe angelus & natura fuisset. Angelus. n. hoc ipsum qd angelus est, non tantũ est uirtutis præmium, quãtum naturæ proprietas. Iste aũt mirabilis est, q humana natura angelicam sanctitatem transgressus est, & obtinuit quod non habuit natura per gratiam dei. Ecce
Esa.7.g. oẽs prophetæ ante faciem Christi transmissi sunt, & angeli sunt uocati: sicut scriptum est, Qui accepistis legem in prœceptis angelorum, & non custodistis. Et quo de solo Ioanne quasi gratiæ singularis est indicium, Ecce mitto angelum meum ante faciem tuã? Omnes quidẽ prophetæ ante faciem Christi transmissi sunt: solus aũt Ioannes sic missus est ante faciẽ Christi, ut penè cum ipso Christo ueniret. Quãtùm præ cæteris prophetis Ioannes in tpe iuxta Christũ, tantũ iustitia præ illis proximior erat Christo. Multæ quidem stellæ ante lucẽ præcedunt nunciantes lucis aduentum, nulla tamẽ earum Luciferi nomen habere meruit, nisi una quæ cũ ipsa luce procedit: Sic oẽs prophetæ ante faciem Christi præcedunt, nunciantes aduentum eius, solus autem Ioannes præcursor
C est appellatus: quia non solũ aduentum eius annunciat, sed ipsum illum digito suo ostendit, Ecce agnus dei. Oẽs prophetę uenturũ testati sunt, ille solus iam uenisse mõstrauit. Deinde alij prophetæ missi sunt, ut aduentũ eius annunciarẽt: iste aũt ut ꝑpararet uiã ipsius. Aliud aũt est aduentum eius annũciare, aliud est uiam ꝑparare. Nunciantib. aduentum eius, ꝑdicationis sermo cõmissus est: ꝑparanti aũt uias, humanę correctionis opus iniunctum est. Sicut angelus di-
Malac.4. b. & Lu. 1.b cit de eo: Et multos filiorum Israel conuertet ad dominum suum. Ille ergo correxit, ut iste susciperet: ille mũdauit, ut iste sanctificaret: ille ꝑparauit, ut iste inhabitaret. Altera causa pp quã melior est prophetis: *Amen dico uobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista.* De quo propheta aliquando prophetũ est? Oẽs prophetæ prophetauerũt de Christo,
Luc.3.a de illis aũt non prophetatum est. Ipse aũt nõ solùm prophetauit de Christo, sed ẽt alij prophetæ prophetauerũt de ipso. Quis aliquando dictus est, Vox clamantis in deserto? Nã oẽs portitores uerbi fuerunt: iste aũt ipsa uox, quæ desertum facere poterat quasi agrum cultũ. Quantò uox proximior uerbo, non tamen uerbũ: tantò Ioannes propinquior Christo, nõ D tamẽ Christus. Quis prophetarũ cũ esset propheta, prophetam facere potuit? Helias quidem unxit Heli 3. Re.19. fæum in prophetam, non tamen prophetãdi gratiã c. illi donauit. Iste autẽ in utero matris existens, diuini Luc.1.c introitus scientiã matri donauit, & os illius in uerbo cõfessionis aperuit, ut cuius nõ uidebat pſonam, cognosceret dignitatẽ, dicẽs: Vnde hoc mihi, ut mater Luc.1.d domini mei ueniret ad me? Nam quoniã Christus in utero cõstitutus, Ioannẽ in utero cõstitutum ordinare non poterat præcursorem: etsi poterat, tamen nõ sic poterat, ut oẽs audirent: ideo fecit Mariam salutare Elisabeth, ut sermo procedẽs ex utero matris ubi habitabat domin⁹, & p aures Elisabeth ingressus descenderet ad Ioannẽ, & illic eũ ungeret in prophetã. Nam, sicut mater ipsa testatur, statim ut uox salutationis conuenit ad aures Elisabeth, statim exultans puer prophetauit: nõ uoce, sed motu. Consídera, nõ dixit, Inter natos de mulierib. sed, inter natos mulierum. Aliud est esse natũ mulieris, & aliud est esse natum de muliere. Qui mulieris natus est, in muliere q dem natus est, & initiũ de muliere habet, & ante mu E lierem nõ fuit. Qui aũt de muliere natus est, neq; in muliere natus est. Ecce. n. Christus de muliere quidẽ natus est. Quantùm aũt ad sermonẽ mulieris natus hic: & in muliere natus, qui ante mulierẽ erat. Ergo qui mulieris natus est, de muliere nascitur: nõ tamen ois qui de muliere nascitur, mulieris natus est. Ideo ergo non dixit, Inter natos de mulierib. ne & se cum illis miscereꝛ. Scriptura quidẽ nõ dicit Ioannem ma- *Ioannes cæteris sãctis æquat.* iorem esse cæteris sanctis, sed cæteros sanctos nõ eẽ maiores Ioanne. Coæquauit eũ cæteris, non præpo suit. Sed cùm tanta sit iustitiæ altitudo, ut in illa nemo possit esse perfectus, nisi solus deus: puto quòd oẽs sancti, quantũ ad subtilitatem diuini iudicij, inuicem sibi aut inferiores sunt, aut priores. Ex quo itelligimus, quoniã qui maiorẽ non se habet, oĩbus maior est. Hoc deniq; sequens sermo demõstrat, dicẽs: Qui autẽ minor est in regno cœlorum, maior est in eo. Quis autẽ est minor & maior? Christus uidelicet minor in corpore, maior in spiritu. Vide ergo qa omnibus sanctis est maior, cui solus Christus est prior, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorum, Amen. F

Homilia xxviij. ex cap. xi.

N *illo tempore, respondens Iesus, dixit: Confiteor*
t *tibi domine pater cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.* Et reliqua. Postq̃ improperauit ciuitatib. magis aũt ciuibus, quòd toties seminati sunt in doctrina, & nunq̃ germinauerũt in fide, qui uirtutes & miracula Xpi non quasi ædificamẽta spiritualia, sed quasi delectamenta carnalia susceperunt: respõdens ait, quasi ad sensum discipulorũ secundũ Lucã exponentiũ: Cõfiteor tibi domine pater cœli & terræ. Cõsiderandum est, quoniam Lucas sic introducit hũc Luc.10.d sensum. In illa hora exultauit in spiritu Iesus, & dixit: Cõfiteor tibi pater. Iste aũt sic dicit: Respõdẽs Iesus ait: Sicut ex diuersis itinerib⁹ ueniẽtes ad unã mansionẽ cõtendũt: sic & euãgelistę ex diuersis occasionib⁹ loquẽtes in unũ sensum ingrediũtur. Ille ergo sic introducit: Postquã reuersi sunt discipuli, gratias gẽtes, Luc.10.e & dicentes: Domine, in noĩe tuo ẽt dæmonia nobis obediunt. Vidẽs gratias discipulorum Christus, quo modo in cõsummatione commissi mysterij fuerint

Universidad de Deusto
Biblioteca

G fideles, qũo in gratiarũ actionib. erant deuoti, quasi congaudens discipulis suis exultauit, & dixit: Confiteor tibi pater. Iste aũt postq̃ placabiles aios Iudæorum, & duras mentes ostẽdit, quos tot miracula ad fidem flectere non potuerunt: respõdit excitatus discipulorum suorũ suasu, illorum bonas imprecationes suscipiens, ad quorum nuncium bonum respondit. Alterum, duritia cõpulsus Iudæorum. Ergo ille gratias agit, qa illuminati sunt rustici, & simplices homines, q totũ quicqd fecerint boni imputant authori. Iste aũt gratias agit, nõ solũ qa illuminati sunt paruli, sed qa excæcati sunt literati & sapientes Iudæorum, & qui oẽm gratiã dei imputant sibi. Confiteor tibi domine pater cœli & terræ, qa abscondisti hęc à sapientib. & prudẽtibus, & reuelasti ea paruulis. Quãtùm ad propositũ quidẽ Christi in hoc loco loquentis, talis est intellectus uerborũ istorũ. Postq̃ improperauit incredulis ciuitatib. occasionẽ accipiens ab incredulitate earum, iustam dispositionem dei introducit in medium, gratias agẽs dicit. Quia placuit. n. deo Iudæos quidẽ repellere, qui prius sapientib. dabantur in eloquijs dei, cũ essent insipientes. (Sapientia quidem est, nõ eloquia dei scire, sed secũdum elo
H quia dei uiuere.) Et recipere Gentes, qa paruuli erãt in scientia dei, & paruuli per ignorantiam, non p cõtumaciam. Tu aũt ad quascunq; uolueris personas, potes dilatare tractatum, quoniã & ab oibus sapientibus q secundum sensum carnis sunt sapiẽtes, & nõ secundum spiritum cordis, abscondit deus semp mysterium ueritatis, & paruulis illud reuelat, q paruuli malitia sunt. Qui sunt sapientes? Antiqui philosophi, & oratores, qui naturali sapientia literarum exercitatione exacuminati, de dei natura quærere cõtendebant, non deum inuenire desiderantes, sed altissima differere cupiẽtes, uicti sunt igenio, defecerũt sermone: in ultimo nihil se amplius inuenire potuisse confessi sunt, nisi qa deus incognoscibilis est. Et ut quid ergo tantũ laborasti, si ignorans es postq̃ requisisti, quẽadmodũ fueras anteq̃ quæreres? Sicut. n. q innauigabilem Oceanũ nauigare se usurpat, dum nõ potest eum transire, necesse est ut p eãdem uiã reuertatur, unde ingressus est: sic & illi ab ignorantia cœperunt, & in ignorantia finierunt. O homo sapiens, magis aũt insipiẽs, deus inuisibilis est, & qs eum põt uidere, nisi ipse se uideat? Serua ergo mãdata dei, sãctifica cor tuũ, ita ut inhabitet deus i te, & uideas deũ. Magis aũt nõ tu uides, sed deus q est in te, ipse uidet te. Deus incõprehensibilis est. Quis. n. põt cõprehendere eũ, nisi ipse se cõprehendat? Serua ergo mandata dei, sanctifica cor tuum, ita ut deus habitet in te, & quotidie magis ac magis inuenies deum. Nõ ergo tu deũ, sed deus inuenit te. Qui sunt paruuli? Christiani, q nihil possunt amplius æstimare de Christo, nisi quod uidẽt in eo, & nihil amplius credere possunt, nisi qđ audiũt in libris de ipso. Talis est. n. natura infantium cũ uiderint rem aliquam, animus eorũ simplex nihil potest amplius considerare de ea, q̃ quod oculi eorũ uident: & quod audierint ab aliquo, nihil amplius in sermonib. exponẽtis intelligunt, neq; possunt discutere rem auditã, sed quicqd audierint, credunt. Si bonũ, toto corde lætantur: si malũ, sine consolatione tristãtur. ⌜Sic & infideles, si audierint Xp̃m dicentẽ, Nõ sum solus, sed qui misit me pater, mecũ est: non possunt intelligere, putantes qa nõ unus est deus, pater & filius. Si. n. esset unus, nunq̃ diceret, nõ sum solus. Qui. n. unus est, & solus est: qui aũt solus non est, nec unus est. Si uidemus Christum in cruce pendentẽ, non possumus intelligere ex nobis, qa homo purus est ille, q pendet. Nam recessisse maiestatẽ dei de corpore nec uidimus, nec audiuimus. Sed forte dicis, Qũo ergo clamabat in cruce, Deus meus, deus meus, quare me dereliquisti: si nõ esset corpus derelictum? Et nõ audisti qũo ad latronem dicebat, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso? Homo purus q se derelictũ dolebat, sicut tu dicis, qũo ad paradisum ducatum p̃stabat? Clamat ergo filius ad patrem, ut se ex infirmitate corporis pati probaret hominib. non ut corpus à diuinitate derelictum ostenderet. Item qui sunt sapientes, à quibus mysterium Christi abscõditum est? Sacerdotes, Scribæ, & Pharisæi, qui cõgregati in templo dicebant: Quousq̃ animam nostram tollis? Dic nobis palã, si tu es Xp̃s. Quibus respondit: Et dixi uobis, & nõ creditis. Opa q̃ ego facio i noie patris mei, ipsa testificãtur de me. Et tulerunt lapides, ut lapidarent eum, dicẽtes: Propter bonũ opus nõ lapidam⁹ te, sed pp blasphemiã: quia tu cũ sis homo, facis teipsum deũ. Qui sunt paruuli, qbus est reuelatus? Quos dominus interrogat, L
dicens: Vos aũt quem me esse dicitis? Respondentes dixerũt: Tu es Christus fili⁹ dei uiui. Si ergo quod Iudæi quotidie meditantes legẽ dei inuenire nõ potuerunt piscatores & rustici inuenerũt, quotidie tractantes retia in manib. suis: (Ita pater, quoniã sic fuit placitum ante te. Nõ dicit qua ratione sic ei placuit, sed tantũ gratias agit patri, qa sic ei placuit.) Ita & tu nũquã discutias cõsilia dei in operib. eius quid fecit, aut qua ratione sic fecit: sed qũocunq; sic uoluit rẽ suam ordinare, gratias agẽs sufficiat tibi ad testimonium ipsa dei natura: quia deus sine ratione, & sine iustitia nihil facit. Non. n. ad discutionẽ suam, sed ad honorẽ suum creauit te. Nec iudicẽ te esse uoluit actuũ suorum, sed seruum præceptorum suorũ. Boni. n. domini est oia prouidere, quæ ad utilitatem pertinent serui. Boni aũt serui est, fideliter operari, & nõ discutere domini sui actus. *Omnia mihi tradita sunt à patre meo.* A quo illi tradita sunt, si unus est pater & filius? Aut quare habere nõ poterat, nisi tradita illi fuissent, si p oia patri suo erat æqualis? Nã significatio traditionis, tam unitatis rationẽ, q̃ equalitatis excludit. Nam M
nec q accipit, unus est cum dante: nec qui traditum acceperit, æqualis est ei q tradidit. Tradita sunt ei secundum quod minoratus est paulominus ab angelis. Nam secũdũ illud quod nõ rapinã arbitratus est, esse se æqualẽ deo, cũ eo deus unus & æqualis est, q tradidit oia. *Omnia mihi tradita sunt, cœlestia, terrestria, & infernalia.* Cœlestia quidẽ, ut iam nunq̃ sint rebellantia: nec dicat aliqs eorũ, Ponam sedẽ meam in nube, & ero similis altissimo. Terrestria, ut relinquẽtes idola & peccata credant in me, & obaudiãt meis mandatis. Infernalia, ut uocentur ad uitã, ut in noie meo omne genu flectatur, cœlestiũ, terrestriũ, & ifernorũ. Cœlestia, ut sint in adiutorio terrestrib. Terrestria aũt, ut fiant imitatores cœlestiũ. Infernalia, ut iam non expugnatione hoium proficiant, sed ad probationẽ sanctorũ. Et uide, nõ dixit, oẽs hoies mihi traditi sunt: ut tantũmodo de hoibus crediturus, sed ẽt & de rebus omnibus, quæ ad gloriam eius fuerant conuertẽdæ, cũ essent aduersæ, diabolo subuertente: Vtputa oia ei tradita sunt, cœlum & terra, sol, luna, stellæ, aer & ignis, aquæ, flumina, ifernus &

⌜hæc in quodam exemplari desunt Ioan. 8. d

A mors, ut iam nemo hæc oia deos esse, aut ingenita esse, suggerente diabolo arbitretur, sed oẽs Christi esse opa, sancto spiritu docente, cognoscant & fateantur. Non ergo tradita sunt, ut modo Xp̃i secundum naturam fiant, q̃ semper eius fuerãt, sed ut modo ei⁹ esse credantur, & modo ad eius gloriã conuertãtur: sicut & homini semp extitit deus, sed usq; tũc cognitus non erat. Nunc aũt traditi sunt ei absolutè, ut cognoscãt eum suum factorem deũ, sicut scriptum est: Sicut dedisti mihi potestatẽ omnis carnis, ut omne
Ioã.17.a. quod dedisti mihi, dem eis uitã æternam. Hęc est autem uita æterna, ut cognoscant te unũ & uerũ deũ, & quem misisti Iesum Xp̃m. Mihi tradita est uita & mors, ut nec uita ad peccatũ sit hominũ, nec mors, ad pœnam: sed ut qui uiuũt lucrũ iustitię bene uiuẽtes faciãt, & q mortui fuerint, melius uiuãt, mecum regnantes in cœlo. Mihi traditæ sunt diuitię, & pauptas. Vsq; nũc. n. paupertas blasphemare cogebat, furtum cõmittere suadebat. Diuitiæ autẽ inflabant, nocendi uirtutem præstabant. Nunc autẽ mihi traditæ sunt, ut pauptas, dum magnanimiter sustinetur, ad gloriã dei proficiat: & diuitię dũ misericorditer dispẽ
B santur, ad gloriã dei proficiant: mihi traditi sunt serui & reges, ut nec seruiẽ i suo seruitio erubescãt, sed in me domino gloriẽtur: & reges nõ in sua potẽtia extollantur, sed mihi genua curuent. Et *nemo nouit filiũ, nisi pater: neq; patrem quis nouit, nisi filius: et cui uoluerit filius reuelare.* Ita intelligẽdũ est, nemo ex se potest cognoscere quenquã illorũ, nisi patrẽ filius reuelauerit, & filium pater. Nã de patris quidẽ persona Christus ipse dixit, quia nemo scit patrẽ, nisi filius reuelauerit. De filij aũt persona ideo non dixit, nisi pater reuela-
Luc.10.d uerit, qa iam superius dixerat: Cõfiteor tibi pater, qa abscondisti hæc à sapiẽtibus & prudẽtibus, & reuelasti ea paruulis. ⌞Hæc eadem quæ dispẽsata sunt in aduentu meo de me. Nam & ad Petrum cõfitentem se
Iusr.16.c dixit: Non caro & sanguis reuelauit tibi, sed pater
Esa.49.c meus. Et Esaias dixit: Ego dominus sanct⁹ uester, q ostẽdi Israel regẽ uestrũ. Aut certè ita, secũdũ plenitudinem patris: Patrẽ nemo cognoscit, nisi filius. Et secũdum plenitudinẽ filii: Filium nemo cognoscit, nisi pater: quia incomprehensibilẽ naturam comprehendere non potest cõprehensibilis creatura. Quoniã etsi de patre filius reuelet, aut de filio pater, tamẽ re-
C uelat nõ quantũ sunt, sed quãtũ ille cui reuelatur potest capere. Aut certè sic datur intelligi ex his q̃ pe-
Luc.14.a dunt, quoniã dicit: Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Et ex his q̃ sequũtur, quoniam dicit: Venite ad me oẽs qui laboratis, & onerati estis. Puto quòd secũdum hoc nemo cognoscit filiũ, secũdum quod ei
Phili.2.b oia tradita sunt, ut omne genu i noie eius flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorũ: & ois lingua cõfiteatur, qa dominus Iesus Christus est in gloria dei patris. Quæ oia futura erant, tunc adhuc nemo sciebat. Et secundum hoc nemo cognoscit patrem, eo
Ro.16.d. quòd statuit in filio suo omnibus dare salutẽ. Vnde Apostolus dicebat: Mysterij tẽporibus ęternis taciti, manifestati autẽ nunc, &c. *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis.* Qui sunt qui laborãt? Qui legis iustitiam operãtur. Et qui sunt q onerati sunt? Ipsi Iudæi, quibus post idololatriã uitiuli talia legis mãdata
Act.15.b. imposuit Moses, in qbus nunquam se explicarẽt. De qbus & Petrus ait: Quid tẽtatis deũ, & uultis imponere iugũ sup ceruices discipulorũ, quod neque nos, neq; patres nostri potuimus portare? Sed per gratiã domini nostri Iesu Xp̃i credim⁹ nos saluos fieri. Ideo D
sic dicit: Qui laboratis, id est, q cõtẽditis iusti esse, & non potestis: quia præceptũ legis dum expleri nõ potest, semper conscientiã facit obnoxiam. Et apud Iudęos qdẽ erat lex leuis & iusta, id est, decalogus, quẽ ante idololatriam acceperũt, sed sine gratia inueniebatur grauis. Sine gratiæ enim auxilio oĩs iustitia hominibus grauis est. Quia lex pręceptũ est nudũ, gratia autẽ uirtus est dei. Lex in libro cõscribitur, gratia autẽ in corde plantatur. Ideo lex insufferibile põdus est, gratia aũt delectatio cordis est, dicente domino per Salomonem: Transite ad me oẽs qui cõcupiscitis me, ⌞spiritus meus sup mel dulcis. Ergo lex nõ so-
Eccl.24.c lùm ideo grauis est, qa grauia p̃cipit obseruationis mandata: sed & quia præcipit fieri, & faciẽdi non p̃stat auxiliũ. Nec ideo solùm gratia leuis est, qa leuia ponit mãdata: sed quod fieri p̃cepit, & ipsa in nobis faciendi operatur uirtutem. Ecce. n. lex præcipit: Di-
Leu.19.d liges amicum tuũ, & odio habebis inimicũ tuũ: gratia autẽ iubet, Diligite inimicos uestros: Nonne gra-
Supr.5.g. uius est gratiæ mãdatũ, quam legis? Et tamẽ facilius est nobis per gratiã hęc impossibilia adimplere, quã Iudæis per legem illa possibilia: quia in gratia dei to- E
tum possumus, sine gratia aũt nihil, dicente Apostolo: Oia possum in eo qui me cõfortat. Adhuc autẽ Phili.4.c dico: Et si impleuerit quis omnẽ iustitiam legis, uiuit Gala.3.b. quidem in ea, non tamẽ iustificatus est. Vnde adolescenti dominus sic respõdit, dicẽs: Hæc fac, & uiues. Luc.10.c Nõ dixit, & iustus eris, quoniã lex abstinentiam mãdat malorũ, utputa, nõ occides, &c. Nõ iustitię opus iniũgit, sicut gratia, ut nõ irascaris sine causa, nec cõcupiscas. Qui autẽ abstinet se à malis, innocens qdẽ est: iustus autẽ nõ est, nisi & iustitię opus impleuerit. Non qdẽ morietur, tamẽ nec gloriam habebit. Pro- Phili.3.b
pterea dicebat Apostolus: Qui erat filius Abrahæ, q
Gal.2.c. cõuersatus fuerat i lege sine rephẽsione. Nos, inquit, Iudæi, & nõ de gẽtibus peccatores, scientes qa in lege nemo iustificatur, credimus Iesum Xp̃m, ut ex fide Christi iustificemur. Oĩs autem qui contendit iustitiam facere, & nõ iustificatur, laborat in opere, qa fructu laboris sui non fruitur: qui aũt & contendit, & iustificatur, nõ laborat, sed delectatur in ope suo, qa operis sui fruitur fructu. Deinde quis nescit, quia
Exo.20.c minor est iustitia legis, quã gratiæ? Vtputa non occides, non adulterabis: hoc facili⁹ est, quã nõ irasci, aut F
non concupiscere. Ab hoc. n. multi se abstinent, etiã qui non timent deum. Ab ira aũt uel concupiscẽtia uix ẽt spirituales uiri: tamẽ difficilior & onerosior inuenitur lex, quia opera quærit, non uoluntatẽ. Iustitia autẽ gratiæ licẽt maior sit, tamen facilior iuuenitur, quia uoluntatẽ nõ opera quęrit: Vtputa siqs nõ iratus, sed pp disciplinam palmam alicui dederit, & euentu occiderit, sicut fieri solet, quantũ ad gratiam innocens est, quia uoluntatẽ, nõ opus requirit: quãtum aũt ad legem reus est, qa opera quærit. Item si in pśecutione prostituta fuerit uirgo, i lege quasi nõ uirgo iam repellitur, quia opus aspicit, nõ uolũtatẽ. In gratia autẽ quasi uirgo suscipitur, quia nõ opera quærit, sed uolũtatẽ. Vides qa iniusta est lex, & onerosa? Ideo hoies de sub pondere Iudaicæ legis horta tur Christus exire, & ad delectabilem gratiam perue nire, dicẽs: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiã uos.* id est, repausabo. Et uide qũo dicit, quia laboratis. Quis est qui laborat? Qui festinat adimplere iustitiam, & nõ prævalet: Qui autem

G non uult facere iustitiã,ille non laborat sub pondere legis: Vtputa, si ante te uideris aliquẽ ponderis fascẽ, si quidẽ contendisti eum tollere super te, & non potes,laboras: si autẽ nec tẽtas, nullum sentis laborem de pondere. Ergo nõ illos uocabat Christus ad se,q oĩno non concupiscebãt facere iustitiam, sed qui festinabant,& q laborabant,& prævalere nõ poterãt. Adhuc ẽt sermonibus istis, etiam Christianos peccatorum pondere prægrauatos, ad requiẽ pœnitentiæ uocat. Putas qd peccatores istius mũdi nõ laborãt? Verè.n.maiores labores & solicitudines habẽt, quã
Psal.13.b. serui dei,dicẽte propheta: Contritio & infelicitas in uiis eorum,& uiã pacis non cognouerunt. Itẽ ex persona peccatorũ pœnitentiam agentium, dicit Salo-
Supr.5.a. mon: Ergo errauimus à uia ueritatis,& lumẽ iustitiæ nõ luxit nobis, & sol nõ ortus est nobis: lassati sum⁹ in iniquitatis uia & pditionis, ambulauimus solitudines desertas, difficiles autẽ uias domini ignorauim⁹. Quid nobis profuit supbia nostra, aut qd diuitiarũ iactatio cõtulit nobis? Transierunt oĩa illa tãquam umbra. Ergo laborant multũ,& conteruntur in sęculo, sed laborem non sentiunt: Spiritus.n. qui seducit
H eos, ipse delectat in malo. Sicut.n. qui suscipiunt iugum Christi, Xps eos delectat in spiritu, ne fatigentur in bonis operibus: sic & q iugum suscipiũt diabo li, diabolus eos delectat & decipit, ne discedãt à malo impij usq; ad mortẽ suã. Ideo dicit Christus. *Iugũ enim meum suaue est,& onus meũ leue*. Nã etsi corpore non grauantur peccatores, nec laborant, aĩæ tamen
Psal.37.a eorũ grauatæ sunt, & laborãt. Dicente propheta de onere peccatorũ: Quoniam iniquitates meę supposuerũt caput meũ, sicut onus graue grauatę sunt super me. Et iterũ Zacharias iniquitatem sup talentũ plũbi sedere cõscribit. *Tollite iugum meum super uos,& discite à me, quia mitis sum,& humilis corde*. O gratissimũ
Zach.5.c pondus, quod magis confortat portãtes. Nã põdus terrestrium dominorũ atterit paulatim ministrantiũ uires: Põdus autẽ Xpi magis adiuuat baiulãtem, quia nõ nos portamus gratiã, sed gratia nos. Nec nos ad auxiliũ gratię dati sumus, sed gratia magis ad nostrũ. *Iugum enim meum suaue est,& onus meũ leue*. Suscipite iugũ meũ: & à me discite: id est, ex ipso iugo meo, qa suaue est, & ex ipso onere meo, qa leue est, experimẽ tũ accipite, qa mitis sum, & humilis corde. Cõsequẽter & propheta dicit de Christo: Gustate & uidete,
1 Psal.33.b quoniã suauis est dominus. Inexpertis.n. grauis est iustitia Christi, expertis autẽ suauis est. Ergo lex immitis fuit, qa quicquid mandauit, in ira suã mãdauit post idolũ fabricatũ, non ut saluet, sed ut puniat eos secundum duritiã cordis eorum. Christus autem mitis est, quoniã quicquid mandat, propter misericordiam suã mãdat, non ut puniat, sed ut saluet. Itẽ lex
Leu.16.d Ibidẽ.12. & se superba est. Vetat.n. omnem hominem accedere ad sancta, ꝓter pontificem. Item mulieribus mẽstruatis, uel uirũ in fluxu seminis, uetat intrare in templum. Luscum, uel leprosum, uel aliquo mẽbro debilẽ, uetat sacerdotio fungi. Vides quo superba est lex? Christus autem humilis, qui nihil aliquid quærit, nisi fidẽ integram, & conscientiam mundam. *Et inuenietis*, inquit, *requiem animabus uestris*. Nõ dixit, iuenietis reqẽ, & tacuit: sed addidit, aĩabus uestris: quoniã mandata Xpi in hoc seculo animarũ requies sunt, non corporum: quoniã etsi laborant, & tristãtur in corpore, animæ eorũ requiescunt, & gaudent in spiritu, & in
Ioã.16.g. spe. Ideo alibi dicit: Hæc autẽ locutus sum uobis, ut in me pacem habeatis, in hoc autem mundo tribulationes. K

Homilia.xxix.ex cap.xij.

Vnc oblatus est Iesu dæmoniũ habẽs, cæcus et mũtus &c. Tunc, qd est? quãdo egressus est de synagoga, in mysterio contẽplit synagogã Iudęorũ, tũc oblatus est ei in uno homine totus mũdus, cæcus & mutus, q neq; uidebat, neq; loq̃batur: id est, q neq; cognoscebat factorẽ suũ, neq; gratias illi agebat, ut qd uisibiliter in uno hoĩe agebatur, hoc inuisibiliter fieri intelligeretur in oĩbus. Nam uerè nisi Iudæam dominus reliquisset, adhuc omnes gẽtes in potestate diabolicæci & muti manerẽt. Legimus in scripturis, & derelictã Iudæam, & non derelictam. Derelictam qdẽ, sicut Esaias dicit: Et derelinquetur filia Sion, sicut umbraculũ in uinea. Non derelictam autẽ, sicut Dauid dicit: Quia nõ repellet dominꝰ plebem suam, & hæreditatẽ suam non derelinquet. Hãc q̃stionẽ soluit nobis Apostolus, dicens: Non excidit uerbũ dei. Non oẽs qui sunt ex Israel, hi sunt Israelitæ: neq; qui sunt semen Abrahæ, oẽs filij, sed in Isaac uocabitur tibi semen. Ergo nõ qui filij carnis, hi filii dei: sed q filii promissionis, æstimantur semen. Vides L
ergo quia illa Iudæa derelicta est, q̃ secundum carnẽ erat Iudęa: q̃ autem secundũ spiritum fuit Iudęa, nõ solũ derelicta non est, sed magis electa est. Nã sicut in hoĩe duplex est homo: est enim homo exterior carnalis & corrumpendus, & est homo spiritualis in corruptibilis. Et sicut in lege duplex est circũcisio, à foris qdẽ carnalis, & rescindẽda: ab intus autẽ & spiritualis, & adimplenda. Vtputa hoc recisum est in lege, qd erat à foris membrũ: illud aũt quod fuit ab intus, ut circũcideretur cor, nõ est recisum. Sic & in Iudęa, duplex est Iudęa. Et à foris qdẽ Iudęa uidetur, q ex carne Abrahę nati sunt. Ergo popul⁹ in populo erat dausus. Ideo & dominus ingressus synagogã, id est, quasi in populũ, saluauit uirũ spiritualis populi Iudaici figurã habentem. Et ingressus in populũ, ut de medio populi populũ liberaret, id est, de synagoga. Populus.n. Ille spiritualis manũ habebat aridã, id est, boni hoies, qui erant inter Iudæos, aridas manus habebãt sub lege cõtractas, quia opa iustitiæ facere nõ poterãt. Quia ex operibus legis nemo iustifi Rom.3.c.
catur. Vtputa amicũ diligere secundum legem, & ei benefacere, nõ est hoc benefacere, sed malè nõ face M
re. Non enim oĩno malè non facere, iustitiam facere est. Itaq; sanauit manus iustorũ Christus p gratiam, ut non solũ amicos, sed etiam inimicos ament, bene oibus facientes. Vides qa laxata est manus eorum, quasi accipiẽs gratiæ neruos? Ideo aũt priꝰ arida manus sanata est, postea illuminatus cæcus, qa per opa iustitiæ uenitur ad perfectã cognitionem dei. Nisi.n. quis secundum deum cœperit ambulare, uel cõuersari, nunquam potest deũ perfectẽ cognoscere. Bona.n. conuersatio ad cognoscendũ deum aperit oculos mentis. Per uerbum.n. quasi modicus gustus dei datur hominibus, per conuersationem aũt bonã uenitur ad perfectam fidem. Vnde scriptũ est: Beati mũ Matt.5.d
do corde, quoniã ipsi deum uidebũt. Et ne aliqs putet, qa sufficiat homini fideli cognoscere deũ, sed necessarium est & confiteri deũ, ideo cæcum & mutũ sanauit: oculos ad cognoscendũ deũ, os ad confitẽdum deũ. Qui ergo cognoscit, & non confitetur: ille etsi oculos mẽtis habeat curatos, tamẽ adhuc mut⁹ est. Qui ergo uidens nõ uidet deũ, id est, cognoscẽs non co-

A nõ cognoscit deum, cæcus est, qa nõ facit præcepta dei. Et q loquens nõ loquitur deum, mutus est, qa loquens nõ loquitur dei laudẽ, aut gratiã: sed si quidẽ ea q̃ diabolus iusserit, ille etsi loquatur & uideat, quantùm autem ad deum mutus & cæcus est. Non.n. ille uidet deum qui scit deũ, sed qui timet & diligit deũ. Qui autem timet & non diligit, nomen dei cognoscit, nõ potestatem. Et qui orat & psallit, & non facit quæ laudat, ille corpore loquitur, animo autẽ tacet, *Stupebant autem turbæ, dicentes: Nunquid hic est filius Dauid?* Quàm propriè dixit, stupebant: qa ipsum nõ dum sciebant. Nemo.n. potest uerè iudicare de opere aliquo, nisi personam operantis cognouerit quis est: Vtputa si magnũ opus facit discipulus alicui⁹ artificis, miramur, qa discipulus alicuius cõstitutus tale opus potuit cõsummare. Si autẽ fecerit illud ipse magister, nõ satis miramur. Quod.n. magnũ est, ut exercitatissimus magister faciat opus magnũ? Ita & deus qualecũq; opus fecerit, minus est q̃ potestas ipsius. Ideo faciens filius dei miraculũ, non stupore debuit excitare, sed fidẽ. Vis scire qa eum nõ cognouerunt, ideo stupebant, audi qd dicunt: Nunqd hic est filius
B Dauid? Si.n. cognouissent eum, nunq̃ dicerẽt, Hic est filius Dauid: sed dicerẽt, Hic est filius dei. *Pharisæi autem audientes, dixerũt: Hic nõ eiicit dæmonia, nisi in Beelzebub principe dæmoniorum*. Videamus: Dixerunt hoc Pharisæi, aut cogitauerunt? Causa aũt quæstionis ex eo est, quoniam hic quidẽ dicit: Pharisæi autem audientes, dixerunt. In sequenti aũt dicitur ita, Sciens Iesus cogitationes eorum: & nõ dixit, audiẽs dicta eorum. Quid ergo est? forsitan qdã dixerũt, sed ex mala cogitatione dixerunt. Frequenter.n. dicunt hoies de aliquo, quod nõ est uerum, non autem dicunt ex mala cogitatione, ut derogẽt ei, sed dicũt nescientes rei ueritatẽ. Hi aũt Pharisæi ex mala cogitatione dixerũt falsum de Xpo, nõ ignorantes rei ueritatẽ, sed ut derogatoriis sermonib. istis populũ à fide Xpi auerterent. Videbant.n. turbam stupentẽ, ac dicentẽ: Nõ ne hic est filius Dauid? Quæ uerba appropinquantiũ erant ad fidẽ. Ideo Pharisæi excitati in zelo, ne uiso miraculo eius crederent in eum, dixerunt: Quid stupore nimio mouemini ô uiri, qd supflua dicitis uerba, putãtes ne filius sit Dauid? Nos manifestè cognoscimus, quoniam hic nõ eiicit dæmonia, nisi in Beelzebub principe dæmoniorũ. Quoniã ergo ita dixerunt, nõ ignorãtes rei ueritatẽ: sciebant. n. quòd spũs
C satanæ nõ hmõi miraculũ operatur: sed ex mala cogitatione, & ex inuido proposito, ut auerterent populum à fide Christi. Ideo dicitur, *Sciens autem Iesus cogitationes eorum, dixit eis*. Aut certè sicut simpliciter sermo demonstrat, hæc Pharisæi nõ dixerunt, sed cogitauerũt. Mala aũt eorum cũ essent abscondita, qd nocere poterant gloriæ Christi? nihil. Qui.n. malum cogitat, se pdit, alterũ nõ grauat. Sed uide misericordiam Christi. Si illi hoc apertè dixissent, & iste è contra respondisset: diceremus forsitan, qa ideo contra uerba illorũ respõdit, ut cõfunderet malitiam eorũ. Nũc autem manifestum est, qa ideo respondit, nõ ut confunderet malitiam eorum, sed ut sanaret uulneratã conscientiã ipsorũ, ut uidẽtes cogitationes suas in uerbis eius, uel sic intelligãt qa nõ est homo q corda cognoscit. Tanquã si ita dicat ad eos: Puta qa dæmoniacũ potuit sanare Beelzebub, nunqd põt Beelzebub occulta cordis aspicere? *Omne regnum aduersum se diuisum, desolabitur*. Aliud est impossibile, aliud falsum. Impossibile est, quod fieri nõ põt: falsum au- D
tem, qd fieri quidẽ pòt, factũ aũt nõ est. Quod ergo Iudæi aduersus Xpm dicebant, possibile quidẽ erat, uerum autem non erat. Quo non erat uerum? Quia Xps quidem in Beelzebub nõ eiecerat dæmonia: fieri autẽ poterat, ut in spiritu diaboli dæmones expellerentur. Nunquid Pharisæi hoies docti in malo, hoc aduersus dominũ blasphemassent, nisi cognouissent fieri posse? Nam falsum qdem dicere, hoium est mali gnorum: qa falsa res si bene cõtinuata fuerit, uera & credibilis æstimatur. Rem aũt impossibilem dicere, insensatorum hominum est, nõ malorũ: quia qd im possibile est, defensione nõ idiget, qa impossibilitas rei seipsam defendit. Quòd dęmones diximus à Beelzebub posse expelli, quantũ ad primã faciẽ diximus posse, secundũ qd multi seductores uidẽtur expellere: re uera aũt impossibile est, ut in Beelzebub dęmones expellantur: qa expellens dæmonẽ, non pp odiũ ipsius dęmonis, neq; pp salutem hoĩs ipsius eiicit eũ, sed ut uidentes perdat deceptos, quicũq; crediderint ei uel ministris eius, quòd possit eiicere dæmones. Nam eiiciens eum, non eiicit eũ, sed concludit cum eo, ut inter præcipientẽ dæmonem, & alterum obe- E
dientem seducãtur uidentes. Ideo & dominus sciẽs, quia in schemate eiiciuntur, non in ueritate: non ad schema, sed ad ipsam ueritatem respondit, dicens: *Omne regnum in seipsum diuisum, desolabitur*, id est, sicut nõ potest fieri, ut qs se psequatur: sic nõ est possibile, ut diabolus diabolũ eiiciat. Regnum diaboli est omne malum, regnum aũt dei omne bonum. Ergo diabol⁹ rex mali: si bonũ faciat, ipse destruet regnũ suum, quia aduersus se agit. Sicut.n. malũ aduersus bonũ cotrariũ est & nociuũ, sic bonũ aduersus malum contrariũ est & nociuum. Eiiciẽs itaq; diabolus diabolũ delusoriè, nõ bonũ facit, sed malum, id est, non aduersus se agit, sed pro se: qa nõ eiiciendorum dæmonũ gratia eiicit dæmones, sed seducendorum hoium causa. Nã expedit & ipsis dæmonib. obaudire sibi inuicẽ in schemate, & exire de corpore. Melius est.n. ei exire de corpore, & aĩam occupare: unum dimittere, & plurimos possidere. Quia si nõ exierit de corpore, corpus hoĩs tãtummodo possidet, aĩa aũt uexati hoĩs innocẽs uadit ad deũ. Si aũt de corpore exierit, quãtos hoies seducere potuerit, tantorũ animas perdit. Deinde dic mihi, si soli serui dei possunt F
dæmonia eiicere, an ẽt ministri diaboli? Et si dixeris, soli serui dei, quantũ ad rem quidem uerũ dicis: quãtùm aũt ad speciem & illi eiiciunt, sicut testatur dominus in euangelio. Nam cùm dixisset, Attendite uo Sup.7.c.
bis à falsis prophetis: postmodũ addidit, Multi dicẽt mihi in illa die, Domine, nos in noie tuo dæmonia eiecimus, & uirtutes multas fecimus. Tũc iurabo illis, qa nescio q estis. Si ergo serui dei tantũmodo eiecerunt dæmonia, iustè seducebaris, ut quemcũq; uideris dæmonia expellentẽ, existimes eũ sanctũ: nunc aũt cũ legas & ministros diaboli eadẽ facientes, qua ratione seduceris, ut quẽcũq; uideris dęmonia expellẽtẽ, existimes eũ sanctũ? Nã eiicere dęmones cõmune est opus inter ministros dei, & ministros diaboli: ueritatẽ autẽ confiteri, & iustitiã facere, priuatũ opus est tantũmodo sanctorũ. Ideo quẽ uideris dæmonia eiicientem, si nõ est confessio ueritatis in ore eius, nec iustitia in manibus eius, non est homo dei. Si autem uideris ueritatẽ cõfitentẽ, & iustitiam facientem, etsi dæmonia non eiicit, homo dei est. Ecce si tu & uici-

Universidad de Deusto Biblioteca

G nus tuus habeatis simile signum unusquisq; in equo suo, & perierūt ambo, & inuentus fuerit unus ex eis, nūqd curris, & dicis: Me⁹ est equus, qa hoc signū habet? Dicit.n. tibi uicinus, Et meus equus hoc signum habuit. Quid ergo? Necesse habes aliud signū priuatū ostēdere, qđ uicinus tuus nō habet in suo. Si ergo in cognoscēdis animalib. sic sapis, quo in cognoscendis seruis dei sic nō intelligis? Sed p illud signū uis cognoscere seruos dei, qđ habēt & serui diaboli, cū magis deberes aspicere, quod habēt soli serui dei. Sed dicis: Vt quid talē potestatem deus diabolo dedit ad seductionē humanā? Si.n. ille seductionis potestatē nō accepisset, tu probationis mercedem habere nō poteras. Nisi.n. infideles relicti fuerint, non eliguntur fideles. Nisi aliquorū facta fuerit refutatio, aliorū nō pōt fieri electio. Omnis.n. seductio nō pōt esse seductio, nisi habuerit boni colorem, per quod uideatur bonum esse quod malum est: & tunc nō tantū speciē primā rerum bonarū aspicias, sed causam rerū cōsideres. Omne.n. malū uoluit deus posse latere sub colore boni, & omne bonū uoluit esse sub caligine obscuritatis, ut tu nec bonū sine labore iuenias, nec
N malū sine labore euites: negligens aūt nec bonū inueniat, nec malum euadat. Oīa deus posuit in labore, ut in omni re mercedē prēparet, sicut ait Salomō:
Eccle.3.b Quoniā deus distensionē magnā dedit hoibus, ut di
Iob 7.a stendantur in ea. Et Iob: Omnis uita nostra tētatio est. Aliud testimoniū dat, quia nō in Beelzebub eiicit dæmonia. *Si ergo, inquit, ego in Beelzebub eiicio dæmonia, filii uestri in quo eiciunt?* Filios eorum Apostolos dicit, q erant ex illis, quos superius misit ad prædicādum, dans illis potestatē spirituum immūdorum, ut
Sup.10.a eiicerēt eos. Qui credentes, dixerunt: Domine, in nomine tuo ēt dæmonia nobis subiecta sunt. Id est, interrogate filios uestros, in quo eiiciunt dæmonia. Si illi in noīe meo eiiciunt dæmonia, dicētes, In noīe Iesu Christi p̄cipio tibi exire ab illo: uerū est, quia non ego in Beelzebub eiicio dæmonia. Nā quia qui talis est homo, ut in Beelzebub eiiciat dæmonia, nomen eius nō pōt sic honorificatum esse, sic terribile, ut in noīe eius ēt ab aliis dæmonia expellantur. *Ideo ipsi in*
Inf.19.d. *dices uestri erunt.* Quando? Cū sederint super duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Israel. Tūc
I sine dubio dicetis in iudicio meo: Ideo tibi nō credimus dæmonia expellenti, qa putauimus te in Beelzebub eiicere dæmonia. Respondebūt cōtra uos filij uestri', & dicent: Si considerassetis nos, qa in illius noīe dæmonia expellebamus: & itelligere poteratis, quia ille non habuit spiritū Beelzebub, in cuius noīe tanta erat uirtutis potestas. *Si autem in spiritu dei eiicio dæmonia, appropinquabit in uos regnum dei.* Regnum dei, seipsum dicit. Sed ideo quasi de altera re dicebat, qa infidelib. loquebatur, ne fortè & alteram occasionē iactantiæ inuenientes in Xpo, quem nō cognoscebant, additamentum facerēt blasphemiæ. Hoc ergo uidetur dicere: Si ego in spiritu dei eiicio dæmonia, regnum dei appropinquat in uobis: si aūt in spiritu Beelzebub eiicio dæmonia, regnū Beelzebub appropinquat in uobis. Corrige sermonem, & manifestius declarabitur mysterium uerbi dei. Id est, si regnū dei appropinquat, in spiritu sancto eiiciuntur dæmonia, & uirtutes multæ fiūt: quādo aūt appropinquat regnū Antichristi, in spiritu diaboli eiiciūtur dæmonia, & uirtutes multæ fiūt. Illud ergo qđ dixit Xps: Si ego in spiritu dei eiicio dæmonia: appropinquat i uos regnū dei, ad cōsolationē illorū hoīum pertinet, q tūc K
fuerūt. Hoc aūt quid significat, quòd iactādo regnū Antichristi appropinquāt? in spiritu Antichristi eiiciūtur dæmonia. Ad nostram admonitionē pertinet, ut sciamus qa sicut in aduentu Xpi ante illū prophetæ, & cum illo apostoli in spiritu sancto faciebant uirtutes: sic & in aduentu Antichristi pseudochristiani, & ante illū, & cū illo in spiritu maligno faciēt uirtutes. Qualis.n. res mota fuerit, talis odor procedit. Accenso.n. thymiamate, suauis flagratio exiit: cōmoto autem stercore, putredo grauis prodit. Ante lucē aurora exiit, ante noctem obscuritas. Quidā aūt hoc sub alio itellectu iterpretātur. Id est, si ego, inquit, in spiritu dei eiicio dæmonia, sicut & est uerū, uos aūt dicitis me in spiritu Beelzebub eiicere dæmonia, rei estis iudicii. Propter qđ appropinquat in uos regnū dei iustum, ut secundum blasphemias uestras iudicemini. *Quomodo potest quis intrare in domum eius, qui fortis est, & uasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem?* Hucusq; ostēdit quō itelligeretur, si uellent: qa nō in spiritu Beelzebub, sed in spiritu dei dæmonia expelle
L bat. Primū, qa satanas satanā nō expellit, ne ipse sibi aduersarius sit, destruens propriū regnū: sed dei spūs est, qui dæmones expellit. Deinde, si ego in Beelzebub eiicio dæmonia, filii uestri in quo eiiciūt? Id est, nunqd non in me, aut in meo noīe? Si.n. filij uestri in noīe meo expellunt: multò magis possum ego in nomine meo expellere. Et qđ habet opus in spiritu Beelzebub, nūc dat rationē quare dæmones expellātur, ut expulsis eis oēs credant in Christum, id est, quia alligatus est à me malitiæ princeps. Nec.n. pōt quis fortis uasa diripere, nisi prius alligauerit fortē. Qūo.n. poterant hoīes ad libertatem itellectus sui uenire, & ad deum conuerti, nisi prius alligatus fuisset, q mentes hoīum errorib. occupatas tenebat? Ex hoc intelligimus, qa quos eiiciebat dæmones uisibiliter, inuisibiliter alligabat. Qūo, aut ubi, nec hōis est posse exponere, nec intelligere. Sed nō tantos uisibiliter eiiciebat, quantos inuisibiliter alligabat. Eiiciebat.n. paucos, alligabat aūt oēs, ut per paucos eiectos uisibiliter ostēderet: quia sic oēs spiritus inuisibiliter de sensibus hominum credentium expellebat, & quasi de magna multi'udine eiectorum dęmonū, modicam probationem ostendebat in paucis. Et cum multos eiiciebat dæmones, qūo unum alligare se promittit? M
Sed dicit principē oīum, de cuius uirtute oēs dæmones ualēt, id est, potestatē habent. Nam sicut satana dominante oēs dæmones erant fortes: sic eo alligato, oēs sunt impediti. Nam oēs de illius ueneno malitiæ uirtutem accipiunt, & sunt unum in eo. Fortē autem dicit aduersarium nostrum, quātū ad nostram infirmitatem, nō quantùm ad suam uirtutem. Deinde fortē dicit, nō ut nos terreat, sed ut magis nos faciat esse solicitos: nec.n. hostem debēt timere fortē, qui habēt principem fortiorem: sed ut uigilemus & laboremus, ut ne in fiducia principis fortioris contēnamus aduersarium fortem. Nam si cōtendimus cōtra eum, manifestum est, qa fortiores illo sumus: si aūt negligimus, ille fortior iuenitur. Nam quāuis sit infirmus, tamen fortior est hoīe negligenti. Fortē.n. diabolum nostra negligentia facit, non illius potentia. Vide deinde qūo sapiēter, postquā dixit fortem, postea ostendit ligatum, ut si te audita fortitudo terruerit, ligatio eius nuntiata confortet. Iam quali opprobrio dignus est, magis autē tormēto, q aduersa-

A rium suū ligātum nō uincit? Vis scire quia ligatus est aduersarius tuus? Cōsidera naturā carnis & spiritus, & intelliges. Qūo poteras homo carnalis spiritū uincere, nisi eū dominus alligasset? Alligauit eū, ut nos eum conculcemus: illū humiliauit propter malitiam eius, nos autē exaltauit super eum propter misericordiam suā: ut & ille uictus amplius cōfundatur, quia spiritus constitutus, à carnalibus conculcatus est: & nos uincentes eum amplius glorificemur, quā uicto res: quia carnales cōstituti, spiritū uincimus. Ergo labor eius & fortitudo ligatus est, nostra aūt tātùmodo sine labore uictoria. Qui.n. solutū ligare potuit, nunqd non poterat soluto eo uasa eiⁿ diripere? Poterat quidē, sed nō per iustitiam, sed per potestatē. Si enim per uocationē solā uellet uasa eius diripere, solutus diabolus iterū reduceret ad se. Item si per potēB tiam diriperet, diceret aduersus Christū diabolus: Si quidē ad uirtutem, tu fortior es quàm ego: si aūt ad amorē, ego amabilior quā tu. Si ergo uis illos tollere, potes: si aūt dimittis eos i suo arbitrio, potius me sequūtur quàm te. Nam diabolus quidē facere iustitiā non acquiescit, obiicere aūt scit. Quales sunt omnes, in quibus diabolus est. In seruis.n. dei etiam leues arguūt culpas, i se aūt nec crimina recognoscūt. Propterea ipsum quidē ligauit, uasa autem eius & diripuit, & dimisit ea in domo eius. Diripuit qđē, ex eo quòd traxit ea ad notitiā ueritatis: dimisit aūt ea in mundo, qa sub seductione mūdi istius esse nos uoluit. Tanquā si ita dicat ad diabolū: Ecce alligo te, ut appareant hoīes, q secuti fuerint te sua uoluntate, & qui coactē. Qui enim te diligunt, ēt ligatum te non dimittent: qui autem te dereliquerint ligatū, manifestū est: quia nō sua uoluntate fuerūt apud te, sed coactē. Ergo nō interficio te, neq; expello de mūdo, ne fortè in uolūtate non habeant quē sequantur, sed alligo te, ne nolentibus uiolētiā facias. Ergo manifestū est, quòd q modò diabolū seqtur, nō cogitur à diabolo: ligatus est.n. sed ipse diligit diabolum. Si enim solutus esset diabolus, nullus homo ei resistere poterat, aut pauci, sicut nec anteà restiterunt, nisi pauci electi. Nūc aūt cū uideas quosdā qdē hoīes sequētes eum, quosdā autē recedētes ab eo, intelligere debes, qa non est uirtus cogētis diabeli, sed uolūtas sequēC tium hominū. Si autem dicis, qa fortis est diabolus, & non p̄ualeo contra eū: stat aduersum te scriptura hæc, dicit qa mētiris, quoniā ligatus est aduersarius tuus. Ligatus est.n. Malum quidem cōsilium suadere potest, cogere aūt nō potest. Quæ est domus illius? Mūdus iste. Et uasa illius? peccatores & infideles, habitātes i eo. Audiēs ergo mūdū domū esse diaboli, fuge mundū, ne diutius habitās in domo diaboli, iterū fias seruus ipsius. Sicut.n. in domo dei malum non est, ita in domo diaboli nō inuenitur bonū. Nā sicut deus in domo sua nō uult uidere malū, sustinere aūt uidetur pro tempore malum: nō quia delectatur in malo, sed ut cōuertat eū ad bonum: sic & diabolus i domo sua nō uult uidere bonū, sustinere uerò uidetur bonū: nō quia delectatur in bono, sed ut suadeat eū in malum. Et deus quidē per suā beneuolentiam uocat malū ad bonum, ut non necessitate, sed uoluntate corrigatur ad bonū. Diabolus aūt per suam uiolentiam persequitur bonū, ut etsi nō uolūtate, uel ex necessitate cogatur ad malū. Fuge autē mūdū, cōuersatiōe, nō corpore. Nā & ipse mūdus nō natura diaboli est, sed corruptione. Nec ab initio fecit hūc mundū diabolus, sed deus: postea corruptio D
ne factus est diaboli. Ergo mundus qdē ipse, dei est: *Mundus*
corruptio aūt mūdi, diaboli est. Si ergo de mala cō- *dei, &*
uersatiōe recesseris, etsi corpore sis in mūdo, recessis- *mundus*
se uideris de mūdo diaboli, & esse in dei mūdo. Nūc *diaboli.*
quòd uiuimus, in dei mūdo uiuimus: quòd aūt peccamus, i diaboli mūdo peccamus. Fuge ergo de mūdo, id est, de uoluptatibus mūdi, ne fortè diutius uiuēs i possessiōe operū eius, fias propriⁿ seruus ipsius. Sicut igenuⁿ homo, si diutius i possessiōe uel domo potentis alicuius & uiolēti fuerit cōmoratus, per possessionē lōgi temporis usu capit eum in seruitute: sic & homo si diutius fuerit in possessiōe diaboli, usu lōgi tēporis uendicat sibi dominium super eum, ita ut nemo possit à dominatiōe diaboli liberare, nisi sola potentia dei. *Qui non est mecum, aduersum me est.* Diaboli uoluntas q̄ est? rerum malarum. Mea autē quæ est? rerum bonarū. Vide ergo, qa cùm non sim cum diabolo, aduersus diabolum sum. Sicut.n. bonū nō est cū malo, sed semper aduersus malum: sic nō sunt secū, sed aduersus se, qbus & uoluntas contraria est, & opus. Ille p̄dicat fornicationē, ego castitatem. Et ideo repellit ille castos, & cōgregat lasciuos: ego au- E
tem repello lasciuos, & cōgrego castos: ille docet discordiam, ego pacem: ille seditionarios cōgregat, & turbatos, ego autē unanimes, & māsuetos. Vide ergo qa nō cōgrego cū illo, sed dispergo. Minus dicit, ut amplius significet. Si.n. qui mecum nō est, aduersum me est: quātò magis q aduersum me est, mecū non est? Mecum nō est, qa non facit ea quę ego. Aduersum me est, qa contraria facit: Vtputa, ædificо, si quis non adiuuat, etsi non destruat, mecum nō est, sed aduersus me: qa cū possit adiuuare, nō adiuuat. Si hæc specialiter destruit, quantò magis aduersum me ē? Sic & diabolo mala uolēte uel faciēte, & si bona non p̄dicarem, non eram cum illo, quia non prę dico mala quæ uult ille. Cùm aūt è contrario bona prædicem, quantò magis non sum cum illo, sed aduersus illū? Audiant regulam Christiani, q putāt hæreticos Christianos esse, qa sic credunt quo nos: tamen quia non sunt nobiscum, aduersus nos sunt. Et quia non congregant nobiscū, spargūt. Si ergo quia non sunt nobiscū, aduersum nos sunt, & quia nō cōgregant nobiscū, spargere uidentur: quātò magis q & uoluntate, & uerbis, & actibus cōtra nos sunt, nō F
sunt nobiscū? Et qui manifestè spargunt, non uidentur congregare nobiscum.

Homilia. xxx. ex cap. xij.

N illo tēpore, accesserunt ad Iesum Scribæ et Phai risæi, dicētes: Magister, uolumus à te signū uidere. Et reliqua. Curato dęmoniaco, qdā adstantium Iudæorū blasphemauerunt eum, dicētes: Hic nō eiicit dæmonia, nisi i Beelzebub principe dæmoniorum. Alii autē tentantes eum, dixerūt: Magi- *Sup.12.b.*
ster, uolumus à te signū uidere de cœlo. Diuersę quidem species, peruersitas autem omniū una. Nam sicut opa filij dei diabolo applicare, blasphemare est filiū dei, uel spiritū sanctū: sic signum diuinitatis eius petere à filio dei, iniuriam est facere filio dei: quoniā nihil est aliud signū diuinitatis eius petere ab eo, nisi non credere uerbis eius, quasi falsa dicentis de se, nisi signorum ostenderit probamenta. Quoniam autē curato dęmoniaco, Iudæi dei uirtutē ad diaboli potentiā porrexerūt, & non ædificati miraculo, sed destructi inuidia, pro gloria blasphemiā obtulerunt

G dominо, dicẽtes: Hic nõ eiicit dæmonia, nisi in Beelzebub. Dixit eis dominus: Omne peccatũ remittitur,
Sup.12.c. spiritus aũt blasphemia nõ remittitur. Quod audiẽtes quidam Iudæi, non quidẽ timentes, sed timere se fingentes, neq; ueritatẽ de Christo quærẽtes, sed malitiam suã sub colore ignorantiæ abscõdere cupientes, interrogauerũt eũ: Magister, uolumus à te signũ uidere, id est, quia blasphemia irremediabile peccatũ est: sed etsi blasphemamus, ideo blaspemam⁹, qa te filiũ dei ignoramus. Ideo opera tua diabolo applicamus, quia spiritũ sanctum in te esse nescimus. Si ergo tu es fili⁹ dei, ostẽde nobis signũ, & adorabimus te, & iam non blasphemabimus. Vt autẽ scias, qđ uolumus à te discere ueritatem, ecce ẽt magistrum te appellamus. O malitia, quõ sapere nescit? Dum uolunt malitiam suã abscondere, magis eam manifestant. Nam cùm multa signa uidissent, tãquã si nullum uidissent, ita signum petebant. Verè. n. nullũ uiderunt, quia corporali aspectu uiderũt, nõ spirituali affectu. Nã mẽs sine oculis uidet aliquãdo, oculi autem sine mente nunquã uiderunt. Similis est natura infidelitatis terræ arenosæ, q̃ quanuis pluuiam susceperit, ta
H mẽ qa nullos in se tenet humores, semp adhuc aret. Talis est cõditio febriũ. Quãtumuis biberint febrices tãtes, calore totũ consumãte qđ biberint, semper adhuc sitiunt. Sic & maligni hoies, quicquid boni uiderint, aut audierint, infidelitate totum consumante quod uident, aut audiũt: semp uacui sunt, tanquã q nihil uiderint, aut audierint. Ecce siquis exponat tibi res quas nõ libẽter audis, si tota die audieris, nihil eorum retines q̃ audisti. Aut ambulans in uia, si mens tua aliquo cogitatu fuerit occupata, quantis oẽs uideas trãseuntes, tamẽ neminẽ uides. Sic & Iudæi frequẽter signa uidẽtes, adhuc signũ petebant, qa hoc uidebant, quod uidere nolebãt. Nã sicut semper discere, signũ est nihil posse proficere: sic signũ semper petere, testimoniũ est nunquam uelle credere. *Iesus autem respondens ait illis: Generatio mala & adultera si-*
Esa.1.c. *gnum quærit.* Esaias dicit: O quõ facta est meretrix ciuitas fidelis Sion. Anima aũt hominis fidelis, sponsa est Christi: q̃ autẽ infidelis est, meretrix est. In Osee
Ose.2.d. dicit: Sponsabo te in fide, & cognosces deum. Itẽ, Fili in quibus non est fides in illis, ipsi in zelũ compu-
I lerunt me in non deũ, & ego in zelũ expellam eos in non gentem. Sicut meretrix uxor uirum suum se fingit amare, uerè autẽ amat adulterũ, & in facie istius quidẽ est, in corde autem alterius. Sic & Iudæi uidebantur esse dei cultores, erãt autẽ diaboli amatores. Ideo malã & adulteram generationẽ eos appellat. Mala quidem erat, propter opa eorũ mala; adultera autẽ, quia relicto uiro q est uerus deus, idolis subdebantur. Signũ uultis uidere? Vbi eratis quãdo dẽmo-
Sup.8. et nes caſtigati à me, nõ flagello, sed uerbo, clamabãt:
Luc.8.d. Quid nobis & tibi Iesu Nazarene, uenisti ante tẽpus torquere nos? Scimus te, qa es fili⁹ dei. Dẽmones uirtutem meã sẽnserent, & uos quomodo signũ operũ meorũ non aspexistis? Vbi eratis, quando cæci secus
Infr.20. uiam sedentes clamabãt: Iesu fili Dauid, miserere no-
d.& Lu. bis, ut uideamus? Tu es uirga florẽs de radice Iesse,
18.f. & flos de radice eius ascẽdẽs, & sup te requiescent se-
Esa.11.a. ptẽ spiritus dei. Septem spiritus Beelzebub adorãt, & fugiunt à te. Cæci me nõ uidẽtes uiderunt, & uos uidentes me, nõ uidistis? Percurre si uis & cætera mirabilia eius. *Et signum nõ dabitur ei, nisi signum Ionæ pro-*
Ionæ 2.a. *phetæ.* Quod est signũ Ionæ? Scandalum crucis. Vt nõ diſcuſſores ratiõis saluẽtur, sed creditores doctri- K
næ. Quia crux Xpi discutiẽtibus quidem rationem, scandalum est, credẽtibus aũt salus: cuius expositio-
1.Cor.1.d nis testis est Paulus: Nos aũt prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidẽ scandalum, Gentibus autẽ stultitiã, ipsis uerò uocatis Iudæis atq; Græcis, Xpm dei uirtutẽ & dei sapientiam. Quare Iudæi signa petunt, Greci sapiẽtiã quẽrunt? Placuit enim deo signũ scandali crucis, tã Iudæis, quàm Græcis gentibus prędicari, ut qui non per fidẽ, sed per sapientiam Xpm inuenire uolũt, incidentes in scandalũ stultitiæ pereãt. Et qui per demonstrationem signorũ filiũ dei cognoscere uolunt, non per fidẽ, incidentes in scãdalum mortis eius, in sua incredulitate pmaneãt. Nihil mirum, si Iudæi considerantes mortẽ Christi, homi-
M nem illũ putauerunt, quando & Christiani, ut sibi uidentur, & non sunt, propter eius mortẽ, unigenitam maiestatem crucifixã timent confiteri. Quos interrogamus, ubi est scandalũ crucis in Christo? Quis nos scãdalizat, si purus homo mortu⁹ p̃dicetur? Sic ergo infideles ẽtelligẽdo pereũt, si deus fuit, nõ potuit mori, si aũt potuit mori, nõ fuit deus. Fideles aũt sic ẽtelligẽdo saluãtur, qa Xps nõ incidit in mortẽ propter L
infirmitatẽ naturæ, quasi homo: sed ipse traxit in se mortẽ pp potentiã, quasi deus: ut non absorbeatur à morte, sed ut ipse absorberet mortẽ. Ergo nõ Christum mortuũ i morte credimus, sed mortẽ mortuã
2.Tim.1.a in Christo, sicut scriptũ est, quia destruxit qdẽ mortem, illuminauit autẽ uitã. Nam sicut propter mortẽ homo uisus est, sic propter destructionẽ mortis deus apparuit. Ergo infideles mortẽ Christi considerantes, scandalizantur, imortalitatis beneficium perdunt: fideles autẽ resurrectionem eius intelligentes, damnationẽ mortis effugiunt. *Sicut fuit Ionas triduò* Iona.2.a
in uẽtre ceti, sic erit filius hominis in corde terræ. Vt p mysteriũ similitudinis huius, & per Christum Ionas propheta fuisse cõsideraretur, & per Ionã Christus dei filius esse demonstraretur. Quid est quod dico? Nisi Christus uenisset in mũdũ, & ea quę dicta à prophetis fuerant, adimplesset, non erat certũ de illis quia uere prophetæ sunt. Nã & illi qui futura dicere æstimantur, nõ statim diuinatores putãtur, sed tũc, quãdo ea quæ dicta sunt, fuerint cõsummata. Itaq; Christus post prophetas quidẽ natus est, sed antè ille pro-
M phetis beneficiũ præstitit, & postea ille ab illis accepit. Ideo autem Xps illos factis prophetas ostendit, quoniam illi istũ in uerbis filium dei ostẽdunt. Nam in Syrach libro aduentum Xpi sic deprecatur: Domi-
Eccl.36.c ne, in noie tuo prophetæ prophetauerũt. Da mercedem seruis tuis, ut prophetæ tui fideles inueniantur. Nisi. n. iste illos prophetas demonstrasset, Christum credere non poterant. Quo enim potest de alio testimonium dare, priusquam ipse idoneus demonstraretur? *Viri Niniuitæ surgent in iudicio.* Quia illi prophetam receperunt, isti Christũ dominum illorum prophetarum repulerunt. Illi neq; lege instructi, neque à prophetis, neq; ab Apostolis admoniti, ad dominũ cõuersi sunt, cognoscẽtes peccatũ suum. isti tot præceptis eruditi legis & prophetarũ, à domino recesserunt. Illi qui semp fuerunt populus diaboli, intra dies tres facti sunt populus dei: isti qui semp uidebantur populus dei, intra dies tres, crucifixo Xpo facti sunt populus satanæ. Et illi quidẽ personam ignorãtes, & rem incredibilẽ audientes, & conuersionis suæ signa & uirtutes quærere debuerunt ab eo, qbus & pſona

idonea

A idonea prędicantis, & prędicationis indubitabilis ueritas mostraretur. sed nihil horũ audiẽtes, nihil uidẽtes, sola fide saluati sunt: isti aũt tot signa facientem
Ionæ.3.b testificantia cœlestẽ naturã uiderunt, & non solùm à prædicatione eius recesserũt, sed in mortẽ illius cõuersi sunt. Illi cũ luctu & lamentatione nimia pniam agentes, peccatorũ suorum indulgentiã acceperunt: isti autẽ nec sine pœnitentia oblatam sibi remissionem peccatorũ accipere uolũerunt, quia sine pœnitentia sunt donationes, & uocatio Christi. *Regina Austri surget in iudicio, & condemnabit generationẽ hãc.* Quæ cũ esset gentilis & mulier, tantã longitudinem itineris conficere pp infirmitatẽ sexus nõ est impedita. Cõcupiscentia. n. sapientiæ, infirmitati dabat uirtutẽ. Isti aũt uiri & sacerdotes, quorũ propriũ esse deberat amare sapiẽtiã, ante oculos suos & in medio gremio sapientiam positã contempserunt. Illa ad hominẽ cucurrit, isti à deo recesserunt. Illa ut semel nuda uerba audiret, isti quotidie diuinitatis opera ipsa
B uidentes blasphemabãt. Illa famam tantũmodo de Salomone audiens concupiuit, isti aũt ueritatem de Christo uidentes abierunt. Illa munera multa obtulit, ut audiret eum: isti autẽ nec præmia regni cœlorũ accipere uolunt, ut credant. Quid esset illa factura, si audisset mortuos resurgere, cæcos uidere? Quo cu
„ curriset, si ẽt claudos currere uidisset? Non dixit illa,
„ cui commendo gubernationẽ regaliũ necesitatum,
„ ne fortè dum uado, & redeo tanto spatio, aliqua cõ
„ tra imperiũ meũ aduersa nascantur. Nam paupertas
„ semper secura est, summa autẽ potestas sine timore
„ periculi nunq̃ est. Isti nec hoc cogitauerunt, quia dixe
Ioan.9.f runt: Nescimus quidẽ unde sit ille Iesus, tamen facta illius bona sunt, & uerba illius iusta. Etsi natura eius ex hominibus, tamẽ prædicatio eius ex deo est. Etsi non illum timemus quasi filium dei, saltẽ diligamus illum ut hominem bonũ. Etsi nõ est dignus ut adoretur, tamen non est meritus ut interficiatur. Siue Niniuitæ, siue regina Austri exurgentes in iudicio, quõ condemnabũt generationẽ Iudæorũ incredulorũ? Nõ ipsi iudicãtes eos, sed ex comprobatione sua uincũt eos. Et talia dicentes aduersus eos, qualia diximus suprà: quis fidelior est q̃ Ionas, sapientior quàm
C Salomõ? Non solũ tunc inter homines docebat, sed ẽt nunc in ecclesia quotidie docet per sanctos euangelistas & apostolos suos. Hæc uerba non solũ tũc ad Iudæos dixit, sed etiam nunc ad omnes Christianos inobedientes similiter dicit: Quo uiri Niniuitæ exurgent in iudicio cum inobidientibus Christianis & condemnabunt eos? Quoniam illi pniam egerũt prædicante Iona, isti à peccatis propriis nõ recedũt
Sup.3.a domino illis quotidie prædicãte: Agite pœnitentiã, appropinquabit regnũ cœlorũ. Regina Austri surget in iudicio cum Christianis istis, & cõdemnabit eos, quia ab ultimis partibus terræ uenit audire sapientiam Salomonis: & isti de domibus suis uel plateis, in quibus sedent nihil agẽtes, nolunt uenire, & audire sapientiã Christi in scripturis. Et quid dico de domibus suis nolunt uenire? multi. n. & de ecclesia ipsa in qua loquitur Christus, exeũt, & solũ relinquũt docentẽ. *Cum aũt immundus spiritus exierit ab homine, per ambulat loca arida, quærens requiẽ, & non inuenit.* Exit aũt spiritus immundus ab homine, cũ per fidem baptizatus in noie Christi desierit esse diaboli, & fact⁹ fuerit dei. Eiectus autẽ spiritus ille, perãbulabat homines aridos, qui nondũ pluuiã euangelicæ doctri-

Tomus secundus.

næ susceperunt in se, aut aquã baptismatis accipere D
meruerunt, & propterea aut sunt gentiles, aut catechumeni, scdm rationẽ quã diximus aridi. Per eos. n. immũdi spiritus uagantur, & plurimã dominationẽ habent in eis. Quanuis. n. Gentilis susceptо fidei uerbo, liberari tame ab immũdo spiritu non potest, nisi fuerit baptizatus in noie Christi. Vnde exorcizamus catechumenos, qui sunt baptizandi. Nõ aũt inuenit requiẽ sibi, quoniã necesse est, ut Gẽtili uenien-
te ad fidẽ, & catechumeno ad baptismũ, cũ aridi esse desierint, iam ab ipsis immundus ipse spiritus expellatur. Nec mihi dicas, quia nec omnis catechumenus ad baptismũ, alioquin nec ad oẽm baptizatum & liberatũ à spiritu immũdo reuertitur spiritus immũdus, nisi qui uacuus fuerit à spiritu sancto. Nec apud Gentilẽ catechumenũ iuenit requiẽ sibi, qa ad fidẽ uel baptismũ uenit. Cogitans ergo spiritus ille, & dicẽs. *Reuertar in domũ meã priorem.* Et si inuenerit Gẽtilẽ catechumenũ uacuũ à spiritu sancto, sine dubio prævalebit reuerti in eũ. Reuertens aũt quoniã inuenit scopis, id est, uerbis fidei & ueritatis, ab infi-
delitate & ignorantia mundatum: cum uidet eũ præ E
ceptis euagelicis adornatũ, quasi animosior factus assumit secũ alios septẽ spiritus nequiores se: dicens, septẽ, aut plures dicit, aut omnes spiritus uitiorũ. Sicut. n. ex parte dei, quanuis plures sint spiritus uirtutũ, tamẽ septẽ dicuntur, quia ex illis septem omnes spiritus uirtutum procedũt: quos spiritus enumerat Esaias, & Salomõ signat, dicens: Sapientia ædificauit sibi domũ, & subdidit columnas septem. Sic ex Prou.9.a
parte diaboli quamuis multi sint spiritus uitiorũ, tamẽ septẽ dicũtur, quoniã ex illis principalibus uitiis, uitia uniuersa nascuntur. *Et erunt nouissima hominis illius peiora prioribus.* De hoc. n. ipso, uel ipsarum rerũ experimẽta nos docẽt: quo Christianus si mal⁹ euaserit, peior fit quàm si fuisset gentilis. Hæc parabola melius iutelligitur de Iudæis & Gentilibus: ex eo. n. quod finita parabola, uel exẽplo, sequitur dicens: Sic erit generationi huic pessimæ: compellitur ad populũ Iudæorum referre parabolam, ut intellectus loci non uagus aut instabilis in diuerso flexu, atq; contra dictionibus aliquorũ turbetur, sed firmus & stabilis uel ad priora, uel ad posteriora respondeat. Verè. n. F
immũdus spiritus à Iudæis exiuit, quoniã facta est portio domini populus ipsius Iacob, funiculus hæreditatis eius Israel: uel quoniã acceperũt legẽ. Expulsus autẽ à Iudęis, ambulauit per aridas gẽtes, sed requiẽ sibi nõ potuit inuenire in eis: quoniã scdm propositũ uocationis dei erat, ut oẽs gẽtes uenirent ad fidẽ. Nõ inueniẽs aũt requiẽ in Gentibus, dixit: *Reuertar in domũ meã unde exiui.* Habeo Iudæos, quos antè dimiserã. Et ueniẽs inuenit uacuã, quoniam iam dominus nõ erat i eis, sed nec spiritus, secũdũ quod dictũ fuerat de eis: Ecce relinquetur uobis domus ue Luc.13.g.
stra deserta. Videns aũt eos diabolus mundatos uer-
bis scientiæ dei ab ignorantia quasi quibusdã spiritualibus scopis, ornatos aũt obseruationibus legis: propterea assumens secum septẽ spiritus nequiores se, scdm quod supra tradidimus, habitauit in eis. Et facta sunt posteriora populi illius peiora prioribus. Nã si prius, etsi cultores dei non erant, tamẽ nec interfectores erant: & prius quãuis peccabant in eũ, tamẽ populus dicebatur dei: postea aũt, sicut testatur Ioannes, synagoga facti sunt satanę. Accedentes aũt Apo.2.c
possumus ædificationis gratia etiam ad hæreticos

Cc

G transferre sermonẽ. Immundus enim spiritus, qui in eis antè habitauerat quando Gentiles erant, eiectus est quando facti sunt Christiani, qui perambulans Gentiles cęteros, & non inueniens apud eos requiẽ, credentibus uidelicet secundum tempora etiã exipsis in Christo, reuersus est in eos, quos possederat antè. Inueniens autem eos uacuos à spiritu sancto, uacuos à timore dei, & operibus bonis, (quoniam spiritus quidem immundus exierat ab eis propter nomen Christi, spiritus autem sanctus non superuenerat eis, propter malum propositum cordis eorũ, & opera mala,) inueniens eos mũdatos scopis, qualibus diximus suprà, & ornatos institutionibus apostolicis: assumpsit secum alios septem spiritus nequiores, & inhabitauit in eis, & facta sunt nouissima hæreticorũ peiora prioribus. Hæreticos gentibus esse peiores dubitat nemo. Primũ, qa gẽtiles per ignorantiã Christũ blasphemãt, hæretici aũt sciẽtes Christi, laniant ueritatẽ. Deinde quia in illis uel spes fidei est, in istis aũt incessabilis pugna & discordia. *Adhuc eo loquente, ecce mater & fratres eius &c.* Videns diabo
H lus quia persuadebat populis Christus, esse se filium
Luc.11.d dei, dicens: Et ecce plus q̃ Ionas hic, & plus quã Salomon hic: timuit enim ne si dei filius cognoscatur ille qui putabatur homo, ipse derelinquatur ab omnibus. Ad conuincendos sermones eius, subintroduxit parentes eius carnales, ut per illorũ contẽplationẽ, diuinitatis eius obscuraret naturam. Ideoq; uenit aliquis quasi diaboli aduocatus, q humano ore uerba diabolica loqueretur, dicens: *Ecce mater tua, & fratres tui foris stant uolentes loqui tecum.* ac si dicat: Quid gloriaris Iesu de cœlo dicens descendisse, qui radices habes in terra? Ecce mater tua, & fratres tui. Nõ põt esse filius dei, quẽ hoies genuerunt. Nõ potes illũ abscondere, quẽ natura conuincit. Tũc Iesus quasi hominẽ quidẽ aspiciebat, tamen uerè diabolus loquebatur. *Et quis est mater mea, & fratres mei?* Nescio pa-
Fotini hæresis. rentes in mũdo, qui antè mundi constitutionẽ mundũ creaui. Nescio principium ex carne, sicut Fotinus existimabat, qui iam in principio erã apud deũ. Nã quòd hominẽ me uidetis, uestimentũ meum est, nõ natura. *Et extendit, cautè, manus suas super apostolos, di-*
I *xit: Ecce mater mea, & fratres mei.* Non spernens generationẽ carnalẽ, neque erubescẽs humanã susceptionẽ, tale dedit responsum: sed uolens ostendere quia præponenda est cognatio spiritualis carnali. Nã carnalis cognatio, non uolentibus nobis, neque scientibus contingit. Non enim unusquisq; uestrum consuetus est cogitare quorũ erit filius, aut quorum cognatus. Spirituale aũt cognationem ex proposito unusquisque per fidem sibi acquirit. Volũtaria. n. est obauditio, per quã quicũque uoluerit uoluntatẽ patris facere, efficitur filius dei, & frater Christi. Vnde sapienter superinduxit: *Quicunq; fecerit uoluntatem patris mei, ille mater mea & frater est.* In qua cognatione spirituali nihilominus est hæc Maria, quæ non pcoitũ carnis, sed per gratiã fidei credendo facta est mater Christi. Deinde matrẽ & fratres Christi, facientes uoluntatẽ dei intelligimus, non synagogam, quę secundũ corpus peperit Christũ, cęterosq; Iudæos: sed illam synagogam intelligimus matrẽ, quę saluata est credens in Christum, non crucifigens eũ. Similiter est intelligendum & de fratribus, qui secundũ spiritum erant Iudæi, non secundũ corpus, qui Christi erant facientes uoluntatem.

Homilia. xxxi. ex capitè xiij. K

Cce exiit qui seminat, seminare: & dũ seminat, Deest ti-
é *quædam ceciderunt secus uiam, & uenerunt uo-* tium de-
lucres, & comederunt ea, &c. Sicut gaudet me cimiterio
dicus, quando ad eũ ægrotãtiũ multitudo prosequi Capitu.
tur. Sicut lętatur rex, quãdo eũ magni exercitus manus armata circũdat: sic exultat sacerdos, quãdo eũ audiẽtiũ populus magnus auscultat. Et ideo ascẽdit in nauem, ut audiret eũ populus, & uideret, & uisus delectaret auditũ, & auditus uisum. Et docebat in parabolis, dicens: Exiit seminator seminare: non de loco ad locũ transmutans, sed uoluntate. Nec. n. uenit ubi non erat, nec relinquit unde egressus est quia deus ubiq; est, pter ubi esse noluerit. Aut certè ideo exiuit, quia ibi est deus, ubi iustitia eius colitur: ubi aũt iustitia eius non est, nec ipse est ibi. Et qui intra iustitiã suã sunt, intus sunt: qui aũt extra iustitiam eius sunt, foris habẽtur. Propterea quandiu fuit in cœlis ubi oẽs sunt iusti, intus erat: ueniens aũt in mũdum
L qui totus extra iustitiã erat dei, foras exiuit, ut ipsum faceret intus. Quoniã ergo oẽs gentes, dei iustitiam contemnentes, degebãt sub potestate diaboli: ideo exiuit, ut plantaret iustitiã i mũdo, ubi nõ erat prius pp peccata ipsorũ. Exiit q seminat, seminare. Nõ sufficit ei dicere, Seminare exiuit: sed addidit, Exiit q seminat, seminare: ut ostẽderet, qa nõ erat nouus seminator, nec modò ad hoc opus primũ accesserat: sed hoc semp habuit in natura, ut semp seminaret. Ipse enim à principio generis humani totius scientię semina ipsa seminauit in natura. Ipse est q p Mosen semina pceptorũ legis seminauit in populo. Ipse est q loquens in prophetis, nõ solũ presentiũ seminauit correctiones, sed ẽt notitiã futurorũ. Ipse exiuit, ut in corpore cõstitutus, & p seipsum diuiniora seminaret pcepta. *Et quædã ceciderunt secus uiam.* Quæ est uia: Mũdus iste per quẽ omnes transeunt, qui nascuntur. Via enim, & peregrinatio, & transitus est oĩbus, qui & à deo exierunt, & ad deũ festinant. Vnde & propheta *Psal.38.b* dicebat: Quoniã incola sum apud te in terra, & peregrinus sicut patres mei. Sicut ergo uiator in uia nihil solicitus est, nisi qd necessariũ habet ad usum: ita & homo in hoc trãsitu mũdi nihil debet esse solicitus, nisi quod opus habet ad usum. Qui aũt suam spem M
ponit in mundo, & delectatur in eo, est similis homini desperato, qui nõ habet neque patriã, neq; domũ, neq; familiã, ad quã festinet: sed i quocũq; loco inuẽtus fuerit, ipse locus domus eius est. Quę est ergo terra secus uiam? Homo secundum istum mundum uiuens, qui omnia ea sapit quæ mundi sunt, & nihil qd dei est: sed hoc solũ diebus ac noctibus cogitat, hoc concupiscit, quod pertinet ad bene manducandũ & bibendũ, & spurcitiã corporis exercedã. Ex his enim omnia mala nascuntur. Propter cibum enim & potum auaritiæ fiunt, furta, uiolentiæ, periuria: ex auaritia aũt inuidiæ & contentiones: ex inuidia aũt maliloquia & detractiones, inimicitiæ & impostura: ex inimicitiis manifesta ira, rixæ, cædes, homicidia, iudicia: ex libidine aũt fornicationes, adulteria, masculorũ cõcubitus, fœminarũ inuasiones. Talibus si loqui uolueris de spiritualibus rebus, nõ intelligũt uerbũ, nec sentiũt uerbi dulcedinẽ. Nec. n. est possibile, ut inter tantas amaritudines uitiorũ sentiatur dulcedo sermonũ. Sicut q̃ i magno uase aceri modicã guttã mellis immisceat, ẽt mel perdit, & acerbitas aceti nõ mutatur: Sic hoi in hac malorũ multitudine cõ-

A stituto, si collocutus fueris iustitiæ uerbũ, & uerbũ perdis, & ille nõ tẽperatur in cõcupiscentia mundialium rerũ. Nec. n. habet bonũ in se. Nam homo illud cõcupiscit, qđ iam habet expertũ in se, & scit esse bonũ. Ecce si ostendis leoni uiridẽ herbam, aut campũ bene florentẽ, nõ excitat eũ in cõcupiscentia, qa nõ habet hoc in natura, ut herbas manducet: & ecõtrà, si ostẽdas boui carnes, nõ concupiscit, qa nõ est bouis natura, ut mãducet carnẽ. Sic & homini mũdiali, si de bono cœlesti loquaris, nõ excitatur in cõcupiscentia boni. Sed quemadmodũ si pluuia super lapidem cadat, desuper quidẽ sudat, ab intus aũt siccus est, quia nõ descendit humor in eũ: sic & tali homini quando loqueris uerbũ dei, tantũmodo sonus uerbi desuper percutit aures eius carnales, in cor autem eius nihil descẽdit. Et meritò, iacẽtia super lapidẽ semina uerbi rapiunt uolatiles dæmones. Dic mihi, cuius culpa est, rapiẽtiũ dæmonũ semina, aut hominũ durorũ non abscondẽtium ea in sulcis pectoris sui? Puto nõ esse culpã rapientiũ dæmonũ. Ille. n. latro q parietem perforat, ĩ secreta domus parte ingreditur:
B qui aũt inuenit foris expositũ & proiectũ, qũo quasi latro culpetur? Sic & diabolus si poterat introire i secreta pectoris tui, ut à te nolente raperet uerbũ, bene culparetur: nunc aũt quod à te neglectũ est, & cõ
Psa.118.b temptum, hoc ille diripit. Deniq; sciens propheta hominum abscondentium esse culpã, dicebat: In corde meo abscõdi eloquia tua, ut nõ peccem tibi. Si ergo absconderis uerbũ in sulco pectoris tui, germinat tibi timorẽ, timor liberat te à peccato. Si aũtẽ foris eũ in superficie carnaliũ aurium dimiseris, qũo timor tibi germinatur? Si aũtẽ timor in te natus non fuerit,
Eccl.1.e qũo saluus fies, cũ sit scriptũ: Timor domini expellit peccatum? *Quædam autem ceciderunt super petrosam.* Petra aũt in se duas habet proprietates naturæ, fortitudinis & duritiæ. Ideo hoies aut propter constantiam fidei petra dicuntur, aut propter duritiã cordis. Ideo
Exe.36.f propheta dicit: Et auferã ab illis cor lapideũ. Quid ergo terra? intellectus carnalis, & nõ rationabilis super animam durã & fidelem. Nam intellectum bonum multi habent scdm naturam, animam aũt fidelem
C nõ multi: quia intellectus hominis est ex deo, anima aũt fidelis ex uoluntate. Sunt ergo homines, quibus si locutus fueris de gloria sanctorũ, & de beatitudine gloriæ regni cœlestis, statim gaudent, & audientes delectantur: quoniam sapientes secundũ naturã etiam facilè suscipiunt uerbũ, sed ne credas gaudio eorum: carnaliter enim gaudẽt, & carnaliter delectãtur. Sciunt. n. naruraliter, quia bonũ est regnum uel lumẽ. Ideo cũ audierint lumen sanctorum, quasi de lumine gaudent. Sciunt ẽt naturaliter, quia bonum est regnum cœleste, quasi de audito regno lætãtur: & non ideo credũt, quia sic est qũo lætantur, anima aũt eorum non credit. Sed dicis, qũo gaudere poterant, nisi crederent? Hoc ipso enim quod gaudẽt, credunt, ideo credunt. Non est ita: omnis enim qui credit, uerũ est quòd gaudet, non tamẽ omnis qui gaudet, credit. Nam quòd gaudet in nobis, sensus est rationabilis: quod aũt credit, spiritus animæ, qui nõ in gaudio, sed in solicitudinẽ & compunctione cordis cognoscitur. Quoniam nõ omnis qui gaudet & credit, tuo te docebo exemplo. Ecce cũ tibi expoſuero de gloria sanctorũ, de iocunditate paradisi, gaudes & exultas: si tamen non habes etiam carnalẽ intelle
D ctum, iam captũ & induratum in malis, & quasi terra secus uiam. Sed si dixero tibi. Vide qualis est iocunditas sanctorũ: ergo uende oĩa tua quę habes, & da pauperibus, & hęc omnia possidebis. Ecce nõ facis, *Mar.10.b* sed tristis recedis, sicut adolescens ille à Christo: nõ & *Luc.* ergo credidisti firmiter, de quibus gaudebas. Ecce *18.d* cuncti hoies quanta pondera auri dant, ut cõparẽt dignitatem, & cũ gaudio magno dant: & sine dubitatione dant, ut cõparent, & multũ sibi quęstum putant, si inuenerint cui dant, & putant se iam inuenisse cui dederũt. Et amplius dico, si suam pecuniã non habuerint, aliunde mutuum tollunt, & cum gaudio dant. Quare? Quia credunt oĩno dupliciter se inuenturos esse quod dederunt. Et si uerè credis futura q̃ audis, quare non dabas simplũ in terra, ut centuplũ inuenires in cœlo? Qũo non dabas tẽporalia, ut inuenires æterna? Si dixero tibi, Abstine te à delitijs, & ieiuna: non facis, quia non credis. Si tædianti, id est, ægrotanti tibi medicus dixerit, Abstine te ab hoc, subaudis: quia credis te sanandũ, si seruaueris: & frequenter illud amplius amas quod amarum, mandu
E cansq; uteris, & uincis desiderium uentris ob desiderium sanitatis: multò magis ieiunare poteris, si credideris iocunditatẽ illã futurã. Tu ergo qui pp deum quomodocunq; uiuere contentus nõ es, si euenerit res, de qua iocundè uiuere non poteris: qũo pp deũ poteris corporales sustinere dolores? qui nec eleemosynas de rebus tuis dare contẽtus es, qũo amissionẽ substãtiæ tuæ pp fidem poteris sustinere? Ideo facta tribulatione, aut persecutione propter uerbũ dei, scã dalizaris. Nã non solũ in persecutionis tribulatione prorsus tu scandalizatus es in Christo, sed etiã in tribulatione omniũ aduersitatum: Vtputa, si tibi amissio charorũ, aut damnũ rerũ, aut corporalis infirmitas cõtigit: statim scandalizaris, & dicis, qđ propheta ad tuam consolationẽ dixit, ut & nec tu scandalizatus sic dicas. Ecce ipsi peccatores & abundãtes in se *Psal.72.b* culo obtinuerunt sibi diuitias: & dixi: Ego sine causa iustificaui cor meũ, & laui inter innocẽtes manus meas, quoniã cũ meliora susciperе debui, tunc contigerũt peiora. Ille & ille in oĩbus iniquitatibus uolutur, & floret in filijs, & abũdat in rebus, & lætatur in
F sanitate. Et qualis est iustitia dei? Et nõ consideras: quòd qui ad bellũ trãsmittitur, ad gloriã paratur: & cui tentatio iponitur, correctio ostẽditur ei. Si uideris aut mortalitatẽ frequenter fieri super terrã, aut famem, aut gladiũ, statim scandalizaris, & dicis: Patres nostri idola coluerũt, & semper in bonis fuerunt, & nos ex quo Xp̃m colere cœpimus, nunq̃ nos bona sequũtur. Et non cõsideras, qa illorũ prosperitas nõ fuit remuneratio dei, sed cõtẽptio? At nostra aduersitas nõ est ira dei, sed admonitio. De illis. n. dictũ est: *Psal.91.a* Vir insipiens nõ cognoscit, & stultus nõ intelligit, cũ exurẽtur peccatores sicut fœnũ. Et quid addidit? ut *Psal.88.c* intereãt in seculũ seculi. De suis aũt qđ dicit? Visitabo in uirga iniquitates eorũ, misericordiã uerò meã nõ dispergã ab eis. Si uideris aliquẽ tumultũ ecclię tuę, statim scandalizatus dicis: Ne fortè nõ sit hæc uera ecclesia apud hęreticos, sed illic sit ueritas, ubi floret potestas. Et nõ intelligis, qđ à deo diligitur, hoc à diabolo expugnatur: quod aũt à deo cõtemnitur, hoc à diabolo quasi proprium in pace custoditur. Iudea quandiu fuit dei hęreditas, nec diabolus cessabat eã expugnare suadẽdo ad idola, nec deus cessabat eam castigando, & reuocando ab idolis custodire: postq̃

G contempta est, quasi pars diaboli facta manet in requie. Quoniã ergo multi non solũ pp persecutiones, sed ẽt extra persecutiones scandalizantur de uerbo: ideo suprà nõ solũ dixit, Facta aũt persecutione: sed etiã, in tribulatione. *Alia ceciderunt in spinas.* Primũ dicam, quõ colitur, ut bene intelligatur, quõ à uicinis suffocatur seminatũ in te uerbum. Colis, assiduè audiendo scripturas, & traditiones doctorum. Per hoc enim cõfirmatur in te uerbũ dei, & crescit, & satisfacis tibi, quia ita est per oĩa, quemadmodum credis. *Verbi dei, duplex fructus.* Fructus aũt uerbi dei est duplex, in operibus bonis, & in cõfessione fidei. Sed fructus boni operis gratiosior est apud deũ in pace, q̃ in persecutione: fructus aũt confessionis in persecutione gratiosior est, q̃ in pace: quia in psecutione nemo te discutit, quõ uiuis, sed quõ credis. Itẽ in pace non est labor bene credere, sed bene uiuere: quia pax ipsa corruptrix est pietatis. Vide iam, quòd solicitudo diuitiarũ frequentare te ecclesiã nõ permittit, ut audias scripturas & traditiones doctorũ, ut nutriatur uerbũ quod accepisti. Et si uenis in corpore, nõ uenis in mente. Et si audis
H auribus, nõ audis in corde. Totus aũt animus tuus in illis est, de quibus solicitus es. Opera bona cupiditas diuitiarum te facere non sinit. Quõ aũt sinat te tua fœnerare, q̃ compellit te aliena colligere? Item si uerbũ dei uenerit i periculũ, tu pp uoluptatem diuitiarum, aut quia times perdere quæ habes, aut quæ nõ habes cõcupiscis acquirere, ueritatẽ fidei tuæ palã non cõfiteris. Vides quõ solicitudo & uoluptas diuitiarum suffocant uerbũ, & fructificare nõ sinunt? *Quædam super terram bonã.* Terra aũt bona, sunt qui abstinent se à diuitijs malis, & scdm uires suas faciũt bona, & est fructus eorum trigesimus. Si aũt oĩa bona sua contemnant, & accedãt ad seruiendum deo, habent sexagesimũ. Si aũt & infirmitas corporis eis cõtigerit, & fideliter sustinuerint, habent centesimũ, & terra bona est. Nam & Iob ante tentationẽ trigesimum habuit in facultatibus suis iustè uiuẽdo: post damna substantiæ & filiorũ, sexagesimũ: post plagã aũt corporis, centesimũ fecit. Qui centesimũ habet, in se sexagesimũ & trigesimũ habet. Et q trigesimũ habet, sexagesimũ non habet. Et qui sexagesimum
I habet, non ẽt centesimum habet. Semper n. maius, quod minus est in se habet inclusum: illud aũt quod minus est, maius in se nõ habet: Vtputa, præfectoria potestas habet in se uicariam, & cõsulariam potestatem: consularia aũt potestas, neq; uicariam, neq; præfectoriam habet in se potestatẽ: Vtputa, qui talẽ fidẽ habet, ut possit mori pro Christo, ille sine dubio & oĩa bona mundi contemnere potest. Nam quõ sua non cõtemnat, qui seipsum cõtemnit? nã & ille centesimum habet. Nã qui se & sua cõtemnit, multò magis aliena nõ tollit, multoq; facilius de facultatibus suis partem dat, qui totas facultates suas nihil existimat. Itẽ qui sexagesimũ habet, id est qui diuitias potest contemnere, in ieiunio permanere, castè uiuere, corporales iniurias sustinere, sine dubio & trigesimũ habet. Et qui sciunt solicitudines seculi, & uoluptates diuitiarũ, clarius eas contẽnere possunt. Qui aũt trigesimũ habet. i. qui malum nõ facit, sed quantũ potest benefacit, hoc est enim trigesimũ: ille non omnimodo & sexagesimũ habet, id est non oĩno potest omnia bona sua cõtemnere, & oĩbus diebus uitæ suæ ieiunare, aut in castitate uiuere, aut corporales iniurias pati. Hoc. n. est sexagesimũ. Ideo dominus apostolis quidẽ qui sexagesimum poterãt sic dicit: Vendite quæ habetis, & date eleemosynam. Istis aũt qui non poterãt sexagesimum, iniungit eis trigesimum, dicens: Omni petẽti te, da. Et qui mutuum petit, non auertas ab eo. Itẽ qui sexagesimum põt, non oĩno & centesimum potest. Quanti sunt, qui & bona sua dimittere possunt, & amissionẽ rerũ suarũ patiuntur, & castè uiuere possunt, & corporales iniurias sufferre: & illud qd est centesimum timent sustinere? Quot. n. confessores post multas iniurias mori timentes lapsi sunt? Sic & homo qui secus uiam est, oĩa mala in se habet, & lapidosus est, & spinosus. Ille aũt qui spinosus est, non oĩno lapidosus est. Et ille qui lapidosus est, nõ oĩno secus uiam est: Vtputa, q fornicarius est, qui auarus est, qui periurus est, q̃fur est, oĩno si illi persecutio aut tribulatio uenerit propter uerbum, sine dubio quantũ ad hominem scandalizatur, & præuaricatur. Qui. n. ante tentationem fidem deo nõ seruat, quõ in ipsa tẽtatione erit fidelis? Itẽ qui lapidosus est, & spinosus, id est qui ex corde nõ credit, & est infidelis & uacuus, ita ut nec persecutione, aut tribulatione scandalũ patiatur: multò
L magis nec solicitudines seculares poterit euitare, aut uoluptates carnales. Qui enim illic scandalizatur & præuaricatur, ubi intelligit se perire, si fuerit scandalizatus: quanto magis solicitudines diuitiarũ, & uoluptates non est cõtentus repellere, in quibus se grauari intelligit, non perire? Nã solicitudines diuitiarum, & uoluptates, profectum impediunt, non faciũt pec catorem. Qui aũt scandalizatur in Christo, cadit à Christo. Qui ergo & cadere potest, multò magis impedimentũ pati contentus est. Qui aũt spinosus est, non omnino & lapidosus est. Sunt. n. qui tantã quidem fidem non habent, ut diuitias suas & uoluptates pro nihilo putent, & solicitudinem earum contẽnant, & magis diligant cœlestia q̃ terrena: tamen si tentatio uenerit, non recedunt à Christo propter timorem perditionis. Nam etsi mundum contẽnere non fuerint contenti, uel quia non qui antè desiderabant magnificari apud deum, tamen à Christo recedere non sunt ausi, quia timent perire. Ideo si necessitas uenerit, frequenter & bona sua dimittunt, quorum solicitudine antè fuerant obligati. Nã mul-
M tò magis laboriosum est in securitate cõcupiscẽtias uincere, q̃ in periculo diuitias posse contemnere. Ipse enim timor periculi adiuuat animam, & facilè uincitur delectatio corporalis. Quot sunt. n. qui in securitate nõ fuerunt contenti pauperes esse: & cũ uiderũt persecutionem, magis contenti fuerunt bona sua dimittere, q̃ perire propter illa? Præscíens deus frequenter præscidit diuitias eorũ, ut à solicitudinibus releuati, securius & melius permaneãt cũ deo. Item qui lapidosus est, non omnino & secus uiam est. Multò enim fideliores sunt, qui in persecutionibus forsitan possunt scandalizari, tamen in iniquitatibus non se oĩno obligant: quia cũ gaudio accipiunt uerbũ, & diligunt bonũ, sed uincuntur in tribulatione. Et eos forsitan propter misericordiam suã deus frequenter saluans, nõ adducit super eos tentationẽ, unde uincantur: quoniam nemo nostrum idoneus est, si nos iubet deus orare: Et ne nos inducas in tẽtationem. Qui autem secus uiam est, in oĩbus malis obrutus est. *Et accedentes ad eum discipuli eius, dixerunt: Quare in parabolis loqueris illis?* Vide beneuolentiam uirorũ, uide misericordes discipulos benigni magistri. Dole

bant

A bant quia populus nõ intellexit, & quia taliũ uerborum ædificatione fraudati sunt, quia perdiderũt audiendi laborẽ & tẽpus. Nã qui nõ intelligit qd audit, perdit qd audit. Et considera quòd est beneuolentius, quòd nõ primũ interrogauerũt de intellectu parabolæ, sed mox dixerũt: Quare in parabolis loqueris illis? quia magis de aliorũ salute soliciti erant q̃ de
Phil.2.a sua, sicut ait Apostolus: Non q̃ sua sunt singuli cogitantes, sed q̃ aliorũ. Hæc est. n. perfecta charitatis gratia, qui amplius festinat alijs utilis & lucrosus esse q̃ sibi. *At ille respondens ait illis: Quia uobis datum est nosse mysterium regni cœlorum.* Quoniã multi ex his uerbis culpã negligentiæ suæ imputant deo, dicentes: Quia nõ est mea culpa si nescio, quod mihi deus scire nõ præstitit. Et ista dicũt nõ uerè dolẽtes, quia nõ intelli
Ps.140.a gunt aliquid circa deum, sed peccatorũ suorũ excusationem quærentes. De talibus dicit propheta: Non declines cor meum in uerba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis, cũ hominibus operãtibus iniquitatẽ. Ideo de isto loco modico manifestius loquamur. Oĩs quidẽ intellectus de spiritu sancto est,
B & gratia dei est: tamen alia est gratia, quã deus omnibus hominibus creando donauit: alia est quã nõ oĩbus hominibus, sed dignioribus & excellentioribus, & electioribus donat. Sicut paterfamiliãs multa mancipia habens, oĩbus quidẽ mediocrem uestẽ dat, mediocrẽ annonã dat pro debito dominij sui: quia nec põt esse seruus eius, nisi ab illo uestitus fuerit, & nutritus: quibusdã aũt fidelioribus circa se, dat meliorẽ uestem, & delicatiorem annonã, non pp debitum dominij sui, sed propter bonos mores eorũ: Sic & dominus generalẽ gratiam, id est, intellectum boni & mali omnibus dat pro necessitate naturę: qa nec uidemur esse homines ad imaginẽ dei creati, nisi habuerimus diuinũ intellectum. Dignioribus autem dat specialem gratiã: utputa cognoscendi mysteria, non pro necessitate naturæ, sed pro remuneratione bonę uoluntatis, aut bonorũ operũ. Vide ergo quõ dicit: Vobis datum est nosse mysterium regni cœlorum. Non dixit, Vobis datum est, alicui qui habeat scientiam boni & mali. Si ergo est aliquis, qui nõ habet gratiam scientiæ boni & mali, non culpa homi-
C nis est non habentis, sed dei nõ dantis. Si autem oẽs homines intelligunt bonum & malum, non tamen omnes habent gratiam cognoscendi mysterium regni, nõ est culpa dei non dantis, sed hominis non q̃rentis, nec festinãtis, nec laborantis ut mereatur accipere. Si enim illã generalem scientiam boni & mali transegisses: id est, si bene usus fuisses, iustè merebaris hanc specialem cognoscendi mysterij scientiam. Si aũt illam generalẽ abscondisti in terram, quæ datur pro necessitate naturæ: quõ mereberis hanc specialem, quæ pro remuneratione bonæ uoluntatis aut operũ datur? Et hoc est quod alius euangelista
Matt.25.b dicit de seruo malo, qui talentum suum abscõdit in terrã, & nullũ fecit fructũ de illo. Dominus eius non solũ talentũ tulit de eo, sed adhuc iusit eum puniri: id est, quasi nõ fructificantẽ iusit puniri reum. Vide
Luc.8.c quia paratus fuit & alteram gratiã ei donare, si fructum fecisset de prima. Qui. n. habet, dabitur ei, & abundabit. Vt habenti quidẽ addatur possibile est: impossibile autẽ ut auferatur ab eo qui non habet.
r quomodo. Quomodo procedit? Si. n. tollitur ab eo quod non habuit: si aũt non habuit, quid tollitur ab eo? Sed ita procedit: Qui habet aliquem intellectum, & non facit cum illo iustitiam pertinentẽ ad gloriam dei, sed D
econtrà circa res terrenas occupat eũ, habens nõ uidetur habere: quia quantũ ad eum, uidens, cæcus dicitur esse. Non habet, qui deo nihil fert. Sicut homo cuius oculi iniquitatem uident, non æquitatẽ: quantũ ad deum uidens, cæcus dicitur esse, sicut scriptum
Inf.15.b est: Sinite eos, cæci sunt, & duces cæcorum: quia diabolo uident, non deo. Sicut qui peccatis uiues mortuus dicitur, sicut scriptum est: Et uos cũ essetis mor
Ephe.2.a & Col.2. tui i peccatis uestris: quia ille talis nõ deo, sed diabolo uiuit: Sic qui habet intellectũ, & bonum non operatur cũ eo, quantũ ad deum, nec habet. Et ideo tollitur ab eo & ipsum quod habet, ut nec intelligat qd est bonũ, & iam ut cæcus ducatur à dæmonibus p omnia mala opera. Quãdo ergo uideris hoiem qui etsi non facit opera bona, tamẽ uel delectatur in audiendo bono: infructuosus est quidẽ, tamen adhuc non tulit deus ab illo hoc ipsum qd habebat, sed expectat illum ut cõuertatur ad pniam & faciat bonũ. Cũ aũt uideris hominem, qui nõ solum bonum nõ facit, sed nec delectatur in ipso audito bono: intelli-
E ge quia iam tulit ab illo deus hoc ipsum quod habebat ut intelligeret bonum, & quantũ ad deum mortuus est. Nam non põt reuiuiscere, nisi fortè quantũ ad deum, qui potest ẽt mortuos suscitare. Ille ergo q habendo nõ uult, sicut diximus, quod habet quidẽ naturæ est: quod aũt non habet, uoluntatis: qui habet qdẽ, sed non uult habere. Iudæi uerò qui habuerunt legẽ, & uixerũt scdm legẽ, addita est eis notitia Christi. Qui. n. legẽ habentes quasi non habuerunt, quia nõ uixerunt scdm legem, ablata est ab eis ẽt ipsa lex, quam habebant. Et nihil apud eos de lege remansit, nisi sola scriptura librorũ, omni legis obseruantia pereunte: Sic. n. & Christianis eueniet. Qui. n. uerè habent Christũ, uiuentes scdm Christi præcepta, dabitur illis regnũ, ut iam non credant absentẽ Christũ, sed uideant psentẽ. Qui aũt habentes Christum, quasi nõ habent, qa non uiuunt scdm Christi
F præcepta: tollitur ab illis ẽt hoc ipsum qd uidentur agnoscere Christũ, ut credant Antichristo. Aut certè ut condẽnati in die iudicij, separati de parte Christianorũ, etiam hoc ipsum perdant, quod uidentur esse Christiani, cũ infidelibus deputati. Sic & hæresibus factũ est, quòd habentes fidei ueritatẽ, illam non habuerunt, non uiuentes scdm eam, ablata est ab eis, ut crederent pro ueritate mẽdacijs. Tales sunt & qui quotidie transeunt ad perfidiam, quoniã habẽtes fidẽ malè ea utuntur. Tollet eã deus ab eis, & ad perfidiã transibunt, & proiiciet eos, & impletur in eis qd
2.Thessa. 2.d apostolus dicit: Eo quòd charitatẽ ueritatis nõ receperunt, dabit eis deus opera erroris, ut credãt mẽdacio, & iudicẽtur. Ideo in parabolis loquor illis, quia
Luc.8.b uidentes non uident. Si dixisset, ideo in parabolis loquor illis, ut uidentes nõ uideant: forsitan non esset culpa nõ intelligentiũ Iudæorũ, sed Christi qui sic loquebatur, ut nõ intelligeretur ab eis. Nunc aũt dicit: Ideo in parabolis loquor illis, quia uidentes non uident. Intelligitis ergo, quia nõ est culpa Christi nolẽtis dicere manifestẽ, sed eorũ qui audientes nolebãt audire. Non. n. quia Christus in parabolis loquebatur, ideo illi uidentes nõ uidebant: sed quia uidẽtes non uidebant, ideo illis Christus in parabolis loquebatur. Ecce uiderunt mirabilia Mosi: nunqd uerè uiderũt? Si. n. uerè uidissent, utiq; & timuissent deũ miraculorum factorem. Ecce audierunt doctorẽ legis:

Universidad de Deusto Biblioteca

G nunquid uerè audierũt? Si.n. uerè audissent eũ, utiq; & uixissent scdm legẽ, & credidissent in eũ quẽ prophetabat lex. Viderũt & ea mirabilia, sed uidẽtes nõ uiderunt. Si aũt uidissent ea, & profecissent in eis. Cũ sit ergo facilius uidentes cognoscere, quod uidẽt, q̃ intelligentes intelligere qđ audierunt: qũo poterant illi audientes, mysteria intelligere, qui uidentes mirabilia nõ cognouerunt? Quia consueti erant Iudæi uidentes nõ uidere, & audientes nõ audire: ideo nõ dedit eis deus oculos fidei, ut uideant diuina miracula Christi, nec audiãt uiua uerba eius, nec similiter contemnant Christũ, cognoscentes eũ, quemadmodũ
Esa.6.c contẽpserunt, & legẽ habentes eã, ideo & propheta illis dicebat: Audita auditis, & non intelligitis. Videamus cuius rei intellectũ denegat illis propheta. Non illũ generalẽ qui datus est ad usum naturę, sine quo uiuere nemo põt, sed hũc spiritualẽ ad cognoscẽdũ mysteriũ Xpi, qđ datur ad remunerationẽ iustitiæ.

Homilia.xxxij.ex cap.xix.

T *factum est cum consummasset Iesus sermones*
e *istos, migrauit à Galilæa, et uenit in fines Iudææ*
trans Iordanem, & secutæ sunt eum turbæ, & curauit eos ibi. Et reliqua. Quantumcunq; gratuitum & utile sit bonũ ecclesiasticæ pacis, q̃ flagranti & solicito amore quærendũ sit, exponã, ut quilibet inuẽtor exponere possit. Legite inquã fidelissimi hortor fratres, legite uobiscum, crescite in fide, ut uobiscũ corpore absens, efficiar i Christo uobiscũ p̃sens in fide. Incipimus ergo exponere bona de bono. Prosequar quod dicit euangelista: Et factũ est cũ consummasset Iesus sermones istos. Quos istos? quos superius est prolocutus. Qũo de camino ignis mortiferi carnalium passionũ super ⌜pectus apostolorũ zeli scintilla ceciderat, & modica quidẽ iam tantũ constaba tur: sed dominus qui de longe sentit malorum uaporem, citò per humilitatis doctrinam, quasi cũ aliquo fonte aquæ largissimo, titionem priusquam accẽderetur, restinxit dicens: *Amen dico uobis: nisi cõuersi fueritis, & efficiamini sicut pueri, non intrabitis in regnũ cœlorum, &c.* Et illos tunc solicitos reddidit, & totũ mũdum de periculo huius incendij liberauit. Et illi quidem leuiter tacti sunt, nos aũt fortiter sumus muniti. Et momentaneæ inuidiæ eorũ occasio æternum mundo humilitatis refrigeriũ introduxit. Hos ergo sermones cũ consummasset Iesus, transtulit se de Galilæa in Iudæã, quasi iustus dominus omniũ, qui sic diligit alios seruos, ut alios nõ contẽnat. Nam sicut oẽs illi debent gloriam, quasi domino: sic ille debet oibus misericordiam, quasi seruis. Nam si semper eũ unus teneat locus, iam nõ est possessor omniũ hominum, sed aliquorũ. *Reliquit Galileam, et uenit in fines Iudeæ.* Galileam patriam suam, de qua natus fuerat, quasi sol altius ascẽdens, reliquit Orientẽ, & uenit in Iudæam, quasi ad Occasum ubi fuerat obiturus, in pace passionis occumbens, ut iterum nobis aliunde nouũ ortũ suæ resurrectionis ostẽderet, ut dicamus
2.Co.5.d cum apostolo: Vetera trãsierunt, ecce facta sunt oia noua. *Et secutæ sunt eum turbæ multæ.* Quasi testimonia salutaris doctrinæ eius, quasi oues pastorem in manu ipsius genitæ & nutritæ sequebãtur eũ, quasi paruuli filij patrẽ peregrẽ longè proficiscẽtẽ, & quasi pater proficiscens bona pignora charitatis illis relinquens, peregit debilibus remedia sanitatũ. *Et sanauit eos.* Ibi apparet, quia parati erant populi sequi eum etiam in fines Iudææ: sed ne quis existimet Iudęorũ, sicut erãt detractores, quòd ad cõmendationẽ opinionis suæ, & ad testimoniũ uirtutum suarũ, iactantiæ causa, trahat secum multitudinem infirmorum, ideo sanauit eos ibi, & dimisit eos: maximè cũ sufficerent & ipsi ad gloriam, & hominibus ad salutẽ, testimonia in suo loco nascentia. *Et accesserunt ad eum Pharisæi, tentãtes eum, & dicentes eis: Si licet homini quacunq; ex causa uxorem suam dimittere?* Viro casto qualiscũq; uxor bona uidetur: quia perfecta charitas uitia nõ sentit. Qui diligit uxorẽ, de soluẽdo matrimonio legẽ necessariam non habet. Vbi aũt de soluẽdo matrimonio lex requiritur, illic iam odium demonstratur: ubi odium inuenitur, illic fornicatio esse cognoscitur. Quemadmodũ si uideas hoiem assiduè amicitias medicorũ colentẽ, ex ipsa re statim intelligis, quia infirmus est: Sic & cũ uideas siue uirum, siue mulierem de dimittendis uxoribus aut uiris legẽ interrogantes, cognosce quia uir ille lasciuus est, & mulier illa meretrix est. Sic & Iudęi erant hoies fornicarij & cõtaminati, qui habentes uxores, habere nõ uidebantur: quia uxor illis nõ erat quasi iucũda possessio castitatis, sed quasi desertũ æstus libidinis illic religatæ. Nam in matrimonio mox castitas delectatur, libido aũt quasi uinculo coniugij colligata torquetur. Et nõ sit nouum qđ dicimus, quia castitas in matrimonio delectatur. Nã primus est gradus castitatis, syncera uirginitas: secũdus aũt, fidele coniugiũ. Ergo species secunda uirginitatis, est matrimonij casta dilectio. Adierunt ergo Iesum tentantes ut uiderent, si uoluntatis eorũ ⌜amicus esset, an castitatis patronus: ut si quidẽ diceret, quia licet dimittere, laudarent eũ: si aũt non, contradicerent ei: & hoc est propriè tẽtare. Qui aũt uerè interrogat, quicquid audierit conquiescit. Si licet homini uxorẽ suam dimittere quacunq; ex causa? O effrænata lasciuia. Sciebant qa nullã causam idoneam habebant circa dimittẽdas uxores, præter solã turpitudinem, alias atq; alias sibi iungebãt: ideo timuerũt interrogare, ex quibus causis, ne seipsos intra angustias certarũ causarũ cõstringerent. Sed interrogauerunt, si ex oibus causis licet, scientes quia modũ nescit libido: sed quantò exercetur, tanto magis accenditur, nõ leuiter, nec intra terminos unius cõiugij capit libido. *Ille respõdens ait eis:*
Gene.1.d *Non legistis, quia qui fecit homines ab initio, masculũ & fœminam fecit eos?* Id est legistis quidẽ, sed noluistis facere quod legistis. Conscientiã illorũ ad testimoniũ prouocat, ut ostendat eis quia ideo interrogant, nõ ut firmiter discant qđ dubitant, sed ut excusabiliter faciant quod inexcusabiliter peccent. Masculũ & fœminam. Nõ masculũ & multas fœminas, ut uni masculo liceat plures fœminas possidere: neq; masculos & fœminã, ut uni fœminæ liceat plures uiros accipere: sed masculum & fœminã, ut una fœmina nullum masculum putet factum esse in seculo præter unum: ut unus masculus nullam putet fœminã esse factam in seculo, nisi unam. Non enim duas aut tres costas detulit de latere uiri, & duas aut tres fecit mulieres. Cũ ergo secunda aut tertia uxor steterit ante faciem tuam, sicut tunc Eua ante Adam, qũo illis dicas, Hoc nunc os de ossibus meis? Nam etsi uerè costa est illa mulier, non tamen tua. Si ergo non illi dixeris, non illã confirmes esse cõiugem tuam: si aũt dixeris, mentiris. Si ergo de ad hoc masculũ & fœminã ex uno creauit, ut sint unũ: ęre ergo & decẽtero uir & mulier nõ ex uno utero nascantur, sicut uolatilia

A quædã? Quia deus quanuis masculũ & fœminã quidẽ creauit propter necessitatẽ filiorũ generãdorum: tamẽ semper castitatis fuit amator, & continẽtiæ author. Ideo illum typum non seruauit in hominibus ut si quidẽ uult homo nubere secundũ primam dispositionẽ creationis humanæ, intelligat quid est uir & uxor. Si aũt noluerit nubere, non habet necessitatem nubendi pp coniunctionẽ natiuitatis, ne fortè uideatur per suã continentiam alterũ perdere, quem
⌜al.uolebat. nolebat ⌜esse in cõtinẽtia: qũo dicemus post coniũctum matrimoniũ, ne alter altero nolente se separaret. *Propter quod relinquet homo patrem suum & matrẽ suã, & adhærebit uxori suæ.* Propter quid? Quia ex uiro est uxor, & ex una carne sunt ambo. Ergo nunc
Syrygaetiam fratres dicũtur. maior charitas debet esse inter fratres & sorores: qa isti quidẽ coniuges ex eisdẽ parentibus exeũt, illi autẽ ex diuersis. Sed hoc magnũ est nimis, quia fortior est dei constitutio, q̃ uirtus naturæ. Non enim præcepta dei naturæ subiecta sunt, sed natura præceptis obtemperat. Deinde fratres licet ex uno nascantur, tamẽ ideo nascuntur, ut diuersas uias petant. Vir au
B tẽ & uxor licet ex diuersis nascantur, tamẽ ideo nascuntur, ut in unum conueniant. Ergo hi, quamuis sunt ex uno, tamẽ nõ ita sunt quasi ex uno: quia ad hoc creati sunt, ut nõ sint unũ. Illi aũt quamuis non sunt ex uno, tamẽ ita sunt quasi ex uno: quia ad hoc creati sunt, ut sint unũ. Vides ergo, qa nõ seipsum loquitur ordo naturæ? sed ordinationẽ dei ex te ipso cõsidera. Quod.n. est in herbis, aut in arboribus humor, hoc est in hominibus amor. Sicut herbæ ex humore nascuntur & crescũt, sic hoies per amorẽ incipiunt & augentur. Humor quidẽ de radicibus ascendit in herbã, de herba aũt nõ reuertitur ad radices, sed sursum trãsmittitur in semẽ: Sic & charitas de patẽtibus ascẽdit in filios, de filiis aũt nõ reuertitur ad parentes. Ideo parentes quidẽ filios diligunt, sed nõ sic diliguntur a filiis: quia sicut herba non deorsum, sed sursum ad semen transmittit humorẽ: sic & homo nõ ad parentes, sed ad procreandos filios transmittit affectũ. *Et erunt duo in carne una.* Sicut qui spiritualiter se diligunt, multorũ animę quasi una anima
Act.4.f esse dicuntur, dicẽte scriptura: Oium credentiũ erat
C cor unũ & anima una: Sic & uir & uxor, qui carnaliter se diligunt, una caro dicũtur. *Dicunt illi: Quid ergo Moses mandauit dare libellum repudij, & dimitti?* Displicet peccatoribus doctrina iustitiæ, grauis est fornicãtibus interpretatio castitatis. Si contra rationẽ qdẽ respondere nõ possunt, ueritati tamẽ credere nõ acquiescunt. Quid ergo? Conserunt se ad patrocinium uiri sanctissimi Moſi, cuius personã uerebantur oẽs, & timebant, ut doctrinã Christi, quã ratione uincere nõ poterãt, per authoritatẽ ualidioris personæ destruerẽt: ut dũ Moses irreprehẽsibilis reprehẽdi timetur, ueritatis interpretatio taceatur: sicut solẽt homines facere malã causam habentes, cõfugiunt ad potentes uiros, ut si per iustitiã non possunt, uincant p personã. Tanquam si ita inuidiosè respõdeãt: Quid ergo? Moses præcepit in lege, qui fuit quasi uisibilis
Exo.34.d lingua inuisibilis dei, qui icorruptibilem gloriã corruptibilibus oculis uidit, & testimonium diuinitatis in uultum suscipiens portauit ad populum. Tu aũt homo uilissimus fabri lignarij filius, qũo destruis quod ille constituit? Si filius dei es, sicut dicis, quare confundis tuũ ministrũ? Si homo es similis nostri, quomodo reprehẽdis tuũ authorẽ? Si malum est, quare præcepit? Si bonũ est, quare destruis? *Tunc ait Iesus:* D
Moses, inquit, propter duritiã cordis uestri permisit uobis dimittere uxores uestras. Frequenter uobis Moses pp duritiã uestrã iniustitiã quasi iustitiam præcepit, ut in eremo hostias offerre deo. Et qũo dicit propheta? Non accipiã de domo tua uitulos, neq; de gregibus *Ps.49.b* tuis hircos. Sed qa patres uestri egressi erãt de Aegypto corpore, tamẽ non animo: nam totã Aegyptũ secum in moribus baiulabant: uidẽs itaq; Moses pp dilectionem carnalẽ circa studia sacrificiorum eos esse inclinatos, si mandasset eos recedere à sacrificiis, nõ fuerat audiẽdus. Quia annosa passio medicamẽto momentaneo non curatur. Iussit eos sacrificare quidem, sed iam non dęmonibus, sicut in Aegypto, sed deo uiuo. Dimidium mali permisit, ne totum pderet bonũ. Hac ratione permisit, uos dare libellum repudij, quia melius iudicauit permittente lege matrimonia solui, q̃ odio compellente homicidiũ fieri. Permisit uobis mala facere, ne faceretis peiora. Ergo hæc uobis permittendo nõ uobis iustitiã dei demõstrauit, sed à peccato abstulit culpã peccãdi, ut quasi scdm legẽ agentibus uobis peccatũ uestrum E nõ uideatur esse peccatũ: Vtputa, siqs habeat seruũ, q furatur & inebriat se consideràs dominus, quia si utrũq; sibi insimul mandauerit obseruare, nihil proficit: mãdat illi quidẽ, ut bibat quantũ ult, sed publicè bibat, ut hoc quidẽ quod bibit fit secũ nouũ bonũ, ut paulatim discat obedire præceptis. Sic permissum est dari repudiũ, malũ quidẽ, tamen licitũ à creatione. Et apostoli præceperũt secũdas adire nuptias pp incõtinentiã hominũ. Nã secundã quidem accipere, secundũ præceptũ Apostoli est: secundum *1.Tim.5.* aũt ueritatis rationẽ, uerè fornicatio est, sed dũ permittente deo publicè & licenter committitur, fit honesta fornicatio. Propterea bene dixit, qa Moses hoc permisit, nõ præcepit. Aliud est præcipere, aliud est permittere. Quod.n. præcipimus, semper placet: qd aũt permittimus, nolentes præcipimus: quia malam uoluntatẽ hominum ad plenum prohibere non possumus. *Amen dico uobis, quicunq; dimiserit uxorẽ suam, nisi fornicationis causa, mœchatur.* Omnis res per quas causas nascitur, per ipsas absoluitur. Matrimoniũ.n. non facit coitus, sed uolũtas: & ideo illud non soluit F separatio corporis, sed separatio uoluntatis. Ideo q dimittit coniugẽ suã, & aliã non accipit, adhuc maritus est. Nã etsi corpore iam separatus est, tamẽ adhuc uolũtate coniunctus est. Cũ ergo aliã acceperit, tũc plenè dimittit. Non ergo qui dimittit mœchatur, sed qui alterã ducit. Sicut aũt crudelis est & iniquus, qui castam dimittit: sic fatuus est & iniustus, qui retinet meretricem. Nam patronus turpitudinis eius est qui crimen celat uxoris. Imitatores ergo debemus esse dei, ut sicut ille agit cũ ecclesia: sic nos agamus cum coniuge. Ille enim nunquã derelinquet populũ, nisi ad gentilitatem uel ad hæresim uoluntariè transierit: aliàs aũt peccantẽ castigat quidẽ, tamen misereri non cessat, dicente propheta: Si dereliquerint filij *Psal.88.c* eius legẽ meam, uisitabo in uirga iniustitias eorum: misericordiã autem meã nõ dispergam ab eis. Sic & uir meretricem quidem dimittat, aliàs autem malè morigeratam castiget & teneat. Qũo? Tribus modis. Primũ docendo secundum deũ. Si autem contẽ ⌜*non sen-*
tit. pserit timorem dei, improperando, ut uel homines erubescat. Si nec pudorem sentit frequenter confu- *Pro.10.b*
sa, faciat illi quod præcepit Salomon: Cor durũ ba-

culo percute. Ergo primũ admone, quia multũ proficit doctrina iustitiæ. Deinde confunde, quia frequẽter & pudor frænũ est uitiorum. Tertiò iustũ est, ut castigetur quasi ancilla, quę erubescere nescit ut libera. Aliter: De Galilæa turbę in mysteriũ gentiũ secutę sunt dominũ in fines Iudææ, ibiq; curatæ sunt. Iustè in fines transierunt Iudææ, nec.n. potuissent curari, nisi relictis finibus suis in fines transissent Iudææ, sicut scriptũ est in Esaia: Et ueniẽt oẽs gẽtes, & dicent: Venite, ascendamus in mõtẽ domini, & in domũ dei Iacob, & anunciabit nobis uiã suã, & ambulabimus in ea. Et curatæ sunt gentes in finibus Iudæorũ ad cõfusionẽ ipsorũ, quia gentes quidẽ & in aliena secutæ sunt Christũ: Iudæi aũt in finibus suis cõstitutũ tentauerũt & repulerũt: & in fornicationibus suis corporalibus fornicationẽ suã confessi sunt spiritualẽ, dicentes: Si licet uiro dimittere uxorẽ suã quacunque ex causa? Quia nõ potest animo esse castus, qui corpore est lasciuus: hoc est, nõ potest deo esse fidelis, qui uxori suæ perfidus est: sicut nec ex diuerso cõscientiã seruat, qui deo fidẽ non seruat, sed altera alterius fornicationis est accusatrix. Nam etsi interim nõ præuaricatur lasciuus, tamẽ iam i eo statutus est ut præuaricetur, si corruptio persuasionis accesserit. Et illi quidem secundũ carnẽ interrogabant, quę pati merebantur sẽdm spiritũ: Si licet dimitterre uxorẽ quacunq; ex causa? Christus aũt respondit eis, quòd facere eos non decebat, dicens: Quicunq; dimiserit uxorẽ suã, nisi ob causam fornicationis, & aliã duxerit, mœchatur. Sicut.n. uxorẽ quocunq; modo cõtra uoluntatẽ uiri agentẽ, dignũ est repellere, nõ aũt est iustũ quãtũ ad grauitatẽ uiri, nisi ob causam fornicationis: Sic & ecclesia quocunq; modo cõtra uoluntatẽ egerit Christi, digna est abiici: nõ autẽ abiicitur propter lõganimitatẽ Christi, nisi sola causa trãsgressionis. Sicut enim si Christus prius dimisisset ecclesiã Iudæorũ non eis subministrans per scripturas notitiã suæ diuinitatis, ipse faciebat eam adulteram cũ diis extraneis, quoniã natura rationabilis & subdita deo creata, sine deo non potest esse: sic Christo semper eis scientiam suæ diuinitatis subministrante, quoniã synagoga spernens transibat ad idola, inexcusabilis adultera reperta est. Propter quod repulit Christũ, non repulit eam Christus: non quacunq; ex causa, sed propter causam fornicationis ipsius: quia nõ solũ relicto Christo diabolo se coniunxit, sed ẽt interfercit pro quo mori debuerat. Ab initio.n. deus genuit Christũ: deinde creauit hominẽ rationabilẽ naturã angelorũ & animarũ, quasi coniugem & potentem suscipere uerbum ipsius. Ideo clamat, *Quod deus cõiunxit, homo nõ separet.* Et multis quidẽ modis homo separat quod coniunxit deus. Quando enim quis audet ⌜dicere, aut facere aliquid, per quod scãdalizati homines recedant à Christo: homo separat quod deus coniunxit. Sed & si nullus alter hoc faciat, ipse autẽ homo peccans à deo recedat, repellẽs sanctũ ⌜eius à se homo uidetur separasse quod deus coniunxit. *Dicunt ei discipuli: Si ita est causa uiri cũ uxore, non expedit nubere.* Audientes cogitabant apud se: Mulier bona difficilè inuenitur, protestãte Salomone: In mille uirũ bonũ inuenies, in oibus aũt his mulierẽ nõ inuenies. Quid aũt est aliud mulier, nisi amicitię inimica, ineffugabilis pœna, necessariũ malũ, naturalis tentatio, desiderabilis calamitas, domesticũ periculũ, delectabile detrimẽtum, mali natura, boni colore depicta? Ergo si dimittere illã peccatũ est, tenere aũt uerè tormẽtũ est: necesse est, ut aut dimittẽtes adulteriũ alterũ faciamus, aut tenẽtes quotidianas pugnas & amaritudines habeamus. Ideo respondẽrunt: Si ita est uiri causa cũ uxore, non expedit nubere. Tunc dominus non dixit, quia expedit, sed magis cõsensit, quia non expedit: sed infirmitatẽ carnis aspiciens, dixit. *Non omnes capiunt nerbũ istud, sed quibus datũ est.* Non dixit, nõ oẽs possunt: sed, nõ oẽs capiũt: id est, oẽs quidẽ capere possunt, sed nõ tamen oẽs capere uolũt. Palma proposita est. Qui cõcupiscit gloriã, nõ cogitat de labore. Nemo uinceret, si omnes periculũ pugnæ timerent. Ex eo quod quidã non possunt, & à proposito cõtinentiæ cadunt, nõ debemus circa uirtutẽ castitatis fieri pigriores. Si.n. quidã in pugna cadentes nõ exanimãt cæteros, sed dicunt illis sic datũ fuisse, rẽ non applicant pugnæ, sed homini: quantò magis nos cadẽtiũ negligentiæ imputare debemus, nõ difficultati uirginitatis? Qđ aũt dicit, Quibus datũ est: non hoc significat, quoniã quibusdã datur, quibusdam non datur: sed illud ostẽdit, quia nisi auxiliũ gratiæ acceperimus, nihil ex nobis ualemus. Quoniã aũt uolentibus gratia non denegatur, in euangelio dominus dicit: Petite, & dabitur uobis: q̃rite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Omnis.n. qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit, & pulsanti aperietur. Debet aũt uoluntas præcedere, & sic sequitur gratia. Nam nec gratia sine uolũtate aliquid operatur, nec uoluntas sine gratia põt. Nã & terra non germinat, nisi pluuiã susceperit, nec pluuia fructificat sine terra. *Sunt eunuchi, qui sic nati sunt ex utero matris suæ: & sunt eunuchi, qui ab hominibus fiunt. & sunt eunuchi, qui seipsos eunuchos fecerunt propter regnũ cœlorũ.* Tanquã si dicat aliquis: Quid dicis domine? Si ex quacunq; causa contigerit homini uxorẽ nõ habere: an cõtinẽtiæ habebit mercedẽ? Nõ semp. Sicut.n. peccatũ sine uolũtate opus non facit, ita iustitia ex opere nõ cõsummatur, nisi & uolũtas affuerit: Multi.n. corpore qdẽ castitati studẽt, adulteriũ aũt uolũtate committunt. Nisi.n. ex uoluntate sola fornicatio cõsummaretur, nunquã dominus diceret: Qui uiderit mulierẽ ad concupiscendum eam, mœchatus est eã in corde suo. Ergo uoluntas sine ⌜corpore frequenter peccat. Illa est gloriosa cõtinentia, nõ quã transgredi non potest necessitas debilitatis corporis, sed quã cõplectitur uolũtas sanctæ propositi. Ideo dicit: Sunt eunuchi q sic nascũtur ex utero matris suæ: sunt eunuchi qui ab hoibus fiũt: sed illos tenet necessitas, hũc aũt tertiũ coronat uolũtas. Quòd aũt sic nascuntur, à creatione fit quo nascũtur & sex digitos habentes, aut quatuor, & similia. Si.n. deus, sicut ab initio constituit, unamquanque naturã sic dimitteret, illã immutabiliter semper in suo ordine permanere, in obliuionẽ deduceretur coràm hominibus operatio dei. Nã æstimaretur natura rerũ ipsa se regere: utputa cõstituit deus naturaliter, ut in hyeme frigora sint, calor aũt in æstate, ut ⌜terra fructũ proferat, ut pluuia descẽdat de cœlo. Si hęc sicut ab initio cõstituta sunt, ita in suo statu immutabiliter pseuerarẽt, inueniretur deus ab initio qdẽ cõstituisse, & decætero omnẽ naturã in sua potestate reliquisse, & p hoc fieret ut iã creatura necessariũ non haberet factorẽ. Ideo ergo natura rerũ cõuertitur contra naturã suam interdum, ut semper deus naturarũ opifex in memoriã reducatur, & semper necessarius

Esa.2.a

Præsumit.

Spiritũ.

Eccl.7.

Mulieris malæ descriptio.

Quãdo dicitur causa contra naturam naturæ aliqua interdũ euenire.

sit factor suæ naturæ: & nõ solũ semel, sed quotidie opa sua facere uideatur. Propterea in euãgelio de cæco, qui sic natus fuerat, dominus dicit: Neq; hic peccauit, neq; parentes eius, sed ut manifestentur opera dei. Nõ solùm simpliciter intelligẽdum est, sicut multi putãt, ut cæco sanato dei potẽtia cognoscatur, id est operans deus. Alioq oibus infirmitatib. sanatis, dei potẽtia cognoscitur: sed ideo in illius pson̄a hoc dicit, quia cõtra regulam naturę sine oculis erat creatus, ut in trãsuersione naturæ opus dei itelligatur dũ emendatur natura. *Tunc oblati sunt ei pueri, ut manus eis imponeret, & oraret.* Tunc.s. quando dominus de castitate sermonem faciebat, & beatos pronũcia bat eunuchos. De gloria.n. cõtinentiæ domino referẽte atq; dicẽte, Sunt qui se eunuchizant pp regnum cœlorũ: audientes quidã obtulerunt ei infantes, pueros castitate mũdissimos. Putabãt.n. quia dominus corpore mũdos tantùm laudaret, nõ & uolũtate: ne sciẽtes, qa dominus nõ illos beatificauit eunuchos, quos pueritiæ necessitas facit castos, sed continẽtiæ uirtus. *Discipuli autem uetabant eos.* O caro amica rerũ malarum, & nõ amica rerũ bonarũ: quia nõ delectatur in bono, ideo facilè obliuiscitur bonum: malum autẽ quicqd audierit, quasi naturaliter in corde suo plantatũ, sic retinet semp. Nam nunq; potest aliquis obliuiscì quod diligit, nec retinere quod odit. Ante enim modicum Christus accipiens puerum dixerat: Nisi facti fueritis sicut puer iste, non intrabitis in regnum cœlorũ. Et ecce statim obliti discipuli puerilis innocẽtiæ, uetabant ad Christum pueros quasi indignos accedere, ad quorũ similitudinẽ ipsi fuerãt inuitati. Nã quis mereatur appropinquare Christo, si repellitur ab eo infantia simplex? Putabãt.n. se honorẽ facere Christo, damnum facientes gloriæ eius. Nam quẽadmodum damnum est medico, si subtrahãtur infirmi: sic damnum est Christo, nõ habere quos saluet. Si.n. expectans Samaritanos peccatores, de quibus ipse mandauit, quasi de indignis, in ciuitates Samaritanorũ ne intraueritis: tamẽ sic de aduẽtu eorũ gaudebat, ut diceret: Escam habeo manducare, quã uos nescitis: putas quãtò magis esuriebat salutẽ inno centiũ puerorũ? Ideo dixit: *Nolite uetare pueros.* Nam si sancti futuri sunt, qd uetatis filios ad patrẽ uenire? Si aũt peccatores futuri sunt, ut qd sententiam condemnationis profertis, anteq; culpã uideatis? *Talium est enim regnum cœlorum.* Talium, non oĩum. Nã quales modò sunt, meum est: quales autẽ posteà futuri sunt, ipsorum. Quod ergo meũ est, honorate: quod autem ipsorũ fuerit, miseremini. Talium est.n. regnũ cœlorum, qui casti sunt ex uirtute, sicut pueri ex ætate. Talium est, qui simplices oculos habẽt, sicut pueri, & non cognoscunt differẽtias psonarum. Ecce.n. puer, si uiderit hominem, nihil aliud uidet in eo, nisi hoc solũ quia homo est: non dignitatem eius intelligit, non considerat uestem ipsius. Vir autem perfectus, cũ hominem uiderit, non aspicit, qa homo est: sed statim cogitat de dignitate illius, & æstimat uestimenta ipsius. Vides ergo, quia sapientior est imperfectus puer, q̃ pfectus uir? Vir.n. nõ hoiem aspicit, quẽ deus fecit dominus: sed ornatũ, quẽ diabolus adinuenit. Puer autem non ornatum aspicit quem diabolus adinuenit, sed hoiem quem deus creauit. Priusq; puer ueneno diabolico mundialis malitiæ repletus fuerit, cognoscit opus factoris: cùm uerò inebriatus fuerit mundi spiritu, iam non aspicit opus factoris, sed illecẽbras corruptoris. Præsens locus instruit oẽs parentes, ut filios suos indesinenter sacerdotib. offerant: quia si sacerdotibus offerũt, offerunt Christo. Non.n. sacerdos manus imponit, sed Christus, in cuius noĩe manus imponitur. Si.n. qui escas suas p orationem nõ offert deo, coinquinatas eas mãducat, secundum quod de illis ait Apostolus: Quoniam oĩs creatura dei bona, & nihil reiiciendũ quod cũ gratia rum actione percipitur: sanctificatur.n. per uerbum dei, & orationẽ. Dicens.n. sanctificatur per uerbum dei & orationem: ostendit, quia maculata est, nisi p orationẽ fuerit oĩs esca mũdata & sanctificata: quanto magis pueros offerri deo & sãctificari necesse est? Causa aũt sanctificandarum escarũ hæc est, quoniã mũdus totus in maligno positus est. Ergo & oĩs res corporalis, quoniã mũdi est pars, in maligno est posita, & ipsam propterea oportet sanctificari. Consequẽter & infantes quãdo nascũtur, & ipsi quantũ ad carnẽ in maligno sunt positi: quoniã & oĩs caro quasi pars mũdi, in maligno posita est. Propterea necesse est offerri pueros, ut assiduè super eos oratio fiat: quoniam escã semel sanctificari necesse est. Mãducamus.n. eam, & transit: hoiem aũt quem indesinẽter aduersarius psequitur & sordidat, semper sanctificari necesse est. Aliter: Conuenienter cõsutatis Iudæis, tẽtatorib. & lasciuis, offerũtur pueri Christo in mysterium gentiũ in fide paruulorũ, & lactis adhuc solius capientiũ escã, quos obtulerũt Christo patres eorũ: sicut ordinis est itelligere, posita sunt euãgelia gẽtiũ singularũ, qd discipuli in figura principũ Iudaici populi prohibebant: quoniã semp Iudęi oĩa faciebant, ne Gentes saluarentur introductæ ad fidem.

Homilia xxxiij. ex cap. xix.

Tecce uir unus accessit ad eum, & ait: Magister bone, quid boni faciã, ut habeam uitã æternam?

Et reliqua. Non sine ratione q̃rendum est in hoc loco, cur hic de isto adolescẽte Christũ interrogãte, Magister bone, qd boni faciam, ut uitã æternã possideã: cũ dominus impleuisset narrationẽ, in fine sic addidit: Multi.n. erunt, inquit, primi nouissimi, & nouissimi primi. Quod de Iudæis & Gentibus dictũ eẽ dubitat nemo. Ne fortè ergo hic adolescẽs in mysterio introducitur Iudaici populi semp adolescẽtuli, semp gloriantis & leuis. Sic.n. facere solet Christus plerunq;, quando de mysterio alicuius rei est locutus, antè introducit corporaliter facientẽ id ipsum, ut ex eo occasionẽ inueniens, corporalem narrationẽ mysterij, q̃ rei propositum exequatur: Vtputa, cũ de compescenda iactantia Pharisæorum apud Lucã locuturus fuisset, introducit primò hydropicũ, & sanauit, ut in corporali tumore hydropici iactantiæ Pharisæorũ pungeretur ⌜inflatio. Sic & hìc cùm de resutatione Iudæorũ, & electione Gentium mysteriũ exponere uoluisset, ex eo uerbo qđ dicit ad Petrum, Et oĩs qui reliquerit patrẽ & matrẽ, &c. usq; ad parabolam subsequentẽ de mercenarijs conductis in uineã, hora prima, tertia, sexta, & nona, & undecima, quo gentes præponendæ erant Iudæis: introduxit istum adolescentem gloriantem, & leuem, & amãtem amplius bona sua carnalia, q̃ cœlestia Christi promissa: ut passione corporali adolescẽtis istius, Iudaici populi spiritualis passio demonstraretur: pp quã Christo non credidit: id est propter placentia sibi, propter iactantiam uanam, propter quęstus quos capiebat ex lege, remansit in lege. Propterea quæcunq; dicuntur

Sup.10.a & Luc. 10.f Ioan.4.d

Luc.14.a

⌜ præpintatione

geretur. Infrà. d.

G de aduleſcẽtulo iſto, ſic ſunt accipiẽda, quaſi de populo Iudaico dicta. Iudaicus ergo populus erat adoleſcẽs, nõ ætate, ſed leuitate: moribus imaturus, nõ annis. Nã oĩa qdẽ uitia carnalia, iuuenilia ſunt, ſicut dixit Apoſtolus: Iuuenilia. n. deſideria fuge, ſectare iuſtitiã, miſericordiã, pietatẽ, &c. Præcipuum autem uitium iuuenile, eſt gloriatio, q̃ amplius uult uideri, q̃ eſt: aut in toto uult uideri, nõ eſſe qualis eſt. Nã ſic populũ Iudaicum fuiſſe cognouimus in ſcripturis, ſicut & dominus dicit de illis: Faciunt oĩa, ut ab hominibus uideantur. Itẽ: Væ uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, qui diligitis primas cathedras in ſynagogis, &c. Itẽ: Væ uobis q̃ iuſtificatis uoſipſos, deus autẽ cognoſcit corda ueſtra. Propter qd & ficus dicti ſunt, habentes folia ſine fructu, id eſt ſpeciẽ ſanctitatis, nõ ipſam ſanctitatẽ, quã æſtimatione qdẽ iuſtitiæ ſectabantur, opera aũt abhorrebãt. Et uide quo modo i exordio ipſo narrationis populi Iudaici mores ſignificat. Dicit enim: *Magiſter bone, quid boni faciam, ut uitam æternam poſſideam?* Quia ſemp Iudęi interrogatores dei fuerũt, & nõ obauditores: laudatores ſanctorũ, & nõ imitatores: auditores legis, & nõ factores: ſemp diſcẽtes, & nunquã ad ſcientiã ueritatis peruenientes: gloriantes in lege, & p̃ præuaricationem legis dominum deũ inhonorantes. Adhuc & illud conſidera, q̃a nihil de actione dei interrogat qd credat, aut q̃o credat: ſed hoc, Quid faciendo uitã æternam poſſideat: q̃a oĩs ſpes ſalutis apud Iudęos in operibus erat, nõ in fide, ſicut dicit Apoſtolus de illis & Gentibus: Quoniã gentes quæ non ſectabantur iuſtitiã, in legis iuſtitiam peruenerunt: q̃a non ex operibus, ſed ex fide: Iſrael aũt ſectãdo legis iuſtitiã, in legem iuſtitiæ non peruenit: quia non ex fide, ſed ex operibus, Prima autẽ iuſtitia eſt cognoſcere deũ patrem, & Xp̃m eius: nouiſſima autem iuſtitia, eſt facere opera bona. ſicut cũ dominus dixiſſet quibuſdã Iudęis: Operamini cibum, qui nõ perit, ſed qui permanet. Interrogãtibus eis: Quid faciemus, ut operemur opus dei? Reſpõdit: hoc eſt opus dei, ut credatis in eũ quẽ ille miſit. Illi aũt opus agnitionis dei negligẽtes, qđ eſt p̃cipuũ Chriſtiani opus, ſemp ad diabolũ tranſibant, & de operibus iuſtitię requirebant. Propterea dei agnitionẽ perdiderunt, & opera iuſtitiæ nunquam impleuerunt: quia uirtus faciẽdæ iuſtitiæ, agnitio dei eſt. *Dicit ei Ieſus: Quid me dicis bonum? Nemo bonus, niſi unus deus.* Nunq̃d nõ erat ipſe bonus, cùm eſſet filius dei deus? Nam quẽadmodum cũ ipſe ſit filiꝰ dei, & ipſe deus eſt, quaſi filius: ſic cũ ſit bonus deus, & ipſe filiꝰ dei ſine dubio bonus eſt, quaſi filius boni. Sicq̃ Iudaicus populus unius dei habens agnitionẽ, Xp̃m nec filium dei, nec deũ cognoſcere uolebat. Hac ratiõe laudẽ ſibi oblatã ab eo repulit, quia nõ quaſi deum bonũ, ſed quaſi hominẽ bonũ eum dicebat. Quod nõ feciſſet, ſi ille quaſi deũ bonum, bonũ eum dixiſſet. Et uerè quantũ ad Iudęos, qui unum deũ colebant, & Chriſtum dei filium non cognoſcebãt, nemo erat bonus, niſi unus deꝰ: apud fideles uerò, ſicut unus deꝰ pater eſt bonus, ſic & unigenitus deꝰ nihilominus bonus eſt. Puto aũt, ſi dixiſſet ei, Magiſter ſancte, aut ẽt iuſte, ſimiliter reſpondiſſet: Quid me dicis ſanctũ, aut iuſtũ. Nemo ſanctus, niſi unus deus: nemo iuſtus, niſi unus deus. Ex q̃bus oĩbus dicimus, quoniam ſicut tũc Chriſtus laudem eius repulit, quia non cognoſcebat eũ, ſic ſemp repellit laudes oĩum ignorantium: conſequenter nec pater ſuſcipit laudes eorũ, qui non cognoſcunt eum ſecundum quod eſt. Nunq̃d gentes nõ cognoſcebant deum & honorabant, ſecundũ quod Atheniẽſibus dicebat Apoſtolus: Perambulans. n. ſimulachra ueſtra, inueni arã ignoti dei. Quem ergo uos ignorantes colitis, hunc ego annuncio uobis. Sed nõ ſuſcipiebat culturam eorũ, quia non cognoſcebant eũ ſecũdũ quod ipſe cognoſci uolebat. Si autẽ nec Chriſtus ſuſcipiebat laudes Iudæorũ, nec deus pater gentiũ: quia non cognoſcebant eum ſecũdũ quod decebat cognoſcere eos: ſine dubio nec hęreticorũ ſuſcipiũt laudẽ, uel pater, uel filius, quoniã nec ipſi cognoſcũt quis pater, q̃s filius, errãtes de ambobus, & confundentes utrunque: quoniã qui filium cognoſcit, ille & patrẽ cognoſcit. Quòd ſi laudes eorũ nõ ſuſcipiunt, conſequenter nec opa, quamuis uideãtur iuſta. Propterea cũ dixerint, Nos in noĩe tuo prophetauimus, & in noĩe tuo dæmonia eiecimus, & uirtutes multas fecimus: dicit eis Ieſus, Diſcedite à me, neſcio uos. *Si uis uenire in uitam, ſerua mandata.* Quàm ſapienter ait ſerua. Ille. n. interrogauerat, quid boni faciam? iſte contrà illi reſpondit, ſerua. Non dixit, diſce mãdata, quia deus docuerat eũ, factor naturę rationabilis: ſed, ſerua, quia nõ ſeruabat. Nã in hoc quod admonetur ſeruare, oſtenditur non ſeruaſſe. Nã non eſt ille bonus, qui interrogat de bono, ſed q̃ facit qđ bonum eſt. *Non occides.* In perſona quidem loquens unius illius quicunque fuerit, cõuenienter loqtur perſonæ populi Iudæorum. Quæcũque. n. ſciebat, quaſi deus, populũ Iudaicũ eſſe facturum, uel in ſe, uel in diſcipulos, uel iã facere: anticipans eadem ipſa, præmonet eos, & dicit: Si uis intrare in uitã, nõ occidas. Sed occiderunt & ipſum, & diſcipulos eius. *Ne adulteueris.* Sed adulterati ſunt recedẽtes à deo ſuo, & uiro animarũ ſuarum, cũ diabolo corruptore. *Ne furtum facias.* Sed fecerunt, furantes quidẽ fidem diuinitatis eius ex opere, & dicentes: Hic nõ eiicit dæmonia, niſi in Beelzebub principe dæmoniorũ: ne per opus illud crederẽt Xp̃o. Item furati ſunt ueritatem reſurrectionis eius de toto mũdo, quãtùm ad ſe, dãtes pecuniã multam militibus, ut dicerent, q̃a nobis dormientibus, nocte uenerũt diſcipuli eius, & furati ſunt corpus eius. *Non falſum teſtimonium dices.* Sed dixerũt cõtra ſcripturas, hunc ſcimus unde eſt. Deinde falſum teſtimoniũ protulerunt, dicẽtes: Nos audiuimus eum dicentẽ, quoniam ego diſſoluam templũ hoc manu factũ, & in triduo reædificabo illud. Similia & in Stephanum dixerunt. *Honora patrem tuum & matrem tuam.* Sed non honorauerũt neque patrẽ ſuũ deum, qui ſeminauerat eos, neq̃ matrem ſuam eccleſiam patriarcharũ & prophetarũ cœleſtem: ſed tanquam genimina uiperarũ ruperũt eos, & exierũt ab eis. *Et diliges proximum tuum ſicut teipſum.* Sed non dilexerunt Chriſtum factũ ſibi proximũ, ſecundũ carnis cognationẽ. Quoniam ergo & olim per Moſen hæc eis ſeruare p̃cepit, & poſteà per ſeipſum: illi autẽ non ſeruauerũt ideo non intrauerunt in uitã, id eſt in agnitionem dei patris & Chriſti. *Et reſpondit: Hæc omnia ſeruaui à iuuẽtute mea.* Natiuitas Iudaici populi fuit ex tẽpore Abrahæ, uſq̃ ad exitum eius de Aegypto. Tũc. n. quaſi infans fuit populus ille, ſicut deus apud Ezechielem prophetam teſtatur, dicens ad Hieruſalẽ: In qua die nata es, nõ eſt p̃ciſus tuus umbilicus, & nõ alligauerunt mamillas tuas: & etiam in aqua non es lota in ſalutem, neq̃ oleo uncta es, neq̃

2. Tim. 2. d.

Ioan. 6. c.

Rom. 9. g

Luc. 16. d

Inf. 23. b.

Sup. 7. c

Sup. 15. a.

Eſa. 1. c

Exo. 31. d

Inf. 7. d

Ibid. 2. d

Act. 7. f.

Eze. 16. d

A ſale ſalita, neq̃ pannis inuoluta es: neq̃ pepcipit oculus meus in te, ut facerẽ tibi unum ex iſtis omnib. ut pararetur aliq̃d ſuper te, & proiecta es in faciẽ cãpi, & in prauitate aiæ tuæ, in qua die nata es. Et tranſiui ad te, & uidit te cõſperſam in ſanguine tuo, & dixi tibi: De ſanguine tuo bibes. Et multiplicaui te ſicut hortũ agri, dedi te, & multiplicata es, & magnificata es, & intraſti in ciuitates ciuitatũ. Iuuẽtus aũt eius fuit ex tpe Moſi, uſq̃ ad reges. Virilitas aũt eius ex tẽpore regum eius, uſq̃ ad trãſmigrationẽ Babylonis. Senectus aũt eius à tranſmigratione Babylonis uſq̃ ad Chriſtum, quãdo & mortuus eſt populus ille, propriam interficiẽs uitam. De iſtis autem ætatibus ſuis etiam per prophetam teſtatur populus ille, & dicit: Pſa. 70. c Domine, memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius: domine, quã docuiſti me ex iuuẽtute mea, id eſt ex tpe Moſi, quando legem ad eruditionem ſuam accepit. Et uſque nunc pronũciabo mirabilia tua: quod eſt in tpe regum. Et uſq̃ ad ſenectam & ſenium deus ne derelinquas me, donec annunciem brachium tuum generationi omni q̃ uentura eſt: qđ factum eſt in tpe Chriſti, quando qui digni fuerunt ex eis credere in
B Chriſtum, brachium domini annunciauerunt omni generationi gentiũ, poſtmodum credẽti in Xp̃o. Quàm congruũ autem populus ille Iudaicus dedit reſponſum, qui tamen corde nunquã credebat, ſemper ore cõmendabat ſe dicens: Hęc omnia ſeruaui à iuuentute mea. Quod nõ erat uerũ. Nam & prophetas occidit, cumq̃ idolis ſemp adulteratus eſt, & furtũ ueritatis ſcripturarũ ſemp cõmiſit, ſicut ẽt dominus dicit de illis: Quia irritum feciſtis mãdatũ dei pp traditionẽ ueſtram. Et falſa teſtimonia dixit in interfectoribus prophetarum, maximè in Eſaiam, apud regem Manaſſen, dicẽs: Quia principes ueſtros, Sodomitas appellat: & populum Iſraeliticum, Gomorrheos, dominũ ſabaoth ſe uidiſſe blaſphemat ſ, cũ dicat deus: Nemo uidebit faciẽ meam, & uiuet: propter quod & ſerratus eſt lignea ſerra. Sed oĩa illa ſpecialiter conuincere Chriſtus omittens, quaſi ex alijs argumẽtis uult populũ Iudaicũ oſtendere nihil horũ unquã ſeruaſſe, dicens, *Reſpondit Ieſus: Adhuc tibi reſtat unum, Vade & uende omnia tua, & da pauperib. & habebis theſaurum in cœlo, & ueni ſequere me.* Ac ſi dicat, Scio quidẽ, quia mẽtitus es, & interim accipio
C hæc quaſi uera. Si ergo oĩa iſta ſeruaſti à iuuentute tua, ut fias pfectus, uade & uende oĩa quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurũ in cœlo, & ueni ſequere me. Quæ ſunt q̃ poſſidebat Iudaicus populus? Puto quòd illa q̃ dicit Lucas hoc modò: Ad horam aũt cœnæ miſit inuitatos uocare: illi aũt recuſauerunt, & unus dixit: Villam emi, & uado uidere illã: & alius, Iuga boum emi quinq̃, & uado probare ea: aliꝰ aũt, Vxorẽ duxi, & ideo nõ poſſum uenire. Quorũ oĩum interpretatio ſpiritualis facta eſt in proprio loco. Hic aũt hoc dicimus tantũ, q̃a ex quib. cauſis illic ponuntur Iudæi non ueniſſe ad Chriſtum, ex ipſis cauſis carnalibus, & terrenis intelligitur populus receſſiſſe à Xp̃o, Tantũ ſ differẽtia in hoc eſt, quòd illic Iudæi ponuntur nõ ueniſſe ad Xp̃m: quia amore carnalium rerũ & terrenarum occupati, nec perman ſerunt in Chriſto, nec conſiderauerunt opa eius, nec audierunt ſapientiam eius: propterea non cognouerunt eum filium dei, nec uenerunt ad deum. Hic aũt illum populum Iudæorũ demõſtrat, qui uel ex prophetis, uel ex operib. uel doctrinis eius cognouerũt filium dei: & cõcupiſcentia lucrorũ carnaliũ, uel bonorum quæ conſequebantur ex lege carnali, pp auaritiam receſſerunt à Chriſto, non ignorantes diuinitatem eius, ſed non ſuſtinẽtes ueram iuſtitiam eius. Quæ ſunt ergo bona Iudaici populi, quæ uẽdere, & pauperibꝰ dare mandantur? Primũ quidẽ agnitio dei unius, lex, templum, ſacerdotiũ, leuitica & diuerſa genera ſacrificiorũ, quibus oĩbus carnaliter utens populus ille, quaſi poſſeſſiones fructiferas poſſidebat. Quæ quantũ ad æſtimationẽ quidẽ Iudęorũ magna uidebantur, & multa: quantũ aũt ad Chriſti promiſſa, pauca, & nimis exigua. Quæ oĩa mandantur dari Gentibus, ſpecialiter pauperib. & nihil horum habẽtibus in q̃bus populus ille Iudæorũ fuerat diues. De hoc. n. populo Iudæorũ diuite & cõtẽnendo, ſ & de populo gentiũ paupere & ditãdo dicit Maria in Euãgelio: Pauperes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes. Hoc ergo dicit dominus ad populũ Iudæorum, ſuadens eis, qđ melius eſt unius dei agnitionem uendere: uade, & trade eam gentib. pauperibus, & nõ habẽtibus dei unius & ueri agnitionẽ: tu aũt aſcẽde ad maius, ueni & ſequere etiam me, ut cognoſcas quoniam hæc eſt uita ęterna: cognoſcere nõ ſolũ uerum deum, ſed ẽt Chriſtũ Ieſum, quẽ miſit ipſe. Poſſides templum: trade id gentib. pauperibus, & non habentibus templum dei, & in primis uenientibus ad agnitionem dei, & ueni ſequere me, ut & ipſe efficiaris tẽplum dei. Nam impfectorum, & incipientiũ eſt habere ſ templum dei: perfectorum eſt templum dei eſſe. Poſſides legem: trade eam pauperibus gentib. & nõ habẽtibus legẽ: tu aũt ueni, ſequere me, & eris in gratia, ſciens, quia lex nõ eſt poſita iuſtis, ſed impiis peccatoribus: gratia aũt perfectionis eſt præmium. Poſſides legis diuerſa mandata, utputa habes hoc mandatũ: Audi Iſrael, dominus deus tuus, deus unus eſt: trade ea pauperibus gentib. nõ habẽtibus unũ deũ. Habes, nõ facies idolum: trade hoc pauperibus gentibus, & p ignorantiã idola multa colentibus: tu aũt ſequere me, ut habeas uitam æternam. Hæc eſt autẽ uita æterna, ut cognoſcas unũ deũ uerum, & Ieſum Chriſtum, quẽ miſit. Habes, Non occides: trade hoc gentib. homicidia multa facientibus: tu aũt ſequere me, ut nõ iraſcaris. Habes, Ne adulteres: trade hoc gentibus laſciuis, ut diſcãt nõ adulterari: tu aũt ſequere me, ut ne cõcupiſcas. Habes, Nõ periurabis: trade hoc gentibus, ut diſcãt non periurare: tu aũt ſequere me, ut nõ iures. Habes, Oculũ pro oculo, dentẽ pro dente: trade hoc gentib. ut nihil mali patiẽtes inferãt mala: tu aũt ſequere me, ut qui te pcuſſerit in maxillã unam, præbeas illi & alteram. Habes, ut odias inimicos, & ut diligas amicos: da hoc pauperib. gentibus, abſq̃ omni iuſtitia qui nec amicis ſuis bonã conſciẽtiam ſeruabant: tu aũt ſequere me, ut etiam inimicos diligas: quoniam hęc omnia pauperes debent habere, ut conſoletur uita eorum in ipſis. Incipientiũ ſunt oĩa illa, nõ perfectorum. Si ergo hæc omnia tradideris pauperibus gentibus, & ſecutus me fueris, p hæc maiora q̃ dixi, manifeſtũ eſt, quia omnia illa à iuuentute ſeruaſti, & proficiens in ſenectute tua, quæ iuuenum erant euacuaſti. Si autẽ per hæc maiora me ſequi nolueris, manifeſtũ eſt quoniam oĩa illa non ſolum à iuuentute tua nõ cuſtodiſti, ſed nec modò ẽt in ſenectute tua cõſeruas. Qũo aũt poteſt fieri, ut ſterilis eius ſit ſenectus, cuius fœcunda fuit iuuentus? Nec eſt poſſibile, ut nõ creſcat in illo bono, qui cœ-

D

E

Deut. 6. a

Leu. 26. a

Ioan. 17. a

Exo. 20. e & Deut. 5. b. &

Rom. 13. c

Exo. 21. c.

Leu. 19. d & Matt. 5. g

Luc. 14. d

Val. tamẽ

Gpit ab ipso bono. Nam nō stat eū in suo statu peiorē fieri ⌜, sed necesse est, ut exercitatus semp crescat ad melius. *Ille autem his auditis, tristis abijt: erat enim habens multas possessiones.* Nam uerè pp duas causas Iudaicus populus recessit à Xpo. Aut propter peccata sua, quia nunquā seruauerat dei mādata, sicut dominus ad Nicodemum loquēs testatur, dicēs: Qui autē non credit in filiū dei, iam iudicatus est. Hoc autem iudicium est, quoniā lux uenit in hunc mundum, & hoīes magis amauerunt tenebras quàm lumē, erāt enim opera eorū mala. Omnis enim qui malū agit, nō uenit ad lumē, ne manifestentur opera eius. Aut propter lucra carnalia, q̄ conferebant ei consuetudines legis: sicut ostēdit parabola, in qua se inuitati ex causāuerunt propter uillam, pp boues, id est propter lucra carnalia. Nā sacerdotes quidē non uenerūt ad Christū, ne sacrificiorū lucra amitterēt: populus aūt, quia per sacrificia (ut putabant) delebantur peccata eorum. Qualis autē emūdatio sit in eo, qui in sanguine animaliū ueniam consequitur peccatorum? Quā tùm enim dolet de occisione animaliū, tātū & emū datur populus. Propterea dicit propheta: Si uoluisses, sacrificiū dedissem, utique holocaustis non delectaberis. Sacrificium deo spiritus contribulatus, &c. Quomodo autem populus Iudaicus tristis secundū animam abiit à Xpo, intelligit qui cōsiderat, quæ est lętitia spiritualis. Lętitia. n. cordis est bonam conscię tiam habere ad deum, & spiritualiter esse gaudentē, ac propter hoc non desperantem. Quomodo autē poterat populus ille habere bonā cōscientiā ad deū, & spiritualiter esse gaudens, qui intelligēs Christum per opera eius esse filiū dei, propter peccata sua, aut propter lucra carnalia legis cōtemnēs Xpm, maluit esse in corporalibus possessionibus legis, q̄ in gratia Christi? Ideo autem & abeunte illo, dominus dicit: *Quàm difficilè diues intrabit in regnū cœlorū. Facilius est camelum per foramen acus trāsire, quā diuitē intrare in regnum cœlorum.* Quoniam facilius gētes, quæ fuerant tortuoso aīo, intraturæ fuerant per angustum ostiū regni cœlestis, q̄ Iudæi qui diuites uidebantur. Diuites autem erant Iudæi in lege, in prophetis, cæterisq; patriarchis, in scripturis diuites, in tēplo, in sacerdotibus, in leuitis, in sacrificiis, cæterisq; dispositionib⁹ ad religionē pertinentibus: quę oīa non illos ædificauerunt in sanctitate, sed inflauerunt superbia. Apud se quidem delectabātur seruire diabolo, corā alijs autem uolebant apparere dei cultores. Gentiū autem aīæ assimilatę sunt tortuosis camelis, in quibus gibbus idololatriæ ipsorū erat: quoniā cognitio dei erectio est animarū. Vnde & homines quia acceperāt à deo scientiā dei, erecti creati sunt: animalia autem, quoniam nō habent sciētiam dei, in natura sunt fracta, id est incuruata⌝. Sic & idololatria, q̄ uidetur esse erectio eorū, id est religio, potius depresio est aīarum. Nam sicut præ omni iustitia operū, maior est iustitia cognoscere deū: sic præ omni peccato, maius peccatū est idola adorare. Sicut ergo gibbus cameli, qui uidetur esse erectio sublimitatis corporis ei⁹, ipse est magis depsio eius, & deformitas: ideo nec collū eius surſum erigere potest gibbo depſſus: Sic idolola tria Gentiū, q̄ uidetur illis esse maxima res, spiritualis iustitiæ religiositas, & erectio animarū illorum: ipsa est magis iniquitas, & incuruatio, & depresio animarum ipsorum. Ideo. n. nec caput animarum ipsorum surſum erigere possunt ad deum, nec ad dei notitiā peruenire, depresi idololatria sua. Et quemadmodum supra dorsum oīum iumentorum non stat sarcina, nisi fortiter fuerit colligata ad ipsum: supra camelū autem ēt sine recolligatione repausat: (nam ipse gibbus sarcinā tenet in se, aptus est enim ad pōdera baiulanda) Ita in cęteris qdē peccatoribus nō ⌜ cognoscentibus deum, Omnes. n. peccatores iumēta dicuntur, sicut dictum est: Hoīes & iumenta saluabis domine: nō stat sarcina peccatorū in corde ipsorum, nisi cū magna uiolentia, & uirtute diabolus tenuerit in corde ipsorū, alligās eam delectationibus. Ipsa. n. cognitio dei excutit à se pondera peccatorū, nisi hoc modo quo diximus fuerint colligata. In gētibus aūt sine labore diabolus tenet peccata: qa nō est illis cognitio dei, q̄ excutiat pōdera peccatorum, sed idololatria ipsa, quasi gibbus retinet in se uniuersa peccata: apta est. n. ad baiulanda pōdera peccatorum. Dum. n. sciunt Gentes idola sua neque uidere, neque audire, neque intelligere q̄ agūtur, neque irasci, neq; uindicare posse: nō solùm non se abstinent ab idololatria, & nō se conuertūt ad uerum deum, sed quotidie magis addunt peccata, sicut ait Salomō: Peccator adiciat ad peccandū. Deinde oīa animalia quamuis libenter terrā aspiciant, semper tamē quādo uolunt, possunt tollere collū suum ad cœlū: solus camelus autē nūquā potest surſum tollere collum suum gibbo depressus: Sic oēs peccatores liben ter quidē semper terrena aspiciunt ⌜, tamen quandocunque uolunt, possunt cōuertere se ad cœlestē iustitiam: gentes aūt nullo modo possunt explicare se, & ad diuina cōuertere, idololatria sua curuati, & excęcati. Ideo sicut camel⁹ neq; deorsum recto collo aspicere potest, sicut cętera aīalia: neq; surſum recto collo aspicere pōt sicut homo, sed inter surſum & deorsum caput ei⁹ pēdet in medio: ita & Gētiles neq; aīalibus assimilantur ad plenū, neq; hominibus similes sunt. Propter humanū & rationabilē intellectū suū hominibus nō sunt similes, qa nunquā cœlestia, sed terrena semper attendunt. Deinde sicut oīa animalia ęqualia habent crura corporis sui: (quātum. n. habet altitudinis corpus uniuscuiusq; animalis, tātùm penè altitudinis habent & pedes eorū, aut modicè amplius: præ oībus autē animalibus multò amplius camelus altiores habet pedes q̄ corpus, homo autē æquales habet corpori suo pedes:) sic oēs uiri iusti, secundū quod sunt, talia proposita habēt, cogitationes & actus. Pedes aūt sunt proposita, quibus de re transeunt ad rē. Vnde & propheta dicebat: Domine, nō est exaltatū cor meum, neq; elati sunt oculi mei, neq; ambulaui in magnis, neq; in mirabilibus super me. Item Apostolus: Parco aūt, nequis me existimet supra id quod uidet in me, aut audit aliqd ex me. Peccatores autem maiora proponūt, q̄ sunt: proposita sua, & cogitationes, & actus maiores faciunt, q̄ habent uirtutes, ut semper maiores uideantur esse q̄ sunt: maximè aūt gentiles, qui super istam iactantiā, quam habent oēs homines peccatores, & mundiales, ēt ad secreta cœlestia extenderūt proposita sua, & cogitationes, & actus, uolētes se ostēdere supra q̄ erat natura ipsorū humana. Adhuc & alia ratiōe gētes assimilantur camelo, quoniā nec camelus ad plenum immundus est, nec ad plenū mundus. Mundus quidē est, quia reuocat, & ruminat: immūdus autē, quia nō habet duas ungulas fissas. Sic & Gētes, quoniam uacuę sunt, nec mūdę ad plenū. Mundę qdem fuerunt,

Nam nō stat sibi in suo statu priori.

Matt. 5. g

Ioan. 3. c.

Infr. 22. a et Lu. 14. d.

Psa. 50. d

H

I

⌜ in natura prona sunt facta.

K

⌜ tamen.

Psal. 35. b

M

Psal 130. a

2. Co. 12. b

Eccl. 3. d.

L

⌜ al. adhuc

A fuerunt, qa & tractabant q̄ dei erant: id est, ruminabant, & cōuersabantur rationabiliter penè secundū deum: sed conuersationē quæ pes est, non habēt diuisam in duo, id est & in fidē, & in opera, sed habent opera tantū. Et sicut cameli pes ambulantis nō diſsipat terram, sed cùm sit mollis, cōcordat ei, & cōplectitur eam: sic & cōuersatio Gentium, quāuis nō esset bona, non erat diſsipans terram, hoc est carnalē naturam, sed conueniēs erat naturæ carnali, & secūdum uoluntatē ipsius erat. Vt aūt manifestū fiat qd dicimus, accipiamus exēplum qd dicitur apud Iob, de intelligibili equo & bellatore hoc modo: Qui in iracūdia, inquit, demolitur terram. Qui ergo intelligibilis & bellator, equus Xpi est, ipsum in se portās sessorē, omne opus bonū & spirituale qd agit in iracūdia, agit naturæ suæ irascens carnali, in eo qd displicet ei maleuolentia carnis: & aduersans ei, in destructionē carnis suæ agit, quod agit, & diſsipet carnem suam. Nam siquis spirituales uirtutes exequitur, propria mortificat mēbra: quantò magis & diſsipat, id est demolitur terram? Gentiles aūt etsi bona opa faciebant, tamē qa nō pp deum faciebant, sed aut pp

B æstimationē humanam, aut pp futurā noīs memoriam, aut pp hoc solū, quia bonū facere, bonum est: ipsa conuersatio ipsorum nō diſsipabat naturam carnalem, quia hoc ipsum bonum, quod pp uanum aliquid fit, & non pp deum, secundum carnem est, & secundum uoluntatem naturæ carnalis, & nō est contrariū naturæ carnali, pp quod nec diſsipat eā. Acus aūt est uerbū dei, quod est filius dei ipse: cuius prima pars subtilis est, atq; acuta. Subtilis, secūdum causam diuinitatis ipsius: acuta aūt secundum causam incarnationis eius. Tota recta, & nullā habēs deflexionē, aut scrupulū, per cuius uulnus passionis gētes iā ingressæ sunt uitam æternam, qui uulnera consuere solus potest, à quo consuta est immortalitatis tunica, q̄ olim conscissa erat super Adam. Ipsa est acus q̄ spiritui consuit carnē, ulterius separare se non potentē.

Ephe. 2. c. Hæc acus Iudaicum populum iunxit simul & Gentium, de quo dicit Apostolus: Ipse. n. est pax nostra, q̄ fecit utraq; unū. Hæc est acus, quæ diruptam amicitiam angelorum & hominum copulauit. Hæc est acus, quæ configit & pertransit, & uulnus nō facit. Et ut quid difficilè populus Iudaicus intrat in regnū

C cœlorū? Primū, sicut diximus, pp carnales usus: quoniam lex corporalia habet lucra, & psentia: Christus aūt spiritualia promittit, & futura. Apud carnales autē hoīes semper præsentia ꝓponuntur futuris, & spiritualibus corporalia. Et nō solùm sacrificiorum usus erat carnalis, sed & omnis promissio legis corporalis erat, & terrena. Si. n. Christianis suadere non possūmus diuitias contemnere oportere, Dicūt. n. nobis, si noluisset deus hoīes habere diuitias, non creasset eas in mūdo: quantò magis difficilè erat populo Iudaico diuiti secūdum hoīes psuaderi, ut derelinqueret diuitias legis, & totius Iudaici cultus, quas à deo susceperat? Dicebāt. n. Si deus uoluisset legem contēni & templum, illa omnia cum tanta ratione & diligentia non tradidisset. Populum aūt gentium, id est

Luc. 13. e. camelum, facile erat per foramē acus transire, id est per angustum ostium de quo scriptum est: Contendite intrare per angustum ostium. Quare? quia omnis cultura Gētium uana & irrationabilis erat. A cultura aūt irrationabili hoīes rationabiles nō erat magni laboris ad cultum dei uiui conuertere. Et si Gentes cū tanto labore ab irrationabilibus deorū suorū

D diuelluntur culturis: quantò magis Iudæi difficilius euelluntur à rationabilib. dei culturis? Ideo dixit, Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum. *Turbati autem sunt discipuli eius, dicentes: Et quis potest saluus fieri? Quibus respondit: Apud homines hoc impossibile est, apud deū autem omnia possibilia sunt.* Et uerè quantū ad hoīes & incredibile, & impossibile fuit populum Iudæorū posse saluari, q̄ post tot peccata actuum iniquorū, post tātas idololatrias, post tot prophetarū occisiones, nouissimè ēt ipsum dominū cœli & terræ, quantū ad se occiderūt: sed apud deū possibile factū est. Quoniam aūt possibile fuit deo saluare Iudaicū populum, multas in lege diuitias possidentē, credentiū Iudæorū multitudo testatur, siue p ipsum Xpm, siue per apostolos eius: ut bonitatis illi⁹ inuestigabile pelagus humana æstimatio non apprehēdat, sed uicta miretur. Tamen qa dixit dominus, Apud hoīes hoc impossibile est, quantū ad humanam naturā, apud deū aūt possibile. Ecce subitò excitatur Petrus unus de populo diuite, & ex persona difficilè credentiū Iu

E dęorum, & clamat quasi testis potētiæ dei factus, & cōfirmat Christi promissionē, & dicit: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis?* Quoniam aūt & ipse Petrus, & oēs apostoli: & cæteri credentium Iudæorum contra possibilitatē humanā p dei potentiam crediderūt in Christum, ipse testatur dicēs ad Petrum: Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus q̄ in cœlis est. Sermo iste cōuenit ad oēs, ut singulis quibusq; dicatur: quoniam beatus es tu, quia nō reuelauit caro & sanguis tibi, sed pater me⁹ q̄ in cœlis est. *Iesus autem dixit eis: Amen dico uobis, quòd uos qui secuti estis me in regeneratione, cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.* Futurū aūt erat, ut in die iudicij respōderent Iudæi: Domine, nō te cognoMatt. 25.

Inf. 16. c. uimus filiū dei in corpore cōstitutū. Quis. n. hoīum uidere poterat thesaurū i terra absconditū, Solē in nube cęlatū? Quis suspicabatur stellā matutinā nasci super terrā? Quis putabat mulierē q̄ clausit paradisum, ut nemo intraret in eū, ut ipsa fieret prima porta paradisi, ut p illā lux prodiret per quā tenebræ intrauerunt? Ergo in iniuriam tuā nō nos impulit cōtumacia cordis, sed decepit cōsideratio carnis. Vos respō-

F debitis eis: Et nos hoīes fuimus sicut & uos similē habentes animā, eandēq; carnis naturam, & in uno uiximus mūdo, eisdē factionib. mūdialium spirituū periclitantes, ipsis protectionib. dei adiuti: in hoc ēt uos meliores fuistis nobis, quoniam nos fuimus homines peccatores & rustici, & obscuri in plebe, uos aūt sacerdotes & scribæ, & principes populi. Nos illū cognoscere potuimus hoīes peccatores & rustici: & uos eū cognoscere nō potuistis sacerdotes & scribæ, qui habebatis scripturas præ oculis uestris quasi lāpades & semitas? Nos antequā mirabilia eius uidere mus, itelleximus eū: uos aūt uel post testimonia cum ctarum uirtutū intelligere nō poteratis? Quo poterat fieri, ut penè tota gens ignoraret, quē duodecim cognouerunt? Esto, quia nō ei credidistis, nescientes eum filium dei: qua causa interfecistis eum, nullā culpam inuenientes in eum? Sed in nobis bona uoluntas facta est, quasi lucerna rusticitatis nostræ: i uobis aūt malitia facta ē, quasi caligo scięntię uestrę. Adhuc

Gaũt audeo & ſubtiliorẽ introducere ſenſum, & ſentẽtiã alterius ſapientis cuiuſdã uiri referre. Exponit. n. ſic: Quoniam ſicut Iudæorũ populus in duodecim tribubus fuit diuiſus, ſic & uniuerſus populus Chriſtianus diuiſus eſt in duodecim tribus, ſecũdũ quaſdã proprietates aĩorũ & diuerſitates cordiũ, quas ſolus deus diſcernere & cognoſcere poteſt: ut q̃dã aiæ ſint quaſi de tribu Rubẽ, q̃dã aũt de tribu Symeon, uel Leui, uel Iuda. Puto. n. quia oẽs ſancti quinq; uirgines prudentes eſſe dicũtur, quãuis ſint innumerabiles, pp quinq; ſenſus ſpirituales: & oẽs peccatores, quinq; uirgines fatuæ, quãuis innumerabiles ſint pp quinq; ſenſus carnales. Et ſicut oẽs eccleſiæ Chriſti ſeptẽ eccleſiæ dicũtur pp ſeptem ſpiritus, quãuis ſint multæ. Omnes. n. in quibus præ cęteris uirtutib. abũdantior eſt ſapientiæ uirtus, una habetur eccleſia. Itẽ in quibus præ cæteris uirtutibus abũdantior eſt intellectus, altera dicitur eccleſia: & ſic p ſingulos ſpiritus tractans inuenies ſeptẽ eccleſias. Similiter & pp gratias duodecim quas in pſona duodecim uirginũ exponit angelus in paſtore, ſi tamen placet illa ſcriptura omnib. Chriſtianis, inueniuntur duodecim eẽ
H tribus: utputa oẽs aiæ in quibus præ cæteris uirtutibus p̃cellit uirtus ueritatis, una eſt tribus. Nec. n. oẽs gratiæ æqualiter in omnib. ſunt, ſed unus q̃dem amplius p̃cellit in iſta, alter uerò in illa. Omnes aũt Chriſtiani in quibus habitat Chriſtus, ſedes ſunt Chriſti. Quòd ergo ait: In regeneratione cũ ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuę, & uos ſedebitis ſup duodecim thronos: promittit eis tp̃s Chriſtianitatis futurum poſt aſcẽſionem ſuam, quando oẽs ſuſcipient uerbum apoſtolorum in ſe, ſicut uerbũ Chriſti. Illud eſt. n. tp̃s regenerationis, quando hoĩes regenerati p baptiſmũ facti ſunt ex filiis hoĩum filii dei. Illud eſt tp̃s, quãdo Chriſtus ſedet i ſede maieſtatis ſuæ, ſicut
Pſa.46.b teſtatur propheta de gentium fide futura: Regnabit dominus ſuper oẽs gentes, deus ſedet ſup ſedem ſanctam ſuam. Nos putabamus, quia de die iudicij hoc dicit. Quicunq; n. Chriſtũ credẽdo in ſe ſuſcipiunt, ſedes ſunt maieſtatis eius. Et uide qa nõ de tpe futuri iudicij dicit, ſed de uocatione gentium uniuerſarum. Non. n. dixit, Cùm uenerit filius hoĩs, ſedens ſup ſedẽ maieſtatis ſuæ: ſed ita, cũ ederit i ſede maieſtatis ſuę. In ſede autem maieſtatis ſuæ, ex eo cœpit ſedere, ex
I quo gentes credere cœperunt in eum. Ex quo ergo Chriſtus ſedit ſuper ſedẽ maieſtatis ſuæ, ex eo & apoſtoli ſederunt ſuper duodecim thronos, id eſt in omnibus Chriſtianis ſecundũ diuerſitates animorum, quas ſupra tetigimus. Omnis. n. Chriſtianus, qui ſuſcipit uerbum Petri, thronus ſit Petri, & Petrus ſedet in eo: ſic & oĩum apoſtolorum throni ſunt, qui omnium apoſtolorum doctrinam ſuſceperunt & tenẽt in ſe. Hanc interpretationem de diuerſis tribubus po
Fapoſtolorum puli Chriſtiani, & de ſeſſuris apoſtolis F in ſedibus cõ
Ibi.121.a. mendat propheta, dicẽs: Hieruſalem quę ædificatur ut ciuitas, cuius participatio eius in idipſum: Illuc. n. aſcẽderũt tribus, tribus domini teſtimonium Iſrael, quia illic ſederunt ſedes in iudicio. Si ergo Hieruſalẽ, quæ ædificatur, eccleſia eſt: ſine dubio & qui aſcenderũt illic tribus, Chriſtianorum ſunt tribus: & ſedes qui ſederunt illic, apoſtoli ſunt: apoſtoli. n. ſedes dei ſũt. Nec modica gloria eſt apoſtolorũ, ut ſermones eorum ſedeant in hominibus fidelibus, ſicut Chriſti ſermones: & in ſermonib. eorum uita oĩum cõſiſtat, ſicut in ſermonib. Chriſti. Sic ergo ſedentes apoſtoli in thronis Chriſtianis, in duodecim partes diſtincti K
ſecundũ differẽtias aĩarum, iudicãt duodecim tribꝰ Iſrael, id eſt oẽs Iudæos. Quando. n. per uerbum apoſtolorum, quod eſt in nos, iudicare uidetur Iudęos: quãdo aũt uerba apoſtolorũ iudicãt Iudæos, & ipſi apoſtoli iudicare eos uidẽtur. Sed uidendũ eſt, ſi oẽs Chriſtiani & apoſtolorũ ſunt ſedes & Chriſti: quare oẽs Chriſtiani in perſona quidem Chriſti quaſi una ſedes dicũtur. Nec. n. dixit, Cùm ſederit filius hoĩs ſuper ſedes ſuas: ſed, ſuper ſedẽ ſuam. In pſona aũt apoſtolorum, duodecim throni eſſe dicũtur oĩs populus Chriſtianus. Vide ſi habet rationem iſta ſolutio, quoniam oẽs apoſtoli omnia quidem bona habuerunt, Non autem omnia ad perfectũ, ſed unuſquiſq; eorum in aliquo bono priuato magis pfectior fuit
L q̃ alter: utputa Petrus in fide perfectior q̃ cæteri. Ioannes aũt in innocentia ſimplicior q̃ cæteri, & ſic ſolus poteſt diſcernere Chriſtus, q animarum differentias nouit, Ideo Petrus requieſcit in fide, Ioannes requieſcit in innocentia: & uniuſcuiuſq; apoſtoli uirtus illa eſt thronus, in qua pfectior cæteris fuit. Chriſti aũt oẽs uirtutes quaſi una eſt ſedes, quia in omni uirtute ille æqualiter ſolus perfectus eſt. Nã quoniã de retributione in hoc mũdo apoſtolis dãda loqtur Xp̃s, illud eſt teſtimoniũ quod ſeqtur, hoc modo dicens: *Et omnis qui reliquerit hoc & hoc, centuplum accipiet, & uitam æternam poſſidebit.* Id eſt, nõ ſolũ uos, ſed & oẽs q ſecuti fuerint me, ſicut uos. Si ergo oẽs in hoc ſeculo centuplum accipient, recipiunt ſine dubio & apoſtoli ẽt in hoc ſeculo, quib. merces futura promittebatur. *Et omnis qui reliquerit domum uel fratres, &c.* Quoniã Petro interrogãte ex pſona apoſtolorũ, cæterorumq; fidelium Iudæorum, quaſi priori omniũ Chriſtus ita promiſit, nõ ſoli Petro, ſed apoſtolis oĩbus, ne forte poſtmodũ legentes hoĩes hæc Chriſti promiſſa, æſtiment tantũ apoſtolis uel Iudæis promiſſa, utiliter ſuperaddit dicẽs: Et oĩs q reliquerit, id eſt ſiue Iudæus, ſiue Gentilis. Et in aliis quidẽ euãgeliſtis ſecũdum aliũ expoſuimus intellectũ. Hic aũt ſecundũ quod adoleſcentẽ illum propoſuimus in myſterio Iudaici populi eſſe, & ipſum Petrum interrogãtẽ in myſterio credentium populorũ, interpretatio huius loci cõuenit talis, ut de Gentib. relinquẽtibus oĩa quæ Gentilium ſunt, & ad fidem Chriſti confugientibus oĩa iſta tradamus: id eſt, & omnis nõ ſolũ M
Iudæus, ſed ẽt Gentilis, qui reliquerit patrem ſuũ diabolum, & matrem ſuam ignorantiam, per quam aſſiduè diabolus ex ſemine interdicti erroris generat filios, aut fratres, aut ſorores, uidelicet eiuſdem erroris ſocios ſociasq;. Aut ſi reliquerit ille, qui fuit ſacerdos idololatriã ipſam coniugẽ ſuam, per quam quotidie generabat filios & filias, & ipſos pariter cũ matre eorũ relinquẽs. Aut ſi alicuius profeſſionis magiſter relinquẽs ipſam profeſſionẽ, quaſi agrũ fructiferũ, credat in Chriſtũ: aut dignitatẽ ſecularẽ, quaſi domum optimè ſe adumbrantẽ deſpiciat pp fidẽ. Sed & ſecũdum traditionẽ ſimplicẽ cõuenit intellectus: ut cùm quis intellexerit quocũq; modo filium dei eſſe Chriſtum, non pp affectus parentum ſuorum, aut fratrũ, aut filiorũ, aut poſſeſionum relinquat Chriſtũ, manens in perfidia ſua priori, ſed pp fidem Chriſti diſpliceant omnia illa, & ſequatur Chriſtum, centuplum accipiet. Sed hoc uideamus, qui reliquerit oĩa, centuplum in hoc ſeculo qũo recipere poteſt? Hæc aũt difficultas cõtingit, quia in hoc ſeculo recepturos dicit

A alter Euãgeliſta, alioquin in illo ſeculo nõ eſt difficile. Ergo ſecundum ſanã doctrinã ita nos cõuenit in-
Pla.10.d et.Lu.18.c telligere quod dicit, Centuplũ acipiet: non ut ipſam rem quam dimittit centuplã accipiat. Nec enim poſſibile eſt, quòd patrẽ aut matrẽ relinquens, centũ patres aut matres recipiat: ſed ita tantã gloriam, tantã gratiam, tantã mirificam beatitudinem cõſequetur, ut centuplum ualeat illi, quã res fuit quã dimiſit. Ecce qui reliquerit patrẽ, & elegerit ſibi patrem deum, immo eis plus q̃ centuplum cõſtat recepiſſe q̃ pater carnalis, ut illi obſequatur diebus ac noctibus, illius faciat uoluntatẽ, illius expectet hæreditatẽ, qui poſtquã ſubſtãtiã ſuã tradiderit ſuis, nũquã moritur: ſed nec relinquet filios ſuos orphanos: ſed & filii quaſi pfecti uiri poſidẽt diuitias eius, & pater ſemp illos ſic tutatur, ſic protegit quaſi ſemp infantes. Qui matrẽ relinquit, ut diligat magis matrẽ eccleſiam: nonne ei plus eſt cẽtuplum quã mater carnalis? Illa enim carnem eius peperit corporalẽ, hæc autem animã eius regenerauit æternã. Qualis caro, talis & mater carnalis. Cùm. n. mortua fuerit caro, perit generatio car-
B nis eius, & ſoluitur generationis affectus. Ex illo. n. nec ille illi filius, nec illa illi mater: quia aĩa nec generat, nec generatur, & nullum cognoſcit patrem, niſi eũ cuius uoluntate creata eſt: nullã cognoſcit matrẽ, niſi eccleſiam, q̃ illam regenerauit in fide, q̃ dedit ei mãdata diuina ex duobus teſtamentis, quaſi eſcam ſalutarem dulciſſimi lactis, ex duabus mamillis quæ illi de aqua & ſpiritu texuit tunicã immortalem, quę illum ad pfectũ ſanctitatis adduxit, ut dignus fieret patris ſui ſubſtantiã poſſidere. Qui reliquerit fratrẽ, ut habeat Chriſtum fratrẽ: nõne melior eſt ei, quàm centum fratres? Qui fratribus ſuis nõ inuidet, q ſup hæreditate nõ certat, q propter lucrum non rumpit fraternitatis affectus, qui non ſolùm oĩa ſua, ſed etiã ſeipſum dare paratus eſt: qui cùm oĩa dederit, nil ei minuitur. Nã humana ſubſtãtia ſemp pauper eſt, & quãtũ uis homo habuerit, nihil ſe putat habere. Illa aũt ſubſtantia ſola uera eſt, q̃ omne deſideriũ ſatiat, & adhuc ſuperabũdat. Qui relinqt ſorores, ſtatim eũ ſuſcipiũt gratię dei, quaſi chariſſimæ ſorores. Nõ. n. ulla ſoror ſic dulciter complectitur fratrem ſuũ, quo modo gratiæ dei complectuntur animã ſanctã. Nã
C quoties gratiæ dei in ſenſibus noſtris hærent & delectãt nos, quoties aĩas noſtras complectuntur, quaſi oſculari uidẽtur. Si filios dimiſerit, prouidet illi deus filios ſpirituales quos doceat, quos erudiat, & qbus
1.Cor.4.d dicat apoſtolica uoce: Nã in Xp̃o Ieſu per euangeliũ ego uos genui, q patris mortẽ nõ expectãt. Nam filij carnales, ſi modicũ pater eorum fuerit ſenex, tædiãtur de uita ipſius, deſiderant eũ mori: & ſi citò mortuus nõ fuerit, contemnũt eũ quaſi delirũ. Filij autẽ ſpirituales quãtò pfectiores fuerint in fide, tãtò amplius diligunt doctorẽ ſuum. Si dimittit ſubſtãtiam, ab oĩbus diligitur, ab omnibꝰ honoratur, à qbuſdã autẽ & timetur. Nam ipſe deus cui ſe tradidit, dat ei gratiam corã oĩbus. Nõne melius eſt ei hoc, quàm uniuerſa terra? Aut q̃ ſubſtãtia præſtat homini tantã gloriã ſuper terram, quãta eſt opinio ſanctitatis? Ad huc pro ſubſtãtia terrena datur ei ſubſtãtia ſpiritualis, quã iunior filiꝰ & laſciuꝰ accepit à patre ſuo, & cõſumpſit uiuẽdo luxurioſẽ, id eſt ſapientiã, ſciẽtiam, cæterasq; uirtutes inumerabiles, quas cõſequuntur q relictis facultatibꝰ mundialibus ſe tradiderũt deo. *Multi. n. erunt nouiſſimi primi, et primi nouiſſimi.* Prima enim ſynagoga uocata fuerat ad ſalutẽ, ſed illa infi- D
delitatis uitio eiecta, in domo patris ſui, id eſt legis, eccleſia iurgens de infirmitate peccatorũ ſuorũ cucurrit ad Xp̃m, uincẽs fide lãguorẽ, & ſic trãſmiſſam gratiã ſynagogæ prępripuit. Synagoga autem uidens eccleſiã nõ ſolùm ab infirmitate ſua ſanatam, ſed ẽt accepto ſpiritu ſancto filiam dei factam, acceſſit & ipſa ad Chriſtũ, magis zelo urgẽte quàm fide: ſicut dicit Apoſtolus, Sed eorũ delicta ſalus gẽtibus Rom.11.b ut illos æmulentur. Sic ſynagoga q̃ primo loco uocata eſt, ſecũdo credidit. Eccleſia q̃ ſecũdo uocabatur, ſalutis primitias obtinuit apud deum.

Homilia xxxiiij. ex cap. xx.

Simile eſt regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exiit primo manè conducere operarios in uineam ſuam. Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno, miſit eos in uineam ſuam. Et egreſſus circa horam tertiam, uidit alios ſtantes in foro ociosos, & dixit illis: Ite & uos in uineam meam, & quod iuſtum fuerit, dabo uobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa horam ſextam & nonam, & fecit ſimiliter. Circa undecimam uerò exiit, & inuenit alios ſtantes, & dicit illis: E *Quid hìc ſtatis tota die ociosi? Dicunt ei, Quia nemo nos conduxit. Dicit illis: Ite & uos in uineam meam. Cùm ſero autem factum eſſet, dicit dominus uineæ procuratori ſuo: Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à noniſſimis uſque ad primos. Cùm ueniſſent ergo qui circa undecimam horam uenerant, acceperunt ſingulos denarios. Venientes autem & primi, arbitrati ſunt quòd plus eſſent acceperi, acceperunt autem et ipſi ſingulos denarios. Et accipiẽtes, murmurabãt aduerſus patrẽfamilias, dicẽtes: Hi nouiſſimi una hora fecerũt, et pares illos nobis feciſti, qui portauimus põdus diei & æſtus? At ille reſpondẽs uni eorũ, dixit: Amice, nõ facio tibi iniuriã. Nónne ex denario conueniſti mecũ? Tolle quod tuũ eſt, & uade. Volo autẽ et huic nouiſſimo dare, ſicut et tibi. Aut nõ licet mihi, quod uolo facere? An oculus tuus nequã eſt, quia ego bonus ſum? Sic erũt nouiſſimi primi, et primi nouiſſimi. Multi. n. ſunt uocati, pauci uerò electi.* Homo paterfamiliãs Xp̃s eſt, cui cœli & terra quaſi una eſt domus: familia aũt quaſi cœleſtium & terreſtriũ multitudo creaturarũ, qui quaſi triſtegam domũ ædificauit, id eſt inferos, cœlum & terram: ut ſuper terrã habitarent certãtes, in inferno
F autẽ uicti, in cœlo uictores. Vt & nos in medio conſtituti, non contẽdamus ad eos deſcendere, q ſunt in inferno, ſed ad eos aſcẽdere, q ſunt in cœlo. Et ne fortẽ neſcias qd debeas fugere, aut qd debeas ſeq, utriuſque dedit tibi quaſi modicum guſtum, inter lumen & tenebras habitanti. Noctẽ de inferno, lumẽ de cœlo. Nox tibi referat de tenebris inferorũ, & lux tibi referat de ſplẽdore cœleſti. *Conducere operarios in uineã ſuam.* Quæ eſt uinea dei hìc? non hoĩes, ſicut alibi: homines enim uineæ cultores dicuntur. Vinea enim iuſtitia eſt, in qua diuerſę ſpecies iuſtitiarũ poſitę ſunt, quaſi uites: Vtputa, mãſuetudo, caſtitas, patiẽtia, lõganimitas, cæteraq; innumerabilia bona, q̃ oĩa generaliter iuſtitiæ appellantur. Attẽdamus ergo cũ quali ſtudio cœleſtem uineã colamus. Adam enim poſitus eſt in paradiſo, colere & operari eã: ſed qa neglexit eam, proiectus eſt de ea. Et nos poſiti ſumus ſup colẽdam iuſtitiã, ſi neglexerimus, proiiciemur de ea, ſicut & Iudæi proiecti ſunt. De quibus ſcriptum eſt: Pſa.68.f
Appone iniquitatẽ ſuper iniquitatem eorum, ut non intrent in tuam iuſtitiã. Ruina præcedentium admonitio debet eſſe ſequentiũ. Si autem & nos ſequentes

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ceciderimus in ipsam, magis ueniã merentur illi qui primi ceciderunt, quã nos qui secundi. Sicut autem mercenarius positus in uinea, si neglexerit eã, non solũm mercedẽ suam perdet, sed etiam desertæ uineæ exigetur ab eo damnũ: sic & nos, si neglexerimus iustitiam nobis cõmissam, non solũm nullam mercedem habebimus, sed etiã disipatæ iustitiæ dabimus rationem. Vinea.n. dei non extra nos, sed in nobis ipsis plantata est. Ideo qui peccatũ facit, disipat in se iustitiã dei: qui autem bona opera facit, colit eam in se. Bene aũt culta iustitia dei in sensibus tuis generat botrionem, id est, Christum. Nam qui operantur iustitiam, Christum formant in se, sicut scriptũ est: Filioli mei, quos iterũ parturio, donec formetur Christus in uobis. Et quia q uineam consignat alicui operandam, non tantum propter illius utilitatem consignat, quantũ propter suam. Deus autem iustitiã suã dans in sensibus nostris, non propter suam utilitatẽ dedit eã, sed propter nostram. Nec enim deus operahominũ necesse habet, sed ut nos operantes iustitiã, uiuamus pp eam. Si ergo ille, qui propter suam utilitatem uineam commisit alicui, talem illam quærit
H recipere, qualẽ illam commisit: quomodo nõ à nobis sic immaculata iustitia requirenda est, qũo eam creauit in nobis, qbus non propter se dedit eam, sed propter nostrã salutem? Scitote quia mercenarij sumus cõducti. Si ergo mercenarii sumus, cognoscere debemus q̃ sunt opera nostra. Mercenarius enim sine opere non potest esse. Opera aũt nostra sunt opera iustitiæ: nõ ut agros nostros colamus, & uineas: nõ ut diuitias acqramus, & cõgregem⁹ honores: sed ut proximis prosimus. Et quamuis hęc sine peccato facere possumus, tamẽ nõ sunt opa nostra, sed diuina nostra. Sicut ergo nemo ideo sic cõducit mercenariũ, ut hoc solũ faciat, quod manducet: sic & nos non ideo uocati sumus à Xpo, ut hæc sola opemur, quæ ad nostrũ pertinẽt usum, sed ad gloriam dei. Et sicut mercenarius, q hoc solũ facit quod mãducat, sine causa ambulat i domo: sic & nos, si sola hęc facimus, q̃ ad nostram pertinẽt utilitatem, sine causa uiuimus super terrã. Et sicut mercenarius prius aspicit opus suũ, deinde diaria sua: sic & nos si mercenarii Christi sumus, primũ debemus aspicere, quæ ad
I gloriam dei pertinent, proximiq; profectum (Quia charitas & uerus amor erga deũ non quærunt quæ sua, sed ad libitum amati cũcta desiderat pficere) deinde quæ ad nostrã utilitatem. Et sicut mercenarius totum diem circa domini opus impendit, unam autem horam circa suũ cibum: sic & nos omne tẽpus uitę nostrę debemus ipendere circa opus glorię dei, modicam autem partẽ circa usus nostros terrenos. Et sicut si mercenarius qua die opus nõ fecerit, erubescit intrare domum, & petere sibi panem: qũo tu non confunderis intrare in ecclesiã, & stare ante cõspectũ dei, quãdo nil boni in conspectu dei gessisti? Exiit primo manẽ, & uocauit Adã, & qui cũ eo fuerunt. Hora tertia Noe, & qui cũ eo fuerunt. Hora sexta Abraham, & qui cũ eo fuerũt. Hora nona Mosen, & qui cum eo fuerũt: aut Dauid, & qui cũ eo fuerũt. Nã ad istos posuit testamẽta. Hora undecima Gentes intellige, quia iã nos in nouissima mundi margi-
1.Ioan.2.c ne stamus, sicut & Ioãnes in epistola sua testatur, dicens: Filioli, iã nouissima hora est. Apostolus autem dicit iam aliquã partem duodecimæ horæ transisse,
Rom.13.d sic: Nunc.n. propior est nostra salus, quàm cùm credidimus. Puta erat undecima hora. Nostro tempore K iã si nõ est duodecima hora integra, sed sine dubio modicũ restat. In duodecima hora sumus. Vnde putas, quia candor iustitiæ iã recesit de mundo, & sol radios gratiarum suarũ in se colligens reuocauit, & totam terrã nigredo iniquitatum uel mendaciorũ, quasi nox fusca cooperuit, nisi q̃ iam & ipsa duodecima hora finiatur? Vbiq; tenebras uides, & dubitas diẽ trasisse? Prius etenim in uallibus fit obscuritas, die declinante ad occasum. Quãdo ergo colles uideris obscurari, qs dubitat quin iam nox est? Sic primũ in secularibus & laicis Christianis incipit pualere obscuritas peccatorũ. Nunc autem quando iam uides, qđ sacerdotes positos in summo uertice spiritualiũ dignitatum, qui montes & colles dicuntur, apprehẽderit iniquitas tenebrosa: qũo dubitetur quia finis est mundi? *Item exijt circa tertiam, & uidit alios stantes in foro ociosos.* Videamus qui sunt ocioſi. Non peccatores: illi.n. mortui dicuntur, non ocioſi. Sicut enim surdus apud deũ dicitur, qui nõ audit quæ dei sunt, sed quæ diaboli: sicut cæcus dicitur, qui non corporaliter cæcus est, sed p cuius oculos diabolus uidet, & nõ deus: sic q diabolo uiuit, mortuus est apud deum. Quis est ergo ociosus? Qui opus dei nõ opatur. Puta si alienas res tollis, nõ es ociosus, sed motu⁹. Si autem aliena quidẽ non tollis, tamen nec de tuis rebus impotentibus das, tunc ociosus es. Nã q̃ aliena non tollis, non quidẽ peccas, tamen nec iustitiam, nec misericordiam operaris. Vis nõ esse ociosus? Nec aliena tollas, & de tuis des, & opatus es in uinea domini, & coluisti misericordiæ uitẽ. Inebriaris, in deliciis es, nõ es ociosus: sed sicut ait Apostolus: uiuẽs mortuus es. Si autẽ mẽsuratè manducas & bibis, nõ quidẽ peccas, quia nõ malè manducas, tamen ociosus es, quia nullam ieiunij operaris uirtutẽ. ſ Vis ergo non esse ociosus? Ieiuna, & quod mãducaturus fueras diurno, da impotẽti, & coluisti ieiunii uitẽ. Item fornicaris, mortuus es, nõ ociosus. Si autem tuã habes uxorem, non quidẽ peccas, nec tamen castitatis operaris uitẽ. Vis q̃ esse nõ ociosus? Sine uxore es, ne quæsieris uxorẽ. Si uidua es, noli trãsire ad secundas & tertias nuptias, & opata es castitatis uitẽ. Sed fortè dicis, Sine uxore esse non possum. Ostẽdo tibi, ut uxorem habeas, & castitatis uitẽ colas. Abstine te à mẽstruata, abstine te à pgnãte, erubesce facere qđ aí M malia nõ faciũt. Omne animal cõceptionis suæ seruat honorem, & tẽpus: homo autẽ solus cõtemnit. Quando dies festus est, aut dies ieiunij, serua ut ipse as Apostolicum pręceptum: Nolite fraudare inuicẽ, 1.Cor.7.d nisi fortè ex cõsensu, ut uacetis ieiunio & oratiõi. Ite si inuides meliori, mortuus es, nõ ociosus: si aũt nec inuides, nec cõgaudes, ociosus es. Non solũ ergo nõ inuideas, sed etiam cõgaudeas meliori, & beneuolẽtiæ uitem colis. *In foro.* Forum est iste mundus, ubi oĩa uenalia sunt. Sicut enim propriũ est fori, ut omnia illic uenundentur, & emantur, & inuicem sẽ circunueniãt emẽtes & uendẽtes: sic in hoc mũdo oẽs uendendo & emendo uiuunt, & inuicem sibi fraudem facientes, uitam suã sustentant. Inter emptores autem, & uenditores accipe tibi oẽs diuitias, & honores seculi huius, q̃ & ipsæ nihilominus & uenduntur, & emuntur, & ois quæstus eorum in uẽditione, seu mercatione cõsistit. Fuge ergo forum, ut nec patiaris fraudem, nec facias. Si autem passus fueris, ipsa res tẽ compellit & facere. Nam si iniuriam passus fueris, si

A fueris, si nocitus fueris, difficile est, ut & tu adinuicẽ nõ noceas. Prima ergo laus est Christiano, alienum esse à foro, nullã causam habere cũ illo, sicut ait Apo
2.Thessa. 3.b stolus: Rogo aũt uos studiũ habere quietis & silentij, ac negocij proprij operando manibus uestris: & nullius uestrũ desideriũ sit ad eos q foris sunt. Si.n. in foro permãseris, & quod habes, perdes: si autẽ in uinea assiduus fueris, & quod non habes, acquires. *Itẽ exiens circa sextã & nonã.* Ideo iũxit sextã & nonã, quia in sexta & nona generatione uocauit Iudæos, & frequentauit cũ hominibus disponere testamẽta, quasi definito salutis omniũ tpe iam propinquante. Nã post Noë ad neminẽ legimus deũ locutũ fuisse, nisi primũ ad Abrahã, post eũ confestim ad Isaac & Iacob. Deinde non post multũ tẽporis ad Mosen, cui & legẽ dedit. Post eũ ad Iesum Naue. Transacto aũt non multò pòst tpe, ad Samuelem & Dauid, & in singulis quibusq; generationibus ad multos prophetas, cũ singulis testamẽta disponẽs. Sicut.n. quis in itinere constitutus, aut in opere quodã, ante sextã quidem non operatur, aut urgetur, aut ambulat,
B sciens quia lõgus ei adhuc superest dies: transacta autẽ sexta, cùm cœperit esse octaua, aut nona, incipit properantius agere, ut opus suũ, uel iter tpe definito cõcludat: sic & deus usq; ad Abrahã q fuit in sexta hora, uenit ad hoies disponere testamẽtum: post Abrahã aũt usq; ad transmigrationẽ frequenter properans, ut aduentũ suum in hunc mundũ, & uocationẽ gentiũ definito tempore consummaret, quasi uespere iam propinquante. *Itẽ exiit circa horam undecimã, & dixit: Quid hic statis tota die ociosi?* Vide quia
Luc.19.c ubiq; ociosos uocat, non peccatores. Deniq; cõsidera, seruus ille q acceperat à domino suo unã mnam, ut quid audiuit, serue nequã? ut quid missus est in tenebras? qa perdidit mnã suã? aut quia nihil est lucratus de ea? sine dubio qa nihil lucratus est de ea. Qui aũt peccat, perdit gratiã quã accepit. Si ergo ille non est impunis in die iudicij, qui ociosus stetit in foro, & nullã iniustitiã operatus est: qd faciet illi in die iudicij qui peccauit, & mnã suã perdidit? Quid hic statis tota die ociosi? An nescitis, quia qui nõ operatur in in hoc seculo, non manducat in illo? Et qui aliis mã-
C ducãtibus & bibentibus in hoc seculo operatur, in illo seculo aliis ieiunantibus, ipse non ieiunabit, sed recumbet cũ Abrahã, & manducabit de prandio uitæ. Qui aũt hic aliis operãtibus stat ociosus, aliis recũbentibus in illo seculo ipse expelletur foras. Dies enim iste, dies operationis est: dies aũt ille, qui sequitur, dies est feriarũ. *At illi dixerunt: Nemo nos conduxit.*
Iuã.17.a Quæ est conductio nostra, & q̃ conductionis merces? Promissio uitæ æternę. Quid est, nemo nos cõduxit? Id est, nemo nos docuit. Quia hęc est uita eterna, ut cognoscãt te solũ uerũ deũ, & quem misisti Iesum Christũ. Nemo nos cõduxit, dices: Quicũq; reliquerit domũ, aut uillã, aut patrẽ, aut matrẽ, aut uxorẽ, aut filios, cẽtuplũ accipiet in hoc mũdo, & in futuro uitã æternã possidebit. Nemo nos cõduxit, dicens: Vendite quæ possidetis, & date eleemosynã, & habebitis thesaurũ in cœlo. Et nota, quoniã illi qui aut in prima hora uocati sunt, aut in tertia, uel in sexta, uel in nona, nõ respõderũt, quia nemo nos cõduxit. Oẽs enim illi cõducti fuerunt, & habuerunt notitiã dei, & sciuerunt dei promissa. Gentes autem solæ, neq; deũ sciebant, neque dei promissa, ideo excusabiliter responderunt, Nemo nos conduxit. Et *dixit eis: Ite & uos in uineã meã, & quod iustũ fuerit, dabo uobis.* Nota quia cũ primis solis conuenit specialiter da
D re denariũ, istos aũt omnes sub incerto pacto conduxit, id est quod iustũ fuerit. Sciẽs.n. dominus, qa præuaricaturus erat Adã, & oẽs postmodũ in diluuio fuerant perituri, certũ pactũ fecit ad eũ, nequando dicant ideo se neglexisse iustitiã, quia nescìebant quæ præmia fuerant recepturi. Istis aũt non fecit pactum. Benignus enim paterfamiliãs sciebat largitatẽ suã, quia tantũ paratus est retribuere, quantũ mercenarij recipere non sperabant. De dato.n. eius nemo iustè murmurat, quia amplius dat, q̃ omnis homo desiderat. *Cũ autem sero factum fuisset, dicit dominus uineæ procuratori suo: Voca operarios, & redde illis mercedẽ incipiens à nouissimis usq; ad primos.* Considera quia sero, non aũt manè reddit mercedẽ. Ergo adhuc stante seculo isto, iudiciũ est futurũ, & unicuiq; merces sua reddẽda. Propter duas rationes iudiciũ in hoc seculo fit. Primũ, quia illic ipsa beatitudo uentura, ipsa est merces iustitię. Ideo nõ in illo seculo fit iudiciũ, sed ante illud. Deinde ante aduentũ diei illius prẽmit
E titur iudiciũ, ne uideant peccatores beatitudinẽ diei illius, dicente propheta: Tollatur impius, ne uideat Esa.26.b gloriã dei. Dicit procuratori suo. Cui procuratori? Sine dubio filius dicit spiritui sancto. Et si uolueris, cõcedo tibi ut pater filio dicat. ſ Non quæro utrũ filius sit patris procurator, aut spiritus sanctus filij: sed hoc dico, quia procurator domus, & paterfamiliãs nec eiusdẽ substantiæ possunt esse, nec una persona esse, nec æqualis dignitas. Si ergo alter paterfamiliãs, alter procurator patris familiãs, qũo locũ habeat terni tas tua? Si aũt eiusdẽ substantię iste est, & est minor, iniuriã facit substantiæ: si uerò non æqualis dignitas, ubi est una substantia? ⌋ Incipiẽs à nouissimis usq; ad primos. Quare nõ à primis usq; ad nouissimos, sed primũ à nouissimis? Attende, naturalis est ratio. Oẽs nanq; q ante aduẽtũ Christi fuerũt, quasi ex operibus suis facti sunt sancti, Gentes aũt ex gratia Christi. Sẽper libentius aliquid damus his, quibus pro solo honore nostro donamus. Ergo omnibus sanctis deus reddens mercedẽ, iustus ostenditur, Gentibus autẽ dat misericordiã, dicente Apostolo: Gentes autem Rom.15.b
F super misericordia honorare deũ. Aut certè propter demõstrandã immensam misericordiã suã, sicut est ibi, ubi ait Apostolus: Et nos qui uiuimus, qui remã 1.Thes.4 simus, non pręueniemus eos qui dormierunt. Magis enim secundum rem erat, ut prius uiuentes immutarẽtur, postea mortui resurgerent incorrupti. Sed qa in conuertendis uiuẽtibus una est uirtus, hoc solùm quod ad immortalitatẽ mutantur: quod autẽ mortui incorrupti resurgant, duo sunt opera: primò, quia resurgunt: secundò, quia incorrupti resurgunt. ergo ut ostendat deus inæstimabilẽ potentiã suam, quando qđ difficillimũ est, mortuos suscitat incorruptos, postea uiuentes immutat. Sic & in hoc loco secundũ rẽ quidẽ erat, ut primi priores acciperẽt suã mercedem: sed ut ostendat deus ineffabilem misericordiam suam, primũ nouissimis & indignioribus reddit mercedem, postea primis: Sicut illic potentia immutandorum hominum excluſit ordinem, ita & hic nimia misericordia ordinem non aspexit. *Cùm uenissent autem qui circa undecimã horam uenerant, acceperunt singulos denarios. Venientes autem & primi, arbitrati sunt quòd plus essent accepturi: acceperũt aũt & ipsi singulos denarios.* Non iniustè. Nam & qui in prima

ſ hæc in quodam exemplari desunt: quare attẽtè lege.

G parte seculi natus est, non amplius uixit q̄ statutū tē
pus uitæ suæ. Et quid illi nocuit, si post illius exitum
stetit mūdus? Et qui circa finē nascuntur, nō minus
uiuunt, nisi quāti dies numerati sunt eis. Et quid illis
prodest ad cōpendiū laboris, si citò mūdus finitur,
cū ipsum pensum uitæ suę cōpleant ante mundum?
Deinde si in hois esset potentia quando nasceretur,
prius aut postea: iusta ratione primā habebit merce
dē, qui prius nasci uoluit, secundā aūt qui postea ue-
nit ad uitā: nunc aūt cū in dei sit postetate, quando
hoiem producat in mundū, nec ille sibi priorem ho
norē defendere debet qui prius natus est, nec ille cō
temptibilior debet esse, qui postea. Dicit.n. Et si me
prius creasset, prior eram. *Accipientes aūt murmurauerunt aduersus patremfamilias, dicentes: Quoniā hi nouissimi una tantū hora fecerunt, & æquales illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei, & æstus?* Si uerū est qđ dixi
mus, quia & illi suū tempus uixerunt, & nō amplius:
& isti suū tēpus, & non minus: & unicuiq; mors sua
cōsummatio est ipsius: qđ est qđ dicunt, Totius diei
pōdus portauimus, & æstus? Quia magna nobis est
H uirtus ad faciendā iustitiā, cognoscere nos oportet
propè esse finē mundi. Vnde armās nos Christus, di
Mat.3.a cebat: Appropinquabit regnū cœlorū. Item Aposto
4.c.10.a lus: Præterit.n. figura huius mūdi, uolo uos sine solici
& Marc. tudine esse. Si ergo nobis uirtus est scire propinquū
1.b esse finē, nā quanuis usq; ad finē illius uita nostra for
1.Cor.7.f sitan non extēdatur, tamen quasi accēdimur, & præ
paramur ad susципiendū finē: cōsequēter & illis infir-
⌜Infrigidatio. matio ⌜erat cognoscere mundi spatia esse lōginqua.
Et quantūis ante finem mundi in manu dei essent itu
ri, tamē quodāmodo negligentes eos faciebat circa
iustitiam, & refrigescere faciebat animas eorū expe-
ctatio seculi longioris. Ideo ergo quāuis nō p omne
seculū uixerint, tamē totius seculi grauamina, & im-
pedimenta pertulisse uidentur. Ite tunc mūdus in iu-
uētute cōstitutus oibus bonis prosperabatur, & fe-
lix erat: nūc aūt mundus senescens, oibus aduersita
tibus premitur, & ideo cōcupiscibilis nō est. Qui er-
go tūc fuerūt hoies, cū maiori difficultate & labore
iustitiā seruauerunt: quia ipsa felicitas mundialium
rerū, satis impedimentū est animæ ad iustitiā faciendā. Nunc aūt facilius hoies iustitiam facere possunt,
I quia ipsa aduersitas, & angustia mundialiū rerū, ad-
iuuat animā ad iustitiā faciendā. Sicut facilius est ho
mini pauperi, & in angustijs constituto disciplinā te
nere, diuiti aūt & abūdanti difficile: sic illis inter gau
dia mundi difficile fuit tenere iustitiā: nobis aūt iter
tribulationes mundi facile. Multū ergo tunc bonus
erat, & fortis in fide, qui poterat euadere uanitatē,
nūc aūt multū iniustus. Et modò multū malus est,
& miser in fide, qui se nō stringit ad deū. Ergo pon-
dus, qđ dicit, opus iustitiæ significat: qa graue est ho
mini carnali amare iustitiā. Aestū aūt dicit, concupi-
scentias seculi, quas tunc patiebātur mundo iuuētu
te florēte. Ergo etsi nō per oēm mundū uixerunt, ta
men totius mundi impugnationē passi sunt: qa to-
tius uitæ uirtus in iuuentute ostēditur. Aut pondus
diei dicit, onerosa legis mandata, pp quæ & alibi do
Sup.11.d minus hortatur Iudęos, & dicit: Venite ad me oēs q
laboratis, & onerati estis, & ego uobis requiē dabo.
Aestū aūt dicit, uel urentē tentationē errorū, quā cō
flabant spiritus maligni in eos, ad æmulationē gen-
tium eos irritātes: à quibus oibus Gentes liberē exti
terunt Christo credentes, & p cōpendium gratiæ ad
plenā salutem reuertentes. Nā neq; legis onera porta K
uerunt, sicut Iudæi: nec seductiones passę sunt diuer
sorū errorū, quemadmodū illi. *At ille respondens uni eorū, dixit: Amice, non facio tibi iniuriā.* Ergo illi nō do
lebāt, quasi fraudati de mercede sua: sed qa illi am-
plius q̄ merebātur, acceperāt. Hoc est.n. propriū inui
dię, quādo alteri aliqd additur: sic dolēt inuidi, qua-
si illis sit aliquid sub ductū, qd illi est additū: Vtputa,
si uiderit fieri aliquē ditiorē, putat inuidus se paupe-
rē factū. Si alter sapientior fuerit factus, ita dolet q̄si
ipse sit insipiēs factus. Intelligis qa ex uana gloria na
scitur inuidia? Nā ideo dolet esse scds, quia desiderat
esse prior. *Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Multi sunt uocati, pauci uerò electi.* Post q̄ superius de Iu
dæis & Gētib⁹ hāc ipsam dixisset sniam, & q erūt pri-
mi nouissimi, & nouissimi primi: uidelicet qa Iudæi
& in primo loco uocati sunt ante Gētes, in scdo aūt
saluati sunt post Gētes, introducit parabolā istā. Et
ut cognoscamus quia ad manifestationē præceden
tiū uerborū hanc parabolā introduxit, ideo in fine
eius eā ipsam snīam repetijt, quā suprà dixerat. Aut
iò primos dicit nouissimos futuros, & nouissimos L
primos: non ut nouissimi digniores sint q̄ primi, sed
ut cœquētur. Dicit.n. propheta Esdras ⌜uolens om ⌜Esaiæ.
niū sanctorum unā ostēdere uocationē, & nullā iter Esa.28.b
eos esse differētiā tēporis causa, dicit omniū sanctō- &.62.a
rum numerū ⌜esse quasi coronā. Sicut.n. in corona ⌜meritū.
cū sit rotunda, nihil inuenies qd uideatur esse initiū
aut finis: sic inter sanctos, quantū ad tempus in illo
seculo, nemo nouissim⁹ dicitur, nemo primus. Ideo
ergo quibus datū est primū nasci, nouissimè remu-
nerantur. Et qa sancti quasi corona erūt æquales: q
nouissimè nati sunt, primi remunerātur, ut illi illam
gloriā habentes, isti per hāc coæquētur. Quòd aūt ⌜gratiam
dicit, Multi sunt uocati, pauci uerò electi: nō ad supe
riores sanctos pertinet, sed ad Gētes: quoniā ex ipsis
Gētibus, qui multi uocati sunt, pauci sunt eligendi.

Homilia.xxxv ex cap.xx.

T ascendens Iesus Hierosolymam, assumpsit duodecim discipulos secretò, & ait illis: Ecce ascendi
e *mus Hierosolymā, et filius hominis tradetur principibus sacerdotū & scribis, & condēnabūt eum morte, & tradent eū Gentibus ad illudendū & flagellādum, & cru-*
cifigendū, & tertia die resurget. Tūc accessit ad eū mater M
filiorū Zebedei, cum filijs suis, adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei, Quid uis? Ait illi. Dic ut sedeāt hi duo filij mei, unus ad dexterā tuam, & unus ad sinistrā in regno tuo. Respondens aūt Iesus, dixit: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicē, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei possumus: Ait illis: Calicē quidē meum bibetis, sedere autē ad dexterā meam uel sinistrā, non est meū dare uobis, sed quibus paratū est à patre meo. Et audientes decē indignati sunt de duobus fratribus. Iesus aūt uocauit eos ad se, & ait: Scitis quia principes gentiū dominantur eorū: & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos? Non ita erit inter uos. Sed quicūq; uoluerit inter uos maior fieri, sit uester mi-
nister. Et qui uoluerit inter uos primus esse, erit uester ser-
uus. Sicut filius hominis nō uenit ministrari, sed ministrare, et dare animā suā in redemptionē pro multis. Et reliq̄.
Ois gloria dei, & ois salus hoīum ī Xpi morte posita
est. Nulla.n. est res, q̄ amplius ad salutē hominū per-
tineat, q̄ mors ipsius. Nec est aliqd aliud, pp quod
magis deo gratias agere debeam⁹, q̄ pp mortē ipsi⁹.
Ideo cū turba plurima fideliū eū sequeretur in uia,
duodecim apostolos solos tulit in secreto, & illis tā-

A tummodo mortis suæ annunciauit mysteriū: quia
semper pretiosior thesaurus in melioribus uasis in-
duditur. Multi quidē uiri erant cū eo, sed pp modici
tatē fidei suæ infirmi. Multæ mulieres, etsi in fide for
tes, infirmę tamē in sexu: si audissent quia ideo Chri
stus ascendebat Hierosolymā, ut interficeretur, & ui
ri forsitan turbarentur pp infirmitatē fidei, & mulie-
res pp molliciē suæ naturæ. Nā propriè animus mu-
lieris mollis est, & in tali negocio citius excitatur in
lachrymas. Non recordamur, quòd superius cū de
Supr.16.c morte Christi Petrus audisset, dolore cōmotus non
timuit ipsum dominum increpare, dicens: Propitius
esto tibi, & hoc tibi non erit. Si ergo Petrus in morte
Christi turbatus est, cuius alterius fides posset sustī-
nere tanti mali dolorē? Si petra immobilis penè cō-
mota est, qūo terra sufferret impetū tēptatis? *Ecce*
⌜Præsen- *ascendimus Hierosolymam.* Ecce, cōtestantis est sermo,
tie. ut memoriā præscientiæ ⌜huius in cordibus suis re-
condant. Tanq̄ si dicat, Ecce nūc iam tertia uice prę
dico uobis mysteriū passionis meę futurę, ut altius
insideat mētibus uestris, frequētius repetitū. Et qua
B re illis prædicit passionis suæ mysteriū? Quia ois ad-
Quare uersitas q̄ subitò euenit hominibus extra spē, nimiū
Christus discipulis passionē suam præ nūciauit. grauis est: quā uerò antè cognoscimus, & præpara-
mus nos contra eā, cū superuenerit expectantibus,
nobis, leuior inuenitur, q̄ esset futura si repentina ue
nisset. Ideo ergo nunciat illis de sua morte futura, ut
cū dies ille passionis aduenerit, non illos turbet co-
gnoscentes, quia oino erant uentura. Si.n. toties prę
moniti apostoli de morte eius futura, tamē quādo
cōprehensus est, scādalizati sunt oēs, & reliquerunt
eū: quantò magis scandalizandi fuerant, si prēmoni
ti non fuissent? Nunquid non se prępararuerunt, num
statuerunt in animo suo ut non expauescerēt? Si.n. se
Mat.14.d nō prępārassent, nō promisissent unà cū Petro dicen
tes: Parati sumus tecū ire usq; ad mortē. Sed ī illa ho
ra fides eorū defecit, & prępārationē animæ absor-
buit timor carnalis. Vel ideo prædicit eis futurū, ut
⌜Præsen- ab exitu cognoscatur prescientia ⌜eius. Ex prescien
tia. tia ⌜aūt eius intelligatur diuinitas eius: consideratio
aūt diuinitatis eius, confortet fidē ipsorū in tpe pas-
sionis eius: ut totū illud quod patiebatur, dispēsatio
C ni uolūtatis eius applicarent, nō necessitati naturæ.
Ecce ascēdimus. Ac si dicat, Videte qa uolūtariè ua-
do ad mortē. Nemo me uocat Hierosolymā, nemo
me admonet, nullius potestatis pręceptū timeo, nul
lius uiolētię necessitate cōpellor. Cū ergo uenerit te
nebrarū potestas, cū uideritis me in cruce pendentē,
ne æstimetis me hominē esse tātū. Nā etsi posse mori,
hominis est: tamē uelle mori, hominis nō est. Vt qd
putas, ab itinere declinauit seorsum? Nūquid non po
terat in itinere cōstitutus hęc eadē eis loqui, cū sint
paucissima uerba? Sed declinauit seorsum ab itinere,
forsitā sciens quòd uentura erat mater filiorū Zebe-
dæi cū filijs suis ut peterent ea quæ petierunt, & au-
dirent ea q̄ audierunt, ut præpararet eis locū ad eū-
dum, ad petendum, & ad audiendum. Forsitā enim
& applicuerunt ibi, donec mulieres retrò uenientes
ocurrerēt. Nec.n. credibile est, mistas cum ipso am-
bulasse mulieres, sed longo interuallo de longè mu-
lieres sequentes, & longo interuallo separati inter se
ambulabant. Christus.n. & discipuli sui primi, sequē
tes aūt de longè mulieres. Sine dubio ergo nulla alia
causa Iesus seorsum secesit, nisi ut illa adeundi licen
tiā inueniret. Sciebat.n. cogitationes eorū, & cōsilia
eorū, quæ facere cupiebant: & nō solū prædicēs di- D
scipulis suis de sua passione futura, sed ēt aptans peti
⌜Perituræ turæ ⌜mulieri locū, præscięntia sua diuinitatē ostēdit.
Aliter: *Ecce ascendimus Hierosolymā, et filius hominis tra-*
detur principibus sacerdotū, & scribis, & cōdemnabunt
eū morte, & tradent eū gentibus ad deludēdū & crucifi-
gēdū, & tertia die resurget. Ne putes, quod tūc tantū-
modo Christus traditus est sacerdotibus & scribis,
& condemnauerūt eū morte, & tradiderunt eū gen
tibus ad deludēdū & crucifigendū: sed & nūc trādi-
tur, & morte dānatur. Et traditur gētibus ad deludē
dū & crucifigēdū. Christus.n. uerbū est ueritatis. Si-
cut.n. tūc tradidit deus Christū sacerdotibus & scri-
bis, ad manifestādā fidē sanctorū, & perfidiā iniquo
rū. Fidē quidē sanctorū, si fortè fideles uidētes eum,
quasi hominem pati, nō recedāt, neq; scandalizētur
à fide diuinitatis ipsius. Ad manifestandā aūt perfi
diā iniquorū, si intelligentes eū esse dei filiū secundū
testimonia scripturarū, non timeant, sed ausi sint eū
interficere quasi hoiem: sic & modo tradit deus uer
bū ueritatis sacerdotibus & scribis, id est sapientibus
scripturarū, ad manifestandā fidē sanctorū, & perfi- E
diā iniquorū. Fidem quidē sanctorū, si fortè uiden-
tes uerbū ueritatis à mendacio opprimi, quasi men-
daciū, non cadant, neq; scandalizentur à fide uerita
tis ipsius. Ad manifestandā autem perfidiā iniquo-
rū, si fortè intelligētes uerbū ueritatis, quia uerè uer
bū est ueritatis secundū testimonia scripturarū, ausi
sint interficere eū cruce uerbis mendacibus. Quādo
enim uides scripturas prophetarū, & euāgelij, & apo
stolorū traditas esse in manus falsorū sacerdotū, &
scribarū: nō intelligis quia uerbū ueritatis traditū est
principib⁹ iniquis, & scribis? Et sicut tūc sacerdotes,
uel pp uanā gloriā, uel propter auaritiā condemna-
uerunt Christū morte, cogitātes quoniā si tenuerint
Christū, ipsi sacerdotes esse non poterunt secūdum
legē, nec solēnia illa lucra percipere: ita nūc impii sa-
cerdotes & scribæ uerbū ueritatis dignum iudicant
interire, cogitantes quia si uerbū ueritatis tenuerint,
ipsi sacerdotes esse non possunt, nec sacerdotalia lu-
cra percipere. Propterea tradunt eū gentibus, id est
populis ineruditis, & indisciplinatis, & barbaris, qui
nec quærunt, nec audiūt eū cū iudicio, q nomē ha- F
bent Christianorū, mores aūt Gentiliū. Tradūt aūt
ueritatis uerbū peruersis expositionibus suis ad de-
ludēdū & crucifigendū. Deludūt.n. uerbū ueritatis,
quādo simulāt se sequi Christū, & dispūtāt de eo sī-
ne dei timore: nō proposito inueniēdę ueritatis, sed
studio subuertēdę. Hoc aūt modo deludūt uerbum
ueritatis, nō colūt. Crucifigūt aūt eū, & interficiunt,
quādo falsa cōfessione mēdacij, uerbū ueritatis suf-
focāt, & occidūt in se. Et sicut tūc sacerdotes illi nul
lā culpā idoneā inueniētes in Christo, falsam accusa-
tionē detulerūt aduersus eū: sic modò nullā ratione
idoneā habētes dicere cōtra uerbū ueritatis, falsa in-
terpretātur de illo, & falsa proferūt testimonia prophetarū, aduersum uerbū ueritatis. Sicut.n. tūc falsos
testes subornauerunt aduersus Xpm, Et sicut tūc sa-
cerdotes qdē & scribę cognoscētes eū qa uerè Chri-
stus est q̄si hoiem illū maleficū Gētibus tradiderūt,
Gentes aūt nō cognoscētes eum esse Christum, de-
luserunt, & crucifixerunt eū, quasi hominē maleficū:
sic & modò sacerdotes, & scribæ hæreticorū cogno
scentes, quia uerbum est ueritatis secundū scripturas
quas legunt: tradunt eū, sicut diximus, populis & gē

Gtibus ad deludendū,& crucifigendū. Populi aūt per ignorantiā uerbum ueritatis deludūt, & crucifigūt, quasi mendaciū.Sed ignorātia eorum nō eos excusat,quoniā si uellent cū iudicio quærere,inuenire poterant ueritatē:sicut nec illos excusauit Gētiles,quoniam & ipsi si quærere uoluissent, poterāt inuenire: quoniā non erat homo tantū, sed & deus Christus, quoniā sicut tunc per signa uirtutū suarū manifestabatur Christus:sic modo per signa operationū suarum uerbū ueritatis ostēditur.Christus leprosos mū dabat, cæcos illuminabat, surdos audire faciebat, mortuos suscitabat: ita modò,qui uult cognoscere ubi sit uerbū ueritatis,operum eius signa cōsideret. Vbi.n.uerbū ueritatis est uiuū,unitum,atq; diuinū: ibi mundātur assiduè hoīes à lepra peccati,& fit salutis eorū testimoniū conuersatio ipsorū,atq; mens eorū.Qui audiunt uerbū ueritatis, illuminantur ad intelligēda diuina mysteria:aures eorū iteriores aperiuntur,ut libēter suscipiant diuina præcepta. Quos hodie uides mortuos in peccatis, cras resurgūt i pœnitentia,uiuificati per uerbū dei. Vbi aūt nō uiuum
H uerbū ueritatis,sed mortuum mendaciū prædicatur inter eos,nihil horū fieri uides,sicut dat de illis testimoniū uita ipsorum.Sed & post tres dies resurget in animabus credentiū sibi,cū tres dies fuerint cōsummati i eis.Prima dies pater, Scda dies filius,scdm qd
Psal.95.a dictū est in propheta:Annunciate de die in diem salutare eius.Quis est aūt dies alius de die,nisi genitus deus de ingenito deo? Cōsequenter & spiritus sanctus tertia dies est, quoniam his tribus illuminātur corda credentiū. In quibus ergo triū istorū scientiæ fuerint cōsummatæ,in eis ueritatis uerbū resurgit,& uiuit,& operatur.Sed nec resurgent, nisi q ieiunātes à malo,& flentes sunt pp eum, & desiderant resurrectionem eius uidere in anima sua : sicut & Apostoli ieiunātes & flentes fuerūt domino crucifixo,usq; ad diem resurrectionis ipsius. *Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi, cū filijs suis,adorans & petens aliquid ab eo.* Hæc est Salome, cuius apud alterū euangelistā ponitur nomen,uerè pacifica,scdm interpretationē: quæ filios genuit pacis.Non solū aūt ex Marco euā-
Matt.10.e gelista,qui manifestè ipsos fratres exponit accessisse
I ad Iesum,& hæc eadē postulasse itelligere possum°: quoniā à filijs suis erat summissa, sed & ex præsentibus Christi sermonibus,quibus nō quasi ad mulierem ipsam se petentē,sed quasi ad filios summittentes respōdit: *nescitis quid petatis.* Aestimo.n.quòd hi fratres cū audissent dominū de passione & resurrectione sua prophetantē, cœperunt dicere intra se, cū essent fideles:Ecce rex cœlestis descēdit ad regna tartarea,ut regē quidē mortis destruat, ipsam aūt mortem diuinitatis suæ potentia calcet, & sic uinculo tenebrarū soluto,captiuas animas ad sua regna perducat.Nec innumerabilis militia dæmonū resistere poterit cōtra eū.Quem.n.in corpore cōstitutū timue-
Matt.8.d rūt dicētes:Quid nobis & tibi Iesu fili dei excelsi,uenisti ante tēpus torquere nos? quo nudā ipsam diuinitatē contra se descendentē poterūt sustinere? Ecce post tres dies mortis suæ reuertetur ab inferis,quasi uictor de bello. Nā cū uictoria fuerit consummata, quid aliud restat, nisi ut regni gloria subsequatur? Ergo faciamus,fratres,quo possimus regni illius fieri participes.Scimus qa inuidus non est. Qui.n.seipsum donauit hominibus,quo regni sui societatē nō donabit? Petentis negligentia reprehenditur, ubi de-

dantis misericordia non dubitatur. Si nos rogamus K
magistrū,forsitā cęterorū fratrū corda cōcutiemus: & dū nobis duobus uolumus prouidere, inter oēs scandalū excitabimus.Nā etsi sancti sūt,tamē hoies sunt.Etsi uinci à carne non possunt,quasi iā spirituales,tamē percuti possunt, quasi adhuc carnales. Vt quid ergo uel leues occasiones demus,qbus iproba carnis natura trāquillas eorū animas inquietet? Summittamus ergo matrem nostrā,ut suo noīe deprecetur pro nobis,& siūt duo bona.Si.n.res ipsa reprehēsibilis inuēta fuerit,facilè meretur ueniā, q̄si mulier. Ipse.n.sexus excusat errorē.Si aūt nō fuerit importuna,facilius impetrabit mater pro filijs suis rogans.Ipse.n.dominus, qui maternos aios filiorū miseratiōe impleuit,facilius exaudiet maternū affectū. Magna laus mulieris huiꝰ ex hoc loco colligitur.Primū,quia non solū illi reliquerāt patrē,sed ēt ipsa reliquerat uirum suū,& secuta fuerat Xpm.Et illi ostēderūt,quia filij erant hmōi matris, & ipsa ostendit, quia mater erat taliū filiorū.Quoniā aūt uiuum reliquerat uirū, sermo demōstrat,q de uocatione eorū scriptus est, dicens:Illi aūt reliquerūt patrē suum Zebedæū in na- L
ui cū mercenarijs, & secuti sunt Iesum. Nisi fortè qs *Sup.4.d*
dicat,quia Christus plusquā triennio docuit,& ītra tempus uocationis apostolorū & passionis Christi mortuus est Zebedęus, & sic illa secuta est:Iesum tamē secuta est.Qualis radix,talia & germina.Et qualis,terra talis & fructus.Nō eā uicit,sicut cęteras mulieres,maritalis affectus:quia ille tēporalis erat maritus,iste aūt perfectus sponsus. Illius amor deceptio erat carnalis, istius aūt dilectio incorruptibilis uitæ. Non illā tenuit miseratio senectutis eius, qa ille sine ista uiuere poterat,ista aūt sine Christo salua esse nō poterat. Cogitauit.n.quoniā amplius proderit uiro suo,si pp deum reliquerit uirū,q̄ si propter uirū reliquerit deū.Propterea sexu fragili, & iam ætate defecta,Christi uestigia sequebatur:qa fides nunq̄ senescit,& religio fatigationē non sentit.Deinde quia nō sentit illa,sicut cæteræ matres,q̄ corpus natorū suorum amant, animā aūt contēnunt.Desiderant.n.illos ualere in seculo isto,& nō curāt quid passuri sint in alio.Alij militias filijs suis prouident,alij honores, & nemo filijs suis prouidet deum. Perditionē illorū M
cum magno pretio cōparant, & salutē illorū nec dono accipere uolūt.Si uiderint illos pauperes,tristantur,& suspirāt:si aūt uiderint illos peccantes, nemo tristatur: ut ostendāt quia corporū sunt parētes, nō animarū. *Accessit ergo ad Iesum,rogās & petens aliquid ab eo.* Audacē.n.fecerat eam natorū affectus,& reuerentiam forsitan spiritualē uicerat amor carnalis. *Dicit ei Iesus:Quid uis?* Nō interrogat quasi nesciens, ut audiret quid uellet:sed ut illa exponente, manifestā faceret irrationabilē petitionē ipsorū:quoniam petebant quidē quasi religiosi, & cœlestis gloriæ amatores,nō quasi sciētiā habētes inutilium postulationū, & nociuarū.Nā frequenter dominus patitur discipulos suos aliquid non rectè aut dicere,aut agere, aut cogitare,ut ex illorū culpa occasiones inueniat docendi,& exponēdi,regulā pietatis,sciēs qa & ipse error eorū non nocet præsente magistro, & oēs nō solū in presenti,sed ēt in futuro doctrina eius ędificat. *At illa dixit,Dic ut sedeant hi duo filij mei,unus ad dexteram tuam,& alius ad sinistram tuam in regno tuo.* Nō dicimus,quia rectè petijt:sed hoc dicimus,quia nō terrena,sed cœlestia filijs suis optabat. Tunc dominus

occultorum

A occultorū cognitor,nō ad uerba intercedētis mulieris respōdit,sed ad cōsilia suggerentiū filiorū respondit,dicens:*Nescitis quid petatis.* Concupiscentia.n.carnalis oēm in uobis spiritualē cōsiderationē excludit.
Inf.25.c Non audistis me referentē,cū uenerit filius hominis in maiestate sua,ponet oues ad dexterā, hœdos aūt ad sinistrā:& dicet eis,qui ad sinistrā sunt: Discedite à me maledicti in ignem æternum? Quo uos uultis, ut unus sedeat ad dexterā,& alius ad sinistram? Ego uos uocaui ad ptē dexterā de sinistra, & uos uestro consilio curritis ad sinistrā.Ideo forsitā & per mulierem res agebatur.Vidit.n. diabolus, quia per illos ipsos aduersus eos agere nō ualebat,contulit se ad cōsueta arma mulierū:ut sicut Adā per mulierē spoliauit,ita & istos separareat per matrem.Nam etsi mater erat,tamen mulier erat.Propter qd etsi affectus eius dulcis erat erga filios quasi matris, intellectus tamē eius nociuus erat quasi mulieris.Sed iam nō poterat per mulierem perditio introire in sanctos, ex quo de muliere salus cunctorum processit. Intelligere ergo debemus & nos,ut nō illud à deo petamus, qd nos
B bonum esse iudicamus, sed orātes in eius potestate ponamus, ut nos illud petētes exaudiat,qd ipse nobis expedire cognoscit. Nescitis qd petatis. Bonum quidē desiderīū,sed incōsiderata petitio. Ideo etsi īpetrare nō debebat simplicitas petitionis eorum, tamē cōfundi nō merebatur, qa de amore domini nascebatur.Propterea nō uoluntatē, neq; propositum eorū culpat,sed solā ignorātiam reprehendit, dicēs: Nescitis quid petatis.Quis aūt athleta idoneus, ante certamē de præmio pactū facit? Si.n.certamen bene processerit,iudex postea pōt scdm meritum certaminis præmiū mensurare, & æstimare. Si autē præmiū
Tquasi. antē fuerit constitutum,nō omnimodo scdm qualitatē prēmij potest exitum habere certamē: qa⁊ quale præmiū detur,in potestate est munerantis: qualem aūt exitum habeat unumquodq; certamē,nō est in potestate certantis. Nescitis ergo quid petatis. Desideratis quidē bonum, sed nō intelligitis quid est bonum.Si aūt intelligeretis,illud petere debebatis,dicētes quoniā in hoc mundo periculosissimo uiuimus, quasi in pelago,ubi nunq̄ est minor tēpestas.Etsi tē
C pestas interdū nō fuerit,tamen semper timor est tēpestatis.Sic & in hoc mūdo uiuentibus,nunq̄ est minor tētatio:etsi tētatio interdū facta nō fuerit,tamē timor tentationis semper est. Ideo da nobis auxiliū gratiæ tuæ,ut non uincamur à malo, sed ipsi omne malū uincamus. Sicut.n.in seculari bello uidemus, quia qui uadens ad pugnā de præda uictoriæ cogitat,difficilè uincit:qui aūt uadens sic uadit,quasi ad mortē,ille facilè superat:Sic & nos in hoc certamine spirituali uiuētes,nō debemus cogitare qualem gloriam cōsequamur,sed quo euadamus ruinā peccati. Qui aūt de gloria cogitat,& non magis timet de ca
Ephe.6.b su,ille nec infirmitatē carnis suę cognoscit,nec uersus tias cōsiderat diaboli,nec itelligit qd ait Apostolus: Non est nobis colluctatio cū carne & sanguine, sed aduersus pricipatus & potestates, aduersus rectores huius mundi tenebrarū. Propterea sumite oīa arma dei.Sicut.n.miles, si toto corpore fuerit armis uestitus, & unā partem habuerit nudā: nihil ei prodest, quòd totus fuerit ferro uestitus,si per illā unam partem eū sagitta percusserit,sed sic cadit quemadmodum si totus fuisset nudus:Sic & Christianus quāuis oēm iustitiā fecerit,si i uno peccauerit:similiter pec-

cator statuitur, quemadmodum si semper peccas- D
set. Sicut ait Iacobus:Si omnē legē adimpleas, & in *Iac.2.b*
uno trāsgrediaris, similiter puaricator es legis. Ideo & dominus illis respondit:*Potestis bibere calicem ,quē ego bibiturus sum? Aut baptismate,quo ego baptizor, baptizari?* Nunquid nesciebat dominus, quia passionē ipsius poterāt imitari? Sed ideo eis dicit, ut domino interrogante, & eis respondentibus, oēs nos audiamus:quia nemo pōt cum Christo regnare, nisi passionē Christi fuerit imitatus, sicut ait Apostolus: Si *2.Tim.2.c*
cōmortui sumus,& cōuiuemus:si sustinemus, & cō regnabimus.Res.n. pretiosa uili pretio nō comparatur.Magnū laborē necesse est nobis impēdere, si uolumus ad regna cœlestia peruenire. Passionē aūt domini dicimus suscipere nos debere, nō omnimodo persecutionē Gētiliū,sed oēm laborē, & molestiam, quā patimur in corpore cōtra peccata certantes.Nā si Gentiles defecerint,qui persequebantur:nunquid ideo prompta uolūtas fideliū debet sine fructu ſteri lis permanere? Ideo & si Gētes nō habes, q̄ te persequantur,habes principē gentiū diabolū,qui hoiem persequi nunq̄ cessat. Si.n.principē potueris uincere E
in peccato, nō est magnū superare ministros eius in corpore tuo.Ecce ostēdo tibi magnā & insuperabilem persecutionē in corpore tuo.Incipe resistere desiderijs tuis,& tūc intelliges q̄ fortes sunt spiritus desideriorum malorū,qui te persequūtur. Hæc est.n.pugna periculosa,& hæc est gloriosa uictoria:q potuerit odire qd amat, & amare qd odit. Aut ideo dixit eis:Potestis bibere calicē,quem ego bibiturus sum? Dominus.n.cognouerat propositū istud petētium fratrum,quia nō primatū sibi petebant scdm mundiales honores:quē si ex duob⁹ uel tribus unus acceperit,necesse est cæteros fieri eo inferiores:sed perfectionē pietatis petebant in regno cœlesti, quam & multi cōsequi possunt:& cū fuerint cōsecuti,alterius perfectio,alterius perfectione nō minuitur:Vtputa, sedere ad dexterā Christi,uel ad sinistram:nunquid duorū est tantū? Innumerabiles enim possunt sedere ad dexterā Christi,uel ad sinistrā: tamen alter alterū à perfectionis ordine nō excludit: quoniā hanc perfectionē pietatis nemo pōt consequi, nisi qui legitimē certauerit usq; ad mortē.Ideo interrogat eos,Po F
testis bibere calicē, quem ego bibiturus sum? ut illis respondentibus,qa possumus:audiant cæteri condiscipuli, & cōquiescant, intelligentes quoniā & ipsi si parati sunt mori cum Christo, nihilominus possunt iuxta Christū sedere,per illorū sessionē nequaquā excluſi,sicut ipse dicit per prophetam in psalmo:Oculi *Psa.100.*
mei semper ad fideles terrę,ut sedeāt hi mecū.Nō.n. *b*
locus sedendi maior & minor est iuxta Xpm, sed fides patiendi cū Christo. Nō est calix & baptismum unum.Calix.n.passio est,baptismū aūt ipsa mors.Dictum est autē baptismū scdm similitudinē lanæ intinctæ.Sicut.n.lana intingitur naturalē habens colorem,ut coloretur purpurea,aut alicuius coloris accipiat dignitatē:sic & nos in mortē descēdimus corporales,& resurgimus spirituales, sicut ait Apostolus: *1.Co.15.f*
Seminamur in infirmitate,surgimus in uirtute:seminamur in ignobilitate,resurgimus in gloria:seminatur corpus animale,surget corpus spirituale.Oīs qui dē mors habet in se passionē, nō habet in se oīs passio & mortē.Multi.n.fuerunt,q passi sunt,& nō sunt occisi,quales sunt cōfessores.Illi oēs calicē quidē domini biberūt, baptismo aūt eius baptizati nō sunt.

G *Dicunt ei, possumus.* Non tantū cōfidentia cordis sui, quantū ignorantia tentationis hæc respondērūt. Nescientibus.n. desiderabile est bellū, sicut & inexpertis leuis uidetur esse tētatio passionis & mortis. Si.n. dominus cū in tētationē passionis uenisset, dicebat: Pater, si potest fieri trāseat à me calix iste: quātò magis discipuli nō fuerant dicturi, quia possumus, si scissent qualis est tentatio mortis? Magnū quidē dolorē habet passio, tamē mors habet maiorē timorem. Et dicit eis: *Calicem quidem meum bibetis, & baptismo quo ego baptizor, baptizabimini: sedere autem ad dexteram meam, aut ad sinistrā, nō est meum dare uobis, sed quibus paratū est à patre meo.* Nunquid nō habebat potestatē præstare cui uolebat, cū sit scriptū: Pater diligit filium, & oīa dedit in manu eius? Sed ideo non refutauit petitionē eorum, ne exanimaret eos, & pusillanimes faceret. Nā non facilè decætero resumit spērādi uirtutē, qui semel de eo qđ superauerat, cadit. Noluit aūt suscipere petitionē eorum, ne cæteros oēs tristaret. Nā necesse erat, quòd uel talia cogitarent, adhuc sine auxilio spiritus sancti cōstituti. Si semel istis duobus totius regni illius societas diuidenda est, si unus sessurus est ad dexterā, alter ad sinistrā ei⁹: ergo nos quid sumus facturi, aut qđ fieri iam speramus? Ideo eū secuti sumus, ut illis electis de medio nostrū nos inueniamur relicti? In oī labore similes eis fuimus, & nunc inuenti sumus in honore dissimiles. Nā necesse erat, ut carnalia cogitarent, qui necdū facti fuerāt spirituales. Si.n. petitio eorū suscepta non est, & oēs cōturbati sunt, quare uel hoc ipsum petere ausi sunt: quantò magis fuerant cōturbādi, si petitio eorum suscepta fuisset? Ideo neq; dixit, non sedebitis, ne duos confunderet: neq; dixit, sedebitis, ne cæteros iritaret. Sed quid? *Hoc non est meum dare uobis, sed patris.* Tanq; benignus & prouidus pater sic oīa disponit & ordinat, ut inter fratres unanimes, fraternitatis charitas nō rūpatur. Videte qūo & nullum ex eis turbauit, & oēs fecit sperare, dicens, Nō est meū dare uobis, sed patris. Nā qd uni aut duobus specialiter nō promittitur, à cunctis speratur. Quid ergo, mētitus est Christus, dicens: Non est meum? Non. Ois.n. qui habet potestatē, si acceptā habet ab alio, illius est uerè qui dedit. Nā quid habebat filius proprium, cū ipse non esset suus, sed patris? ⌜Ergo inter eū cuius non est, & inter eum cuius est, nec persona una est, nec æqualis potestas. Si.n. unus deus & pater, & filius, aut certè potest, aut certè non pōt. Quis uidit talē unū deum cœlestē colere, q in dimidio potens est, & in dimidio impotens? Aut quis illos putet æquales, quorū non est æqualis potestas? ⌟ Audiamus hęc, & itelligamus nos Christiani, ut quando aliquid petimus à deo, & nō impetramus, nō frāgatur fiducia nostra, neq; cadat spes nostra à deo, ut decętero desperemus de misericordia eius: quia nec fratrū istorū fracta est fiducia, aut cecidit spes, cum nō impetrassent. Quid.n. si non expedit nobis accipere qđ petimus, sicut nec illis expediebat? Quāuis aūt putas te spiritualē rem petere sc̄dm deum, & dignā impetratione: tamen si nō impetraueris, grauiter ferre nō debes. Nā Iacobus & Ioannes rem spiritualē, & dignā deo sē petere ęstimabant: tamen reprobata est petitio eorū, & inutilis iudicata. Nō.n. omne quod apud hoies iustū uidetur, iam & apud deū similiter iustum est: quantò maior est deus hoie, tantò profundiora sunt dei iudicia q̄ hominis. Nunquid digniores esse possumus Iacobo & Ioanne, ut non ipetrantes qđ petimus, doleamus, cū nec illi de non impetrato beneficio sunt contristati? *Et audientes decē, contristati sunt de duobus fratribus.* Quemadmodū isti carnaliter petierunt, sic & illi carnaliter cōtristati sunt. Nam sicut isti si spiritualiter sapuissent, non fuerant petituri, ut essent super oēs: sic & illi si spiritualiter intellexissent, nō fuerant cōtristaturi esse aliquos antè se. Nam uelle quidē esse super oēs, uituperabile est: sustinere autē alterum supra se, nimis est glorioſum. O error salutaris, qui totius mūdi soluit errorē. Si.n. apostoli non sic erassent, unde nos cognoscere poteramus: quia nō omne quod uidetur bonum, desiderare bonum est, quia malum? Putabamus quia malū desiderare, malū est, ut auariam aut furtū: nunc aūt scimus, quia aliud est opus bonū, aliud est primatus honoris. Et opus quidē bonum desiderare, bonum est: primatum aūt honoris cōcupiscere, uanitas est: quoniā bonum opus implere, nostræ uoluntatis, & nostri operis est, & laboris, propter quod & nostra est merces: primatū aūt consequi, iudicij dei est, pp quod ex primatu honoris nescio si aliquam mercedē iustitiæ adipisci meremur. Nam desiderium primatus ex iactantia nascitur cordis: qui autē humilis est corde, & indignioré se alijs arbitratur, secundū illud præceptū apostolicum, qđ ait: Alter alterum ęstimans superiorē se, nunq; desinerat superior apparere. Primatus.n. fugientē se desiderat, desiderantē se odit. Videns aūt dominus alienū spiritum in cordibus discipulorū, quasi hostē in suis castris uagantem, non eos increpauit, nō proiecit à facie sua, & istos malè petentes, & illos non bene tristantes. Si.n. rex terrenus uideret, quòd ciuitatē illius occupatā teneat hostis, quid facere potest? Nihil, nisi ut ponat arietes, circūducat exercitū, & destruat muros, quos fortè ipse ædificauit, ut tantūmodo hostē expellat. Sed uideamus sapiētiam nostri regis. Postq̄ uidit sua castra occupata à spiritu alieno, sic hostem expulit, ut castra sua nō læderet, ⌜dicens: *Scitis, quòd principes gentium dominantur eorum: et qui maiores sunt, potestatem exercent in eos? Non ita erit inter uos, sed quicunq; uoluerit inter uos maior fieri, erit omnium minister: & qui uoluerit inter uos primus esse, erit uester seruus.* Fructum humilitatis terrestris, posuit primatū cœlestē: & ⌜primatus terrestris, fructū posuit confusionē cœlestem. Quicunq; ergo desiderat primatū cœlestem, sequatur humilitatē terrestrem: quicunq; aūt desiderat primatum in terra, inueniet confusionem in cœlo: ut iam inter seruos Christi non sit de primatu certamen: nec festinet unusquisq; eorum, quo aliis maior appareat, sed quo oībus inferior uideatur: quoniam nō qui maior fuerit in honore, ille est iustior, sed qui iustior fuerit, ille est maior. Cōuersatio ergo melior est desideranda, nō dignior gradus. Volens certè dominus & duorū fratrū ambitionē extinguere, & decē discipulorum inuidiam, introduxit differentiā inter principes mūdiales & ecclesiasticos: ostēdens, quia primatus in Christo nec ab aliquo appetendus est nō habente, nec alteri est inuidendus habenti: quoniā principes mundi ideo sūt, ut dominētur minorib⁹ suis, ut seruificēt eos, & spolient eos, & comedant, & usq; ad mortē abutantur uita eorū ad suas utilitates & glorias. Principes aūt ecclesię fiunt, ut seruiant minorib⁹ suis, & ministrent eis quæcunq; acceperūt à Xpo, ut suas utilitates negligāt, & illorū procurēt: ut si opus fuerit, neq; mori recusent pro sa-

Mat. 26. d. & Lu ca. 22. c

Ioan 3. d

⌜Cautè hæc lege, quæ quo dam exēplari deerant.

A lute inferiorū suorū, sicut Apostolus dicit: Ego autē impendar & superimpendar ipse pro animabus uestris. Si hæc ergo ita se habent, seculare quidē primatū desiderare, & si ratio non est, uel causa est: quia etsi iustū non est, uel utile est. Primatū aūt ecclesiastū cū concupiscere, neq; ratio est, neq; causa: quia neq; iustū est, neq; utile. Quis.n. sapiens ultro se subiicere festinat seruituti, labori, dolori, & qd maius est, periculo tali, ut det rationē pro omni ecclesia apud iustū iudicē, nisi fortè q nec credit iudiciū dei, nec timet uti abutens primatu suo ecclesiastico seculariter, cōuertat eū in seculare? Sed ne fortè q talis est in appetēdo primatū, profectū pietatis piē prætēdat, dico: Nūquid q in ordine prior est, iam & meritis est melior? Quāuis qdē differētiā esse inter sanctos denegare nō possumus, tamē ut cognoscat unusquisq; si melior, aut deterior sit, nemini est concessum. Ideo prudēter Apostolus mēbris corporis assimilauit sanctos ecclesiæ. Sicut.n. homo qdē intelligit, qđ mēbrū honorabile habet in corporе suo, qđ inhonestum: unūquodq; aūt mēbrū nō se cognoscit ipsum, si horabilius sit, aut cōtēptibilius: alioquin & q̄ honorabiliora sunt, gratularētur: ⌜& q̄ cōtēptibiliora sunt, tristarētur, & p hoc fieret inter ea scissura: sic differentiā inter sanctū & sanctū Christus solus cognoscit, cuius mēbra nos oēs sumus. Ipsis aūt sanctis nō est cōcessum, ut cognoscāt differētiā suā adinuicē, ut nō meliores superbiāt cōtra deteriores, & deteriores tristētur cōtra meliores, & p hoc soluta charitate, inter eos discordia nascatur, maximē in hoc seculo facinoroso, ⌜in quo occasiones iugiter querit diabolus odiorū seminādorū. Quòd aūt in hoc seculo differētia dignitatis facta est inter sanctos, dignitatis dico: non sanctitatis, ut alter qdē sit apostolus, alter aūt episcopus, uel minister, uel laicus: cōtumacia carnis coēgit ut puersitas mundi, & oculta operatio inimici coerceatur: quoniā diabolus imperās carni & mundo, in multā indisciplinationē excitat hoies quādiu sunt in carne, & in mūdo subdito ei, alios in lasciuiā, alios in delicias, alios in inuidiā, alios in auaritiā, alios in irā & superbiā: nisi ergo sint quos timeant, soluitur disciplina. Denicq; ipsi honores in Christo in prima qdē facie uidētur honores, re uera aūt non sunt honores diuersi, sed sunt diuersa ministeria: Vtputa, honor oculi uidetur, quia illuminat corpus: sed ipse honor illuminādi nō est ei honor, sed ministeriū eius: Et pedū humilitas esse uidetur, qa baiulāt corpus: sed ipsa humilitas baiulatiōis nō est eorū cōtēptio, sed ministeriū eorū. Propterea dominus corporis, scilicet homo, nec oculum suū amplius honorat q̄ pedem: nec pedē magis cōtemnit, q̄ oculū: quia nec oculus pro aliquo suo merito honoratus est, ut oculus sit, sed ad hoc ministeriū creatus est: nec pes pro sua culpa cōtēptus est, ut sit pes, sed ad hoc ministeriū est creatus. Propterea unumquodq; mēbrorū nil minus se habere intelligens, secundū ministeriū ad quod est creatū, nec amplius: nec inuidet alteri mēbro, quasi plus habenti, nec spernit alterū mēbrum, quasi minus habens. Sic est inter & sanctos: Vniuscuiusq; sancti honor non est honor eius, sed actus ipsius: Vtputa apostoli, apostolatus putatur à nobis honor esse ipsius apostoli: uerè aūt nō est honor eius, sed ministeriū eius. Vnde Paulus de apostolatu suo dicebat: Nāsi euangelizē, nō est mihi gloria: necessitas.n. mihi incūbit. Væ.n. mihi, si nō euāgelizauero. Si.n. uolēs hoc ago, mercedē habeo: si aūt inuitus, dispensatio mihi credita est. Similiter & diaconatus, diaconi cōtēptibilitas uidetur à nobis, uerè aūt non est cōtemptibilitas eius, sed actus ipsius. Propter qđ deus nec apostolū amplius diligit, q̄ diaconē, quia apostolus est: nec diaconē minus quàm apostolū, quia diaconus est: quia nec apostolus pro merito suo antecedē ti honoratus est, ut esset apostolus: sed ad hoc ministeriū aptus est iudicatus scdm motū animæ suæ: ⌜Nec diaconus pro merito suo antecedēti contēptus est, ut esset diaconus: sed ad hoc ministeriū aptus est iudicatus scdm motū animæ suæ. ⌜Propter qđ neq; apostolus laudē habebit apud deū, quia apostolus fuit, sed si opus apostolatus sui bene impleuit: neq; diaconus exprobrandus est, qa diaconus fuit, sed si opus suū neglexit. In nullo ergo hominis est honor, nisi in quo bene impleuit opus suū: & nulla cōtēptio eius est, nisi i quo neglexit proprium opus. Vnde sicut pes libēter seruit oculo, quasi sibi seruienti, sciens qa nisi pes suo officio fuerit usus, nec ipse suo poterit uti. Sic & sancti inuicē sibi debēt esse subiecti, ut minor maiori nō inuideat, quasi maiori: sed libēter ei obsequatur, quasi sibi seruiēti, i eo ipso qđ maior est: & maior nō cōtēnat minorem, qa maior est, sed libēter ei obsequatur quasi sibi seruiēti. Hæc oīa tractauimus pp duos fratres, q petierūt sibi primatū cū nō debuissent: & decē apostoli indignati sunt cōtra eos, cū non debuissent. *Sicut filius hominis nō uenit ministrari, sed ministrare: et dare animā suā in redēptionē pro multis.* Ad hoc.n. ad imaginē Christi facti sumus, ut imitatores efficiamus uoluntatis eius & cōuersationis. Nūquid ad similitudinem maiestatis eius sumus creati? Nā ille quidē nostrā carnē imitari potuit, nos autem illius diuinitatem imitari non possumus: sed in hoc sumus imago eius, ut quod ei bonū uidetur, & apud nos sit bonū: & quod ei malum uidetur, & apud nos sit malū. Quicunq; aūt domino humiliati studente, iactantiæ studet, non est imago Christi. Et qui domino paupertatē amante, diuitiarū amator est i hoc seculo, repellit à se Christi similitudinē. Nō est uerus discipulus, qui nō imitatur magistrū: nec est uera imago, quæ similis non est authori.

Homilia. xxxvi. ex cap. xx.

Tegredientibus eis ab Hiericho, secuta est eum turba multa, &c. Testimoniū studiosi agricolę est messis fœcunda: assidui autē doctoris documētū, ecclesia plena: negociatoris prosperata felicitas, apotheca multiplex. Neminē labor itineris impediuit, qa amor spiritualis fatigationē nō sentit. Neminē sexus muliebris retinuit, qa inter uirū & mulierē, corporis quidē differentia est, gratia autē una est, & una conditio in omnibus. Illic ergo differentia sexus requiritur, ubi causa carnalis est, & ubi caro, nō spiritus operatur. Neminē possessionū suarū solicitudo ⌜retraxit, qa ingrediebātur in possessionē regni cœlestis. Verè.n. nō habet super terrā quod amet, q bonū cœleste i ueritate gustauerit. Sicut enim q pretiosum gustauerit cibū, postmodū ei hæc esca cōmunis ingrata uidetur: sic & q semel de dulcedine Christi bene gustauerit, terrenorū bonorū decætero non multū sentit saporē. Quis nō desideret illū, aut qs nō sequatur eū, quē etiā duo cæci, antequā corporaliter uiderēt, spiritualiter aspexerūt: & antequā audirent,

r superbirent.

Deus scit differentiā inter sanctos.

⌜fastidio so. al. facilioso.

1. Cor. 9. c

⌜deleret.

⌜recordatio.

G crediderunt? Nimirū hæc est illa rosa in campis Hiericho, de qua sapientia loquitur per Salomonē: Sicut
Eccl.24.b palma exaltata sum in Cades, & sicut plantatio rosæ in Hiericho. Ergo hæc est illa speciosissima rosa sanctitate iustitiæ candida, & passionis sanguine rubicūda. Sicut.n. rosa antequā uideatur, sentitur: & anteq̄ inueniatur, tenetur in odoribus suis: sic & dominū transeuntē de lōge, duo cęci antequā uiderent, diuinitatis eius fragrantiā senserunt. *Et ecce duo cæci.* Ecce dicendo, opportunitatē ostendit: hoc est, opportunè oblati sunt antè faciem Christi, ut apertis oculis, quasi testes uirtutis eius, ascenderent cū eo in Hieru
Infr.21.c salē: quia futurū erat, ut sacerdotes repleti inuidia, dicerent cōtra eū, in qua potestate facis hæc? ut uideli-
& Lucæ cet cæci respondeant, etsi non uoce, tamē ipsa re: Ec-
20.a ce nos cæci fuimus, & uidemus. Quid ergo de potestate requiritis, qui uidetis uirtutē? Erubescite carnales oculi, q ante uos Christū stantē non aspicitis, quē ēt crediderūt duo cæci sedētes secus uiā, non in uia. Duo cæci, duo populi sunt, Iudaicus, & gentilis. Aut
H sicut quidā interpretātur ambo Gētiū, unus ex Chā, alius ex Iaphet. Ideo aūt cæci, qa nōdū eis apparuerat unigenita lux: *Secus uiam*: Id est, iuxta ueritatē cōuersabantur, sed ueritatē inuenire nō poterāt, qa uia ueritatis certior adhuc demōstrata non fuerat: uel secundū rationē uerbi degētes, non autē in ipsa ratione uerbi consistentes: quia notitiā uerbi nondū acceperant. Sicut.n. qui in tenebris ambulat, si semel uiā perdiderit, interdū tota nocte ambulat iuxta uiā errans, & non inuenit uiā, donec superueniat dies: sic & homines ambulātes in errorib⁹ uel peccatis, postquā dei cognitionē semel perdiderūt, ad perfectam notitiā ueritatis redire nō poterant, nisi dies, scilicet Christus uenisset, quanuis circa ueritatē uiuebant. Qūo iuxta ueritatē uel rationem uerbi Gentes conuersabantur? Leges rationabiles proponebant, syn-
Rom.2.c cera iudicia iudicabant, dicente Apostolo: Cū.n. Gētes, q̄ legē non habent, naturaliter ea q̄ legis sunt faciunt. Ergo quasi iustitiā quidē faciebant, sed iustitiā tenere non poterant, non intelligētes qūo oporteat scire: quia q deū diligit, hic cognitus est à deo. Iudæi autē quomodo erant cæci? quia legē sectantes, legis
I iustitiā non inuenerūt: quia ex operibus, & nō ex fi-
Ibid.12.a de iusti erant. Dicit.n. Paulus: Testimonium illis perhibeo, quia æmulationē dei habent, sed nō secundū scientiā. Nam uolentes iustitiā suā statuere, iustitiæ dei non sunt subiecti. *Audierūt qnòd Iesus transiret, & clamauerunt, dicentes: Miserere nobis domine fili Dauid.* Currentiū strepitum audiebant, & personas nō uidebāt. Vndiq; festinantibus cunctis, soli sedebant indissolubili tenebrarū catena ligati, nihil solutū habentes de toto corpore, præter uocē. Et ideo quia pedi
[sequebā tur. bus eū sequi non poterant, uoce tenebant[dicentes: Miserere nobis domine fili Dauid. O tenebræ omni lumine clariores. O acutissimus cæcitatis aspect⁹. Puta quāti hoies sani, & iuxta Iesum, q uia est, ambulātes, hoiem illū putabāt: & duo cæci, & longè sedētes deū prospexerūt. Audierūt.n. Gentes de trāsitu Iesu, scdm testimoniū prophetarū annūciantib⁹ sibi Apostolis. Audierunt.n. aduentū eius in mundū, & pas-
[reditio- nem. sionē eius, & resurrectionē, & ascensionē[eius in cœlū: audierunt de transitu eius, cū iam egressus fuisset ab Hiericho, id est de hoc mundo. *Turba autem increpabat eos, ut tacerent.* Videbant sordidas uestes, & nō considerabant conscientiæ claritatem. Ideo uetabant eos, non inuidentes eis, sed honorantes Chri- K
stū. Indignū.n. eis uidebatur ut tales hoies uociferarent ad eū. Ecce fatua sapientia hominū. Existimabant iniuriā pati magnos uiros, si à pauperibus honorarentur. Quis.n. pauper ausus est diuitē publicè salutare? Mox indignatur, quasi iniuriā passus. Aut hi
[ministe- rio. qui uetabant, in mysterio[Iudæorū uetabant, quia omnia faciebant, ne Gētes in Christū credētes saluarentur. *At illi magis clamabant, dicentes: Miserere nobis domine fili Dauid.* Inuitabantur uetiti, magis q̄ compescebantur. Talis est enim natura fidei, quātò màgis uetatur, eò magis accenditur. Propter qđ & serui dei in persecutionibus nō uincuntur, sed quātò magis afflicti fuerint, tantò amplius accēduntur. Virtus ergo fidei in periculis secura est, & in securitate periclitatur. Quid.n. aliud sic uigorē fidei in hominib⁹ laxat,
[uexat. [quàm longa tranquillitas? Ergo uetantes eos, addebant eis & alterā causam doloris. Primū, ne clamarent, quia cæci erant: secūdo, quia uetabantur ad lumē uenire. *Et stans Iesus uocauit eos, & ait: Quid uultis ut faciā uobis?* Dicūt ei: *Domine, ut aperiātur oculi nostri.*
L O domine qd interrogas, qd ipse oculis uides? Infirmitas clamat, & ut qd uocē perquiris? Nō quęro pp passionē, sed pp fidem. Non cupio audire quid dolent, sed uolo cognoscere qd de me sentiunt. Tu domine occultorū es cognitor, & nescis quid de te sentiunt? Etiā scio, sed uolo ut procedant ad mediū populi, & cunctis audientibus dicāt quod uolūt: & dū cæci me dei filiū confitentur, confundātur uidētes, qui me hominē tantū putant. Dominū me uocant, & uerū dicunt: sed dum filiū Dauid dicunt, dissipant quod bene confessi sunt. Nā abusiuè & homines domini dicūtur, uerè aūt nemo dominus est, nisi deus. Si ergo dicunt, Domine fili Dauid, abusiuè secundū hominē me honorant: si aūt solummodo dominū, secundum deitatis diuinitatem me confitētur. Quia 1.Co.8.b
unus deus ex quo omnia, & unus dominus, per quē omnia. Filius enim Dauid cæcos illuminare nō pōt, fili⁹ aūt dei potest: ideo interrogat, quid uultis? Tūc illi iam non dixerunt, Domine fili Dauid: sed tantū, Domine, ut aperiantur oculi nostri. *Misertus est autē eis Iesus, & tetigit oculos illorum: & confestim uiderunt.*
M Quandiu ergo dixerunt, Domine fili Dauid, suspensa est sanitas: mox autem ut dixerunt tantūmodo Domine: infusa est sanitas sup eos. Tetigit ergo oculos eorū. Tetigit homo carnaliter: nā uerbo sanauit ut deus: tetigit quia Dauid filiū eum dixerūt: sanauit eos, quia crediderunt potentiæ eius, ut una eadēq̄ operatio sanitatis & fidē eorū remuneret, & infideli tatē castiget. Bonū munus obtulerunt Christo sanā
Mich.6.b ti. Qualē? Secuti sunt eū. Nam qd homo in uicem reddat deo dignè pro beneficiis eius, nisi id quod ipse admonet per prophetā? O homo quid quærit deus à te, nisi ut facias iudiciū & misericordiam, & paratus sis ire cū domino deo tuo? Consequenter & gētiū oculos mētis tetigit dominus Iesus, dans eis gratiā spiritus sancti. Tangere.n. Christi, est dare gratiā spiritus sancti. Quæ gētes cū fuissent illuminatæ, secutę sunt eū operibus bonis, nunquam postmodū relinquentes eū, sicut aliquando Iudæi fecerunt.

Homilia. xxx vij. ex cap. xxi

T cum appropinquasset Iesus Hierosolymis, &c.

e Puto res ipsa exigit, ut quæramus. Frequēter quidem Iesus uenit in Hierusalem, sicut Ioānes testatur, nūquā tamē sibi adhibuit ministeria iu-

A mentorum, nec ramorum circa se uirentia cōstituit ornamēta, nec ad terribilē laudē suæ diuinitatis animos populi excitauit: nisi modò quando, ut pateretur, ascēdit. Ideo ergo cū tanta gloria est ingressus, ut amplius eorū aduersus se excitaret inuidiā, quia iam tps passionis eius īstabat, & nō mors eū urgebat, sed ipse magis aduersus se cōpellat mortē. Quoties.n. de manibus sacerdotum elapsus euasit, cùm esset inuisibilis factus? Quando Iudæi Christum uoluerunt occidere, tangere eū non potuerunt. Quando aūt ipse secutus est mortem, parcere ei Iudæi non potuerūt. Ergo si Christus eos prouocauit, fortè ne de morte sua fecit eos innoxios? Absit. Excitauit eos, nō ut facerēt qđ antè noluerāt, sed ut possint facere qđ prius uolebant: facultas eis data est, nō mutata uoluntas. *Tunc Iesus misit duos discipulos, dicēs eis: Ite in castellum quod contra uos est, & confestim inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea. Soluite, & adducite mihi.* Asina & pullus eius, Iudæi sunt & Gentes. Iudæa.n. secūdū
Esa.1.f deū mater est Gentium. Sic.n. dicit ad eā deus p Esaiam prophetam: Et constituam principes tuos sicut
B antea, & consiliarios tuos sicut ab initio. Et tūc uocaberis ciuitas iustitiæ, & mater ciuitatū, id est ecclesiarū, fidelis Sion. Propter quasdam tales similitudines, aialibus his assimilati sunt hoies, deū uel dei filiū non cognoscentes. Est.n. animal hoc immundū, & præ cæteris penè iumētis magis irrationabile & stultū, & infirmū, & ignobile, & oneriferū magis: sic fuerūt & hoies ante Christi aduentū idololatræ, passionibus diuersis immundi, & irrationabiles, uerbi ratione carentes, quantū ad deū stulti. Quid aūt stultius q̄ factorem contemnere, q̄ facturā & opus manuum suarum adorare, quasi factorem? Erant.n. infirmi secūdum aīam & ignobiles, non ualentes resistere passionib. suis, & obliti generationē suam cœlestem, facti fuerant serui passionum suarum & dęmonum, quibus resistere non ualebant. Et quicūq; dæ-
2.Cor.1.d monū uel philosophorū cuiusq; erroris uel dogmatis alicuius sarcinā eis uoluisset imponere, sufferebāt: & omnia non bona patientia supportabant, nec resistebant. Propter q̄ oia & Apostolus ad Corinthios dicit: Videte uocationē uestrā fratres, qa nō multi sapientes secundū carnē, nō multi fortes, nō multi nobiles, sed q̄ stulta sunt mūdi elegit deus, ut cōfundat
C sapientes: & infirma mundi elegit deus, ut cōfundat fortia: & ignobilia, & cōtemptibilia mūdi elegit de⁹, & ea q̄ nō sunt, ut ea q̄ sunt destrueret. At ubi Christus super eos ascēdit, & īduxit in tēplum, lauati per baptismū, facti sunt de immūdis animalib. hoies sancti. Percepta.n. uerbi ratione, sapiētia dei facti sunt rationabiles, & prudētes: & inuēta est irrationabilitas eorū esse simplicitas, & stultitia eorū māsuetudo. Nā simplicitas sine ratione uerbi, hois irrationabilitas est: & mansuetudo si non sit pp deum, stultitia est. Adhuc aūt accepta gratia, & recognita regeneratione sua cœlesti, facti sunt de infirmis & de ignobilib. fortes & nobiles: & q̄ uidebatur infirmitas, innocentia est inuenta in eis, ignobilitas autē humilitas. Nā innocentia sine dēo infirmitas æstimatur, & humilitas nō pp deum ignobilitas iudicatur. Itē reiicientes à se onera dæmonum, suscipientes super se iugū Xpi suaue, & onus eius leue, & ipsum sessorem in cordib. suis susципientes, facti sunt patientes. Nam patientia irrationabilis onerifera æstimatur & ligata, id est diabolici erroris uinculo impedita, ut nō haberet liber-
D tatē ire quò uellet. Nā oēs hoiēs anteq̄ peccemus, liberum quidem habemus arbitrium, si uolumus seq uoluntatem diaboli, an non. Quòd si semel peccantes obligauerimus nos operibus eius, iam nostra uirtute euadere nō possum⁹. Sed sicut nauis fracto gubernaculo illuc ducitur, ubi tēpestas uoluerit: sic & homo diuinæ gratiæ auxilio perdito per peccatum, agit qđ nō uult, sed quod diabolus uult. Et nisi deus ualida manu misericordiæ suæ soluerit eum, usq; ad mortē in peccatorū suorū uinculis pmanebit. Ergo nostra quidē uoluntate & negligētia alligamur, sed p dei misericordiā absoluimur. Sicut.n. uidemus in istis mundialibus regnis qūo in primis qdem nemo potest facere seipsum regē, sed populus creat sibi regem quē elegerit: cùm rex ille fuerit factus & confirmatus in regno, iā habet potestatē in hominibus, & nō potest populus iugū ei⁹ de ceruice sua repellere. Nam primùm qdē in potestate populi est facere sibi regem quem uult, factum autem de regno repellere iā nō est in potestate eius, & sic uolūtas populi postea in necessitatem cōuertitur: Sic & homo priusquā
E peccet, liberū habet arbritriū utrū uelit sub regno esse diaboli: cū aūt peccādo se tradiderit sub regno ipsius, iā non potest de potestate eius exire: & sic prima uolūtas ei⁹ in necessitatē conuertitur. Et hoc est quod hoies seculares & peccatores dicere solēt: Nūquid nolumus esse sancti? Et qs non uult esse iustus? Sed nō possumus. Verum quidē est quod dicunt, sed non habēt excusationē: quia primùm potuerūt non esse sub potestate diaboli, si uoluissēt. Postquā uerò posuerint thronū diaboli in cordib⁹ suis, iā nemo potest eos de potestate diaboli eripere, nisi solus deus. *Soluite*, inqt. Qūo? Per doctrinā uestram, per miracula uestra: quia oēs Iudæi & Gentes per Apostolos sunt liberati. *Adducite mihi.* Per ministeriū, id est ad gloriam corrigite illos. Duos autē misit Apostolos, quia per duo generalia mandata omne genus homi
Deu. 6.a num de peccato absoluitur. Qualia? Diliges dominū deum tuū ex toto corde tuo, & proximum tuum sicut teipsum. In his duob⁹ mādatis omne peccatū expellitur, & oīs iustitia consummatur. Aut certè alia duo, Quod tibi nō uis fieri, alii ne feceris. Itē, Quod uultis ut faciant uobis hoies, facite & uos similiter. Quidā autē istos duos Petrū & Philippū Apostolos
Sup.7.b. exponit intelligi oportere: quoniā hi primùm transF gredientes, Iudaicos fines, Gētes adduxerūt ad Xpm: Philippus quidem Samariam, quam ipsam Samariā asinam esse interpretatur: Petrus autem Gentes, accipiens Corneliū ex Gētibus, quasi Samariæ pullum. *Et siquis uobis aliquid dixerit, dicite: Dominus operam eorum desiderat.* Ne dicatis, Dominus tu⁹: neq;, Domin⁹
Psal.23.a noster: neq;, Dominus iumētorū: ut intelligant oēs quia ego solus dominus, non solū animaliū, neq; solùm eorum q mihi subditi sunt, sed omniū hominū etiā qui mihi contrarii sunt. Nam & peccatores con ditione quidē mei sunt, uolūtate autem sua diaboli. Meus est.n. orbis terræ & plenitudo eius. Dominus operam eorū desiderat. Iustū est, ut aliquando creatura seruiat suo creatori. Gentes.n. deus in potestate diaboli pro tempore reliquit ut tentet, nō in æternū contēpsit ut perdat. Necesse est aūt, ut fiat quod scriptum est: Homines & iumenta saluabis domine.
Psal.35.b *Confestim autem remittet eos.* Animal quidē postquā in gressum est in Hierusalē Iudææ, ad dominum suum remissumest, aīalis autē prophetia in Iudæa reman-

G sit. Nam de aíali illo nõ hoc quod uidebatur necessariũ erat Xpo, sed illud quod intelligebatur, id est nõ caro, sed ratio: ideoq; caro remissa est, ratio aũt retẽta est. Aut ita, Nõ dixit, & iterum remittet eos ad te: sed tantùm, remittet eos, ut ne mysterium præcederet rationẽ. Nam puto in primis hoies non sermone nudo uocauit Apostolorum, sed per uirtutem spũs sancti soluit pariter & adduxit. Postq; autẽ adduxit, iterum dimisit eos in arbitrio, ut labore suo comitãte gratia iustificẽtur. Nã quòd uocati sumus, dei est, quòd aũt dignè post uocationẽ uiuim⁹, nostrũ pariter est & dei. Hoc est quod ait, Iterum remittet eos, nõ ad diabolum q prius tenebat eos, sed in arbitrio suo adiuuante gratiæ scilicet dono. *Hoc autem totum factum est, ut impleretur quod dictum est per prophetam dicentem: Dicite filiæ Sion, ecce rex tuus uenit tibi mansuetus, sedens super asinam: & pullum filium iumenti.* Zach.6.c Dominus noster ascẽdens ad mortẽ Hierosolymã, magnã gratiam pacis & cõcordiæ mũdo uniuerso quasi in testamẽto reliquit. In mysterium.n. gentium futurarum sedens super asinam & pullũ eius intrauit in tẽplum, & sic gentes Iudæis cõiunxit. Sciẽs aũt prophe H ta malitiam Iudæorum, quia contradicturi fuerant Christo ascẽdenti in templum, ideo p̃monuit, ut per hoc signum cognoscerent regẽ suũ Iudæi, dicẽs: Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus, sedens sup asinã & pullum eius. Ecce, ostẽdentis uerbum est: id est, non corporali aspectu, sed spirituali intellectu opa uirtutũ eius aspicite, nõ schema uisionũ eius. Si. n. schema eius aspexeritis, deiiciẽdi estis i natura humana: si autẽ opus eius consideraueritis, saluãdi estis in uirtute diuina. Ante tẽpora aũt multa cõstitutus propheta, uidens eũ spirituali aspectu, q nondum natus fuerat, ideo dicebat: Ecce, ut ostenderet quia ille de quo loquebatur, anteq; nasceretur iam erat. Cũ ergo uideritis eum in templo ô Iudæi, nolite superbè agere contra eũ dicentes: In qua potestate hæc facis? quia ecce rex tuus uenit tibi mansuetus, sedẽs sup asinã. Nolite considerare in qua potestete facit, sed cõsiderate tãtùm si facere potest: quoniam hoc credere est, illud aũt tentare. Ecce rex tuus uenit tibi mã suetus, sedẽs Luc.19.c sup asinã. Nolite dicere: Nos nõ habemus regẽ, nisi tantummodo Cæsarẽ. Ecce rex tuus uenit tibi mã suetus, sedens sup asinam. Si intellexeris, uenit tibi: si I nõ intellexeris, ueniet cõtra te: Id est, si intellexeris, ueniet ut saluet te, & sub pedib. tuis subiiciat gentes, & Psa.46.a dicas per prophetam gaudẽs: Quoniam deus excelsus terribilis, & rex magnus sup oẽm terram: subiecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris. Elegit nos in hæreditatẽ sibi, speciem Iacob quẽ dilexit. Si aũt non intellexeris, ueniet ut pdat te, & de tẽplo sanctitatis expellat, & aliam sponsam de gentib. castiorẽ inducat in cubiculum sanctitatis, ut tu proiecta & Cant.1.b. in tenebris cõstituta dicas p Salomonem: Ne aspexeritis me, quoniam ego sum denigrata, quoniã despexit me sol. Vis cognoscere mansuetudinẽ ueniẽtis? cõsidera speciem aduentus eius. Non sedet in curru aureo, pretiosa purpura fulgens: nec ascendit sup ferui dum equum discordiæ amatorẽ & litis, qui gloriẽ iactantia pectus habet repletum, qui de longẽ odorat bellum, & gaudet ad uocẽ tubæ, & cũ uiderit sanguineam pugnam, dicit i corde suo, bene est factũ: Sed sedet sup asinam trãquillitatis, & pacis amicam. Nõ aũt uides in circuitu eius splendentes gladios, aut cætera ornamẽta terribilium armorum. Sed quid? Ramos frondentes testimonia pietatis. Venit ergo mã K suetus, nõ ut pp potentiam timeretur, sed ut pp mãsuetudinem amaretur. *Sedens super asinam & pullum eius.* Super matrẽ sedebat. Nunquid & super pullũ sedebat? Tamen etsi corporaliter fieri non poterat, ut super animal utrũq; sederet, spiritualiter poterat, cũ esset deus, ut & in Iudæis sederet, & in Gentib. simul. Sedere aũt super iumenta, est in præcordijs eorũ habitare, ut dicat illis Christus: Tollite onus meũ super Sap.11.d. uos, & uidete, qa mitis sum & humilis corde. Mãsueti. n. mãsuetum debent portare: q uocauit eos sessor est, non ut illos puniat pp peccata eorum, sed ut ipse requiescat in eis pp mansuetudinem eorum. Nam si cut hoc genus iumẽti, siquid errat, in simplicitate errat, & nõ in asperitate: ita & hoies qui crediderunt in Iesum Christum, siue ex Iudæis, siue ex Gentib. ante Christum non in malitia, sed in ignorantia peccauerũt. Ideo se deridebãt nõ puniri sub graui sessore. Nã sicut peccatores equi sunt diaboli, ita & sancti eq dicũtur Xpi: qa diabolus in peccatorib. sedens, instigat eos per deserta facinorũ: id est, per fornicationes, per auaritias, &c. Christus sedens in sanctis, dirigit eos p plana iustitiæ, id est in castitate, in humilitate. Ergo L equitatus diaboli, perditio est: equitatus aũt Xpi, salus, sicut Habacuc dicit in cãticis suis ad ipsum Christum: Qui ascẽdis super equos tuos, & eqtatus tuus Habac.3. sanitas est. Ergo induxit pullum in tẽplum, ut Gẽtes b. Iudæis coniungat, ut adimpleat qd Iacob benedicẽs filium suum Iudã prophetauit: Alligans, inquit, ad uitẽ pullum suum. Quæ est illa uitis? Iudæa q de Aegy Gen.49. pto translata est, & in Oriente plantata. Et sicut pro b. phetauit Noe de filijs suis, dicẽs: Benedict⁹ fili⁹ meus Ibid.9.d Sem, dilatet deus Iaphet, & inhabitabit in tabernaculo Sem. Sem. n. pater fuit Iudæorum, Iaphet aũt pater gentium, q̃ per Christum ingressæ sunt in tabernacula Iudæorũ. *Euntes autem discipuli, fecerunt sicut præceperat eis Iesus, & adduxerunt asinam & pullum.* Quoniam eũtes Apostoli soluerũt asinã alienã, ministeriũ qdem fuit eorũ, uirtus aũt & authoritas Xpi. Nec. n. potuissent tollere iumentũ alienũ ab illo domino, q eos nõ cognoscebat unde essent, nisi præueniens spũs Christi cor domini eius pparasset ad dandum. Sic quòd Apostoli soluerunt Iudæos, uel Gentes de uinculo inimici: in prima quidẽ facie eorũ uidebatur opus, re uera autẽ fuit uirtus & gratia Xpi. M Nec. n. à Christo duodecim cõstituti totũ mundum ligatum sub potestate diaboli soluere potuissent, nisi gratia Christi confregisset uirtutem inimici. *Et imposuerunt super eum uestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt.* Vestimẽta sunt p̃cepta diuina, & gratia spiritualis. Sicut. n. turpitudo nuditatis uestimento tegitur, sic naturalia mala carnis nostrę p̃ceptis & gratia diuina teguntur. Omnis. n. homo naturaliter nõ solũ peccator est, sed etiam totum peccatum, dicente Apostolo: Eramus natura filij iræ, sicut & cæteri. Vn Ephe.2.a de & Adã ideo se uidit nudum, id est peccatorem: & ideo solijs fici, id est mãdatis asperæ legis cooperuit nuditatẽ suã. Et alibi promittẽs deus iustitias suas, & gratias ablaturũ de gẽte Iudæa, sicut dicit dominus per Osee prophetã: & auferã uestimenta mea, & lin- Osee.2. teamina, & ostendam gentib. turpitudinẽ tuam. Ergo imposuerunt uestimẽta sua, sup eos, id est mãdata & gratias quas ipsi acceperunt à Christo: super Iudæos & Gẽtiles imposuerũt, id est tradiderũt, nec. n. reqescere in eis potuisset Christus, nisi mandata eius

A fuissent in eis. *Plurima autẽ turba uestimenta sua sternebant. Alij aũt cædebãt ramos de arboribus, et sternebãt in uia.* Videlicet ut eo ueniẽte calcarẽtur à iumẽto. Vestimẽta sunt mãdata, sicut diximus: frõdes autẽ, speciem tenent pietatis. Quoniã ergo & mandata legis, & species Iudaicæ religionis à Christianis fuerãt cõculcanda in uia, id est in Xpo: ideo tunc illa sub pedibus iumenti sternebant in uia. Et uide quoniã super iumentum quidẽ Apostoli posuerũt uestimẽta sua, sub pedibus aũt iumẽti cętera turba Iudaica: quoniã mandatis Apostolorum sternuntur quidẽ Christiani & adornantur, legis autem mandata conculcant. Quotiescunque. n. circuncisionem spernimus, sacrificia Iudæorũ pro nihilo æstimamus, & cæteras cõsuetudines Iudaicas reprobamus. Vestimenta Iudęo rũ qbus ipsi ĩduebãtur, nos q sumus ex Gẽtibus, sub pedibus nostris conculcamus. Alius aũt sic: Qui uestimenta, inquit, deposuerunt super asinã, Apostoli sunt, cæteriq; doctores: uestimẽta autem sunt decus & schema gloriæ. Glorią ergo quam Christus accepit à patre, dedit discipulis suis: discipuli autem acci- B pientes eam à Christo, dederunt eã gentibus, ut delectabiliter Xps sederet in eis, sicut ipse dicit: Et ego Ioan.7.b. gloriam quã mihi dedisti dedi eis, ut sint unum, sicut & nos unũ sumus. Turbę autem quæ uestimẽta sternebant in uia, credẽtes erãt ex circuncisione, qui gloriam quã habebãt ex lege, uidẽtes Christum de- Phili.3.b scerunt in terrã: semetipsos humiliantes, & cũ Apostolo Paulo dicentes: Secundum iustitiã quæ ex lege est conuersatus sum sine querela, sed q̃ fuerunt mihi lucra, hæc æstimaui pp Christum detrimẽta, & arbitror stercora esse, ut Christum lucrifaciam. Quid est autem aliud, q̃ iustitiam legis terræ coæquare, ante sublimem gloriã Christi? Qui autem ramos de arboribus p̃cidebant frondentes, ipsi erant credentes & eruditi doctores, q ex prophetis accipientes exẽpla uiua de Xpo, quasi de arboribus semper uirentibus, & nunquã folia uerborum suorum deiicientibus, ramos frondẽtes ante pedes subiugalis populi sternebãt, & p ea exẽpla quasi p ramos frondentes, uirẽtes sine offendiculo ambularẽt per uiã uitę istius, donec introirẽt in sanctuariũ dei. *Turba autem quæ præcedebat, & quæ sequebatur clamabat, dicẽs: Hosianna filio Da* C *uid*, &c. Memores populi mirabiliũ ei⁹ q̃ ostendit eis, & sanitatũ quas p̃stitit eis, exultãtibus cordibus suis, antè & retrò clamabãt, Hosiãna filio Dauid. Qui p̃cedebãt seniores erant, id est patriarchæ, prophetę, cæteriq; sancti, q ante aduentũ Christi de aduẽtu ei⁹ & p̃dixerunt, & cognouerunt. Sequẽtes autem iunio res, id est Apostoli, martyres, cæteriq; doctores: qui post ascẽsum Xpi de resurrectiõe ei⁹ & ascẽsione uel operibus p̃dicauerunt & prædicant: & licet diuersis quidem tẽporibus fuerunt, tamen in omnibus unus exultationis spiritus fuit. Et illi quidẽ prophetãtes de Hosanna. Christo uẽturo clamauerũt: *Benedictus qui uenit in nomine domini.* Hi autẽ laudantes clamant de aduentu Christi iã impleto, Hosianna filio Dauid. Hosianna autem quidã interpretãtur gloriam, alii redemptionem, alii saluifica, siue saluũ fac. Nam & gloria illi debetur, & redẽptio illi cõuenit, qui oẽs redemit, & pretiosi sanguinis effusione saluauit.

Homilia.xxxviij.ex capite.xxi.

T *cũ intrasset Iesus Hierosolymã, cõmota est uni-*
e *uersa ciuitas, dicẽs. Quis est hic*, &c. Meritò cõ mouebantur uidentes rem mirabilẽ: homo enim laudabatur quasi de⁹, sed deus laudabatur in D hoie. Dicebant enim, Hosiãna filio Dauid. Puto autẽ quòd nec ipsi q laudabãt, sciebant qd laudabãt, sed spiritus subitò ingressus in eos, nesciente aio ueritatis uerba fundebat. *Et intrauit Iesus in tẽplum dei.* Hoc erat propriũ boni filii, ut & ueniẽs ad domũ curreret patris, & illi honorem redderet, q genuit eum, ut tu imitator Christi factus, cũ in aliquã ingressus fueris ciuitatẽ, primùm ante omnem actum ad Ecclesi am curras. Hoc erat boni medici ut ingressus ad ĩ firmiã ciuitatem saluandã, primùm ad originem pa ssionis intenderet. Nam sicut de tẽplo omne bonũ egreditur, sic & de tẽplo omne malum procedit. Quemad modum medicus quãdo primò ingreditur ad infirmũ, statim de stomacho ei⁹ interrogat, & eũ cõpone re primũ festinat: qa si stomachus sanus fuerit, totũ corpus ualidũ est: si autẽ dissipatus fuerit, totũ corpus infirmũ est. Ita si sacerdotiũ integrum fuerit, tota Ecclesia floret, si aũt corruptum fuerit, omnium fides marcida est. Cor autem & stomachus sacerdotes intelliguntur, quia in rebus spiritualibus per eos totus populus gubernatur. Et sicut cor sapiẽtię lo- E cus est, ita sacerdotes sunt receptacula sapiẽtiæ spiritualis. Esaia dicẽte: de regibus qdẽ, Omne caput i do Esa.1.b. lore: de sacerdotio aũt, Omne cor i tristitia. Sicut. n. Ibidem. stomachus accipiẽs cibũ, coquit eũ in seipso, & p totum corpus dispergit: sic & sacerdotes accipiũt scientiã sermonis per scripturas ex deo, & excoquẽtes eã in se: id est, tractantes & meditãtes apud se, uniuerso populo subministrant. Et sicut stomacho subministrãte, unũquodq; mẽbrũ suscipit nutrimentũ, & cõuertit ipsum in se, secũdũ suam naturã: utputa quod suscipit iecur, totũ fit sanguis: quod autẽ suscipit sel, bilis efficitur totũ: quod uerò ascendit in pulmonẽ, phlegmata fiunt: quod autẽ in mamillas, totum efficitur lac. Sic sacerdotibus ĩ Ecclesia loquẽtibus, uerbum oẽs suscipiunt, unusquisque autem conuertit illud secũdum propriũ cor, ita ut unum idipsum uerbum in cordibus quidẽ rectis procedat ad uitam, in cordibus aũt peruersis suscitet iracũdiam, quasi bilis: in aliis autẽ operatur dilectionem dulcissimam, quasi lac: in aliis autẽ odia, quasi phlegma nociuũ & expuẽdum. Videte ergo sacerdotes qũo uos componatis in uerbo & opere. Quoniã sicut in corpore, si F aliquod infirmatũ fuerit membrum non omnino lãguet & stomachus: si aũt stomachus languerit, omnia mẽbra inueniũtur infirma. Sic si aliquis Christianorum peccauerit, non oĩno peccant & sacerdotes: si autẽ & sacerdotes fuerint in peccatis, totⁿ populus conuertitur ad peccãdum. Ideo unusq;q; Christianorum pro suo peccato reddet rationẽ: sacerdotes aũt non solũ pro suis, sed & pro omnium peccatis reddi Heb.13.c turi sunt rationẽ. Vidit arborẽ pallẽtibus foliis marcidam, & intellexit studiosus agricola, qa lesuram in radicibus haberet. Nã uerẽ quẽadmodum cũ uideris arborẽ pallentibus foliis, marcidã intelligis, quia aliquam culpã habet circa radicem: ita cùm uideris populũ indisciplinatũ & irreligiosum, sine dubio cognosce, quia sacerdotium eius non est sanũ. *Et eiiciebat uendentes & ementes de tẽplo.* Significans quia homo mercator uix aut nunquã potest deo placere. Et ideo nullus Christian⁹ debet esse mercator: aut si uoluerit esse, proiiciatur de ecclesia dei, dicẽte prophe- ta: Quia nõ cognoui negociatiões, introibo in potẽ- Psa.70.e tias domini. Quẽadmodũ. n. q ambulat inter duos

G inimicos, ambobus placere uolēs, & ſe cōmendare, ſine maliloquio nō poteſt eſſe: neceſſe eſt. n. ut & iſti malè loquatur de illo, & illi malè loquatur de iſto: ſic q emit & uēdit, ſine mendacio & periurio eſſe nō poteſt: neceſſe eſt. n. ut negociatoribus hic iuret, qa non tantū ualet res, quantū comparat eam, & ille iuret qa plus ualet res, quā uendit. Sed eſt nec ſtabilis ſubſtantia eorum. Talium. n. ſubſtantia aut ipſis uiuentibus peritura eſt, aut à malis hæredibus diſsipāda eſt, aut ad extraneos & inimicos hereditas ipſorū uētura eſt. Nō poteſt ad bonū proficere, qđ cōgregatur de malo. Quemadmodū ſi triticū, aut aliquā bladi ſpeciē cernas in cribro, dum huc illucq; iactas eum, grana oīa paulatim deorſum cadunt, & in fine in cribro nihil remanet, niſi ſtercus ſolum: ſic & ſubſtātia negociatorum, dū uadūt, & ueniunt inter emptionem & uēditionē, minuitur, & in nouiſſimo nihil illis remanet, niſi ſolū peccatum. Ergo oſtēde nobis quis eſt negociator? oēs enim homines uidentur negociatores, Ecce qui arat, comparat boues ut ſpicas [r] uendat: & qui operatur lignū, comparat lignū, ut utenſilia uēdat: & linteonarius cōparat linteamina, ut uēdat & oſtēdat: & fœnerator mutuat pecuniam, ut tollat uſuras. Et qūo antiqui Iudæi & Apoſtoli artificia laudauerunt? quia magis ſunt ſine peccato. Sicut & Paul⁹ fuit ſutor tabernaculorū, & ipſe mādat, dicēs: Curēt & noſtris bonis operibus pēſſe. Et Apoſtoli quidē, ſicut legimus, piſcatores fuerūt. Ego oſtendam qui non eſt negociator, ut qui ſecundū regulam iſtam non fuerint, intelligas oēs negociatores eſſe: id eſt, quicunque rem cōparat, non ut ipſam rem integrā, & immutatā [r] uēdat, ſed ut opus faciat ex ea, ille non eſt negociator: quia q materiam operandi ſibi cōparat unde faciat opus, ille non rem ipſam uendit, ſed magis artificiū ſuum, id eſt qui rem uendit, cuius ęſtimatio nō eſt in ea ipſa re, ſed in artificio operis, illa non eſt mercatio: Vtputa, faber cōparat ferrū, & facit ferramentum: ſed ferramentum illud non tantū habet ferri, quantùm ualet, ſed ſecūdum opus ferramenti appretiatur. Qui aūt comparat rem, ut illam ipſam integram & immutatam dando lucretur, ille eſt mercator, q de tēplo dei eiicitur. Vnde ſuper oēs mercatores plus maledictus eſt uſurarius. Si. n. qui rem comparatam uendit, mercator eſt & maledictus: quātò magis maledictus erit, q nō comparatam pecuniā, ſed à deo donatā ſibi dat ad uſuram? Secūdò, q a mercator dat rem, ut iam illam non repetat: iſte autē poſtq; fœnerauerit, & ſua iterum repetit, & aliena tollit cū ſuis. Adhuc dicit aliqs: Qui agrum locat, ut agrariā recipiat: aut domum, ut penſiones recipiat: num eſt ſimilis ei qui pecuniā dat ad uſuram? Abſit. Primùm quidē, quoniam pecunia non ad aliquē uiſum diſpoſita eſt, ſicut ager, uel domus, ſed ad pretiū emendi uel uendendi. Secundò, quoniā qui agrum habet, arat eum, & fructū accipit ex eo: ſimiliter & qui domum habet, uſum māſionis capit ex ea. Ideo q locat agrum, uel domū, uſum dare uidetur, & pecuniā accipere, & quodāmodo quaſi commutare uidetur lucrum cū lucro: pecuniā autē ſi repoſitā in ſacculo teneas apud te, nullū uſum capis ex ea. Tertiò, ager uel domus utēdo ueteraſcit: pecunia autem cū fuerit mutuata, nec minuitur, nec ueteraſcit. Et *menſas numulariorum ſubuertit*. Pecunia ſpiritualiter hoīes intelliguntur: quia ſicut numus habet charagma Cæſaris, ſic homo habet charagma dei. Et quemadmodū ſolidus q nō habet charagma Cęſaris, reprobus eſt: ita & homo q nō oſtēdit in ſe imaginē dei, reprobus æſtimatur. Vnde Eſaias dicebat ad Hieruſalē: Pecunia tua reproba eſt, caupones tui miſcent uinū aqua, &c. Ideo ergo mēſas numulariorum euertit, ſignificans quia in tēplo dei non debent eſſe numi, niſi ſpirituales, id eſt q dei imaginem habent: & non illi numi, id eſt nō illi hoīes, qui terreni regis imaginē portant, id eſt diaboli. Nam ſicut homo bonus in ſe imaginē dei oſtēdit, ſic & homo malus imaginē diaboli habet. Aut certè mēſas ſpiritualiter dicit ſcripturas numulariorū, id eſt ſacerdotum. Verè. n. ſacerdotum illorum ſcripturæ euerſæ ſunt, ut iam nemo eorū paſcatur in eis, ſuccedēte nouo teſtamēto priori. Et *cathedras uendentiū columbas euertit*. Loquens etſi nō ſermone, tamen ipſo facto: quid faciunt in tēplo multæ colūbę uenales, ex quo una colūba gratuita deſcendit in templum corporis mei? id eſt, ſpiritus ſanctus repleuit Eccleſiā meā. Nō enim in ſacrificio colūbarū poſtmodum placiturū eſt deo tēplū, id eſt eccleſia, ſed i ſpiritu ſancto. Dixi enim uobis per prophetā: Non accipiam de domo tua uitulos, neq; de gregib⁹ tuis hircos: quoniā meæ ſunt oēs feræ ſyluarum, iumenta in montibus & boues: cognoui oīa uolatilia cœli. Immola deo ſacrificium laudis, qa nō hoſtias uolo, ſed corda: nō ſacrificia, ſed fidem. Itē dixi uobis per eūdem prophetā: Afferte domino gloriā, & honorem. Et ſi uerè uultis in tēplo dei cōſiſtere, tollite hoſtias, & ſic introite in atria eius ſancta. Tollite tauros de tēplo, quia unus taurus eſt offerēdus pro grege uniuerſo: de quo lacob dicebat accuſans leuitas, id eſt ſacerdotes: qa in ira ſua occiderūt hoīem, & in furore ſuo ſubneruauerūt taurū. Tollite oues de tēplo, quoniā unus agnus occidetur. Quoniā ergo per prophetas admonuerat eos, ubi hoſtias de tēplo tollerent animalium, & corda ſua cōtribulata & humiliata offerrent, illi aūt nō obaudierunt: iuſtè nunc tanquā iratus ſuper inobedientia eorū, propria uirtute expellit eos [r], oſtendēs per hęc, quoniā ipſe eſt qui tūc per prophetas admonuerat eos de hoſtijs expellēdis. *Scriptū eſt enim: Domus mea, domus orationis uocabitur, uos aūt feciſtis illā ſpeluncam latronum.* Templum autem dei ſpeluncam ſacit latronum, qui lucra terrena & illicita, non etiā ſpiritualia in animarū ſalutē ſectatur. Cultusq; religionis eo modo non tam cultus dei eſt, q̄ iniquæ negociationis occaſio. Nā quotidie ingreditur Ieſus in tēplum ſuū, id eſt in ſanctam Eccleſiam, & eiicit omnes uendentes gratiā dei de Eccleſia, epiſcopos, preſbyteros, diaconos, oēsq; eccleſiaſticos, nec nō & laicos: qa unius criminis habentur, pariter dei dona uēdentes & ementes: quia ſcriptū eſt, Gratis accepiſtis, gratis date. Columbas quoq; uendentiū cathedras euertit, ut qd honor ſacerdotalis debet auferri ab eis doceret, q pro terrena mercede opus dei faciendum exiſtimant. Quod igitur de eccleſiaſticis dixim⁹ hoc unuſquiſq; de ſe intelligat. Dicit. n. Apoſtolus: Vos eſtis templū dei uiui, & ſpiritus ſanctus habitat in uobis. Nō ſit igitur i domo pectoris tui negociatio illicita. Nil boni qđ facimus, uel facere poſſumus, adiuuā te domino, appetitu iactātiæ faciamus, non terreni lucri cōcupiſcentia, nō malarū cupiditate rerum, ne ingrediatur Ieſus iratus & rigidus, & nō aliter emūdet tēplū ſuū, niſi flagello adhibito: id eſt, correctione grauiſſima: & de ſpelunca latronū, id eſt de habitaculo

A taculo dæmonū per uſum iniquæ cupiditatis: & de domo negociationis, id eſt de corde terreni lucri inhiante, ſuæ faciat domūr habitationis. Vnde qa paucorū eſt tam ſolida fortitudo, cruciātur delicti ſanādis uulnerib. qbus humana fragilitas fauciatur. Diligēs eſt adhibēda curatio. Vnde dicit ſcriptura: Quis enim gloriabitur caſtū ſe habere cor, mūdum à peccato? Oēs igitur intelligāt delictorū indulgentiā, & reparationis ſuæ neceſſariam ſibi eſſe medicinā. Nemo enim eſt tāta firmitate ſuffultus, ut de iuſtificatione ſua debeat eſſe ſecurus. Vtamur igitur dilectiſſimi, ſa luberrimi tpis uenerabilib. inſtitutis, & ſolertiori cura noſtras maculas tergamus. Quantūlibet. n. caſtè & ſobriè mortalis hæc uita ducatur, quodā tamen puluere terrenę cōuerſationis aſpergitur, & nitor mētium ad dei imaginē conditarum, nō ita à fumo totius uanitatis eſt alien⁹, ut nulla poſsit ſorde fuſcari, & nō ſemp indigeat expoliri. Quod ſi ēt caſtiſſimis animis neceſſarium eſt, quātò magis eſt expetendū, qui tota fortè anni ſpatia aut ſecularius, aut negligētius tranſierūt? Quos charitate debita cōmonemus,

B ut cōfugiant oēs ad præſentem ubiq; dei miſericordiam, & digna ſe confeſsione cū obſeruantia mādatorum dei cūctorum corda ſanctificent. Miteſcat fæuitia, iracūdia manſueſcat. Remittant ſibi oēs culpas inuicem ſuas. Nec exactor ſit uindictæ, q petitor eſt ueniæ. Dicētes. n. Dimitte nobis debita, ſicut & nos dimittimus debitorib. noſtris: duriſſimis nos uinculis colligamus, niſi qđ profitemur impleamus. Clementes autē & mites aios largitas deorū. * Nihil. n. eſt dignius, q̄ ut homo ſit authoris ſui imitator, & ſecundum modum proprię facultatis diuini operis ſit executor. Nam cū aluntur eſurientes, ueſtiuntur nudi, nónne auxilium dei manus explet miniſtri? Et benignitas ſerui, munus eſt domini. Et meritò deo gratiæ referūtur de pietatis officijs, cuius opera uidētur in famulis. Propterea ipſe dominus diſcipulis ſuis ait: Sic luceat lux ueſtra corā hoībus, ut uideāt opera ueſtra bona, & glorificēt patrem ueſtrum qui in cœlis eſt. Et *acceſſerunt ad eum cæci & claudi in templo, & ſanauit eos omnes.* Vt quod illi uerbis clamabant, iſte factis oſtēderet. Quaſi teſtis uocis eorū ſanauit cęcos, ut cæci uidentes, cæcos aſpiciētes uiderent & ipſi: ut

C iſtorum illuminatio corporalis, fieret illis ſpūalis lucerna cordis. Curauit & claudos, ut claudicantes Iudæi in fide currerent ad Xp̄m, ut meliores pedes illi acciperēt uidētes q̄ iſti. *Videntes autem principes ſacerdotum, & ſcribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes: Hoſianna filio Dauid, indignati ſunt, & dixerunt ei: Audis quid iſti dicunt?* Quib⁹ ipſe poterat dicere: Et uos uidetis qd ego facio. Illos loquētes attenditis, & me faciente nō cōſideratis. Ego enim factis interpretor uoces illorū. Quēadmodum colūna in tēplo, ſi ſteterit recta, accepto pōdere, amplius cōfirmatur: ſi aūt modicē obliqua fuerit, ſuſcepto pōdere, nō ſolū nō cōfirmatur, ſed ampli⁹ uadit ad latus: ſic & cor hoīs ſi rectum fuerit, uidens opera alicuius uiri iuſti, aut audiens, p doctrinam ſapientiæ eius amplius cōfirmatur: ſi aūt fuerit peruerſum cor, uidens opa alicuius uiri iuſti, aut audiens: nō ſolūm nō cōfirmatur, ſed magis ad inuidiā excitatur, & magis peruertitur. Hoc modo & ſacerdotes uidentes ſanitates ægrotantium, & audiētes laudē puerorum, nō ſolū non crediderunt in Chriſtum, ſed magis excitati ſunt cōtra eum, dicentes: Audis quid iſti dicunt? Vtinam uos audiretis quid dicunt. Hæ. n. ſanitates ægrotantiū de uocib. clamantium teſtimonium dant, quia uera ſunt quæ dicuntur. Item uoces clamantiū de ſanitatibus ægrotantium teſtimoniū reddunt, quia magna ſunt q fiūt. Si ſanitates ægrotātium mentiuntur de Chriſto, interrogate uoces clamantiū. Si uoces clamantiū mētiuntur, interrogate ægrotātiū ſanitates. Et ut qd quaſi reū arguitis, quē tāti teſtes defendūt? Si iuſtè clamāt, cōſentite clamātibus, & credite in Xp̄m: ſi aūt iniuſtè dicunt, reprehēdite illos magis iniuſtè, dicētes: Et ut qd Xp̄m cūlpatis? Quid. n. culpant Chriſtum, ſi [r] intelligunt illi qd dicunt? *Ieſus autem dixit eis: Vtique nunquam legiſtis, Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem?* Tanq̄ ſi dicat, eſto iſtud mea culpa eſt, qa iſti clamant: nūquid mea culpa eſt, quia ante tot millia annorū hoc futurū propheta prædixit? Si recordamur quo ſuperius dixit, Turba aūt quæ præcedebat, & quæ ſequebatur clamabat: intelligimus quia infantes dicebantur, non ætate, ſed ſimplicitate cordis. Infantes autē lactentes, nec intelligere aliqd, nec laudare poſſunt.

E Lactentes aūt dicebātur, quoniā quaſi lactis ſuauita te, ita mirabilium delectatione excitati clamabāt, ſicut ſcriptū eſt: Sic exaltaui aiam meam, ſicut ablactatus ſup matrē ſuā. Lac. n. dicitur opus miraculorum, panis aūt doctrina perfectæ iuſtitię, ſicut ait Apoſtolus: Et uerbum meum, & prædicatio mea non in ſuaſione ſapientiæ uerbi, ſed in oſtēſione ſpūs & uirtutis. Item poſt modicum ſic dicit: Et ego nō potui loq uobis quaſi ſpiritualib. ſed quaſi carnalibus: qua ſi parulis in Chriſto lac uobis potum dedi, nō eſcā. Omnis prima īductio fidei, id eſt ſimplex doctrina, lac dicitur: quoniam ſicut lac ſine labore, & ſine opedentiū māducatur, & manducantē ſuauitate ſua delectat: ſic & mirabilia nullū laborē uidentib. ponūt, ſed uidentes admiratione delectant, & ad fidē molliter inuitant. Panis aūt perfectioris doctrinā iuſtitiæ ſignificat, quam accipere non poſſunt, niſi exercitati ſenſus circa res ſpirituales: quoniā qui audit, neceſſe habet intra ſe tractatib. quibuſdā diſcutere & meditari: quaſi quibuſdā dentibus ſpiritualibus molere. Vnde & lex ruminantia aīalia uoluit eſſe munda. Illa enim eſca doctrinæ nō tantū carnalibus ſuauis eſt, quātū ſpiritualibus utilis eſt ad ſalutē. Sicut. n. infanti ſi dederis fragmentum panis, quoniā anguſtas habet fauces, effocatur magis q̄ nutritur: ſic & homini imperfecto in fide, & puero ſenſibus, ſi altiora myſteria ſapientię uolueris dicere, anguſtam habēs fidē & ſenſum, magis ſcādalizatur, q̄ ędificatur. Et quem admodum uiro pfecto ſi dederis lac, fauces quidem eius delectat, mębra aūt eius non confortat. De pane. n. ſcriptum eſt, non de lacte, quia confortat cor. Si aūt panē māducet, nō tātum fauces eius delectat, quantū præſtat ei uirtutem: ſic & uiro perfecto in fide, & maturo ſenſib. ſi miracula oſtēderis, delectatur quidem aſpectu, nihil aūt proficit ei ad ædificatione ſenſus, aut notitiam ueritatis: ſi autem uerbū ſapientiæ expoſueris ei, & ratione delectatur, & ædificatur in fide. Et *relictis eis abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam, & manſit ibi*. Vt recedendo compeſceret quos reſpondendo nō potuit: quia malitia nō compeſcitur ſermonibus, ſed excitatur. Malum. n. hoīem melius locum dando potes uincere, q̄ reſpondendo. Nam ſi contendis irrationabilem ratione placare, & illum non placas, & teipſum ſubuertis. Et *mau-*

Universidad de Deusto Biblioteca

G *sit ibi*. Noluit manere in Hierusalem, de qua iam uoluntate recesserat, q̄ in mortem domini sui iam manus armatas tenebat, seipsam magis occisura q̄ dominū sed mansit apud Lazarū & sorores eius, ut illic requiesceret corporaliter, ubi & spiritualiter repausabat. Nam sanctorū uirorū est non ibi quærere mansionem, ubi clariores sunt uiri, sed ubi fideliores: nec gaudēt ubi epulæ largæ sunt, sed ubi sanctitas floret.

Homilia xxxix. ex cap. xxi.

m *Anè autem reuertens in ciuitatem, esurijt: & uidens fici arborem unam secus uiam, uenit ad eā, & nihil inuenit in ea nisi folia tantū, & ait illi: Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum, &c*

Non quasi homo cibū, sed quasi deus salutē humanā: nō quasi indigens quærit nostrā iustitiā, sed quasi misericors desiderat nostrā salutē. Si aūt quasi homo esuisset cibū, nunq̄ manè esuisset: sed ideo ad hoc manè esuiit, q̄a semp esuiit, q̄ iustitiā illorū esuiit, aut aliorū salutē. Meritò ergo uenies ad gentem Iudæam Xps, manè esuiebat, cū p tot millia annorum nullum iustitiæ suæ desiderat cibū. *Manè autem.* id est, initium duodecimæ horæ, de qua supra locuti sumus. Vides ergo q̄a mutationes istæ seculi huius, H & horæ dicuntur & dies: & si cōsideres per singula secula, quasi & mane inuenies fieri & uespere. Ecce factum est mane super Adam, quādo creauit eum dominus, & dedit ei mandatum iustitiæ quasi lucem. Deinde magis atq̄ magis hominū iniquitate crescente, & quasi nocte ueniente, iustitia quasi lux recessit ab eis. Iterum factum est alterum mane, quando dominus ueniens ad Noe pp reparationē seculi, ad eū & ad filios eius posuit iustitiæ testamētum, quasi lumen. Iterum crescente hominū iniquitate, quasi nocte prævalente, recessit ab eis sol, id est dominus cū luce iustitiæ suæ. Iterum reuertens reduxit tertiū mane, eligens Abraham, & ostēdens ei quasi lumen aīæ notitiam ueritatis, ponens testamentū in eo circūcisionis & fidei. Item prævalente iniquitate quasi nocte ueniente, recessit ab eis quādo filij Israel secundū idola Aegyptiorum uiuebāt. Nunquā. n. afflixissent eos Aegyptij, si quantū ad primā faciem lux fuisset in eis. Ite rediens quarto mane apparuit Mosi, & educens Israel de Aegypto lucem legis ostendit eis. Item I crescente iniquitate quasi nocte nouissima deducti sunt in captiuitatem filij Israel. Reuertēs iterum dominus reduxit quintum mane, reuocans filios Israel de captiuitate, restaurans plebē per Zorobabel, & p Iesum filium Iosedech, decætero reparans legem per Esdram prophetam. Iterum crescēte iniquitate quasi nocte ueniente, subtraxit ab eis dominus misericordiam suam quasi lucem, & facti sunt iterum sub Romanorū potestate. Sexto autem mane reuersus est Christus ad Iudæos & Gentes, & dedit eis seipsum manifestissimum lumen. Etiam modò sicut uidetis Christianorum iniquitate crescente, quasi nocte ueniente, recedet à nobis, & auferet gratiæ suæ lumen
Luc. 18.b à nobis, sicut ipse testatur, dicens: Putas cū uenerit filius hois, inueniet fidē super terram? Septimum autē lumen daturus est nobis, cū uenerit reddere singulis secundum opa eorū. Et quotiescūq̄ peccata hominum prævalentia excludunt à se misericordiā dei, illud tempus nox dicitur: quotiescūq̄ autē misericordia dei prævalens, non aspicit peccata nostra, sed uisitat homines in bono, dies dicitur uisitatio eius. Vt scias autē de nocte, quæ fit ante Christi aduentum priorē, dicit propheta: Ad uesperū demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. De nocte aūt consummationis futuræ ipse dominus dicit: Cū sero factum esset, uocauit operarios, & reddidit eis mercedē. Ergo p istos sex dies & noctes, laborauit dominus uadens à nobis, & reuertens ad nos. Vadēs pp peccata nostra, & rediens pp misericordiam suam. Cùm aūt factum fuerit septimum mane, tunc requiescet in septimo die, q̄a postmodum hoibus uiuentib. sine successione peccatorum lux iustitiæ est permansura, & semper sol Christus erit nobiscum, dicente Apostolo: Rapiemur in nubibus obuiam domino in aera, & sic semper cum domino erimus. Ideo ergo manè reuertens, esuriit: quod mysterium intelligitur ex tpe resurrectionis eius, quando relicta est synagoga, & suscepta est ecclesia. *Et uidens fici arborem unam secus uiam, uenit ad eam, & nihil inuenit in ea nisi folia tantùm.* Arbor fici, est synagoga. Nam synagoga pp multitudinem multorum granorum sub uno cortice habitantium dicta est ficus, quasi multorum hoium fidelium habitantium in una domo, sicut scriptū est: Deus qui inhabitare facit unanimes in una domo. Deniq̄ uide ipsa folia fici, qūo secundum similitudinem manus formata sunt. Folia aūt uiriditatis, sunt species tantummodo sanctitatis in homine, aut sine fructu operū uerba religiosa. Quicūq̄ ergo homo religiosus, id ē, arbor rationabilis, profitetur se eē dei, & iustitiam non operatur: arbor est tantummodo, folia sine fructu portans, quales sumus nos, de quibus prophetauit Apostolus: Erunt, inquit, in nouissimis diebus hoies seipsos amātes, cupidi pecuniarū, elati, superbi, parentibus non obedientes, uoluntatis suæ amatores magis q̄ dei, speciem qdem pietatis habentes, uirtutem autem eius abnegantes, quos in finem maledicturus est dominus, ut nunq̄ ex illis fructus nascatur, sicut maledixit Iudæis, & aruerunt. Secus autem uiam, est iuxta mūdum. Ideo ergo nullū in Iudæis fructū Christus potuit inuenire, quia iuxta mundum uiuētes erant, id est, secundum mundum. Mundus. n. uia est communis, per quam omnes transeunt qui nascuntur, sicut exposuimus in parabola seminantis. Quicunque ergo homo fidelis, id est, arbor rationabilis, iuxta mundū uiuens, nunq̄ potest in se fructū iustitiæ tenere. Vnde Paulus dicebat ad Timotheum: Nemo militans deo implicat se negocijs secularibus, ut ei placeat cui se probauit. Vt quid non potest fructus suos tenere? Transeuntes. n. & retranseuntes dæmones uel ministri ipsius per uiā, id est, uagantes per mundum suum, excutiunt eos. Sicut. n. irrationabilis terra, quæ secus uiam posita est, semper conculcatur, & dura est, & semina doctrinæ in sulcos sensus sui non recipit, sed uolatiles spūs rapiunt ea: sic & omnis arbor rationabilis iuxta uiam posita nunq̄ potest esse fructifera, id est, homo secūdum mundum uiuens, nunquam potest euadere à peccato, ut sit iustus. Frequenter. n. transeuntes spūs, ipsas gemmas iustitiæ excutiunt de ramis eius anteq̄ aperiantur in flores. Interdum autem ipsos flores iā apertos excutiunt, interdum uerò etiam poma ipsa formata deponunt. Rami enim sunt animæ sensus ipsius, de quibus omnia bona procedunt. Gemmæ autem sunt bonæ cogitationes cohærentes in sensibus. Aperti autem flores, sunt bonæ uoluntates. Sicut enim de gēmis flores procedunt, ita de bonis cogitationibus nascūtur bonæ uoluntates. Sicut. n. flo

K
Psa. 29.b
Sup. 20. a.

1. Thes. 4. d.

Psa. 67.a
L

2. Tim. 3. a.

M
2. Ti. 2. d

A res nō possunt procedere, nisi fuerit gēma: sic bona uoluntas nasci non potest, nisi p̄cesserit in homine cogitatio bona. Bona. n. cogitantes, incipimus desiderare, q̄ bona sunt apud deū. Nam uoluntates bonæ sic suaues sunt apud deū, quemadmodum odo-
Sapiē. 1. b riferi flores. Vnde Salomō dicebat: Fili, serua te à cogitationibus q̄ sunt sine intellectu. Poma autem sunt opera iustitiæ perfectæ. Sicut. n. ex florib⁹ poma formantur, ita ex bonis uoluntatibus opa perfecta nascuntur. Sicut aūt ante pomum flos præcedit, ita ante opus bonū, bona uoluntas. Omnis itaque homo qui iam nec cogitat aliquando q̄ bona sunt, ipsas gēmas iustitię de ramis, id est, de sensibus eius, trāseuntes dæmones excusserunt. Qui autē cogitat quidem bona, & proponit in corde suo facere qd bonū est: puta aut eleemosynas facere, aut ieiunare, aut continens esse, & tamen cōcupiscētia seculi uictus, aut ex quacunq̄ occasione mutauerit uoluntatē suam: de illius sensu iam apertos, flores dœmones excusserūt. Qui autē cogitauit bona, & proposuit, & perfecit qd proposuit: ille poma produxit. Quòd si iterū peccaB uerit, & pp peccata sequentia iustitię opera priora pdiderit, de illis sensibus dæmones iam perfecta poma excusserūt. Sicut ergo difficile est arborem iuxta uiam positam, fructus suos usque ad maturitatem seruare: sic difficile est uirū fidelem iuxta istum mūdum uiuentem, id est, in actibus eius iustitiā immaculatam usq̄ in finem seruare. Si uis ergo fructus iustitiæ usq̄ in finem tenere, recede de uia, & plantare in loco secreto, ut nec mūdus tecum aliquid habeat commune, nec tu cū mundo. *Et ait illi: Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum.* Non quia maledixit arborem, ideo fructus non dedit, sed qa non dabat, ideo maledixit ei, ut nec folia ipsa perferret: id est, nō ideo Iudæi perdiderunt iustitiam, quia deus eos dereliquit, sed ideo eos deus dereliquit, quia iustitiam non offerebāt, ut nec ipsa species pietatis esset in eis, aut sermo. Et uerè sicut melius est, ut non sit arbor, q̄ ut sit quidem, & secundum genus suum fructum non faciat: sic melius est, ut nec sit homo dei, q̄ ut sit quidem, & conuersationem non habeat secundum deum. Qui. n. tuus non est, si tibi non obaudit, non doles: de illo aūt grauiter doles qui tuus est, & te cō
C temnit, & seruit: Sic deus non tantum de alieno, & apertè diabolo seruienti irascitur, quātùm de suo diaboli faciente uoluntatem. Ideo in fine seculi ipse deus mittet operationē erroris in tales, sicut & quotidie fieri uidemus ut credant mendacio, qui nō crediderunt ueritati, sed consenserunt iniquitati, ut iudicentur oēs. Non uult enim ut uideantur esse ipsius, qui uerè non sunt eius. Vxor meretrix melius est, ut nec sit uiri sui, q̄ ut ipsa illius malè ambulando excitet eum in zelo. *Et arefacta est continuò ficulnea. Et uidentes discipuli, mirati sunt dicentes: Qūo cōtinuò aruit ficulnea?* Mirati sunt, quia sermo eius quasi flamma
Ioan. 11. f descendit ad radices ipsius. O Apostoli, q uidistis Lazarum sepultum, & putridū iterum uenientem ad uitam solo sermone: quid miramini, si uidetis arborē solo sermone siccatam? Qui. n. potest uitam donare, ille potest & uitam auferre: qui autem uitam auferre non potest, nec uitam dare potest. *Respondens autem Iesus ait illis: Amen dico uobis, si habueritis fidē, & non hæsitaueritis, non solū de ficulnea facietis: sed et si mō ti huic dixeritis, tolle te, et iacta te in mare, fiet.* Mons ille inuisibilis, q̄ arbores infructuosas producit, ubi loca petrosa & aspera, ubi p̄cipitia pendentia, & cauernę, D non hominibus ad habitandū aptæ, sed bestiis, ubi nulla est planities ad requiescēdum in pace, sed ascēsionibus & descensionibus plenus est. Quicunq̄. n. diabolo stāt, aliās ascendūt, aliās descēdūt. Qui mōs est dictus, non pp altitudinem dignitatis, sicut angeli sancti, sed pp inflationem superbiæ, non propter firmitatem uirtutis, sed propter immobilem & incorrigibilem malitiam suam. Istum mōtē tollite de medio sanctorum, ubi fides, ubi spes, ubi charitas, ubi planities pacis, ubi speciosi fontes doctorū, ubi prata florētia rore gratiarū, ubi uolucres sancti, assiduè uernantes cantibus delectāt. Et mitte te in mare: id est, in istum mundū, ubi aquæ sunt salsæ, & non procedentes ad usum, id est, populi iniqui, nō proficientes ad gloriam dei, in quos oia dulcia flumina spiritualium gratiarum currunt, & salsitatem eorū mutare non possunt, sed magis illorū salsitas corrumpit in se dulcedinē uenientium fluminum in mare huius mundi, ubi semper dominātur potestates, & diuersorum spirituum periculosa certamina. Sicut enim assidua est in mari tēpestas, sic in isto mūdo persecutio satanæ, ubi nunquā tranqllitas est, sed ascēdentibus E undis, id est, tentationibus ipellētibus & impulsis, in uicem se percutiūt aquæ, & inuicem se frangūt & cō fringūtur, & inuicem se confringentes quendam irrationabilem sonum dant. Sic seipsos hoies occasionibus huius mundi ex ipso mūdo nascētibus, quasi undis se inuicem comedunt, & impugnāt, & ex se quasi insanas uoces pelagi dimittūt. Vnde dicebat Apostolus. Omnis clamor & ira tollatur à uobis. *Mitte te in* Eph. 4. g *mare.* Vbi sonus confusus, ubi incōstātia æterna, ubi infatigabilis contentio undarū, ubi timor est, & semper mortis fluit imago. *Et omne quodcunque petieritis in oratione, credentes accipietis.* Gratiā quidē fidei, deus donat, tamen homines eam nutriunt, & faciunt fortem: fides autem facit abstinentiam rerum malarū, & opus bonarū. Quantò magis te abstinueris à malo, & secutus fueris bonum: tātò amplius fidem tuā fortem facis. Quantò autē minus abstinueris à malo, & negligentius feceris bonū: tātò magis fidem infirmā habes. *Et cùm uenisset in templum, accesserunt ad eum docentem principes sacerdotū, & seniores populi, dicētes: In qua potestate hæc facis? et quis tibi dedit hāc potestatem?* Quoniam autē unam diem uiderant sacerdoF tes Christum cū magna gloria introeūtem in templum, ita ut populus undiq̄ uoce angelica clamaret: Hosiāna filio Dauid. Qui ingrediebatur ut homo, laudabatur ut deus. Qui celabatur in carne, demon Hic sup. b strabatur i uoce: quē malitia sacerdotū quasi hominē blasphemabat, hunc innocentia paruulorū quasi deum exaltabat. Quantùm autē ille glorificabatur, tantū sacerdotes inuidia torquebantur, & illius honor illis fiebat in tormentū. Sic. n. est res, ut quando boni in sua uirtute laudantur, mali aūt in sua inuidia cruciantur. Itaq̄ non sufferentes in pectore suo inuidiæ stimulantis ardorem, prorumpunt in uocem. *In qua potestate hæc facis?* O inuidia, q̄ sibi semper est inimica. Nam qui inuidet, sibi quidem ignominiam facit, illi autē cui inuidet, gloriam parat. Ipse uituperabilis inuenitur de sua inuidia, ille autē laudabilis demostratur de sua uirtute. Ergo inuidia sibi soli nocua est. Alterum autē non solùm non grauat, sed adhuc magis commendat. Venerunt ergo ad eū quasi ad peccantem in tēplo, & dum nō inueniunt culpā,

criminantur beneficiũ, dicentes: In qua potestate facis hęc? Corpus sanũ aliquoties percutitur, & non facilè uulneratur: corpus autẽ debile ab intus tacitam habet lęsuram, etiamsi modicè tactũ fuerit, citius dissipatur. Sic animal liberũ & integrũ nõ facilè ostenditur: animal uerò inuidia uulneratũ, nõ solùm causa idonea, sed etiã leuis occasio excitat in dolorem. Sic & sacerdotes Iudęorum inuidentes Xpo, dum iustas causas accusandi non inueniunt circa eũ, etiam de bono ei? turbantur, dicẽtes: In qua potestate facis hæc? Cogitabãt in dolore apud se: Nos fuimus colũnæ tępli, & ecce super illum recumbit tota Ecclesia, & nos inuenti sumus sine causa erecti, qa ministerium perdidimus, & nomẽ uacuum possidemus. Nos fuimus tacentiũ scripturarum quasi lingua uisibilis, & ecce ille resonat in medio tępli, & nos contempti tacuimus quasi cithara dissipata. Nos fuimus patres populi, & ille quotidie generat filios, nos aũt steriles sumus inuẽti. Ideo nõ ferentes dicebant: In qua potestate facis hæc? Dicẽdo, Quis tibi dedit hãc potestatem, ostẽdunt illi quasdam esse personas, q̃ dant hominibus potestatẽ, siue corporalem, siue spiritualẽ.

H Tanquã si ita dicant: De sacerdotali familia genitus non es, senatus tibi hoc nõ cõcesit, Cæsar nõ donauit. Si autem credidissent, quòd oĩs potestas ex deo
Iaco. 1.b. est, nunquam interrogassent, Quis tibi dedit hãc potestatem. Sciẽtes quia omne datũ perfectum de sur-
Ioã. 19. b. sum est, descẽdẽs a patre luminũ. Et, qa nemo potest accipere aliquid, nisi datũ fuerit ei de cœlo. Oĩs homo secundũ se æstimat alterum, nec potest ipse melius sentire de alio, q̃ ipse senserit de se. Ecce fornicarius neminem æstimat castũ, Item castus non facilè de fornicario suspicatur. Superbus neminẽ putat humilem, humilis neminẽ credit esse superbũ. Sic q non est ex deo sacerdos, nullius sacerdotũ putat ex deo. Vnde autem putas fieri, ut inuicem se sacerdotes cõtemnãt & persequantur, nisi quia per ambitionem facti sacerdotes, oẽs tales æstimãt, quales sunt & ipsi? Sacerdos autẽ qui est secundũ deũ omnem sacerdotem timet offendere: quia oẽs ex deo fieri arbitratur, quanuis ex hominibus sit factus. Ecce. n. Dauid quanuis manifestum sciret Saul non esse regem secũdum deum, tamen frequenter sibi traditũ nolebat
1.Re.24.c occidere, dicens: Non iniiciam manum meam in unctum domini. Item cũ Paulus maledixisset sacerdotem Ananiã, & audisset quoniã erat sacerdos, pœni-
I
Act.23.a. tentia ductus respondit: Nescièbã fratres, quia princeps erat sacerdotum. Aut certè scientes sacerdotes, quoniã multi qdẽ faciũt signa, non ex potestate dei, sed ex potestate cõtraria, sicut in multis exposuimus locis: ideo blasphemantes interrogabãt, In qua potestate facis hæc? in spiritu dei, an in spiritu Beelzebub?
Luc. 11.b. Sicut alibi blasphemãtes dicebãt de eo, Quia hic nõ eiicit dęmonia, nisi in Beelzebub principe dęmoniorum. *Respondens autem Iesus, dixit: Interrogabo uos unũ uerbũ, quod si dixeritis mihi, & ego uobis dico in qua potestate hæc facio: Baptisma Ioannis unde erat, de cœlo, an ex hominibus?* Sciens dominus inconuertibilẽ eorũ malitiam proposuit eis quęstionẽ undique catenatam, non ut respondentes audiãt, sed ut impediti non in
Supr.7.c. terrogent. Quia p̃ceperat: Nolite sanctum dare canibus. Et non decebat, ut transgrederetur præceptũ, quod ipse p̃posuit. Deinde etiam si dixisset, nihil profecisset: quia nõ potest sentire q̃ lucis sunt tenebrosa uoluntas. Quid prodest, si cæco aliquã puchritudinem monstras? Cæcitas autẽ spiritualis est malitia K
cordis. Sicut. n. cæcus non potest aspicere in splendorem luminis, sic non potest intelligere homo malignus mysteria pietatis. Sicut. n. cautus uenator, bestiam cõprehendere uolens: cùm uiderit ex una parte illius præcipitem locũ, ex altera parte erigit retia, ut ex quacunq; parte exilierit, aut in retia incidat, aut in p̃cipitiũ cadat. Sic & dominus illis simplici interrogatione laqueũ posuit, ut si quidem de cœlo dicerent, in laqueum reprehensionis inciderent. Diceret enim eis: Quare ergo non creditis ei? Si aũt de terra dicerent, quasi in p̃cipitium, sic in periculum mortis incurrerent apud populũ, ut lapidarentur. Interrogãtem. n. oportet docere, tentantem autem quocunq; modo retũdere, & obiectionis illius astutiã rationabili pcussione cõfundere, & nõ ueritatẽ eius mysterii publicare. Sic. n. alibi dominus diabolo fecit, cum protulisset aduersus eum exẽplum scripturæ, quã nõ
P.sa.90.c intellexerat, dicẽs: Scriptum est. n. Angelis suis man-
et Lu. 4. b. dauit de te, & in manib. tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedẽ tuum. Non ei dixit, non sic intelligitur scriptura illa, sed sic dimisit eum in ignorantia.
L Et altero eũ manifestiori confudit exemplo, ut & audaciam eius cõfunderet, & prophetica mysteria nõ reuelaret. *Et respondentes dixerũt Iesu: Nescimus. Et ipse ait eis: Nec ego uobis dico in qua potestate hæc facio.* Non dixit, nec ego scio. O uos scitis ut hoĩes, & denegatis ut mali: ego aũt scio ut deus, & nõ dico quasi iustus indignis. Nam mendacia si non habẽt quẽ decipiãt, ipsa sibi mentiuntur. Sic & ueritas si nõ inuenit quẽ saluet, ipsa se sibi conseruat immaculatã. Quid autẽ uobis uidetur? Quos reos proponit in causa, ipsos & iudices petit, ut à nullo mereantur absolui, q̃ seipsos cõdẽnant. Magna est fiducia iustitię, ubi causa aduersario ipsi cõmittitur, reddi ueritatis exitũ nõ timet. In parabolis figurat personas eorũ, ut quia nõ intelligunt, ipsi aduersus se sententiã dicant. Sic & aliquãdo cũ Dauid in peccatũ incidisset, quasi stupore ali-
2.Re.11.d cuius somnij uigilabat: nã quanuis peccauerat, tamẽ adhuc Dauid erat sanctissimus. Itaq; à Natã parabolarũ retibus comprehẽsus, coegit ut ipse aduersus se iudiciũ mortis proferret. Et circunuentio quidẽ tũc talis, sed circunuentionis exitus modò nõ talis: ille enim cõprehensus ad pœnitentiam flexus est, isti au
M tem magis ad malitiã sunt excitati: hæc est. n. proprietas bonorum hominum, & malorum. Bonus enim cõprehẽsus in peccato, ingemiscit, quia peccauit: malus aũt comprehensus, fremit, non quia peccauit, sed quia cõprehensus est in peccato: Vtputa domesticũ animal, si aliquãto tępore extra domum errãdo fuerit euagatũ, cũ uenerit in manibus domini sui, quasi in recordationem naturę suę redactum, citò iterum mansuescit: animal autẽ syluestre, cùm fuerit comprehensum, aut morsibus appetit, aut calcibus repugnat. Sic & malus homo correptus, non solũ pœnitentiam non agit, sed adhuc aduersus corripientem magis irascitur.

Homilia xl. ex cap. xxi.

Omo quidã habebat duos filios, et accedẽs ad pri-
h *mũ dixit: Fili, uade hodie operari in uineã meã. Ille autẽ respondens, ait, Nolo. Posteà autẽ pœnitentia motus, abyt. Accedẽs aũt ad alterum, dixit similiter. At ille respondẽs, ait, Eo domine: et nõ iuit. Quis ex duobus fecit uolũtatẽ patris? Dicũt ei, Primus. Dicit illis Iesus, Amẽ dico uobis, quia publicãi et meretrices p̃cedũt uos in regnũ dei. Veni*

A *dei. Venit enim ad uos Ioannes in uia iustitiæ, & non credidistis ei, Publicani aũt & meretrices crediderunt ei: uos aũt uidentes, nec pœnitentiam habuistis, postea ut credere tis ei.* Quis est ille, nisi deus, qui oẽs hoies creauit, paterno affectu diligit: q cũ sit natura dominus, tamen magis uult diligi quasi pater, q̃ timeri ut dominus? Propterea in principio mandatorũ legis nõ dixit, Ti
Deu.6.a mebis dominũ deum tuum ex toto corde tuo: sed, diliges. Dilectionẽ. n. ab hominibus exigere, non est dominij, sed paternitatis: *Qui duos filios habuit.* Vnũ quidẽ Gentium populũ, alterũ Iudæorum: quorum maior filius erat Gentiũ populus, minor autẽ populus Iudæorũ, quoniam Gentes quidẽ erant ex patre Noẽ, Iudæi aũt ex Abraham. *Et accedens ad primum, dixit: Fili, uade hodie operari in uinea mea.* Hodie, id est, in tpe seculi huius. Quo locutus est filijs suis? Non in facie ut homo, sed in corde ut deus. Homo in auribus uerbũ sonans, sed deus in mentibus suggerit in-
3.Reg. 17.b tellectũ. Quoniam aũt sic loquitur deus, ipse signat
B dicens Heliæ: Descende in Sarreptã Sidoniæ, & illic mandabo uiduæ, ut pascat te. Quo putas mãdauit uiduæ? Non sermone, sed in spiritu, nec enim legitur specialiter ei deus mandasse. Quis aũt nõ intelligat, deum inuisibiliter in corde ei locutum? Quando. n. uenit ad eam Helias, illa colligebat hastellas, ut sibi quidem & filijs suis, nõ aũt ut Heliæ cibum pararet, sed repentè magnanimiter obtulit admoneti, quod antè cũ extrema desperatione parauerat. Quãdo. n. modicam habebat farinam in capsa, sed magnam fidem habebat in corde, quã esuriebat Helias: reges quidem esuriebant, uidua aũt pascebat: quia in illa
P.sal.33.a tentatione horrea quidẽ defecerũt, capsa aũt exuperabat, ut implẽretur qd fuerat scriptũ: Diuites egerunt & esurierunt: inquirentes aũt dominum, nõ deficient omni bono. Quid est operari in uinea? iustitiam facere. Vineam. n iustitiam diximus suprà, quã generaliter quidẽ in natura omniũ hominum deus plantauit, specialiter aũt dedit eam in libro Iudæis: cuius diuersæ uites, sunt diuersę species iustitiarum: in qua uinea unusquisq; secundũ proprias uires, aut paucas uites operatur, aut multas. Nescio aũt si totã uineam quis hominum sufficiat operari. *At ille dixit:*
C *Nolo.* Quo dixit, nolo? in cogitatu. Qui. n. habens intellectum boni & mali, relinquit bonum, & sequitur malum: in cogitationibus suis cõtra dominũ respõdere uidetur, quia nolo, id est cõtra intellectũ suum creatum sibi à deo. Nisi. n. dixerit in corde suo, nolo: non potest fieri ut aliquando peccet, dicẽte prophe-
P.sal.35.a ta: Dixit iniustus, ut delinquat in semetipso. Gentes enim à principio relinquentes deũ & iustitiam eius, & transeuntes ad idola & peccata: in cogitationibus suis respondere uidentur, nolumus facere iustitiam, quã scimus ex nobis. *Accedens autem ad alterum, dixit similiter. At ille respondens, ait: Eo domine, & non iuit.* Iudaicus. n. populus, id est minor filius iterrogatus, & per Mosen, & per Ioannem quasi à deo per eos loquente, sp̃ospondit se omnia factũrũ quæcunq; præceperat dominus: posteà aũt auersi, metiti sunt deo,
P.sal.77.g sicut de illis dicit propheta: Filij alieni mentiti sunt mihi. *Quis ex duobus fecit patris uoluntatẽ? At illi respon-*
derunt: Primus. Vide quo sicut iam diximus suprà, attracti parabolæ ueritate, ipsi aduersum se sniam protulerunt, dicentes, priorem filium patris uoluntatem feciſſe, id est, populum gentium: quia melius est non promittere, & facere iustitiam dei, q̃ promitte-

re, & mentiri. Quorum iudicium abundãter confir- D
mans addidit, & dicit: *Amen dico uobis, quia publicani & meretrices præcedunt uos in regnum dei.* Ac si dicat: Non solũ populus Gẽtium melior est uobis Iudæis, sicut iudicastis & ipsi, sed ẽt Publicani & meretrices, qui sunt inter uos manifestè turpissimã profitentes uitam, præcedunt uos in regnũ dei: quantò magis populus Gentiũ? Puto quòd ex persona omnium uirorũ peccatorum publicani ponuntur, & ex persona omnium mulierũ peccãtiũ meretrices: quoniã quanuis multa sint peccata in uiris & mulieribus præter ista, tamen præcipuè in uiris auaritia abundat, forni- *Fornicatio ociosis crimen.*
catio aũt in mulieribus: Vtputa, mulier quanuis põt esse auara aut superba, tamen nõ facilè per auaritiã, aut superbiam peccat: quoniã nõ habet facilè honores, pro quibus auaritiam exerceat: aut sit superba inter eos, cũ quibus conuersatur, ut in superbia peccet, q̃ in domo sua sedet inclusa. Ideo aũt facilè peccatũ fornicationis incurrit, maximè quia hoc uitiũ facilè ex uacantia & ocio nascitur. Nã qui solicitudinibus animũ habet occupatum, non facilè fornicationi operã dat. Nam definitio amoris hæc est, *Amoris definitio.*
'anim uacantis passio. Vir aũt quoniam in actibus rerum diuersarũ est assiduè, in auaritiæ peccatũ incurrit: in fornicationem aũt non facilè, nisi fortè multũ sit lasciuus. Nam occupatio uirilium solicitudinum, suggestionũ uoluptates plurimum excludit, Vnde propriũ est hoc adolescentium nihil agentiũ. Nunc exponit causam, pp quã publicani & meretrices præcedunt eos, dicens: *Venit ad uos Ioannes in uia iustitiæ, & non credidistis ei, publicani aũt & meretrices crediderunt ei: uos autem uidentes, nec pœnitẽtiam egistis postea nec credidistis.* Ac si dicat: Etsi non uenisset ad uos Ioannes in uia iustitiæ, sed tantũ baptismũ pœnitentię prædicasset: uos quasi sacerdotes & prudentes, quasi iudices nõ personarũ, sed rerum, debueratis ei credere, etsi non quasi iusto, tamen quasi iusta dicenti. Quid. n. pertinet ad auditorem uita prędicatoris? Si enim malè uiuit, illius est damnum solius: si aũt bene docet, omnium audientiũ lucrum est. Nunc autẽ uenit ad uos iu uia iustitiæ sic manifesta, ut conuersatio eius uenerabilis & angelica uita ẽt publicanorum & meretricum corda cõcuteret, & percussa pa- F
uore flecteret ad credendũ, & uestra corda non tetigit. Videtis quia iustè publicani & meretrices præcedunt uos in regnum dei? Considera aũt quomodo cõuersatio bona prædicatoris, prædicationi suę præstat uirtutẽ, ut etiam indomabilia domet corda. Et ipsa quidem prædicatio iusta, unam ex se habet uirtutem: duplicem aũt habet, quando & prædicatio iusta est, & ipse qui prædicat iustus. Sic dicit: Vos aũt nec pœnitentiam egistis, quasi publicani & meretrices credentes Ioanni: illi fecerũt quod maius est, isti *credide-*
autem neq; pœnitentiam egerunt, quod est minus. *runt.*
Nunquid publicani & meretrices credentes in Christum, sine pœnitentia crediderunt? Neq; n. possibile erat credere in eum sine pœnitentia, qui baptismum pœnitentiæ prædicabat. Quod ergo uult dicere, tale est: Debueratis uos quidẽ sacerdotes quasi iustitiã scripturarum habẽtes, quasi populi præcessores ante populares credere Ioãni, ut omnes illi uestrum sequerentur exemplum: & non solũ hoc non fecistis, sed nec postq̃ uidistis publicanos & meretrices credentes, nec tunc confusi estis, aut compuncti: quia publicani & meretrices crediderunt, qui credere nõ

G sperabantur:uos aũt in duritia permansistis, qui uidebamini totius iustitię sectatores,& ne tunc quidẽ pœnitentiam egistis,ut credaretis,ut uel illorũ exemplum sequeremini,quibus debueratis ipsi esse exemplum. Nunquid uos magis sine peccato eratis q̃ illi, ut illis credẽtibus ei,uos nõ crederetis Christo? Nõ, sed magis contemptores dei,magis superbi, & uanę gloriæ amatores,& duri,qui nec præcedere illos uo luistis in fide,nec sequi. Et uerè magna confusio est sacerdotum,& omniũ clericorũ, quando laici inueniuntur fideliores eis,aut iustiores. Qũo autem non sit confusio esse illos inferiores laicis, quos ét æquales esse confusio est?Per hanc ergo parabolã eis prophetabat, quia Gẽtes quidem quasi meliores fuerãt eligendæ, q̃ in primis quidem contumaciam ostẽderunt,postea aũt obedientiam exhibuerunt:& Iudæi quasi deteriores abijciendi,qui in primis quidẽ professi sunt obedientiam,postea aũt inuenti sunt cõtumaces:quia melius est apud deũ nõ promittere & facere,q̃ promittere,& mentiri. Tamen in figuratione Iudæorum & Gentiliũ,quam exposuimus, multorũ
H traditionem sequentes,aliquid mihi uidetur esse cõtrarium.Si.n.uerè hi duo filij Iudęi & Gentiles essent intelligendi,postquam sacerdotes interrogati respõderunt,priorem filium uoluntatẽ patris feciſſe,concludens Christus parabolã,sic debuit dicere: Amen dico uobis, quia Gentes præcedunt uos in regnum dei:nunc aũt dicit,quia publicani & meretrices præcedunt uos in regnũ dei. Quod magis prophanorũ hominum conditionẽ ostendit,q̃ Gentium statum: nisi fortè sic intelligamus,ut suprà iam diximus: qa ex hac narrationis causa publicanos itroduxit & meretrices,pro eo ut dicat,sic Gentium populus magis placens est deo q̃ uos,ut etiam publicani ipsi & meretrices acceptabiliores sint apud deũ propter conuersationẽ suam, q̃ uos propter promissionẽ uestrã mendacem.Si ergo placet propter hanc rationẽ traditio illa,bene:sin autẽ, potest & altera esse traditio talis.Cũ sacerdotes non discendi causa, sed terrendi interrogarent,in qua potestate facis hæc? audierant frequenter,sicut exponit Ioannes, quando dicebat, ut unum proferã de multis exemplũ: Dixi uobis, &
I non credidistis:opera quæ ego facio in nomine patris mei,ipsa testificantur de me.Itẽ,Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi,quòd si facio, etsi mihi nõ uultis credere,uel operibus credite, ut sciatis & credatis,qa ego in patre,& pater in me est.Hoc enim nõ erat manifestè pronunciare, quia in potestate dei hæc faciebat.Quoniã ergo,hęc eo dicente, ex populis multi in eum crediderunt,sacerdotes aũt iuxta qđ non crediderant, sed adhuc frequenter insurrexerant super eũ, introduxit parabolã duorum filiorũ:ostendens eis per eam, quoniã meliores sunt populares,qui à principio secularẽ & carnalẽ profitẽtur uitam, q̃ sacerdotes, qui ab initio profitentur se deo seruire:quoniã populares quidẽ,uel satiati actibus suis malis, aliquando cõpuncti cõuertuntur ad deum,& incipiunt operari iustitiam dei: sacerdotes aũt impœnitibiles cõstituti, nunq̃ desinunt peccare in deũ.Duos ergo filios, dicit laicorũ conditionẽ, & ordinem sacerdotum. Quis est prior filius?populus. Prior.n.populus creatus est, deinde sacerdotes q regunt populum. Alioquin antè creati rectores,quem regerẽt? Non.n.populus propter sacerdotes creatus est,sed sacerdotes propter populum. Nam & mundum deus antè creauit,& postea hoĩem qui regeret K
mundũ.Deniq; populus dei ex tpe Abrahæ cœpit,sacerdotes aũt ex tempore Aaron. Et *dixit uni eorũ.Fili,uade hodie operari in uineam meam. At ille respondit, nolo.Postea autem pœnitentia motus,iuit. Et accedens ad alterum,dixit similiter.At ille respondens,ait: Eo domine: & non iuit.* Nam sicut oẽs Iudæi quãuis interrogati, & per Mosen,& per Iesum,quasi à deo per eos loquẽte,spoponderũt omnia se facturos, q̃ præceperat eis deus, & nõ fecerũt:Gentes aũt quanuis nõ promiserint prius,tamen postea obedientiam deo dederũt. Ita enim & populares per hoc ipsum, quòd secularẽ suscipiũt uitam,denegare uidentur obedientiã deo: sacerdotes aũt magis uidentur obedientiam promittere deo,præcipue per hoc ipsum quòd specialiter in ministerio dei constituuntur. Nã qui doctor populi constituitur,sine dubio profitetur se talẽ fore,qualẽ esse oportet doctorem. Sicut.n.qui sutoriam, uerbi causa, aut quancunq; alteram profitetur artem,etsi specialiter nõ spondeat:tamen per hoc ipsum quòd sutoriã professus est artem,& opificium uel magiste-
L rium eius artis aperuit, uidetur tacitè oĩbus spopondisse,ut sine reprehẽsione impleat quã professus est artem:Sic sacerdos,& oĩs clericus, etsi specialiter nõ promittat:tamen per hoc ipsum quòd doctor constituitur aliorũ,tacitè promittere deo uidetur in omnibus obauditurũ se deo. Quæ sit autem uinea,uel
Act.6.b quõ deus loquatur ad hoĩes, diximus suprà. *Quis è duobus fecit uoluntatẽ patris? At illi responderunt,primus.* Et uerum est,quia melior est laicus qui in prima facie secularem ʳuitã profitetur, re uera aũt complecti ʳcarnalẽ.
tur spiritualem:q̃ sacerdos, qui in prima quidẽ facie profitetur uitam spiritualẽ, re uera aũt amplectitur uitam carnalem.Et melior est laicus ante deum pœnitentiam agens, q̃ clericus permanens in peccatis. Laicus enim in die iudicij stolam sacerdotalem acciet,& à deo chrismate ungetur in sacerdotiũ:sacerdos autẽ peccator spoliabitur sacerdotij dignitate,
Mat.21.c quam habuit,& erit inter infideles & hypocritas, dicente domino de malo dispensatore: Si aũt cœperit Luc.12.f
sedere seruus,manducare & bibere cum ebriosis,ue-
M niet dominus eius die qua non sperat, & hora qua ignorat,& diuidet eum, partemq; eius ponet cũ hypocritis & infidelibus. Vnde & modò sic inueniemus.Secularis homo post peccatũ facilè ad pœnitẽtiam uenit:nam occupatus negligẽtia seculari, dum scripturis non satis attẽdit,semper ei,quæ in scripturis posita sunt,noua uidentur: ideoq; cũ audit aliqđ de gloria sanctorũ,aut de pœna peccatorum, quasi nouum aliquid audiens,expauescit: dumq; aut bona cõcupiscit,aut mala timet cõpunctus,ad pœnitẽtiam citò decurrit.Nihil aũt impossibilius, q̃ illũ corrigere,qui omnia scit,& tamen cõtemnens bonum, diligit malum.Omnia enim quæcũq; sunt in scripturis,propter quotidianam meditationem ante oculos eius inueterata & uilia æstimãtur.Nam quicquid illic terribile est, usũ uilescit. Propterea clericus qui semper meditatur scripturas, aut omnino obseruaturus est, & erit perfectus: aut si semel cœperit illas contemnere, nunquam excitatur in illis, ut timeat. Quis aliquando uidit clericum citò pœnitentiam agentem?Sed etsi deprehensus humiliauerit se, non ideo dolet quia peccauit,sed confunditur quia perdidit gloriã suam. Putásne dominus quasi crudelis, clericis pœnitẽtiam denegauit,dicens:Si sal infatua-
Mar.9.f & Luc.14.g

A tum fuerit, in quo condietur? Sed quasi naturalẽ rẽ esse considerans,quia non est qui doceat illũ errãtẽ, qui errantes alios corrigebat: ideo addidit, & dicit: *Amẽ dico uobis,quia Publicani & meretrices præcedunt uos in regnũ dei.* Id est, non dico populares,qui scdm rationẽ uerbi uitã suã dispẽsant:sed publicani & meretrices, qui desideriis mundialibus & uoluptatibus carnalibus seipsos mancipauerunt, præcedũt uos in regnũ dei, quia illi conuersi desiderant esse quod nõ erant:uos autem denegatis in opere quod uidemini profiteri in uerbo, & estis tanquã arbores folia sine fructu habentes,non pascentes dominũ suũ,sed deludentes.Et uide quòd dixit,aut qa publicani & meretrices introibũt in regnũ dei, uos autem repellemini longè: aut quocunq; alio uerbo significante non eos intraturos in regnũ dei:sed ita, præcedunt uos in regno.Vbi alius præcedit in cœlesti regno,alter sequitur,qui ét lætatur:etsi in secundo loco, tamẽ nihilominus erit in regno.Adhuc autem uide,quia nõ dixit quasi de futuro,præcedent uos:sed quasi de pẽsenti, præcedunt uos. Secundũ hæc igitur uerba &
B sacerdotes significabantur ingressuri in regno dei, id est,crediturí in Christo.Sed quia credentibus publicanis & meretricibus Ioanni, & baptizatis ab eo, sacerdotes æstimãtes se iustos neq; credere uoluerũt ei, post publicanos & meretrices intraturi annũciantur,sicut & factũ est.Post ascẽsionẽ aũt domini multi eorũ per Apostolos crediderunt in Christo, sicut testantur Actus Apostolorũ,dicentes: Et multa turba sacerdotũ obediebat fidei. Et qui sunt publicani & meretrices,qui præcesserũt eos in regno?Matthęus publicanus,& Zacheus princeps publicanorũ,& cęteri publicani, qui cũ ipsis & pp ipsos crediderunt in Christo.Et quæ meretrices? Quas exponunt euangelistæ nuper testantes, quia publicani & meretrices crediderunt Christo adhuc in mundo hoc degenti.Sacerdotes aũt post ascensum illius per Apostolos crediderunt.Ergo pp misericordiam quidem dei ingressi sunt & ipsi in regno, propter elationẽ autem cordis sui post publicanos & meretrices ingressi sunt, ut fieret eis pro pœna superbiæ præcessio meretricũ & publicanorũ.Vt per hoc cognoscamus,quia nihil
C sic impedit fidẽ quã elatio cordis: unde dicebat ad
Luc.16.d eos,Vos qui iustificatis uosmetipsos,deus nouit corda uestra:quia quod hominibus elatũ est, abominatio est antè deũ. *Audite & aliã parabolam.* ac si dicat: Iterũ uos uulnero, ut aliquando sentiatis dolorẽ: nã aspera medicina citius sanat,ubi tamẽ sanabilis morbus est.*Homo erat paterfamilias.*Homo nomine,non natura:similitudine,non ueritate. Si quis autem existimat Christum hac causa etiam tantum animam habuisse humanam, quia dictus est homo,audiat & deũ patrem hominem dictum. Præscius dei filius, quoniã per appellationẽ humani nominis,quasi homo purus fuerat blasphemandus:etiam deũ patrem inuisibilẽ cõstitutum hominẽ appellauit, ut dum & pater homo dicitur, filius de hæreticorum blasphemiis liberetur. Paterfamiliãs est, cui cœlum & terra quasi una sunt domus,qui angelorum & hominum natura dominus est, beneuolentia pater. Qui ideo se patrem omnium uoluit dici,ut omnes considerãtes bonitatem eius,nõ sub specie simulata ei seruiãt, quasi mali serui domino:sed in ueritate, quasi boni filij genitori. *Qui plantauit uineam.* Quã uineã? Quã de Aegypto transtulit. Qũo plantauit uineam illã? Qũo uinitor studiosus, qui primum omnes in circui D
tu infructuosas syluas excidit, & sic postea plantat ne fortè arbores lasciuientes, dum huc & illuc per longa spatia ramos suos exporrigunt, adhuc tenerũ effocent malleolum. Sic deus gentes sine fructu iustitiæ constitutas occidit, & sic collocauit Israel, ne fortè gentes indisciplinatæ dum in longũ terminum suæ dominationis extendũt, affligant populum dei nouitiũ.*Et sepẽ circũdedit ei,& torcular fodit in ea, & ædificauit turrim.* Quid est sepis,nisi angeli i circuitu, custodientes populũ dei, ne in uineã Christi inuisibiles latrones irrumpant?Angelos.n.præesse hoĩbus & Apostolus dicit: Mulier uelamẽ debet habere sup ca 1.Co.11.b
put pp angelos.Itẽ dominus: Amen dico uobis, qa Infr.18.b
angeli eorũ quotidie uident faciem patris mei. Et in Actibus Apostolorũ dicitur ad puellam nunciantẽ de Petro, ne fortè angelus eius sit.Quid est torcular, Actu.12.c
nisi ecclesia?Sicut.n.area ecclesia intelligitur,quia in ea per multã trituratiõnẽ & uentilationẽ triticũ sẽparatur à paleis:sic rationabiliter ecclesia torcular est intelligenda,in qua oẽs fructus uineæ, id est, opera seruorũ dei, & fides roborata ad dei gloriã transmittũtur.Ecclesia aũt torcular est, habens in se uerbum E
dei, quo non delectatur natura carnalis, adquiescit aũt ei cõtorta pp timorẽ iudicij, uel amorẽ prẽmii, ut nõ ʳtantũ ipsa ecclesia torcular uideatur, quantũ ʳal.deest
ipsum uerbũ dei quod traditũ est in ea fossum.Si.n. non.
uerbum noui testamenti,quod leue est, cruciat hominem, contradicente carnis natura: quantò magis uerbũ ueteris testamẽti quod importabile erat? Vbi ergo uerbũ dei positũ erat in lege, modũ uiuendi constituens, torcular erat fossum:ubi aũt de fide dei prophetabatur, turris ædificata erat. Nã sicut in turri consistentes duo bona cõsequuntur, & hostiũ irruptionẽ ipsi facilè nõ patiuntur, & hostes de turri facilè conterunt:sic & qui in fide Christi consistunt, uel in lege dei, & dæmones sup se irruere nõ sinunt, & spiritualibus bonorũ operũ sagittis eos facilè uulnerant, & dæmones super illos irruere nequeunt, & à spiritualibus malorũ operũ sagittis nõ facilè uulnerãtur. Aut ita, Sepis meritum est & custodia patrũ iustorũ, qui tanquam murus factus est populo Israeli. Nam propter promissionem factam à deo,sic posi- F
debantur ab eo,ét contra meritũ suum,septi meritis patrũ suorũ. *Torcular autem fodit in ea.* Prophetas, ex quibus quasi ex torcularibus gratia spiritus sancti decurrebat ut mustũ.Ex quibus nõ nunquã potati filij Israel, musti admirabãtur uirtutẽ. *Ædificauit turrim.* Hoc est legis fiduciã & altitudinẽ, ex qua sacerdotes uelut speculatores Christũ specularentur uenturũ.*Et locauit eã colonis.* Qui sunt coloni, quibus locatus est populus.i.uinea,nisi sacerdotes? Plantatus est aũt populus primũ in Abrahã, quãdo in primis locutª est ad eũ deus, dicẽs: Exi de terra tua, & de co Gen.13.a
gnatione tua &c. Ex eo.n.facta est uocatio seminis eius.Locatus est colonis tpe Mosi, quãdo p legẽ cõstituti sunt sacerdotes & leuitæ,& procurationẽ regẽ di populi susceperũt ad magnã suã gloriã, & ad grãde periculũ.Ad gloriã quidem, si diligenter tractauerint populum dei:ad periculum autem, si negligenter.Si enim ille pro negligẽtia debet timere periculũ, qui procurationẽ suscepit terrenarum rerum de manu alicuius hominis potentis:quãtò magis sacerdotes qui de manu dei suceperũt animarũ procurationẽ sanctarũ?Plãtatus qdẽ legitur populus in terra re

promissionis: secdm quod scriptū est: Vineā de Aegypto transtulisti, eiecisti Gētes, & plantasti eā. Sed illā plātationē hic intelligere nō oportet, ne prius locatā eam colonis inueniamur exponere, quàm plantatā. Quoniam aūt diximus sacerdotes populum dei colere, deum aūt reddere mercedem uitæ: nemo sacerdos existimet, quoniam iustè pro merito operū suo rū accipiet à deo mercedem, & non potius propter gratiā & misericordiā dei. Non enim sacerdotes præstant deo docentes populum eius, sed deus sacerdotibus cōmittendo eis populum suum in spiritu. Nos aūt doctrinæ mercedē acquirere nō poteramus, nisi nobis procuratio populi cōmissa fuisset. Ergo coloni sunt sacerdotes, qui colētes populū quasi uineam, cū acutissimo ferro sermonis faciunt eos bonos fructus iustitiæ domino exhibere. Sicut aūt durā terrā ferrū emollit, sic & uerbum duritiā cordis relaxat. Sicut rastro ferreo herbę radicitus euellūtur à uinea, sic & acri sermone uitia de populo resecantur. Vt sicut colonus quāuis de suo munera obtulerit domino, nō sic eū placat, quō si de uinea eius redditus ei obtulerit: sic & sacerdos non tantum propter suam iustitiam placet domino, quomodo si populum dei in sanctitate docuerit, quoniam ipsius iustitia una est, populi aūt multiplex. *Cū aut tẽ tempus appropinquasset fructuum, misit seruos suos ad colonos, ut acciperent de fructibus suis. Et apprehẽdentes coloni seruos eius, unū ceciderunt, aliū aūt occiderunt, alium uerò lapidauerunt. Iterū misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt eis similiter. Nouissimè aūt misit ad eos filiū suum, dicens: Verebuntur filium meū.* Seruos suos dicit prophetas, quos per singulas generationes misit ad populū Iudæorū. Considera quō per singulos gradus misericordiæ diuinæ malitia Iudęorum crescebat, & quō per singulos gradus Iudaicæ malitiæ dei misericordia addebatur & contra clementiā dei malignitas humana certabat.

Ecce qualisvis ⌜amicus alicuius fuerit homo, si semel ab illo fuerit passus iniuriā, quantuncunq; frangitur eius affectus: si iterū passus fuerit, iterū magis minuitur: & si iterū amplius nō minuitur amicitia eius, certe tamē non additur. Dei aūt misericordia quātò magis à Iudæis offendebatur, tantò amplius addebatur in eis. Ecce enim post tanta beneficia dei, & sine admonitione domini, debuerant domino iustitiæ suæ tributa persoluere: tamē non reddentibus eis, misit paucos seruos suos, quibus occisis, addidit bonitatē cū debuisset irasci, & misit plures. Itē pluribus interfectis, accumulauit bonitatē, & misit filiū suū, & hunc non quasi ad obnoxios pœnæ sententiā baiulantē, sed patientiæ ueniā: & post tot scelera adhuc eis misericordiæ locū seruabat. Sic. n. dicit: *Forsitan filiū meū reuerebuntur.* Ergo misit confundere illos, non autē punire. Nam pro tantis iniuriis benigno domino sufficiebat sola uindicta pudoris. Cogitauit ergo apud se, quanuis neq; cōtumeliare seruos meos debuerāt: quia qui seruis faciunt iniuriā, dominū exhonorant: tamen mittam filiū meum, qui totum possidet in natura. Si amare eū uoluerint, est quod ametur in eo, quia post me solus est bonus: si uoluerint eū timere, est quod timeatur in eo, quia post me solus terribilis est deus. *At illi uidentes filium, dixerunt intra se: Hic est hæres, uenite occidamus eum, & obtinebimus hæreditatem eius.* Ex omnibus operibus eius cognouerūt eū filiū dei esse, hoc. n. significat, dicens: Ecce hic est hæres: tamē post ⌜ introiuit in templum, & omnes uendentes animalia q̄ ad sacrificiū uendebantur, foras eiecit, in quibus sacerdotes auari tunc delectabātur: tunc præcipuè cogitauerunt eū occidere, dicētes intra se: Si populus istū habuerit deū, necesse est ut dimittat cōsuetudinē hostiarum, q̄ ad nostrum pertinent lucrum, & acquiescat offerri sacrificiū iustitię, quæ ad gloriā dei pertinet: & sic iam nō erit populus ille possessio nostra, sed dei: uidelicet non ad nostrū quæstū pertinēs, sed dei. Si aūt occiderimus eū, dum non est qui iustitiæ fructus à populo quærat neglecta iustitia, sic semper tenebitur consuetudo offerendarū hostiarū, & sic fiet nostra possessio ad nostrū pertinens lucrū. Et hoc est qd dicit, & nostra erit hæreditas. Hæc cogitatio communis est omniū sacerdotū carnaliū, qui non sunt soliciti quō populus uiuat sine peccato, sed aspiciunt quid in ecclesia conferatur, & hoc existimant sacerdotij sui lucrū. Et non solū sacerdotes, sed ēt omnes homines carnales hoc solū existimant suū, & hoc lucrum habere se de hac uita arbitrantur, quòd secdm carnē delectati fuerint in hac uita. Quoniam aūt uolentes ostendere quidē filiū semper fuisse, quemadmodum patrem: cū dicimus illis, si filius est, & natus est, & unicū habet. Propositione negatiua respondent, non de proprietate filij dei secundū carnē: quia post incarnationem dictus est filius ex baptismo, sicut & cæteri sancti: anteà aūt uerbum fuit semper cum patre. Quos etiam deus ex hoc loco conuincit, dicens: Mittam filium meū. Quādo ergo adhuc cogitabat de transmittendo filio post prophetas, iā filiꝰ erat. Deinde si eo modo dicitur filius sicut oēs sancti, ad quos factum est uerbū dei: debuit aūt & prophetas filios dicere, sicut & Christum: aut & Christum seruum dicere, sicut & cæteros prophetas: ex qua re prophetas quidē seruos oēs, hunc aūt solū filiū appellauit. *Et eiecerunt eum extra uineam.* Id est, extra ciuitatē Hierusalem. Et Iudæi suo consilio usi eiecerunt eum, & deus suo cōsilio eiici eum ordinauit. Isti cogitabant ut crimen mortis eius extra ciuitatem expellerent: deus cogitabat ne uirtus resurrectionis eius ciuitatē scelerū saluaret, id est, ut Iudæis quidem moreretur ad mortē Gentibus autem resurgeret ad uitam. *Cùm ergo uenerit dominus, quid faciet colonis illis? Dicunt illi: Malos malè perdet.* Non est illorū quòd iustè iudicauerunt, sed ipsius causæ. Est enim causa ueritatis, quæ quasi uiolentiā illis fecit, ut non possent eam celare. Sicut Sole in nubibus constituto, hoc quod est dies, non est nubiū permittentiū eū apparere super terram: sed uirtus Solis, quæ pertransiens nubes, etiā impedientibꝰ eis apparet: sic iustè pronunciauit Iudæorum non placata, sed apposita malignitas. Errauerunt bene dicēdo. Nā mendaces quantū ad se tunc mentiuntur, quando dixerint ueritatē: sed in hoc seculo ubi licet hoibus aliud sentire in corde, & aliud dicere in sermone, tamē ita ueritate Christi circundantur hoies & tenentur, ut ipsi aduersus se iudices fiāt. Putas quō in die iudicij conuincendi sunt peccatores in suis peccatis, ita ut nullum colorē excusationis inueniant? ubi ipsa opera statuētur ante oculos peccatoris, dicēte prophęta: Arguā te, & statuā contra faciē tuā peccata tua: ubi animā ipsæ cogitationes cordis accusant, & ecōtrà excitatur cōscientia quasi domestica testis, dicēte Apostolo: Cogitationibus se inuicē accusantibus, aut ēt defendētibus in die cū iudicabit dominus occulta hominū. Sic & sacerdotes, uineæ spiritualis

ritualis cultores, qui populū nō ad dei gloriā exercebant, sed ad suū lucrum fructificabant: ita eos dominus suis parabolis circūclusit, ut ipsi se suā sniam condemnarent. Quis illū defendet, qui seipsum accusat? Aut quis eū existimet innocentē, qui seipsum pronūciat reum? Væ animæ, q̄ sibi defensionē conscientiæ nō præparat in die iudicij. Datur. n. nobis exēplū, ut per hoc iudicium, cōsideremus futurū iudiciū Christi. Sciendū est aūt, quia Lucas quidem euangelista sic dicit: Adduxerūt eū extra uineam, & occiderunt: cū ergo uenerit dominus, malos illos malè perdet: & responderūt sacerdotes, Absit: intellexerūt enim, quòd de ipsis diceret. Secundū Lucam ergo sacerdotes cōtradicunt sniæ Christi: secdm Matthæum autē suscipiunt & confirmant. In prima quidē facie uidentur esse contraria, re uera aūt non sunt contraria, sed diuersa ratione sunt dicta. Ille. n. secundum responsionem sermonis illorū exposuit, iste aūt secdm responsionem cordis. Nam uerè uisibiliter quidem in facie contradixerunt, dicentes, Absit: in corde aūt & in cōscientia sua susceperunt, dicētes, Malos malè perdet. Quid est quod dicimus? Ois homo & malū cognoscit, & bonū: & intelligit quod est iustū, & iniustum. Posuit. n. deus quendam spiritū scientiæ boni & mali in hominibus, ut quotiescunq; peccamus, ille in silentio quasi factū nostrum accuset: & in conscientia tacitè ad animā loquitur, dicēs: Malū est hoc, & hoc bonū est. Propterea si fecerit homo malū, & deprehensus fuerit in eo, uerbis quidē denegat, & excusat: ab intus aūt conscientia eius recognoscit, & sibi ipsa discussa, per spiritum cōfitetur qd fecit. Vnde scriptū est: In cogitationibus impij interrogatio erit. Ecce si seruum tuū deprehenderis in furto, & uolueris eum castigare, uerbis quidē denegat: & si iterogas eum utrum dignus est castigari, dicit, Nō: conscientia aūt eius cōfitetur, quia dignus est cædi. Sic ergo & sacerdotes malæ conscientiæ, uerbis quidem dixerunt, absit: conscientia aūt confessi sunt, quia malos malè perdet. Frequenter aūt scripturę cogitationes cordis ita exponunt, quasi dicta sermonis, sicut ait Iob: Dicit impius deo, Discede à me, quia uias tuas noscere nolo. Itē propheta: Pupillū & aduenā occiderunt, & dixerunt: Non uidebit dominus, neq; intelliget deus Iacob. Item Salomon: Omnis homo transgrediēs in lecto suo dicit: Quis me uidet? parietes & tenebrę circundant me, quem uerebor? Non memorabitur altissimus delictorū meorum. Alioqui quō potest fieri, ut qui intellexerant cōtra se dicta esse parabolas, ita ut uellent eum tenere, consentirent sniæ eius? Denique quasi non acquiescentibus illis, ideo introducit aliud testimoniū scripturæ, dicens: *Nunquàm legistis:* id est, si parabolam meam nō intellexistis, uel istam scripturā nō cognoscitis? Quòd si nō acquieuissent confiteri dignos se esse pœna, utiq; non erat necesse adhuc eis aliud proferre exemplum: *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.* Id est, quare nō intelligitis, quia uos estis ædificatores: & quo non cogitatis, in cuius ædificij angulo ponēdus est ille lapis? Nunquid in uestro, unde reprobatus est? Non, sed in alio. Ergo aliud ædificium est futurum. Si aūt aliud ædificium est futurum, ergo uestra ædificatio cōtemnenda est. Ædificatores enim sunt sacerdotes, qui generationes hominū super generationem per doctrinā ædificantes, quasi lapides super lapidem ponentes, domum dei cōponunt. Sicut. n. ædificatores, nodosos lapides, & habētes torturas, ferro dolant, posteà uerò ponunt eos in ædificio, alioqui nō dolati lapides lapidibus nō cohęrēt: sic & Ecclesiæ doctores uitia hominū, quasi nodos acutis increpationibus primū circūcidere debent, & sic in Ecclesiæ ędificatione collocare: alioquin uitijs manentibus, Christiani Christianis concordare nō possunt. Vnde putas lites in ecclesia, inimicitias, altercationes inuicē, nisi propter auaritiam, pp inuidiā aut propter superbiā, propter uanos honores? Tolle hæc, & nulla discordia inuenietur in Christianis. Et sicut artifex ex oibus lapidibus eligit meliores, & ponit à foris in facie ædificij, cæteros aūt lapides qualescunq; mittit intus: Sic Ecclesia meliores Christianos eligit, & ponit in facie ecclesiæ, id est, alios facit sacerdotes, alios diaconos, cęteros q; ministros ecclesiæ, ponit senes & uiduas sanctā uitā habētes in ecclesia permanentes, ponit cōtinentes iuuenes & uirgines: cæteri aūt si mediocres fuerint, proficiunt in medio ecclesiæ. i. ædificij pp misericordiā dei. Sicut ergo forani lapides nullū debent habere nodū, aut angulū, nec debēt esse alter lapis intus, alter foris: qa si sic fuerint, totum ædificium deturpant: Sic & cleri ci senes, & uiduæ cōtinentes, & uirgines nullā debēt habere maculā, neq; in uerbo, neq; in cogitatu, neq; in facto, neq; in opinione, quia ipsi sunt pulchritudo ecclesiæ & uirtus: & si mali fuerint, totā deturpant ecclesiā. Sicut. n. lapides qui sunt intus in ædificatione nemo aspicit, sed eos qui foris sunt considerant oēs: Sic secularių hominū uitia neq; sic cōsiderātur, neq; sic nocēt ecclesiæ. Nā quanuis populus secularis sit & indisciplinatus, tamen si isti boni fuerint, tota ecclesia speciosa uidetur. Nā sicut forani lapides intraneos intra se tenēt, & cōstringunt: sic totus populus istorū meritis, & sanctitate saluatur. Lapis aūt dicitur Christus pp duas causas. Primū, quia suis fundamentū est forte, & neq; aliqua seductione ⌜ illecebrarū soluuntur, qui super eū consistūt, neq; tēpestatibus persecutionū mouētur. Deinde, qa in Christo iniquorū est magna confractio. Sicut. n. oīs res quæ percutit lapidē, ipsa quidē colliditur, lapidē aūt non lædit: sic & omnis qui contra Christianitatē agit, se quidē corrumpit, Christianitati aūt nō nocet. Quia ergo magnus est lapis Christus, *Qui ceciderit super eum, cōfringetur: super quem autem ceciderit, comminuet eum.* Aliud est confringi, aliud est aūt cōminui. Qd confringitur, aliquid remanet de eo quod fuerit fractū: quod aūt minuitur, minutatim quasi in puluerem cōuertitur, & nihil inuenitur ex eo. Qui enim super lapidem cadit, nō lapis eū frangit, sed ipse se frangit ad lapidem. Ideo quod cadit super lapidē, nō tantū se frangit, quantū est lapidis uirtus, sed quantum fortiter ipsum ceciderit. Fortiter aūt cadit, quod cadit, pp duas causas, aut propter pondus suū, aut pp altitudinem suā. Quod. n. ponderosum est, etsi de humili loco cadit, fortiter cadit: quod aūt de alto cadit, propter altitudinem spatij, etsi leue fuerit, grauiter cadit. Super qd lapis cadit, non quæritur an graue fuit quod inuētū est subtus, aut leue, nec de alto, nec de humili. Qui sunt qui super lapidem cadunt? Christiani qui credētes in Christū stant super ipsum, quasi super proprium fundamentum. Siquis de istis peccauerit, non eū Christus corrūpit: sed ipse se corrumpit, offendens in Christum. Et ideo Christianus peccans, non tantū perijt, quantùm potest perdere

Quæ de causa, litercationes, alterationes inter nos.

⌜ aquis seductionū aut illecebrarū.

Cadentes super lapidē Christū, qui.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Christū:sed quantū seipsum secm opera sua perdide
rit.Homo Christianus fortiter cadit in peccato, pp
duas causas,aut propter magnitudinem peccati,aut
propter altitudinē dignitatis: Vtputa si sit clericus,
aut continés uidua, aut monachus, aut uirgo,id est
qui se deo tradidit. Propter magnitudinem aūt pec-
cati:utputa, siquis homicidium fecerit, aut adulte-
rium, aut aliud aliquid de grauib⁹ peccatis: ille talis,
etsi de humili loco cadit, id est, etsi laicus sit,aut se-
cularis, fortiter perit propter pondus peccati. De al-
to uerò cadit,utputa clericus,cæteræq; spirituales p-
sonæ.Illi etsi pondus peccati non habent, id est, etsi
grāde peccatū nō fecerint,sed leue:tamen fortiter pe
reunt propter altitudinem dignitatis. Sicut.n.quod
de alto cadit grandē sonū facit, ut audiant omnes:
sic & qui de alto gradu cadit, ruina illius ubiq; audi-
tur. Qui sunt super quos lapis cadit?Iudæi, & Gētes,
q nō crediderunt in Christū. Ergo illi non secm sua
opera pereunt, neq; secundū suas personas, sed tātū
pereunt, quantū potest perdere Christus. Si uideris
ergo infidelē hominē,ne dicas bonus est,aut malus,
H iusta opera facit,aut iniusta:sed omnes æqualiter ad
Psal.1.b nihilū deducūtur.Ideo dicit propheta:Nō sic impij,
non sic, sed tanquā puluis quē proiicit uētus à facie
terræ.Ideo nō resurgunt impij in iudicio, neq; pecca
tores in concilio iustorū. Sicut uas qđ leuiter cadit,
& læditur,est quidē uas ,sed ad usum nō proficit:qđ
autē dispersum fuerit, nec uidetur esse uas:sic Chri-
stianus peccator resurgit quidē, sed inter sanctos nō
ponitur, infidelis aūt non resurget in iudicio. Quo-
modo aūt resurget, super quē talis decidit lapis?Qui
autem neq; de alto honoris,neq; de pondere grauio
ris peccati ceciderit super Christū, interdum neque
læditur:& si læditur, non multum læditur.*Et cùm au
dissent principes sacerdotum,& Pharisei parabolam eius,
cognouerunt quòd de ipsis diceret: & quærebant eum te-
nere.*Homo qui graue fecit peccatū,dum non habet
amplius quod iam speret in deū, peiora committit,
Prou.18.b dicente Salomone: Cùm uenerit impius in profun-
dum malorum, contemnit.Sicut.n.infirmus, donec
mediocriter habet aliquā passionē, & sperat se posse
curari,seruat se à nociuis escis:si aūt intellexerit insa-
I nabilē se esse,iam non sibi parcit.Sic & homo donec
mediocriter peccat,& sperat salutem, quantumcun-
que potest obseruat se à malo: si autē grauiter pec-
cando cœperit desperare, iam nihil dubitat facere,
quasi qui iam peccatis suis uincit iudiciū dei: nesciēs
miser, quia sicut in bono gradus sunt gloriarum, &
unusquisq; secm mensuram boni sui accipit gloriā:
sic & in malo gradus sunt pœnarū,& unusquisque
secundum mensurā mali sui accipiet pœnā. Sicut.n.
infinitus est deus in retributione bonorū, sic infini-
tus est in retributione malorū.Similiter & sacerdo-
tes omnibus malis repleti,qui iam in deū sperare nō
poterant,in ipsum deum manus mittebant:nō igno
rantes eū esse filium dei,sed sibi iam nō parcentes.Et
mirum tibi uidetur hoc? Verè omnis homo malus,
quantū ad uoluntatē suam, & manus mittit in deū,
& occidit eum. Qui enim deum excitare ad iracun-
diam non dubitat, qui præcepta eius conculcat,qui
nomē eius contemnit,qui blasphemat,qui murmu-
rat contra deū, qui turbato uultu aspicit contra cœ-
lum, qui in ira sua manus audacter subleuat contra
eum:nonne si potuisset fieri,manus mitteret in deū,
& occideret eū,ut iam licenter peccaret? *Et respondēs
Iesus,iterū dixit eis in parabolis:*Domino de uinea pro- K
ponenti parabolam & dicenti, quoniā iustitia dei à
Iudæis fuerat auferenda, non sunt territi,sed magis
exasperati, & uolebant manus mittere & tenere eū.
Quod intelligens dominus, non tacuit,sed peiorem
iram dei per aliā parabolā annunciauit eis esse uen-
turam.Nam si illi qui timere debuerant,non timue-
rūt,sed magis exasperati sunt: quantò magis Christ⁹
tacere non debuit, qui timere non poterat ? Illos.n.
malitia fecit audaces, istum autem potestas.

Homilia. xli.ex cap.xxij.

Imile est regnū cœlorum homini regi,qui fecit nu-
s *ptias filio suo, &c.*Homo rex dicitur deus pa
ter,qui nunq; humanam susceptt formā : ut
intelligamus quia nomen hominis prę iudiciū non
facit diuinæ suæ naturæ.Sed propter causam para-
bolæ homo dicitur, non quia pars aliqua hōis erat
in eo.Ideo quando audis in scripturis filiū dei hoiem
dici,quia si pater deus,qui tantū deus est,& non ho
mo, tamen homo nominatur:quantò magis neces-
sariū fuit,ut homo diceretur unigenitus dei filius,cū
non esset homo purus, qui humanā sucepit naturā? L
Quoniā aūt nuptias nominauimus, utile est ut bre-
uiter ostendamus, prout dant nobis sensum bonū
scripturæ,quo animæ fideles Christo in die illo iun-
gendę sunt, interim nunc ſdesponsatę. Omne bonū *ſin terris*
uiua substantia est,& uita est, uita autē est Christus. *non de-*
Omne aūt malum sine substantia est,& nihil est,ita *spon.*
quicquid uiuum creatū est super terrā, ex uita uiuit.
Nec.n.potest esse aliquid uiuum,in quo nō sit spirit⁹
uitę. Ex malo aūt nulla res esse potest . Cùm uerò ip
sum malū nihil sit , quo potest facere rem aliquam
esse? Tamē perdere potest, sed non ipsum malū per-
det rem:sed de illa re in qua est malum, subtrahit se
bonū,propter inhabitans malū in ea: & sic bono re
cedente, res uadit ad nihilū. Ergo res in qua solum
bonum est,uiua & immortalis est:in qua aūt & bo-
nū & malū habitat,uiuit quidē,tamen pro tempore
propter inhabitans bonū: moritur autem propter
inhabitans malum, & est res mortalis, sicut homo.
Homo aūt ideo ex bono & malo creatus est,ut con
tempto malo,sequatur bonū,& per hoc habeat ele-
ctionis mercedē.Quòd si contempto bono secutus M
fuerit malū,suscipiet eum æternus interitus.Si autem
dimisso malo secutus fuerit bonū, in morte natura
carnis eius soluetur ab omni malo: & cū resurrectio
facta fuerit sanctorū, tūc suscipiet eū sola uita , q̄ est
Christus,& mortalitatē eius i sua immortalitate ab- *1.Co.15.f*
sorbebit: & sicut desiderat Paulus, ut mortale hoc
absorbeatur à uita,ut tūc impleatur scriptura,quam
interpretatur idē Apostolus: Erūt,inquit, duo in car *Gene.2.b*
ne una.Christus enim cū anima, quasi unus spiritus *&1.Co*
factus,habitabit in carne uniuersa,secundū quod di *rin.6.d*
ctū est: Qui adiūgit se domino , quasi unus spiritus *Ibidem.*
est. Nunc.n.quasi modicas arras futuri coniugij spi-
ritū sanctū accepimus, tūc aūt ipsum Christum ple-
nius in nobis habebimus. *Et misit seruos suos uocare
inuitatos ad nuptias* . Ergo quando misit seruos , iam
inuitati erant.Primùm ergo dicamus, quid sit ipsum
conuiuium. Secundò,quando sunt inuitati. Tertiò,
quando cœpit præparare conuiuium,& quando mi
sit inuitatores . Prandiū enim est doctrina iustitiæ,
& uerba cœlestiū mysteriorum de filio dei uenturo.
Quę omnia mandens homo, id est,audiēs, acquirit
sibi uitam æternā. Multas enim proprietates habet

A sermo ad escam.Sicut.n.qui mittit in os suū fragmē-
tum panis,aut qualemcunq; cibum,primū molit eū
dentibus,& ita dimittit in stomachū:sic & cū audi-
mus omne uerbū, necesse est ipsum meditari in ore
sensus,& quasi quibusdā dentibus,id est tractatibus
Deu.18.d molere,& uidere qd est qđ dicit,aut unde dicit , aut
Manna. propter quam rem dicit. Nā quemadmodū qualem
cunq; cibum,nisi masticauerimus dentibus,nō sen-
timus saporē eius:ita & uerbū quod audiuimus,nisi
masticauerimus ipsum tractātes in nobis,nō possu-
mus intelligere uirtutē uerbi illius . Nā & manna qđ
edebatur in eremo,figurā habebat uerbi.Ideo dice-
batur māna,qđ interpretatur Hebraicè, qđ est hoc?
ut quotiescunq; audimus uerbū, admoneat nos ip-
sum nomen requirere,quid est hoc qđ audimus? Et
sicut cibū postq̄ masticauerimus, dimittimus in sto-
machū:ita & uerbū postq̄ bene tractauerimus,com
mendamus ipsum memoriæ quasi stomacho.Nam
quemadmodū non prodest cibus,nisi cū fuerit ma-
sticatus,& in stomachū descēderit:sic nō proficit ad
salutē uerbum, nisi cū fuerit intellectui & memoriæ
B traditū.Nam sicut cibus nihil prodest si māducaue-
rimus,& iterū euomimus eū de stomacho: sic nihil
in nobis prodest uerbū,quod audimus,& obliuiscī-
mur illico.Cibus qui in stomacho stat,ille cōfortat:
Lex.11.et & sermo qui in memoria manet,ille saluat . Vnde &
Deu.14.a apud Iudæos illa animalia sunt munda , q̄ reuocant
cibū,& ruminat.Ergo animal illud est mundum, qđ
masticat & tradit utero, & iterū de utero reuocat,&
ruminat.Et homo ille est spiritualis & sanctus, q au-
diēs uerbū,tractat:& cū intellexerit,memorię quasi
utero tradit,& iterū de memoria quasi de utero re-
uocat,& ruminat,& retractat. Ille aūt homo immū
dus est ante deum, qui nō recordatur aliquādo, nec
retractat qđ audit. Qui aūt māducat de spirituali cō
uiuio,impletur spiritu,dilatatur sensibus,nutritur in
ueritate,pinguescit in fide,& sic ingreditur ad iterio-
ra uoluntatis dei , & manens in eis acquirit sibi uitā
æternā. Qui aūt ab hoc conuiuio uerbi longè fuerit
factus, euacuatur spiritu,angustatur sensib⁹ , deficit
à ueritate, distillat à fide, & sic egrediēs ab oibus uo
lūtatibus dei ad inferiora,nouissimè cadit in mortē.
C Quando sunt inuitati?in tpe Abrahæ, quando dixit
Gen.12.a ad eū deus:Exi de terra tua,& de cognatione tua,&
ueni in terrā quam tibi demōstrauero . Et oēm terrā
quācunq; tetigeris pedibus tuis,tibi dabo eam,& se
mini tuo in æternū.Quam terrā? Terrā Orientalem,
fluentē lac & mel.Quod uerū non est de terra illa Iu
dææ, quoniam illa terra nunq̄ fluxit lacte & melle,
sed terrā rationabilē,quā Christus susceptt. De illius
enim incarnatione lac & mel processerunt.Lac enim
opus est miraculorū , quoniā & sine labore dentiū,
& cum suauitate comeditur, per quod rudes in fide
Psa.118.n quasi pueri sustentantur.Mel aūt eloquia & doctri-
næ dicūtur,sicut ait propheta: Quā dulcia faucibus
meis eloquia tua,super mel & fauum ori meo.Ergo
Christi incarnatio promittebatur,qui lacte miracu-
lorum,& melle doctrinæ nutriturus fuerat Gētes ru
des in fide.Vide ergo quoniā iam ex eo ostendebat
deus,quoniā nō aliter Iudęi poterant Christo crede
re,nisi ut relinquerent Iudaismū qđ est,exi de cogna
tione tua:& opus ſcircūcisionis,quod est,exi de terra
Corpus. tua.Ergo ex eo iam Iudaismus relinquēdus osten
debatur . Non solū aūt Iudæi,sed nullus homo pōt
lac & mel manducare Christi, nisi cognationem suā
& terram suā reliquerit,sicut scriptū est:Nisi quis re- D
liquerit patrē aut matrem &c.Item , Qui meus uult *Sup.19.a*
esse discipulus,abneget semetipsum . Relinquit ergo *Luc.9.c*
cognationē suam,no qui contēnit eam,sed qui am-
plius diligit deum,q̄ parentes. Relinquit terrā suam,
qui carnis suę non sequitur uoluntatē ſ, qui aūt cōcu *ſ uolupta*
piscentias carnales exigit ſ,terrā corporis sui exercet, *tes.*
sicut Cain.Qui uerò perfectè cognationē suā & ter- *ſcarn. nō*
ram relinquit,hic lac & mel māducat, cū legit mira- *exit.*
bilia aut eloquia Christi. Quando cœpit hoc conui
uium præpararī?à tpe Mosi, quando lex domini da- *Psal.18.b*
ta est irreprehensibilis, cōuertens animas:quādo te-
stimonium domini fidele datum est, sapientiam pre
stans paruulis:quādo iustitiæ domini rectæ lætificā
tes corda:quando præceptum domini lucidū illumi
nans oculos:quando timor domini sanctus perma-
net in seculū seculi:quādo iudicia domini uera, iusti
ficata in semetipsa:quando ex decē speciebus confe
ctus est cibus decalogi salutaris. Sicut.n.regale pran
dium multis ciborū speciebus ornatur,ita & hoc cō
uiuium scripturarum diuersis iustitiarum speciebus
est decoratū. Ex eo ēt tempore inuitatores exierunt E
prophetæ,qui hoies ad nuptias futuri sponsi uoca-
rent.i.ad fidē Christi,prophetantes eis de ipso. At illi
noluerunt uenire.Item misit alios seruos,dicēs:*Dici-
te inuitatis,Ecce prandium meum paraui,tauri mei & sa-
ginata occisa sunt,et omnia iam parata,uenite ad nuptias.*
Qui sunt alij serui? Apostoli,quos & ille misit, dicēs: *Mat.10.a*
In uiam Gentiū ne abieritis,& in ciuitates Samarita-
norū ne itraueritis,sed potius ite ad oues q̄ perierūt
domus Israel.Euntes aut prædicate,dicētes,quia ap
propinquauit regnū cœlorū.Hoc est quod dicit,prā
dium meū parauiid est,ex omni lege, & ex omnib⁹
prophetis scripturarū mēsas ornaui. Qui sūt tauri &
saginata occisa? Prophetæ qui occisi sunt pro salute
populi.Sancti quoq; occisi sunt pro salute eiusdē po
puli,quemadmodum docet nos Apostolus,dicens: *2.Co.12.c*
Ego aūt impendar & superimpendar pro animabus *2.Timo.*
uestris.Itē alibi:Ego.n.iam delibor.Hominis libatio *4.a*
alicui pro aliquo offertur.Deo ergo immolādus fue
rat Paulus pro populo quem docebat.Sic & prophe
tæ occisi sunt, unusquisq; pro salute populi quē do-
cebat. Et quoniā mors prophetarū sustentabat qdē F
ex parte salutem humanā, non tamen plenè saluare
poterat totum mundū. Ideo nouissimè immolatus
est agnus,qui totius mundi reatū innocentia sua de
tergeret.Propterea & in diebus Scenopegiæ,q̄ inter- *Scenope-*
pretatur fixio tabernaculi,diuersæ hostiæ occidebā *gia.*
tur in figura sanctorū , nouissimè aūt occidebatur
& agnus.Si ergo agnū illic occisum intelligimus figu
ram Christi, cōsequenter & cæteras hostias intelligi
mus præcedentiū sanctorū occisiones. Sed & Chri-
stus de figurata sanctorū suorū immolatione dice-
bat:Holocausta medullata offerā tibi cū incenso & *Psal.65.c*
arietibus,offeram tibi boues cū hircis . Nec.n.Chri-
stus aliquando huiusmodi animalia obtulit patri.
Obtulit aūt rationabiles arietes,id est,principes om
nium Christianorum.Obtulit boues,rationabilem
terram colentes.Obtulit ēt hircos ex Gentibus , qui
pro nomine Christi sunt passi. Hæc aūt diximus , ut
ostendamus tauros & saginata occisa,intelligi debe
re sanctos occisos . Oēs ergo prophetæ & Christus
ideo occisi sunt,ut hoc spirituale tabernaculum fir-
miter figeretur.Deniq; sicut uiscera agni, ita eloquia
Christi homines non manducauerunt, nisi postquā

occisus est. Nã post mortẽ eius euangelia prædicata sunt & credita, & in eis homines quotidie nutriuntur. Sic & uiscera eius prophetarũ, id est, eloquia, nõ

In uita uarò accepti prophetæ.

sunt antè susceptа, nisi postquã occisi sunt. Quis auditt, aut credidit uerbis Esaiæ iuuentis? Si enim suscepissent sermones eius, nunquã eum serrassent: sed postquã occisus est, tunc postmodũ Iudæi susceperunt prophetias eius, & cœperunt legere in synagogis suis. Quis Hieremiæ uerba susceptt uiuentis? Si. n. susceptssent uerba eius, nũquã eum post multas iniurias lapidassent. Sed postquã occisus est, posteà cõsecrauerunt prophetias eius, & cœperunt legere eas in conuentu. Et sic inuenies actũ in oĩbus prophetis, qa uiuentes eos nemo coluit, sed post mortẽ. Vn

Mat.23.c de & dominus dicit: Qui ędificatis sepulchra prohetarũ, & dicitis, si fuissemus in diebus patrũ nostrorũ, non fuissemus participes eorũ in sanguine prophetarũ. Sicut enim uiuentis animalis uiscera nemo mãducat, ita uiuentiũ prophetarũ sermones nemo suscepit, sed post mortẽ ipsorũ. Saginati autem sunt gratia dei pleni. Ideo dixit, & saginata, & tauros: non

H quia & tauri non fuerunt saginati, sed quia omnes saginati non fuerunt tauri. Ex prophetis enim omnibus quidã tantummodo prophetæ fuerunt, quidã autẽ prophetæ & sacerdotes: sicut Hieremias, sicut Ezechiel, sicut filius Ioiadę. Ergo saginata dicit prophetas tantummodo, qui fuerunt spiritu sancto repleti. Tauros aũt, qui & prophetæ fuerunt, & sacerdotes. Sicut enim tauri duces sunt gregis, ita sacerdotes sunt principes populi. Quosdã aũt legi, dicentes, tauros hic dici martyres, tunc in primis pro Christo occisos, Apostolis adhuc uiuentibus: saginata autẽ paruulos, spiritu sancto pinguificatos. Quorũ oĩum interfectiones, multas spiritualiũ gaudiorũ epulas p̃buerunt, & nuptias Christi adornauerunt. *Et omnia iam parata.* Quicquid quæritur ad salutẽ, totũ iã adimpletũ est in scripturis. Qui ignarus est, inueniet ibi quod discat. Qui contumax est & peccator, inueniet ibi futuri iudicij flagella, q̃ timeat. Qui laborat, inueniet ibi glorias & promissiões uitæ perpetuę, quas manducando amplius excitetur ad opus. Qui pusillanimis est & infirmus, inueniet ibi mediocres iusti-

I tiæ cibos, q etsi pinguẽ animã non faciunt, tamẽ mori non permittunt. Qui magnanimus est & fidelis, inueniet ibi spirituales escas continẽtioris uitæ, q̃ p-ducant eũ propè ad angelorũ naturam. Qui percussus à diabolo, & uulneratus est in peccatis, inueniet ibi medicinales cibos, qui eũ per pœnitentiam reuo

Ioſ.7.d cent ad salutẽ. Vt quid ibi scriptum est, Achar pp furtum laminæ aureæ lapidatus, nisi ut habeant fures

Num.25.a quod timeant? Vt quid ibi filij Israel, qui fornicati sunt cũ filiabꝰ Moabitarũ, percussi refugerũt in Beelphegor, nisi ut habeant fornicatores qd perhorrescãt? Vt qd cõcupitores carnis castigati sunt i deserto,

Exo.22.b & Num. 20.a 2.Regũ. 12.a Iac.2.d nisi ut nemo delicias cõcupiscat? Vt qd Dauid arguit Nathã, & susceptt, nisi ut adulteri & homicidæ pœnitentię remediũ non desperent? Raab meretrix sanctificata est, ut meretricibus spes daretur. Nihil ergo minus est in hoc conuiuio, q̃ quod necessariũ habet salus humana. *At illi neglexerunt, & abierunt alius in uillam suam, alius in negociationem suã.* Ois actus quẽ agunt hoies in hoc mundo, duplex est. Aut enim uilla est, aut negociatio. Et quando aliquem laborem quidem manuũ nostrarum facimus, exercentes terrã, aut aliquod opus terrenũ, utputa agrũ, uel uineã, uel hortũ, uel opus ligni aut ferri, uillã colere uide- K

Actus omnis duplex.

mur, id est, terrã. Quando aũt nõ labore manuum nostrarũ, sed aliter lucra quocunq; modo consequimur, utputa honores gerere, ut diuitiæ permaneant alicui, aut mercari, omne hoc negociatio appellatur. Duobus ergo uerbis omne opus humanũ conclusit siue honestũ, siue inhonestũ. Honestũ quidẽ opus est uillæ cultura: sicut ait Salomon: Non oderis rusti *Eccl.7.b* cã operationẽ, & agriculturã ab altissimo creatã. Et Apostolus hortatur: Rogo aũt uos fratres studiũ ha *1.Theſſ.* bere quietis & negocij proprij, & operandi manibus *4.c* uestris, & nullũ desideriũ sit in uobis ad eos qui foris sunt: inhonestũ est enim apud deũ opus negocationis, siue dignitatis, siue militiæ. Vnde nihil horũ antea Iudæi agebant, pp quod dicit propheta: Qui *Psa.70.c* nõ cognouit negociationes, intrabit in potẽtias domini: quia difficilè quis negocians intrat in regnum cœlorũ. O miserrimus mundus, & miseri q eũ sequũtur. Sẽper. n. homines mundialia opera excluserũt à uita. Sed fortè dicis, Et uillã colere peccatũ est? Et si quidẽ impedimentũ fidei, aut religionis tibi nõ facit uilla, sicut fecit Iudæis, nõ habes peccatũ: si aũt uel à L fide, uel à religione tibi facit impedimentũ, fit peccatum. Non ergo ipse uillæ cultus peccatũ est, sed tu pferendo eã deo, facis eã esse peccatum. Opera enim nostra authentica, opera sunt iustitiæ: opera aũt carnalia, superoperationes dicuntur, nõ opera: quia iustitia ad uitã æternã pertinet uerã, opus autem terrenũ non ad uitã, sed ad sustentationẽ uitæ huius temporalis. Ideo ergo opus iustitiæ attentè facere debemus, opus aũt terrenum transitoriè. Si ergo honestũ opus sequendo homines debitum honorẽ deo non reddiderunt, talẽ irã merentur: putas quali ira sunt digni, qui non honesta opera, sed negociationes sequẽdo, nõ ueniunt ad deũ? Aut ita: Villa est iste mũdus, circa quem homines am atores mũdi occupãtur q̃stibus eius, quasi uillæ cuiusdã redditibus delectati. Negociatio aũt prædicatio legis, & procuratio tẽpli, quam auari sacerdotes quasi negociationẽ æstimãt, quando lucrosam, & nõ dispensationẽ diuini operis putant, & nõ onerosam. Ergo per operationẽ uillæ populares significãtur homines, quos mũdi delecta tio seperauit à Christo. Per operationẽ autem nego- M ciationis, sacerdotes cæteriq; ministri tẽpli significãtur, quos lucri obtentu uenientes ad ministeriũ legis & tẽpli, auaritia seperauit à fide. Nõ dixit, malignati sunt, sed neglexerũt: quia non oẽs Iudæi crucifixerũt Christũ, nec audierunt doctrinã ipsius, aut consense runt in mortem eius. Quidam. n. secularibus negociis ocupati, non uenerunt ad Christũ, nec audierũt doctrinam ipsius, nec uiderunt mirabilia eius, ideóque non crediderunt in eũ. Qui ergo odio, aut inuidia crucifixerũt Christũ, illi malignati sunt: q aũt negociis impediti sunt, non crediderunt: illi neglexisse dicuntur, non malignati. Nã sunt quidã hoies, q pos sunt & audire & credere, sed solicitudo rerum necessariarũ, & delectatio mundi separat eos à deo, quos dominus terrã spinosam appellat. Reliqui uerò tenuerunt seruos eius, & contumelia affectos occiderunt. De sua morte tacet, quia iam in priori parabola dixerat: sed ostendit mortẽ discipulorũ suorũ, quos post ascẽsum ipsius occiderunt Iudęi, maximè sacerdotes Stephanũ lapidantes, in Iacobi morte gauden tes. Item Iacobũ Alphæi lapidãtes: propter quæ omnia Hierusalem destructa est à Romanis. Ideo dicit.

Act.7.8. Ibid.12.d

A *Audiens autem rex, iratus est: & misit exercitiũ suũ, et per*

Pſ. 23.a. *didit homicidas illos, et ciuitates eorũ succẽdit.* Romanus exercitus, dicitur exercitꝰ dei: Quia domini est terra, & plenitudo eius. Nec. n. uenissent Romani in Hierusalem, nisi dominus eos excitassset. Quidã autẽ exercitum angelos dicit, & ciuitatẽ pro ciuibus ponit: ac si dicat: Misit angelos suos, & ciues illos misit in ignẽ æternum. *Et dixit seruis suis: Ite ad exitus uiarũ, & quoscunque inueneritis, uocate ad nuptias.* Manifestũ est quidem, quia post contemptam contumaciã Iudęorũ, de uocatione Gentiũ dicit, qđ dicit, Ite ad exitus uiarum. Propterea requiramus q̃ sunt uiæ istę, & ad quarum exitus misit Xp̃s discipulos suos. Puto ergo quoniam sicut generalis & publica uia est Christus, q̃ ducit ad uitam: & uiæ dicũtur oẽs prophetæ, & omnes apostoli: hæ enim oẽs uię dicunt ad Christum, xp̃s autem ad patrem: sic generalis & publica uia est diabolus, q̃ ducit ad mortẽ, & uiæ sunt omnes professiões seculi istius: Vtputa professio philosophię, una est uia: professio militiæ, altera est uia: mundialis dignitas, altera est uia: professio ludorũ, altera uia est

B mũdi. Et quid plura dicam? Quãtæ sunt diuersitates actuũ í hoc mũdo, tãtę sunt uiæ, q̃ oẽs uię ducũt ad diabolũ, generalem uiã perditionis. Ideo ergo dicit: Ite ad exitus uiarum, & cuiuslibet conditionis hoies uocate ad fidem. Adhuc sicut castitas uia est q̃ ducit ad Xp̃m, & misericordia, cæteræq; uirtutes: sic & fornicatio uia est q̃ ducit ad diabolum, & auaritia, cæteræq; species malæ. Iubet ergo ut cuiuscunq; cõuersationis hoies inuitẽt ad fidem, quoscunq; siue seruos, seu liberos. Deus. n. corporalem seruitutem non cõtemnit, nec corporalẽ eligit libertatẽ. Omnis qui diaboli seqtur uolũtatẽ, seruus est diaboli, etsi sit liber: q autẽ obaudit deo, ille uerè ingenuus est, etsi fuerit seruus. Ingenuitatem. n. spiritualem nõ sordidat seruitus corporalis, nec turpitudinẽ spiritualẽ honestat corporalis libertas. Seruitutem. n. nõ dei dispositio, sed humana uiolentia introducit. Ois enim homo liber creatus est, quẽ deus in libero arbitrio posuit, nisi ipse fecerit se seruũ. Et sicut nõ est distãtia in natura creationis hominũ, sic nõ fit differẽtia in uocatione salutis eorum oĩum, siue barbarorum, siue sapientum: quoniã potens est dei gratia barbaras mẽ-

C tes corrigere ad rationabilẽ intellectum, qui cor Na-

Da.4.e.f. buchodonosor ad feralẽ sensum mutauit, & iterũ se ralem sensum eius ad humanũ intellectũ reduxit. Potens est, inquã, mutare oẽs, siue bonos, siue malos: boni ne peant, mali, ut inexcusabiles fiãt. Nemo propter ignorantiam pereat, nemo pp ignorantiam excusetur. Oẽs uideant lumen, ut appareant, qui amãt tenebras, & qui lumen. Qui. n. filius est tenebrarum, etsi compellas eũ, non accedit ad lumen: qui aũt filius est luminis, nec si repellas eũ, recedit à lumine. *Intrauit autem rex, ut uideret discumbentes.* Intrauit autem deus, non quia est aliqs locus ubi nõ sit, sed ubi uult aspicere, ibi sit psens: ubi autẽ non uult, absens uidetur. Dies. n. aspectionis, est dies iudicii, quando uisitaturus est Christianos, q̃ super mẽsam scripturarum sanctarũ recumbunt: id est, requiescũt in fide earũ, & cœlestib. epulãtur doctrinis. Aut dies aspectionis, est dies tentationis: quãdo dignatur tentare ecclesiam suam, ut uideat q habẽt fidem, & opa digna

Col.3.b. Christi uocatione. Nuptiale uestimentũ est fides uera, q̃ est per Iesum Christum & iustitiam eius de qua ait Apostolus: Expoliate uos ueterẽ hoiem cũ actibus suis, qui corrũpitur secundum cõcupiscentiã erD roris, uestientes uos nouum hoiem, q secũdum deũ creatus est in iustitia, & sanctitate ueritatis. Quòd dicit, in iustitia: ad cõuersationẽ pertinet: quòd aũt dicit, in sanctitate ueritatis: ad fidei ueritatem. Vestimẽta ergo ueteris hois sunt pannosa & sordida opa carnis, corruptibilia & immũda: uestimẽta aũt noui hominis, sunt fortia & decora opa spiritus, incorruptibilia & sancta. Quemadmodum. n. si aliquis cum nigris uestimentis inueniatur in nuptijs, sordidat gloriam nuptiarum: ita & q opa habet tenebrosa, & inter Christianos quasi unꝰ ex eis cõuersatur, ipsi Christianitati facit iniuriam. Homo itaq; aut secundũ locum eligat uestem, aut secũdum uestem eligat locũ: id est, aut secundũ opa eligat professionẽ, aut secundum professionẽ faciat opera. Qui uult esse Christi, faciat opera Christi: qui autẽ nõ uult opera Christi facere, non ueniat ad Christũ: alioquin audiet in die iudicij: *Amice, quomodo huc intrasti, non habens uestẽ nuptialem? & obmutescet.* Hic. n. abscondimus opera nostra, & inuicem corda nostra celamus: in illa aũt die nihil est quod respondeamus, ubi cœlum, & terra, & E aquæ, sol & luna, dies & noctes, & totus mũdus stabit aduersum nos in testimoniũ peccatorũ nostrorũ. Et si oĩa taceant, tamẽ ipsæ cogitationes nostræ, & ipsa opa nostra specialiter stabũt ante oculos nostros, accusantes nos ante deũ, dicẽte Apostolo: Co *Rom.2.c.* gitationib. inuicẽ se accusantibus, aut ẽt defendentibus in die cũ iudicabit deus occulta hoĩum, p Iesum Christum dominum nostrũ. *Tunc dicet rex ministris: Ligate ei manus et pedes, et mittite eũ in tenebras exteriores.* Sicut est differentia gloriarũ in sanctis secundum opa, dicẽte Apostolo: Stella. n. à stella differt in clari- *1.Co.15.c.* tate, ita & resurrectio mortuorum: sic quoq; differẽtia est tormentorũ in peccatorib. Sunt. n. primæ tenebræ & exteriores, & nouissimi lacus. Ex eo autem quòd dixit, Ingressus: ut remuneraret amicos: nõ autẽ dixit, cõgregauit rex oẽs q uenerũt ad nuptias: datur suspicio æstimãdi, ne fortè dicat hoc de uindicta iudicij. Adhuc aũt, qa nõ dixit, mittite eum in tenebras inferiores, ut eas tenebras inferiora loca iuferni æstimemus: sicut ibi, Et eripuisti aĩam ex inferno in- *Pſ.85.c.* feriori: sed ita dicit, in tenebras exteriores. Ergo quo tiescũq; tẽtat deus ecclesiã suã, & uentilat uentilabro F iudicij, ingreditur ad eam, ut uideat discũbentes qui sunt, aut quales sunt: si digni sunt cœlestib. nuptijs, & cõuiuio illo uiuo. Et si inuenerit aliquem non habẽtẽ uestẽ nuptialẽ, secũdum ea q̃ diximus, interrogat eũ in cogitationib. suis: sicut scriptũ est: Quia in co- *Sapiẽ.1.c* gitationibus impij interrogatio erit. Et iterrogat eũ, q̃ sunt opera ista q̃ agis, quia non sunt opera Christiani. Vt qd factus es Christianus, si hæc opera diligebas? Ita ut non habeat qd respondeat contra cõscie, tiam suam. Et hunc ergo talem cũ uiderit in ecclesia Christus, iubet ministros suos, id est, aliquos spiritus seductionũ. Nã mala p malos spiritus reddet: qualis fuit spiritus erroris, quem misit deus, ut seduceret Achab, sicut scriptũ est in tertio libro Regnorum. Vel *3.Re.21.f* qualis est illa operatio erroris, quã dabit eis deus, q̃ *g.* charitatem dei non acceperũt, ut credant mẽdacio. Et ligãt manus hoĩs illius: id est, opera eius, q̃ sunt aĩæ manus, quæ homines rectius tollunt ad mandata dei. Ligãt & pedes eius, id est, motus aĩæ eius, quibus aĩa sõlet incedere & transire: non de loco ad locum, sed de malo ad bonũ, uel de bono ad malũ: id

Universidad de Deusto Biblioteca

G est, obligant, & inebriant, & inuoluunt opa eius, ut quo nescit sic in laqueum perditionis incurrat. Et ap prehẽdentes eũ, per ipsa opa eius, mittunt eũ in tenebras, id est, in errores uel Gentium, uel Iudæorũ, uel hæreticorũ. Et forsitan propinquiores tenebræ sunt Gentiliũ, exteriores Iudæorũ, plus aũt exteriores hæ reticorum. Quoniam Gentiles ueritatẽ spernũt, quã nõ audierunt: Iudæi aũt, quã non crediderunt, hære tici aũt, quã audierunt & didicerũt. Ipsarũ quoq; hæ reticarum tenebrarum, q̃dam sunt propè lucem ueritatis: aliæ autem longius à ueritate, & ideo nigrio res: aliæ aũt amplius longæ, & ideo presiores & exte riores. Ideo dixit, *Mittite eos in tenebras exteriores*. id est, in hæreses peruersissimas. *Ibi erit fletus, & stridor dentium.* Videte quia nõ dixit, Ibi est fletus & stridor dentiũ: sed, erit. Ergo modò mittũtur i illas tenebras mali, postea patiẽtur fletus, ubi est & stridor dentiũ.

Homilia xlj. ex cap. xxij.

Vnc abeuntes Pharisæi, consilium inierunt, ut ca
t *perent eum in sermone. Et mittunt ei discipulos*
suos cũ Herodianis, dicẽtes: Magister, scimus quia
uerax es, & uiã dei in ueritate doces, & nõ est tibi cura de
H *aliquo. Nõ. n. respicis personã hominũ. Dic ergo nobis quid*
tibi uidetur: licet censum dari Cæsari, aut nõ? Cognita aũt
Iesus nequitia eorũ, ait: Quid me tentatis hypocritæ? Ostẽ
dite mihi numisma cẽsus. At illi obtulerunt denariũ. Et ait
illis Iesus: Cuius est imago hæc & superscriptio? Dicunt ei:
Cæsaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæ
sari: & quæ sunt dei, deo. Et audientes mirati sunt, & reli
cto eo abierunt. In illo die, accesserunt ad eũ Sadducæi, qui
dicũt nõ esse resurrectionẽ, & interrogauerũt eũ, dicentes:
De.28.b. *Magister, Moses dixit: siquis mortuus fuerit non habens fi*
lium, ut ducat frater eius uxorẽ illius, & suscitet semẽ fra
tri suo. Erãt autem apud nos septẽ fratres: et primus uxore
ducta defunctus est, & nõ habẽs semẽ, reliquit uxorẽ suã
fratri suo. Similiter secũdus & tertius, usq; ad septimũ. No
uissimè aũt omniũ et mulier defuncta est. In resurrectione
ergo cuius erit de septẽ uxor? Oẽs. n. habuerũt eam. Respon
dens aũt Iesus, ait illis: Erratis, nescientes scripturas, neque
uirtutẽ dei. In resurrectione. n. neq; nubent, neq; nubẽtur,
sed erunt sicut angeli dei in cœlo. Et de resurrectione autẽ
mortuorum nõ legistis, quod dictum est à deo, dicẽte uobis:
Exod.3.b *Ego sum deus Abraham, & deus Isaac &c.* Omnis qui
I de malitia confunditur aliquoties ratione ueritatis,
corrigitur autem nunq̃, maximè eorum qui proposi
to malo, & nõ ignorantia peccant. Sic etenim sacer
dotes postq̃ terrere dominũ nõ potuerunt, dicẽtes:
Luc.20.a In qua potestate facis hæc? postq̃ parabolarũ ratio
ne constricti, sic iudicio ipsi se reos fecerunt, dicẽtes:
Sup. 21.d Malos malè perdet, nemine contra eos dicente testi
moniũ, nisi cõscientia sola: nunqd compunxit eos ti
mor peccati? Nunqd cõpescuit eos uel libertatis con
sideratio? Sed quid? *Abierunt, & consilium acceperunt*
ut eum caperent in sermone. Quẽadmodũ si aliqs clau
dere uoluerit aquæ currẽtis meatum, si una ex parte
exclusa fuerit aqua, uiolẽtia aliunde sibi semitã rum
pit: sic & eorũ malignitas ex una parte cõfusa, aliun
dè sibi aditum adinuenit. Sicut. n. non potest fieri, ut
ligna mittendo extinguas ignẽ: sic nõ potest fieri, ut
rationẽ dicẽdo places hominẽ malum. Sicut. n. ignis
quantò amplius ligna susceperit, in maiorẽ flammã
erigitur: sic animus malus quantò magis ueritatẽ au
dierit, eò amplius in malitiam excitatur. Abierunt er
go, & consilium acceperũt. Quò abierunt? Ad Hero
dianos. Nã ex eo quod nõ dicit, cõsiliati sunt: sed cõ
silium acceperũt: & ex eo quòd pariter cũ Herodia- K
nis uenerũt, apparet, qa cũ illis eiusmodi circũuentio
nis cõsiliũ tractauerunt. Homo colonus, cuius terrã
possidet, illi⁹ auxilio opus habet. Qui iustitiã tenet,
nullius patrocinio indiget, nisi dei. Qui in diaboli ini
quitatib. ambulat, diaboli adiutoriũ necessarium ha
bet. Colonus. n. dei, diaboli auxilium nõ requirit: co
lonus aũt diaboli, auxilium dei etsi q̃rit, nõ inuenit.
Vidisti aliquãdo eũtem ad furtũ, deum orare, ut be
ne prosperetur i furto? Aut q uadit ad fornicationẽ,
nunquid sibi signũ crucis ponit in fronte, ut nõ cõ
prehendatur in crimine? Quod si fecerit, nõ solũ nõ
adiuuatur, sed adhuc ampli⁹ traditur: qa nescit iusti
tia dei patrociniũ dare criminib. Sic & isti Xp̃m expu
gnare cupientes, cõuenienter nõ ad seruos dei, uiros
religiosos, sed ad Gentiles, id est Herodianos se con
tulerũt. Quale est consiliũ, tales & cõsiliatores. Quis
aũt poterat dare cõsilium cõtra Xp̃m, nisi diabolus
q erat aduersarius Xp̃i? Cogitabãt. n. apud se sacerdo
tes, si nos soli euntes interrogauerimus Xp̃m, quãtis
dixerit qa nõ licet dari Cæsari tributum, tamẽ nemo
nobis credet dicentib. cõtra eũ: iam. n. oẽs sciunt, qa L
inimici eius sumus. Inimicorum autẽ testimonium
in iudicio, etsi uerũ fuerit, quasi suspectum reproba
tur. Sed nec per seipsos Xp̃m interrogare uolebãt, qa
in magna suspicione inimicitiæ eorũ fuerant apud
Christum, ne fortè quasi suspecti circũuenire eum
non possint. Nam inimicus manifestus melior est, q̃
amicus fictus. Ille dũ timetur, facilè uitatur: iste dũ
non agnoscitur, p̃ualet. *Miserunt ergo discipulos suos*
quasi adhuc minus cognitos, & minus suspectos, ut
aut absconditè facilè deciperet eũ, aut deprehẽsi mi
nus erubescerent apud eum. Nam consilio malo de
prehenso, tantò minor nascitur cõfusio, quantò fue
rit psona deterior. Sed discipuli illi magistris suis æta
te minores erãt, malitia aũt pares. Nam & pulli serpẽ
tium statura breuiores, ueneno aũt æquales sunt. Et
catuli luporũ adhuc teneri cõstituti, etsi uenationẽ
exercere non possunt, iam tamẽ sanguine gaudent,
& morsibus lædunt. *Magister, scimus quia uerax es, &*
uiam dei in ueritate doces. Magistrum eum uocãt, & ue
racẽ: magistrũ, ut quasi honoratus & laudatus my
sterium sui cordis simpliciter eis aperiat, tanq̃ uolẽs M
eum habere discipulos. Hæc. n. est hypocritarum pri *Hypocri-*
ma potentia, simulata laudatio. Laudant. n. quos p- *tarum mos.*
dere uolunt, ut p delectationẽ laudis, paulatim cor
da hoũm ad simplicitatem benignæ cõfessionis in
dinent. Veluti siquis taurum ualidum uirib. non po
test subiugare, & uinculo flectere, mollib. manibus
nodosam eius fricat ceruicẽ, ut quem uirtute tenere
nõ potuit, per blandimẽtum cõprehendat: Sic & isti
catenã subdolæ laudis portãtes in ore, & gladiũ ma
litiæ absc̃odentes in corde, taurũ ecclesiastici gregis
dolo laudis cõprehendere festinabãt. De quo tamẽ
prophetãs Iacob, iam tũc increpabat Leui filiũ suũ,
quia de Leui erãt nascituri sacerdotes, qui interfectu
ri erant Christum. Symeon & Leui fratres cõsumma *Ge.49.a.*
uerũt iniquitates suas. In cogitationes eorũ nõ uenit
aĩa mea, & in cõsilia eorum non cadant præcordia
mea, quia in ira sua occiderunt uirũ, & in furore suo
subneruauerunt taurũ. De talib. dicit propheta: Mol
liti sunt sermones eorũ super oleũ, & ipsi sunt iacula. *Psal.54.d*
Quid tibi uidetur? licet censum dari Cæsari, an non? Non
est iustũ, ut serui sũmi regis terrenis regib. seruiam⁹.
Si enim indignũ est, ut ex duobus regib. homo alte-

A rius alteri obsequatur, & iniuriã facit suo, si subiacet
alieno: quantò magis indignũ est, ut cultores dei hu
manarũ potestatũ grauamina cognoscam⁹? Cogni
ta aũt eorũ nequitia Iesus, non secundum sermones
eorũ pacificos blandè respondit, sed secundum con
scientiam eorũ crudelem aspera dixit: quia deus ple
runq; ad aĩam loquitur, non ad corpus: uolũtatibus
respondet, non uerbis. *Hypocritæ, quid me tẽtatis? Ostẽ*
dite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denariũ.
Dicit eis hypocritæ, ut quod ab eo audierũt in aure,
apud semetipsos inueniãt in corde: ut cõsiderãtes eũ
humanorũ cordiũ cognitorẽ, qd facere cogitabant,
perficere non auderent. Vide ergo, qd Pharisæi qdẽ
blandiebantur, ut pderẽt: Iesus uerò cõfundebat, ut
saluaret: quia utilior est homini deus iratus, q̃ homo
propitius. *Et ait eis: Cuius est imago hæc, et superscriptio?*
Dicunt ei: Cæsaris. Tũc dixit eis: Reddite ergo q̃ sunt Cæ
saris, Cæsari: et q̃ sunt dei, deo. Imago dei nõ est in auro
depicta, sed in hominibus figurata. Numisma Cæsa
ris, aurũ est: numisma die, homo. In solidis Cæsar ui
detur, in hominib⁹ deus agnoscitur. Ideo diuitias ue
stras Cæsari date, deo aũt cõscientię uestrę solã inno-
B cẽtiã reseruate, ubi deus uidetur. Cæsaris. n. imaginẽ
manus artificis sculpsit, & corruptibilibus literis an
notauit: dei aũt imaginem in hoĩe diuina manus de
cem uiuis apicibus demõstrauit. Quibus? Illis quinq;
sensibus carnalib⁹, & quinq; spiritualibus, p quos cõ
sideramus, & apprehendimus q̃ sunt utilia, ut deus.
Ideoq; illibatã deo semper imaginem suã reddamus.
Non supbiæ fastu tumidã, non iracũdiæ, liuore mar
cidam, nõ auaritiæ facibus succẽsam, non gulæ ille-
cebris deditam, non hypocrisis duplicitate cõtectã,
non luxuriæ sordibus atraminatã, non elationis pro
tensione leuẽ, nõ uinolentiæ tabe amentem, nõ dis-
sidio mutuæ charitatis extorrẽ, nõ detractiõis mor-
dacitate pestiferam, nõ multiloquii uanitate inanẽ,
sed charitate perspicuã, fide & spe certissimã, patien-
tiæ uirtute fortissimã, humilitate trãquillã, castitate
purpuream, parsimonia sobriam, tranquillitate iocũ
dam, hospitalitate deuotam. Talibus. n. inscriptioni-
bus suũ deus numisma nõ mallei, uel incudis ictu cõ
posuit, sed prima conditione formauit. Cæsar. n. suã
in numo requirit imaginem, deus uerò hoĩem quẽ
creauit, exquirit. Non dimittit Cæsar suũ qd debetur
C numisma, nec deus suam unquã exgrendo relaxat fa
cturam. Sicut qui suã Cæsari adulterinam imaginem
reddit, flagellari tortoribus, & atrocibus iubet subii-
ci pœnis: sic deus oĩpotẽs corruptores imaginis suæ
morti tradit ppetuę, & ifernales iubet pœnas psolui
immẽsas. Ita q uitare horrenda exitia cupit, incorru-
ptã studeat authoris sui imaginẽ cõseruare, quaten⁹
cũ suã quã formauit req̃sierit deus imaginem, saluã
& immunẽ ab inimici infectionibus cernẽs, suo col-
locet gremio, angelorũq; choris admiscẽs, perpetuis
faciat cœlorum gaudiis perfrui. *In illa die, accesserunt*
ad eũ Sadducæi, qui dicunt resurrectionem nõ esse. In qua
die? Quando recedebant Pharisæi, & accedebãt Sad
ducæi. Recedebãt Sadducæi, & iterũ accedebãt Pha
risæi. Vnus dies est, & multa certamina. Frequẽtabãt
enim super eũ, tali fortè consilio, ut quis aut compre
hẽdere eũ posset: aut si certè eũ ratione superare nõ
possent, uel per ipsam frequẽtationẽ subuertere̅t sen
sum ipsius. Quẽadmodum si iter plures hostes inue
niatur unus pugnator fortis, dũ singuli uiribus eum
superare non possunt, circunueniunt eum oẽs, ut qd
uirtute nõ poterãt superare, ipsa multitudine conuer D
tant eũ in fugã. O stulti, siqs corruptibili fonte uta-
tur assiduè, magis fontis illius uenas laxat, & maiorẽ
aquam infundit. Et illi de fonte uiuo aq̃ salientis in
uitam æternã hauriebãt sermones, & putabant eum
plura interrogãdo siccare. Circũdabant ergo eũ, qua
si plures canes garruli unum leonem. De his. n. dixe
rat per prophetã: Quoniam circundederunt me ca- *Psal.21.d*
nes multi. Et uerè tãquã irrationabiles canum latra-
tus, sic erat uox Sadducæorũ. Videamus consiliũ ini
mici, quod p Sadducæos opabatur. Diabolus enim
semper aduersarius Xp̃i est, qui semper sibi thronum
domini usurpabat, testãte propheta: Sup stellas cœli *Esa.14.d*
ponam tribunal meũ, & ero similis altissimo. Ab ini-
tio mox ut creatus est homo, tẽtauit unius dei notiti-
ã obscurare, & culturã multorũ deorũ inducere, di-
cens ad Euam: Et eritis sicut dij, sciẽtes bonũ & ma- *Gene.3.b*
lum. Sicut. n. omne malum non à perfecto malo in-
cipit, sed paulatim in primis: sic & istud tã audax ma
lum, primũ leuiter & latẽter inspirauit, id est, persua-
sit: non quidẽ ut colerent deos, sed interim fecit mẽ-
tionem deorũ, quos debeant colere. Adhuc. n. non
erat multitudo hominũ pessimorũ, in quibus semi- E
naretur fallacia deorum multorũ. Nã uirtus diaboli
est, quòd hoĩes mali sunt. Nec. n. potest aliquod ma
lum seminare in mũdo, nisi per ministros suos: quia
in sanctis non inuenit locũ. Crescente itaq; numero
hominum malorũ, creuit & uirtus erroris, & minuit
notitiã dei, usq; ad dies Abrahę, quẽ deus suscitauit,
ut tam per eũ, q̃ per eius familiam, dei notitia in mũ-
do, tanquam lucerna luceret in tenebris. Videns ita
que quia notitiã dei oĩno extinguere nõ potuit, aliã
adinuẽtionem excogitauit erroris, ut etsi cognosca-
tur deus uirtutũ, tamen nullus obediat præceptis ip-
sius. Nã dominus, cuius præcepto nullus obtẽperat,
cũ sit dominus, esse dominus non uidetur: qa nomẽ
habet tantũmodo, non potestatẽ. Quid ergo? intro
duxit hæresim Sadducæorũ, qui dicerent nõ esse re- *Hic sup.e*
surrectionem mortuorum. Quæ res oĩum proposi- *Mar.12.c.*
tum faciẽdæ iustitiæ frangit. Nam in oĩ re, aut actu, *Luc.20.c*
siue corporale, siue spirituali, agẽdi uirtus spes est p- *Act.23.b*
miį futuri. Qui. n. arat, arat ut metat. Qui pugnat, pu
gnat ut uincat. Nam cũ sit ita difficile in hoc mũdo
seruare iustitiæ sanctitatẽ, quis cõtentus esset, aduer-
sus seipsum quotidie lactamina exercere, nisi ad spẽ F
aspiceret resurrectionis? Tolle ergo spem resurrectio
nis, & soluta est tota obseruãtia pietatis. Nunqd Sad
ducæi credebãt esse cõiugia post mortẽ? Absit Quo
modo. n. coniugia crederent fieri, quãdo ipsam resur
rectionem negabãt? Sed ad defensionem erroris sui
putabãt se inuenisse acutissimã rationẽ, hoc modo
apud se dicẽtes: Sicut nõ est possibile, ut ea mulier q̃
fuit septem uirorũ, sit unius uxor priuata, aut oium
cõmunis: sic nõ est possibile, ut fiat resurrectio mor-
tuorum. *Respondens autẽ Iesus, ait eis: Erratis, nescientes*
scripturas, neq; uirtutẽ dei. In resurrectione enim neque nu
bent, neq; nubẽtur, sed sunt sicut angeli dei in cœlo. Stulti
qui seculum illud huic seculo simile existimabant. In
hoc seculo quia morimur, ideo morimur, quia nasci
mur: ideo uxores ducimus, ut qd moriendo minuã-
tur, nascendo suppleatur. Tolle moriẽdi necessitatẽ,
& nascendi utilitas superflua inuenitur: tolle nascẽdi
utilitatem, & nubendi causa soluta est. Nam iste mũ
dus carnis est, ille autem animarum. Sicut anima in
hoc mũdo peregrina est, ita caro in illo extranea est,

G In isto mundo aïa carni subiecta est, quãtùm ad pas
siões humanas, in illo autẽ caro aïę. Vnaquęq; res in
sua patria fortior est, & dominatur. Si ergo aia sic po
tẽs claudi potest in hoc seculo infirmo, & terreno cor
pori sic subdita est, ut nihil penè spiritualiter sapere,
aut agere possit secundũ suã naturã: quãtò magis cũ
in illo seculo caro infirma & uilis, dignitosæ aïæ &
potẽti cœperit eẽ subiecta, nihil poterit carnale sape
re, aut agere secundum suam naturã? Nã hoc ipsum
modicũ, quod in hoc seculo ĩ corpore cõstituta aïa
spiritualiter sapit, nimia potestas aię hoc sibi uendi
cat extra ordinem, quia dominatio carnis est in hoc
mũdo. Quemadmodũ diues peregrẽ profectus, si in
hospitio applicuerit paupis alicuius, quãuis nõ po
test iubere in domo qđ uult, qa hospes est, tamẽ ma
gnam sibi fiduciam agẽdi aliqd uẽdicat, quia potẽs
est: sic & aïa peregrina in hoc regno carnis ingressa,
quanuis non oïa spiritualiter agere possit secũdum
se, qa extranea est in hoc mundo, tamen aliqd spiri
tuale uendicat & in carne, quia nimiũ potens est. Et
ecõtrariò: Sicut peregrinus paup nihil in hospitio di
uitis potest, primò qa peregrin⁹ & hospes est, deinde
H quia mendicus & pauper est: sic & caro cũ in illud se
culum resuscitata migrauerit, nihil oĩno sibi poterit
carnale defendere: primũ, quia extranea est in illo se
culo spirituali: secũdò, qa infirma est carnis natura. Et
hoc quidẽ diximus secundum rationem mortalem.
Alioquin in resurrectiõe mutãda est ipsa carnis natu
1.Co.15.f ra, ut nihil carnis habeat in se, nisi fortè tantũmodo
formã, sicut scriptũ est: Seminatur corp⁹ animale, re
surget autẽ corpus spirituale. *Respondens Iesus ait: Er
ratis, nescientes scripturas, neq; uirtutẽ dei. In resurrectione
enim neq; nubent, neq; uxores ducẽt, sed sunt sicut angeli
dei in cœlo.* Quare cũ de ieiuniis, aut eleemosynis, cę
terisq; uirtutibus spiritualibus locutus fuisset, nũquã
angelorũ similitudinẽ itroduxit, nisi cũ de soluto ui
ri & mulieris coitu loqueretur, dicẽs: Neq; nubẽt, ne
que nubẽtur, sed sunt sicut angeli dei in cœlo? Quo
niã sicut oẽs actus carnales opera sunt animaliũ, prę
cipuè tamẽ actus libidinis opus est animalium: sic &
oẽs quidem uirtutes spirituales, res sunt angelicæ, p̃
cipuè tamen castitas res est angelica. Per hoc enim
solũ singulariter homines angelis assimilãtur, & uin
citur natura uirtutibus. Ideo dicit, Neq; nubent, neq;
I nubentur, sed sunt sicut angeli dei in cœlo. Sicut.n.
quando hoc agimus, quod aïalia habent nobiscum
commune, aïalia esse nos profitemur: sic quando il
lud agimus, quod est extra naturã carnalẽ, naturam
carnis egredimur, & angelis coæquamur. Sed qa pri
mum quidem & naturale est animaliũ, ut nõ unius
masculi, uel unius fœminę lege contẽta sint: propriũ
aũt naturale est angelorũ oĩno separatos esse ab usu
libidinis. Qui uerò unius masculi, aut unius fœminę
lege contentus est, mediam tenet conditionẽ, & est
homo, id est neq; angelus, neq; animal est. Angelus
quidẽ nõ est, quia nec est separatus ab usu libidinis:
aïal autẽ non est, quia unius lege contentus est. Qui
autẽ oĩno separatur ab usu libidinis, supgreditur na
turam humanam, q̃ media est, & ad conditionẽ trã
sit angelicam. Sed nunc uideamus, qua ratione dixi
mus, quòd oĩs quidem actus carnalis, opus est ani
malis, p̃cipuè tamen libido. Per omnem actũ carna
lem homo aïalibus similis inuenitur, maximè autẽ
per usum libidinis, quoniam oĩum quidem carnalĩ
um sensuum opus non solũ ad malum proficit, sed
etiam ad bonũ. Est.n. & secundum deum uidere, & K
audire, & odorari, & gustare, & tãgere. Quotiescũq;
enim aspicimus multiformes species rerũ, audimus
uarios sonos uocũ, odoramus diuersas fragrationes
odorũ, gustamus innumerabiles suauitates gustuũ,
palpamus qualitates rerũ innumeras, de opibus po
tentiæ & sapiẽtiæ dei diiudicamus, ut cognoscam⁹
& colamus eiusdẽ creatiõis authorẽ. Ideo si tollim⁹
à nobis usum sensuum illorum pp malum quod fit
ex illis, impeditur etiã bonũ quod fieri solet per eos.
Tantũmodo sensus ille libidinis semper in malo est,
& nũquã in bono. Propterea si repellamus à nobis li
bidinis usum, nullũ bonũ impeditur ex illo: nec.n.
aliquod bonũ est, qđ generetur ex illo, nisi sola na
tiuitas carnis: qa & ipsa generatur ex malo. Ideo autẽ
dissipata est, ut ex corruptiõe nascatur: quoniã & ip
sa post modicũ est corrumpenda. Sicut.n. non est di
gnũ, ut quod æternũ est ex corruptione nascatur: sic
non est dignũ, ut qđ ex corruptione nascitur sit eter
nũ. Quia caro & sanguis regnũ dei non possidebũt, *Ibidem.f*
neq; corruptio incorruptelã possidebit. Item dicit Io *Ioan.3.b.*
annes: Dedit eis potestatẽ filios dei fieri, qui non ex
carne, neq; ex sanguine, neq; ex uoluntate uiri, sed ex L
deo nati sunt. Item alia ratio. Quoniã secundũ istos
sensus carnales, quos habet caro, habet ecõtrariò aia
spiritualiter. Nam & uidet aïa spiritualiter, & audit, &
odorat, & gustat, & tãgit, sicut in multis expositum⁹
locis. Vnde & decachorda cithara dicitur homo. So
lus aũt libidinis sensus inter aïam & carnem non est
cõmunis, sed solius carnis proprius & priuatus. Pro
pterea per oẽs actus carnales, qui sunt ex quinq; sen
sibus carnalib⁹, homo aïalibus similis iuenitur: ma
ximè autẽ ex usu libidinis, quia ad solã pertinet car
nis naturam. *Nescitis scripturas, neq; uirtutem dei.* Sapiẽ
ter primùm arguit stultitiam eorum, quia non lege
bant. Secundò ignorantiã, qa nõ cognoscebãt deũ,
quia ex diligentia lectionũ nascitur sciẽtia dei. Ignoranti
a autẽ, negligentiæ filia est. Si enim nec omnes
qui legunt cognoscũt deum, qũo cognoscet qui nõ
legit? Quòd autem diximus, non oẽs legẽtes cogno
scere ueritatem dei, tunc est si nolentes inuenire, le
gant. Qui.n. legens de deo, uult inuenire deum, festi
net uiuere deo dignè, & ipsa cõuersatio ei⁹ bona sit
quasi lãpadis lumen ante oculos cordis eius, uiã ape
riens ueritatis: qui aũt nõ festinat uiuere dignè deo, M
legens non deum q̃rit ad salutem suam, sed sciẽtiam
dei ad gloriam uanã. Ideo etsi semp legat, nũquam
inuenit: Sicut nec philosophi inuenerũt, q ipsam cau
sam quærebãt. Putas sacerdotes Sadducęorũ non le
gebãt scripturas? Sed cognoscere nõ potuerũt deũ in
eis, quia nolebant uiuere dignè deo. Nec.n. poterant
suа uerba docere, quos mala opa docebãt. Talis est *Intelligẽ*
enim scriptura nolenti uiuere secundum deũ, quem *tia sacra-*
admodum si aliquis agricolæ nõ habẽti uoluntatẽ *rũ litera-*
pugnandi, exponat bellicam disciplinã: ecõtrariò au *rũ nõ ap-*
tem uiro bellatori nolenti colere terrã, agriculturam *duo ac-*
exponat: si tota die audiat uerba expositiõis illi⁹, ni *quirũtur*
hil intelligere aut cõprehendere potest, quia nec ha *studio,*
bet desiderium disciplinæ illius. Vbicunque.n. fuerit *sed deo*
desiderium hominis, illuc dirigitur & sensus ipsius. *digna uo-*
Ideo ad illud quidẽ quod dixit, Nescitis uirtutẽ dei: *ta.*
hoc retulit, dicens: In resurrectione.n. neque nubẽt,
neq; nubentur. Ad illud autẽ quod dicit, Nescitis scri
pturas: exemplũ protulit, dicẽs: Ego sum deus Abra
ham, & deus Isaac, & deus Iacob. Si.n. Abraham, & *Exo.3.b*
Isaac,

A Isaac, & Iacob morientes periissent, nunq̃ diceretur
deus eorũ esse, q non erant. Diximus supra cũ de ma
nu extẽsa hois arida tractaremus, qa calumniatorib.
primũ oportet in aliqua quæstione authoritatẽ scri
pturæ proferre, deinde rationem exponere, nõ prius
rationẽ, postea authoritatẽ. Et causæ huius ibi expo
suimus rationem, qa & ibi sic fecit Christus. Hic autẽ
interrogantibus Sadducæis, & per ignorantiam ali
quid se scire æstimãtib. prius rationẽ exposuit, dicẽs:
In resurrectione.n.neq; nubent, neq; uxores ducent,
sed erũt sicut angeli dei in cœlo. Deinde protulit scri
pturæ authoritatem dicẽtis: Ego sum deus Abrahã,
& deus Isaac, & deus Iacob. Vt & nos calumniatori
bus prius authoritatẽ scripturæ proferamus, postea
rationẽ reddamus. Interrogantibus autem quocũq;
proposito, prius rationẽ exponamus, postea autho
ritatẽ: ut ratione quidem eos placemus, authoritate
cõfirmemus. Quoniã calũniatores couincere oportet,
interrogatores aũt docere. Quoniam & calũniator,
& si itelligit rationẽ, cõsentire rationi nõ acquie
scit: fratribus aũt, id est interrogantibus, solam expo
nere sufficit rationẽ quæstionis, qa discendi & nõ cõ
B tradicẽdi propositum habẽt: pp quod & audita ra
tione tredunt. Item uide quo sit infirmior Iudæorũ
congressio cõtra Christum. Prima, cũ terrore: ut est,
Luc.20.a. In qua potestate facis hæc? Secũda, cum dolo, cùm
Mar.12.b dicut, Magister, scimus quia uerax es, & uiam dei in
ueritate doces, & non est tibi cura de aliquo: non.n.
respicis personas hoium. Non.n. terrent, sed circũue
niunt laudibus: quæ congressio, etsi non minus peri
culosa est priore, tamẽ minus terribilis est. Contra il
lam.n. necessaria erat fortitudo animæ, & constantia
cordis: contra istam autẽ acuta sapiẽtia. In tertio ue
rò loco neq; cum terrore, neq; cum dolo, sed ex præ
sumptione ignara. Satis.n. fecerunt sibi Sadducęi, ita
esse sicut putabant, & cum idoneo argumẽto existi
mauerunt se uincere Christum, resurrectionẽ annun
ciantem, q̃ duabus præcedentibus facilior est. Homi
nem.n. putantem se aliquid scire, cùm nesciat, facile
est uiro scienti circũuenire. ⌜Contra tales.n. necessa
ria est sola sciẽtia scripturarum. Hæc aũt diximus, ut
per seruos diaboli, actusq; eorum, habitudinẽ ipsius
diaboli describamus: quoniã omnis operatio inimi
ci talis est. In primis grauis, & intolerabilis est impe
C tus ei⁹. Quòd siquis forti animo sustinuerit eũ, in se
cundo inueniet eũ infirmiorẽ, in tertio magis debili
tatum. Et quãtò plus repercussus fuerit, tantò magis
frigescit & deficit. Vnde puto in persecutionib. Chri
stianis si in primis quãdo comprehenduntur nõ de
negauerint territi, nullis poterũt postea uinci dolori
bus: qa diabolus non tantũ habet in se uirtutis, quã
tũ terroris. *Pharisei autem audientes, quòd silentium im
posuisset Sadducæis, conuenerunt in unum.* Frequẽter Iu
dæi diuersis interrogationibus Christum tentantes,
sibi quidẽ acquisierunt interitum, nobis aũt prouide
runt salutẽ. Nam uerba Christi illis profecerũt ad
confusionẽ, nobis aũt ad ædificationẽ: quoniam re
sponsis eius uincebãtur, & nõ placabãtur. Nam ma
litia frequenter quidem uincitur, nunq̃ aũt placatur.
⌜al.deest, nom ⌜prius nõ ⌜contra ue ritatem, ⌜sed pro ueritate certab. Pharisæi sunt oẽs, qui contra ueritatẽ cõtendunt: qa
nõ ueritatem defendere cupiẽtes certant, sed subuer
tere festinantes. Qui.n. pro ueritate cõtendunt, & co
gnita ueritate non ⌜consentiunt ueritati: manifestũ
est, quoniam prius nõ pro ueritate, sed contra uerita
tem ⌜certabãt. Audi ergo homo fidelis, q cõtra hæ-
reticum libẽter cõtendis: si Pharisæi uicti placati non D
sunt, & tu certando cõtra hæreticũ potes eũ placare,
cũ uiceris? Nunquid fortior Christo es, ut quos ille
nõ placauit, tu placabis? Debuerũt quidẽ timere Sad
ducæorum exẽplum, ut non similiter interrogantes
confundantur, sed ardẽs malitia dum sauciare festi
nat, nõ aspicit exitũ rei, ut tantũmodo alteri noceat,
nec sibi penitus. Si neminẽ ante eos uicisset, forsitan
iusta ratiõe sperassent posse eũ uincere, à quo nullus
est uictus: nũc aũt uidentes, quoniam quotquot in
terrogare eũ ausi sunt, oẽs uicti recesserũt: quid æsti
mandi sunt isti? nunquid fortiores q̃ cæteri, q uictis
oĩbus uincere sperauerunt? Sed imprudẽtiores, q̃ oẽs
qui cõfusis omnibus ante se, similiter erubescere nõ
timuerunt. *Conuenerunt in unum, & interrogauit eum
unus ex his legis doctor, tentans eum.* Conuenerunt in
unum, ut multitudine uincerent, quẽ ratione supera
re non poterãt: à ueritate nudos se esse professi sunt,
qui multitudine se armauerunt. Dicebãt.n. apud se:
Vnus loquatur pro oĩbus, & oẽs loquamur p unũ,
ut si quidẽ uicerit, oẽs uideamur uictores: si autem
uictus fuerit, uel solus uideatur confusus. O Pharisæi
qui omnia pp homines cogitatis & facitis. Primùm E
quidem uenientes cũ uno, uincendi estis per unum:
tamen pone qa uno uicto, homines non intelligunt
omnes uos esse uictos, nunquid conscientiæ uestræ
consentiunt se esse confusas? Leuis.n. est consolatio,
ut q in seipso confusus est, quòd ab alijs ignoratur.
Magister, quod est mandatum magnum in lege? Magistrũ
uocat, cuius nõ uult esse discipulus. Simplicissimus
interrogator, & malignãtissimus isidiator. De magno
mandato iterrogat, q nec minimum obseruat. Ille.n.
debet iterrogare de maiori iustitia, q iam minorem
compleuit. Dominus aũt sic ei respondit, ut interro
gationis eius fictam conscientiam statim primo re
sponso percuteret, dicẽs: *Diliges dominum deum tuum
ex toto corde tuo.* id est, non sicut tu, qui deuotionem
ostendis in ore, & fraudẽ meditaris in corde. Magnũ
aũt & minimũ mandatũ dicimus, quantũ ad digni
tatem mandatorum, nõ quantũ ad utilitatẽ. Alioqn
utilitas omnium mãdatorum una est, & omnia mã
data quasi unum uidentur esse mandatum: quia ita
sibi cohærent, ut alterum sine altero esse nõ possit:
Vtputa, si interroget te aliqs in ędificatione domus,
q̃ pars est melior, dicis, fundamentũ, Sed quẽadmo- F
dum ædificatio non potest esse, nisi fuerit fundamẽ
tum: ita nec fundamentũ esse potest, nisi ædificatio
fuerit subsecuta. Nec dicitur fundamentũ, nisi sit ædi
ficatio cuius fundamentũ dicatur. Ergo fundamen
tũ in ædificatione dignius est, nõ utilius: sic & caput
dignius est q̃ mẽbra: tamen nec mẽbra sine capite,
nec caput sine mẽbris esse potest. Sic digniores sunt
sacerdotes, q̃ popul⁹, nõ tamẽ utiliores: qa nec popu
lus sine sacerdotib. nec sacerdotes sine populis esse
possunt. Ita & dignius est hoc mandatũ, Diliges do
minum deum tuum ex toto corde tuo: q̃ illud, Non
occides, nõ cõcupisces: tamẽ utilitas una est: nam q
diligit deum, ille non occidit, nec cõcupiscit: qui aũt
occidit, aut concupiscit, ille nõ diligit dominum deũ
suũ. Esse aũt minora mãdata dominus manifestat, di
cens: Siquis unum ex minimis mandatis istis solue- *Sup.5.c*
rit, & docuerit sic hoies, minimus uocabitur i regno
cœlorum. Diliges, inquit: non dicit, timebis: quia di
ligere maius est q̃ timere. Inchoatio enim culturę dei
habet timorem, perfectio autem dilectionẽ, dicen-

Universidad de Deusto Biblioteca

G te Ioanne: Perfecta dilectio foras mittit timorẽ. Do-
1.Ioã.4.d nec.n. homo timet deum, non eum diligit: cũ autẽ diligere cœperit, iam non eum tãtummodo timet, ſed etiã amplius diligit. Timere enim ſeruorum eſt, diligere autẽ filiorum: timor ſub neceſsitate eſt, dilectio in libertate. Qui in timore ſeruit deo, pœnã qui dem euadit, mercedem autẽ iuſtitiæ nõ habet, quia inuitus facit bonum pp timorẽ. Nõ uult ergo deus, ut timeatur ab hominibus, quaſi dominus: ſed ut diligatur quaſi pater, q adoptionis ſpiritũ donauit hominibus. Nam ſi conſideremus ab initio creati hoĩs cauſam, itelligimus qa deus magis ſe patrẽ uoluit eẽ hoĩum, q̃ dominum. Non.n.dixit tantummodo, faciamus hoĩem: ſed, faciamus hoĩem ſecundum imaginem & ſimilitudinẽ noſtram. Similare autem filijs conuenit ad patres ſuos, non etiam ſeruis ad domi-
Diligere deum ex toto corde, quid. nos ſuos. Quid eſt diligere deum ex toto corde? Id eſt, ut cor tuum non ſit inclinatum ad ullius rei dilectionẽ amplius q̃ ad dei: nec delecteris ĩ aliqua ſpecie
H mundi amplius q̃ in deo, nõ in honoribus, nõ in auro, uel in argento, non in poſſeſsionibus aut uineis, non in animalibus aut mancipijs, non in ornamentis aut ueſtibus, nõ in filijs aut parentib. aut amicis, ſed hæc oĩa exiſtimes tibi eſſe in deo, ut præ his omnibus deum ames. Si autẽ in aliquo horũ amor cordis tui fuerit occupatus, iam ex toto corde nõ amas deũ: pro quãta.n.parte cor tuum fuerit ad aliquã rẽ amandã inclinatũ, pro tãta parte minus eſt ad deũ. Ecce ſi uir habeat uxorem, qũo cognoſcitur uxoris plena dilectio? Vxor neminẽ debet ſapientiorẽ reputare, q̃ uirum ſuum: etſi ſit alter ſapientior, tamen illa ſapientiorẽ eſſe alterũ intelligere nõ debet. Vxor neminẽ fortiorem debet putare, q̃ uirum ſuum: etſi ſit alter fortior ſit, tamen illa intelligere non debet alterũ fortiorem. Vxor neminem formoſiorem debet putare, q̃ uirum ſuum: etſi ſit alter formoſior, tamẽ coràm oculis eius alter formoſior nõ debet apparere. Perfectum.n.odium, & perfectus amor iudicium rerũ nõ cognoſcit: utputa, ſi pfectè odias aliquẽ, quãliacunq; fuerint apud illum, oĩa tibi diſplicent, ſiue q̃ dicit, ſiue q̃ agit: etſi uerè bona ſunt, tamen tibi mala uidentur. Sic & ſi perfectè aliquẽ amas, quæcunq; ſunt apud eum placẽt tibi, ſiue q̃ loquitur, ſiue quæ
I agit: etſi mala ſunt, tamen tibi bona uidẽtur. Ergo & uxor ſi uidẽs aliquẽ, dixerit q̃ ſapiens uir, utinam uir meus talis eſſet, iã amor eius minus habet de pfecto amore: & pro quãta parte amplius aliqd laudauerit in altero uiro, q̃ in ſuo: tantò dilectio eius minor eſt ad uirum ſuum. Sic ergo & oĩs aia Chriſtiana, q̃ ſpõſa eſt Chriſti, ita diligere debet deum, ut nihil ſit in mundo, quod amplius amet q̃ eum, aut intantum. Pro quãta aũt parte plus aliquid amauerit, pro tanta
Ex tota anima diligere qd parte minus amat deum. Quid eſt in tota aĩa dilige- re deum? Id eſt certiſsimum aĩum habere in ueritate, & firmũ eſſe in fide. Alius eſt.n.amor cordis, & alius eſt amor animę. Amor cordis quodammodo carnalis eſt, ut ẽt carnaliter deũ amemus: quod facere nõ poſſumus, niſi receſſerimus ab amore mundialium rerum. Sicut.n.caſta mulier, quæ uirum ſuum amat, nullum amat alium: ſi autem alterũ amauerit, iam nõ amat uirum ſuum. Ita & homo, ſi deũ amat, mũdum non amat: ſi autem mundũ amauerit, iam deũ ex toto corde non amat. Ergo cordis amor nõ intelligitur, ſed ſentitur in corde, quia quodammodo carnalis eſt. Amor aũt aiæ nõ ſentitur in corde, ſed intel-
K ligitur, qa amor aĩæ iudicium eius eſt. Puta ſi didiciſti unum deum ex quo oĩa, & unum deum per quẽ oĩa: ſi iterum intellectus tuus per alicuius doctrinæ ſeductionẽ percuſſus, cœperit dubitare de ſubſtãtia dei, in tota aia nõ diligis deum. Item qui putat incantationes aliqd poſſe, aut auguria aliqd itelligere, aut diuinationes aliquid nunciare, nõ ille in tota aĩa diligit deum. Quis aũt diligit deũ? qui omne bonum credit apud deum, & omne bonum credit eſſe deũ, & extra deum non credit eſſe bonum: Qui omnem uirtutem & ſapietiam credit eſſe deum, & extra deũ non credit eſſe aliquam ſapiẽtiam, neq; uirtutẽ. Qui credit deũ omnia facere, & ſine deo nihil fieri poſſe: *Deũ diligere ex tota mẽte, quid ſit.* illẽ tota anima diligit deum. Quid eſt, in tota mente diligere deum? Id eſt, ut oẽs ſenſus tui qui pertinent ad te, deo uacẽt, cuius itellectus deo miniſtrat, & cu ius ſapientia circa deũ eſt, cuius cogitatio ea q̃ ſunt dei tractat, cuius memoria q̃ ſunt bona recordatur: *1.Cor.14.c.* tota mẽte diligit deũ, ſicut ait Apoſtolus: Pſallã ſpiritu, pſallam & mente. Cuius aũt intellectus q̃ ſunt dei non intelligit, aut non ſecundum deũ ſapit, aut ſcientia illius uana eſt & ſecularis, ſingularis aũt recordatio eius non eſt bona, aut cogitatio diſplicẽs deo: ille
L nõ tota mẽte diligit deũ. *Hoc eſt primum & maximum mandatum, ſecundum autem ſimile eſt huic, Diliges proximum tuum ſicut teipſum.* Videtur Xps nõ ad interrogationẽ reſpondere. Ille.n.interrogauit, qd eſt magnũ mandatũ: puta dixit, diliges dominũ. Si uoluit & alterũ mandatũ inducere, debuit minimũ dicere, nõ ſecundũ. Secũdum aũt ad primũ reſpicit. Sed uide qd uoluit oſtendere. Diliges dominũ, & magnũ eſt: diliges aũt & proximum, magnũ quidẽ eſt, primum autem nõ *Proximus noſter, quis.* eſt: & ideo dixit, Simile eſt. Cõſidera ergo myſteriũ. Quis eſt proximus noſter? Chriſtus, qui ſuſcipiens carnem noſtram, factus eſt proximus nobis, ſicut in *Luc.10.a* parabola illa Chriſtus oſtẽdit, cum interrogat Phariſæus: Et quis eſt meus proximus? Introducit hoĩem uulneratũ à latronibus, & à ſacerdotibus deſpectũ, à Samaritanis aũt receptũ, qui eſt ipſe Chriſtus. Ergo primũ mandatum eſt magnum, deum patrem diligere: ſecundum autem & ſimile eſt, dei filium diligere, id eſt cognoſcere: ergo filius dei magnus eſt, ſicut pater. Quicquid.n.pater poteſt, & filius poteſt. Pater *Ioã* enim diligit filiũ, & oĩa dedit in manu eius. Sed quia oĩa filius dante patre põt ſicut pater, ideo pater magnus deus & primus. Filius aũt magnus deus quidẽ, *Ad Tit. 2.d.* non tamen primus, ſicut Apoſtolus: Expectãtes aduentũ magni dei, & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Vt autem ſimpliciter intelligamus proximum noſtrum oẽm hoĩem eſſe fidelem, qui hoĩem amat fidelem, ſimile eſt ſicut qui amat deum, quia imago dei eſt homo. Sicut in imagine ſua rex honoratur uel contemnitur, ſic & deus in hoĩe uel diligitur uel oditur. Non poteſt hoĩem odire, qui deum amat: nec põt deum amare, qui hoĩem odit, ſicut ait Ioannes apoſtolus: *1.Ioã.4.d* Qui dicit ſe deum diligere, fratrẽ aũt non diligit, mẽtitur. Si.n.fratrem quem uides nõ diligis, deum quẽ non uides qũo potes diligere? Quis.n.honorat regẽ, & cõtemnit imaginem eius? Aut quis honorat imaginem, & authorẽ cõtemnit imaginis? Aut ita: quoniam Phariſæi quidẽ ſciebant quod eſſet magnũ mãdatum in lege, ſed tentantes interrogabant: uolens eis oſtẽdere, quia non ſufficiebat eis ſolius dei patris agnitio ad ſalutẽ, ideo nõ ſolũ dixit, Diliges dominũ

A deum tuum in toto corde tuo, & in tota aĩa tua: ſed addidit, diliges proximum tuũ ſicut teipſum, q erat ipſe. Alioqui ſi ad ſolam interrogationẽ eorũ reſpondiſſet, ſufficeret dicere, diliges dominũ deum: & non
Ioã.17.a. addere, & proximũ tuum ſicut teipſum: ſecundũ qd & alibi dicitur: Hęc eſt uita ętẽna, ut cognoſcãt te ſolum deũ uerum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtũ. Et uide quia non dixit, Cognoſces dominũ deum tuũ: ſed, diliges: quoniã cognoſcere unum deũ, penè proprium eſt humanæ naturæ: diligere aũt deũ, religioſi cordis, & recti. Et quicunq; dilexerit deũ ex toto corde, non eſt poſsibile ut non pueniat ad filij eius agnitionem, id eſt proximi. Ipſa.n.dilectio dei, quæ in eo habetur, illuminans eũ, pſtat ei ducatum, ut poſt patrem cognoſcat & filiũ. *In his duobus mãdatis tota lex pendet & prophetæ.* Qui proximum ſuũ diligit, nec falſum teſtimonium dicit de eo quẽ diligit, nec occidit, nec mentitur illi quẽ diligit, nec cõcupiſcit rem illius
Galat.5.a quem diligit, nec mulierem eius inuadit. Sicut o diũ
B omne malũ ſuggerit, ſic dilectio omne bonũ. Vnde ait Apoſtolus: Eſt fides q̃ per charitatẽ operatur. Aut ita: Quoniam de patre & filio oĩs prophetarũ & legis pdicatio exiſtebat, per quos prophetas agnoſcẽs quis proximũ ſuum, hoc eſt filium dei, ad primũ uel maximum mandatũ perueniebat, ut diligeret dominum deum, melius cognoſcens eum per ipſum. *Congregatis autẽ Phariſæis interrogauit eos Ieſus, dicẽs: Quid uobis uidetur de Xpo? cuius filius eſt? Reſponderũt, Dauid. Et dixit eis. Qũo ergo Dauid in ſpũ dominũ eũ uocat, ſi filius eius eſt?* Iudæi æſtimantes hominẽ Chriſtum tentabant: nec.n.tentaſſent eum, ſi eum filium dei crediſſent. Volens ergo eis Chriſtus oſtendere, quia cognoſcebat fallaciã cordis eorum, & quia nõ erat homo qui tentabatur, ſed deus quẽ nemo poterat tẽtare. Nec dicere poterat manifeſtẽ ueritatẽ de ſe, nec tacere. Dicere.n.non poterat, ne maiorem occaſionẽ blaſphemię inueniẽtes Iudæi, inſanirent amplius. Tacere autẽ nõ poterat ueritatem, q ad hoc uenerat ut ueritatẽ annũciaret. Ideo talem interrogationem eis propoſuit, ut eo tacẽte, ipſa eius interrogatio oſtẽderet eis, qa nõ erat homo, ſed deus, dicẽs: Et quomodo Dauid eum in ſpiritu dominũ uocat? Nũquid po
C terãt domin⁹ eius eſſe, q ex eo fuerat naſciturus? Puto hanc interrogationẽ nõ ſolũ cõtrà Phariſęos, ſed etiã contra hæreticos poſuit. Nã ſecundũ carnẽ filiꝰ erat Dauid, dominus autem ſecundũ diuinitatem. Si ergo ſecũdum carnẽ dixerũt Chriſtum, dominũ Dauid, aut ſecundũ carnẽ iuſſus eſt ſedere ad patris dexterã, ſicut hæretici putant, ęqualitatis mendaciũ cõponere feſtinantes: nunq d Chriſtus Dauid ſe filiũ de negaſſet, niſi qa poſt Dauid futurus eſſet? Nam filius poteſt nobis eſſe, q poſt nos futurus eſt. Dominus autẽ nõ poteſt eſſe, niſi q aut nobiſcum eſt, aut ante nos eſt. Chriſtus ergo ſecundũ carnẽ poſt Dauid eſt, ſecundũ diuinitatẽ autẽ ante Dauid. Ergo illũ ſignificabat dominũ ſuũ, illũ ſignificabat iubendũ ſedere, qui iã tunc erat unigenitus dei. *Et nemo poterat reſpõdere ei uerbum, neque auſus eſt quiſquam ex illa hora eũ amplius interrogare.* Confuſio multorũ, facta fuerat diſciplina cunctorũ. Nam ſi credimus, quia oĩa ibi ſecundum dei prouidentiã agebãtur & dicebãtur, intelligimus quoniã non illis deſinentibus interrogare, Xps deſiit docere: ſed quia Chriſtus deſierat eos iã ulterius uelle docere, ideo & illi deſierũt auſi eſſe interrogare. Nã qui mari terminũ poſuit, ipſe audacię diabo-
D li aduerſus ſe agẽtis, quãdo uoluit, tũc finem poſuit.

Homilia.xliij. ex cap.xxiij.

Vnc Ieſus locutus eſt ad turbas, & ad diſcipulos ſuos, dicens: Super cathedram Moſi ſederunt ſcribæ et Phariſæi. Omnia ergo quæcunque dixerint uobis, ſeruate & facite: ſecundum opera uerò eorum nolite facere. Dicunt enim, & non faciunt: alligant autem onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem ſuo nolunt ea mouere. Omnia uerò opera ſua faciunt, ut uideantur ab hominibus. Dilatant enim phylacteria ſua, et magnificãt fimbrias: amãt aũt primos recubitus in cœnis, et primas cathedras ĩ ſynagogis, et ſalutatiões in foro, et uocari ab hominibus rabbi. Vos aũt nolite uocari rabbi. Vnus eſt enim magiſter ueſter, oẽs aũt uos fratres eſtis. Et patrẽ nolite uocare uobis ſup terrã, unus.n.eſt pater ueſter qui in cœlis eſt. Nec uocemini magiſtri, quia magiſter ueſter unus eſt Xps. Qui maior eſt ueſtrũ, erit miniſter ueſter. Qui autẽ ſe exaltauerit, humiliabitur: et qui ſe humiliauerit, exaltabitur. Poſtquã dominus ipios ſacerdotes, ſup ſe irruẽtes, quaſi feroces beſtias, quodã uenabulo acutiſsimę reſpõſionis proſtrauit, & ĩcorrigibilẽ cõditionẽ eorũ oſtẽdit. Nã laici delinquẽtes facilè emendantur, clerici autẽ ſi mali fuerint, inemẽ
E dabiles ſunt. Tunc conuertit ſermonẽ ſuum ad Apoſtolos, & ad populũ, dicens: *Super cathedram Moſi ſederunt ſcribæ & Phariſæi.* Vt illorum confuſio, iſtorũ fieret diſciplina. Infructuoſum nãq; eſt uerbũ, i quoſic alter confunditur, ut alter nõ eruditur. Nã & de⁹ non pp malos caſtigationem ſuper terram tranſmittit, ſed propter bonos. Scit enim, quia malos flagella nõ corrigũt. Sed malos caſtigat, ut corrigat bonos: qa bonus niſi admonitus fuerit, p negligẽtiã euanẽſcit. Sic & Xps, nunquid nõ potuit eorũ interrogationes contẽnere? Sed uoluit indignos indignè docere, & dignos dignè ędificare. Sicut in ſecularib⁹ in eo qd alter paupeſcit, alter ditatur: & niſi alter deſcẽderet, alter non aſcẽderet: ſic & in ſpiritualibus, in eo qd alter cõfunditur, alter emẽdatur. Quid ergo dicit de ſacerdotibus? Super cathedrã Moſi ſederunt ſcribæ & Phariſæi, id eſt multi ſacerdotes, & pauci ſacerdotes. Multi noĩe, pauci opere. Videte ergo quomodo ſedeatis ſuper eã: quia cathedra nõ facit ſacerdotẽ, ſed ſacerdos cathedrã: non locus ſanctificat hoĩem, ſed homo locũ. Nõ oĩs ſacerdos ſanctus eſt, ſed oĩs ſanctus ſacerdos. Qui bene ſederit ſuper cathedram, ho
F norem accipiet ab illa: q malè ſederit, iniuriam facit cathedræ. Ideoq; malus ſacerdos, de ſacerdotio ſuo crimẽ acqrit, non dignitatẽ. In iudicio enim ſedens, ſi quidẽ bene uixeris, & bene docueris, omniũ iudex es: ſi aũt bene docueris, & malè uixeris, tui ſolius cõdemnator es. Nã bene uiuendo, & bene docẽdo, populum inſtruis, qũo debeat uiuere: bene autem docendo, & malè uiuendo, deũ inſtruis qũo te debeat condemnare. Ad populum autem quid? *Omnia quæcunq; dixerint uobis, ſeruate, et facite: ſecũdũ uerò facta eorũ nolite facere.* Id eſt, uos q ſedetis in eccleſia, quaſi iudices ſacerdotũ, & nõ auditores: aliena diſcutiẽtes, & propria nõ cõſiderãtes, ex uobis ipſis iudicate de ſacerdotibus. Sicut uos oẽs auditis, & non omnes facitis quod auditis: ſic & ſacerdotes oẽs docent, ſed non oẽs faciunt quod docent. Nã in hominibus dignitas quidẽ diuerſa eſt, omnium autem natura una eſt. Homines.n.ab initio creati ſunt propter ſe, poſtea aũt ordinati ſunt pp uos. ⌜Propterea ergo natura eorum, ipſorum eſt: ordinatio autem eorũ, ueſtra. ⌝

Caſtigat deus in terra malos, ut excitentur boni

⌜not. ⌝ *noſtra.*

G Si bene uixerint, eorũ est lucrum: si bene docuerint, uestrum[r]. Accipite ergo quod uestrũ est, & nolite discutere qđ alienũ est. Sicut n. sacerdotes etiam infideles docent pp fideles, melius iudicantes propter bonos etiam malos fouere, q̃ propter malos etiam bonos negligere: sic ergo & uos pp bonos sacerdotes etiam malos honorate, ne propter malos etiam bonos contemnatis. Melius est n. malis iusta præstare, q̃ bonis iusta subtrahere. Frequenter enim & de homine malo bona doctrina procedit. Ecce n. & uilis terra pretiosum aurũ producit. Nũquid propter terram uilem, preciosum aurũ contemnitur? Nõ: sed sicut aurũ eligitur & terra relinquitur, sic & uos doctrinam accipite, & mores relinquite. Nã ut apibus herbæ necessariæ nõ sunt, sed flores herbarũ; flores. n. illæ colligunt, herbas uerò relinquũt: Sic & uos flores doctrinæ colligite, & cõuersationẽ relinqte, ut quasi inutilis herba arescat. Fidem prædicãt, & infideliter agunt. Pacẽ aliis dant, & sibi non habent. Veritatem laudant, & mendacia diligunt. Auaritiã castigant, & auaritiam exercẽt. Quia ergo scire bonũ & malum, in natura positũ est, facere autem in uoluntate: ideo bene dicere, oium est: bene autem facere, paucorũ.

H Legi aliquẽ sic interpretantem hũc locum: Quoniã, inquit, super cathedrã Mosi: id est, in honore & gradu, in quo fuerat Moses, paulatim ad peius redacti, cõstituti sunt contra meritũ suũ scribæ & Pharisæi indigni, qui legẽ prophetantem de Christo uẽturo prædicabant quidẽ aliis, ipsi autem non recipiebant præsentem: pp hoc hortabatur populum audire legem, quã prædicabant, & facere, id est credere in Christũ prædicatũ à lege, & non imitari scribas & Pharisæos incredulos, p̃dicantes in lege de Christo, & non credentes in eũ. Et reddit causam, ut quid? prædicabant quidẽ in lege Christum uenturum, & non credebãt in eum: quia oia opera sua faciebant, ut ab hominibus uiderentur. Id est, quia non uerẽ p̃dicabãt Christum uẽturum, desiderantes ipsius Christi aduentũ, quem p̃dicabant: sed propter hoc solùm, ut prædicatores & traditores essẽ legis ab hominib⁹ uiderẽtur. Simile propositum habẽt oẽs, qui iustitiam dei docent, & non faciunt: quia non docẽt uerè ipsam iustitiam dei, nõ amantes quã docẽt: sed propter hoc solũ, ut doctores esse iustitiæ dei ab hominibus uideãtur. Nunquã audistis aliquẽ de consummatione mũdi, & de futuro Christi iudicio elegãter tradentẽ scripturas? Et si consideres uitã eius, intelliges quia sicut latro non desiderat aspicere faciẽ iudicis terreni, sic nec ille desiderat ad Christi uenire iudiciũ. *Alligãt autẽ onera grauia & importabilia, et imponunt super humeros hominum, ipsi autem digito suo nolunt ea mouere.*

Quantùm ad Pharisæos quidẽ & scribas, de qbus loqtur, onera grauia & importabilia, dicit legis mãdata, maximè q̃ dederat eis deus propter peccatum utuli adorati, q̃ scribæ & Pharisæi docebant, suadẽtes populo secundũ mandata uiuere legis, & non uenire ad facilem & delectabilem gratiã Christi. De quibus oneros is mandatis & dominus suprà dicebat, exhortãs populũ Iudæorum: Venite ad me oẽs, qui laboratis & onerati estis, & ego uobis requiẽ dabo. Et Petrus in Actibus Apostolorũ dicit: Et uos qd tentatis deũ, & uultis ponere iugũ sup ceruices discipulorũ, qđ neq; nos, neque patres nostri portare potuimus? sed per gratiam Xpi credimus salui fieri. Erant enim quidã qui onera legis quibusdam rationibus fabulosis cõmendantes auditoribus suis, quasi uincula super humeros cordis eorũ alligabãt: ut quasi rationis uinculo cõstricti, nõ reiicerẽt ea à se: ipsi autẽ nec ex modica parte ea implebant: id est, non dicam pleno ope suo, sed nec modico tactu, hoc est digito. Secũdũ consequentiã autẽ, tales sunt etiam nunc sacerdotes, qui omnẽ iustitiam populo mandant, & ipsi nec modicè seruãt, uidelicet nõ ut faciẽtes sint iusti, sed ut docentes appareãt iusti. Tales sunt & q̃ graue põdus uenientibus ad pœnitentiã imponunt, qui dicũt & nõ faciũt: & sic dum pœna pœnitentiæ p̃sentis fugitur, contemnitur pœna peccati futuri. Si. n. fascem super humeros adolescentis, quã nõ potest baiulare, posueris: necesse habet ut aut fascẽ reiiciat, aut sub põdere cõfringatur. Sic & homini, cui graue põdus pœnitẽtię ponis: necesse est, ut aut pœnitẽtiã tuã reiiciat: aut suscipiens, dũ sufferre nõ potest, scandalizãtus amplius peccet. Deinde & si erramus, modicam pœnitentiã imponẽtes: nonnè melius est pp misericordiam rationẽ dare, q̃ propter crudelitatem? Vbi enim paterfamiliãs largus est, dispẽsator non debet esse tenax. Si deus benign⁹ est, ut qd sacerdos eius aut sterus? Vis apparere sanctus? circa tuam uitã esto aut sterus, circa alienã autem benignus. Audiãt te homines parua mandantẽ, & grandia uideant facientem. Talis est autẽ sacerdos, q̃ sibi indulget, & ab aliis grauia exigit: quemadmodũ malus descriptor tributi in ciuitate, qui se releuat, & onerat impotẽtes. *Omnia autem opera sua faciunt, ut ab hominibus uideantur.* Postq̃ suprà sacerdotum, & Pharisæorũ, & Saddũcæorum contentionibus uexatus est: in suis autẽ responsioni bus non auditus, cõuertens se sicut audiuimus, docuit tales doctores audiẽdos eẽ, nõ imitandos. Nũc autẽ uult ostẽdere causam, pp quam non poterãt credere Christo: hoc est, quia oia faciebant, ut ab hominibus uideãtur. Impossibile est enim, ut credãt Christo cœlestia p̃dicanti, qui gloriam hominum cõcupiscunt terrenam, sicut alibi ipse dicit. Quomodo potestis credere, gloriã quærentes ab inuicem, & gloriã q̃ à solo deo est non quæritis? In omni re, ex ipsa re nascitur quod exterminet rẽ: utputa in ligno, ex ipso ligno nascitur uermis, qui exterminat lignũ. Ex uestimẽto nascitur tinea, q̃ comedit uestimẽtum. Ex oleribus nascitur uermis, qui olera uniuersa corrumpit: Sic & in spiritualibus, ex ipso proposito eorũ spiritu li accipit occasionẽ inimicus, unde eis retia texit: qa à seipso nihil agere potest, nisi occasionẽ à nobis acceperit. Ideo unũquenq; hoiem aggreditur secundũ cõditionẽ & statum, quem inuenerit circa eũ: Vtputa inter bellatores nascitur de uirtute cõtentio: in dignitosis, de ambitione honoris surgit inuidia: iter diuites, de acquisitione fit zelus. Quid dicã? inter ipsos thymelicos, q̃ exercẽt uana ludibria, de ipsis ludibriis sibi inuicẽ aduersantur, ut q̃ peius deridetur, melior existimetur. Ideo & sacerdotes qui positi sunt ad ornamentũ populi, & ad ædificationem sanctitatis, ex ipso ministerio eorũ accipit colorẽ diabolus, & corrumpit bonũ ministerium eorum, ut hoc ipsum bonum, dum propter hoies fit, fiat malum. Tolle ergo hoc uitiũ de clero, ne uelint hominibus placere, & si ne labore oia uitia resecantur. Ex hoc uitio nascitur, ut ne uelint inter se meliorẽ habere, sicut Iudæi Christum. Non. n. nescientes eum dei filium esse occiderunt, sed habere eum talem non sustinentes, sicut & prophetat de illis Salomon: Venite circunueniamus iustum,

A iustum, quia inutilis est nobis, & improperat nobis peccata legis. Ex hoc uitio nascitur, ut clerici peccantes difficilẽ pniam agant. Erubescit. n. aliquãdo reus uideri, qui semper fuerat iudex. *Dilatãt enim phylacteria sua, & magnificant fimbriam uestimentorum suorum.* Puto quòd illorũ tũc scribarum & Pharisæorũ exemplo, & nunc multi aliqua noia Hebraica angelorum confingunt, & scribũt, & alligãt tibi, q̃ non intelligẽtibus linguam Hebraicã quasi metuenda uidentur. Sic ergo & isti uani sunt, sicut illi fuerunt: quoniam personæ illorũ de mundo recesserunt, nõ mores. De hominibus itaq; nostri tẽporis exponẽtes, de illis uidemur exponere. Ergo sacerdotes ex eo quòd ab hominibus uolunt uideri iusti: phylacteria alligãt circa collum, quidã uerò partẽ aliquam euangelij scriptã. Dic sacerdos insipiens, nõne quotidie euãgelium in ecclesia legitur, & auditur ab hominibus? Cui ergo in auribus posita euangelia nihil prosunt, q̃o eum poterunt circa collum suspensa saluare? Deinde ubi est uirtus euãgelij, in figuris literarũ, an in intellectu sensuum? Si in figuris, bene circa collũ suspendis: si in

Euangelij uirtus ubi.

B intellectu, ergo melius in corde posita prosunt, q̃ circa collum suspensa. Alij aũt qui sanctiores se ostẽdere uolunt hominibus, partẽ fimbrię aut capillorum suorũ alligant, & suspendũt. O impietas, maiorẽ sanctitatem in suis uestimentis uolunt ostendere, q̃ in corpore Christi: ut qui corpus eius mãducans sanatus nõ fuerit, fimbriæ eius sanctitate saluetur, ut desperans de misericordia dei, cõfidat in ueste hois. Et

Act. 19. qd Paulus? nõ dabat sudaria sua, & semicinctia sua, ut saluerentur infirmi? Etiam antequã dei notitia in hominibus esset, ratio erat ut per sanctitatẽ hoium, dei potẽtia cognosceretur: nũc aũt insania est. Nam postq̃ dei potẽtiam cognouerimus, quid necessariũ est, ut hominum potentiam cognoscamus? Nã qui necessariũ non habet, ut deum ostendat per suã sanctitatẽ, & hoc facit: sine dubio se festinat ostendere, non deum. Alius aũt sic interpretatur hunc locum: Quia per obseruationes, inquit, quorundã dierũ dilatant uerba sua, quasi phylacteria: & ostendunt populo ea assiduè prædicãtes, quasi cõseruatoria legis & salutis eorũ: quales erant de quibus Christus dicebat: Sine causa aũt colunt me, docẽtes doctrinas & mandata hominũ: Fimbrias aũt uestimentorũ magnificatas, dicit supereminentias eorundẽ mandatorum magnificatas. Quando. n. per minimas illas, & supfluas obseruationes iustitiarũ suarũ laudãt quasi eximias, & ualde deo placentes, fimbrias uestimentorum suorũ magnificant. *Amant enim primos recubitus in conuiuijs.* Hęc si spiritualiter intelligantur, ædificant: si uerò corporaliter, non solũ non ædificãt, sed adhuc magis destruũt. Qũo? Pone aliquẽ esse corde iactãtem, audientẽ laudabile esse in ultimo loco discumbere, discumbit post oẽs: & nõ solũ tunc iactãtiam cordis non dimittit, sed adhuc aliã iactantiam humilitatis acquirit: ut qui uult uideri iustus, ẽt humilis uideatur ab alijs. Quanti. n. sunt superbi, q̃ corpore quidẽ in nouissimo recumbunt, cordis aũt elatione uidẽtur sibi in cornu recubere? Et quanti sunt humiles in cornu recumbentes, & conscientia se existimant in ultimo esse? Quid ergo? Deus spiritus est,

Ioan. 4. d 1. Cor. 14. g nõ ad carnẽ loquitur, sed ad spiritum. Caro. n. spiritualia nõ intelligit, dicente Apostolo: Si quis spiritualis est inter uos, cognõscat q̃ scribo uobis, quia domini sunt mandata. Si ergo spiritus ad spiritũ dicit, spiritualiter non carnaliter dicit. Non. n. tantũ curat deus, ubi corpus hois iaceat, sed in qua parte mens conscientiæ sit collacata. Ergo quòd iubet nobis in ultimo loco dominus recũbere: nõ solũ sic iubet, ut corpore in nouissimo iaceamus, sed ẽt animo, ut nouissimos nos esse omniũ iudicemus. Nam sine causa loco se humiliat, qui corde se præfert. Vnde nõ uituperat eos, qui in primo loco recũbunt: sed eos qui amant primos discubitus: ad uoluntatẽ uituperatio nem referens, non ad factũ. *Et salutationes in foro.* Primas salutationes non solũ in tpe, sed etiam in uoce: non solũ in uoce, sed etiam in corpore: non solũ in corpore, sed etiam in loco: id est, non solũ exigunt, ut prius illos salutemus, sed etiã cum uoce clamantes, Aue rabbi: non solũ hoc, sed etiam ut flexis capitibus, ac nudatis, & in publico ad genua eorũ nos incuruemus. *Et uocari ab hominibus rabbi.* Id est, uocari uolunt, non esse: nomen appetunt, & officium negligunt. Qũo enim potest esse magister, qui discipulum nõ habet? Da ergo operam, & inuenies fructũ: acquire discipulum, & esto magister. *Vos autem nolite uocari rabbi.* Ne quod deo debetur, uobis sumatis. Nolite & alios uocare rabbi, ne diuinum honorem hominibus deferatis. Vnus est. n. magister omnium, qui omnes homines naturaliter docet. Si. n. homo hominẽ eruditet, omnes homines discerent, qui habent doctores: nunc aũt quia homo non docet, sed deus, multi quidem docentur, pauci aũt discunt. Homo enim non intellectum homini prestat docẽdo, sed à deo præstitum per admonitionẽ exercet. Doctrina enim cotis habet officium. Sicut. n. cos nõ facit ferrum, sed acuit: & sicut sine causa ferrum acutũ acuitur, ita sine causa homo sensatus docetur. Maximè uos qui spirituales estis qũo uocatis uobis terrenum magistrum? Nunquid carnalis doctrina disciplinam generat spiritualem? Scriptum est enim: Beatus homo, quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. *Et patrem nolite uocare uobis super terrã,* quia nõ estis filij terreni. Ex quo. n. cœlestem te esse professus es, ex quo patrem tibi uocasti de cœlo, dicens: Pater noster qui es in cœlis, ac ex quo te cœlestem esse professus es, patrem uocãdo deum: turpe est, ut iterum te profitearis terrenum, patrẽ tibi uocando super terram. Ecce enim in arbore, quanuis plurimos ramos producat, tamẽ omniũ ramorum una dicitur radix: sic & in mundo, quanuis homo hominem generet, tamen unus est pater qui omnes creauit. Nam & nos filij fratres sumus patrũ nostrorum, quia non ab ipsis nati sumus, sed per ipsos: id est, non initium uitæ ex eis habemus, sed transitum uitæ per eos accepimus. *Qui autem se exaltauerit, humiliabitur. & qui se humiliauerit, exaltabitur.* In conuiuio enim hoc nuptiali, id est i hac dei uocatione primos discubitus sibi defendebãt Iudæi: humiliati aũt facti sunt post gentes nouissimi, & gentes q̃ contra meritum suum se uocatas intelligebant, factæ sunt ante Iudęos, qui illis quidem erant in tpe primi: quia nõ prima uocatio est cõsideranda, sed dignitosior. Illi enim ad prandiũ mediocre inuitati sunt, isti autẽ ad cœnam magnam. Illorum inuitatores prophetæ fuerunt, istorum aũt ipse filius, qui erat causa conuiuij. Illorum delectio apud deũ ex patribus erat, istorum aũt ex fide ipsorum. Ideo alibi tangens Iudæos dicebat: Tu aũt cũ uocatus fueris ad nuptias (id est, ad nuptias Christi) noli recumbere in loco priori.

Homilia.xliij.ex cap.xxiij.

Ae uobis aũt scribæ & phariſæi hypocritæ, qui deuoratis domos uiduarum, &c. Sexus mulierũ incautus & mollis eſt. Incautus quidẽ, qa non oĩa quæ uidet aut audit, cũ ſapientia & ratione cõſiderat: mollis aũt, quia facilẽ flectitur, uel de malo ad bonũ, uel de bono ad malum. Virilis aũt ſexus cautior eſt & durior. Cautior quidẽ, quia oĩa quę uidet diſcutit ratione: durior aũt, quia nec de malo facilẽ inclinatur ad bonũ, nec de bono facilẽ reuocatur ad malũ: nã ſequitur rationem. Ideo autẽ durior, quia rationabilior. Hæc aũt præmiſimus, ut oſtendamus mulieres incautas & faciles. Propterea impoſtores ſanctitatis circa mulieres facilẽ ſe cõſtringunt, qa nec intelligere impoſturas eorũ facilẽ poſſunt mulieres, cũ ſint incautæ: & ad dilectionem eorũ religionis gratia facilẽ inclinãtur, cũ ſint molles corde. Maximè tamen permanent cũ uiduis mulieribus, propter duas cauſas. Primũ, quia uirita mulier nec facilè decipitur, habens conſiliatorẽ uirum: deinde nec facilè de facultatibus ſuis aliquid eis dat, cũ ſit in poteſtate uiri: uiduæ aũt facilè decipiuntur, non habentes conſiliatorem uirũ, & facilè de rebus ſuis talibus præſtant, cũ ſint nullius poteſtati ſubiectæ. Propterea ergo dum Iudaicos ſacerdotes confundit, Chriſtianos monet, ut nõ cũ uiduis mulieribus amplius permaneant, q̃ cũ cæteris: quia etſi uoluntas permanendi mala nõ fuerit, tamen ſuſpicio eſt mala. *Væ uobis, qui deuoratis domos uiduarum, oratione lõga orantes.* Qui auaritiam ueſtrã religionis colore depingitis, & quaſi diabolo Chriſti arma præſtatis, ut ametur iniquitas, dum pietas eſtimatur, qui longis orationib⁹, quaſi magnis retibus uiduarum facultates piſcatis. Ob id dupliciter rei. Primũ quidẽ pro eo quòd eſtis iniqui: alterũ, pro eo quòd figmentũ aſſumitis ſanctitatis. *Væ uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, qui clauditis regnũ cœlorum ante homines.* Vult.n. dominus oſtẽdere ſacerdotes Iudæorum omnia auaritiæ cauſa facere, qui per ſcripturas quidẽ Chriſti cognoſcebãt aduentũ. Conſiderabant aũt, quoniã & ſi Chriſtus creditus fuiſſet, cõſuetudo ſacrificiorũ offerendorũ fuerat extinguenda, & ſacrificium iuſtitię ualiturũ: ſicut de utriſq; prophetis teſtatur, dicens: Afferte domino gloriã & honorẽ. Tollite hoſtias, & introite in atria eius. Ideo peruerſa interpretatione ante cõſpectũ populi claudebant ianuam legis & prophetarũ, qui de aduentu Chriſti manifeſtiſsimè prędixerũt, ut à fide Chriſti homines ſepararent, timentes ne forte credito Chriſto, ipſi ſacrificiorũ oblationibus fraudarentur. Magis.n. cupiebãt, ut lege manente, in uſu eſſent ſacrificia, quibus ipſi ditabantur, nõ deus: q̃ lege ceſſante, ſacrificiũ iuſtitię ueniret in uſum quo deus delectatur, & homines iuſtificabantur. Regnũ.n. cœlorum dicuntur ſcripturę, quia in illis incertũ eſt regnũ cœlorum. Ianua eorũ, intellectus earũ. Vel regnum eſt beatitudo cœleſtis, ianua aũt eius eſt ſcriptura, p quam introitur ad eam. Clauiculatij aũt ſunt ſacerdotes, quibus creditũ eſt uerbũ docendi, & interpretandi ſcripturas. Clauis aũt eſt uerbũ ſcientię ſcripturarũ, per quam aperitur hominibus ianua ueritatis. Adapertio aũt eſt interpretatio uera. Videte quia nõ dixit, Væ uobis, qui non aperitis regnũ cœlorũ: ſed, qui clauditis. Ergo nõ ſunt ſcripturæ clauſæ, ſed obſcuræ quidẽ, ut cum labore inueniantur: non autem clauſæ, ut nullo modo inueniantur. Propterea dicit Petrus in epiſtola ſua, de ſcripturarũ obſcuritate: qa non ſicut uoluit homo, locutus eſt ſpiritus: ſed ſicut uoluit ſpiritus, ita locutus eſt homo. Ratio aũt obſcuritatis multiplex eſt, tamẽ ſatisfactionis cauſa dicimus duas. Primũ, quia deus alios uoluit eſſe docto res, alios diſcipulos. Si aũt omnes omnia ſcirent, doctor neceſſarius nõ erat, & ideo eſſet rerũ ordo confuſus. Nã ad eos quidẽ quos uoluit eſſe doctores, ſic deus dicit per Eſaiam prophetã: Loquimini ſacerdotes in cordibus populi. Ad eos aũt quos uoluit diſcendo cognoſcere myſteria ueritatis, ſic dicit in Cãtico: Interroga patrem tuũ, & dicet tibi: presbyteros tuos, & annunciabunt tibi. Et ſicut ſacerdotes, niſi oẽm ueritatẽ manifeſtauerint in populo, dabunt rationẽ in die iudicij, ſicut dicit dominus ad Ezechielem: Eccę ſpeculatorẽ te poſui domui Iſrael, ſi nõ dixeris impio, ut à uijs ſuis prauis diſcedat, ipſe quidẽ in ſuis peccatis morietur, animam aũt eius de manu tua requirã. Sic & populus à ſacerdotibus niſi didicerit & cognouerit ueritatẽ, dabit rationem in die iudicij. Sic.n. dicit ſapientia ad populũ, Et extendebã ſermones meos, & nõ audiebatis, ideo & ego in ueſtra perditione ridebo. Sicut.n. paterfamiliãs cellariũ, aut ueſtiariũ ſuũ non habet expoſitum cũctis, ſed alios quidẽ habet i domo qui dant, alios aũt qui accipiũt: ſic & in domo dei alij ſunt q docent, alij qui diſcunt. Deinde obſcurata eſt notitia ueritatis, ne nõ tam utilis inueniatur, q̃ contẽptibilis. Contẽptibilis.n. eſt, ſi ab illis intelligatur, à quibus nec amatur, nec cuſtoditur. Nõ ergo abſcõdita eſt in ſcripturis ueritas, ſed obſcura: non ut nõ inueniant eã: qui quęrunt eã, ſed ut nõ inueniãt eam, qui quærere eã nolũt: ut ad illorum quidẽ gloriã pertineat, qui inueniunt eam, quia deſiderauerunt eam, & quæſierunt, & inuenerũt: ad illorũ aũt condemnationẽ qui nõ inueniunt eã, quia nec deſiderauerunt eã, nec quæſierunt, nec inuenerunt. Nec põt eis eſſe excuſatio condẽnationis ignorantia ueritatis, qbus fuit inueniendi facultas, ſi fuiſſet quærendi uoluntas. Nã ſi ueritas, ſalus, & uita eſt cognoſcẽtiũ ſe, magis debet quæri q̃ quærere. Qũo claudebant ſcripturas ſacerdotes? Aliud pro alio interpretãtes, utputa dicit Eſaias: Ipſe ueniet dominus, & ſaluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorũ, & aures ſurdorũ patebunt, & lingua mutorũ diſerta erit: Hæc ſigna erunt aduẽtus Chriſti. Quando ergo dominus mutũ ſanauit, & ſurdum, Iudęi peruerſa adintuentione dicebãt: Hic nõ eiicit dęmonia, niſi in Beelzebub principe dæmoniorũ: ut auerterent populũ à fide ipſius. Aut certè claudebant ianuam ueritatis, quãdo poſuerũt decretũ, ut ſiquis diceret eũ filium dei, fieret extra ſynagogã. Sic & modò hęretici ſacerdotes claudũt ianuã ueritatis. Sciũt.n. quoniã ſi manifeſtata fuerit ueritas, eorũ eccleſia eſt relinquẽda, & ipſi de ſacerdotali dignitate ad humilitatẽ ueniẽt populare. Ideo quando legũt in populo ſuo aliqd tale, Qui me miſit, maior me eſt: peruerſa iterpretatione claudũt ianuã ueritatis, dicentes: Filiũ minorẽ patre, cũ ſcdm diſpẽſationem carnis dicatur minor. Et nec ipſi intrãt in ueritatẽ ſcripturę, pp auaritiã: nec̃ alios intrare permittunt, pp ignorantiã. Quid ergo? ignorãs populus excuſabilis erit? Abſit. Si.n. ueſtimẽta empturus, gyras unũ negociatorẽ & alterũ, & ubi meliores ueſtes inueneris, & ptio uiliori ab illo cõpras: qũo non oportet populũ circuire oẽs doctores, & inquirere ubi ſyncere ueritas Chriſti uenunda-

tur, & ubi corrupta, & omniũ confeſsiones cognoſcere, & ueriorẽ eligere plus quã ueſtimentum? Dicit Apoſtolus, Omnia probate, & quod bonũ eſt tenete. Aut ſi pp utilitatẽ aliquam, uel neceſsitatẽ mundialẽ, proficiſci uolueris ad aliquẽ locum, cuius uiã ignoras, nunquid propter ignorantiã uiæ, diſcedis à profectione propoſita? Non, ſed experiris nunc iſtã uiã, nunc illã: & quos interroges, quæris: & cũ inueneris, rogas, & poſtulas ut ſemitã diſcas. Et ſi uelles ſcripturarũ ingredi ueritatẽ, nũc peteres orationib⁹, nũc quæreres in ſcripturis, nũc pulſares bonis operibus, nunc interrogares ſacerdotes, nũc iſtos, nũc illos, nõ inueſtigas qui ueri ſint clauicularij ſcripturarũ, qui falſi. Sed iſta nõ fiũt, qa uerbũ dei nõ creditur: quia nec promiſsio beatitudinis ei⁹ deſideratur, nec iudiciũ cõminationis eius timetur. *Væ uobis ſcribæ & Phariſæi hypocritæ, qui circuitis mare & aridã, ut faciatis unũ proſelytũ: & cũ fuerit factus, facitis eũ filiũ gehennæ duplo, quã uos eſtis.* Iudęi.n. ubicunq; uidebant Gẽtiles propoſita quæſtione de ueritate unius dei, & de uanitate idolorũ facilè diſputantes uincebant. Non.n. labor eſt contra uanitatẽ idolorũ manifeſtã, unius dei dicere ueritatẽ, cũ ille qui dicit magis adiuuetur ab ea q̃ adiuuet eã: tamen corrigebant eũ fortè, ſed nõ propter gloriã dei, ut additis cultoribus honoretur deus: nec pp miſericordiã uolentes eum ſaluare quẽ docebant, ſed aut propter auaritiã, ut additis in ſynagoga Iudæis, ſacrificiorũ adderetur oblatio: aut propter uanã gloriam, propter hoc ipſum ut uideantur Gẽtilẽ corrigere potuiſſe: ſicut & nũc faciunt hæretici ſacerdotes, aut promiſsionibus corrũpunt, aut minis terrent: non propter gloriã dei, nec̃ de ignorantia hominũ dolentes, ſed aut propter auaritiam, aut gloriã uanã, ut uideantur aliquos potuiſſe corrigere. Sed qui pp deum aliquem uult corrigere, aut q propter uanitatẽ, ex ipſis actibus docentis oſtenditur. Quando.n. ipſe in ſanctitate conuerſatur, cognoſce, quoniã errantem pp deum corrigere uult: ſi aũt ipſe in malis uerſatur, qũo alterum propter deũ corrigere ualet ad bonum? Nunquid magis miſericors poteſt eſſe aliquis alteri, quàm ſibi? Aut qui ſeipſum mergit in gurgitẽ peccatorum, qũo alterum de peccatis ualet eripere? *Facitis autem eum filium gehennæ duplo, quàm uos eſtis.* Nam qui fortè ſub cultura idolorũ conſtitutus, uel propter alios homines iuſtitiam ſeruabat, factus ſub deo: malorum magiſtrorum prouocatus exemplo, fit peior magiſtris, & ſic impietas diſcipulorũ imputatur magiſtris. Aut ſic, omnis Gẽtilis in ſimplo eſt filius gehennæ, qa idolorũ eſt cultor. Itẽ Iudæi in ſimplo erant filij gehennæ, quia non credebant in Chriſtũ. Quicunq; ergo ex Gentibus adiungebatur Iudæis, non ſolũ non iuſtificabatur: nec enim iuſtificabatur aliquis, niſi per fidẽ Chriſti, maximè poſt aduentũ ipſius: ſed adhuc inſtruebatur exẽplo ſcribarũ & Phariſæorũ diſcredere Chriſto & blaſphemare eũ, quemadmodũ & illi: & ſic fiebat duplo filius gehennæ. Primũ qdẽ, quia idolorũ fuerat cultor. Deinde quia factus fuerat blaſphemator Chriſti, & interfector. Sicut & nũc, qui tranſit ad hæreſes, duplo fit filius gehennæ. Primũ quidẽ, quia ueritatẽ quã tenebat, reliquit. Deinde qa factus eſt aduerſarius ueritatis. Qui.n. in erroribus natus eſt, & in erroribꝰ permanet, in ſimplo eſt filius gehẽnæ: q aũt natus in ueritate, pp aliquã cauſam mũdialẽ ad perfidiã migrat, duplo fit filius gehennæ. *Væ uobis duces cæci, qui dicitis: Quicunq; iurauerit per tẽplũ, nihil eſt: qui aũt iurauerit per aurũ tẽpli, debet.* Templũ enim uel altare ad gloriã dei pertinet, & ad hominũ ſpiritualiũ ſalutẽ: aurum aũt quod eſt in tẽplo, uel donũ quod eſt ſuper altare, ad gloriã quidẽ dei pertinet: & ipſum tamen aurũ, uel donũ magis ad delectationẽ hominũ, & ad utilitatẽ ſacerdotũ offertur ſuper altare. Iudæi ergo aurũ, quo ipſi delectabantur, & dona quibus ipſi paſcebantur, ſanctiora dicebãt eſſe, q̃ ipſum tẽplũ & altare: ut hoies promptiores fierent ad offerenda dona, q̃ ad preces fundendas in tẽplo, aut iuſtitias faciendas. Multa.n. & modò Chriſtiani ſimpliciter, & inſipienter ſic intelligũt. Ecce.n. ſi aliqua fuerit cauſa, modicũ uidetur facere, qui iurat p deũ: qui aũt iurat per euãgeliũ, magis aliquid feciſſe uidetur: quibus ſimiliter dicendũ eſt: ſtulti, ſcripturæ ſanctę pp deũ ſunt, nõ deus pp ſcripturas. Maior eſt.n. deus, qui ſanctificat euangeliũ, q̃ euangeliũ qđ ſanctificatur à deo. *Væ uobis ſcribæ & Phariſæi hypocritæ, qui decimatis mentha, & anethũ, & cyminũ, & reliquiſtis quæ grauiora ſunt legis, iudiciũ, & miſericordiã, & fidẽ.* Quoniã ſcribarũ & Phariſæorũ ad quos loquebatur, quidã erãt ſacerdotes, quidã aũt populares: non incongruũ exiſtimo, ſi duplicẽ huius loci faciamus traditionẽ: ut una quidẽ pertineat ad populares, qui decimas dant: altera aũt ad ſacerdotes, q decimas accipiũt. Etenim ipſe ſermo dubius eſt, q dicit: Væ uobis, q decimatis. Nã & q accipit decimas, rectè decimare uidetur, & q dat. Scribæ ergo & Phariſęi minimorũ olerũ decimas dabãt, ut p hoc uidẽtes eos, dicerẽt oẽs: Putas qũo oĩum rerũ ſuarũ decimas offerre nõ prętermittunt: quia ẽt cõtẽptibiliũ olerũ decimas dare non negligũt? Putas qũo ſcdm omnia dei præcepta, uita eorũ eſt cõſummata, ut ne in modicis his negligere acquieſcãt? Quod nõ erat uerũ. Nã minimarũ quidẽ rerũ decimas offerebãt, oſtendendæ religionis gratia, in iudiciis aũt erãt iniuſti, in fratres ſine miſericordia, in deũ ſemper increduli. *Quas ſimulationes eorũ arguens dominus, hæc dicit & adiungit: Hypocritæ liquantes culicẽ, camelũ aũt glutientes.* Quoniã à modicis qdẽ delectis ſe abſtinebãt, q̃ fieri ſolet ex decimis nõ oblatis: magna aũt mala alacriter cõmittebãt: qualia ſunt, iniuſtũ iudiciũ iudicare, i proximos ſuos odia exercere, in deũ incredulũ eſſe. In cauſa autẽ ſcribarũ & Phariſęorũ illorũ cadũt multi. Et nunc qui uidentur quidẽ eccleſiã honorare, pauperes conſolari, in iudicio aũt ſedentes, aut ſecundum perſonarũ acceptionẽ iudicant, aũt ſecundum differentiã munerũ: inter ſeipſos lites quotidianas exercent, & odia ſine fine, præponentes ſemper auaritiã charitati. In fide aũt ſemper infirmi ſunt, quia inter Chriſtianos & hęreticos nullã differentiã arbitrantur: ſicut & meretrix mulier adulterũ idipſum putat & uirum. Et ipſi ergo hypocritæ ſunt, & culicẽ liquant, modicũ repelletes peccatũ: & camelũ glutiũt, maxima & peſsima cõmittẽtes. Nũc ueniamus ad ſacerdotes. Scimus qa ſeruare iuſtitiã, & facere miſericordiã, & habere fidẽ, pp gloriã ſuã deꝰ mãdauit: decimas aũt offerre deo, pp utilitatem ſacerdotum: ut ſacerdotes qdẽ populo in ſpiritualibus obſequantur, populi aũt in carnalibus ſacerdotibus ſubminiſtrarent. Sacerdotes ergo auaritia pleni, ſiquis de populo decimas nõ obtuliſſet, ita eũ corripiebãt, quaſi magnum crimen feciſſet, qa decimã alicuius rei, uel ſaltem minimæ non obtuliſſet: ſiquis aũt de populo in deum

Scripturæ ſacræ quare obſcuræ.

Regnũm cælorũ dicũtur ſcripturæ.

Sacerdotum auaritia notatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G peccabat, aut lædebat aliquẽ, aut aliquid tale faciebat, nemo curabat corripere eũ, quasi nullã culpam fecisset, quia in deũ peccabat. Et de suo quidẽ lucro solicitè agebant, de gloria aũt dei, & salute hominũ negligebant. Ideo dicit de eis: Væ uobis qui decimas etiam rerũ minimarũ exigitis à populo, & misericordiam & iustitiã non facientes populũ non admonetis. Sic enim & modò fit. Ecce enim episcopus, si debitũ honoris nõ acceperit à presbytero, aut presbyter si non acceperit à diacono, aut diaconus à lectore, irascitur, & turbatur: si autẽ uiderit aut episcopus presbyterũ, aut presbyter diaconũ, circa ecclesię obsequium non permanentẽ, aut aliãs peccãtẽ in deũ, neque irascitur ei, neq; curat: quia omnes quidẽ de suo honore soliciti sunt, de honore autẽ dei nullus. Et portiones quisq; suas secundũ dignitatẽ suam uigilanter aspiciunt, & defendũt, & secundũ dignitatẽ suam curã impendere circa obsequium ecclesiæ nõ attendunt. Si populus decimas non obtulerit, murmurãt omnes: & si peccantẽ populũ uiderint, nemo murmurat contra eũ. ⌜eos. Quã compendiosè in tribus H his complexus est, & conditiones hominum, & quæ necessaria sunt hominibus ad salutem? Omnes. n. homines aut iudices sunt, siue spirituales, siue mũdiales, aut sub iudicibus sunt: & oibus generaliter homi nibus tam iudicibus, q̃ his qui iudicantur, duo hæc necessaria sunt ad salutẽ, fides uera, & opera bona. Dicens ergo, Iudiciũ: tetigit eos qui iudicãt, siue mũdiales iudices, qui præsunt mũdo: siue spirituales, q̃ præsidẽt ecclesiis, ut iustũ iudiciũ iudicent. Hæc est enim eorũ prima iustitia, ut si uerè, aut iudices mũdiales loquuntur iustitiã, aut iudices spirituales. Si uerò loquuntur iustitiã in ecclesia, per hoc ostẽditur si
Psal.57.a iustè iudicarint, dicente propheta: Si uerè utique iustitiã loquimini, iustè iudicate filij hoium. Si aũt non iudicauerint iustũ iudiciũ, nõ in ueritate loquuntur iustitiã, sed in labiis tantũ. Dicens aũt, Fidem: admonet omnes in fide uiuere dei. Dicẽs uerò, Misericordiã: conuersationẽ bonã omnibus prædicauit. Nam siue abstinentia à malis, siue opus bonarũ rerũ per misericordiã conseruatur. Nã & non facere homini quæ pati non uult, & facere quæ sibi fieri uult, utrũque misericordiæ est. I *Duces cæci, liquantes culicẽ, camelũ autẽ glutientes.* Omnes ergo sacerdotes, qui pp nõ oblatas populi decimas curant, & docent populũ, & corripiunt, & alia peiora eorũ peccata uidẽtes, tacẽt: ipsi sunt, qui docent populũ suo exẽplo liquare culicẽ, & camelũ glutire: id est, à modico quidẽ peccato se abstinere, maiora autem committere. *Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui emũdatis qd̃ foris ẽ calicis, & paropsidis.* Quoniam in specie calicis & paropsidis homines dicit, manifestũ est ex eo quòd addidit, dicens: *Ab intus autem pleni estis rapina & iniquitate.* Iudæi enim quotiescunq; ingressuri erant in templum aut sacrificia oblaturi per dies festos, & seipsos, & ue stimẽta sua, & utensilia lauabãt, & à peccatis nemo seipsum purgabat, cũ deus neq; corporis munditiã laudet, neque sordes condemnet. Pone tamen, quia deus odit sordes corporum, & rerum, & uasorum. Si ergo rerum sordes odit, & aut uis, aut non uis, necesse est ut ipso usu sordidentur: quantò magis deus sordes conscientiæ horret? quam, si uolumus, semp mũdã seruamus. Non ergo uasa lauãda sunt aquis, sed cõscientiæ precibus. O *Pharisæe cæce, munda prius quod intus est calicis & paropsidis, ut fiat id qd̃ foris est mundum.* Non ergo sensus est, si catinus ab intus mũ K datur, à foris uerò mundatus nõ fuerit, mundus est: sed homo, si ab intus peccatis nõ fuerit sordidatus, & si nunq̃ tetigerit aquã, mundus est ante deum: si aũt peccauerit, & si toto pelago, & cunctis fluminibus se lauerit, sordidus & niger est ante deum.

Homilia.xlv. ex cap.xxiij.

A*e uobis scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui similes estis sepulchris dealbatis, &c.* Meritò iustorũ corpora tẽpla dicuntur, qa anima in corpore iusti dominatur, & regnat, quasi deus in tẽplo. Vel certè, quia ipse deus in corporibus habitat iustis. Corpora aũt peccatorũ sepulchra dicũtur mortuorũ, qa anima mortua est in corpore peccatoris. Nec enim uiuẽs putanda est, q̃ nihil uiuum, aut spirituale agit in corpore. Vel qa mors ipsa habitat in corporibus peccatorũ. Sicut ergo sepulchrũ quandiu quidẽ clausum est, pulchrum uidetur à foris: si uerò fuerit apertũ horribile est: Sic & simulatores bonorũ, quãdiu quidẽ nõ cognoscuntur, laudabiles sunt: cũ aũt cogniti fuerint, inueniũtur abominabiles. Dicito mihi ô hypocrita, si bonũ est esse bonũ, ut quid nõ uis L esse, quod uis apparere? Si uerò malũ est esse malũ, ut quid uis esse, quod non uis apparere? Nã quod turpe est apparere, turpi⁹ est esse: quod aũt formosum est apparere, formosius est esse. Ergo aut esto quod appares, aut appare qd es: qa manifestũ malũ à sapientibus nõ facilè reprehenditur, dũ insania æstimatur. *Væ uobis scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui ædificatis sepulchra prophetarũ, & ornatis monumenta iustorũ.* Omne bonũ quod fit pp deũ, in omnibus rebus æqualiter obseruatur. Vbi aũt in omnibus rebus nõ æqualiter obseruatur, bonũ illud propter homines fit, sicut res ipsa præsens demonstrat. Ecce. n. qui martyria ædificant, ecclesias ornant, bonũ opus facere uidentur: sed si quidẽ & aliãs iustitiã dei custodiant, si de bonis eorũ pauperes gaudẽt, si aliorũ bona peruiolentiã non faciunt suã: scito quia ad gloriã dei ędificant. Si autẽ aliãs iustitiã dei non seruant, si de bonis eorũ pauperes nunq̃ gaudent: si aliorũ bona faciunt sua, aut per uiolentiã, aut per fraudẽ: quis tam insensatus est, ut nõ intelligat quia nõ ad gloriã dei faciunt ædificia illa, sed pp æstimationẽ humanam? M Et iustè ædificant martyria, ut pauperes uiolentiam passi ab eis, interpellent cõtra eos. Non. n. gaudent martyres, quando ex illis pecuniis honorantur pro quibus pauperes plorant. Qualis est uirtus illa iustitiæ, munerare mortuos, & expoliare uiuẽtes? de sanguine miserorum tollere, & deo offerre? illud nõ est deo offerre, sed uelle uiolentię suæ sociũ facere deũ: ut cũ si oblatã sibi pecuniã de peccato libẽter acceperit, cõsentiat in peccato. Vis domũ dei ædificare? da fidelib⁹ pauperibus unde uiuãt, & ędificasti ratio nabilẽ domũ dei. In ędificiis. n. hoies habitant, deus autẽ in hoibus sanctis. Quales ergo illi sunt q̃ hoies expoliãt, & ędificia martyrũ faciũt? habitationes hominũ cõponũt, & habitationẽ dei destirpãt? Iã ergo ex antiquis tẽporibus morbus iste in hoibus habebatur. Dicebãt. n. apud se: Si bene fecerimus pauperibus qs illud uidet? Et si uiderint, nõ multi uidẽt: & si multi uiderint, pro tpe uident. Transit. n. tempus, & transit cum tpe benefacti memoria. Nõne ergo melius ædificia facimus, q̃ omnes aspiciunt, non solùm hoc tempore, sed ẽt in posterum? Nam quandiu ędificium permanet, tandiu ædificantis memoria nominatur. *Quãdiu domus dei ædificanda.*

A minatur: O insipiens homo, quid tibi prodest post mortẽ ista memoria, si ubi es torqueris: & ubi nõ es, laudaris? Ergo dum Iudęos castigat dominus, Christianos docet: Quoniam si iuxta alia bona, ædificia sancta fecerit homo, additamentũ est bonis: si autẽ sine alijs bonis operibus, passio est gloriæ secularis. *Væ uobis scribæ & Pharisæi hypocritæ qui ædificatis sepulchra prophetarum, & ornatis monumenta iustorum.* Qui cõsiderat cõsequentia tunc Pharisæorũ, & modò intelliget: qa hæc nõ solũ illis dixit Pharisæis, sed & oibus postmodũ nascituris. Nã & si ad illos solos dixisset hæc, dicta fuissent tantũ, & non ẽt scripta. Nunc autẽ & dicta sunt, & scripta. Dicta uidelicet pp illos, scripta autem propter istos. Nã etsi patres Iudæorũ mortui sunt, tamẽ filij eorum uiuunt, qui prophetas quidẽ & martyres colunt: filios autẽ prophetarũ & martyrũ persequũtur, mortuorũ sanctorũ cultores, ⌜ hæc al. desunt. & uiuorũ persecutores. ⌜ Si uerò trinitatẽ eiusdẽ substantiæ confitẽtes, martyres passi sunt: quare eos q̃si sanctos colunt, qui unũ ingenitũ, & unum unigenitum, & unũ spiritum sanctũ crediderunt? Si aũt mar-
B tyres colunt, quasi qui uerã confessi sunt fidẽ: quare persequũtur eos, qui fidẽ eorundẽ prophetarum & martyrum confitentur? Pharisæi ergo hæretici sunt, qui à uera fide præcisi sunt. ⌞ Pharisæi. n. præcisè intelliguntur ipsi, qui sepulchra ædificãt prophetarũ, & martyrum noia colunt, & præcepta blasphemãt: memoriam honorant, & fidẽ contemnunt. *Et dicitis. Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non fuissemus socij eorum in sanguine prophetarum.* Semper Iudæi præteritorũ sanctorũ cultores fuerunt, & ꝑsentium contemptores, magis aũt & persecutores, & inimici uiuẽtiũ, & amici mortuorum. Non. n. sustinentes increpationes prophetarũ suorum persequebantur eos, & occidebant. Nã uolentibus malè uiuere, semper cõtraria
Prou.9.b uidetur esse correptio, dicente Salomone: Argue sapientẽ, & amabit te: insipiẽtẽ uerò, & odiet te. Posteà aũt nascentes filij intelligebãt culpas patrũ suorũ, & ideo quasi de morte innocentium prophetarũ dolẽtes, ædificabant monumenta eorũ, & ipsi tamẽ simi liter persequebãtur, & interficiebãt suos prophetas, increpãtes eos pp peccata. Nã alter alterius culpã ci-
C tò intelligit, suam aũt difficilè: qa homo in causa alterius tranquillum cor habet, in sua aũt turbatũ. Per turbatio aũt cordis nõ permittit hoiem considerare qd bonum est. Sic ergo per singulas generationes Iudæi colebãt illos quasi sanctos, quos patres eorũ quasi malos occiderant. Hoc aũt fiebat, nõ ut unaquæque generatio suã innocentiam ostenderet, sed ut inuicẽ se domestico filiorum iudicio condẽnarẽt. Quis n. existimare potest innocentes, qui à filijs suis quasi rei damnantur? Sic & Iudæi qui fuerunt in tpe Christi, prophetas quidẽ colebant, & dominũ persequebantur: seruos honorabãt, & dominũ contenebant. Naturalem consuetudinem omniũ malorum hominum Christus exponit. Nã Iudæi corripiuntur à Iudæis: sed penè in oibus hominibus malũ hoc in uenitur, ut alios quidẽ culpent errãtes, & ipsi in eosdem currant errores. Ecce si tu audias aliquẽ de antiquis episcopis loqui, quia ille (nescio quis sit) peccãtem populum libẽrè increpabat: sic personas diuitũ non aspiciebat, sed unicuiq; uerũ dicebat, statim collaudas eũ, & beatificas, & dicis, quia talis debet esse in populo doctor. Et si audias, quia aliquis extitit increpatus, & fecit illi iniuriã, uituperas & dicis: Quare illum nõ sustinuit increpantem? Ego si essem, & me D aliquis pro mea culpa corriperet, nõ solũ non irascerer, sed magis gauderẽ. Sicut. n. familia sine flagello non regitur, sic & populus sine increpationibus nõ gubernatur. Ecce si quis de tuis doctoribus uoluerit te increpare pp peccatum tuum, & dicere tibi qd uerum est, statim irasceris, & blasphemas: sic & Iudęi suos quidem prophetas non sustinebant, antiquos aũt quasi sanctos colebant. Nõ ergo ille est bonus, qui quod malum est reprehendere põt, & bonũ laudare: sed qui reprehensus in malo, bono animo susci
pit reprehensionẽ. In alterius causa facilè possumus oẽs iusti iudices esse. ille aũt uerè bonus, & iustus, & sapiens est, qui sibiipsi iudex fieri potest. Cũ audieris aliquem beatificantẽ antiquos doctores, proba illũ qualis est circa suos doctores. Si. n. illos sustinet, & honorat cũ quibus uiuit, siue dubio & illos honorat
urus fuerat, si cũ illis uixisset. Si autẽ suos contẽnit, uerè & illos cõtempturus fuerat, si cum illis uixisset. Nam oĩs correctio similis est cæteris tentationibus. Sicut ergo omnis tentatio, fideles quidem ædificat magis, infideles aũt destruit amplius: sic & omnis E increpatio disciplinæ religiosum hominẽ, & deum timentem, meliorem facit: irreligiosum aũt & malum conturbat, & ad deterius ire cõpellit. Sicut ergo uasa figuli igne probatur, sic & bonũ cor, increpatione cognoscitur. *Et dicitis: Si in diebus patrũ nostrorum fuissemus, nõ fuissemus socij eorum in sanguine prophetarum.* Non quia Iudæi specialiter oĩno talia loquebantur, sed quia talia cogitabant & faciebant, cogitationib⁹ suis hæc loquebantur & factis. Quãdo. n. colebant filij quos patres occiderãt, condẽnare uidebãtur homicidia patrum suorũ, & se ab illorũ cõsortio separare. Sic & hæretici quando colunt prophetas, & apostolos, & martyres, qui à patribus eorum, id est à Iudæis, uel à Gentilibus persecutionẽ passi sunt, & occisi, condẽnare uidentur acta patrum suorum, id est Iudæorũ, atq; Gentiliũ: & dicere, quia si fuissemus in diebus illorum, nõ fuissemus socij eorũ in sanguine prophetarũ, apostolorum, & martyrũ. *Itaq; testimonium redditis uobis, quia filij estis illorum qui occiderunt prophetas.* Naturę regula dicit, quia nõ pot fieri, ut de bonis parentibus mali nascãtur: aut de malis, boni: F sed quales fuerunt parẽtes, tales erunt & nati. Quia sicut arbor in fructu cognoscitur, & fructus p arborem demõstratur: sic parẽtes cognoscuntur in filijs, & filij per parẽtes. Nõne hoc antè Christũ propheta prædixit, Quoniã deus in generatione iusta est? Itẽ, *Psal.13.c* Generatio rectorũ benedicetur? Ergo dant testimo *Ibid.111.a* nia de filijs mores parentũ. Quòd si pater fuerit bonus, & mater mala: aut si mater fuerit bona, & pater malus: interdũ filij patrẽ sequuntur, interdum matrem, interdum oẽs filij patrem, interdũ oẽs matrẽ: tamen frequentius est, ut nati patrẽ sequãtur. Si autẽ ambo fuerint æquales, aliquãdo fit, ut de bonis parẽtibus mali exeant filij, aut de malis boni, sed rarò. Ecce. n. regula est humanæ naturæ, ut oĩs homo na
scatur duos oculos habẽs, & quinos digitos: aliquã- *Ioan.9.a*
do tamen ut manifestentur opa dei, nascitur homo aut sex digitos habẽs, aut oculos oĩno non habens: sicut in euangelio scriptũ est. Sicut ergo extra regulã naturæ rarò euenit, ut deformis nascatur: sic & homo extra regulã naturæ rarò procedit, ut dissimilis V*xor qua* nascatur filius parentib⁹ suis. Tu itaq; iuuenis quãdo *lis ducen* uxorẽ ducere uis, si uirgo, aut si puella nuptui trada *da.*

Gtur,noli quærere diuitē,ſed bene morigeratam:quia mores boni,diuitias frequēter acquirunt,diuitię aūt mores nunq̄ fecerunt.Et glorioſior eſt paupertas fidelīū,q̄ diuitiæ peccatorū. Noli quęrere ſpeciē, quia
Prou.11.c ſcriptū eſt:Sicut inaures aureę in narib⁹ porci,ita mulieris malē morigeratæ ſpecies.Quia in ſpecie, meretrices placēt:in moribus aūt,matronæ.Cū aūt requiris,aut neceſſariū habes matronę mores diſcere,conſidera quales habet parentes, & ſine labore cognoſces de illa. Si ergo ambo fuerint boni, fiducialiter pone pedē tuum i domo illius:ſi autē ambo fuerint mali,fuge familiā illā. Crede.n.teſtimonio Chriſti, quod uerum eſt:& nō mentitur.Si aūt diſſimiles ſuerint parētes illius,dubium inde habes euētum, qūo nauta,qui in mare tradit animā ſuam, neſciens utrū pereat aut euadat.Aut ita:Nō qa aut de iuſtis parentibus iuſti naſcātur, aut de iniquis iniqui,ſcdm ea q̄ diximus:ſed ſi de parentibus iuſtis iuſti naſcantur,p hoc ipſum quòd ſimiles ſunt parentibus ſuis,ſibiipſis teſtimoniū perhibent,qa ſunt filij eorum: ſi autē de iuſtis iniqui naſcantur,per hoc ipſum quòd diſſi-
H miles ſunt parētibus ſuis, perhibent teſtimoniū ſibi, quia nō ſunt filij eorū.Et ecōtrā,ſi de iniquis parentibus iniqui naſcantur,ſicut homicidæ Iudęi de homicidis Iudæis,de qbus præſens loquitur ſermo,p hoc ipſum quòd ſimiles ſunt parētib⁹ ſuis iniquis,ſibiipſis teſtimoniū perhibēt, quia filij ſunt eorū.Si aūt de iniquis naſcantur iuſti,ipſi ſibi perhibēt teſtimoniū, per hoc quòd diſſimiles ſunt parētibus ſuis, quia nō ſunt filij eorū. Scdm hoc ergo & hæretici ipſi ſibi teſtimonium dant,quoniā filij ſunt Iudęorū, atq̄ Gentilium, qui perſecuti ſunt prophetas,& apoſtolos,& martyres.Qūo?eadē ipſa opera facientes in Chriſtianos, q̄ fecerunt Iudæi atq̄ Gentiles in prophetas,& apoſtolos,& martyres. Nunqd prophetæ aut apoſtoli,& martyres, perſequentiū uolebāt aliquid fieri ſuū?Nunquid terroribus carnalibus, aut promiſſionibus mūdialibus aliquē credere ſuadebāt ? Nec.n.eſt fides,q̄ ex neceſſitate timoris procedit,aut deſiderio muneris alicuius terreni:ſed bene docētes,& melius uiuētes,ut & uerbis docerēt,& factis. Et non minas proponebāt carnales,ſed futurū dei iudiciū exponebāt.Nō mundialia bona,ſed regna cœleſtia homini
I bus promittebāt.Si hęc faciūt hęretici, uerē filij ſunt prophetarū,& apoſtolorū,& martyrum,qui ita fecerunt:ſi aūt alios perſequuntur,alios terrēt,alijs promittunt,aliorū bona diripiunt,alijs aūt donant,ſine dubio ipſi de ſe teſtimoniū dant, qa ipſi filij nō ſunt prophetarū,& apoſtolorū,& martyrū.*Et uos implete menſuram patrum ueſtrorum.*Prophetat illis futurū, ut quemadmodū patres eorū interfecerūt prophetas, ſic & ipſi interficiāt Chriſtū,& apoſtolos, & martyres,cæteroſq̄ ſanctos.Nō iubet illis ut faciāt q̄ facturi non erāt,niſi iuſſiſſet:ſed oſtēdit eis, qa ſciebat qd eſſent facturi:Vtputa,ſi cōtra aliquē litiges aduerſariū,& ſcis qd aliqd cogitat aduerſus te, dicis illi : Fac mihi qd facturus es.Nō iubes illi ut faciat,ſed oſtendis te intelligere qd cogitat facere.Sic & dominus ad
Ioan.13.c Iudā dicebat:Quod facis,fac citius. Et q̄ bene dixit, Implete:& nō,ſuperimplete.Quantū ad ueritatē,exceſſerunt menſurā patrum ſuorum.Illi.n.hoies occiderunt,iſti deum crucifixerūt. Illi miniſtros,iſti regē. Sed quia uoluntate ſua deſcendit in mortē,nō imputabat illis ſuæ mortis peccatū: ſicut & in cruce petebat pro illis:Pater,remitte eis, qa neſciūt qd faciunt.
Luc.23.c

Imputat aūt illis apoſtolorū mortē, cęterorum q̄ſanctorū, qui nolentes occiſi ſunt.Ideo dicit,Implete:& nō,ſuperimplete.Nā benigni & iuſti iudicis eſt, ſuas iniurias contēnere,& aliorū iniurias uindicare. Qui aūt ſuas uindicāt,quāuis iuſtē uindicet, nunq̄ tamē iudex iuſtus eſſe putatur. ⌜ Cōſequenter & hęreticis dicitur hoc.Quando.n.uides hæreticos,tres per oīa æquales dicēres,eiuſdē eſſe ſubſtantiæ,eiuſdē eſſe authoritatis,ſine principio oēs,hos aliqua parte diſtantes à ſe,nō mireris:implent.n.menſurā patrum ſuorum Gentiliū,quoniam & illi ſimiliter multos deos colebant.Quando uides eos,tres unā perſonā dicentes,& ipſam eſſe deum patrem,ipſam deū filium,ipſam deū ſpiritum ſanctū,non mireris:ludæorū.n.patrum ſuorum implēt menſuram . Sic.n.& illi ſemper unum deum patrē colebant , filium nō confitentes deum poſt patrē.Quando uides eos confitentes,ac dicentes,qa filius de ipſa patris ſubſtantia proceſſit: ſicut & omnis filius corporalis de corpore patris, & actū carnalem,applicant ſpiritui impaſsibili & inuiſibili: cognoſce quia mēſurā implent patrum ſuorum
L Gentiliū.Et illi.n.tales deos colebant, qui ſcdm carnem & generabantur,& generabant . Quādo uides eos dicētes,purum hoiem crucifixū & anima,& corpore:nō deum in corpore ſolū,in quo nulla eſſet diuinitas:ſcito quoniā implent menſurā ludęorum patrum ſuorū. Nam & illi hoiem purum ſe crucifixiſſe
Actor.5.c credentes, dicebāt ad apoſtolos: Ecce.n.impleuiſtis Hieruſalē doctrina ueſtra, & uultis inducere ſup nos ſanguinē iſtius hois.Si.n.homo purus eſt paſſus,dimitto:qa nos mors hois,non dei ſaluauit.Sed dico, Iudæi tale peccatū fecerūt,quale facit qui hominem occidit,nō deum.Quādo uides eos perſequētes, & facientes oīa q̄ diximus,nō mireris:implent.n.menſurā Iudæorum & Gentilium patrum ſuorū. *Serpentes genimina uiperarum,quomodo fugietis à iudicio gehēnæ?*Sicut.n.ſerpentes præ oibus animalibus aſtutiores ſunt,& aſtutia eorū nō eſt in bono,ſed in malo: hoc.n.ſemper aſpiciunt,qūo aliquem mordeant: & cū momorderint,qūo ſe occultent:Sic & oēs hypocritæ aſtutiores ſunt cæteris hominibus ſimpliciter uiuentes,& in aſtutia ſua cogitant qūo aliquem læ-
M dant:& cū læſerint,ita ſimpliciter ambulabāt, quaſi neminē nocuerint.*Genimina uiperarum.*Superius diximus de Iudæis,quoniā per ſingulas generationes in uicem ſua facta condēnabāt,& ſemper patres reprehendebantur à filijs ſuis.Itē filij reprehendebantur à patribus ⌜ ſuis . Ideo ergo eos oēs uiperæ ſimilauit: ⌜al.filijs: quoniā talis eſt uiperarum natura,quando cōceperint in utero matres, nati earū rumpunt uterum matris,& ſic procedunt.Itē ipſi nati,quādo cōceperint, ſic patiuntur à ſuo fœtu.Sic ergo uiperæ ſemper parentes comedunt,& comeduntur à pullis ſuis: ſic & Iudæi ſemper patres cōdemnant, & condemnantur à filijs ſuis.*Quomodo fugietis à iudicio gehennæ?*Nunqd ſepulchra ſanctorum ædificantes,an potius à malitia corda ueſtra mundantes ? Nunquid ſic iudicat deus,qūo iudicat homo ? Homo hominē iudicat in opere , deus aūt in corde. Quæ eſt autē iſta iuſtitia, ſanctos colere,& cōtemnere ſanctitatē?Primus gradus pietatis eſt , ſanctitatē diligere: deinde ſanctos: quia nō ſancti ante ſanctitatē fuerunt , ſed ſanctitas ante ſanctos.Sine cauſa ergo iuſtos honorat,qui iuſtitiā ſpernit. Qūo fugietis?Nunquid liberabunt uos ſancti, quorum monumenta ornatis ? Non poſſunt

Hæc al. deſunt: quare attētè lege.

Viperarū natura.

Pietatis gradus duo.

A ſancti amici eſſe illorū, quibus deus eſt inimicus.Nūquid poteſt eſſe pacata familia, domino aduerſante? Qūo fugietis?An forſitā nomē uacuū uos liberabit, quia uidemini eſſe populus dei? Quid prodeſt mere trici,ſi nomen habeat caſtū? ſic nihil prodeſt peccatori,ſi ſeruus dei dicatur. Ne putetis quia melior eſt Chriſtianus impiè agens,quā infidelis impius.Denique quis peior eſt tibi,inimicus apertus,an qui ſe fingit amicū,& eſt inimicus? Puto quòd melior eſt inimicus apertus,q̄ amicus falſus . Sic & apud deū odibilior eſt, qui ſeruū dei ſe dicit,& mādata diaboli facit.Serpentes genimina uiperarum,qūo fugietis à iudicio gehennæ?Serpentes.n.ſunt & oēs hęretici,pru-
Hereticiſerpentibus comparati. dentes in malo,& ſtulti in bono.Et ſicut ſerpētes uarij ſunt in corpore ſuo, ſic hæretici uarij ſunt in erroribus ſuis, & multiplices in malignitate:qui depoſuerunt imaginem dei, quæ eſt in iuſtitia,& ſanctitate ueritatis:& ſuſcipiētes imaginē ſerpentis, q̄ eſt in malitia & ſchemate ueritatis , facti ſunt ſerpētes,filij ſerpentis illius,ad quē dominus in perſona eccleſiæ, &
Gen.3.c diaboli dicit:Ecce pono inimicitias inter te & mulie
B rē,& inter ſemē tuū , & ſemen illius. Super uentrem tuū,& ſuper pectus tuum repes, & terrā māducabis omnibus diebus tuis.Propter quā ſententiā domini inter hæreticos & Chriſtianos pax non poteſt eſſe. Si ergo filios eccleſiæ nō perſequūtur hæretici, neq̄ aduerſantur, & ipſi filij ſunt eccleſiæ:ſi aūt perſequūtur, ſemē ſunt ſerpentis illius, cuius ſemē inimicitias exercet aduerſus ſemen eccleſiæ.Nā & iſti, q genimina ſunt ſerpentis,ſimiliter ſicut & illi ſuper uētrē ſuū, & ſuper pectus repunt,& ſemper māducāt terrā.Super uentrē quidē,& pectus repunt:quoniā quicqd faciunt pp uentrē ſuū faciūt, & pp uanā gloriā pectoris ſui. Terrā aūt manducant, quoniam neminē lucrātur,aut capiunt in perfidia ſua,niſi illos qui in terra ſunt:id eſt, carnales hoies.Spirituales aūt uiros ſe-
⌜ſeductione conſumunt. ductio non conſumit ⌜. Manducare enim eſt lucrari uel acquirere, ſiue ad uitam, ſiue ad mortē.Nō ſolū autem ſerpentes ſunt,ſed & uiperę,quarū natura eſt, ut rūpentes uiſcera matrū,naſcantur:ſic & authores hæreſum,rumpentes fidem matris eccleſiæ, proceſſerunt ad principatū.*Quomodo fugietis à iudicio gehennæ?* Eccleſias ædificantes, nō eccleſiaſticæ ueritatis
C fidē tenētes:ſcripturas legētes,nō ſcripturis credētes: prophetas,& apoſtolos,& martyres nominātes, nō opera martyrū imitantes, nec confeſionē eorū ſequentes. Nec auditis eū qui dicit : Non omnes qui
Sup.7.c dicunt mihi,domine domine,intrabūt in regnū cœlorū, ſed qui faciunt uolūtatē patris mei?Sicut.n.nō omnes qui dominū uocant,domini ſunt,ſed qui faciunt domini uoluntatē: ſic nō omnes q in locis ſuis prędicant apoſtolos,& prophetas, & martyres,iam per hoc ſunt cultores eorū: ſed qui opera eorū imitātur, & fidem ſequuntur.

Homilia.xlvi.ex capite xxiii.

*Deo,ecce ego mitto ad uos prophetas,& ſapientes & ſcribas, & ex ipſis occidetis, & crucifigetis, &c.*Prophetas , & ſapientes, & ſcribas apoſtolos dicit. Prophetæ.n.erāt, qa prophetico ſpiritu
Pſal.89.c erāt repleti.Sapientes aūt erāt corde,licut propheta dicit de eis:Et eruditos corde in ſapiētia. Scribæ aūt erāt corde,qa de theſauris ſuis noua & uetera proferebant.Sed primū uideamus, qua cauſa dicit: Ideo, Ecc.ſm.b ecce ego mitto ad uos. Superius dixerat, Væ uobis ſcribæ & Phariſæi hypocritę, qui ædificatis ſepulcrha prophetarū,& ornatis monumenta iuſtorū, & dici- D tis:Si fuiſſemus in diebus patrū noſtrorū,nō eſſemus ſocij eorū in ſanguine prophetarū:id eſt, quoniā ædificatis ſepulchra prophetarū,& per hoc non ſolū uerbis,ſed & ipſis ædificationib⁹ dicitis, ſi in diebus patrū noſtrorū fuiſſemus,nō eſſemus ſocij eorū in ſanguine prophetarū:uolētes uos iuſtificare corā hoib⁹ qui ſecūdū uiſionē operū iudicāt, & nō corā deo , q corda cognoſcit: qd eſt hypocritarū.Ideo dixit Ieſus turbis Iudęorum , & principibus ſacerdotū : *Ecce ego mitto ad uos prophetas,& ſapientes,& ſcribas : & ex ipſis occidetis,& crucifigetis: & perſequemini de ciuitate in ciuitatē,ut menſuram homicidarū patrum ueſtrorū non bene plenā impleatis.* peiora faciētes patrib⁹ ueſtris.Quoniā illi quidē prophetas occiderunt, uos autē ipſum dominū prophetarū.Illi.n.eos qui annūciabant uerum filiū dei:uos aūt eos qui eum iam aduenisſe teſtantur, ut ſic per ipſa opera ueſtra homicidialia teſtimoniū uobis reddatis,quia filij eſtis patrū homicidarū:ut nō ſolū ſanguis iſtorum ſanctorum, uerum etiam propter iſtorum ſanguinem , omnis ſanguis
E pręcedentium ſanctorū ueniat ſuper uos.Nunc uirtutē ipſorū uerborū uideamus.Oſtendit eis,quia intelligit corda ipſorum, quia tales ſunt, ut faciant qd fecerunt patres eorū.Nam apud deū, qui hominem occidere diſponit, antequā occidat, quaſi homicida habetur.Et qui adulteriū committere auſus eſt, antequā committat,iam adulter eſt ante deū.Et qui periurare paratus eſt,antequàm periuret,iam periurus uidetur: quia deus non ex operibus iudicat, ſed ex cogitationibus cordis, dicente Apoſtolo : Teſti-
Rom. monium reddente conſcientia eorū, ēt cogitationibus inuicē accuſantibus ſe, aut ēt defendentibus ſe in die cū iudicabit dominus occulta hominum. Voluntas eſt enim,quę aut remuneratur pro bono, aut condēnatur pro malo: opera aūt teſtimonia ſunt uoluntatis.Vt quid ergo expectat opera,qui conſciētias nouit ? Nunquid & tu in aliquo negocio teſtimonia q̄ris,cū tibi res ipſa fuerit manifeſta? Sed dicis:Si ſecundū uoluntatem iudicat, & opera non expectat, non miſiſſet ad illos prophetas & ſapientes . Ideo expectat ut duo bona fierent miſericordiæ, ut & Iudæi ſecundū conſcientias ſolas ſuas condemnarentur,& F iuſti homines non occiderētur. Et quis ſcit,quia aut malus iuſtē damnatus ſit pp malitiam ſuam,aut bonus propter beneuolentiā ſuam iuſtē remuneratus ſit,niſi uoluntas demoſtraretur in opere? Quale eſt enim illud iudicium iuſtū,cuius iuſtitiam nemo cognoſcit ? Non ergo deus quērit opera propter ſe, ut ſciat qūo iudicet,ſed propter alios,ut omnes intelligant,quia iuſtus eſt deus. Nam deus eſt, qui omniū corda cognoſcit,& hominum, & angelorum,& ſpirituū cæterorum. Cor aūt dei nemo cognoſcit,neq̄ homines,neq̄ angeli.Ideo ergo & malis dat occaſionem,per quam in operibus oſtendatur propoſitum uoluntatis ſuæ malę: ſicut dedit ſcribis & Phariſæis, mittens ad eos prophetas , & ſapientes, & ſcribas:& bonis prębet occaſionem,per quam oſtendant propoſitum uoluntatis ſuæ bonæ,ſicut prophetis, & ſapientibus,& ſcribis ſuis præbuit, excitans ſuper eos perſecutionē ſcribarum & Phariſęorum, ut non ſine cauſa quantū ad hoies coronarētur. Et ſicut homo habens benefaciēdi propoſitū, certè iuſtū eſt , ut deº prouideat ei occaſiões,p quas faciat bona.Vt qd pinguis terra iaceat ſine fructu ? Sic iuſtū eſt, ut homini

G malā uoluntatē habenti, prouideat causas, per quas faciat mala, dicente Salomone: Ad prauos prauas
Psa.118.d Psa. 124. a uias mittit dominus. Vnde Dauid rogat, dicēs: Viam iniquitatis amoue à me, legem tuā, &c. Nā & de beneuolis alibi propheta sic dicit: Quia nō dimittit uirgam peccatorū super sortē iustorū, ut non extendāt iusti ad iniquitatē manus suas: Id est, non dat potestatē dęmonibus super iustos, nequando contra uoluntatē suā malū facere cōpellantur ab illis. De maleuolis aūt statim sic dicit: Declinantes aūt ad suffocationē, adducet dominus cū operantibus iniquitatē: Id est, q declinatus est ad malefaciēdū, sociat illū cū operantibus mala: Vtputa uolenti tibi eleemosynas facere, occurrit ante faciē tuā captiuus, aut desolata uidua, aut miserabilis orphanus, non tantū te
Ibidem. Deū misit. misit ad utilitatē illius, quantū illum transmisit ad utilitatē tuā: id est, non tantū pręstitit illi per te, quātū per illū tibi. Nam quod per te illi prǽstitit, tęporale est, & terrenū: quod aūt tibi pręstitit per illū, perpetuum est, & cœleste. Ne putes quia pp utilitatē pauperum deus diuitē fecit, quos & sine diuitibus poterat sustentare: sed propter utilitatē diuitum pauperes fecit qui infructuosi & steriles erāt futuri, nisi pauperes facti fuissent. Si ergo bene facere uolentibus, quādo prouidet causas benefaciēdi, iustus est deus: sine dubio, & quando malefacere paratis malefaciēdi prouidet causas, non est iniustus. Sicut.n. bonus
Psa.118.d rogat, ne occasionē peccādi incurrat, dicens: Viā iniquitatis amoue à me: sic & malus optat, ut inueniat occasionē nocendi. Ideo ergo dicit dominus: *Ecce ego mitto ad uos prophetas, & sapientes, & scribas, & ex ipsis occidetis, & crucifigetis, & flagellabitis, ut ueniat super uos omnis sanguis iustus, qui effunditur super terram.* Ergo deus occasionē prouidet peccādi? Etiā, sed nō ut peccare faciat, sed ut peccatorē ostēdat. Ecce.n. si tu uitiosum cōpares seruū, & uolueris mores suos scire: nōne pones ātē illū facculos cū solidis, aut aliquē concupiscibilē cibū, & si quidē seruus ille incontinēs fuerit, & sine timore, porrigat manum suam, & accipiet inde: nunquid malè feci? Aut nunquid tu coēgisti illū ut faceret malè? Non, sed propalasti malitiā eius. Sic & deus dans hominibus occasionē peccandi, si peccare uoluerint, nō illos facit peccare, sed manifestat pertinaciā cordis eorū. Vt *ueniat super uos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti, usq; ad sanguinē Zachariæ filij Barachiæ, quem occidistis inter tęplū & altare.* Id est, non tantū super Iudæos, qui iam nō sunt, sed super uos malos homicidas: Nā in tępore Abel Iudæi qdē non fuerunt, mali aūt fuerunt. Nam quantū ad homines multæ generationes sunt secundū diuersitates terrarū: quantum autem ad deū, duæ generationes sunt: Vtputa per singulas generationes sanctis suis bona promittens deus per prophetas, ad cōsolationē eorū Christū eis
Esa.62.b prophetauit uenturū, utputa: Cōstituā iudices tuos sicut prius, tunc uocaberis ciuitas iustitiæ, &c. Ergo promisit quidē, non aūt prǽstitit: prǽstitit aūt nouissimis sanctis. Sicut & per singulas generationes peccantibus mala promittens deus, ad terrorē eorū hunc eis proheticè minabatur interitum, quē Iudæi
Esa.1.b sunt passi, utputa, Terra uestra deserta, &c. Ergo minatus est oībus, non autem reddidit, sed reddidit generationi nouissimæ. Sicut ergo oīa bona, q̄ in singulis generationibus à constitutione mundi oēs sancti merebantur, illis nouissimè sunt donata, qui recepe-

runt Christū: sic omnia mala, q̄ in singulis generatio K
nibus à constitutione mundi pati meruerunt oēs ini
qui, & sanctorū interfectores, super nouissimos Iu-
dæos uenerunt, qui Christū repulerunt. Aut ita: Nūquā ab initio mundi antè talis gratia dei donata est hominib⁹, qualis in Christo: aut talis interitus uenit super impios, qualis uenit super Iudæos Christo repulso. Exępla corporalia dico, q̄ passi sunt à Romanis. Quid.n. melius esse pōt q̄ deū in corpore uenientē susc̄ipere? Aut quid peius cōtingere potest, q̄ deū cū tanta humilitate & misericordia uenientē ad se non solū nō susc̄ipere, sed adhuc interficere, & tali modo interficere? Pone ergo deū dicere ad illos, qui receperunt Christū: Ecce ego mitto ad uos filium meū in corpore uelatū, & discipulos eius in nomine ipsius: & recipietis eos, & credetis in eū, ut ueniat super uos omnis iustitia, q̄ facta est ab Abel usq; ad Zachariā. Nōne uerū dicit? Verè enim, quantū ad magnitudinē gratiæ, quæ data est hominibus in Christo, nō dicam omnē iustitiā præcedentiū sanctorum, quæ ab initio uenit super illos: sed puto, quòd omnium sanctorū iustitiæ tantū mereri nō potuerunt, quantùm L
illis donatū est. Sic & super Iudæos, qui crucifixerūt Christū, & persecuti sunt discipulos eius uenientes ad se: quantū ad magnitudinē iræ quæ effusa est super eos, non dicā quia omniū impiorū præcedentiū peccata uenerunt super illos, sed magis omniū impiorū peccata tantum mali non meruerunt, quantū uenit super illos, ut talia paterentur, qualia passi sunt à Romanis: & sic postmodū omnes generationes eorum usq; in finē seculi pro iicerentur à deo, & ludibrium fierent gentibus uniuersis: Sic & modò fit in omnes gētes & ciuitates. Vel ita: Omnis gens uel ciuitas nō cū peccauerint, statim punit eas deus: sed expectat per multas generationes, & modò mandat, modò minatur, interdū ex parte castigat: ut quantò magis diutius eos expectauerit, tantò amplius & dei iudiciū iustius sit, & illorū dignior pœna. Quādo aūt placuerit deo perdere ciuitatē illā, aut gētē, uidetur omniū generationē præcedētium peccata reddere illis: quoniā q̄ illæ omnes generationes merebātur, hæc sola passa est. Quid ergo? Iniustus est deus, qui aliorū peccata uindicauit in istis? Absit. Sed quoniā q̄ illi M
merebantur, isti sunt passi, & soli passi sunt talia, cū non soli peccassent: propterea q̄ aliorū erāt, dicūtur isti perpessi. Res.n. ista moralis est, & sic omnes homines quotidiè facimus. Ecce.n. cùm serui tui peccant, expolias unū, & iterū parcis ei, dicēs: Nisi obseruaueris, hoc passurus es: similiter facis & alteri. Non meliorantibus uerò eis, si incurrerit unus, castigatur secundū suū peccatū, & uidetur quidē pro omnib⁹ ille solus castigatus: quia quod aliis est promissum, illi est redditū. Reuerā aūt nō pro aliis castigatus est, sed pro se: quia scdm meritū culpę suę castigatus est. Ille.n. pro aliis dicitur castigari, qui aliis peccantibus, ipse castigatur, non peccans: qui aūt peccans castigatur, non pro aliis, sed pro se castigatur: Sic & generatio ista pro patribus quidem suis uidetur punita, qa illi territi sunt, isti puniti. Verè autē non pro aliis, sed pro se condemnati sunt: quia sic peccātes, iustè damnati sunt. Hæc eadem ad hæreticos conuenit dicere Christū: *Ideo, ecce ego mitto ad uos sapientes, & scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & flagellabitis in synagogis uestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatē, ut ueniat sup uos omnis sanguis iustus, qui effunditur sup terrā*

A Verè.n. missi sunt sapientes aduersus hæreticos. s. patres uestros. Sapiētes aūt nō literati, quorū sapientia non est in sensib. carnalibus posita, & in lingua acqsita per exercitationem carnalem, sed sapientes circa dei timorem, sapientes circa dei notitiam: sapientes aīo, non corpore: corde, nō ore: fide, non uerbis, de
Psal.89.c quibus, dicit propheta: Dexteram tuam sic notā fac mihi, & eruditos corde in sapientia. Misit scribas, id est presbyteros, & diaconos, & fecerūt eis qualia fecerunt prophetis, & apostolis, & martyribus patres eorum. Quanta passi sunt ab hæreticis patres nostri nullus ignorat, recedēte de medio testimonio scribarū. Ipse.n. actus hoium p singulas generationes decurrens, sufficit ad testimoniū ueritatis, qui sunt filij prophetarū, & apostolorum, & martyrū, persecutionē patientiū semp, & qui sunt filij Iudæorū atq; gentiliū psequentiū semp. Quid opus est uerbis ad probationē generis uestri, cùm res ipsa loquatur? Quod aūt dicit, Vt ueniat super uos ois sanguis iustus a sanguine Abel, usq; ad sanguinem Zachariæ: non ita est intelligēdum, ut oium generationum præcedentiū & psequentiū merita, generatio una psoluat. Nec.n.
B iustū est, ut alter pro alterius puniatur peccatis, sed
Iudicialis. cum in die iudicij unaquæq; generatio punita pro peccatis suis fuerit, de hac una & ipsa generatione uidebitur esse iudicatum. Omnium.n. iniquorum, & psecutorum, & homicidarum à Cain usq; ad finē una generatio est: etsi non sint oēs in tempore uno, omnes tamen filij sunt persecutoris & homicidæ illius
Iust.24.c Cain. Ideo & alibi dicit: Amen dico uobis, non transibit generatio hæc donec omnia fiāt: id est, donec impleatur oē mysteriū uocationis sanctorū: Vtputa Cain fuit persecutor Abel, & mortuus est: facti sunt gigantes psequētes filios Seth. Ecce Cain transiit, sed generatio ipsa stetit. Perierūt gigantes in diluuio, sed
Chanaā nati sunt ex Cham Chananæi, & cæteræ gētes psequentes filios Sem. Gigantes transierūt, sed generatio ista stetit. Secūdum aiam.n. Chananæi de generatione erant eorū iniquorum, q̄ fuerunt ante diluuiū. Interēpti sūt Chananæi ex parte à filijs Israel, sicut legimus, & ex eis facti sunt alienigenæ, q̄ persequerentur Iudæos. Ecce & illi transierunt, sed generatio eorum stetit. Postmodum cōuersæ sunt gentes quædā ad Christum, surrexerunt pfidi Iudæi post Christū,
C aduersus Christianos, ipsa uice habētes ipsam generationē quantū ad aiam, quā habuerunt gentes illæ, quæ prius persequebantur Iudæos. Deinde gentiles quidē crediderunt oēs, Iudæi autem defecerunt, qui persequebātur ecclesiā: & ex ipsa ecclesia surrexerūt hæretici, qui persequebantur ecclesiā, sed generatio ipsa stetit. Ecce Iudæi & gentes persecutores transierūt, sed generatio ipsa stat. Nā de generatione impiorum Iudæorum, & gentilium sunt hæretici isti. Ideo & mores, & perfidiam sequūtur eorū, sicut diximus suprà. Postmodū aūt & hæretici trāsituri sunt, ut nō sint secundum qd modò esse uidentur, & futuri sunt gentiles & populi Antichristi, & transeūtib. istis, generatio iustorum stābit in illis. De generatione.n. iustorum erant ēt illi qui fuerunt, & impletur quod dictum est: Nō transibit generatio ista, donec oīa fiāt. *Hierusalē Hierusalē q̄ occidis prophetas, et lapidas eos qui ad te mittuntur.* Oia futura antè prospiciens dominꝰ, prænidit ēt ruinam ciuitatis Hierusalem, & plagam, quæ à Romanis uentura erat super populum illum: ideo extollens lamentum lugebat eam dicens, Hierusalem Hierusalem. Recordabatur quidē sanguinē D
sanctorum suorum, qui effusus erat ab illis, & qui ad huc postmodum fuerat effundēdus. Sed non tamē dolebat de iniuria sanctorum suorum, sciens qualē illis gloriam præparauerat pro morte temporali: sed de illorū interitu flebat, quibus & in isto seculo mala uentura fuerant, & in illo peiora. Sicut.n. benefacientes, non deo præstamus, sed nobis: deus autem gaudet, nō de suo lucro, sed de nostra salute: sic nos peccātes nō deo nocemus, sed nobis. Deꝰ aūt tristatur, non de sua iniuria, sed de nostra perditione. Sicut rex benignus audiens criminosas psonas, lege quidē cōpellente ipse mortis sententiā dictat aduersus eos, tamen misericordia instigante lachrymas fundit sup illos, & uult eos adiuuare, & nō potest, cōtradicēte sibi iustitia: quoniam misericordia tūc uera est misericordia, si sic facta fuerit, ut iustitia p eā nō cōtemnatur: si aūt contępta iustitia misericordia obseruetur, ipsa misericordia nō est misericordia, sed fatuitas. Nā iustitia non est uera iustitia, nisi habuerit in se & misericordiam: sic & misericordia nō est uera misericordia, nisi habuerit in se iustitiā. Iniustè agentib. ac malefactoribꝰ misericordiā exhibere, nec eos punire, ip- E
sa misericordia non est misericordia, sed fatuitas: Sic & dominus ipse quidē mortis sententiā dictabat super Iudæos, dicens: *Ecce ego mitto ad uos prophetas, & ex ipsis occidetis, ut ueniat super uos omnis sanguis iustus.* Ecce ipse eos miserabili lamētatione plangebat, dicens: Hierusalem Hierusalē. Nam deus inuitus cōpellitur cū magno dolore peccatores damnare. Nō.n. sic dolet, qa ipse ab eis offenditur, sed quia quasi uiolēter cogitur perdere aliquē, qui oēs cupit saluare. Nā quēadmodum in nobis cōtra naturā est bene facere, sic & deo cōtra naturā est malè facere, aut perdere. Sed dicet aliquis: Cū in potestate habeat deus pdere & saluare, quis eum inuitum cōpellit condemnare, si nō uult? Tu qui nō desideras misericordiam dei. Nā sicut q̄ desideranti misericordiā dei denegat, crudelis est: sic q nō desideranti misericordiam præstat, iniustus est. Sed dicis: Quis est homo, q nō desiderat misericordiam dei? Tu qui permanes in peccatis. Desiderare autē misericordiam dei, est cōuerti ad *Misericordiam dei desiderare, quid.*
eum. Ille.n. desiderat misericordiam dei, q timet iram eius: qui autem nō timet iram eius, nō desiderat misericordiam eius, sed contemnit. Hierusalem Hierusalem, quæ usq; nunc luctata es contra misericordiam F
meam tuis peccatis, nunc aūt ipsam superasti. Volo enim in te misereri, sed uires misericordię faciēdę nō habeo, nec possunt te amplius iā sufferre. Incessabilibus.n. iniqtatibus tuis misericordia mea quasi iā lassata, à proposito suo defecit. *Quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui mittūtur ad te.* Misi ad te Esaiam, & serrasti eum: misi ad te Hieremiā, & lapidasti eū: misi Ezechielē, & tractum super lapides excerebrasti eū. Quo sanaberis, quæ nullum ad te medicum uenire permittis? Quo curabo infirmitatem tuā, q̄ oēm medicinam conculcas? Sanctis meis non peperci, ut tibi parcerē peccatrici. Illorum uitam neglexi, ne tuam mortem uiderem. Oēs medici spirituales in te defecerunt, & tu curata non es. Insanabilis est passio tua, uicit enim artem diuinā. Si de morte tua gauisus fuissem, nunquam ad te misissem prophetas. Si te perdere uoluissem, nunquam ad te ego ipse uenissem. Ego tibi quid faciam, si tu ipsa uiuere non uis? *Quoties uolui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos*

G suos, & noluisti? Cùm te in Aegypto quasi sanguinarius accipiter psequebatur Pharao, misi super te Mosen & Aaron, quasi duas mollissimas pœnas misericordiæ meæ, & liberatos uos de unguib. eius rapui
Exo.4.et 5.a
Ibid.32.a
in desertũ, & noluistis seq me, facientes uobis uitulũ in Horeb, ut seruiretis potius idolo mortuo, q̃ deo uiuẽti. Quoties uolui congregare filios tuos, sicut galli na pullos suos, & noluisti? Percurre, si uis, iudicium, r Quoties peccauerũt & tradidit illos deus, & iterũ liberauit? Gallinã, ecclesiæ ponit similitudinẽ. Sicut. n.
r Iudiciũ librum.
pulli gallinarũ pastũ suũ quærentes, p diuersa uagantur, & maternis uocib. congregantur ad ipsam, & iterũ similiter pascentes dispergũtur, & iterũ maternis uocibus congregãtur: Sic & populus dei carnalẽ uoluptatẽ, & mũdialem concupiscentiã sequẽtes, per diuersos uagãtur errores, quos ecclesia mater per sacerdotes, modò icrepationib. modò blandimẽtis, quasi quibusdã uocibus cõgregare & allectare festinat. Et quẽadmodum gallina habẽs pullos uocãdo illos non cessat, ut assidua uoce uagositatẽ corrigat pullorum suorũ: sic & sacerdotes in doctrina cessare nõ debent, ut studio & assiduitate doctrinarũ suarũ ne
H
gligentiam populi errantis emẽdent. Et quemadmodũ gallina habens pullos, nõ solũ suos calefacit, sed ẽt cuiuscũq; uolatilis filios exclusos à se diligit quasi suos: ita & ecclesia non solũ suos Christianos studet uocare, sed siue Gentiles, siue Iudæi, si suppositi illi fuerint, oẽs fidei suæ calore uiuificat, & in baptismo generat, & in sermone nutrit, & materna diligit charitate. Vt aũt & hæreticis hæc eadẽ coaptemus, Hierusalẽ hìc semp ecclesiã intellige, q̃ dicitur ciuitas pacis, cuius fundamenta posita sunt sup mõtes scripturarũ. Sicut ergo illi Iudæi, q fuerant Hierusalẽ spũalis, ingressi crediderunt in Christum: illi autem qui erãt Hierusalem corporalis, manentes in corporali Iudaismo, persequebantur spũales Iudæos, id est apostolos, cæterosq; ex circũcisione credẽtes: Sic & de ista noua Hierusalẽ, id est de ecclesia, q spũales Christiani fuerũt, relicta corporali ecclesia, quã perfidi occu
1.Ioã.2.c. Exire de ecclesia quis dicatur.
pauerant uiolentia, exierũt ab illis. Magis aũt illi exierunt à nobis, sicut Ioannes exponit. Non. n. ille de ecclesia exire uidetur, q corporaliter exit, sed qui spũali ter ueritatis ecclesiasticæ fundamẽta relinquit. Nos enim ab illis exiuimus corpore, illi aũt à nobis aio.
I
Nos ab illis exiuim⁹ loco, illi à nobis fide. Nos apud illos reliquimus fundamẽta parietũ, illi apud nos reliquerunt fundamenta scripturarũ. Nos ab illis egressi sumus secũdum aspectũ hoium, illi aũt à nobis secũdum iudicium dei: Ideo & illi corporales Christiani persequuntur nostros spirituales, specie colorata, uarietate fundata. Propterea quæ superius dominus cõmemorauerat, ad illam Hierusalem corporalẽ dicta esse uidentur: Hierusalem Hierusalem, q̃ occidis prophetas, & lapidas eos q ad te mittuntur. Non dixit, quę occidisti, & lapidasti: sed q̃ occidis & lapidas: id est, quæ hoc proprium, & quasi naturalem cõsuetudinem habes, ut occidas & lapides sanctos. Non enim occidit aut lapidauit sanctos ante Xpm, & ceessauit facere post Christũ q̃ fecit aliquando prophetis, sed eadẽ ipsa facit apostolis, quæ fecit aliquando prophetis. Sic & hæreticorũ ecclesia, nõ solũ persecuta est patres nostros, & persequi iã cessauit: sed eadẽ filij eorũ faciunt nobis, quæ patribus nostris fecerũt patres eorum. Mittuntur. n. ad illos uiri fideles, quotiescũq; inter illos & fideles certamen fidei commouetur, non ex ebrietate uini, sicut fieri solet frequenter, sed ex aliqua causa religionis. Mittũtur ad illos, sicut mittebãtur prophetæ & apostoli ad Iudæos, nõ ad salutẽ eorũ, insanabiles. n. sunt: sed ad præiudiciũ ipsorum, ut sine excusatione ignorantiæ iudicentur. Item aliter: Hæretici prophetas, & apostolos, & martyres occidũt, qui modò sunt apud nos: sine dubio occidũt in uerbis suis, & actib. Quoties. n. leguntur in ecclesiis nostris uerba & acta prophetarũ & apostolorũ, prophetæ & apostoli missi nihilominus loquũtur ad nos: quos oẽs missos ad se, hæretici dum legũt, & malè interpretãtur, occidunt & lapidãt eos. Vt aũt manifestè cognoscas, qũo prophetæ & apostoli ab hæreticis occiduntur & lapidãtur: primũ intellige, qũo nascitur Christus in nobis, & qũo occidi tur. Quando. n. credimus in Christum, Christum generamus, & formamus in nobis, sicut dicebat apostolus Galatis: Filioli mei, quos iterũ parturio, donec
Gala.4.c
formetur Christus in uobis. Consequenter & quando perdimus fidẽ Christi, Christũ occidimus in nobis, sicut & prophetæ apud hæreticos occiduntur. Quando. n. fidem & ueritatem uerborum eorũ prauа interpretatione subuertunt, prophetas & apostolos occidunt in se. Ipsius. n. uerbi quasi sanguis ueritas est, q̃ uiuificat uerbũ. Omne. n. uerbũ, quod non habet in se ueritatem dei, mortuũ est, quẽadmodũ
L
sine sanguine corpus. Propterea oia uerba diuina, quãuis rustica sint & icomposita, uiua sunt: quoniã intus in sensibus suis habẽt positã ueritatẽ dei, quasi sanguinẽ in uenis inclusum, & ideo uiuificant audiẽtẽ, sicut testatur Petrus ad Christum, dicẽs: Quò ibimus? uerba uiua habes. Omnia aũt uerba secularia, quoniã nõ habent in se uirtutem r dei, & quãuis sint cõposita & ingeniosa, mortua sunt: quoniã in uenis sensuum suorũ nõ habẽt uirtutẽ r dei: propterea nec audientẽ saluant. Secũdum hæc iã intelligis: qũo hæretici occidunt & lapidant prophetas & apostolos missos ad se. Quoties. n. ueritatem uerborum eorũ gladio maligni spiritus, & uerbi peruersi corrũpunt, occidũt prophetas & apostolos, & sanguinẽ uerborum eorum, id est ueritatem effundunt in terram: toties aliud intelligentes in uerbis prophetarũ & apostoloruin, & aliud proloquuntur in populo, blasphemias suas quasi lapides quosdã iactant sup apostolos & prophetas. *Quoties uolui cõgregare filios tuos, &c.*
M
Quotiescũq; n. sicut diximus, inter hæreticos & fideles fidei mouetur certamen, euidenter uult illos dominus congregare sub ueritate alarum suarũ, id est duorum testamẽtorum, quotiescũq; leguntur apud eos uerba prophetarum & apostolorum: illi aũt nõ quasi domestici pulli gallinæ q̃ est ecclesia, sed quasi syluestres pulli sanguinarij uulturis, aut accipitris, nõ solũ ad ueritatẽ duorũ testamentorum uenire non acquiescunt, sed adhuc irruũt super ipsam gallinam, id est ecclesiam, & diripiunt, & dispergũt pullos eius, & euellicant eã: toties uult eos cõgregare, illi aũt nolunt. *Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta.* id est, ecce nunc tpe instanti. Cũ ego fuero crucifixus, scindetur uelum tẽpli, & secreta mysteria sanctitatis eius publicabũtur, & recedet ab eo spũs dei. Et sicut corpus aĩa recedente, prius quidẽ frigescit, deinde putrescit, & soluitur: sic & templum uestrum, dei spiritu recedente ab eo, prius quidem seditionib. & indisciplinationibus replebitur tyrannicis, quasi deo iam illud nõ gubernante, deinde ueniet ad ruinam. Sicut

enim ante mortẽ hominis, insanabilis præcedit infirmitas: sic & ante ruinã aut hominis, aut loci alicui⁹, aut ciuitatis, inemendabilia p̃cedũt peccata. Sicut. n. pulli frequẽter à matre uocati, cũ non obaudierint, neq; secuti fuerint matrẽ, matre longius abeũte, aut uenit accipiter, & diripit eos, aut longius euagantur, ut pereant: sic & domino frequẽter Iudæos uocãte, quoniã nõ obaudierũt, neq; secuti sunt eum, recedẽte illo ab eis, ad Gẽtes uenit quasi acipiter rex Romanus, & patrẽ quidem eorum comedit fames & gladius, alij autem per singulas prouincias dispersi sunt ut perirẽt. *Dico enim uobis, nõ me uidebitis amodo, donec dicatis, Benedictus qui uenit in nomine domini.* Præcesso
Rom.11.c
res nostri exponũt, circa ipsum diẽ iudicij & resurrectionis quosdã Iudæorum credituros in Xpm. Quod & apostolus significare uidetur, dicẽs: Ex parte cæcitas cõtigit in Israel, donec plenitudo Gentiũ intraret, & sic oĩs Israel saluus fieret. Et sequẽs lectio illa tota hoc dicere uelle uidetur. Siquis aũt mysteriũ hoc p illos putat impletũ, qui in actibus apostolorũ legun tur, Petro p̃dicante, aut aliis apostolis crediderũt: intelligat pp tres causas non esse uerum quod dicit. Pri
B
mũ, quia tunc pars modica secundũ electionẽ credidit, non totus Israel. Secundo, quòd illi ante Gentes crediderunt, non post Gentes. Plenitudo aũt gentiũ tũc adhuc non introierat, sed inchoauerat hoc. Tertiò, q̃a quãdo hæc fututa prædicebat apostolus, Gẽtes iã crediderunt, & Iudæi q fuerant crediturí: & tamẽ apostolus adhuc credituros significat Iudęos, di
Ibidẽ.d
cens ad gentes: Sicut. n. uos aliquãdo nõ credidistis deo, nunc aũt misericordiã consecuti estis, pp illorũ incredulitatem: ita & illi nunc non crediderunt in ue
Rom.11.c.
stra miseratione, ut & ipsi misericordiã consequantur. Concluſit enim deus omnes in icredulitate, ut omnibus misereatur. Dicens ergo, A modo non me uidebitis, donec dicatis, Benedictus qui uenit in nomine domini: hoc dicere uult, donec ueniat tẽpus, in quo credẽtes dicatis, Benedictus q uenit in noĩe domini. Spiritualiter. n. uidere Christum, est ipsum in fide cognoscere. Sicut aũt ad illam Hierusalẽ dictum,
Mat.23.d
est, Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta. s. cũ occideritis filium dei apud uos, cũ de illo templo corporali templum exierit spirituale, quod fuerunt sancti, qui ex circuncisione crediderunt in Xpm. Sic
C
& ad ecclesiam oĩum hæresum dictum esse uidetur, Ecce relinq̃tur uobis domus uestra deserta, ex quo filiũ dei occidistis: id est, ex quo uiuum uerbũ ueritatis illius, mendacis uerbi gladio, ueritate effusa, mortuũ fecistis: sicut supius diximus, spiritualiter prophetas susci pit aut occidi. Qui. n. credunt secundũ ueritatem uerbis prophetarũ, suscipiunt prophetas: q aũt corrũpunt ueritatẽ ipsorum, occidunt uerba eorũ, & eos ipsos in uerbis ipsorũ. Sic & Christus, aut susci
Credẽdo generamus Christũ, fidem uero abiiciendo, apud nos occidimus.
pitur, aut occiditur apud nos. Si enim credimus uerbis eis, suscipimus eũ, & generamus in nobis: si aũt non credimus, & adhuc ueritatem uerborũ eius corrũpimus, repellimus eũ, & occidimus apud nos. Vndesit, ut quotidie Xps apud fideles qdẽ suscipiatur, atque nascatur, apud hæreticos aũt repellatur. Relicta est aũt & deserta, ex quo de illa corporali ecclesia spiritualis exiuit: id est, de populo suo qui uideba tur Christianus, & non erat, populus iste exiuit q nõ uidebatur, & erat: & magis autem secundũ quod diximus, illi à nobis exierunt, quã nos ab illis. Sicut autem membrum à corpore p̃cisum uiuere nõ potest, neq; ramus arboris uiridis esse: sic & oẽs hæretici p̃ci
D
si à corpore unius ecclesię, nec uitã Xpi in se habere possunt, nec uiriditatẽ gratiæ spiritualis, sed est ecclesia eorũ deserta: non ab hominibus, abundat. n. per uersis hominibus, qũo semper malorum maior est copia q̃ bonorum: sed deserta est à sanctis, deserta à sanctitate, à fide, à ueritate, à gratia, à spiritu. Deserta deniq; ab ipso deo, & à bonis oibus quæ sunt dei. Si cut. n. homo q dei non est, mortuus dicitur esse, quãuis uiuat: quia non deo, sed diabolo uiuit: sic oĩs ecclesia, quãuis abundet hominibus, tamen si ab illis bonis q̃ dicta sunt defuerit, deserta est: qa non deo, sed diabolo plena est. Dico. n. uobis: Nõ me uidebitis amodo, donec dicatis, Benedictus q uenit in nomine domini. Verè. n. ex tempore pditionis suæ hęre tici nunquã Christũ uiderunt. Videt. n. eum fide, nõ oculis, qui secundũ ueritatẽ eius credunt in eum: qui aũt nõ credunt, cæci sunt corde, non corpore: nõ necessitate, sed uoluntate. Cogniturí sunt aũt eum in die iudicij nolentes, quãdo uidebũt eũ in maiesta te patris, quando uidebunt eum ẽt oẽs iniqui, & dominũ eum confitebũtur nolẽtes. Domine domine, *Sup.7.d.*
E
nos in noie tuo dæmonia eiecimus, &c. sed nihil illis proderit tarda cõfessio. Tũc & isti dicturi sunt Christo: Nos in noie tuo docuimus, & in nomine tuo dęmonia eiecimus. Dicet autem ad eos: Nũquid in uirtute mea? nunquid in spiritu meo? In noie enim meo aliquid agere, seductorum est: sed in uirtute mea, & in spiritu meo, sanctorum. Discedite à me, nescio qui estis. Sicut enim uos cognoscentes me, cognoscere noluistis, non pp difficultates ueritatis meæ, sed pro pter iniquitates malitiæ uestræ: sic & ego cognoscẽs uos, nolo cognoscere, non propter extraneas personas uestras, sed propter odibiles malitias uestras.

Homilia.xlvij.ex cap.xxiiij.

Gręssus Iesus de tẽplo, ibat: & accesserũt discipuli eius, ut ostẽderẽt ei ædificationes tẽpli. Supius
e
ingressus est dominus tẽplũ, quęrens sanctitatem tẽpli: sed cũ in tẽplo nihil inueniret propriũ tẽpli, egressus de tẽplo ibat: quia ædificium quidẽ stabat quod erexerunt hoies, sanctitas uerò ecciderat, quã constituerat deus. Nam templũ hominũ, est ędificatio lapidũ pulchrè composita: templũ aũtẽ dei, est cõgregatio electorũ religiosẽ conuersantiũ. Ibat de tẽplo foras, id est de Iudæis ad Gentes. Ibat non
F
solũ corpore, sed uoluntate recedẽs in spiritualibus. Ecce si pars aliqua domus fuerit decisa, cũ labore tamen possibile est ut reparetur: si autem ipsum fundamentũ fuerit conquassatũ, quid faciat paterfamiliâs, nisi fortè i aliquo loco noua faciat fundamẽta, & lapides de priori domo trãsuectans, aliã sibiæ dificet domũ? Sic & in spiritualibus, si quidẽ populares peccauerint, per pœnitentiã corriguntur: si aũt sacerdotiũ ipsum fuerit dissipatũ, quod est populi fundamentum, quid faciat deus? Hæc ratione gentẽ Iudęã relinquẽs, in alio loco, id est in medio gentiũ uniuersarũ, noua posuit fundamẽta, id est apostolos suos & oẽs bonos trãsferẽs, q fuerint ex Iudęis, dicẽte propheta: Conuertantur ad me, q timẽt te. Nouã sibi fecit ecclesiam, & admonuit illã, ut sicut mutauit lo- *Ps.118.K*
cũ mutet & mores, dicens per prophetam: Audi filia & uide, & inclina aurẽ tuam, & obliuiscere populum *Ps.44*
tuum, & domum patris tui, & concupiscet rex decorẽ tuum. Ibat enim nunquã ad illud templum iterũ
reuersurus: iam. n. maledixerat ei, dicens: Nunquam *Sup.11*

ex te fructus naſcatur. Hęc.n. ſynagoga erat illa ficulnea ornata foliis, & fructibus uacua: q arbor uideba tur, non aũt erat niſi figuralis, ſed erat ſynagoga rea lis: ſicut & Iudæa, quæ uerba ſanctitatis portabat, & opera pietatis nõ habebat: q uidebatur populus dei, non aũt erat, ad quã uenit Xps eſuriens. Christus.n. ſi eſurit, quomodo ſatiatur? Satiatur in fide hominũ, eſurit autem in infidelitate eorũ. Et deſuper Samaritanum put eũ gaudens ſedebat, quoniã fides Samaritanorũ offerẽda ei fuerat, tãquã optimus cibus. Hic autem in templo nullam eſcam humanæ ſanctitatis inueniens, egreſſus de tẽplo, triſtiter ibat. Et uerè meritò triſtabatur, & erat qđ iraſceretur. Apud Samaritanos in peregrẽ ſatiatus eſt, apud Iudęos in domo propria manſit ieiunus. Nã ibat: per hoc quòd hic dicitur, ibat: hoc ſignificat, quaſi offenſus ibat. Alioq ſufficeret dicere, Cũ egreſſus fuiſſet de tẽplo, acceſſerunt ad eũ. Quemadmodũ homo, ſi uadat alicubi, exiſtimans inuenire reſpõſum: ſi non inuenerit, confuſus egreditur, quaſi qui pdidit aliquid, quia quod ſpabat nõ inuenit. Ideo & apoſtolis quaſi dolore repletus, reſpondit: *Amen dico uobis, non ſtabit hic lapis ſuper lapidẽ, qui non deſtruatur*. Non poteſt pacifica loqui, q cor habet turbatum. *Et acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, ut oſtenderent ei ſtructurã templi*. Adhuc apoſtoli carnales cõſtituti, ſpirituales oculos nõdũ bene aptos habebãt, & ideo ſpiritualiter adhuc uiuere nõ poterant. Ecce.n. totum templum iacebat ſpiritualiter diſipatũ, & illi quaſi mirabilem compoſitionem templi Xpo monſtrabant, non intelligentes quia homo qđẽ in ædificatione parietum delectatur, deus aũt in conuerſatione ſanctorum, dicẽte propheta: Domine, dilexi decorẽ domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Quẽ decorem? Non quem diuerſi tas ſplendentium marmorũ facit, ſed quem præſtat uarietas uiuentium gratiarũ. Ille decor carnem delectat, iſte uiuificat aĩam: ille pro tempore decipit oculos & deludit, iſte autẽ in perpetuum ædificat intellectum. *Ieſus aũt reſpõdẽs eis, ait: Videtis hæc omnia? Amẽ dico uobis, non relinquetur hic lapis ſup lapidẽ, qui non deſtruatur*. Apoſtoli unam rem oſtẽdere uoluerunt, & ipſam inutilem: Xps autem eis duarum rerum ſalutarium dedit uiuam reſponſionem. Nam & de futuro eos admonet, quaſi pſcius deus, & de pſenti eos docuit, quaſi benignus magiſter. Illi aſpiciũt illa, quę in hoc ſeculo uiua ſeruãt: ipſe autẽ monet de his, quę in futuro ſeculo ęterna perdurant. Nam q uidẽtur, temporalia ſunt: q autem nõ uidentur, ætęrna. Quid mirum, ſi hæc ſunt peritura, q manus humana conſtruxit? ſciamus ẽt illa eſſe ſoluẽda, q manus diuina creauit. Quia initio tu terrã fundaſti domine, & opa manuum tuarũ ſunt cœli: ipſi peribunt, tu aũt permanes in ætęrnum. Quicquid.n. uidetur, carnis eſt myſterium: quicquid non uidetur, animarum. Cùm ergo caro trãſient, neceſſe eſt ut & uiſibilia uniuerſa pertrãſeant: qa nõ eſt fas, ut cũ rerũ uiſibiliũ domina caro trãſierit, myſteria quaſi dignitoſiora remaneãt. Si ciuitas aliqua regi ſuo terreno fuerit facta rebellis, nõne tollit ab ea ius ciuitatis, & milites ſuos trãſmittit ut fiat deſerta, ut q poteſtatẽ regis ſui non cognouit in bono, cognoſcat in malo, & ipſa deſertio teſtificetur, qd ei profuerit anteà propitiatio regis? Hęc aũt gẽs nuhi regi cœleſti rebellis effecta eſt, legẽ meã corrupit, præcepta mea contempſit, miniſtros meos occidit, ſup meipſum iam impias manus ereK xit, & adhuc interficere me cogitat, niſi me defenderet imortalis natura. Ideo tollã ex ea pignora ueritatis meæ, id eſt ſpiritũ ſanctũ. Tollã exercitum meũ, id eſt angelos qui cuſtodiebant eã, ut non ſtet hic lapis ſuper lapidẽ. Cùm ergo ſalus ab ea receſſerit, neceſſe eſt ut perditio dominetur.

Christus eſuriens quõ ſatiatur.

Iohn.4.a

Homilia.xlviij.ex capite xxiiij.

Edente autẽ eo ſuper montem Oliueti, acceſſerũt ad eũ diſcipuli ſecretò, dicẽtes: Dic nobis, quãdo hæc erunt, & quod ſignũ aduentus tui, et cõſummationis ſeculi? Id eſt, quando hæc erunt, ut non ſtet in templo lapis ſuper lapidẽ, ſicut dicis? Et addũt interrogationibus ſuis & alterũ. ſut ſignificet eis etiam ſeculi finem, cuius Christus nõ fecerat mentionem. Sed illud primũ interrogant exſe & propter ſe, hoc autem ſecundum ex nobis & pp nos. Nam neq; nos templi illius diruptionem aſpeximus, neque illi ſeculi finem: ideo illis expediebat audire ſigna diruptionis illius, nobis aũt expedit conſummationis agnoſcere ſigna. Omnibus.n. laborãtibus dulcis eſt finis. Viator libenter interrogat, ubi eſt manſio: mercenarius frequẽter cõputat, quãdo annus cõpletur: agricola ſemp tẽpus meſis expectat: negociator die ac nocte thecæ ſuæ diſcutit rationẽ: mulier pgnãs ſemp de decimo mẽſe cogitat: Sic & ſerui dei libẽter de conſummatione ſeculi reqrunt. Scriptum eſt enim: Vbi erit theſaurus tuus, ibi erit & cor tuũ. Ecce ſi ſoli dorum aliquã quãtitatẽ habeas in arca repoſitam, quotieſcunque ueniẽs de platea, domũ tuam ingrederis, ante oia illum locum oculi tui reſpiciunt, ubi ſolidos habes: ſic & ſancti illũ locum reſpiciũt, ubi repoſitam habent coronã. Nam utile eſt tẽpus cõſummationis cognoſcere: quia & homo in itinere cõſtitutus, quãtò magis appropinquauerit mãſioni, tãtò amplius incipit feſtinare. Nam in lõga uia ẽt ueloces hoies pigriter ambulant, quando autẽ uia fuerit breuiata, etiam pigri uelociter ambulant. Hac ratione & Paulus exhortans dicit: Nũc.n. propior eſt noſtra ſalus, q cũ credidimus. Quia appropinquata ſpes excitat magnanimitatis uirtutẽ. Ideo quãtò magis laudabiles ſunt ſancti, qui ante Christũ fuerunt: tantò nos uituperabiles, qui poſt Xpm ſumus, & adhuc de ſeculo recedere nolumus. Illi quidẽ ſciebant finẽ eſſe futurum: quando aũt, neſciebant. Nos autem domino demonſtrãte, quotidie ſeculum finiri uidemus, & tanquã mali ſerui, iam albeſcit aurora, & adhuc dormimus. Nam peccatores hoies nunquam putant ſeculi finem eſſe futurũ. Et quid mirũ, ſi quod audiũt non credunt: cũ nec illud credunt, quod quotidie uident? Nã quotidie manibus ſuis efferũt mortuos, & mortales ſe eſſe non putant. *Et reſpondens dixit eis, Videte nequis uos ſeducat*. In primis hoc æſtimo ptermitti non oportere, ut conſideremus qd interrogãt apoſtoli, & ſic melius intelligemus quid Xps reſpõdit. Interrogant.n. hęc duo apoſtoli, Quod ſignum erit deſtructionis Hieruſalem, & quod ſignũ cõſummationis mundi. In conſummatione.n. gentis Iudææ Hieruſalem deſtructa eſt, q tamẽ uidebatur eſſe Hieruſalem, non aũt uera erat. In cõſummatione autem mũdi, eccleſia aut deſolata, aut deſolãda eſt: adhuc tamẽ illa q uidebatur eccleſia, non autẽ q uera erat, aut eſt. Dominus autẽ non ſeparatim dixit, q ſigna pertineãt ad deſtructionẽ Hieruſalem, & quæ ad cõſummationem mundi, uidelicet ut eadẽ ſigna pertinere uideantur & ad manifeſtationẽ deſtructionis

Hieruſalem,

Pſal.25.b

Pſal.101.d.

2.Co.4.d.

L

M

Supr.6.c.

Rom.13.d

Hieruſalem, & ad manifeſtationem cõſummationis mundi: quia nõ quaſi hiſtoriam per ordinẽ expoſuit eis quo res erant agendæ, ſed prophetico more præ

Prophetia.

dixit eis, q res erant agendæ. Prophetia aũt ſemper p myſteriũ dicitur, & per myſterium itelligitur. Quid igitur? hæc ſigna de fame, de bellis, & de terræmotu, ſi ad plenũ ſpiritualiter uoluerimus intelligere, non poſſunt pertinere ad manifeſtationẽ deſtructionis Hieruſalẽ: quia tunc ſpiritualiter gens cõtra gentem non ſurrexit: id eſt, hæreſis contra hęreſim. Nam tpe apoſtolorum tantummodo ſeminatę ſunt hæreſes, tpe autem regis Chriſtiani germinauerũt: noſtris autem temporibus maturauerunt, & prævaluerunt. Tunc.n. fames non erat ſpiritualis, ſed magna uber-

Pſal. 64.

tas, de qua propheta dicebat: Viſitaſti terrã, & iebriaſti eam, multiplicaſti ditare eam. Item ſi uoluerimus hæc ſigna tantum corporaliter intelligere, nõ proficiunt ad manifeſtationẽ cõſummationis mundi. Nã & bella hæc corporalia ſemper fuerũt, & ſemp erũt. Et fames, aut terræmotus carnales ſemp fuerũt. Nõ

Signum.

poteſt autem eſſe in ſignũ alicuius rei futurę, qđ ſemper fuit in uſu: ſed quod nouũ ſit, illud dicitur ſignũ.

B Sicut ergo fuit Hieruſalẽ illa corporalis, q iam expugnata eſt in figura: eſt autẽ altera Hieruſalẽ ſpiritualis. ſ. eccleſia Chriſti, q in finẽ mundi etiam tentanda eſt, & adhuc tentatur: ſic & ſigna illa quæ dominus dicit, & ſpiritualiter intelligenda ſunt, & carnaliter: ut carnaliter itellecta, ſignificẽt deſtructionẽ illius Hieruſalẽ: ſpiritualiter autem intellecta, ſignificẽt tentationem eccleſiæ in conſummatione futura. Ergo ad utrunq; tempus porrige mentẽ qui audis, & ad illud quod fuit antequàm Hieruſalem caperetur, & ad illud quod fiet antequàm tentetur eccleſia Chriſti. *Videte nequis uos ſeducat. Multi enim uenient in nomine meo, dicentes: Ego ſum Chriſtus, & multos ſeducent.* Hoc

1. Tim.1. d.

& apoſtolus dixit his, q fuerunt anteq; caperetur Hieruſalẽ, qa prius uenturi fuerãt pſeudochriſti. Etenim hoc erat ſignũ primũ deſtructionis Hieruſalẽ: quod uerè factum eſt. Venerunt.n. Doſitheus, & Simõ, & Cleonius, & Variſuas in noie Chriſti, & alij multi, quos apoſtolus in epiſtolis ſuis tangit. Hoc & patrib. noſtris dixerunt, q fuerunt prius anteq; tentaretur ec cleſia, qa uentura fuerant hæreſũm multa uerba mẽdacia, dicentia: Ego ſum uerbũ dei, Chriſtus. Et hoc

C ſignũ fuit expugnationis eccleſiæ, qđ & factum eſt. Verè.n. priuſq; ex tpe Theodoſii, præuaricantib. multis, expugnaretur eccleſia, multa dogmata præceſſerunt ex tpe Conſtantini, dicentia, hoc eſt uerbũ dei: per quæ ſigna intelligere potuerũt periclitaturã eſſe eccleſiam Chriſti, ſi prophetia Chriſti ante exitũ intelligi potuiſſet. *Multi uenient in nomine meo, dicentes: Ego ſum Chriſtus.* Venient in noie ſponſi, ut ſponſę caſtitas tentata probetur. Nam ſicut oĩs mulier quandiu non admonetur à malis hominib. non bene cognoſcitur utrum ſit caſta: ſi uerò admonita, conſciẽtiam uel fidem uiro ſeruauerit, tũc meritò caſta laudatur: Sic eccleſiæ fides non bene cognoſcitur, niſi antichriſti uenerint ad eã: ſiue de illis pſeudochriſtis, qui pceſſerunt anteq; tentaretur eccleſia, hoc conuenit dicere. Quoniam ſicut cũ domus incendio comprehenditur, oẽs latrones conſurgunt, qrentes unuſquiſq; qđ rapiat: ſic quando caſus ſpecialiter tunc Iudæorum, aut generaliter, aut modicũ Chriſtianorũ fieri cœperit, oẽs dæmones ſpirituales latrones inſurrexerunt, per ſuos miniſtros quærentes unuſquiſque quem perdant. Non audiſtis prophetã dicẽtem, qũo D in nocte oẽs beſtiæ circuierũt militãtes, hoc modo? *Pſ.103.c.* poſuit tenebras, & facta eſt nox in ipſa, ptranſibunt oẽs beſtiæ ſyluæ, &c. Sic & dæmones ſpirituales beſtiæ, quãdiu lux iuſtitiæ eſt ſup terram, in cubilibus ſuis latent, id eſt in cordib. impiorum, & non ſe oſtẽdunt: cùm aũt tenebras impietatis aſpexerint dominari, tũc dæmones procedunt, aut miniſtri eorũ de latibulis ſuis, quærentes quẽ ualeant deuorare. Ideo uidete nequis uos ſeducat. Homo, circa mortẽ phantaſias uidet: ſic & mũdus in exitu ſuo multos patietur errores. Hoc puto, quòd ad oẽs Chriſtianos dicebat, ſiue tũc, ſiue modo, pcipuè tamẽ ad ſacerdotes, uidete nequis uos ſeducat: Vos eſtis luminaria, uerbum uitæ continẽtes, quaſi cãdelabra lucentia, facilè uobis extinctis eccleſia à latronib. pdam patietur in tenebris. Quo aũt ſtet ædificatio domus, ſi colũnæ ceciderint? Et ne putes, qa corporaliter iubet eos aſpicere, cũ dicit, uidete: ſed ſpiritualiter mente conſiderare. Mẽte autem poteſt cõſiderare, qui per bonã conuerſationẽ mẽtem habet illuminatam. Qui ergo bene conuerſatur, lucidam habet mentẽ, & intelligit qui ſunt doctores: qui autẽ peccat, ſenſus eius cũ ſit E tenebroſus, nõ intelligit qui ſunt ſerui dei, & q miniſtri diaboli. Sicut.n. q corporaliter oculos habet acutos, de longẽ proſpicit uenientẽ, an amicus eius eſt, an aduerſarius: qui aũt oculos habet infirmos, quãuis intẽderit, non cognoſcit an amicus ſit, an inimicus: Sic q mentẽ à peccatis poſsidet mũdam, de longẽ cõſiderat, homo dei eſt ille q uenit, aut hõ diaboli: in noie Xpi uenit, aut in ſpiritu Chriſti? Aut putamus quòd ſemp uenturi fuerant noui Chriſti? Abſit. Quod ergo dicebat, Multi uenient in noie meo: ad tps apoſtolorum pertinet. Tunc.n. ſciens diabolus, quia adhuc nouus erat Chriſtus in mundo, quia ueritas euãgelij eius adhuc erat ignota, qa apoſtoli ei? multis incerti, multos introducebãt Chriſtos in mũdum, ut hoies uolentes uenire ad Xpm, per ſimilitudinem nominis eius errantes, tranſeant ad diabolũ, & uolentes ab eo exire, impingant in eum. Quemadmodum ſi rex in bello uictus atq; fugatus ab alio rege, indueret indumentũ regis illius uictoris, & in parte ſua erigat ſimile ſignũ ſigno regis illius, ut ille populus uictoris ſchema ſui regis aſpiciẽs, & ſignũ partis ipſius, dum putat ſe ad proprium currere regẽ, in- F currat in manus aduerſarij ſui: ſic & diabolus ſubornat miniſtros ſuos ſub noie Xpi, ut uolẽtes hoies ire ad Xpm, ſimilitudine noĩs tenebricati ad diabolum uadant. Poſtq; uerò notitia Chriſti in toto mũdo prævaluit, & ueritas euangelij eius facta eſt manifeſta, mandata diſcipulorum eius implicare iam nõ poterat, ſed ſubmittere Chriſtos. Neq; aliqd agit etiam ſi ſubmittat: quoniã omnib. manifeſtus eſt Chriſtus, & euãgeliũ eius, & apoſtoli eius: ſed alio modo ſubmittit Chriſtos, ut uerba diuerſorum hærericorum introducta, unũquodq; eorũ dicat, qa ego ſum Xps unigenitũ uerbũ dei. *Audietis prælia, & opiniones præliorum.* Tunc quidẽ corporaliter ea dicebat prælia audienda, q̃ contra Iudęam pręparabat imperator Romanus. Nã ſicut ſolet fieri in pparatione belli, dum eliguntur principes, dum deputatur & congregatur exercitus, auditio currit, maximè ad eos, aduerſus quos pparatur. Sed poſtq̃ ingreſſus eſt exercitus Iudææ, ſicut exponit Ioſephus, nõ ſtatim ad Hieruſalẽ applicauit, ſed ad ciuitates ſingulas regionis illius, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

G diuersa prius gesta sunt bella, & plurimæ ciuitates captæ, & sic nouissimè Hierusalē obsedit exercitus. Iō mandabat apostolis, Videte ne turbemini, sed opus ꝓdicationis uestræ implete. Illius Hierusalē corporalis typū gerit Hierusalē spūalis ecclesia. Nā nisi tēplū illud destructū fuisset, obseruātia legis nō facilè fuerat cōpescenda. Ideo aūt destructum est, ut ēt si uelint Iudæi postmodum legē seruare, nō possint, aut de Pascha, aut de sacrificijs, aut de cęteris festiuitatibus. Ceciderunt ergo corporalia & figuralia, ut surgeret spiritualia & uera mysteria. Postea aūt spiritualiter hæresum annunciabat fore certamina, q̄ impiorū princeps Antichristus contra Christianos fuerat opaturus in fide. Nā excitans diabolus errorū scāda la, nō statim oppresit ecclesiā, sed prius p uaria loca schismata excitauit: utputa audiebatur quō in illa ciuitate Fotinus hoc ꝓdicet. Itē in illa alia ciuitate Acoluthus presbyter hoc sapere cœpit. Sic audiebātur à Xpianis schismata, & opiniōes schismatū, donec omnū hęresum dux una eligeretur puer sio oibus. Sed in illis nō opus erat Christianis turbari, quia oportebat fieri illa. Quòd aūt oportebat, docet apostolus
1.Co.11.d H dicēs: Oportet inter uos hæreses esse, ut probati manifesti fiant. Et sicut in illis tūc auditionib. prælioru nō fuit finis gētis Iudææ, sed posteà & Hierusalē debellata est, & Iudæi quidā in gladio perierunt, quidā à bestijs, qdam in seruitute uenditi sunt, quidā p singulas Gentes dispersi sunt: sic in illis auditionib. schismatum, tpe patrum nostrorum non est factus finis, sed postmodū ecclesia debellata est, multis ad præuaricationē aut seductis, aut coactis: modò iā restat ut fiat finis. Bene ergo ait, Vos nolite turbari. Siue.n. tūc in auditione corporaliū prælioru, siue modò in auditione spiritualium prælioru, nostri inturbabiles manent: quia ea q̄ fiunt in mūdo, nō possunt nocere eis q sunt extra mūdum: & quæ fiunt carnaliter, non possunt nocere eis qui sunt extra carnē: nec mendacia lædunt eum, in quo habitat spūs sanctus: sed mūdus mundialib. nocet, & mēdaces seducunt mēdacia. Quēadmodum siquis in campo quodam tabernaculo circūdatus sit, si aliqua surrexerit tēpestas uētorum, sonū quidē tempestatis audit, uexationes syluarū uidet, ipse aūt flatum non sentit: sic qui intra iustitiam sedet inclusus, quādo mundus cōcutitur, rumores turbationū audit, secularium miserias aspicit,
I ipsum autem concussio mundi non mouet. *Insurget enim gens super gentem, & regnum super regnū.* In tpe illo oēs gentes, & omnia regna quæ uidebantur esse sub imperio Romanorum, super gentem Iudęā sunt congregatæ. Et omnia penè regna super regnum ipsorum. Nec.n. poterat aliquis parcere eis, quib. deus irascebatur. Spiritualiter aūt ita insurgit hæresis sup hæresim, & episcopatus super episcopatum. Sicut.n. tunc insurgens gens super gentē, & regnum super regnū, signū erat destructionis Hierusalem: sic posteà insurgens hæresis super hæresim, & episcopatus sup episcopatum, signum fuit expugnationis ecclesiæ. Et uerè qđ dicit, Insurget gēs sup gentem, & regnum super regnū: plus cōuenit ut spiritualiter itelligamus nūc de hæresib. q̄ corporaliter tūc de gentib. Tūc.n. non gens super gentem insurrexerunt, nec regnū aduersus regnum, cùm penè oēs illæ gentes & regna super unā excitatæ sunt gentem Iudæam. Tunc.n. gēs super gentē, & regnum aduersus regnum insurgere rectè dicitur, quando inuicē sibi gentes nō sunt subiectæ, sed aduersantur: Nūc aūt hæresis super hæresim K
insurrexit, & episcopatus super episcopatum. Nam oīs hæresis impia aduersus eas hæreses uidetur insurgere, quæ non sapiunt similiter, utputa hæresis Fotini, nō solū Christi ecclesiæ aduersatur, sed oībus hæresibus aliter sapientib. Hæresis Homoousianorum non solū Christi ecclesiæ aduersatur, sed & oībus hęresibus nō similiter sapientib. Ideo dicit: Insurget gēs super gentem, & regnum super regnū. Magis aūt omnis hæresis super ecclesiam ueritatis. Quoniam sicut tunc omnes gentes, quāuis non essent eiusdem generis, aut eiusdē moris, tamen non sibi aduersabantur, sed unam debellabant Iudæam: sic diuersæ hæreses, quāuis non sint eiusdem prauitatis, tamen non sibi aduersantur, sed oēs unam debellant ecclesiā ueritatis. Et quid? putas ideo diabolū multas hęreses induxisse, ut inuicē se mēdacia eius expugnent? Absit. Sed multiformes causas erroris induxit, ut multis modis Christi circūueniatur ecclesia, ut pars pereat per illā sapientiā, pars per istam. Sicut qui multas ēt uenationes prætendit, cogitans quia necesse est aut in hæc, aut in illa retia uenatio cadat. *Et erunt fames, & pestilentiæ & terræmotus per loca.* Quales pestilētiæ, & qua L
lis fames, & terræmotus præcesserunt ludęam antęq̄ Hierusalem caperetur, cognoscere potest, qui Iosephum legit. Spiritualiter autem ita priusquā expoliaretur ecclesia, sine dubio p̄cesserunt in populo Christiano fames spiritualis uerbi, pestilentiæ diuersorū carnalium uitiorū, terræmotus spirituales turbationū populi Christiani. Nec.n. nata fuissent tam multa schismata in populo Christiano, nisi fuisset in eis fames uerbi. Pestilentiæ, id est morbi carnaliū passionum, nisi fuissent in eis cōmotiones turbationū, sicut significat dominus in illa parabola, quā de seminādis zizanijs ab hoie malo proponit, dicēs: Cū dor- *Sup.13.d*
mirent aūt homines, id est cùm negligerent in peccatis, uenit inimicus homo, & seminauit zizania. Qui autē satiati sunt pane uerbi diuini, qui sani sunt à pestilētia passionū carnalium, qui stabiles sunt in fide & iustitia, apud eos schismata nō inueniuntur dogmatum. Omnia autem hæc initia sunt parturitionis, id est pseudochristi ueniētes, & auditiones prælioru, & insurgens gens super gentē, & fames, & pestilētiæ, & terræmotus. Sicut hęc oia corporaliter intellecta, initia fuerunt malorum Iudæis, incrementū aūt de- M
solatio fuit Hierusalē: sic spiritualiter hæc intellecta, initia fuerunt Christianis, incrementū aūt oppressio fuit ecclesiæ. Sicut ergo certamina hęresum initia fuerunt parturitionis: quo nō intelligimus, qa ex quo hęreses natæ sunt, & discessio facta est multorū, ex eo cōsummatio cœpit? *Tunc tradent uos in tribulationem, & occident uos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomē meum.* Aestimo quòd hic iam deficit expositio corporalis, ut de tpe illo dicamus, quo Hierusalē capta est à Romanis. Ex eo quod dicit, Tunc tradent in tribulationē, quoniam apostoli & cæteri Christiani tūc cœperunt pati persecutionem, quādo illa omnia cœperunt præparari contra Hierusalē, & non potius ab initio, ex quo Christus ascendit, sicut Actus apostolorum testatur. Planè igitur spiritualiter intelligere conuenit, quia quando hæc omnia cœperunt fieri contra ecclesiā Christi, id est quando cœperunt eē dogmata falsa, quasi pseudochristi: quādo cœperunt auditiones fieri, quādo cœpit insurgere hæresis super hæresim, & episcopatus sup episcopatū, quādo

A facta est fames uerbi in populo Christiano, quando
Psa.23.a cōprehēderūt eos pestilētiæ uitiorū multorū, quando facti sunt eis terræmotus turbationū de rebus diuinis: tūc traditi sunt patres nostri in multas tribulationes persecutionū in toto mundo, & occisi sunt, & quidā odio habiti sunt oībus gentibus, id est omnibus hæresibus. Nam si hoc, sicut dixi, non conuenit de tēpore apostolorū, quādo erāt adhuc multæ gētes nō cognoscentes deū: sed de isto tēpore dicitur, quando hæreses factæ sunt, consequenter hę gentes quibus odio facti sunt patres nostri, hæreses sunt intelligēdę: qa quādo ecclesia cœpit ipclitari, nescio si erat in circuitu aliqua gēs, q̄ nō cognosceret deum, cui odio esset. Qua autē ratione gētes hæreses appellentur, attende. Sic.n. aliquando destructa turre, filij Noe dispersi sunt, & in tot partes diuisi, & sup singulas quasq; gentes ꝓpositi sunt principes secundū propositum ipsorū, angeli maligni: sola aūt gens Iudæa
Deu.32.a B in portione facta est dei, sicut in Deuteronomii cāti co scriptū est: Cū diuideret, inqt, excelsus gētes, quādo dispersit filios Adam: statuit fines gentium secundum numerum angelorū dei, & facta est portio domini populus ipsius Iacob. Nunquam.n. diceret, qa gens Iudęorum facta est portio domini, nisi oēs gētes extra portionem factæ fuissent. Postq̄ ergo uenit filius dei in mundum, quod nulla secula nec sperare potuerūt, ne promereri, ne tali misericordia gens aliqua fraudaretur, uocatæ sunt oēs gētes ad fidē, mixti boni & mali. Boni, ut saluentur: mali, ut inexcusabiles fiāt. Quādo ergo ecclesia ex mixtis uoluntatibus erat repleta, sicut retia q̄ dicuntur in euāgelio, repleta de piscibus mixtis: necesse erat ut purgaretur ecclesia ut boni qdē pisces mitterētur in uasis, mali autē proiicerētur foras. Ideo cōcessa est diabolo erroris seminandi licētia, & sic dispsæ sunt per plurimas hæreses, unusquisq; secundū propositum suum, remāsit autem una fides tantūmodo apud deum. Ideo ergo
Hæreses Gētes dicuntur. dicunt euangelistæ, hæreses Gētes esse: quoniā sicut tunc cùm oēs homines essent una gens & lingua, di uisi sunt per plurimas gētes: ita & modò cū esset totus populus Christianus una ecclesia, & una fides, di uisi sunt p multas hæreses. Et sicut tūc oēs gentes fa-
C ctæ sunt sub principatu principū malignorum, una autē gens sub principatu Michaelis: sic & modò oēs hæreses factæ sunt sub dæmonū principatu, una autem sub principatu Xpi remāsit, de qua dicit propter
Cant.6.c ecclesiam: Vna est columba mea, pfecta mea.
Et tūc scandalizabūtur multi, et inuicē tradēt, et odio habebunt inuicem. Etiam ex his uerbis ostenditur, quo hæc non dicuntur de tēporibus apostolorum, quādiu Hierusalē fuerat capienda: quoniam tunc pauci scandalizabātur, pauci Christiani inuicē se tradebāt, quia nec audiebāt inuicē, sed erat omniū credentiū cor unū, & aīa una: sed de nostris dicit, in quibus plures scandalizati sunt, & scandalizantur à fide, quam confirmentur in fide. Nūc alterutrum & tradiderūt, & tradunt, quomodo & odiūt se alterutrum, ita ut
Allo.4.f nec in duobus syncerā inuenias charitatem, non dicā in multis. *Et multi pseudoprophetæ exurgent, & seducent multos.* Prophetæ dicuntur non solùm qui de Christo annunciauerūt, nec qui oīno futura loquuntur: sed doctores dicūtur prophetę. Ergo pseudoprophetas, pseudodoctores appellat hæresū diuersarū, aut illos quos modò uidem⁹ diuersis argumētis religionis speciē prætendentes. Alij enim se dicunt ne- que manducare, neq; dormire, neque algere, neque D
ęstuare, sed semp pendere in aere. Alij autē uestiti cilicijs, aut circundati catenis socia sibi dęmonia commouentes: & quia gratiā dei non habent, patrocinia dęmonum cōmendāt. Sed & hęc talia rursùm sunt, etsi insensatos fallunt, per hęc tamē nō seducūtur sapientes. Alij autē sunt, qui uehementer seducūt: quoniam etsi mendaciter, tamen Christū prædicāt, fidē annunciant: quoniā sic ecclesias habent, sic ordines clericorū, sic fideles, sic lectiones legunt diuinas, eadem dare uidentur baptismata, eadē sacramēta corporis & sanguinis Xpi. Similiter apostolos & martyres colunt. Per hęc ergo ualde tenebrescere faciunt mentes, non solū mediocrium hominum, sed ēt prudentū. Quē ex parte nō moueat Antichristus faciēs opera Xpi, & ante Christianos officia uniuersa explens Christianorū? nisi fortè illum qui considerat
2.Co.11.c quod apostolus ait: Cùm enim ipse satanas trāsfigurat se in angelū lucis: quid magnum est, si & ministri eius transfigurentur, sicut ministri iustitiæ, quorū finis erit secundū opera eorum, non secundū schemata Christianitatis eorū? Multos, inquit, seducent, non E
oēs: quia non est seducentium uirtus, sed negligētia seductorum. Si autem seducentiū esset uirtus, omnes seducerent: nunc autem ex eo quòd non oēs seducuntur, apparet quia seductorū negligētia est, nō seducentiū uirtus: Nam sicut ueritas allicit fideles ad se, & amicos ueritatis: sic & mendaciū infideles rapit ad se, & amicos mēdacij, nō ueritatis. Et ueritas quidē iterdū aut infideles trahit ad se, aut inexcusabiles facit eos. Mendacium aūt nullo modo potest flectere ad se fideles: quoniā ueritas habet in se & rationē manifestam, & firmam uirtutem: mendacium autē nec rationem habet manifestam, nec uirtutem aliquā. Deinde quia ueritas & in sensu fidelium dominatur, mendacium autem in sensu fidelium nihil habet. *Qui autem perseuerauerit in finem, hic saluus erit.*
Miror quō de deo hæretici hæc intelligant: aut enim legētes hęc quō ausi sunt perscrutationes facere: aut perscrutationes facientes, quomodo hęc legere non erubescunt? Quibus dicitur: Qui perseuerauerit usq; in finem? Nunquid persequentibus seductis Christianis, nunqd seductoribus propheris? Non. Sicut.n. nō
F sanis, sed infirmis apponitur medicina, sic & consolatio non periculum facientibus, sed periclitantibus datur. *Et prædicabitur hoc euangelium in uniuerso orbe.*
Marcus manifestius addit: Primū, inquit, prædicabi Mar.13.b.
tur euangelium. Quādo aūt illa bella corporalia mouebantur contra Hierusalē, adhuc initiabatur euāgelium. Nondū p̄dicatum erat in toto orbe. Ante hæreses autem cōsummatū est euangelium. Nam usq; ad tēpus Christiani regis, p̄dicantibus quibusdam, aut de gente in gentem notitia Xpi currente peruenit ad oēs. Vis scire, quia tunc completa est notitia Xpi? cōsidera quia ex ea hæresum bella cœperunt, ut fieret electio meliorū. Nam quandiu uocatio est, non potest esse electio: & quandiu electio est, nō potest facilis esse uocatio. Nā sicut impedimentum est uocationi electio, sic electioni uocatio.

Homilia.xlix. ex capite xxiiij.

Vm ergo uideritis abominationem desolationis, q̄
c *dicta est à Daniele propheta stātē in loco sancto,* Dan.9.g.
qui legit intelligat, &c. Quidā dicunt abominationem desolationis esse imaginē Cæsaris, quam Pilatus posuit in tēplo. Verius autem quid sit abomi

natio desolationis Lucas euāgelista interptatur. Nā
Mar.13.b in quo loco Marcus & pſens Matthæus ponunt, Cū
uideritis abominatione desolationis: i ipso loco Lu-
Luc.21.d. cas sic ponit, Cū uideritis circundari ab exercitu Hie
rusalē, tunc scitote qa propinquauit desolatio eius.
Et sic dicit, qui in Iudæa sunt: uidelicet ut p alteram
similitudinē expositionis eiusdem loci ostendat, qd
sit abominatio desolationis stās in loco sancto. Fuit
enim exercitus alienigenarū, & Romani imperatoris
stans circa Hierusalem, q̄ usq; tūc fuerat sancta. Hoc
& Petrus apud Clementem exponit. Deniq; hāc esse
abominationem desolationis & ipse textus ostēdit.
Quasi enim replicans illa oia quę superius dixit bre-
uiter comprehendit, & dicit: *Cum ergo uideritis abomi
nationem desolationis stantem:* Hoc est, cùm uideritis ea
ipsa prælia iam stantia circa Hierusalē, quę antè au-
diebatis. Similiter & in fine mundi, & in Antichristo
intelligendū est spiritualiter, quando & hæreses, & fa
mes, & pestilentiæ, & illa oia antè præcesserunt: no-
uissimè autē abominatio desolationis stetit in loco
sancto, id est exercitus Antichristi. Exercitus aūt An
H tichristi sunt oēs hæreses, præcipuè ista, q̄ obtinuit ec
clesiæ locum, & stetit in loco sancto, ita ut uideatur
quasi uerbum ueritatis stetisse, cū non sit uerbū ue-
ritatis, sed abominatio desolationis, id est, exercitus
Antichristi, q multorū aias reddidit desolatas à deo.
2.Thes.2. Et hoc est fortè, quod apostolus dicit: Qui aduersa-
b. tur, & extollitur supra oē quod dicitur deus, aut qd
colitur, ita ut in tēplo dei quasi deus sedeat, ostēdēs
se quasi sit deus. Et sic oia illa mala hæresum diuersa
rum, q̄ anteà audiebantur tantū, posteà steterunt in
loco sancto desolātia ecclesiam Christi. Ex quo data
sibi licētia, cœperūt oēs publicè habere ecclesias.
Et nos quidē exposuimus hic auditiones pliorum,
& fames, & terræmotus, & pestilentias, auditiones
hæresum, & inopias uerbi, & cōcussiones Christia-
norū, & corruptiones morū, q̄ antè præcesserūt à tē-
pore Constantini, usq; ad tēpus Theodosii. Abomi-
nationem autē desolationis diximus esse hāc ipsam
hæresim, q̄ occupauit sāctæ ecclesiæ loca, & multos
desolauit a fide, & ipsum exercitū Antichristi, & cæ-
teras hæreses, q̄ cœperunt publicè habere ecclesias,
locū obtinentes ecclesiæ sanctū. Si quis autem audi-
I tiones quidē præliorum, fames, & tumultus, & pesti
lentias intelligat esse oia hęc mala spiritualia, quæ fa
cta sunt tpe Cōstātini simul & Theodosii usq; nūc:
abominationem autē desolationis intelligat esse ip-
sum Antichristum, qui postmodum uenire speratur,
& obtinere loca ecclesiarū sancta sub specie Christi,
& multos fideliū desolare, non irrationabiliter dicit.
Nā siue ista hæresis, q̄ iam tenuit, siue populus ille, q
postmodum cum ipso Antichristo est futurus: rectè
exercitus intelligitur esse antichristi. Et sic prophetæ
uerba significant magis de consummatione mūdi:
prophetia tamē, sicut docet Xps, ad utrunq; est di-
Dan.9.g. cta. Sunt autē uerba illa sic: In dimidio septimi anni
auferetur iuge sacrificiū, & abominatio desolationis
stabit in loco sancto, usq; ad consummationē tēpo-
ris, & consummatio dabitur super solitudinem. Illic
exercitus Romanus dictus est abominatio desola-
tionis, qa ad desolationē redacturus fuerat. Iudaicū
cultū: hic autē Antichristus dicitur abominatio de-
solationis, qa multorū Christianorū animas factu-
rus est desolatas à deo. Nā antequam caperent Ro-
mani Hierusalem, in dimidio hebdomadis Christus
per suam doctrinā tulit de medio iuge sacrificiū Iu- K
dæorum. Nā dicitur tribus annis & sex mēsibus do-
cuisse, qui numerus facit dimidiū septem annorum,
ut illud sacrificiū quod iugiter fuerat in usu, tolleret-
tur de medio, & offerretur sacrificiū laudis in uoce,
& sacrificiū iustitiæ in operibus, & sacrificiū pacis per
Eucharistiam. Vsq; ad finem autem seculi tumultus
est, quia Iudaica cōsuetudo de sacrificijs offerendis
nunquā est reparāda. Item in dimidio hebdomadis,
hoc est tribus annis & sex mēsibus, hoc sacrificium
Christianorum tollendum est ab Antichristo, cōsu
gētibus Christianis ante eū per loca deserta, nō erit
qui aut in ecclesiā intret, aut oblationē offerat deo.
Quoniam aūt tribus annis & sex mensibus protende-
dum est Antichristi regnū, multæ scripturæ signi-
ficāt, maximè tamē in reuelatiōe sua Ioānes. Et soli-
tudinē illam consummatio occupauit. Nam usq; in
finem tenebit Antichristus, quē dominus Iesus inter
ficiet spiritu oris sui. De hoc.n. & apostolus ait, dicēs: 2.Thes.2.
Nemo uos cōturbet: qa nisi uenerit discessio primū, b.
& reuelatus fuerit homo peccati, filius interitus, q̄ ad Ibidem.
uersatur & extollitur supra oē qd dicitur deus, aut
quod colitur, ita ut in tēplo dei quasi deus sedeat, & L
addidit. Iā.n. mysteriū iniqtatis opatur. Legi quēdā
sic exponentem, Quoniam oia, inquit, quæcunq; ex
posuit suprà, signa fuerunt p̄cedentia diruptionē ci-
uitatis illius & tēpli: hoc autem quod dicit, Cū uide-
ritis abominationē desolatiōis stātē in loco sancto,
& oia q̄ dicuntur deinceps, signa sunt cōsummatio-
nis futurę, & uenturi filij dei, q̄ & in abominationem
desolationis ipsum tradidit Antichristum. Quòd au
tem staturus sit in loco sancto, dicit hoc modo: Re-
ædificaturus est (inquit) sanctuariū, quod fuit in Hie Dan.9.g.
rosolymis quondā, & ibi staturus: ut uidentes Iudæi
credant in eū, non solùm propter signa eius, sed etiā
propter reparationem templi ipsius, ęstimātes pro-
phetas in tēpore illo esse impletos, qui de reparatiōe
Hierusalē prophetauerunt: nō intelligentes qūo pro
pheta de reparatione templi spiritualis locutus est,
quam Xps impleuit, non de corporali quā Antichri-
stus est impleturus. Et tunc (inquit) implebitur ibi,
qd prophetauit Hieremias in Iuda. Quando nō cre-
diderint, inquit, ueritati, in tpe illo loquetur populo
huic & Hierusalem in spiritu seductionis. Hic excita- M
bit tribulationē super sanctos, pro eo quòd non glo
rificabūt eū, & multos occidet. Sed hoc de hac inter
ptatiōe dubitabile mihi uidetur, si locus tēpli illius,
ex quo dirutū est iam à deo, postmodū sanctus uo-
catur, secūdum quòd & hic dicit: *Cùm uideritis abomi
nationē desolationis stantē in loco sancto, tūc qui in Iudæa
sunt, fugiant ad mōtes: et qui in tecto, nō descendāt tollere
aliquid de domo sua: et qui in agro, nō reuertētur retrò tol-
lere tunicā suam.* Tunc quādo uiderimus abomina-
tionem desolationis stantē in loco sancto, qbus mā
dat fugere? non solū illis qui tunc fuerunt ante capti-
uitatem Hierusalem, sed et nobis qui uidemus abo-
minationē desolationis iam stātem in loco sancto:
id est, populū Antichristi in locis ecclesiæ. Illi autem
uisibilem hostē fugerunt pedibus, nos autē inuisibi
lem hostem fugiamus actibus bonis. Quanuis.n.
diabolus sit spiritus, & homo corpus: tamē nunquā
illos diabolus potest cōprehēdere, qui fugiunt eum
per opa bona. Sine causa autē fugit ante eum pedi-
bus, qui sequitur eū peccatis. Sed ut sapienter intelli-
gamus hæc q̄ propheticè sunt dicta à Christo, bre-
uiter co-

A uiter cognoscendū est, qualis est cōsuetudo prophe
tarū. Frequenter ex occasione carnali incipiebant, &
sic miscebant prophetiā: utputa, Dauid cū fugeret à
facie Absalon, ex occasione suæ tribulationis inci-
Psal.3.a piens dixit: Domine quid multiplicati sunt q tribulāt
Ibidem.b me? Et introducens prophetiā dominicæ passionis,
addidit ita: Ego dormiui, & soporatus sum, & exurre
xi, quoniā dominus suscepit me. Illa ergo q̄ dixit, Do
mine quid multiplicati sunt q tribulāt me, & cætera
quæ præcedūt, scdm historiā intelligamus: hæc aūt
quæ dixit, Ego dormiui, & soporatus sum: si scdm hi
storiā uelis intelligere, nullū habent saporē, ut dica-
mus, Dauid cū pateretur à filio, dormiuit & surrexit.
Quomodo.n. dormiuit, ut surgeret? Quid ergo? Ne-
cesse habemus relinquere ordinē historiæ, & spiritua
liter intelligere de Christo. Tale est quod Petrus di-
Actor.2.e. & Psal. 15.c cit in Actibus, interpretans, Et nō dabis sanctū tuū
uidere corruptionē: quia non poterat hoc intelligere
de Dauid, sed de Christo: qa Dauid uidit corruptio-
nem, Christus aūt tertio die resurgens, nō uidit cor-
ruptionē. Sic intelligenda est & hæc Christi prophe-
B tia. Cœpit ex occasione corporalis fugæ, & q̄ facta
est tpe illo in Hierusalē, & prophetia magis de spiri-
tuali. Ecce.n. hoc quod dicit, Qui in Iudæa sunt, fu-
giant ad mōtes: corporaliter secundū historiā, & si
uis intelligere, possibile est in tempore Romanorū:
in tpe autem Antichristi, de Iudęa ad montes fugere
corporaliter, non proderit. Primū, quia nec erit Anti
christus tantummodo in terra Iudæa, nec Iudæi fu-
turi sunt ante illū, sed ubicunq; fuerint Christianis, ab
illo, aut à ministris eius persecutionem passuri sunt:
nec ciuitas alia tunc est circūsidenda, sed ubiq; Chri
stianus populus indagādus. Hoc aūt quod dicit, Qui
super tectū est, non descendat tollere aliquid de do-
mo: siue in tēpore Romanorū, siue in tempore An-
tichristi, nō potest habere corporalem intellectū: qa
in tpe captiuitatis, aut persecutionis, qd prodest ho-
mini, si sedeat super tectū, & non descēdat deorsum?
sine dubio enim, aut quando non uult deponitur,
aut cū ipsa domo succenditur. Quid ergo? Spiritual-
iter hæc omnia magis sunt intelligenda hoc modo.
Tūc qui in Iudæa sunt, fugiant ad mōtes. *Tūc cū uide
C ritis abominationē desolationis stātē in loco sancto.* Id est,
cū uideritis hæresim impiā, quæ est exercitus Anti-
christi, stantem in locis sanctis ecclesiæ, in illo tēpo-
re qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes: id est, q̄ sunt
in Christianitate, conferant se ad scripturas. Sicut.n.
Rom.2.d uerus Iudæus est Christianus, dicente Apostolo, nō
qui in manifesto Iudęus est, sed qui in occulto: sic ue
ra Iudæa Christianitas est, cuius nomen intelligitur
confessio. Montes aūt sunt scripturę apostolorū, aut
Psal.6.a prophetarū, de quibus dictū est: Illuminas tu mirabi
liter à montibus æternis. Et iterum de ecclesia dicit:
Fundamēta eius in mōtibus sanctis. Et quare iubet
Ibi.86.a in hoc tpe omnes Christianos conferre se ad scriptu
ras? Quia in tpe hoc, ex quo obtinuit hæresis illas ec
clesias, nulla probatio potest esse ueræ Christianita
tis, neque refugiū potest esse Christianorū aliud, uo
lētiū cognoscere fidei ueritatē, nisi scripturæ diuinæ.
Anteà.n. multis modis ostendebatur, quæ esset ec
clesia Christi, & quæ gentilitas: nūc aūt nullo modo
cognoscitur, uolentibus cognoscere quæ sit uera ec
clesia Christi, nisi tantūmodo per scripturas. Quare?
quia omnia hęc q̄ sunt propriè Christi in ueritate, ha
bent & hæreses illę in schismate: similiter ecclesias, si-
militer & ipsas scripturas diuinas, similiter episco- D
pos, cæterosq; ordines clericorū, similiter baptismū,
aliter Eucharistiā, & cætera oia, deniq; ipsum Chri-
stū. Volens ergo qs cognoscere quæ sit uera ecclesia
Christi, unde cognoscat in tantæ confusione simili
tudinis, nisi tantūmodo per scripturas? Itē anteà & p
signa cognoscebātur, qui erāt ueri Christiani, & qui
falsi. Quō? Falsi quidē, aut nō poterant facere, sicut
ueri Christiani: aut talia nō poterāt, qualia ueri Chri
stiani: sed faciebant uacua, admirationē quidē faciē-
tia, utilitatē aūt nullam habentia: sicut frequenter ex
posuimus. Christiani aūt faciebant plena, non solū
admirationē facientia, sed etiam omnem utilitatem
habentia. Et per hęc cognoscebantur qui erant ue-
ri Christiani, qui falsi. Nūc aūt signorū operatio om
nino leuata est: magis aūt & apud eos inuenitur, qui
falsi sunt Christiani, fieri ficta. Sicut aūt Petrus apud
Clementē exponit, Antichristo ēt plenorū signorū
faciendorū est danda potestas. Item ex moribus ip-
sis prius intelligebatur ecclesia Christi, quando cō-
uersatio Christianorū, aut omniū, aut multorū erat
sancta, quę apud impios non erat. Nunc aūt aut ta- E
les, aut peiores facti sunt Christiani, quales sunt hæ-
retici aut Gentiles. Adhuc aūt & maior continentia
apud illos inuenitur, quāuis in schismate sint, q̄ apud
Christianos. Qui ergo uult cognoscere, q̄ sit uera ec
clesia Christi, unde cognoscat, nisi tātūmodo p scri-
pturas? Sciens ergo dominus tātā cōfusionē rerū in
nouissimis diebus esse futurā: ideo mandat, ut Chri
stiani qui sunt in Christianitate, uolentes firmitatem
accipere fidei ueræ, ad nullam rē fugiant, nisi ad scri-
pturas. Alioqui si ad alia respexerint, scandalizabun-
tur, & peribunt, nō intelligētes q̄ sit uera ecclesia. Et
per hoc incident in abominationē desolationis, quę
stat in sanctis ecclesię locis. *Et qui super tectū est, in tē-
pore illo nō descēdat tollere aliquid de domo sua.* Domus
nostra, est corpus nostrū. Superiora eius, sunt cor,
aut caput, q̄ intelligūtur domus tecta. Inferiora aūt,
sunt uēter aut cætera occultabilia mēbra. Tamen ut
melius intelligamus, q̄ sunt tecta domus, historiā de
Raab proferamus. Hęc susceptit legatos Iesu Naue, & Ios.2.&
in superiori parte domus abscōdit, ne inueniret rex 6.c
Hiericho. Hęc est ecclesia, q̄ aliquādo meretrix fuit, q̄ F
legatos Iesu Christi. i. Apostolos & prophetas, hoc
est scripta eorū suscepit: & in superiori parte corporis
sui abscōdit. i. in sensū, in memoria, & in corde, ut nō
inueniat eos rex mūdi diabolus, ut cōfidenter dicere
possit: In corde meo abscōdi eloquia tua, ut nō pec-
cē tibi. Quid ergo? Quicunq; in tpe illo fuerit super te Psa.118.b
ctū, id est in rebus spiritualibus, uiuens, quę sunt aut
in capite, aut in corde: q̄ tecta dicuntur corporis no-
stri, & fastigia prima: nō descēdat ad inferiores cor-
poris sui partes, unde aliquid tollat. i. nō descēdat ad
aliquas res carnales, ut desideret aliquid qd est cor-
porale. Alioqui cōprehendet eū abominatio deso-
lationis. Et uide qa quotquot pereūt de Christianis,
propter aliquā corporale causam pereunt constitu-
tā deorsum. Alij propter auaritiā, ut ne perdant qd
habent, aut inueniant qd nō hābēt. Alij pereūt pro-
pter gulā, paupertate coacti: alij propter uxores, aut
propter maritos: alij propter alias causas carnales: q̄
omnia pertinēt ad inferiores corporis partes. Sicut
enim uiuentes in carne, relinquere uidemur carnē, re
linquētes opera carnis, & trāsimus ad spiritum, faciē
tes opera spiritus, ut rectè dicatur de nobis, Vos au- Rom.8.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tem non estis in carne, sed in spiritu: Sic relinquere uidemur inferiora corporis nostri, opera relinquentes carnis, & ascēdimus ad cor & caput, uiuentes scdm illas uirtutes, q̄ sunt in capite, aut in corde, aut in spiritu: q̄ omnia tecta domus nostrę dicuntur. Mandat ergo fidelibus uiuētibus in sanctitate, ne aliquid cōcupiscant carnale, qd est descendere, ne forte p occasionem desiderij illius, diabolus inueniat locū, & trahat ad abominationē desolationis, & pereant. Item, qui est in agro: id est, aut in scripturis, aut in ecclesijs, aut ī Christo, nō reuertatur retrò tollere tunicā suā, id est aut conuersationē, aut cultū priorem: Vtputa, Iudæus fuisti, & factus es Christianus: in agro es, ne ad Iudaicū reuertaris cultū. Gentilis fuisti, & factus es Christianus: ne aliquid qd est gētilitatis resumas, ne per illas occasiones incidas ī errores abominationis illius, quoniā hæreses illæ, si uis Iudaismū, habēt in se: si uis gētilitatē, inuenies apud eos. Propterea facilè cadunt in illas, qui nō fuerint cauti scdm mādata domini hæc prēmonentis. *Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus.* quia aut uentris, aut gre
H nij pōdere prægrauati, non possunt expediti esse ad fugā. Si.n. dimiserint infantes suos, uiuentiū uiscerū suorū patientur separationē: si aūt baiulauerint, susci pient uitę periculum. Puto hoc melius intelligi posse spiritualiter ad tēpus Antichristi, q̄ sunt spirituales p̄gnantes, & nutrientes ecclesiæ Christi, in singulis qui busq; gentibus cōstitutæ. Ecclesiæ, quādo prædicāt uerbū ueritatis, credentes in fide cōcipiunt, & habēt eos in gremio suo, quasi in utero, donec formentur catechizati per singula membra pietatis & fidei. Cū aūt formati fuerint sic, pariūt eos in baptismo: postq̄ aūt pepererint, necesse eos habent lactare doctrinis assiduis. Sed primū uideamus, qūo deo formant in utero ecclesię hoiem conceptū in fide. Vtputa, legis iustitia est abstinere à malis operibus tantū, non ēt facere bona opera: Christi aūt iustitia nō est abstinere à malis operibus tantū, sed ēt facere bona opera. Item legis iustitia prima & salutaris, decē habet mandata, quasi decē menses. Primum, cognoscere unum deum: scdm, abstinere ab idolis: tertiū, non periurare: quartū, colere sabbatū spirituale: quintum, hono
I rare patrem & matrē: sextum, nō occidere: septimū, non adulterari: octauum, non furtum facere: nonū, non falsum testimoniū dicere: decimū, nullam rem proximi cōcupiscere: uidelicet scdm mysteriū nomi
Iota. nis Iesu Christi, qd est in litera, iota: id est, perfectionis indicio. Ois ergo ecclesia, q̄ cōcipit hominem in utero suo per uerbū in fide, prius debet eum formare oībus his mandatis, quasi mensibus decem, ut discat prius abstinere ab omnibus malis, & sic eū maturum in baptismum parere deo. Alioquin antequā discat ab his oībus abstinere, si baptizauerit eū, non parit, sed immaturum proūcit: sicut mulier, nisi completis nouem mensibus, & decimū tangens peperit, abortū facit. Propter qd nec est homo ille uitalis. Sicut & modò penè oēs nō parit ecclesia scdm ea quę diximus, sed abortos facit. Propter quod nec baptizantur in ueritate à spiritu sancto. Differt.n. deus dare eis baptismum spiritus sancti, donec dignos se prębuerint illo tali baptismate. Sed & eū formatum in decem illis supradictis mandatis & abstinentem à uitijs, baptizans bene parit: tamen adhuc paruulus est ille, qui baptizatus natus est ecclesiæ filius, & tenerè adhuc duorū testamentorū, quasi duarū mamillarū modica iustitia est nutriendus, quasi tenero lacte se K
cundū angustias faucum fidei suæ, quā ipse cepit carnis natura, quam ēt gentes uolentes laudabiliter uiuere seruant. Cū autē sic enutritur, paulatim incipit posse suscipere fortiora, & spiritualia Christi mandata, quasi nutritorios & uiuos panes. i. in lege scriptū est, Non occīdes: ego aūt dico, Nec irascaris. In lege Exo.20.
scriptū est, Nō adulteraberis: ego aūt dico, Nec uscq; & Deut.
ad oculū concupiscas. In lege scriptum est, Nō periu 5.c.&
rabis: ego aūt dico, Non iures omo. In lege scriptum Mat.5.d
est, Oculum pro oculo: ego aūt dico, Non resistere Exo.21.c
malo omo. In lege scriptum est, Amabis amicum, & & Mat.
odies inimicum: ego aūt dico, Diligite inimicos ue- 5.f
stros. Item, Beati pauperes, beati mansueti, beati qui Leui.19.
lugent, beati qui esuriunt & sitiunt iustitiā, beati mi- & Mat.
sericordes, beati mūdo corde, beati pacifici, beati q 5.g
persecutionē patiuntur pp iustitiam. Nam adolescēti cuidam interroganti, Quid faciam, ut uiuā? sic pri Luc.6.e
mū ei scdm legē manelauit, Non occides, nō adulterabis, &c. Cū autem ille dixisset, Hæc oia seruaui à iuuentute mea, scdm ętatem carnalem, quā nos uterū
dicimus: sic ei supermandatur: Si uis perfectus esse, L
uade & uende omnia tua, & da pauperibus, & habebis thesaurū in cœlo, & ueni sequere me. Qui ergo talis est, neq; mori potest quasi abortiuus, nec seduci quasi insipiens, nec uinci quasi infirmus, nec perire quasi paruulus: sed est uir perfectus, & aduersus oia inuincibilis filius dei. Qui aūt paruuli sunt, scandalizabiles sunt. De quibus dicit dominus in euangelio: Mat.9.f
Amen dico uobis, quicunq; scandalizauerit unū de pusillis istis credētibus in me, expedit ei, ut mola asinaria suspēdatur in collo eius, & demergatur in profundū maris. Et si paruuli in ecclesia scandalizabiles sunt, quantò magis abortiui nō sunt uitales? Si ergo hæc ita se habent, quare non dixit, Væ his q in utero habētur, & uæ his qui nutriuntur adhuc: sed, uæ prægnantibus & nutrientibus in illis diebus? qa quando hmōi abortiui abstracti ab utero ecclesię, aut paruuli tales, nesciunt quid patiuntur: quando.n. non sentiūt, sic pereūt. Adhuc aūt ut de proprietate loquar paruulorū, gaudent seducti, ad interitū ducuntur, & rident illecti. Ideo dicit, Væ prægnātibus ecclesijs, &
nutrientibus, quādo ipse de perditione illorū talium M
lamentabūtur & plangēt. Ecce quātos uidemus de ecclesia hmōi abortiuos, & paruulos ductos ad prę uaricationis interitū. Nunqd aliquis eorū lachrymauit? Nunquid aliquis tristatus est? sed adhuc ex diuerso abierunt gaudētes. Sed ecclesiæ dolorē perditiōis eorū ipsæ lamentantur & plangūt. Ideo dicit, Væ ecclesijs prægnātibus, & nutrientibus in illis diebus. Et si quidē negligentia ecclesiarū aut immaturi fuerint nati, aut paruuli, non habētes q aut informaret eos, aut postmodū consummaret in uirū perfectū in mēsurā ætatis plenitudinis Christi: dupliciter uæ ecclesijs prægnātibus, & nutrientib⁹ in illis diebus: quia & in hoc seculo dolorē patientur perditionis eorū, & ī die iudicij dānabuntur, pp negligentiā & eruditionē eorum. Si aūt ecclesię quidem competēter circa eos diligentiam impenderunt, illi aūt nec audierunt, nec ante baptismum informati acquieuerunt, elongantes se à cōuentu & ab omni auditu scripturarum, & ab omni uerbo doctrinæ alloquentium sacerdotū, neq; post baptismū proficere uoluerūt: ecclesijs quidē uæ, quia siue hoc, siue illo modo patientur dolorem perditionis eorū: illis aūt multipliciter uæ, quia

A omnis causa perditionis eorū ab illis solis requiretur in die iudicii. Quoniā corporis quidē profectus non est in potestate hominis, sed dei: animæ aūt profectus, uoluntarius est. Videamus ergo, ne nos imperfectos inueniat, aut nunc hęreticorū dominatio, aut tūc ipsius Antichristi. Quoniam sicut opera bona in dīe tentationis præstant spei uirtutē: sic opera mala desperationis operantur infirmitatē. *Orate aūt, ut non fiat fuga uestra hyeme, uel sabbato.* Et carnaliter, & spiritualiter legitur. Fugiētibus.n. & in uia manere necesse est, & in syluis latere, & p deserta uagari. Fuga autē uestē portare nō sinit, domū intrare non permittit, ignē accēdere nō cōcedit. In hyeme aūt quid faciat fugiēs? Necesse est ergo aut fugiēs frigore pereat, aut manēs gladio moriatur: Similiter in sabbato non licebat amplius ambulare, nisi certū spatiū uiæ. Vnde
Actu.1.b dictū est in Actibus apostolorū, sabbati habens iter. Quid ergo faciet fugiens Iudæus in sabbato? necesse est ut aut legē prætereat fugiēs, aut mortē suscipiat manēs. Spiritualiter aūt de Christianis talē habēt interpretationē. Hyemē dicūt frigus infidelitatis spiri-
B tuale. Qui.n. non habet in corde suo ignē, de quo do-
Luc.12.f minus dicit: Ignē ueni mittere in terrā, id est uerbum diuinū, de quo calefiat in fide: ille semper in hyeme est, etsi fuerit in media ætate: quia dubitationū incursus, quasi quasdā tēpestates de fide Christi patitur anima eius, & alget. Aut in hyeme est, q in persecutione est, & tēpestatē patitur impiorū. Et ideo frigida fit fides omniū, & ad plenū gelat, nisi iterū calefecerit eos spiritus sanctus. Itē est corporale sabbatū scdm literas legis, qd Iudæi intelligebant, & conseruabāt dū à corporali opere abstinerēt, nō à corporalibus malis. Et est spirituale, scdm quod gratia Christi manifestauit: quod intelligūt Christiani & obseruāt, abstinētes se nō ab opere corporali sed à corporalibus malis. Qui ergo uacat ab opere malo faciēs opera bona: laudabiliter sabbatizat, & sanctè scdm spiritū, & dei consilū: qui aūt recedit ab opere boni faciens opera mala, culpabitur, & impiè sabbatizat. De hoc itaq; nō bono sabbato loquitur dominus in hoc loco admonēs, ut ne dies ille inueniat eos in peccatis. Ideo ergo dicit, Ne fuga uestra hyeme uel sab-
C bato fiat, qa quicunq; in hyeme in fidelitatis inuētus fuerit, aut in deliciis huius mūdi sabbatizās, & ociās ab opere bono: necesse est ut tribulationū tpe superatus, pereat credēdo Antichristo, quoniā sicut dixi mus, opera bona in persecutionibus ad fidē spei prę stāt uirtutē. Quoniā aūt de deliciis & peccatis loqui
Luc.21.f tur locus iste, manifestius adaperit euāgelista Lucas. Cū.n. locū istū exponeret, ita subiūxit: Videte ne grauentur corda uestra in crapula & ebrietate. Ex duabus ergo parabolis superioribus prior qdē docet, ut festinemus perfecti esse in fide Christi: qd possumus adimplere, si scripturis & doctrinæ sacerdotū assidui fuerimus. Quoniā q in fide Christi, & operibus bonis sunt imperfecti, ipsi sunt q adhuc in utero habētur, aut adhuc paruuli sunt, q facilè periclitātur in tpe persecutionis, & pereūt, quia dubij sunt de fide Christi. Sequens aūt docet, ut ne uacui inueniamur ab operibus bonis, & ab exercitatione uirtutū: qa qui sic in uēti fuerint, ipsi sunt paruuli, q in die psecutionis citò periclitātur à fide Christi: qa nō habēt opa bona cō fortantia eos in spe, nec exercitationē uirtutū in sustentia aduersorū. Similiter & ex duabus parabolis sequentibus, Prior quidē admonet, ne imperfecti in-

ueniamur in fide. Ipsi sunt quidem, qui dubitationis D
hyemē patiūtur. Sequens aūt, ut ne sine bonis operibus inueniamur in tpe illo, sabbatizantes ab opere bono. *Erit enim tribulatio magna, qualis non fuit ab initio seculi usq; modo.* Quoniā dixit, Vę prægnantibus & nutrientibus: &, uidete ne fuga uestra hyeme aut sabbato fiat: nunc exponit quare, id est qa erit tribulatio magna. Vsq; ad Christū. n. Iudæi, etsi peccatores fuerunt, tamē filii erant, nō hostes: & ideo ois ira q̄ ueniebat super eos, castigatio erat de misericordia ueniēs, nō condemnatio de ira descendēs. Crucifixo aūt domino desierunt esse filii, & sunt facti hostes. Propterea iam nō castigatio uenit corrigens, sed cōdemnatio eradicās. Capta est.n. Hierusalem ab Assyriis, & iterū reparata est. Destructa est ab Antiocho, & iterū reædificata est. Inuasa est tertio à Pompeio, & iterū reparata est. Sicut.n. homo priusquam dies mortis eius adueniat, languere quidem potest, mori aūt non potest: Sic & Iudæa ante Christū uexata est quidē, perdita aūt non est. Postquam uerò horrēdum patricidiū cōmiserunt, crucifigentes filii patrē, mortē inferentes, à quo acceperunt uitam: & quod E
maius est, occidentes serui dominū, homines deū, tali eos plaga percusit, ut nunquam sanentur. Sicut illi tale facinus comiserunt, quale nunq̄ commissum est, nec est committendū: sic & super illos talis sentētia uenit, qualis nunquā uenit, nec ueniet. Hęc aptius est de consummatione mūdi suscipere, cuius figura fuit tribulatio illa. Tūc uerè talis erit tribulatio, qualis nūquam fuit. *Tunc dicent homines. Aperiat se terra, & glutiat nos.* Vsq; tunc.n. ois ira q̄ fit à deo, ideo fit, ut fideles quidē tentet, infideles aūt emendet: cū autem Antichristus uenerit, talis ueniet ira, ut & infideles omnino pereāt, & fideles plenius coronētur. Cū enim multi Christianorū credentes Antichristo, signū nominis eius in manu dextera, & in fronte susceperint: tunc exibunt angeli, cū igneis curribus uolantes per aēra: & inuisibili manu signabunt omnes fideles, in quibus tamē inuentū non fuerit signū Antichristi. Ex illo iam plagæ, q̄ uenturæ sunt super terrā, in quibus & finiendus est mundus, iam nō tangent fideles q signati sunt, sed illos percutiūt, super quos Antichristi inuētū fuerit signū. Erit.n. tribulatio ma F
gna, qualis nunq̄ fuit. Nōne maior fuit tribulatio in diluuio, quando ab omni creatura nihil remansit, nisi solus Noē cū familia sua? Hic aūt etsi multi occidū Gene.7.
tur, tamē multi euadent. Sed in hoc peior erit tribulatio ista, quia illic corporalis fuit perditio, hic aūt spiritualis. Quis aūt illic tormētis astrictus est, quia coluit deū: sed econtrariò puniti sunt, quia noluerūt colere deū. Hic aūt tormentis afficiendi sunt, qui non trasceunt ad diabolū, relinquentes deum. Nōne maior fuit tribulatio in Sodomis, ubi nullus euasit ab Gene.19.
igne, nisi solus Lot? Sed illic fuit aduersus peccatores iusta dei uindicta, hic aūt erit aduersus sanctos crudelis diaboli uiolētia. Quātò ergo pretiosior, anima q̄ corpus: tātò miserabilior pditio animarū q̄ corporū. Illic perditis iniquis, euaserunt iusti: hic autem punitis, aut fugatis iustis, iniq gaudebūt. Sed & si q prudentes sunt, cū considerant nō corporalē huius mūdi statū, q adhuc quodammodo stare uidetur, quāuis & ipse sit minoratus, sed spiritualē totius Christianitatis statū subuersum: intelligunt quia nunquā talis fuit tribulatio spiritualis, qualis facta est nūc ex tēpore hęresum corrumpentiū uniuersa. Perierūt, sicut

G diximus, oēs in diluuio, sed corporaliter perierūt. Perierunt oēs spiritualiter ante Christū, pręter Iudęos, sed ignorātia perierunt: nūc aūt in scientia perierūt, & pereunt. Multū. n. interest inter illos, qui in ignorātia sunt, & in ignorātia perierunt: & inter istos qui in ueritate quidem nati sunt, pp aliquid aūt mundiale, scientes ad mendacia transierunt, & perierunt in eis, & pereunt. Illi. n. forsitan aliquo modo habebunt remissionē, isti aūt nullam remissionē habebunt, neq; in hoc seculo, neq; in futuro: quoniā ipsi sunt q̄ blasphemauerunt, & blasphemant in spiritum sanctum. Illi. n. iudicandi sunt, quia ueritatē non quęsierūt: isti aūt condemnandi, quia spreuerunt. Leuior. n. culpa est ueritatē non apprehendere, q̄ contemnere apprehensam. *Et nisi deus breuiasset dies illos, non fieret salua omnis caro.* Abbreuiabuntur dies, ut atrocitas tribulationum breuiata cōpendio tęperetur. Breuiatos aūt dies intelligimus, nō mensura, sed numero. Sicut. n.
Psa.92.a longitudinē dierum, quā dicit propheta: Domū tuā decet sanctitas in longitudinē dierum, non per longos dies ītelligimus, sed multos: sic & breuiati dies,
H nō breues dies sunt intelligēdi, sed pauci. *Omnis caro.* Frequenter. n. scripturæ pro hominibus animas ponunt: sicut ibi, Septuaginta aiæ intrauerunt in Aegy
Deut.10.d ptum. Frequenter pro hominibus dicitur caro: sicut
Psa.64.a ibi Orationē meā exaudi, ad te omnis caro ueniet. Quādo ergo & animas appellat, spirituales & perfectos hoies uult ostendere: ubicunq; aūt carnē, carnales homines, & infirmos. Ergo dicendo, nō fieret salua omnis caro: uult nobis ostendere, quia non solū spirituales hoies & perfecti, sed ēt mediocres homines & infirmi de illo persecutionis periculo sunt liberandi, nō uirtute fidei, aut merito operū suorum, sed uelociter subueniente Christi aduentu. Non. n. propter peccatores dimittit diutius, ut ēt electi periclitētur, sed pp electos festinaturus est, ut neque mediocres deficiant: quia prōptior est deus ad liberandos bonos, q̄ ad perdendos malos. Nā & aurifex, si inuenerit aurum sordibus mistū, non pp sordes ēt aurū contemnit, sed propter modicū aurum cōtentus est etiā sordes accipere. Sed & semper dies mali sanctorum abbreuiantur. De iniquis scriptū est: Viri sangui
I num & dolosi non dimidiabunt dies suos. De iustis
Psa.54.d aūt: Non dabit in æternum fluctuationē iusto. Acci
Ibidem. pe aūt mihi ad documentum ipsa tempora anni: ab æquinoctio uernali duodecimi mēsis incipiunt paulatim tepescere aëres per singulos dies, usq; ad mensem tertiū, & dies fieri noctibus longiores. Item ab æquinoctio autumnali mēsis septimi incipiunt paulatim iterum frigescere aëres per singulos dies, & noctes fieri longiores diebus, usq; ad mensem nonum, quando celebratur Christi natalis: & sic inueniūtur nouem quidē mensibus aëres quidem temperati, & dies prolixiores, tribus aūt mēsibus aëres glaciales, & dies breues. Vides qūo deus misericorditer dispensauit, ut dies quidē mali inueniantur & pauci, boni aūt plures, & longi. Si ergo statū mundi huius, q̄ ad usum oium hominum cōis habetur, sic deus misericorditer dispensauit: quantò magis statū uitæ eorū, cum maiori dispēsat misericordia, ut & uoluntas eorum in malis tentata clarescat, & uirtus uoluntatis eorū uelociter deo subueniēte nō patiatur defectio
1.Co.10.c nem, sēdm quod & Apostolus dicit: Tentatio uos nō apprehēdat, nisi humana. Fidelis aūt deus, q̄ nō patietur uos tētari supra id q̄d potestis sustinere, sed faciet cū tētatione ēt prouentū, ut possitis euadere. K

Tūc siquis uobis dixerit, Ecce hic est Christus, ecce illic, nolite credere. Qua ratione suprà q̄dē, priusquā de abominatione desolationis exponeret, sic dicit: Videte *Hic sup.* nequis uos seducat: multi enim ueniēt in noīe meo *& Mat.* dicentes, quia ego sum Christus. Hic aūt postquam *13.a* de abominatione desolationis statura ī loco sancto locutus est, ita dicit: Tunc siquis uobis dixerit, ecce hic est Christus, ecce illic, nolite credere. Si memores quia abominationem desolationis interpretati sumus staturā in loco sancto, hanc impiam hæresim occupaturā loca Christianorū, intelligis quoniā eleganter est dictū. Per hanc. n. significabat qūo & priusquā hæresis ista abominationis loca sancta obtineret, & priusquā diuersarū hæresum cōstituerentur ecclesiæ, seductio quorundā erat futura: sicut & factū est. Et postq̄ obtinuisset, & hęresum diuersarum ecclesiæ cōstitutæ fuissent, eo amplius seductio quorundā erat futura: sicut & fit. Nā prius nudi dogmatū sermones faciebāt errorē, nunc aūt multarū hęresum ipsæ ecclesię constitutæ. Ideo tunc uniuscuiusq; dogmatis nudū uerbū dicebant: Ego sum uerbū ue L
ritatis, Ego sum Christus. Nunc aūt singulatim professores hęresum diuersarū dicunt, Ecce hic est Christus. i. ecclesia. Et illic, id est ecclesia. Quia iam nō audiendo dogmatū uerba, sed uidēdo eorū ecclesias, Christiani scādalizantur infirmi. Adhuc aūt de Antichristo ostēdit p hęc uerba, quia in illo tpe sancti in multis tribulationib⁹ cōstituti, fortiter deliberabunt Christi aduentum, iam non sustinēte carnis natura. Aliquoties diximus, quòd diabolus non ingerat genus tētationis in hoie, sed desideriū uniuscuiusq; cōsiderat. Et sēdm quòd uiderit hominē desiderātem aliquid, ex eo accipit occasionem tentandi. Vnde & *Sup.4.a* Christū cū esurientē sensisset, tētauit in fame: & Adā *Gen.3.b* & Heuā cū uidisset diuinitatis amorē habētes, diuini *Inf.26.e* tatis promissione seduxit. Et Iudā cū inuenisset auarum, pecuniæ cupiditate ad proditionem saluatoris attraxit. Sampsonē cū inuenisset amatorē fœmina- *Iudi.16.* rum, per mulierē præcipitauit. Sic ergo & tūc diabo- *a.* lus uidēs sanctos in angustijs constitutos, & fortiter desiderātes Christi aduentū, Primū quidem pp intolerabiles persecutiones, deinde pp repromissionem M
temporis illius de aduentu Christi, q̄ facta fuerat in scripturis, ideo sub noie Christi & prophetarū tentabat seducere sanctos. Et quos diuersis cruciatibus nō potuit superare, uictus i sua crudelitate, armabat se fraude, dicens p suos ministros: Ecce hic est Christus, ecce illic. Nā quādo aliqua rerū cōturbatio fit, tunc abundāt mendacia. Vnusquisq; n. dum aut timet aduersa, aut desiderat prospera, ipse sibi nouas generat famas. Et ita diabolus suspēsas animas hominū inuenta occasione deludit, hoc nuncias in auribus hoium, hoc ostentans ante oculos eorū quod unūquenq; aut timere, aut desiderare cognouerit. Sicut enim ægrotus in doloribⁿ positus omni homini ostēdenti sibi aliquid ad remediū, facilè credit, non diiudicās personas medicantiū, neq; discutiens artificia eorum: ipsa. n. doloris anxietas omnia oibus credere cogit: sic & tūc sancti in necessitate persecutionū positi, & quasi ægroti desiderātes refrigeriū Christi, oībus referētibus aliqd de Christo, facilè credēt. Ipsa. n. præssurę necessitas credere cogit. *Exurgent. n. pseudochristi, & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna.* Non inutilia, neq; uana, q̄ ministri diaboli facere solent:

A re solent: sed magna, id est utilia & plena, q̄ sancti facere solebāt. Nā in tpe quidē apostolorū, & postmodū ministri quidē Christi utilia & plena signa faciebant ex parte dextra: qualia sunt cæcos illuminare, & alia hmōi facere: ministri aūt diaboli inutilia faciebāt & uana ex parte sinistra, q̄ admirationē quidem uidētibus excitarent, ad utilitatē aūt nullius proficerent. Et erat inter ministros Christi, & ministros diaboli ex hoc iudicare q inutilia, & qui utilia facerēt signa. In fine aūt temporis cōcedēda est potestas diabolo (sicut in historia Clementis Petrus exponit) ut faciat signa utilia, & ex ea parte qua prius facere cōsueuerāt sancti, ut iam ministros Christi nō per hoc cognoscamus, quia utilia faciūt signa, sed quia oīno nō hæc faciūt signa. Qua aūt ratione hoc ordinauit
Eccl.3.a deus, attende: quia nō semper tēpus uocationis est, sicut ait sapientia: Tēpus cōgregandi lapides, tēpus dispergendi. Tēpus ergo fuit congregandorum lapidū, quādo lapides uiui. i. fideles ab infidelitate uocabantur ad fidē. Tempus aūt erit dispergēdi lapides,
B quando ecclesia tradetur ad tentationē, ut lapides, id est Christiani, qui nō proficiūt in ędificationē corporis Christi, foras proiiciantur. Donec ergo fuit uocatio ad fidem ex infidelitate, fecerunt signa & serui Christi: qa signa diuinę uocationis testimonia sunt, ut prædicationis ueritas miraculis cōmendetur: cessante aūt uocatione, incipiet seductio reuocās hoies à fide ad infidelitatē. Incipiente ergo seductione, tradenda sunt seductionis adiutoria diabolo, id est potestas faciēdorū signorum, ut signis & prodigijs mēdacia sua pro ueritate cōmendet. Sed fortè dicis: Si deus cōcesīt diabolo uirtutē faciēdorum signorū, qūo ipse mandat, ne seducantur sancti? Si ergo nōn uult ut seducantur, ut qd diabolo dat seducendi uirtutē? Si aūt uult ut seducātur aliqui, quare oībus mā dat ne seducā tur? Audi: Cōcedit diabolo seducendi uirtutē, ut ne mali inter bonos remaneāt apud Christum: mandat aūt, ut ne boni inter malos transeant ad diabolū. Nā sicut crudele est fideles cum infidelibus perire, sic indignū est fideles cū infidelibⁿ glorificari. *Ita ut in errorem mittant, si fieri potest etiā electos.* Non dixit, Vt seducant, si fieri potest ēt electos, sed
C in errorē mittant. Frequēter. n. sancti uidētes aliquas operationes diaboli absconditas sub specie pietatis, dum nō possunt ītelligere profundas insidias inimici, conturbātur in corde suo, ac scandalizantur, & dicunt: Quid sit hoc q̄d ita fit? nō tamen citò flectuntur, ut credāt. Et si sensu uincuntur quasi hoies, fide aūt stant quasi inuicti. Magnitudinē aūt signorum ostēdere uolens, ideo dicit, ut si fieri potest: quoniā quantū ad magnitudinē signorū illorū potest fieri, ut seducantur ēt electi. sed ideo nō seducuntur, quia perire nō possunt, quos deus præordinauit ad uitā. Dum ergo signorū magnitudinē prædicit, in consequādis fidelibus, dei potētia demonstratur. Et de tpe hæresum nihilominus cōueniunt intelligi hæc. Falsi enim Christiani, sunt falsæ ueritates hæresum: falsi aūt prophetæ, prædicatores ueritatum falsarū. Dant aūt signa, eadē facientes in simulatione, q̄ faciunt fideles in ueritate. Nā & castitati student, & ieiunia celebrant, & eleemosynas faciūt, & oēm ecclesiasticū canonem supplent. Aut nō tibi uidentur magna esse signa seductionis, cū uideas diabolū facientē opera dei? *Ecce prædixi uobis.* Cōtestationis uerba sunt hęc, ut ne aliquis dicat, uidi eū talia facientē signa, qualia ipse Christus fecit, & ideo credidi, existimans illum D
esse Christū. Propterea dicit: Ecce prædixi uobis: ut excusationē ignorantiæ tollat ab hominibus, & pręcedens cōtestatio iustā faciat pœnā sequentē. Miseri cordia. n. est, mandatis præuenire periculū. Nō enim uult quempiam perire, qui oībus monstrat perditionis aduentū. *Si autem dixerint uobis, Ecce in solitudine est, nolite exire: ecce in domibus, nolite credere.* Hoc nunc tertiū de cauendis seductionibus dat mandatū. Primū est, Videte ne seducamini, multi. n. uenient in nomine meo, dicētes, Ego sum Christus. Sēdm tunc dicent uobis, Ecce hic est Christus, ecce illic, nolite credere. Tertiū, præsens, dicens: Si dixerint uobis, ecce ī solitudine est, nolite exire: ecce ī domibus, nolite credere: ut in ore duorum uel trium testium stet omne uerbū, ut trina denunciatio inexcusabilē faciat negligentē. Primum ergo mandatū dedit de seductionib⁹ futuris, priusquā abominatio desolationis constitueretur in loco, & priusquā hæresum ędificarentur ecclesiæ. Secundū aūt de seductionibus pòst futuris, sicut iam diximus suprà. Tertiū uerò manifestissimè de tpe furentis Antichristi, dicēs: *Siquis uobis dixerit,* P
ecce in solitudine est, nolite exire. Seducere. n. uos uolūt. Sed dicat aliquis, Quid enim? Si fideles tunc nō exierint in desertū, aut nō intrauerint in domos: nunqd per hoc ipsum poterint declinare periculū, maximè cū tūc Antichristus uniuersa ubiq; cōtineat, & intus & foris, & in ciuitate & in deserto? Sed uide quoniā hæc dicens, ostendit, quia tūc fideles latētes erūt in locis quibusdā secretioribus, deo eos absconděte potius q̄ loco, sicut scriptum est: Absc̄ondes in abscondito uultus tui à cōturbatione hominū. Proteges eos *Psal.30.f* in tabernaculo tuo, à contradictione linguarū. Præmonet ergo eos, ne fortè tūc audito Christi aduentu, per hoies seductores procedant ad palā, & aut in deserto cōprehendātur egressi, aut in domibus concludantur ingressi. Quid. n. faciat in solitudine Christi aduētus? Nunqd magis amat solitudines locorū, q̄ cōgregationes hominū? Aut nūquid hoies timet, ut in solitudine lateat? Si. n. quādo passurus aduenit, non timuit reges aut iudices, sed inter impios populos prædicauit pietatis sermonē: qūo tunc timebit, cū uenerit iudicare peccatores? *Siquis uobis dixerit,* F
ecce in domibus, nolite credere. Iniuriam. n. facitis diuinitati, si in domibus illā quæritis, q̄ implet cœlū & terram: aut si latere putatis qui uenit superbis resistere, & humiles exaltare. In primo enim aduētu ideo cęlatus uenit corpore, ut probaret fideles, in secūdo aūt aduentu ueniet manifestus in gloria, ut remuneret fidē eorum. Ideo tūc necessariū erat, ut quæreretur: nūc aūt nō est q̄rēdus ut credatur, sed q̄rit ipse à quibus creditus est. Spiritualiter aūt de nouissimis tēporibus hæc ita sunt exponēda. Sunt hæreses, q̄ mendacia sua quodāmodo scripturarū colorāt authoritatibus: quædā aūt, quæ oīno ita cōtra scripturas habētur, ne colorare ualeant mēdacia sua de scripturis diuinis. Solitudines ergo appellat hæreses illas, quarū dogmata oīno deserta sunt à scripturis. Domus aūt, hæreses q̄ scripturarū colorantur exēplis, quāuis nō sint domus ueræ, tamē uel uidētur. Aut ita: Domus dicit hęreses, solitudinē aūt Iudęā, sēdm qd scriptum est de illa: Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta. Aut ita: Solitudines dicit oēs hęreses desolatas *Sup.23.d* à ueritate, domus aūt ecclias Christi: ac si dicat: Nō *& Lucæ* dico, si dixerint uobis, ecce in hęreticis ecclesijs illis, *13.g*

Guel in illis apparuit Christus, sed ēt si in ipsis ueris ecclesijs q̄ & dei sunt, id est, domus uestræ, dixerint uobis Christū apparuisse, nolite eis credere dicentibus ista de me, quia nō est digna diuinitatis meę notitia hæc. Ostendēs per hęc, quō ex ipsis ecclesijs ueris frequenter exeunt seductores, propterea nec ipsis oīno credendū est, nisi ea dicant uel faciant, q̄ conuenientia sunt scripturis. Vos ergo nolite exire, nolite credere. Nō mandat illis, ut ne exeāt de domibus, uel ciuitatibus. Nec in domo. n. aut in ciuitate sedentib⁹ sanctis, ista dicēda sunt: sed nolite exire de regula ueritatis, quam tradidi uobis: nolite credere: Quia sicut fulmus ante ignē præcedit, ante uictoriā pugna: sic & ante gloriā Christi, tētatio Antichristi. *Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & paret usq; ad Occidentem, ita erit aduentus filij hominis.* Manifestū & uelocē aduentum Christi ostēdere uolēs, fulgoris similitudinē introduxit. Sicut. n. cū exierit fulgur, non solū uidetur ab hominibus, sed adhuc sēdm qualitatē fulgoris sui nō dignē aspicitur: sic & cū uenerit Christus, nō solū eum oēs aspicient, sed sēdm mensurā gloriæ eius, neq; po
H terunt eū sufficiēter aspicere. Et nō solū magnitudo eius oēm locū implebit, sed adhuc magnitudine ei⁹
Psa.96.a deficiet ois locus, sicut scriptū est: Ignis ante ipsum præcedet, & inflāmabit in circuitu inimicos eius. Alluxerūt fulgura eius orbi terræ, uidit, & cōmota est terra. Quem ergo peccatores uidebunt, ēt nolentes: quō non uidebunt eū sancti desiderantes? Et sicut in ictu oculi fulgur uniuersa pertransit, sic & filij⁹ dei, non ueniens adhuc, sed ēt uenisse uidebitur. Si. n. sol, qui ad ministerium nostrū creatus est, tantā habet splendoris uirtutē, ut in quacunq; parte cœli fuerit, ubiq; appareat quasi ꝑsens: quātō magis sol spiritualis Christus, cū uenerit, in toto uidebitur mūdo, ma
1. Tim. 6. c gis aūt mundus in eo uidebitur? Apostolus aūt ait: Quē suis temporibus ostēdet beatus, & solus, & potens: non dixit, Quē mittet. Christus. n. cū sit ubiq;, nō uenit de loco ad locū, sed ubiq; ostenditur, q erat celatus ubiq;. *Vbi fuerit corpus, illic cōgregabuntur aquilæ.* De uulturibus. n. dicit scriptura in Iob, quoniam ubicunq; fuerit corpus, illic inuenientur uulturū pulli. Hoc. n. naturale est uulturū, sicut dicunt quidā, ut
I etiā transmarina cadauera sentiāt. Quoniā ergo turpes aues sunt uultures, ideo uulturinis qdē moribus aptauit noīa aquilarū, ut in moribus quidē uulturū, sanctorū congregatio ostendatur ad Christi aduentum: in aquilis aūt regalibus, regalis sanctorū dignitas ostēdatur. Ideo. n. sancti aquilis assimilātur, quia sicut filij aquilarū ad Solē probantur, ut si quidē recto aspectu intendere potuerint cōtra radios Solis, intelligantur esse legitimi: si aūt nō potuerint, cognoscantur adulterini: Sic & filij dei ad Christi iustitia cō probātur: si enim potuerint pleno corde iustitię uerba suscipere, intelligunter esse legitimi: si aūt nō potuerint, cognoscūtur de diabolo esse nati. *Statim aūt post tribulationem dierū illorum sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo.* Patrefamilias moriēte, tota domus eius turbatur, omnis familia plangit, & cōscisis tunicis suis, nigris se cooperiunt uestimētis: sic & humano genere, pp quod fuerant oīa creata, circa exitū constituto, totus cōtristatur mundus, uniuersa cœli ministeria lugent, & cādore depositō pro uestibus luctuosis tenebris uestientur. Nā sol obscurabitur, & luna nō dabit lumē suū. Aut propter indignā persecutionem sanctorū dolentes, aut super impiorū pessima opera indignātes, aut K
nouissimam in eis dei iracundiā demonstrantes, ut adhuc uiuentibus impijs super terrā, iam gustus detur infernaliū tenebrarum. Siue hoc, siue illo modo, meritō nox interueniens inter diē & diē, prędicet, qā post modicū noua dies resurrectionis est nascitura. Diuidetur. n. ne istius seculi & illius una uideatur esse natura. Sicut. n. oēs carnales morimur, ut spirituales surgamus: sic & illa dies tenebris interciditur, ōs̄i quadā morte, ut noua iterū renascatur. Aut certè qa spiritualiter iniquitas nox itelligitur, iustitia aūt dies. Ex natiuitate aūt Christi lux orta est, dicēte prophe
Psal. 29. b ta: Ad uesperū demorabitur fletus, & ad matutinū lętitia. Mane Christi tēpus uocatur. Hęc dies iustitię in exitu mundi finitur, iniquitatum, & errorum tenebris obscurata. De qua & dominus ad apostolos di
Ioan. 12. c cit: Ambulate dum lumen habetis, ne uos tenebræ cōprehendāt. Sol obscurabitur. i. notitia Christi sile bit. Luna nō dabit lumē suū, id est, ecclesia sanctitatis suæ claritatē non demonstrabit. Stellę cadent de cœlo, id est, q uidentur sancti transgredientur, & ca-
charitatem. dent de dignitate cœlesti. Nam qd de diabolo dictū L
Esa. 14. a est, quō cecidit Lucifer de cœlo, q mane oriebatur: sic interpretā tur apostoli, uel sancti nō de altitudine cœli ad terram, sed de angelica dignitate ad ignominiam tenebrarum. Quō aūt multi transgredientur Christianorū significat Daniel. Et de eruditis, inquit,
Dan. 11. f cadent multi. Sicut ergo tēpestas suscitat nubila, nubila aūt cooperiunt Solem: sic impiorum persecutio suscitabit transgressionem, transgressio aūt Christia
Ioelis. 2. g nitatis obscurabit candorē. Vnde propheta dicit in alio loco: Sol cōuertetur in tenebras, & luna in sanguinē: id est, ecclesia, aut pp assiduā occisionem sanctorum, aut quia ipsi Christiani contra iustitiā Christianitatis inter seipsos furentes, bellabunt. Hoc & si de tpe hæresis huius scriptum intelligatur, expositionem habet cōuenientem. Quō? Ex quo obtinuit hæresis ista sanctum ecclesię locum, quasi abominatio desolationis, & Antichristi exercitus cōstituta, Christi Solis ueritas est obscurata: ecclesia fidei suæ splendorem nō potuit dare clarum, & Christiani multi, q erant stellæ rationabiles, eciderunt à firmamento scripturarū sanctarum. *Tunc apparebit signum filij hominis in cœlo.* Quidē putant crucē Christi ostendendam esse in cœlo: uerius aūt est, ipsum Christum in M
corpore suo habētē testimonia passionis: id est, uulnera lanceæ & clauorū, ut impleatur illud qd dictū est, Et uidebunt in quē pupugerunt. Deniq; in quo *Apo. 1. b* loco præsens euangelista ponit, dicēs: Apparebit signum filij hominis: alij euangelistæ hoc solum dixerunt: Et uidebunt filium hominis uenientem: uideli *Mar. 13. c & Luc. 21. c* cet ostendentes signum Christi, esse ipsum corpus Christi, qui in signo corporis sui cognoscēdus est, à quibus crucifixus est. Vnde in Actib⁹ ad apostolos *Act. 1. b* angelus sic dicit: Hic Iesus, qui receptus est à uobis, sic ueniet iterum quemadmodū uidistis eū euntem in cœlum. Non sic portatus in tali nube: nec. n. cum tali gloria ascendit, cū quali uenturus est iudicare: sed sic ueniet, hoc est, similiter cū hoc corpore, cum *Ioā. 20. g* quo ascendit. Vides ergo, quia quasi signum datur Apostolis corpus eius, dicens: Sic ueniet. Vis aūt scire quia ad signum passionis suæ uulnera corporis sui seruauit? audi post resurrectionem dicentem ad Thomam: Infer digitum tuum huc, & uide manus *Ibidem. g* meas: & affer manū tuam, & mitte in latus meū, &

Universidad de Deusto Biblioteca

A noli esse incredulus, sed fidelis. Qui mortuū corpus suum suscitauit, qui tulit costā de latere Adæ, & suppleuit carnē: nunquid ēt non potuit corpus suum sanare, & integrū suscitare? Sed corpus quidem suscitauit, uulnera aūt eius seruauit, ut in die iudicij profice
Vulnera Christus quare ser uauit. rent ad testimoniū passionis contra Iudæos: & omnes qui denegantes filiū dei crucifixū in corpore, Iudaizant. Propterea quasi manifesto signo conuenię ter subiungit, dicens: *Tūc plangēt se omnes tribus terræ.* Plangent enim se Iudæi uidentes uiuentē & uiuificātem, quē quasi hominē mortuum æstimabāt, & cōuincentes se corpore uulnerato, scelus suū denegare non poterunt. Plangent se & Gentiles, qui uanis philosophorū disputationibus decepti, irrationabilem stultitiā putauerūt esse, deū colere crucifixū, & detulerūt creaturæ gloriā creatoris. Lugent & Christiani peccatores, qui magis dilexerunt mundū, quā Christū, cū audierint eum hæc uerba dicētem ad se: Ego propter uos homo factus sum. Propter uos alligatus & delusus, & cæsus, & crucifixus sum. Vbi est tatarū mearū iniuriarū fructus? Ecce pretiū sanguinis mei,
B quē dedi pro redemptione animarū uestrarum. Vbi est seruitus uestra, quam mihi pro pretio sanguinis mei debetis? Ego super gloriā meā uos habui, cū essem deus apparens homo, & uiliorē me omnibus rebus uestris fecistis. Nam omnē rē uilissimā terræ amplius dilexistis, q̄ iustitiā meā & fidē. Plangent se hæretici, qui purū hominē crucifixū dixerunt, cū uiderint ipsum esse iudicem, in quem compunxerunt Iudæi. Quō enim arguat Iudæos quasi interfectores filij dei, si non filius dei, sed purus homo est crucifixus? Et tunc plāgent se omnes tribus terræ, quia nec resistēdi uirtus est contra eū, & fugiēdi nulla facultas ante faciē eius, nec pœnitētiæ locus: ex angustia omniū rerū nihil eis remanet præter luctum. Meritò plangent se, qa tūc neq; pecunię diuitib⁹ prosunt ad eleemosynā faciendā, neq; parentes iusti pro parētibus intercedūt, neq; ipsi angeli pro hominibus, sicut solebāt, faciūt uerbū: quia non recipit natura iudicij misericordiā, sicut nec tēpus misericordiæ iudiciū, di
Psa. 102. a cente propheta: Misericordiā & iudiciū cantabo tibi domine. Misericordia in priori aduētu, iudiciū in
C secundo. In priori aduentu uolētibus apostolis ignē
Luc. 9. g de cœlo deponere, dixit: Nescitis cuius spiritus estis. Filius. n. hominis non uenit iudicare mundū, sed sal-
Sup. 16. d uare. De secundo aūt sic dicit: Nā filius hominis ueniet in maiestate patris sui, & tūc reddet unicuiq; secūdū opera eius. *Et uidebunt filiū hominis uenientē in nubibus cœli, cū uirtute & gloria multa: & mittet angelos suos cū tuba & uoce magna, & congregabunt electos eius, à quatuor uentis.* Si quādo rex terren⁹ processum aliquē, aut expeditionē mādat in populo, dignitates oēs mouentur, & exercitus exercitatur, tota ciuitas feruet: quātò magis rege cœlesti exurgente iudicare uiuos & mortuos uirtutes angelicę cōmouētur? Terribiles ministri terribiliorē dominū pcedētes: Cherubin & Seraphin præparētur ad sedē unius, & rationabilis thronus uiuā sapientiā portaturus. Nec. n. pōt esse res mortua, quæ baiulat uitā. Ante ipsum pro cā delabris fulgura uiua præcedent, & pro tubis horrēda tonitrua. Qualis rex, talis & præparatio regis. Verè magna uox tubæ terribilis, cui omnia obaudiūt elementa, q̄ petras scindit, inferos aperit, clausuras tenebrarū pertransit, portas æreas coterit, uectes adamātinos & ferreos cōfringet, uincula mortis dirūpet
& de profundo abyssi animas liberatas, corporibus D
suis assignat. Hæc oīa citius cōsumet in opere, q̄ sagit *1. Co. 15. g* ta trāsit in aëre, dicēte Apostolo: In momēto, in ictu oculi, in nouissima tuba. Tuba. n. canet, & mortui resurgēt incorrupti. In illa uoce puluis iam dissolutus corporū mortuorū in noua mēbra cōstringitur. In illa uoce quasi una persona obnoxia totū mare discutitur, ut siquid apud se retinet de humanis ossibus, sine contradictione restituat. In illa uoce à quatuor partibus mūdi spiritus cōgregatur, q resuscitet populū dormientē. *A ficu aūt discite parabolā.* Quare nō ex aliis arboribus, sed potius de ficu sumit similitudinē æstatis? Quia postq̄ aliæ arbores uernare cœperint, frequenter euenit ut accedēs frigus prędicat æstatē, & iterū arbores indurescunt: ficus aūt qa penè post oēs arbores uernat, difficilè post ficū frigus interuenit. Ideo ergo sic cōparata est ecclesia illi tēpori, pp indubitabilē seculi noui aduentū. Sed q̄ est ista assimilatio rei, uideamus. Ficus bono uerni tēporis tēpe ramēto mollescit ad folia, ecclesia aūt miserabili pse cutione afflicta cōpellitur ad mortē. Sed dominus hāc assimilationē iocūditatis ex ficu, nō ad afflictio E
nē corporalē retulit, sed ad spiritualē profectum animarū. Nā quādo carnalia hominis affligūtur, tunc spiritualia eius florēt, sic ait Apostolus: Et uos suscepistis uerbū dei in tribulatiōe multa, cū gaudio spiri- *1. The. 1. c*
tus sancti. Sicut. n. uernali flatu arbores laxātur in folia, & fructus: sic persecutionibus excitātur animę ad uirtutē. Ideo aūt semper ficus ecclesię similatur: quia sicut ficus sub uno cortice plurima grana intra uiscera dulcedinis inclusa cōstringit: sic ecclesia sub uno corpore multos Christianos intra uiscera suę charitatis cōgregatos cōplectitur. Deinde & alia ratione: Oīs arbor penè in uno tpe fructū prębet. Nam intra paucos dies, & matureścūt, & cadūt, ficus autem ex quo cœperit fructus afferre, usq; ad hyemē fructificare nō cessat. Nā alij colligūtur maturi, & alij hinc procedūt. Sic ecclesia ex quo cœperit sanctos offerre usq; ad finē seculi nō cessabit. Nā p singula tempora alij dormiunt, alij aūt nascuntur. De hac aūt ficu sub alia specie interpretationē fecimus apud Marcū, ęstimātes ubiq; qd uerū est, nō affirmantes: ut sēdm qd uisum fuerit unicuiq;, hoc probetur. *Amē dico uobis,* F
non prætеribit generatio hæc, donec omnia fiant. Res dubia semper facit hominē negligentē. Nam quod sine dubio uenturū nobis esse cognoscimus, ad id nos metipsos magnanimiter confortamus: Ne ergo audiētes apostoli certū periculū pro incerto suscipiant, & dubitatēs de ei⁹ aduētu, semetipsos i negligētia ponant, ideo sermonē suū iuramento cōfirmans, dicit: Amē dico uobis, non trāsibit generatio hęc, donec omnia fiant. Quia contra magnū periculum magna præparatio est necessaria: magna aūt præparatio assiduā admonitionē requirit, & cautā. Et sciendū est quia non illud uult Christus apostolis suis ostēdere, quia iā incontinēti futura est tētatio illa, sed qa omnino futura est. Ergo nō illos homines dicit, q illo in tpe fuerant nati, sed familiam gentis ipsius. *Generatio ista.* Id est, aut facientiū hāc tentationem, aut patientium, aut peccatorū hominū, aut dæmonum, q operantur in eis. Nā utriq; nō cessabūt esse in seculo, donec cōsummatio fiat, ut dicat illis, Discedite à me ma *Inf. 25. d*
ledicti in ignē ęternū, q̄ præparatus est diabolo & angelis ei⁹. Necesse est. n. ut quādiu fides tētatur, tentatio reseruetur. Aut certè Christianorū generationē di

Gcit,id est,generatio ista mortalis nō transibit ad immortalitatē:donec,id est, nisi hęc fuerint cōsumma
ta, ut postea immortalis & impassibilis fiat. *Cœlum & terra transibunt, uerba autem mea non præteribunt.*
Quia cœlū & terra ad ministeriū uestrū creata sunt,
uerba aūt mea ad gubernationem uestriā dispositа.
Cœlū & terra uanitati subiecta sunt,dicente Aposto
Rom.8.d lo;Vanitati.n.creatura subiecta est. Naturaliter autē
ueritas nescit mentiri, nec potest aliquando perire.

Homilia.l.ex cap. xxiiii.

E *die autē illa & hora nemo scit,neq; angeli cœ*
d *lorū neq; filius,nisi solus pater.Sicut enim in die*
bus Noe, ita erit & aduentus filii hominis. Sicut
enim erāt in diebus ante diluuiū comedētes & bibētes,nu
bētes & nuptui tradētes, usq; ad eū diē quo intrauit Noe
in arcā,& nō cognouerūt donec uenit diluuiū,& tulit om
nes, ita erit & aduētus filii hominis. Vsq; nūc exposuit
signa cōsummationis præcedētia ante cōsummatio
ne:nūc docet qa subitus ueniet nouissimus mūdi in-
teritus hoibus nihil adhuc tale fieri suspicātibus, se-
1.Thes.5a H cundū qd dicit & Apostolus: Cū dixerint pax & secu
ritas, tūc repentinus illis superueniet interitus. Et de
die illo incerto ad cumulū ét seipsum ponit, dicens:
De die autē illa & hora nemo scit. Id est, nō solū aliqs
hominū,sed neq; angelorū quisquā,nec ipse filius,ni
si solus pater:ut nemo ferat molestē, quia diē illum
deus posuit in incerto, cū de ipso sit filius incertus.Si
mile aliquid scriptū est & in Actibus Apostolorū.Nā
Actor.1.a cū interrogassent eū discipuli eius: Domine,si in tpe
hoc restitues regnū Israel,respondit eis: Non est ue-
strū nosse tempora uel momenta quæ pater posuit
in sua potestate. Opportunè ex hoc loco cōuenit ad
monere,cū multi homines, maximè qui uidētur do
cti,cū interrogati fuerint aliquam quæstionē,si con-
tingeret eos ignorare quod queritur: erubescētes ne
uideantur aliquid ignorare, quia totū scire putātur,
colorant falsa pro ueris, & dicūt aliis, quod non au-
dierunt à Christo. Propterea cōsiderantes hūc locū,
nō deberent erubescere aliquod mysteriorum dei se
ignorare,cū legant ipsum Xpm nō erubescētē suam
ignorantiā confiteri ad respondendū: quia de die il-
la & hora nemo scit, neq; angeli neq; filius: maxime
I cum sit mysteriorū dei multa profunditas:nec tamē
mentitur,quando ipsū quod scit, à patre accepit.Me
ritò suā scientiā denegat, q̄ nō ex eo: sicut & alibi cū
esset bonus,bonū se denegauit,qa bonitas eius erat
Mar.10.b ex patre.Et ne pp dispensationē humanā æstimetur
scire se negasse,nō dixit, neq; filius hominis: quia se-
cūdum diuinitatem dixisset, non secūdum humanā
naturā. Nam inter filiū dei, & filiū hominis nihil in-
terest.Ecce senectutis signa cognoscimus,diem aūt
ultimum ignoramus: sic & labentis signa scimus,si-
nē eius non agnoscimus. Sicut.n.quando uidemus
hominē senem,scimus quia propemodū moriturus
est,quando autē,nescimus:sic & mundum quando
perturbatū uidemus,casurum cognoscimus,diē aūt
ignoramus.Mysteriū dei scire expedit quidē homini-
bus.Nam & seruus fidior fit circa obsequium domi
ni sui,cū cœperit secreta sua cōmittere. Sed illud scī
re bonū est,quod proficit ad ędificationē scīēti:hoc
autem scire quod nihil nobis prodest, magis nocet,
& superfluū est.Deus ergo, quia non omnia myste-
ria dicit hominibus,non inuidet scientiæ nostrę: sed
quia nō omnium mysteriorū scīētia nobis prodest.
Sicut enim in diebus Noe,sic erit & aduētus filij hominis.
Sicut erāt in diebus ante diluuiū manducantes & biben- K
tes,& nubētes & nuptui tradentes. Quod dicit, Sicut
fuit i diebus Noē,māducabant & bibebāt,nubebāt
& nuptui tradebāt:nō uetat manducare,aut bibere,
aut nubere.Nec.n.fas est, ut destruat quod ipse con
stituit:sed iubet nos,ut quod carnaliter facimus,ad
dei gloriā faciētes, spiritualiter faciamus ,ut carnalia
nostra pp spirituale propositū spiritualia fiant. Quis
est q ad gloriā dei manducat & bibit? Qui de manu
dei accepisse æstimat qd māducat & bibit. Quis aūt
de manu dei se accepisse æstimat?Qui operatur iusti
tiā & deū timet offendere.Nā & seruus ille,quasi ser-
uus fidelis māducat in domo, qui cōsiderat ideo ac
cepisse à domino, ut opus domini operetur. Nā qui
deū non timet offendere,ille sine dubio nō æstimat
à deo se accepisse quod bibit:sed pp hoc solùm mā-
ducat,quia caro est.Quis aūt est,q ad gloriā dei nu-
bit? Qui nubit,aut pp desiderium bonorū filiorum,
aut periculū peccati timēs. Quis est,qui propter desi
deriū bonorū filiorū nubit? Qui postquā habuerit fi
lios,circa dei disciplinā continet eos.Alioquin qui fi-
lios negligit, ille non desiderauit deo generare, sed L
diabolo. Quis est, qui propter periculum peccati nu
bit? Qui postq̄ nupserit, matrimoniū castè cōseruat.
Qui autem propter matrimonium indifferēter abu
titur amoribus suis,ille non pp tutelam animæ nup-
sit, sed propter abūdantē lasciuiam carnis. Qui ergo
sic manducat & bibit, nō tantum manducare & bi-
bere uidetur, quantū dei gloriā operari:quia non si-
bi seruit,sed deo.Et qui sic nubit,non tantū uidetur
nubere, quantū dei gloriam operari: quando nō si-
bi,sed deo multiplicat,& sine peccato cōseruat.Hoc
ergo dicere uult:Sicut ante diluuium recedēte ab ho
minibus dei timore, nihil faciebant hoies ad gloriā
dei sed omnia pp solam carnem:siue enim manduca
bant aut bibebant, non ad gloriā dei manducabāt
aut bibebant,sicut mandat Apostolus: sed propter *1.Cor.10.g*
solā uoluptatē carnalem, sic erit circa seculi finē.Si-
cut enim homines, qui in totum carni subiecti sunt,
quanuis habeāt animam, tamē solummodo carnes
dicuntur,testante scriptura: Nō permanebit spiritus
meus in hominibus istis,quoniā sunt carnes.In qui- *Gene.6.d*
bus aūt pars animæ prævalet, quāuis sint carnales, M
spirituales dicūtur,sicut dicit Apostolus:Vos aūt nō *Rom.8.b*
estis in carne,sed in spiritu,si tamē spiritus dei habi-
tet in uobis.Sic opera hoium,quāuis sint spiritualia,
si facta fuerint pp causam carnis, utputa, siqs opus
bonū pp hoies faciat, inuenitur esse carnale: & quā
uis sit carnale, si pp causam spiritualem fuerit factū,
id est,propter gloriā dei, inuenitur spirituale esse pp
causam spiritualem.*Sicut fuit in diebus Noe.* Id est, sic *Gene.7.b*
erit generalis interitus, sic subitaneus.Sicut tunc om
nis creatura deleta est,sola autem arca euasit de tra-
bibus quadratis facta,octo animas baiulās: ita & in
cōsummatione oēs hæreses interibunt, una tātūmo
do arca saluabitur,id est ecclesia Christi,de iustis ho
minibus cōgregata.Sicut tūc quicquid fuit extra ar-
cā,periit:sic & in fine,quicūq; fuerit extra unā eccle-
siā ueritatis,peribit. Quæ ecclesia habet octo rec-
tores:septē spiritus,quos enumerat Esaias,& unigenit⁹
deus,sic & Salomō dicit:Sapientia ędificauit sibi do *Prou.9.a*
mū,& suffulsit colūnis septē.Et ipse q suffulsit,octa-
uus. Subitaneus aūt non antè nūciatus,siue ab ullo
creditus.Et qd mirū, si peritурū mūdū audiūt & nō
credunt? Ecce morituros se esse quotidie audiūt ho-

A mines,quotidie alios mortuos uident, & tamen nō
credunt se morituros. Si aūt se crederent morituros,
nō facerēt ea pro qbus moriūtur,id est morte digna
non facerēt. Si ergo illud quod quotidie fieri uident
in alijs, de se futurū esse non credunt, qūo illud cre-
dent futurū,quod adhuc nunq̄ factum est?*Tunc duo*
erunt in agro,unus assumetur,& alter relinquetur. Aesti
mo neminē dubitare sensatum, hæc p̄cipuè in para-
bolis esse dicta, & spiritualiter ea intelligi oportere.
Lu.17.g. Et prima quidem parabola posita est de populārib.
iustis,& peccatoribus.Secūda de doctorib.piis & im
piis, quādo oēs hoies,aut discentes sunt,aut docen-
tes. Et Lucas quidē euangelista exponit de duob. in
lecto,& de duob.ad molam:præsens aūt Matthæus
de duobus in agro,& de duobus ad molam. Vbi.n.
Lucas posuit duo in lecto, ibi Matthæus posuit duo
in agro.Ex quo intelligere nobis datur,quoniā lectū
& agrū ambo euāgelistæ id ipsum intelligere uoluerūt:quoniā q in corpore sunt,& in mūdo sunt:& q in
mundo sunt, in corpore sunt.Mundus.n.nihil aliud
intelligitur,nisi homo,pp quod agrū intelligere con
uenit mūdum hunc,sicut dominus interpretatus est
B *supra* in parabola zizaniorum seminatorū in agro.
Duo ergo in agro, oēs Christiani in mundo uiuētes
eodem,nō tamen iisdem actibus cōuersantes.Et iu-
sti quidē assumētur, peccatores aūt derelinquentur.
Omnes iusti in uno hoīe figurantur,& oēs peccato-
res in uno. *Duæ molentes ad molam, una assumetur, &*
Sup.13.e. *una relinquetur.* Quæ sunt istæ mulieres molētes? Pu-
to ecclesiæ,quarum una est, de qua dominus dicit:
Simile est regnum cœlorū fermēto, quod accipiens
mulier miscuit in tribus fermenti mensuris. Sicut.n.
quāuis multi sint iusti, & peccatores,tamen quoniā
omnium duæ sunt partes, in duabus ponuntur pso
nis:sic & ecclesiæ hæresum quāuis multæ sint, tamē
oium hæresum una ecclesia dicitur, & una Christia-
norū. Vna ergo mulier molens, est ecclesia Christi.
Isa.76.d Mola est orbis terrarū,propter rotunditatem suā,si-
cut scriptum est de ea:Vox tonitrui tui in rota. Lapis
superior, est uerbū ueritatis quod descēdit de cœlo,
ut terrena omnia cōplectatur, & protegat simul, &
premat, & molat. Dicitur aūt lapis pp fortitudinem
suam.Subterior aūt lapis,est omne uerbum impieta
tis,quod lapis dicitur pp duritiam suam,quod de spi
C ritu mundi à deorsum ascēdit,ut suscipiat oia desur-
sum uenientia grana, & aduersetur uerbo ueritatis.
Hæc ergo ecclesia molens, id est,prædicans,circūdu
cit uerbum ueritatis,id est,superiorem lapidē cœle-
stem:& circūducit per orbem terrarum, & circū du-
cit super omne genus humanum,ut quotiescūq; sub
gremio uerbi desup miserit deus,molat eos,id est,ca
techizet, & cogat eos deponere corticem ueteris ho
minis inutilem & insuauē:ut exuti fiant pura medul
la & spūs, id est, ut iam non sint caro,sed spiritus: &
fiat similago mundissima, & digna ad sacrificiū dei,
Coloss.3.b *Ephe.4.f* secundum quod admonebat Apostolus, dicēs:Exui
te uos uetерē hoīem, qui corrumpitur in cōcupiscen
tiis,renouamini autē spiritu sensus uestri. Sicut ergo
grana in cortice nisi molita fuerint, & deposuerint
cortices,& furfures, & processerint secundū qd sunt
abintus:quāuis aquā acceperint,nō cōiunguntur ad
alterutrum,ut fiat ex oibus unus panis,quāuis & fer
mentatum acceperint,nō fermentantur:Sic & hoies
nisi moliti fuerint sub uerbo, id est catechizati,ut de
positis corporibus, spirituales efficiantur, quāuis &
aquā baptismatis acceperint, quanuis uerbum fidei D
fuerit missum in eos, sicut fermentū:non cōueniunt
in idipsum, nec possunt sapere unū,ut unū corpus ef
ficiantur,qa moliti non sunt.Sicut ergo inter duos la
pides molares teritur triticum, & separatur à cortice
suo,& fit similago mūda: sic fideles in medio desup
qdē urgente se uerbo dei ad fidē & iustitiā, inde au-
tē uerbo impio se cōpellēte ad infidelitatē atq; pec-
catū,conteruntur,& carnalia sua uniuersa deponūt,
& spirituales efficiūtur. Sed & illa mulier uidetur mo
lere,uerbū mendacij leue & fragile circunducit: pro
pterea neq; molet, quia nō habet uirtutē diuinā uer
bum eorum,nec est lapis superior. Quomodo enim
mendacium mēdacio aduersatur, aut iniquitas iniq
tati,ut molatur aliquis inter eas? Propterea populus
eorum molitus non est. Considera autem & intelli-
ges,si deponunt carnalia, fiunt spirituales, & moliti
sunt.Si sunt in idipsum fidei, oēs moliti sunt.Si aūt se
cundum ueterem hominē sunt,si altera iterū sapiūt:
quo moliti sunt? Desuper enim uerbum ueritatis nō
compellit eos ad fidem, quasi lapis superior, nec.n.
habent eum: desubtus autem uerbū impietatis non
tribulat eos, quia uolentes requiescunt in eo. Quo- E
modo ergo molātur,quādo nō stringit subtern⁹ uer-
bū,nec premit superius?Hæc ergo sumetur,q̄ & uide
tur ecclesia, & est:illa autē relinquetur, quæ uidetur
& non est.Quidā autem & hoc modo exponit:Mo-
lentes sunt filij Israel,mola aūt est uerbū legis: quod
uoluunt & molunt,sunt dei mādata in lege, q̄ quasi
tritici grana minutatim quidē molētes,id est, quan-
tūm ad se diligenter mandata dei tractātes, nunquā
tamen ex eis panē nutritoriū proferentes. Panis au- *Christus*
tem nutritorius,est unigenitus deus uerbū,qui intus *panis nu-*
in mandatis dei habetur secundū prophetiam inclu *tritorius.*
sus,quem filij Israel carnaliter interpretātes, nunquā
proferebāt ad manifestum.Filiorū autem Israel mo-
lentium,una uidetur quidē esse synagoga, uerè autē
duæ sunt. Vna quidem iniquorū, & secūdum carnē
Iudæorum:altera autē sanctorum, & secundū spiri-
tum Iudæorū. Hanc ergo sanctorum Iudæorū & spi
ritualium synagogam molentē,& superuacuā, & fi-
ne profectu molā legis trahentem, assumet deus in
fine seculi huius iam occūbentis, & liberabit eam de
mola:illā autem alteram secūdum meritum infide-
litatis & peruersitatis eius relinquet. F

Homilia.li.ex cap.xxiiij.

Igilate ergo, quia nescitis qua hora dominus ue-
u *ster uenturus sit*, &c. Qua.n.ratione homini
absconditus est dies mortis ipsius? Videlicet,
ut semper benefaciat,semper mortē suā speras. Eadē
ratione & ab oibus hominibus absconditus est dies
aduentus Christi,uidelicet, ut non una generatio sal
uetur,sciens aduentū ipsius, sed oēs dum in singulis
quibusq; generationibus Xpi aduētus speratur. Ideo
& interrogantibus se discipulis suis, Domine,si in tē-
pore hoc restitues regnum Israel?respondit: Non est *Actor.1.b.*
uestrum nosse tempora uel momenta, quę pater po
suit in sua potestate.*Illud autē scitote,quia si sciret pater*
familias,qua hora fur ueniret uigilaret,utiq;, & non sine
ret perfodi domū suam. Paterfamiliās est unusquisque
secundum animam in domo patris sui,fur aūt dia-
bolus est:domus autē, nostra corpora:ianuæ sunt,
os & aures:fenestræ autē, oculi. Sicut ergo p ianuas
& fenestras citò ingreditur latro, & spoliat patremfa
miliās:sic p os & aures, & oculos hominis,facilè in-

Guenit diabolus occasionem ad aiam, & facit eam ca
Hier. 9.f ptiuam: sicut & in Hieremia tale aliquid scriptū est,
Quia mors intrauit per fenestras nostras. Si uis ergo
esse securus, pone seram ianuæ tuæ, id est legē diuini
Psal. 38.a. uoris ori tuo, ut dicas cū propheta: Dixi custodiā
uias meas, ut nō delinquam in lingua mea. Posui ori
Ecclesia- meo custodiā. Itē sapiētia docet: Obstrue aures tuas
stici. 28.d spinis, ne audias uerba maligna. Sed quoniā fragiles
sunt nostræ seræ, nisi deus illas seruauerit, qa nisi do
Ps. 126.a. minus custodierit ciuitatem, in uanum uigilat q cu-
Ibi. 140. stodit eā. Rogemus deū pariter cum propheta: Pone
a. domine custodiam ori meo, & ostium circūstantiæ
labijs meis. Non declines cor meum in uerba mali-
tiæ. Pone seras super fenestras oculorum tuorum, ut
Iob. 31.a. dicas cum castissimo Iob: Posui testamentū oculis
meis, ut nō sentirē in uirginē. Item si cōcupiui agrum
proximi mei, ego seminē, & alij metent. Item qā fra-
giles sunt seræ fenestrarū nostrarū, dominum inuo-
Ps. 118.e. cemus cum propheta, dicētes: Inclina cor meū in te-
stimonia tua, & nō in auaritiā. Auerte oculos meos
ne uideant uanitatē. Quid ergo? nescit aia quando p
istos introitus fur ingreditur super eā? Verē nescit. Et
H quidē quādo ducitur ad peccatum, scit: quando aūt
ingreditur, nescit. Ideo uigilare debet, & claudere oēs
istos introitus. Os quidē narrationib. sanctis, aures
auditionibus pijs, oculos consideratione mirando-
rum operū dei, mentē cogitationibus occupare cœ-
lestibus. Non.n. sufficit, ut non loquatur, uel audiat,
uel uideat, uel cogitet mala. Qui.n. hæc agit, clausit
introitus suos, & impleuit, & oppilauit malis aduer-
sus bona, ut ne locū habeat introeūdi bonus spūs: q
aūt mala quidē deponit ab eis, bona aūt nō suscipit,
ille dicitur apertos habere introitus. Propterea uacā-
tes eos inuenies inimicus, intrat ad animam. Propter
quod opus est, ut iusti introitus nō solū uacēt à ma
lis, sed etiam ut sint clausi, & pleni, & oppilati bonis
aduersus mala, ut malus non inueniat locū introeūdi, Vnde & sapiēter Petrus dicit apud Clementē quo
debet quis incessanter quæ dei sunt cogitare & loq,
quoniā si mens fuerit in his occupata, malus nō in-
Psal. 1.a. uenit locum ad mentē. Consequenter propheta nō
dixit tantū: Beatus uir, q non abijt in consilio impio
rum, & in uia peceatorum non stetit, & in cathedra
pestilentiæ non sedit: sed addidit, Sed in lege domini
I uoluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac no-
Eph. 6.b. cte. Et Paulus cùm diceret, Nō est uobis colluctatio
Ibidem aduersus carnē & sanguinē. Nō dixit tantū, deponite
mala: sed, suscipite oēm armaturā dei, ut possitis resi
stere in die malo: id est, oīa opa bona facite. Sicut. n.
uas quādiu plenum est de aliquo, non recipit super-
missum: si aūt uacuū fuerit, recipit omne quod mitti
tur. Sic homo quādiu occupatus est malis, non reci-
pit bonū: & si occupatus fuerit bonis, repellit malū:
si aūt nec isto, nec illo se occupauerit: id est, si neque
bonis, neq; malis intēderit, oīs spiritus intrat in eum.
Intrans aūt non statim ducit eum ad peccatum, sed
primū delectat eū in malis, & sensum desiderijs car-
nalibus alligat, & posteà ducit ad peccatum, quādo
iam etsi intelligit malū esse quod facit, nō pōt resiste
re contra malum. Si ergo te negligente domū corpo
ris hoc modo seruare, ingressus fuerit fur diabolus,
& furatus fuerit uestimenta iustitiarū, quib. te renatū in baptismo induit deus: si furatus fuerit anū in-
tellectus tui, si diuinorū eloquiorū argentū, qd forsi
tan cum multo fabricasti labore: si linteamina gra-
tiarū, q̄ tibi dedit deus, cùm te adoptaret in filium, K
cæterasq; diuitias spirituales tollens te dormiente,
feceritq; te mendicū & nudum, sicut serpens Adam:
Quis facies? Quo nudus ante conspectu domini tui Gene. 3.d
accedes? Et ille quidem nudatus abscondit se inter li
gna paradisi: tu aūt sub qua scissura petrarum te ab-
scondes à facie domini, cùm uenerit cōfringere ter-
ram? Et Adā quidem à deo quæsitus est & inuētus,
tu aūt abiicieris & peribis. Quia ille ignorās serpentis
uersutiam, per simplicitatē nudatus est suam: tu aūt
sciens, tot scripturis admonitus, p negligentiā factus
es nudus. Propter qd̄ ille quidē mortalitate uestitus
est ad tēpus, tu autem in æternum ipse tradendus es
morti, maximè si te comprehenderit finis priusquā ti
bi per pœnitentiā altera texas uestimenta. Nā prima
gratis præstatur à deo: secūda aūt uix, & cum nimio
reparatur labore & luctu, quo hæc parabola est. Ve-
niamus itaq; ad ipsam parabolæ causam. Omnis ho
mo, si sciret quādo dies domini uenturus est sup eū
sicut fur (sed insperatè ueniēs sicut fur) prēueniret, &
nō sineret perfodi domū suam. Non dico qa repelle
ret à se furem, sed faceret iustitiam, ut ueniente sentē
tia dei, nō perfoderetur quasi ignorās, sed uocaretur L
quasi iam præparatus ad exitum. Quādo aiæ pecca
trices delectantur in corpore: & tanq; in suo proprio
domicilio gaudent, ueniens cū sentētia dei angelus
mortis perfodit corpus, & aiam uiolenter diuellit ab
eo: aiæ autem iustæ, quæ non delectantur in corpo
re, sed quasi in exilio sunt, in eas ueniēte sententia nō
perfodiuntur, sed uocantur gaudentes. *Quis enim fi-
delis seruus & prudens, quem constituit dominus eius su-
per familiam suam, ut det illis cibum in tēpore?* Cùm de
uigilante & nō uigilāte super domū suā dominus lo-
queretur, sciens quoniā plerūq; sacerdotes mali po-
pulum obdormire faciunt in peccatis: boni aūt exci
tant à negligentiæ somno, & faciūt uigilare in operi-
bus bonis, quasi assidua tuba doctrinæ suæ excitās
ad bona opa aias auditorū, consequenter de bonis
& iustis sacerdotib. introducit sermonē, dicēs: Quis
est fidelis seruus & prudens? Si.n. paterfamilias super
possessionē suam uillicum ponit, ut non cum singu-
lis colonis habeat causam, sed de solo uillico oīum
exigat rationē. Si ergo inter colonos aliqua indisci-
plinatio fuerit fœda, unusquisq; pro suo delicto reus
efficitur, uillicus aūt pro oīum delictis. Et si bene red M
ditum suum reddiderint, unusquisq; quidē pro suo si
de laudatur, uillicus aūt pro fide omnium remune-
ratur: sic & deus in populo ideo ordinat sacerdotes,
ut actuū eorū ipsi discutiant rationē. Ideoq; peccāte
populo unusquisq; quidē pro suo peccato punitur, sa-
cerdos aūt pro peccatis omnium. Et bene agēte po-
pulo unusquisq; quidē pro suo bono remuneratur,
sacerdos aūt pro bonis omniū. Quis est seruus fide-
lis & prudens? Rem quidē laudabilem proponit, ra-
rissimā aūt ut quis fidelis inueniatur & prudens. Ec-
ce si quæras fideles, id est, deum timētes, & ipsos qui
dē nō multos inuenies, tamen adhuc facilē inuenis.
Item si prudētes quæras, inuenies multos: fidelis aūt
& prudens difficilē inuenitur. Quo qui fideles sunt,
id est, deum timētes, difficilē sunt & prudentes: & q
prudentes inueniuntur, difficilē sunt & deū timētes.
Quanto ergo rarior inuenitur fidelis & prudens, tan
to qui inuētus fuerit, beatior est. Prudentē aūt dico,
non scientem & doctum, sed sensatum & mente acu
tum, qui potest rerum pōderare naturas, & secundū

A quòd potest rationabiliter oīa agere. Plerique autē
sunt habentes scientiam multā, sed nec se sapiēter re-
gunt, nec scientiā suam sapienter dispensant. Et om-
nis quidē prudens potest & scientiam habere ex par
te, non autem & oīs sciens sapientiam potest habe-
re: quoniā sapientia uniuscuiusque in actu probatur,
scientia aūt in sermone. Fidelis quidē quæritur pro-
pter deum, ut timeat deū: prudēs autem propter ho
mines, ut populū dei sapienter gubernet. Quoniā er
go deo non tantū prudentia hominis, quantum cō
scientia placet: hominibus autem non tantum con-
scientia, quantū sapientia prodest. Si fuerit tantū qs
fidelis, laicum quidē facit, sacerdotem autē non fa-
cit, nisi fuerit fidelis & prudens. Ergo fidelis quæri-
tur, ut faciat priusquā dicat: prudens autē postquā fe
cerit dicat, & dicat intelligens cui qualis doctrina cō
ueniat, & quando. Item fidelis quæritur, ut memor
Rom.15.f sit pauperū, sicut Paulus: prudens autē, ut intelligat
cui & quo debeat dispensare. Et hoc est qd̄ dicit, da-
re cibos in tēpore & spirituales & corporales. Spiri-
tuales quidē aiabus, corporales autem corporibus.
B Quoniā aūt in ecclesia nō solū sunt pauperes in cor-
poralibus rebus, sed ēt in spiritualibus multò pau-
periores: ut det cibos in tēpore, id est, in tēpore op-
portuno. Quid est in tēpore opportuno? quasi est ali
Eccl.22.a. quod tēpus, quādo nō est opportunū docere, cū di-
cat Salomon: Doctrina & flagella in oī tēpore. Sed
Isa.49.c. puto hoc intelligendū tēpus opportunū doctrinæ,
quo dicit & propheta: Tempore acceptabili exaudi
ui te, & in die salutis adiui te. Quando misericordia
dei non est acceptabilis? sed præcipuè tunc est acce-
ptabilis, quando necessitatis & angustiæ tēpus est. Si
cut & semper pluuia bona est, maximè tamen grata
est tēpore siccitatis. Et uisitatio amicorū semp sua-
uis est, multò tamen suauior in tēpore luctus: sic do
ctrina & cōsolatio sacerdotis semp opportuna est,
maximè autē in tēpore pſecutionis. Sciens ergo Xps
sanctos suos sine tentatione nunquā futuros, ideo
dicit, in tēpore opportuno: qa q semp ægrotat, sem-
per illi ars medici opportuna uidetur. Nā sicut nauis
tunc p̄cipuè gubernatorem necessariū habet, quādo
tēpestatem patitur: quando aūt prosperata est, ipsa
se dirigit. Et miles tūc p̄cipuè necessariā habet anno
C nam de rege, quando bellū & periculum instat: quā
do autē pax est, undecunq; possunt se milites susten
tare. Sic ecclesiæ p̄cipuè in tempore perſecutionis do
ctrinam sacerdotis necessariā habēt, quasi spirituа-
les milites spiritualē annonā: quādo autem securitas
est, unicuiq; naturalis sufficit intellectus. Nā in pſecu
tionibus, quando naturalis ille intellectus deficit in
timore carnali, necessarius est sermo doctoris: ut qd̄
deficit in timore periculi, reparetur p exhortationē
doctrinæ. Sicut aūt tubicina commisso bello pugnā
tem exercitū circuit, & bellicos cantus in tuba decā-
tans, milites animat ad uirtutē: sic & sacerdos perse-
cutione imminente exponens in populo fortissimo
rū martyrū gloriosa pericula, & inenarrabiles regni
cœlestis coronas uincentibus p̄parатas, Christianū
populū ad uirtutē patiētiæ uehemēter accēdit. Aut
ita: In tēpore opportuno, ut in pſecutione magis in-
stāter de ueritate fidei doceamus, q̄ de iustitia cōuer
sationis: in pace aūt magis assiduè de iustitia cōuer
sationis, q̄ de ueritate fidei. Quoniam in perſecutio-
nibus quidem plus necessaria est doctrina fidei, quā
conuersationis: in pace aūt plus necessaria est doctri
na conuersationis, q̄ fidei. Quoniam in perſecutio- D
nibus, non pp conuersationem suam bonā aut ma-
lam ueniunt Christiani in periculum, sed pp fidei cō
fessionem: in pace autem non propter fidē suā uerā
periclitantur Christiani, sed propter cōuersationem:
quoniam in perſecutione fides Christianorum peri-
clitatur, in pace autem iustitia. *Beatus ille seruus, quem
cū uenerit dominus eius, inuenerit sic facientē.* Quomo-
do? Sicut superius diximus in fide, in sapiētia, in tem
pore opportuno. In fide, ut credamus sic esse, sicut
docemus. Ille aūt credendo docet, q facit qd̄ docet: *Creden-*
qui autē non facit bonū, non credit bono. Qui non *do qui do*
credit in bono, non docet in fide: qui aūt cū fide nō *cet.*
prædicat, non solū nō est beatus ille seruus, sed mul
tū infelix: quia alios quidem docet, se autē negligit.
Sic prudenter, quia non semper oīa, neque omnibus
oīa sunt dicenda. Frequenter illa quæ alios ædificāt,
alios destruunt. Sicut infantibus esca mutatur secū-
dum ætatem, sic in populo secundum uirtutem do-
ctrina temperatur, p̄monente Apostolo: Et ego fra 1.Cor.3.a
tres non potui uobis loq quasi spiritualibus, sed qua
si carnalibus. Quasi paruulis in Xp̄o lac uobis potū E
dedi, non escam. In tēpore, ne importunè oblata do
ctrina nō prosit, sed noceat, sicut esca cruciat aut ex
tra tempus accepta. *Amen dico uobis, quoniā super om-
nia bona sua constituet eum.* Oium quidem bonorum
magna est gratia, inter oēs autem maxima est sacer-
dotalis dignitas, siqs eā immaculatē custodiat. Nā
si sup oīa opera sua pretiosiores existimat deus aias
hominum: quantò magis credibile est, ut super oīa
bona sua constituat eum, qui confert deo lucrū ani
marum? Non solùm autem omnibus bonis suis me
liorem iudicat hominē, sed etiam sui ipsius impassi-
bilitati p̄posuit salutē humanā. Ideo magnus est, q
bene regit hæreditatem eius, quam proprio sanguine
acquisiuit. *Si autē dixerit malus seruus ille in corde suo,
morā facit dominus meus uenire: et incipiat percutere cōser
uos suos, manducet autē & bibat cū ebrijs.* Percutere, est
iniustē percutere: qui autem pp iustam causam per-
cutit, etsi percutiat, pcutere non uidetur. Percutit. n.
non ut suum dolorem uindicet, sed ut illius aiam sal
uet. Si autem pp deum percutere percussio esse uide
retur, nunquā diceret deus, Qui parcit baculo, odit F
filium suū. Nam & alibi nō absolutè dicit: Qui iratus *Pro.13.d.*
fuerit fratri suo, reus erit iudicio: sed, q sine causa ira- *Matt.5.c*
tus fuerit. Sicut iusta ira non est ira, sed diligentia: sic
iusta percussio nō est percussio, sed correctio. Mādu
care & bibere sic intelligendū est, sicut suprà interp-
tati sumus, de māducātibus & bibētibus ante dilu-
uium, id est, malē māducare & bibere. Propter quod
non simpliciter dicit manducare & bibere, sed cum
ebrijs: id est, cū peccatoribus, qui tenebrosorū actuū
uitio ebrij sunt, de quibus & Paulus dicit: Nā qui dor *1.Thes.5.*
miunt, nocte dormiūt: & q inebriantur, nocte ebrij *b.*
sunt. Vides ergo, qa māducare & bibere sacerdotib⁹
non est peccatū, sed cum ebrijs māducare & bibere:
id est, sic manducare, quo ebrij illi desiderant. Non
enim iubet nos scriptura malorū psonas abomina-
ri, sed uolūtates. Nam & Xps cum publicanis & pec-
catoribus manducauit, sed nō sic, quomodo publi-
cani & peccatores uolebant. Nec uitiū suum aliquis
scripturę illius authoritate defendat, q̄ iubet sacerdo
tem hospitalem esse debere. Hospitalis. n. non circa
delicioſos cibos & magnos ostenditur, sed circa assi
duas susceptiones impotentiū peregrinorum, ut ho

Ecclesiastici.37.d

G spitalitas nostra non ab hominibus laudetur, sed à deo sentiatur. Nã delicioſa cõuiuia magis luxuriã accuſant, q̃ humanitatẽ cõmendent. Dicit.n. Salomõ: Ne delecteris in multa epulatione, nec in turpibus & modicis. Ergo nec multũ permittitur, nec modicũ & pretioſum. *Veniet dominus eius hora qua neſcit, & diuidet eũ, partẽq; eius cum hypocritis & infidelibus ponet.* Diuidet eũ, id eſt, de conſortio Chriſtianorũ, ut neq; cum ſanctis glorificetur, neq; cũ his qui mediocriter deliquerunt, mediocriter puniatur: ſed iunget eũ cũ hypocritis & infidelibus, ut quorũ imitatus eſt mores, ipſorum puniatur interitu. Quo ſacerdos ſuper omnẽ populũ glorificatur, ſi benefecerit, non ſolũ pp ſuam iuſtitiam, ſed pp oium, quia cauſa eſt ipſe iuſtitiæ uniuerſorũ: ita & peccãs ſuper omnes punitur, non ſolùm propter ſuum peccatum, ſed etiam propter oium: quia ipſe cauſa fit omnibus ad peccandũ. Ideo autem nõ ſolũ hypocritas dixit, ſed etiã infideles: quia ſi oẽs quidem hypocritæ infideles ſunt, nõ tamen omnes infideles hypocritæ ſunt. Ecce enim Gentiles infideles quidem ſunt, hypocritæ autẽ non ſunt: quia non ſe fingũt colere Chriſtũ, cùm non co

H lant, ſed manifeſtum ſequuntur errorem. Hypocritæ autem ſunt Iudæi & hęretici. Illi autẽ, quia dicunt ſe Iudæos cùm non ſint, ſed ſunt ſynagoga ſatanæ. Iſti autem quia fingunt ſe eſſe Chriſtianos, cũ ſint antichriſti, id eſt, cõtra Chriſtum. Item ſiquis uidetur in eccleſia eſſe, & agat contra eccleſiam: & ille talis hypocrita dicitur eſſe.

Homilia.lij.ex cap.xxv.

Vnc ſimile eſt regnũ cælorum decem uirginibus,

t Et reliqua. Notandũ quòd priorem quidẽ parabolam de doctoribus dicit, hãc autem de popularibus: tamen etſi ſpiritualẽ intellectũ habeat parabola, nihil nocet interpretari eã ẽt carnaliter. Tũc ſimile erit, cũ diebus ſuis completis ſolutus fuerit mundus, cũ uenerit iudex oium occultorum. Modò autem interim oẽs homines nobis inuicẽ mẽtimur. Alij fingunt ſe iuſtos, cũ ſint iniqui: alij humiliant ſe ut peccatores, cũ ſint ſancti: alij autẽ turpes actus ſuos uſq; ad mortẽ abſcondunt, amplius homines erubeſcentes, q̃ deum timẽtes, & ſemper ſunt in uulnere, dum pro tempore nolunt apparere uulnerati. Qui autẽ deũ timet, homines non erubeſcit.

I Nec.n. peior poteſt eſſe timor terrenus, q̃ pœna cœ-
1.Cor.7.f. leſtis. Quibus ſimile erit? decẽ uirginibus. Quidã putãt hic uirgines dici, de quibus Apoſtolus loquitur, ut ſint ſanctæ & corpore & ſpiritu. Et ſapiens quidẽ uirgo eſt, q̃ & corpore & animo uirgo eſt, ut neq; habeat uirum, neq; habere deſideret. Quid.n. ſi aut parentes eius pp uotum ſuum in uirginitate eã tenuerunt, cũ ipſa tamen poſt uotũ nubere uoluerit? Quid ſi pro aliqua occaſione quæſita, non eſt talis? Hæc ſi non eſt nupta, uoluntatẽ tamẽ nubẽdi habuit, corpore quidem uirgo eſt, aio autẽ nupta: quia corpus opere ſordidatur, aĩus autẽ uoluntate. Quanuis frequẽter occaſione neceſſitatis carnalis, deus p̃ſtet hominibus miſericordiã ſpiritualẽ: ſi tamen poſteà uoluntas neceſſitati conſentiat, non ſolũ autẽ ut nõ cõcupiſcat, ſed etiã abſtineat ſe ab oi re mala, ut neque faciat, neq; loquatur, neque cogitet quod diſpliceat deo: quia corpus fornicatur, quando cũ uiro coniũgitur: aĩa autem, quando diaboli uolũtatibus ſociatur. Quæ hæc nõ ſeruat, fatua eſt ipſa uirgo. Et uerè fatua eſt, q̃ per ſolã uirginitatẽ corporis putat ſe deo placere. Ecce.n. quemadmodũ cũ manducas & bibis, non aĩa manducat ſed corpus, res.n. incorporalis corporali cibo non paſcitur: ſic cũ uir mulieri, aut mulier uiro coniungitur, nõ aĩa copulatur, ſed corpus. Propterea frequenter fit, ut nupta ſi aliãs nõ peccet, melior ſit, q̃ illa q̃ uirgo eſt, & aliãs peccat. Quoniam ſi illa non peccat q̃ nupta eſt, corpore quidem nupta eſt, aĩo autẽ uirgo eſt. Quæ autẽ aliãs peccat, & uirgo eſt: corpore quidẽ uirgo eſt, aĩo autem fornicaria. Sed ne deſperare faciamus etiã uirgines bonas, quia diximus per cõcupiſcentiam aĩas fornicari, ſciendũ eſt quòd aliud eſt concupiſcere, aliud uelle. Concupiſcere paſſionis eſt, uelle autẽ arbitrii. Frequẽter.n. concupiſcimus, etiam quod nolumus. Si ergo concupiſcentiæ non conſentit uoluntas, concupiſcẽtia ſola non damnat, magis autem & glorioſiorẽ facit uirginitatis coronã. Nunc ueniamus ad ſpiritualẽ eius narrationem. Decem uirgines oẽs homines dicit, quorũ uita decẽ ſenſibus ſuſtentatur, quinq; carnalibus, & quinq; ſpiritualibus. Omniũ.n. hominũ duæ ſunt partes. Aut enim peccatores ſunt, aut iuſti. Peccatores, qui ſecundũ carnales ambulãt ſenſus: iuſti, qui ſecundũ ſpirituales. Ergo & omne genus pec L catorum in quinq; diuiditur, & omne genus iuſtorũ in quinq; ſecundũ numerum ſenſuũ, nõ ſecundũ numerum hominum. Has autẽ uirgines diuidẽdas profert Chriſtus, quando & iuſti ab iniuſtis, & ſancti à peruerſis per uerbũ ſuum diuidendi ſunt: ut quinq; quidem ponantur ad dexterã iuſti iudicis, hoc eſt ſapientes: quinq; autem ad ſiniſtram, id eſt fatuę. Secũdum autem myſteriũ & Moſes in duabus tabulis legem ſuſcepit decem uerborũ: quinq; quidẽ mãdata in tabula una, quinq; autem in tabula altera. Sicut ergo tabulæ teſtamenti illius in uno quidẽ hærebãt, tamẽ non poterat fieri ut ambæ fierent ad dexterã legentis: ſed neceſſe erat ut una quidẽ cum quinq; eſſet ad dexteram, altera autẽ cum quinq; aliis eſſet ad ſiniſtram: ſic oẽs Chriſtiani in una tenentur uocatione. Non eſt autẽ poſsibile, ut oẽs ad dexteram fiant ſedentis: ſed neceſſe eſt, ut iuſti quidẽ fiant ad dexteram, id eſt quinq; ſapientes: iniuſti autẽ ad ſiniſtrã, id eſt inſipientes. Quidã putant hanc parabolã ad omnes pertinere, & ad hæreticos, & ad Iudæos, præterquam ad gentiles: quoniam illi idolorũ cultura corrupti ſunt, & uirgines dici non poſſunt. Verè aũt nec M ad Iudæos pertinet, nec ad hæreticos: qa nõ poſſunt Iudæi dici uirgines, qui proiecto & crucifixo ſpõſo, adulterũ ſuper ſe diabolũ ſuſceperunt. Neq; hæretici uirgines dici poſſunt, qui & ipſi adulterino ſenſu corrupti ſunt, & uirginitatẽ ueritatis Chriſti adulterino ſermone corrũpunt. Sed ad Chriſtianũ tantũmodo populum pertinet, de quibus ſcriptũ eſt. Statui uos uni uiro uirginem caſtam exhibere Chriſto. Timeo 2.Co.11.d
autem, ne ſicut ſerpens ſeduxit Heuã aſtutia ſua, ſic corrũpantur ſenſus ueſtri à caſtitate, q̃ eſt in Chriſto Ieſu. Fatuæ autem uirgines ſunt, q̃ fidẽ quidẽ Chriſti integram habent, opera autẽ iuſtitiæ non habent. Iudæi uerò & hæretici, neq; fidẽ habẽt, neq; opera poſſunt habere. Sed & ſi operum oleum habeant, nihil eis prodeſt: quia lampades fidei non habẽt, quas accendant. *Tunc ſimile erit.* Bene, tunc: quia interim nõ apparet, q̃ prudẽtes ſint, quę fatuę: quouſq; tũc multæ fatuæ fient prudentes, & multæ q̃ uidẽtur prudẽtes, fatuæ efficientur. *Quæ acceperũt lampades ſuas.* Lãpas dicitur fides, quia ſicut lampas illuminat domũ

in qua

A in qua eſt, ſic fides illuminat aĩam cuius eſt. Accendi tur aũt hæc lampas igne diuini uerbi. Verbum.n. dei ignis eſt, ſi cut dicit dominus: Ignem ueni mittere in
Luc.12.f. Ro.10.c terram. Item dicente Apoſtolo: Fides ex auditu, auditus aũt per uerbum dei. Accipiunt autem hoies hãc lampadem, quando uenientes ad Xp̃m, per ſacerdotes accipiunt traditam ſibi ueritatis doctrinam. Aut ſicut alius putat uerbum dei qđ accepimus acceden tes ad Chriſtum, lucerna eſt, ſecũdum quod ſcriptũ
Pſa.118.o eſt: Lucerna pedib. meis uerbum tuum. Oleum aũt doctrina ſacerdotum, aut cæterarum ſcripturarum. Quoniã ſicut lucerna niſi ei ſubminiſtraueris oleũ, extinguetur: ſic uerbum fidei noſtræ qđ credẽtes accepimus, niſi aſſiduis nutriatur doctrinis, aut meditationib. ſcripturarũ, extinguitur, & non ſatis illuminat aĩam. Aut oleũ dicitur opus miſericordiæ. Quia ſicut oleũ lumen lampadis fouet, ſic opa bona ſubminiſtrant cõfidentiam fidei, & uigorem accendũt. *Et uenerunt obuiam ſponſo & ſponſæ.* Bene ait, Venerũt, quãdo ex illa die, qua homo credit Xp̃o, quaſi de ſeipſo egreſſus, & de mũdo ire uidetur obuiam Xp̃o:
B quia quotidie Chriſti expectat aduentum. Sicut.n. q obuiã uadit alicui, in uia ſtat, & expectat eũ quãdiu ueniat: ita qui credit in Chriſtum, ſic debet uiuere in hoc ſeculo, quaſi peregrinus: & nõ in ſuis, ſed in trãſi
Exo.12.b tu poſitus. Propterea & Iudæi exituri de Aegypto, expediti & p̃cincti agnum iuſſi ſunt mãducare: & ad exeũdum parati, oſtẽdentes nobis, qũo quicũq; noſtri agni Euchariſtiã manducant, ita debent ſemper eſſe expediti, quaſi quotidie exituri de mundo. Nec mireris, qa dixit ire obuiam ſponſo & ſponſæ, cũ eccleſia inter nos habeatur ſpõſa. Sicut.n. Chriſtus cũ ſit inter nos, tamẽ uenturus dicitur, cũ apparuerit in gloria: ſic & eccleſia quãuis ſit inter nos, tamen uentura dicitur, cũ apparuerit in gloria ſua. Propterea di-
Col.3.a cit Apoſtolus: Mortui.n. eſtis, & uita ueſtra abſcõdita eſt cũ Chriſto in deo: cũ aũt Chriſtus apparuerit uita ueſtra, tunc & uos apparebitis cum ipſo in gloria. *Fatuæ autem accipientes lampades ſuas, non ſumpſerũt oleum ſecum.* Sicut lampas non ex oleo accẽditur, ſed ab igne, per oleum tamen nutritur: & niſi oleum ei ſubminiſtraueris, extinguitur: ſic & fides non ex operibus nutritur, uel accenditur, ſed ex uerbo dei, ſicut
C ait Apoſtolus, tamen per bona opera nutritur: & niſi ſubminiſtraueris ei opa bona, deficit. Sicut.n. non poteſt in deum ſperare, niſi qui aliqua opa bona facit: ſic non poteſt credere deo, niſi qui facit aliquid dignum deo. Inde eſt, quòd peccatores non credũt deo, ſiue cum de gloria ſanctorum quis eis loquatur, ſiue de pœna peccatorũ. Et dũ nõ credũt futurũ eſſe quod dicitur, neq; de bono futuro delectantur, neq; de malo terrentur. Verè fatui ſunt oẽs hoies, q aut ſolũ exiſtimant ſibi poſſe ſufficere ad ſalutẽ, qa credunt in Xp̃m, & Chriſtiani dicũtur, & nõ feſtinãt ſemetipſos bonis operib. commendare: nec audiunt
Iaco.2.d. Iacobum dicentẽ, Quia fides ſine operibus mortua eſt. *Moram autem faciente ſponſo, dormitauerunt omnes uirgines, & dormierunt.* Hoc ſignificat ſermo, qa tardante cõſummatione nõ ſolũ peccatores, ſed etiã iuſti & ſpirituales ad negligentiam ſunt reuoluendi. Et relicta uia uirtutis, ad carnalia delectamenta ſunt ali
Pſal.11.a. quatenus tranſituri, ut & illud impleatur qđ prophe ta dicebat: Saluũ me fac domine, quoniã defecit ſanctus, quoniã diminuti ſunt fideles à filiis hoium. Et
Luc.18.b hoc eſt quod Chriſtus dicebat: Putas cũ uenerit filius hoĩs, inueniet fidẽ ſuper terram? Nam uigilare eſt iuſtitiam facere, dormire autẽ negligere eſt eam, ſicut dicit: Vigilate ergo, qa neſcitis qua hora ueniet do- Matt.24.
minus. Et uerè nõ tardat, ſed quantũ ad noſtrã incõ d.et Mar. 13.d.
ſtantiam tardare uidetur. Nam ſi conſideremus ex quo Chriſtus in cœlum aſcẽdit, & quantũ uiuebant hoies ante diluuium, & propè tantum ſpatium eſt, quanto tpe erat uita uniuſcuiuſq; eorum. Siquis aũt oculos habet apertos, intelligit, quia myſterium huius uerbi in nobis impletum eſt. Omne.n. ſtudiũ ſpirituale relinqmus, & ad carnalia delectamenta trãſimus. Quem.n. inuenies modò, non dicã laicum, ſed aut presbyterũ, aut epiſcopum, qui ad perfectum cõtemnat ſeculi bona, credens cõſummationẽ eſſe propinquam? Vnuſquiſq; n. dicit in corde ſuo, infidelitatis ſpiritu prævalente: Ecce ex quo Xp̃s fuit in terris, ſemper dicitur, conſummatio ueniet, & ecce nondũ uenit. Ne fortè non p̃parandi cauſa, ſed terrendi iſta ſcripturæ loquũtur? Qui aũt non uerè credit cõſummationẽ eſſe propinquam, non ex uerbis quæ dicit, aut audit, ſed ex operib⁹ q̃ agit, cognoſcitur. Qui. n. D
uerè credit cõſummationẽ eſſe propinquã, nihil cu- E
rat de mundo, nec in poſterum aliquid ſeruat: quia nec peregrè exiturus aliquid ſecũ portat in uia, niſi fortè panẽ quẽ neceſſariũ habet i uia. *Media nocte clamor factus eſt*, quaſi clamor præcurrentiũ & p̃tubantium angelorum. Qui clamor? *Ecce ſponſus uenit, exite obuiam ei.* Vnde putas iubet exire, de domibus, de ciuitatibus? Non, nec.n. eſt ratio: ſed ut exeant de mũdo, exeãt de iniqua carnis natura. Ex eo quod Apoſtolus ait, In nouiſſima tuba mortuos ſuſcitãdos: da 1.Co.15.g
tur nobis occaſio æſtimãdi, clamorẽ illũ eſſe de quo dominus dicit: Ecce clamor factus eſt. Aeſtimemus eſſe tubarũ præcedentium, quas Ioãnes in reuelatio Apo. 1.4.
ne ſua expoſuit, quarũ tubarũ clamores ſunt ipſa ſi- & 8.
gna, q̃ fiũt ab eis. Qui ergo ſ̃telligit illa ſigna clamantia ſeculi finẽ, ille audit clamorẽ tubarũ clamantiũ, quia uenit ſpõſus, quarũ uocẽ nõ corporis auris audit, ſed aię intellectus. *Tunc ſurrexerunt omnes uirgines illæ.* Hoc eſt, cũ clamor factus fuerit, nõ ſolũ iuſti, ſed etiam peccatores de ſomno negligẽtiæ ſurgent. Tũc incipient timere & feſtinare, tunc credent quia uerè finiendus eſt mundus. Nam quemadmodum ſecuritas etiam diligẽtes hoies, negligentes facit: ſic timor F
præſentis periculi etiã negligentes hoies, exhibet diligentes, ſed nihil eis proderit diligentia illa, quam generat timor, non fides. Tunc intelligent, qa nihil eſt quod uixerunt in mundo. Tunc incipiẽt ſapere, quãdo nihil eis proderit ſapuiſſe. *Et compoſuerunt lampades ſuas.* Id eſt, tunc incipient oẽs aſpicere & diſcutere fidem ſuam: tunc conſiderabunt ſinguli opa ſua, qui bene fecerunt, qui malè, & interrogabunt conſcientias ſuas. Quemadmodum.n. ſuperuenturo ſpõſo feſtinat ſe ſponſa cõponere, ne fortè ex aliqua parte diſpliceat ſponſo: ita ſinguli ſemetipſos iudicabũt apud ſe. Hoc eſt.n. p̃parare fides ſuas. Quòd ſi ſemper nos ita iudicaremus, quẽadmodum tũc iudicaturi ſumus, nunq; peccaremus in deum. Sicut ergo uirgo deformis & debilis ſine cauſa ſe componit, ſic & tũc peccatores ſine cauſa ſe p̃parabũt. Naturalẽ rem loquitur. Sicut rex cum tyranno bellum facturus, ſi uoluerit aſpicere exercitum, & cõſiderare arma illorũ, iubet mitti tubã, ut fiant admoniti. Tunc oẽs milites feſtinãt arma ſua aſpicere, ubi ſit gladius eius, ubi lorica ſit poſita, ubi iacet ſcutum: & qui ſecuritatis tpe

Universidad de Deusto Biblioteca

Garma sua studuit imaculata custodire, paratus & læ
tus currit ad inspectionē. Et q tpe securitatis gladiū
suum æruginare dimiserit, aut loricā sordescere, scu-
tū frangi aut rumpi: cùm audierit tubam, & ipse qui
dē excitatus timore festinat limare gladium suū, de-
tergere loricam, ligare aut stringere scutum, sed non
poterit celare negligentiam suam: qa urgens necessi-
tas non permittit longi tpis opus implere. Sic & do-
mino absente malus seruus nō aspicit opa sua, qd fa
cit, quid nō facit, aut quō credit: nec cogitat, qa uen-
turus est dominus eius, & opa perspecturus, & fidē:
sed cū uiderit eum uenientem delonge, tunc aspicit
opera sua, tunc incipit festinare, sed nihil ei proderit
festinatio eius. qa multorum dierum negligentia nō
potest una hora expleri. *Fatuæ autem sapientibus dixe-
runt: Date nobis de oleo uestro, quia lampades nostræ ex-
tinguuntur.* Extinguitur lampas hois, quādo fides ei⁹
deficit ac desperat. Sicut.n. qui bene sibi cōscius est,
fiducialiter & magnanimiter agit: quēadmodum si
quis infuso oleo addat lumē lucernæ, sic & ille consi
deratione operū bonorū suorum semetipsum cōfor
tat, & fidei suæ addit audaciā. Qui aūt sibi malē con
scius est, semper pusillanimis ac timidus est. Et quē-
admodū subducto oleo minuitur lumē lucernæ, sic
& ille cōsideratione operum suorū malorum semet-
ipsum cōfundit, & infidelitatis suę adhuc diffidentiā
addit. Ideo ergo timentes peccatores, ad sanctos di-
cturi sunt: Date nobis de oleo uestro: hoc est, uos
sancti, q habetis opa larga iustitiæ sufficiētia uobis,
nō solū ad euadēdam pœnā, sed ēt ad gloriam conse
quēdam, accōmodate nobis auxilium operū bono-
rum uestrorū: id est, intercedite pro nobis peccatori
bus ad dominum: quia iustitia uestra sufficiēs est &
uos glorificare, & nos excusare. *Respōderunt autem
prudentes, dicentes: Ne fortè nec nobis, nec uobis sufficiat.*
Ostendit in his uerbis, quòd ita futurum est terribile
iudiciū illud, ut nulla innocētia sibi cōfidat. Et uerè
quis est homo natus de muliere, q credit iustū se esse
inueniendum in cōspectu illius? de quo beatissimus
Iob 25. b. Iob dicit: Stellę in cōspectu eius nō sunt mūdę, & cœ
lum sine crimine nō est. Si ergo impeccabilis natura
stellarū & cœli, quantū ad iustitiā dei inuenitur esse
peccatrix: quō ante eū homo appareat iustus, cuius
I & sine uoluntate peccādi natura ipsa peccatum est?
Rom. 7. c. dicente Apostolo: Ego aūt carnalis sum, uenūdatus
sub peccato: quod.n. operor, nō intelligo: non.n. qd
uolo, hoc ago: sed quod nolo, illud ago: & iam non
ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.
Tantus ergo timor tunc erit oium, ēt sanctorum, ut
nemo speret se iustū inueniēdum, sed adhuc timeat
ne fortè reus existat. Quis.n. potest ad perfectū diu
dicare cōsciētiam suam, & cognoscere cor suum, cū
Mat. 12. c scriptū sit, Quia de omni uerbo ocioso reddituri su-
mus ratione? Quō ergo pro peccatorib. tunc interce
dant sancti, cùm timeāt ipsi de se? Nam sicut tps mi-
sericordiæ iudicium non susċipit, sic & tps iudicij mi
sericordiam non recipit. Ideo in primo aduentu, cū
tempus esset misericordiæ, dicentibus Apostolis su-
per inhumanitatē ciuitatis alicuius: Vis dicamus, ut
Luc. 9. g. descendat ignis de cœlo? Respondit Iesus: Nescitis cu
ius spiritus estis. Non.n. uenī iudicare mundum, sed
saluare. Ostēdens, quia cùm uenerit in secundo aduē
tu, iudicij tempus similiter locū misericordiæ nō ha-
bebit. Vbi autem misericordia locum nō habet, nec
Rom. 8. d intercessio ualet. Aut hæc ideo dicit, quoniam indi-

gnę sunt passiones huius tpis ad futuram gloriam, q̄ K
reuelabitur in nobis. Si ergo maior erit gloria, quæ
præparata est sanctis à deo, q̄ quod unusquisq; san-
ctorum meretur: quō sufficiat & alijs ad salutē uniuſ
cuiusq; opus eorū, cùm nec sibi soli sufficiat ad glo-
riam illam iusto iudicio consequendam? *Ite potius ad
uendentes, & emite uobis.* Venditores operū bonorū,
uel doctrinæ, sacerdotes sunt, q præcepta iustitiæ in
populo dant quasi pretium aliquod accipiētes fidē
ipsorum, qui peccatores per pœnitentiam soluunt,
pretio cōfessionis eorū placati. Aut certè hoc pretiū
doctrinæ accipiunt, quādo sic docētes audierit po-
pulus. Populus quidē per obedientiam suam merca
tus est sibi salutem, sacerdotes aūt qui docuerunt &
laborauerūt circa eos, recipiēt à deo doctrinę suæ la
bores. Bonū ergo est cōsilium sanctorū ad peccato-
res, ut eant ad sacerdotes, & fideliter audiant eos: &
cū audierint, faciāt, & habebit uirtutem olei fides eo
rū, si tamē habuerint tps. *Abeuntibus autem eis, ecce ue-
nit sponsus: & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo, &
clausa est ianua.* Ostēditur nobis p hæc uerba, qd illo
in tpe inter angustias diuersorū terrorum uidetes se L
peccatores, anxiabuntur, & current huc & illuc ad sa
cerdotes doctrinā & pœnitentiā sibi quærentes. Alij
autem interrogātes quid eos oporteat facere, sed fe-
stinante iudicio, & necessitatibus alijs sup alias ueniē
tibus, cùm nō sit docendi licentia, nec tps faciendæ
iustitiæ, aut agendæ pœnitentiæ, festinatio eorū ua-
cua erit. Hoc.n. & in quotidiano usu uidemus fieri.
Quotidie.n. sacerdotes clamant in ecclesia: Qui pec-
cauit, pœnitētiam agat: qui nō peccauit, permaneat
in deo. Neq; seducāt uos honores, & diuitiæ tempo-
rales: quia tps uestrum propè est: & si consummatio
uestra tardauerit, mors uestra non tardat, & nemo
credit, nemo obaudit: cum autem uenerit super illos
mors, festinant & anxiantur, quōcāt sacerdotes, pœni
tentiam uolunt agere, quādo iam pœnitentiæ locus
nō est. Itaq; dum exponūt peccata sua, dum accipiūt
pœnitentiæ tempus, & præcepta iustitiæ, capitur aia
eorū, & uadunt uacui, magis aūt ligati iusto iudicio
dei: qa non pp odium peccatorum displicentes sibi
uolebant pœnitentiam agere, sed pp mortis timorē.
Adhuc.n. si uiuere potuissent, nō sibi displicuissent.
Alius aūt uēditores olei, id est boni operis, pauperes M
dicit. Hortantur ergo prudentes uirgines fatuas, ut
eant ad pauperes, si patitur eas tempus, ut facientes
eis bona iustitię, mi ēricordiam consequātur ab eis:
quoniam per misericordias factas in eos, olei, id est
misericordiæ merces acquiritur. Ille aūt dum uadunt
uolentes tūc aliqd boni facere, pp quod possint cū
fiducia occurrere Xpo, uēturus est Christus repērē,
& nihil eis proderit anxietas illa tunc incipientib. bene
agere, cum tps bene agendi concluditur. *Nouissimè autem uenerūt & reliquæ uirgines, dicentes: Domine,
domine aperi nobis.* Nihil prodelt ex necessitate repetita
confessio eius, qui ex uoluntate nec semel confes-
sus est. Nam uolūtaria cōfessio, & modica sufficit
deo: ex necessitate aūt, neq; magna. *At ille respondens
ait: Amen dico uobis, nescio uos qui estis.* Signa spūs mei i
uobis non uideo. Sicut.n. qui immūdum spiritū ha-
bet, bona opera facere non potest: sic qui spiritū san
ctum habet, opera non facit mala. Quare igitur uos
opa non facitis bona, sed mala? Imaginē meā nō co
gnosco in uobis. Imago aūt mea, est fugere malū,
& sequi bonum: uos autem ecōtra, fugistis bonū, &

A operati estis malū. Non potestis meorū militū præ-
mia accipere, q tyranni uexilla portatis. Non possum
meos dicere, in quibus meum nihil cognosco.

Homilia. liij. ex cap. xxv.

Icut enim homo peregrè proficiscēs uocauit seruos
s *suos* &c. Homo peregrè profectus, Xps est,
post uictoriā passionis ad patrē iturus: uolū
tate misericordiæ homo, nō necessitate naturæ. Cō-
mendat autē Xps dilectionē suā, quam habet in san
ctis. Ad regna.n. cœlestia ascensurus, & ad patrē suū
iturus unde descenderat, peregrè se iturum dicit, pp
charitatē sanctorū quos relinquebat in terris, cū ma
gis peregrè esset in mundo, sicut ipse testatur, dicēs:
Psa. 118. c Incola.n. ego sum in terra apud te. Quando.n. uenit
in mundū Iesus, adhuc peregrinus erat, neminem ha
bens sui nominis confessorem: postquā autem ue-
nit, & discipulos acquisiuit, iam paterfamiliās erat: &
ideo proficiscens de mūdo, peregrè proficiscebatur.
Vis autē scire quantū diligat fideles suos, considera
quid passus est pro eis. Si.n. magis q̄ gloriam suam il-
los amauit, quasi homo moriens propter eos: quid
mirū, si maiore dilectione tenebatur sanctorū quos
B relinquebat in terris, quā dilectione gloriæ, quā ha-
bebat in cœlis? *Et tradidit illis bona sua.* Non inuidens
alij plus dedit, alij minus, sed considerans diuersitatē
fidei eorum. Qui autē inuidus est aut parcus, omni-
bus est parcus & inuidus. Neq; quasi acceptor perso
narū fecit differentiā gratiarum. Vis scire? Considera
quō penè æqualiter remunerauit eū, q minus obtu-
lit, & eū qui amplius. Si enim acceptor personarū fuis
set, utiq; non tantū in danda gratia, quantū in reddē
da mercede esset æqualis ambobus. Manifestū est,
quòd in danda gratia non personas aspexit, sed uirtu
tem uniuscuiusque considerauit: ne supra uirtutem
opus iniūgens, ipse occasio offensionis existeret, &
nō esset reus q peccauit, si supra uirtutē pondus ipo
suisset. Volens ergo dominus socios nos habere in re
gno cœlesti, opera nobis diuersarū iustitiarū cōmi-
sit: non quia non habeat potestatē & sine operibus
nos glorificare, sed ideo opus præmisit: qa sicut ope
ra sine p̄mijs uacua sunt, sic præmia sine operibus
sunt ingrata. *Statim autē abijt, qui quinq; talēta accepe-
rat, & acquisiuit alia quinq;.* De talēto agnitionis Xpi
acquisiuit unā iustitiā bene uiuēdo. De presbyterio
C aūt ipso acquisiuit iustitiā solicitē præsidēdo eccle-
siæ. De uerbo acquisiuit iustitiā, uerbū ueritatis syn-
ceriter p̄dicando. De baptismo lucratus est secundū
Christi regulā baptizādo, & dignos filios cū iudicio
ecclesię acquirendo. De sacrificio acquisiuit iustitiā,
tam mundum, & immaculatū sacrificiū populo of-
ferendo, & pro peccatis populi exorando. *Similiter
& ille, qui duo talenta accepit, lucratus est alia duo.* Id
est, duas iustitias. Vnam bene uiuendo, quā acquisi-
uit à fide Christi: alterā synceriter ministrando, quā
fecit ex ministerio diaconat⁹. *Qui autem unū accepit,
abiens fodit in terram.* Primū uideamus, ut quid, neq;
ille qui duo talenta habuit, abscōdisse talēta sua pro
ponitur, cū multi diacones inueniātur inutiles: neq;
ille q accepit quinq; cū multi doctores inueniātur in-
utiles, sed ille tantū qui unū accepit, id est populus?
Attende, deus secundū præscientiam suā, licet sciat q
iusti futuri sint, & qui iniusti: tamen oēs uocat ad fi-
dem, dās eis gratiā credēdi in Christum, quod est ta
lentum bonis quidē ad salutem, malis autē ad præ-
iudiciū, ut inexcusabiles fiant. Diaconibus aūt & do

ctoribus secundū p̄uidentiā suam, illis uidetur deus D
iniungere ministeriū diaconatus, aut presbyteratus
qui sunt iusti: qui aūt inueniuntur iniusti, illos homi
nes ordinasse uidentur, non deus. Ab exitu ergo rei
cognoscitur, qui à deo ordinatus est, & q ab homini
bus. Qui.n. misteriū suū bene consummauerit, appa
ret, quia ex deo fuerat ordinatus: qui autē ministeriū
suum non bene consummauerit, ex hominibus ordi
natus est. Quō autem quidam sacerdotes ex homi-
nibus ordinātur, manifestē in libro octauo canonū
Apostolorū dicitur. Qui autē ex hominibus ordina-
tus est, quantū ad deū non est diaconus, aut sacer-
dos. Ergo in sacerdotibus quidē & diaconibus non
est inuentus ut perdat talenta, q secundū p̄scientiam
ordinatur à deo. In popularibus autem euenit, quō
etiā qui peccator futurus est, à deo accepit fidei gra-
tiā. Secundū hæc ergo q̄ diximus, si psbyter, aut dia
conus peccator inuentus fuerit: quoniā quantū ad
præscientiā dei (sicut iā diximus) non ex deo, sed ex
hominibus factus uidetur presbyter, aut diaconus,
quasi laicus inuenitur inter eos qui unū talentū fidei
acceperunt. Ac per hoc nemo ordinatus à deo pec-
cat, nisi ut qui unū talentū accepit à deo. Ideo autē E
gratia fidei oībus, à deo p̄restatur, gratia autē clerica
tus, non oībus, sed dignis: qa in illa causa salutis est,
in ista autē dispensatio mysterij. Nā & paterfamiliās
annonā quidē oībus seruis præstat, negocia autem
sua non oībus cōmittit. Absondit autē talentū suū
in terra, qui accipiens notitiā Christi contemnit ui- *Talētū in*
tam spiritualem, & in terrenis actibus & delicijs con *terrā ab-*
uersans obruit illud in carne sua, & solicitudinibus *scondere,*
mundi quasi spinis suffocat fidei suæ bonū, & nō fa- *quid.*
cit fructū. Hoc est.n. talentum in terra abscondere,
quod est semen uerbi inter spinas suffocare. Sciendū
est autē, quòd ille qui fodit gratiam suā in terrā, nō
peccare proponit, sed iustitiā non facere. Qui.n. pec-
cat, non abscondere uidetur gratiā, sed corrumpere.
Si ergo in tenebras exteriores mittūtur, qui accepto
uerbo fidei, carnaliter uiuendo, fructū iustitiæ non
fecerunt: putas in quales tenebras sunt ituri, qui ip-
sum talentū fidei suæ peccando perdiderunt? ille qui
fodit talentū suū, similis est uirginibus fatuis, q̄ habē
tes lāpades oleum non habebant: tam.n. illæ, q̄ iste
putauerunt sibi ad salutē hoc solum, quòd credebāt
in Christū, posse sufficere. Nā uerè talentum non per
didit, id est domini sui, tamen reus est dāni. Non.n. F
propter hoc solū unusquisque fit Christianus, ut sit
Christianus seruans talentū fidei suę, sed ut operetur
iustitiam Christo. Sicut.n. qui seminandi causa acci-
piens semen, tēpore seminationis non seminauerit,
damnū facit domino suo: etsi non perdiderit semē,
est tamen tantum damnum, quantū poterat lucrū
facere, si opportuno tēpore seminasset: Sic qui acci-
pit fidem Xpi, & in hoc seculo seminationis non fue
rit operatus iustitiam, etsi fidem suam non perdide-
rit, tamen tantùm uidetur peccasse, quantū potuit
iustitiam facere, si non neglexisset. *Post multū uerò tēporis uenit dominus seruorū illorum.* Primùm uideamus
quare interim dominus ascendit in cœlū post modi
cum iterū reuersurus, & semper cum sanctis futurus?
Vt uidelicet absente eo fideles gloriā sibi, & uitā eter
nā acquirant per fidem & opera. Presente.n. Christo
nec tentari fideles poterāt, nec probari si essent ueri
fideles: quoniam si sit præsens non creditur, sed uide
tur: cum autem absens fuerit, non uidetur, sed credi-

Gtur dum timetur. Xpo igitur præsente, etsi tentationem aliquã sustinerent pp eum, aut iustitiã facerent, opus tamẽ eorũ nõ uidebatur esse in fide, sed in oculis. Ideo nec poterãt sibi mercedẽ fidei p iustitiã acqrere, nisi ascendisset ab eis. Nã seruus fidelis domino absente probatur: psente autem domino quicqd fecerit nõ est laus serui, sed domini. Vides ergo qa nõ propter suã utilitatem Christus ascẽdit, sed pp nostram. Tempus autem differt largum, ut longior detur hominibus iustitiæ faciendæ licentia. *Et accedẽs qui quinq; talẽta acceperat, dixit: Domine, quinq; talẽta tradidisti mihi.* Vide, bonus seruus nõ quasi glorians in opere suo, non primũ lucri talentorum memoriã facit, sed primũ memorat q̃ accepit, postea quę inuenit: ut ostendat nõ studij sui, aut laboris esse qd acquisiuit, sed beneficiorũ domini sui, quibus acquisiuit. Tanquã si dicat: Domine, ego quantum ad meũ studium & laborem, nec modicã quidẽ iustitiã facere potuissem, nisi gratia tua fuisset mecũ. Sicut dicebat ille qui dicit: Sed plus omnibus laboraui, nõ autem ego, sed gratia dei mecũ. *Ait ei dominus eius: Euge serue bone et fidelis, quia sup pauca fuisti fidelis, supra multa te constituã, intra in gaudium domini tui.* Pauca sunt ad modũ. Siqs de magna massa tritici modicã dederit drachmã, aut de magno uase uini, modicũ dederit gustũ: sic de magno thesauro regni cœlestis modica nobis p spiritũ sanctũ arra pstatur. Propter quod dicebat Apostolus: Ex parte.n. cognoscimus, & ex parte prophetamus: cũ autẽ uenerit quod perfectũ est, destruẽtur ea q̃ ex parte sunt. Nõ dixit, Intra ad gaudiũ domini tui: sed, in gaudiũ domini tui, ut possessor sit gaudij, nõ tantũ spectator. Et iam non quasi minister domini in gaudio ei⁹, sed particeps gaudiorũ. Sicut & alibi ipse dicebat: Pater, uolo ut ubi ego sum, & isti sint mecũ, ut uideant gloriã meã, quã mihi dedisti. Quid ergo dignũ facimus in hoc seculo, ut participes domini nostri in regnis cœlestibus fieri mereamur? Ideo iustẽ dicit Apostolus: Existimo .n. quòd non sunt cõdignæ passiones huius tẽporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. *Accedens aũt et qui duo talẽta acceperat, ait: Domine, duo talẽta tradidisti mihi, ecce alia duo.* Et si minor in opere, non minor in uoluntate. Vidẽs autem dominus quia seruo illi non uoluntas operandi minor fuit, sed uirtus fidei: nã & ille uoluit similiter amplius operari, sed magis desiderijs eius nõ sufficit modica fides. Ideo iustus iudex, etsi non similia lucra suscepit ab illo, quẽ admodũ ab isto, tamẽ sic beneuolẽtia istũ suscepit, quemadmodũ & illũ: quia Xps non magis operum remunerator est, q̃ uolutatũ. Nec putet ergo diaconus ex eo quòd diaconus est, beatior erit, quã laicus studiosus. Nõ.n. dignitas apud deum honorabitur, sed uoluntas. Nec diacono se beatiorem debet putare presbyter ex eo quòd presbyter est, quàm si fuerit bonus diaconus: quoniam gradus ministerij ex deo est, perfecta autẽ uoluntas ex nobis. Propterea nõ sumus iudicandi, qa nõ fecimus quod in parte nostra non est: sed ex deo sumus iudicandi, qd in nobis est posse, si uolumus. *Accedẽs autem & qui unum talentum accepat, ait: Domine, scio quia homo durus es, metis ubi non seminasti, et cõgregas ubi nõ sparsisti.* O malitia peccatorum, q neq; futuri iudicij terrore mutatur. Qui enim peccatum suum debuerat simpliciter cõfiteri, ut dominum quem malè agẽdo iritauerat, simpliciter cõfitendo leniret: e contra non solũ non confitetur, sed adhuc excusat. Et dũ uult unũ excusare peccatũ, addit & alia duo. Primũ, qa peccauit: secundò, qa excusat: tertiò, qa & iniuriã domino facit. Propterea sciẽs propheta q̃ mala sit excusatio peccatorũ, dicit: Non declines cor meũ in uerba malitię, ad excusandas excusationes in peccatis, cũ hominibus operãtibus iniquitatem. Dic ergo serue mendax, quomodo metit Christus ubi nõ seminauit? Quis enim hominũ est, uel gentiliũ uel Iudæorũ, quẽ nõ sufficienter spiritualibus & corporalibus sensibus adornauit, cui nõ dedit sciẽtiã boni & mali, cui nõ dedit posse fugere malũ, & apprehẽdere bonum si uult? Sicut.n. nullus est hõ, cui aliqd corporis mẽbrorũ minus sit ad usum corporalẽ: sic non est, cui minus sit aliqd sensus aut potẽtię ad intelligẽtiã boni & mali, & ad oẽ opus bonũ faciendũ quodcũq; uoluerit. Si igitur ẽt in gentibus seminauit gratiã suã, ex qbus nullus iustitię colligitur fructus: quo in te metit, qd nõ seminauit, quẽ quasi aratro spirituali crucis suæ uerbo arauit, quem doctrina iustitię seminauit, quẽ spiritu sancto irrigauit? Tot semina suscipiẽs gratiarũ, uel unũ fructũ iustitiæ non debuisti offerre? Nã de⁹ hoiem ex duplici creãs natura, corporis & aię: in corpore qdẽ creauit quinq; sensus, & motus quosdã cõcupiscẽtiarũ, nascẽtiũ ex occasione sensuũ pdictorũ: i aia aũt creauit iudicia et uirtutes, ut itelligat malarũ rerũ & bonarũ discretionẽ, ut possit resistere motib⁹ suis corporalib⁹. Qui ergo secundũ delectationes carnales uiuere elegerũt, neq; cõsiderãt in aia sua iudicia & uirtutes esse creatas: nec.n. experiuntur ea si sint, sed tantũ sensus carnales, & motus carnales cõcupiscẽtiarũ nascentiũ ex occasione sensuũ prædictorũ exequũtur, ex quo fit, ut sic arbitrentur & dicant, quia oia bona carnalia & mundialia ideo creauit deus, ut oibus eis utamur. Nã si uerè nõ sunt creata in nobis secũdũ aiam iudicia & uirtutes, qbus possumus resistere motibus concupiscentiarũ nostrarũ carnaliũ: certum est, quia ideo creata sunt bona carnalia, ut utamur illis. Si autẽ creatũ est in nobis, & intelligere eos, & posse resistere eis: sine dubio non ideo creata sunt corporalia bona & mũdialia, ut eis utamur, sed ut resistẽtes eis, meliori studio acqramus nobis mercedẽ. Nã nec intelligere malũ & bonũ in nobis esset creatũ, nisi pr⁹ creatũ fuisset & posse resistere malo. Vt qd .n. homini datũ fuisset intelligere, si non fuisset ei datũ & posse facere quod intelligit melius esse? Nũquid aialibus deus creauit intelligere, quod honestius & laudabilius est? Non, quia nec creauit in eis posse facere aliquid quod melius est. Sic nec homini creasset intelligere, nisi creasset ei & quod intelligit facere posse. *Respondens autẽ dominus eius, dixit ei: Serue nequã et piger, sciebas quia meto ubi nõ seminaui, et cõgrego ubi non sparsi: oportuit ergo te cõmittere pecuniã meã numulariis, et ueniẽs ergo recepissẽ eam cum usuris.* Nequã dicitur, qa cõtumeliã reddidit domino pro honore: piger, qa talentũ non duplicauit. Et ideo pro eo quidẽ quasi superbus, pro hoc autẽ quasi negligẽs condẽnatur. Verè nequã, quia largitatem domini, quasi uiolentiam accusauit. Nec.n. deus ideo gratiam intellectus, aut notitiam sui homini dedit, desiderans gloriam sibi acquiri per eum: sed ut per gratiam dei ipse sibi uitã æternam & gloriam mereatur, & societatem cœlestis regni cum deo. Hoc sine dubio intelligitur ex ipsa præcedentium remuneratione iustorum. Si enim propter se dedisset gratiam hominibus nunquam à

Christus propter utilitatẽ nostram ascendit.

1.Co.15.b

1.Co.13.c.

Ioã.17.d.

Rom.8.d

Psal.140.d

A seruis pauca suscipiẽs redderet multa. Sed malitia excæcatus dũ uoluit sapientiã dei fallere, maioribus se iratus uinculis alligauit, dicẽs: Metis ubi non semina sti. Si.n. uerè talẽ sciuit dominũ suum, eò magis debuit festinare, ut per diligentiã suam auaritiam domini sui faceret, ne per negligentiã iniustitiam eius magis ad iracundiã prouocaret: qa austeritas nõ cõtemnitur sed timetur. Qui aũt timet nõ cõtemnere, sed placare festinat, sciens quo q metit ubi nõ seminat, magis uult metere ubi seminauit. *Oportuit ergo te commitere pecuniã meã numulariis, & ueniens ego recepissem eam cum usuris.* Quidã putant tres istos omnes doctores esse, differentes autem gratias habuisse: & hunc tertiũ ideo argui, quia non docuit alios gratiã scientiæ quam habebat. Et quãuis omnis homo rationalis cõstitutus numularius dici possit, tamẽ nescio si habeat rationẽ, qui sic minimus est, ut unius talẽti gratiã habeat. Qui numularius est, nõ indiget eius: si aũt est qui illius magisterio opus habeat, ille sine dubio numularius nõ est. Cauti enim hominis est, numulariũ esse q differentias pensat uerborũ. Er-

B go necesse est hunc tertiũ intelligere popularẽ, sicut diximus suprà. Mensa est omnis scriptura diuina, sicut & alibi exposuimus, scdm quod dicit propheta de scriptura ueteris testamẽti Iudæis scandalũ facta:

Psal.68.e Fiat mensa eorũ corã ipsis in laqueũ, & in retributionẽ, & in scandalũ. Non.n. mensa eorum corporalis facta eis in scandalũ, sed scriptura legis eorum. Legẽ-

Deut.21.d tes enim in lege, Maledictus omnis qui pendet in ligno: & uidẽtes Iesum crucifixũ, cõtra legem æstima uerunt, credere in Iesum crucifixũ, quem lex maledictum annunciabat: non intelligentes, quia nostram maledictionẽ in ligno susceperat, ut nos liberaret à maledictione, quam susceperamus per lignũ: & sic facta est eis mẽsa eorũ, id est, scriptura legis eorum in scandalũ. Item uidentes eum in sabbatis operãtem, leprosos tangẽtem, à quibus omnibus abstinere lex diligenter præcipiebat, scandalizati sunt in eum, dicẽ-

Ioan.9.c tes: Hic homo non est ex deo, qui sabbatũ non custodit. Non intelligentes, quia corporale quidẽ solue bat, spirituale aũt implebat. Et hoc modo facta est eis mensa eorũ, id est, scriptura legis eorũ in scanda-

C lũ. Ergo mensa est omnis scriptura diuina, in qua panis uerbi nutriens animas positus est, supra quã omnes Christiani recumbunt, & epulãtur in spiritu. Numularij aũt præsidentes mensæ illi, sunt sacerdotes fideles & prudentes: qui cũ uiderint fidem & actus Christianorũ, accipiunt iudicium de scripturis, quasi de mensa, & ponderant eos, & æstimãt, & intelligũt si digni sunt deo, aut nõ. Et si habent charagma, id est, figurã & imaginẽ mundi, sunt ipsius, & oportet eos abiicere. Huic mẽsæ qui commiserit fidẽ suã, quã baptizatus suscepit à Christo, ut in ecclesia permaneat, scripturas aut legat, aut audiat incessanter ex fide, ut allocutionib⁹ sacerdotũ nunq; fraudetur. Impossibile.n. est, ut nõ multiplicetur fides ipsius. Paulatim.n. de die in diẽ timor domini generatur, sensus eius illuminatur, scientia eius crescit, confirmatur in fide, excitatur ad desideriũ regni cœlestis, apprehendit eũ zelus antiquorũ sanctorũ quos legit, excitatur & ipse plerunq; ad easdem uirtutes. Vides quantã usurã facit augmentata fides data ad mensam scripturarũ sanctarũ. Sicut enim pecunia hęc corporalis quidẽ, si sit in sacculo, inclusa ipsa est semper: si autẽ fuerit agitata de manu in manu, usu ipso multiplica-

D tur. Vnde usura dicitur ab usu. Sic & fides Christi, si quidẽ ociosa teneatur in corde, non solũ ipsa manet quæ fuit, sed adhuc minoratur in ocio, & torpescit, & segnis efficitur, & paulatim per actus carnales exinanita ad nihilũ uadit: si aũt exercitata fuerit scripturis, & locutionibus assiduis suscitata, operibus bonis uiuificata: non solũ dico multiplicabitur, sed nunq; desinet crescere, donec uiuet homo. Nũquid nos ex nobis hoc dicimus? Ipse denique propheta in principio psalmorũ suorũ hunc annunciat esse beatũ. Nã cum dixisset, Beatus uir, qui non abiit in cõsilio impiorũ, & in uia peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit: addit, Et in lege domini uoluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Et quod sit lucrũ meditationis huiusmodi, subinfert, dicens: Et erit tanquam lignũ, quod plantatum est secus decursus aquarũ, quod fructum suũ dabit in tempore suo: Et folium eius non defluet, & omnia quæcunq; faciet prosperabuntur. *Tollite itaq; ab eo talentum, & date ei qui habet decẽ talenta. Omni enim habenti dabitur, & abundabit.* Peccator agnoscẽs Chri-

E stũ, habet hanc ipsam gratiã, quòd cognoscit Christũ: sed cũ uenerit in iudiciũ Christi, diuiditur à consortio cognoscentiũ Christũ: & sic tollitur ab eo, qd uidebatur habere, quanuis uerè non habebat. Quo qui cognoscit Christũ, & peccat, uidetur quidẽ habere scientiã Christi, uerè aũt non habet: & ipsa notitia Christi additur homini iusto qui habebat. Ille uerè habet sciẽtiã Christi, q iustitiã facit. Et quo ei additur scientia Christi super scientiã? ut qui uidebat p speculũ in ænigmate, uideat facie ad faciem: & qui cognoscebat ex parte, cognoscat sicut cognitus est. Sed & aliter intelligitur: Qui fidem habet, & bonã in domino uoluntatem, ẽt siquid minus in opere quasi habuerit, nihilomin⁹ remuneratur à iudice bono: q aũt fidẽ non habet, aut bonã in domino uoluntatẽ, etiam cæteras uirtutes, quas uidetur natutaliter possidere, perdit. Eleganter ait, *Quod uidetur habere, auferetur ab eo.* Quicquid.n. boni sine fide Christi est nõ ei imputatur, q malè usus est eo. Sicut sunt multi, qui uidentur quidem aut mansueti, aut humiles es-

Rom.10. d F se: sed quia non sunt hoc propter deũ, licet uideatur esse aliquod bonũ eorum, nõ aũt est: quia quod nõ est ex fide, peccatũ est. *Et hunc nequam seruum proiicite in tenebras exteriores.* Considerandũ est, ut quid nõ dixit, Mittite eũ i tenebras inferiores: sed, i tenebras exteriores. Quidam dicunt non tantum esse infernũ deorsum, sed extra mundum istum esse aliqua tenebrosissima loca & ignea, in quibus puniuntur qui digni sunt. Fortè ergo ideo dixit exteriores tenebras, & nõ inferiores. Qui cõsiderat quo sequens parabola parabolæ huic præcedenti coniuncta est, & quomodo pars est parabolæ hui⁹: nec.n. alterius rei parabola est, nisi ipsius, nõ sine ratione requirit: quia quod ait, Post multum tẽporis ueniens dominus seruorũ illorũ, posuit cum eis rationem: non de secundo dicit aduentu, quando uenturus est cum maiestate: sed de aduentu, qui frequẽter solet uenire ad omnes Christianos, quib⁹ gratiam dedit suæ cognitionis: & discutit eos, & ponit rationẽ cũ eis, ut iudicet eos, & iustos ab iniquis discernat, sicut exposuimus suprà in parabola ubi dicit: Simile est regnũ cœlorũ homini regi, qui uoluit rationem ponere cum seruis suis. Habet autẽ alia parabola sic: *Cum autem uenerit filius hominis in maiestate sua, & oẽs angeli cũ eo, tũc sedebit su*

Hic su.b

Sup.18.e

per sedē maiestatis suæ, & congregabuntur ante eū omnes gentes. Ac si dicat, Interim quidē sic ueniet, sic ponet rationē cum seruis suis, sic discutiet eos, sicut ex posui in ista parabola. Cū aūt uenerit filius hominis in maiestate patris sui, cum angelis suis, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ, tanquā non semper ueniēs cum maiestate patris ueniat, nec cū angelis suis, nec semper ueniens sedeat in sede maiestatis suæ, sed tūc tantummodo fiet hoc. Sed & illud uide, quō in hac parabola peccatorem non in ignem, nec in aliquam pœnam, sed tantū in tenebras exteriores mitti præcepit: in illa aūt, cū uenerit i maiestate patris, iam nō tantū in tenebras exteriores, sed & in ignem mittet, & pœnas. Item in hac parabola iustum in gaudium iubet intrare, in illa aūt i regnū. Adhuc aūt quod ait, Accedens autem & qui unū talentū acceperat, ait: Sciebam quia homo durus es, metis quod non seminasti, & congregas quod nō sparsisti. Putas in secūdo aduentu, cū uenerit sic terribiliter cum gloria sua, stabit peccator ante eū, & talia dicet? Absit. Maximè cū nec æstiment uiri prudentes personale tunc fore iudiciū, ut per singulos homines Christus qdē interroget, peccator aūt respōdeat, & gesta narratio nū cōficiātur: sed uerius est quod ait Apostolus, qa in cogitationibus suis iudicabitur unusquisq;, dices: Qui ostendunt opus legis scriptū in cordibus suis, testimoniū reddente sibi cōscientia eorū, & inter se inuicē cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus, cū iudicabit deus occulta hominum secundū euangeliū meū per Iesum Christum. Ergo in hoc seculo, quandiu sunt Christiani in corporibus suis, uenit Christus ad eos, & ponit rationē cū eis inuisibiliter, & interrogat eos in cogitationibus eorū, & audit eos in ipsis loquentes, sicut scriptū est de utroq;. De hoc qdē, Quia in cogitationibus impij interrogatio erit: de illo aūt, qa cogitatio hois consitebitur: utputa dicit in psalmo: Viduā & pupillos interfecerunt, & aduenā occiderūt, & dixerūt: Nō uidebit dominus, nec; intelliget deus Iacob. Nō qa talia fuerūt specialiter uerba illorū, sed quia tales sunt cogitationes hoium facientiū mala. Nec.n. facerent mala, si cogitarent deū aut intelligere aut uidere quæ faciūt: Sic & hic, non quia talia specialiter sint dicta hominis iusti, aut peccatoris: sed quia tales sunt cogitationes eorū, & cogitationes eorū quasi dicta ponūtur. Omnis.n. uir iustus, q facit opera bona solū pp deū, cū uenerit in recordationē actuū suorum bonorū: necesse habet uenire frequenter, aut deo mouente cogitatiōes cordis eius in eo, aut diabolo, prętermisso deo. nescio tamen cū uenerit considerans intra se & actus suos bonos, & naturam carnis suæ maleuolam, sic loquitur in cogitationibus suis: Nō ego hęc feci. Nec enim credibile sine deo naturā carnis iniustam facere opus iustū, sed uirtus gratiæ Christi, quā dedit hominib⁹ per fidē nominis sui. Et talis cogitatio eius fit confessio ante Christū, audiente tacitas cogitationū loquentiū uoces. Itē omnis peccator, q fecit opera mala, cū uenerit in recordationē actuū suorum malorū: necesse enim habet uenire frequenter siue ipso Christo mouente cogitationes cordis eius in eo, siue diabolo, dei permissione: scio tamē ueniēs nunquā seipsum reprehēdit in cogitationibus suis, nunq; seipsum accusat, nunq; se iudicat reū, sicut solēt facere si deliquerint iusti. Alioquin & cōpunct⁹ emendaretur, sed excusat se semper in cogitationibus suis, & absoluere se festinat à reatu peccatorū suorū. Aut enim naturalibus necessitatibus imputat quòd peccauit, aut plus ab omnibus deū exigere dicit, q; ipsa patitur hominū habitudo. Non potest.n. bona cogitare, q mala opera facit: sicut nec mala cogitare potqui facit bona propter deū. Et bonus quidē forsitā interdū mala cogitat: quoniā omnis homo, etsi secūdū uoluntatē animæ bonus est, tamē secūdū naturā carnis malus est. Malus aūt impossibile est ut cogitet bona, quoniā & sēdm naturā carnis malus est, & secundū animæ uoluntatē peruersus, & talis cogitatio maligna fit. Quādo.n. peccator nihil boni posse facere arbitratur, impediēte natura, nisi tātū cognoscere deū & Christū filiū eius: nōne cogitationibus suis hoc dicere uidetur ad Christū? quia nihil boni posse facere creasti me, nisi solū cognoscere: ecce habes beneficiū tuū. Et hoc ipsum quasi nihil æstimās dicit, quòd Christum cognoscit. Similiter & iudicia Christi, & occulta de hominibus aut bonis, aut malis, quasi respōsa ponūtur. i. nō qa specialiter sic Christus respondit, sed qa talia sunt iudicia Christi inuisibiliter iudicātis. Cōgratulatur aūt iustus apud seipsum: primū, qa talia opera fecit: deinde, qa nihil eorū sibi imputauit, sed omnia Christo, pp qd superaddit ei gratia spiritus sancti, & introducit eū in suū gaudiū, ut sic gaudeat in futuræ spe glorię suæ sicut gaudet & Christus. Nā quantū largior fuerit spes hominis, tātū cordis eius gaudiū plenū est. Sicut in alio loco dominus dicit discipulis suis: Hæc locutus sum uobis, ut gaudiū meū in uobis sit, & gaudiū uestrū impleatur. i. spes uestra. Spes.n. plena hoīs, plenū est gaudium cordis ipsius. Peccator aūt qualia diximus cogitans, grauiter fert: primū, quia mala fecit: deinde qa ingratus est, nullā uirtutē se æstimās accepisse ad faciendū opera bona, nisi nudā notitiā eius. Propter quod iubet tolli ab eo et hoc ipsum quòd cognoscat Christū, & mitti eū in tenebras exteriores. Iubet autē, sicut arbitror, malignos spiritus ministrātes sibi ad mala, q obscurantes mentē eius, & obligantes opera eius, & consilia simul quod est manus & pedes, ut nihil ulterius boni aut cōsiliari possit, aut agere, mittunt eū foras. Vbi foras? Extra ecclesiā Christi, extra fidē ueritatis, extra cōuentū sanctorū in hęreses tenebrosas, ubi non apparet lux ueritatis, sol iustitiæ nunq; splēdet. Non.n. dixit, In tenebras inferiores, ut infernales intelligamus sed i tenebras exteriores, ut hæreses intelligamus præ cæteris plus tenebrosas. Aut certè quandiu quidē peccator mala operatur, aut cogitat, in tenebris est, sed in tenebris propinquioribus, quando aūt in hæresim quādā proiici tur, tūc proiicitur in tenebras exteriores.

Sap.1.c *Psal.75.b* *Psal.93.a*

Homilia.liiij ex cap.xxv.

Vm aūt uenerit filius hominis in maiestate sua, et omnes angeli cū eo: tunc sedebit super sedē maiestatis suæ, &c. Criminosas personas iudex auditurus in publico, tribunal suū collocat in excelso, circa se cōstituit uexilla regalia, ante conspectū suū ponit sup mēsam calliculā, unde tribus digitis mortē hominū scribat aut uitā: hinc inde officiales ordinatè consistunt, in medio secretario ponuntur genera horrenda pœnarū, quæ non solū pati, sed & uidere tormentū est. Stāt iuxta parati tortores, crudeliores aspectu quā manibus. Tota iudicij facies cuiuslam schematis terrore uestitur. Et cū ad mediū producte fuerint criminosæ personę, ante interrogationē iudicis ipsius, iudicij terribili discutiuntur aspectu. Similiter & dominus se ad iudiciū uenturū promittit, similiter cū terrore, non cū simili terrore. Nā & bona & mala similiter ordinata sunt i terra sicut in cœlo, nō tamē similia. Ergo uidētes in terra pœnas, & glorias, nō similes putare debemus in cœlo: sed cū sint talia super terrā, multò maiora suspicari debemus i cœlo. Quātū.n. deus distat ab hoie, tantū cœleste iudiciū à terreno. Istius.n. iudicij splendor in schemate, illius aūt iudicij maiestas i ueritate, testāte propheta: Deus manifestè ueniet, deus noster & non silebit: Ignis in cōspectu eius ardebit, & in circuitu eius tēpestas uallda. Manifestè, inquit, nō iam celatus i corpore, sicut antea, ut uix eum ēt boni cognoscerent: sed manifestus in gloria, ut ēt mali eum cōfiteantur inuiti: ut q contēpserunt eum in humilitate, cognoscāt eum in potestate. Et qui scire noluerūt q̄ dulcis est misericordia eius, sentiant q̄ grauis est ira ipsius. Deus noster, & non silebit. Nō dixit & silebit, ostendens quia ipse quidē de se tacebit, sed ipsa gloria eius de ipso loquatur. Aliquando transfiguratū eum in monte uidētes Apostoli, acceperunt mandatū ne cui dicerent, ne uideretur Christus per potentiā subiugare sibi populum, & nō per fidē. Tūc aūt iam nemo tacebit, quia nō est uēturus adhuc tentare fideles, sed iam perdere infideles. Tunc prædicatores necessarij nō erunt. Nam etsi uox omniū taceat, uisio ipsa clamabit, sicut ipse de sedo suo aduentu dicit: Sicut fulgur exit ab Oriente, & paret usq; ad Occidentē, sic erit aduētus filij hois. *Tunc sedebit super sedem maiestatis suæ.* Scimus certissimè, quia sedes Christi homines sunt. Cū ergo de primo aduentu & ascēsu Christi dicat propheta sedisse eum super sedem sanctam suā, hoc modo ascendit deus in strepitu, dominus in uoce tubę, deus sedet super sedē sanctam suam: quo hic sēdm suum aduentū exponens, dicit, Tunc sedebit super sedē gloriæ suæ? Sed uide qa in primo aduentu sedē Christi sanctā dixit, in secundo aūt gloriosam. Quō? In primo aduētu mundauit nos per uerbū, lauit per aquā, sanctificauit per spiritū: in secundo aūt glorificabit per resurrectionē, cū transformauerit corpus humilitatis nostræ, ut fiat cōforme corpori gloriæ eius: cū seminati fuerint hoies in infirmitate, & surrexerint in gloria: cū seminati fuerint corporales, & surrexerint spirituales, tūc sedebit in sede gloriæ suæ, cū sedes eius hoc modo facta fuerit gloriosa. *Et congregabuntur ante eum omnes gentes.* Quia omnibus gentibus cognitionis suæ gratiā condonauit, iudicans iustè in utroq;, ut nec boni sine doctrina ueritatis, bonitatis suæ fructus amittant: nec mali pp excusationem ignorantiæ, malitiæ suę pœnas effugiant. Nam sicut in nocte rerū facies nō apparet, sed & gemma quasi lapis uidetur, & lapis quasi gēma existimatur: sic & ante aduentū Christi, humanorū cordium differentia nō apparebat, sed & mali quasi boni sustentabantur, & boni quasi mali contēnebantur. At ubi illuminatio euangelij ad oēs gentes prædicata peruenit, tunc manifestata est qualitas omniū uoluntatū, tunc oēs gentes inexcusabiles factæ sunt. Et ideo tunc iustè ad iudicium cōgregabuntur oēs, quia qui mandatum præmittit, tacitè iudiciū futurum esse denunciat. *Tunc segregabit eos ab inuicem, sicut segregat pastor oues ab hœdis.* Tunc.n. homines misti sunt, & non solū misti, quo in hisdem locis simul cōuersentur iusti cū impijs: sed ēt confusi sunt, quo inter iustos & impios, quantū ad hoies discretio nō apparet. Sicut in tempore hyemis inter uirides & aridas arbores discretio non est, cū autē uenerit tempus illud beatū uernale, discernuntur: Ita nūc unusquisq; secundum fidē suam, & secundū opera sua manifestabitur, impijs quidem nulla proferentibus folia, nullum ostendentibus fructū: sancti autē & folijs uestientur uitæ æternæ, & fructibus ornabuntur gloriæ. Et hoc modo segregabuntur à domino cœlesti pastore. Et pastor quidē corporalis segregat sēdm naturas corporum, Christus autē secundum genera animarum segregat homines. Oues sunt hoies iusti, propter mansuetudinem, quia ipsi neminem lædunt: propter patientiam, quia cū ab alijs læsi fuerint, sustinent. Et sicut oues quando ligantur, aut tacent, aut in simplicitate balāt: sic & sancti cū læduntur, aut tacent, aut certè in benignitate probati, preces transmittunt ad deum. Et sicut ouis ad mortem ducitur, & non clamat: uita eius tollitur, & mansuetudo eius non immutatur: Sic & sancti maledicuntur, & nō remaledicunt: percutiuntur, & non repercutiunt: bona eorū diripiuntur, & illi nō contradicūt: dolorem sentiūt, & clamorem non emittūt. Et quid opus est clamoribus, cū ille qui nocet, non miseretur, etiamsi clamaueris? ille autem qui misericors est, miseretur, etiamsi non clamaueris, audit & uidet. Hœdos autem homines peccatores dicit: quia in capris naturaliter hæc insunt uitia: Libido præ cæteris animalib⁹, superbia, rixa. Semper enim se percutiētes incedunt, & modo humero pulsante, interdum cornu percutiunt. Item inuidi sibi alterutro inuident: sicut significat Salomon de inuidis, dicens: Sicut capra, sic aspicit ruinā proximi sui. Item iactantes sunt & gloriantes: sicut idem significat Salomon, dicens: Tria sunt quæ securiter ambulāt, leo inter iumenta, gallus inter gallinas, & hircus præcedens capras. Itē capræ multūm trahuntur cōcupiscentia gulæ. Propter gulam nanq; suam per saxa & præcipitia ambulant, & super præcipitia se suspendunt. Item clamoribus super omnia garrulæ. In omnibus his uitijs peccatores abundāt, & ideo hœdis sunt assimilati. Adhuc quæro, quare non eorum similes introduxit ætates, dicens: Ita separabit eos, sicut oues ab hircis: aut ita, sicut agnos ab hœdis? Sed uidete quō uolens ostēdere sanctos perfectos in omnibus, ponēdos ad dexteram: & impios oīno infructuosos, ad sinistram: ideo sanctos, oues: impios autem, hœdos uocauit. Quō agni, etsi natura mansueti sunt, tamen non sunt omnino fructiferi propter ætatem: fructum enim adhuc nō habent lactis & lanæ. Item capræ etsi malignæ sunt ex natura, tamē ex aliqua parte fructiferæ sunt per ætatem, lactis.n. abundantiores exhibent fructus. Hœdi autem & mali sunt ex natura, & oīno infructuosi sunt ex ætate. *Et statuet oues ad dexteram suam, hœdos autem ad sinistram.* Quādo aliquis ante conspectum regis, aut iudicis introducitur, ex ipso loco ubi stare iubetur, intelligit si propter bonū introductus est, aut propter malum. Si enim propter bonum, statim uocatur in proximo: si pp malum, longè stare iubetur. Sic & istos, deus iustos quidē ad dexteram cōstituet, & peccatores ad sinistrā: ut unusquisq; meritorum suorum conditionē ex ipsius loci qualitate cognoscat, & ante iudicij sniam, pœnā confusionis excipiat, Meritò iustos ad dexterā collocat, quia nunq; cognouerūt sinistram: meritò impios ad sinistram,

Psa.49.a *Mat.17.et Mar.9.a* *Sup.24.c* *Psa.46.b* *Phil.3.d* *1.Co.15.f* *Ecc.11.d* *Pro.30.d*

G quia nunq̃ cognoscere uoluerũt dexterã partẽ. Vias enim q̃ à dextris sunt nouit dominus, peruersæ autẽ sunt, q̃ à sinistris sunt. Ecce.n.si tu cõlistas in publico pariter cũ amico, & ueniens aliquis illũ salutet, & te conténat, aut separãs illũ à te, cum illo loquatur, aut familiariter cum illo iocetur: nõne tu relictus solus, stas aporiatus in publico, & grauiorẽ existimas illã confusionem, q̃ mortem? Et quo putas impios confundendos in die iudicij, quãdo ante conspectũ angelorum, segregatis iustis, fuerint derelicti? Nõne, etsi nihil ulterius paterẽtur, illa sola uerecundia suffi-
Prou.14. d
Ephe.2.d
ceret eis ad pœnã? Apostolus aũt dicit sanctos iam collocatos esse ad dexterã uirtutis, per ascensionẽ & sessionẽ domini saluatoris. Nã sicut in carne sua oẽm carnem susceptt, & crucifixus oẽm carnẽ crucifixit in se, & resurgens oẽm resuscitauit in se: sic ascendẽs, & sedẽs ad dexteram dei, oẽs ad dexteram collocauit. Quo hic dicit, quia tũc statuet oues quidẽ ad dexteram, hœdos aũt ad sinistrã? Sed uide quia nunc nos collocauit ad dexterã, ad agendũ ea quæ sunt dexteræ partis: postea aũt statuet ad dexteram suam, ad
H conregnandũ. *Tunc dicet illis qui ad dexteram.* Et quare nõ illis antè, qui sunt ad sinistram? Quia paratior est deus semper ad benefaciẽdum, q̃ ad malefaciendum. Nam bona bonis scdm propositum suum præstat, quia bonus est: malis aũt mala contra propositum suum facit inuitus, quia iudex est. Quicquid autem homo contra naturã suam agit, pigrius agit. Si enim Christus delectaretur in pœna peccatorum, nunq̃ seipsum pro peccatoribus tradidisset, *Venite*, inquit, *benedicti patris mei: possidete paratum uobis regnum à cõstitutione mundi.* Quia dedistis q̃ semper habere nõ poteratis, recipite q̃ in perpetuum possideatis. Merito centuplum super cœlũ, qui unum seminastis in terra. Nõ.n.quantũ iustitia hominum potest mereri, tale creatũ est regnum cœlorũ: sed quale dei uirtus potuit præparare. Si.n.secũdum angustias humanæ iustitiæ regnum cœlorũ creare uoluisset, utiq; post opera hominum illud creasset: nũc aũt quoniã non scdm mercedem hominum, sed secundũ suam largitatem constituit mercedem sanctorum: ideo antequã sanctos crearet in seculo, regnum cœlorũ
I præparauit in cœlo. Propterea & quos ante constitutionem mundi suos esse cognouit, tantis eos laboribus onerat, & tandiu laborare facit, donec digni efficiantur regno cœlesti. Quia non scdm modicitatẽ hominum regnũ dei exinanitur, sed scdm magnitudinem regni homines subleuantur. *Esurisi enim, & dedistis mihi manducare*, & cætera quæ sequũtur. Hodie si amicus tuus, aut colonus, aliquod tibi offerat munus, uerbi gratia, aliquod uestimentũ: tu aũt despiciens illud eo ipso uidente, des illud uni ex circunstãtibus tibi seruis, nõne munus uilescere facis, & cõfundis grauiter offerentẽ? Si uerò susciptens munus illius, statim uestieris te, & processeris cum ipso uestimento, magnificas munus, & nimis lætificas offerẽtem. Putas quanto gaudio extolluntur sancti, quando in conspectu omniũ angelorum, quod fecerunt hominibus, ipse dominus fatetur se accepisse? Iam tale uidetur opus eorũ, non quale datũ est, sed qualis persona illius qui accepit. Tũc respondebunt ei iusti dicentes: *Domine, quando te uidimus hospitem, & collegimus te: aut nudum, & cooperuimus te? Quando autẽ te uidimus esurientẽ: & pauimus: aut sitientẽ, et potauimus? Quãdo te uidimus infirmum, aut in carcere, & uenimus ad te?* O humilitas, quorum nec post mortẽ deficiet. K Homo.n.malus ẽt falsis laudibus delectatur, uir aũt bonus ẽt debitam sibi laudẽ fugit. Ecce si per errorem personæ ueniens aliquis, pro altero alteri uano homini gratias agit pro beneficio quodã, quãuis in cõscientia sua cognoscat se nihil tale fecisse, tamẽ tacet & cõgaudet, audiens q̃ nõ sunt sua: si uerò bono alicui gratias agit, quanuis bonus ille intelligat uerũ esse qđ de se dicitur, tamen refugit, & repellit audire etiam ea, q̃ sibi debentur. Sic & sancti debitã sibi laudem tunc repellentes, dicunt: Quãdo te uidimus esũrientem? Et respondens rex, dicet eis: *Amen dico uobis, quandiu fecistis uni horum fratrum meorum minorũ, mihi fecistis.* O bonitas Christi, Esto, quandiu in corpore contẽptibilis erat in mundo, fuerat uerisimilis ratio, ut pp similitudinẽ uisionis fratres suos hoies appellaret: quid aũt dicamus, quòd in illa gloria constitutus, adhuc contẽtus est eos dicere fratres, quibus sufficeret ad laudẽ, si bonos seruos illos uocaret? Detrahet sibi qd habet, ut illis præstet qđ non habent. Ecce homo si ex humili generatur, & deo prestante ad aliquã ascenderit dignitatẽ, erubescit generationem suã audire. Siquis dixerit eũ illius esse filiũ, indignatur seipsum cõfiteri qđ est, ut appareat quod nõ est. Et Christus adhuc gloriabitur, fratres suos dicẽdo, sedẽs in maiestate. Et meritò: qa ueniens in iudicio gloriæ, nõ mutauit uoluntatẽ priorẽ. Hoc potest intelligi & de doctoribus, qui esurientibus iustitiam dederunt cibũ doctrinæ, quo nutrirentur, & pingue scerent in actibus bonis: q̃ sitientibus dei agnitionẽ, potũ ueritatis ministrauerunt. Aut certè cibauerunt eos, in uerbo docẽtes: potauerunt aũt, in spiritu sancto baptizantes animas peregrinas in mundo. Oẽs enim animæ rectè peregrinæ sunt in hoc mundo, q̃ possunt dicere: Quoniã aduena sum ego apud te in terra, & peregrinus sicut oẽs patres mei. Verbũ enim fidei prædicãtes, colligunt animas ex dispersione alicuius erroris, & faciũt eas domesticas, & ciues sanctorũ. Ipsum colligunt Christũ, qui nudos, & adhuc sine aliquo indumento iustitię docẽdo iustitiam uestiunt: sicut scriptũ est. Induite uos uiscera misericordiæ, fidẽ, pacẽ, charitatem. Aut Christũ, Baptizantes eos in Christo, sicut scriptũ est: Quotquot i Christo
L baptizati estis, Christum induistis. Et qui tales infirmos, & morbo carnalũ uitiorũ languẽtes uisitat, & medicamẽto curat doctrinę, Christũ curat in eis: qa sicut in integris animabus Christus integer est, sic in languẽtibus languet. Sed & q uenit ad eos, qui uiui descenderũt in infernũ, opa infernalia faciẽtes. i. qui sunt in carcere, & sunt iam sub custodia dæmonũ, sicut dicit scriptura: Descẽdant in infernũ uiuẽtes: ue
M niens aũt per uerbũ educit eos de illo carcere infernali, ut liberet eos de custodia dæmonũ, ut possint dicere gratias agẽtes: Domine deus clamaui ad te, & sanasti me. Domine reuocasti ab inferis animã meã: ad Christũ uenit i carcere. Si.n.hęc oĩa corporaliter corporibus ministrare debemus, & magnę beatitudinis est, q̃ oino post modicũ sunt moritura: putas quãtę beatitudinis est, hęc oĩa spiritualiter animab⁹ periclitãtibus ministrare, q̃ uiuificatę possunt uiuere in æternũ? Quantò melior est anima q̃ corpus, tãtò meliora sunt q̃ ad salutem animarum, q̃ quæ ad sustentationẽ corporum ministrantur. *Tunc dicet illis, qui ad sinistram sunt: discedite à me maledicti in ignem æternum.* Quasi qui non sufferat præsentiam illorum

Psal.38.c
Colo.3.
Gal.3.
Psal.54.c
Ibid.29.d

uel aspicere,

A uel aspicere, sic, dicit, discedite à me. Nã sicut carnales seculi carnalem speciositatem uidendo delectantur: siqua autem dissipata uel deformia uideamus, quasi uulneratus est aspectus noster: Sic & deus q̃ in sanctitate delectatur animarum, peccatrices animas aspiciẽs, quasi grauatus nõ suffert. Tanquam si dicat eis: Quasi putredo & spurcitia estis, nec tandiu uos sustineo, quãdiu statis in iudicio meo. Vt qđ su-
Hic sup.c perius dicit: Venite benedicti patris mei: & hic nõ dicit, discedite à me maledicti patris mei? quia benedictio quidem ex deo est, maledictio aũt ex diabolo
Sup.13.d est: sicut ostenditur in illa parabola patrisfamiliãs, qui seminauit bonum semen in agro suo, homo autem malus seminauit zizaniam. *Esuriui & dedistis mihi manducare, & cætera quæ sequuntur.* Existo loco sciendum est, quòd non tantùm pro eo quòd peccauerunt homines condemnandi sunt, sed etiam pro eo quòd bene non faciunt. Siaũt pro eo quòd bene
B non faciunt, sic condemnantur: putas quales pœnas exoluent pro eo quòd peccant? Et dignè. Deus enim ideo hominem fecit, ut benefaciat, & ad gloriam dei pertineat: non ideo tantùm, ut non peccet. Nam si non faciat bonum, nec est causa quare creatus est. Sine dubio.n.& si creatus non fuisset, peccatum non fieret super terram. Nam qui intelligit mysterium diuinæ dispensationis, quare factus est homo, cognoscet quia meritò quasi peccans condemnetur, qui iustitiam non facit. Ideo deus creauit hominem corruptibilem & infirmum, quasi ad certamen contra diabolum, ut qui gloriabatur esse sibi similem deo, per corruptibilem naturã euacuatus & uictus, ostendatur non solũ non esse quasi deus, sed omni fragilitate fragilior. Vnde cùm istud propositum suum Christus impleuerit per hominem, id est, cũ euacuauerit omnem principatum & potestatẽ, tũc tradet regnum deo patri. Ideoq; qui suo arbitrio & negligentia diabolo locum dat, confundit eum, qui propter gloriam suam contra diabolum, eum quasi in expeditione creando transmisit: & uictus,
C ostendit diabolum potentem esse, cùm nihil possit. Quemadmodũ siquis à rege suo contra hostẽ transmissus, colludit cum eo, & factione habita, fugã petit: prodidit causam regis sui, & confundit uirtutem ipsius. *Tunc respondebunt & ipsi dicentes: Domine, quando uidimus te esurientem, aut sitientem?* O inconuertibilis inobedientia peccatorũ. Quis non intelligat hoc, quia omne malum facimus, non quia homines corruptibiles sumus, sed quia malum propositum possidemus? Ecce enim tunc hominum peccatorũ cor-

ruptibilitas carnis mortua erit, & adhuc malitia uiD uet. Nunquid non audierant dominum suprà dicentem ad iustos, Quando uni minimorum istorum fecistis, mihi fecistis? Et utiq; intelligere debuerãt, quo modo qui hominibus non facit, nec Christo facit. Sed audientes adhuc contradicunt, intelligentes fingunt se non intelligere: in iudicio stant, & adhuc peccare non cessant. Et hic consequenter & de doctoribus malis intelligi potest, qui sic esurientib⁹ & sitientibus cibum iustitiæ, aut potum agnitionis dei, aut spiritus sancti non præstiterunt. Qui sic nudos non uestierunt, aut iustitiam docẽtes, aut in Christo baptizantes. Qui sic peregrinos in mundo non collegerunt per uerbum, nec in ecclesiæ domum per fidem introduxerunt. Qui sic infirmos non curauerunt seE monibus. Qui in tali carcere impietatis sedentes, nõ eduxerunt per pœnitentiam. Si enim hæc corporis, corporibus non præstare tantæ impietatis est, quæ etsi accipiunt ea, non possunt uiuere semper: putas quantæ impietatis est, hæc omnia spiritualiter animabus periclitantibus non ministrare, quæ poterãt uiuere in æternũ, si hæc eis ministrata fuissent? Quãtùm.n.melior est anima q̃ corpus, tãtò grauius peccatum animabus laborantibus spiritales eleemosynas non præstare, quàm corporibus corporales. In ecclesia ergo non solùm sunt pauperes corporaliter esurientes, aut debiles corporaliter, aut peregrini secundum corpus: sed etiam spiritualiter pauperes, sine cibo iustitiæ, sine potu agnitionis dei, sine uestimento Christi. Maximè spiritualiter pauperes sunt, qui corporaliter uidentur diuites esse: quoniam plerunq; in abũdantia rerum, inopia iustitiæ inuenitur. Sunt peregrini corde, sunt debiles animo, sunt mente cæci, inobedientia surdi, & cæteris passionibus spiritualibus ægrotantes, quorum animæ omnem escã spiritualẽ abominantur, & appropinquauerunt usq; ad portas mortis. Qui ergo non habet unde faciat eleemosynas corporales, faciat spirituales ex gratia uerbi quam accepit à deo, & inueniet retributionẽ dignam à Christo: qui omnia tam corporalia q̃ spiri F tualia data, quasi in se facta cõmemorat, quæcunq; in hominibus facta fuerint. Hæc diximus, ut sciant doctores & quantum beatitudinis sibi acquirant, si diligentes fuerint circa uerbum dei: & quantũ damnationis, si fuerint negligentes.

Reliquorum capitum Matthæi explanatio desideratur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

HOMILIAE SEPTEM ET VIGINTI DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI

Episcopi Constantinopolitani uarios in Matthęum locos explanantes.

Ex capite Matthæi.ij. in Epiphania domini, homilia.i. Incerto interprete.

IN *illo tempore, cum natus esset Iesus in Bethlehem Iudæ, in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente uenerunt Hierosolymam, dicentes: Vbi est, qui natus est rex Iudæorum? Vidimus enim stellam eius in Oriente, & uenimus adorare eũ.* Et reliqua.

Esa.60.b Hoc futurũ & Esaias antè prædixit, dicẽdo: Venient ex Saba offerẽtes regi aurũ, thus, & lapidẽ ptiosum, & salutare domini nunciabũt. Nunc utiq; quẽ Magi H uiso signo stellę, natum regẽ Iudęorũ, Christum dominum nostrum nunciarũt. Oía itaq; noua, & supra modũ admirationis humanæ in domini natiuitate cõcurrunt. Angelus in tẽplo Zacharię loquitur, futu Luc.1.c tum Elisabet filiũ repromittit. Nõ credens angelo sacerdos, obmutescit, sterilis cõcipit, uirgo parit. Ioannes in utero matris inspiratus, exultat: Christus dominus natus, ab angelo nũciatur ut salus mundi sit, pastoribus ꝑdicatur. Gaudẽt angeli, & exultãt pastores, magna in cœlo & in terra lætitia huiꝰ admirãdæ natiuitatis exoritur. Nouũ signũ stellæ de cœlo Magis ostẽditur, per qđ dominus cœli ac terræ, rex Iudæorũ agnoscitur natus: ille. ſ. de quo scriptum erat:
Nu.24.c Orietur stella ex Iacob, & exurget homo de Israel. ut significationẽ stellæ & hoís, in filio dei, diuinæ & humanæ naturæ cõiunctio noscęretur. Vnde & ĩ Apocalypsi ita de se dominus testatur: Ego sum radix Iesse, & genus Dauid, & stella splẽdida matutina. Quia Apo.22.c per natiuitatis suæ ortũ, discussa ignorãtiæ nocte, in salute mũdi tanq̃ fulgidũ sydus emicuit. Cuius lumi nis splendor, ẽt Magorũ corda penetrans, spiritali lu I ce perfudit, ut regẽ Iudæorũ, creatorẽ cœli, signo nascentis nouæ stellæ cognoscerẽt. Neq;.n. Christũ dominũ nostrũ Magi falsæ religionis authores cognoscere poterãt, nisi dignationis diuinę gratia illustrati. Iterũ ergo dei misericordia p Christi exuberauit aduentũ, ut ad omne genus hoíum se cognitio ueritatis eius extẽderet. Quæ idcirco antè Magis eluxit, ut manifesta dei pietas noscęretur, nec aliquis desperaret, posse sibi salutẽ credenti donari, qa iam cõspiceret Magis esse donatã. Ideo aũt Magi de gẽtib- primi electi sunt ad salutẽ, ut p eos oibus gẽtibus salutis ianua pãderetur. Sed fortè miratur aliquis, quẽadmodũ Magi natiuitatẽ saluatoris ex signo stellæ cognoscere potuerũt? Primò qđ dicimus, diuinę dignationis fuisse hoc munus. Deinde legimus in libris Mosi fuisse Balaã quendã prophetã gẽtiũ, q aduentũ Christi, & incarnationẽ ei⁹ ex uirgine, certis sermonibus prophetauit. Ait.n. inter cętera, ut iã superius memorauimus, in sermonibus prophetię suę:
Nu.24.c Orietur stella ex Iacob, & exurget homo ex Israel. Magi ergo isti, q nouã stellã in Oriente uiderũt, ex genere illius Balaã prophetæ gẽtiũ ducere originẽ referuntur, q dixerat, Orietur stella ex Iacob, & exurget homo ex Israel. Et idcirco uiso nouo stellę signo, crediderũt, qa authoris sui prophetiã impletã nouerant. Ostẽdentes se nõ solũ generis successores, sed & fidei hæredes. Balaam propheta ipsorũ stellã in spiritu uidit, isti oculis uiderũt, & crediderũt. Ille uẽturũ Christũ p prophetiã ꝑdicauit, isti uenisse uisu fidei cognouerũt. Deniq; statim perrexerũt ad Herodẽ, dicentes: Vbi est, q natus est rex Iudæorũ? Vidimus. n. stellã eius in Oriente, & uenimus adorare eũ. Apud eos regẽ Iudæorũ, natũ Christũ dominũ quæsierũt, de quorũ genere Balaã hoc prophetasse cognouerãt. Sed fides ista Magorũ cõdẽnatio Iudæorũ est. Illi uni prophetę suo credidẽrũt, isti tot prophetis credere noluerunt. Illi intellexerunt p aduentũ Christi magicã artẽ cessaturã, isti diuinæ legis mysteria intelligere noluerũt. Illi confiten
Ioan.1.a tur alienũ, isti propriũ nõ agnoscũt. In sua. n. propria uenit, & sui eũ non receperũt. Et hęc qdem stella ab oíbus uidebatur, sed nõ ab oíbus ĩtelligebatur. Sicuti dominus, ac saluator noster, oíbus qdẽ natus est, unus pp oẽs natus est, sed nõ ab oíbus suscęptus est, non ab oíbus intellectus. Intellectus est à gentibus, nõ ĩtellectus est à Iudęis. Agnitus est ab ecclesia, nõ L est agnitus à synagoga. Cũ ergo Magi post lõgi itineris gloriosum laborẽ, Hierosolymã uenissent, requirẽtes regẽ Iudęorũ: statim, inquit, rex Herodes, oisq̃ Hierosolyma, magicę fidei deuotione turbati, cõgregantur principes sacerdotũ, & scribæ populi, requiruntur ab eis ubi Christũ nasci oporteret, Respõderunt, in Bethlehẽ Iudæ, iuxta propheticã ꝑdicationẽ. Sicut. n. scriptũ erat: Et tu Bethlehẽ terra Iuda, non es Mich.5.c minima inter principes Iuda: ex te. n. exiet princeps, q regat populũ meũ Israel. Herodes ergo & Hierosolymitæ Christũ dominũ nostrum nõ ignorantes, sed scientes contẽpserũt. Nã & requirunt ex testimonio prophetæ cũ discunt, qa in Bethlehẽ Christus nascęretur. Locus autẽ iste Bethlehẽ ubi dominus natus est, propheriæ nomẽ acceperat. Bethlehem. n. ex Hebręo in Latinũ, domus panis interpretatur, quia hic filius dei nasci oportebat, qui panis est uitæ, scdm
Ioan.6.f quod ipse in euãgelio ait: Ego sum panis uiuus q de cœlo descendi. Hic locus de quo dicitur alibi à propheta: Deus à Libano uenier, & sanctus ille de mõte umbrante condenso. Per q̃ uerba situm loci ipsius, M amœnitatẽq; designat. Concordat deniq; dictũ hoc prophetę, cũ superiori dicto, ubi declaratũ est, quòd in Bethlehem dominus esset nascęturus. Hic dicitur, Deus à Libano ueniet: illic additur, post ij dictũ est: Ex te exiet princeps, qui regat populũ meũ Israel, Et egressus eius ab initio dierũ: ut non scdm Fotinum exinde habere dominus initiũ putaretur, ex quo natus ex uirgine est: quippe & cũ ab initio dierum ipse fuisse mõstretur, & dominus esse, qui in Bethlehem natus est, manifestissimè doceatur. Deinde refert euangelista: *Tunc*, inquit, *Herodes conuocauit Magos,* Mat.2.d *& diligenter didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis. Et mittens illos in Bethlehem. dixit: Ite, & interrogate diligenter de puero: & cùm inueneritis, renunciate mihi, ut & ego ueniens adorem eum. Qui cùm audissent regem, abierunt. Et ecce stella quam uiderant in Oriente, antecedebat eos, usque dum ueniens staret supra ubi erat puer.* Herodes igitur rex iniquus, dum regno suo metuit, quod iniustè tenebat, insidiator factus est regis æterni. Hic enim Herodes nec de tribu Iuda fuit, nec de genere Dauid, sed regnum Iudæorum per surreptionem, fauente sibi patrocinio Roma-

A norũ, more tyrannico occupauerat, & idcirco insidiabatur dominicæ natiuitati, quẽ regẽ Iudæorum natum, à Magis agnouerat. Requirit itaq; ab eis tempus stellæ uisæ, misit eos in Bethlehẽ, quasi & ipse cuperet adorare eũ. Simulauit sollicitudinẽ, ut celaret deceptionẽ. Nec. n. adorare, sed perimere dominum cogitabat. Magi interea usq; ad locũ duce stella perueniunt, & creatorẽ cœli cognoscũt. Non quæsierũt ducatũ hominis, quia ducatũ stellæ de cœlo accepe
Iob.14.a rant. Sed nec errare poterant, qui ueram uiam Christum dominũ requirebant: illũ utique, qui ait: Ego sum uia, ueritas, & uita. Noua rerum admiratione, stella agit iter in cœlo, & toto itinere Magos suos comes stella non deserit, & usq; Bethlehẽ pari cursu cõueniunt, & illic index stella cõsistit supra dominum ac saluatorẽ nostrũ, unigenitũ dei filiũ. Refert ergo euangelista: *Videntes autem stellã Magi, gauisi sunt gaudio magno ualdè & intrantes domũ, inuenerunt puerum cũ Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eũ. & apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera aurũ, thus, & myrrhã.* Sed uideamus nunc post flatũ stellæ, post
B Magorũ cursum, natũ regẽ q̃ gloriosa dignitas prosequatur. Statim enim Magi dominũ procidẽtes adorant natum, & inter ipsas cunas, oblatis muneribus uenerãtur pueri uagientis infantiã. Aliud oculis corporis, aliud uisu mentis, aspiciunt. Humilitas assumpti corporis cernitur, sed diuinitas gloriæ non celatur. Puer est qui uidetur, sed deus est qui adoratur. Et hoc quã inenarrabile diuinæ dignationis mysteriũ. Imperspicabilis illa & æterna natura pro nobis carnis nostræ infirmitates non dedignatur accipere. Filius dei, qui deus est uniuersitatis, homo in corpore nascitur. In præsepio poni se patitur, intra quẽ cœli sunt. Cunis continetur, quẽ nõ capit mũdus, & in uoce infantiæ uagientis auditur, ad cuius uocem tempore passionis mundus omnis intremuit. Hũc itaq; deum gloriæ, & dominum maiestatis, Magi puerũ uidẽtes agnoscunt, quẽ puerũ & deũ regem æternũ
Esa.9.b & Esaias ostendit dicẽdo: Quoniam puer natus est nobis, & filius datus est nobis, cuius imperiũ factũ est super humeros eius. Huic igitur Magi offerũt dona, id est aurũ, thus, & myrrhã, secundũ quod spiri- C tus sanctus per prophetã de ipsis antè fuerat testa-
Ibid.60. tus: dicendo: Ex Saba uenient offerentes aurũ, thus, & lapidẽ pretiosum, & salutare domini nunciabunt. Quã prophetiam Magos impleſſe euidẽter agnoscimus, q & salutare domini, natũ Christũ dei filiũ nũciauerunt: & in oblatis muneribus, Christũ & deũ, & regẽ, & hominẽ confitentur. Nã in auro regni potestas, in thure dei honor, in myrrha corporalis sepultura mõstratur, & idcirco aurum, ut regi: thus, ut deo: myrrham, ut homini obtulerũt. Dauid quo-
Psa.71.b que ita de his testatur: Reges Tharsis, & insulæ munera offerent, reges Arabũ & Saba dona adducent. & ut potissimũ cui hæc dona essent danda, mõstraret, addidit in hoc eodẽ psalmo: Et dabitur ei de auro Arabiæ. Idẽ quoq; Dauid de alio psalmo de myrrha non tacuit, cũ de passione domini loqueretur, dicendo: Myrrha, & gutta, & casia à uestimentis tuis.
Ibi.44.b Can.5.a Eccl.24.c De qua myrrha ẽt Salomõ ex persona Christi sic loquitur: Vindemiaui myrrhã meã cum aromatibus meis. & iterũ: Quasi myrrha dedit suauitatem odoris. In quo utiq; euidẽter de corporis sui sepultura testatur, quę suauissimo, ac diuino odore, toto orbe fragrauit. Deniq; de his Magis idẽ Dauid significare monstratur, cũ dicit: Venient legati ex Aegypto, Ae- D thiopia præueniet manus eius. Nã quia mundũ istũ Psa.67.g sæpe scriptura diuina Aegyptũ nuncupat, rectè Magos illos intelligimus Aegypti legatos, qui quasi totius mũdi legati electi, in muneribus quę obtulerũt: credulitatẽ omniũ gentiũ, ac fidei initia dedicauerũt. Post oblata itaq; munera, admonentur Magi, *ne redeant ad Herodẽ regẽ: & sic per aliã uiã reuersi sunt in regionẽ suã.* Exemplũ nobis pudicitiæ, ac fidei præferẽtes, ut cognito semel, adoratoq; Christo rege, uiam prioris itineris, id est erroris ueteris relinquentes, & per aliã uiam, in qua nobis dux Christus est, incedẽtes: ad regionẽ nostrã, id est paradisum, de quo Adã Psa.114.b pulsus est, redeamus. De qua regione dicitur in psalmo: Placebo domino in regione uiuorũ. Redeunt igitur magi commoniti per aliam uiã, frustrata tyrãni crudelitate, atque hoc modo per Magos & puer rex natus agnoscitur, & Herodis tyranni uersutia superatur. Hunc aũt triumphũ dominũ ac saluatorem nostrum paruulũ, & in ipso corporeo natiuitatis suę exordio habiturum, olim Esaias prænunciauerat dicendo: Quoniam priusquam sciat puer uocare pa E trem, uel matrem, accipiet uirtutem Damasci, & Esa.8.a spolia Samarię, aduersus regem Assyriorum. Virtutẽ Damasci, quam puer natus filius dei accepit, aurum intelligitur, quod à Magis oblatum est. Spolia autẽ Samariæ, eosdẽ Magos, quo de errore superstitionis Samariæ, hoc est, de cultura idolorũ abstraxit. Qui cũ antè spolia diaboli essent per falsam religionẽ, postea spolia dei facti sunt per Christi cognitionẽ. Regem autem Assyriorũ, Herodem significat, uel certè diabolum, contra quem Magi ipsi aduersarij extiterunt, adorando scilicet filium dei, dominum & saluatorem nostrum, qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

Ex cap. Matth. ii. in festo Innocentiũ, homilia. ii. Incerto interprete.

N *illo tẽpore, angelus domini apparuit in somnis* i *Ioseph, dicens: Surge, & accipe puerũ, & matrẽ eius, & fuge in Aegyptũ, & esto ibi usque dum dicam tibi.* Et reliqua. Hunc ergo puerũ accipere Ioseph iussus est, de quo Esaias dicit: Quoniã puer na- Esa.9.b tus est nobis, & filius datus est nobis, cuius imperiũ F factũ est super humerũ eius. Ob hoc aũt dixit, datus est nobis filius, quia Christus dominus noster puer natus Ioseph uel Mariæ filiꝰ deputatus est. Quòd autẽ ad Aegyptũ descẽdit, hoc futurũ idẽ Esaias dudũ prænunciauerat, dicẽdo: Ecce dominus sedet sup nu Esa.19.a bẽ leuem, & ueniet in Aegyptũ. Quo dicto, manifestũ sacramentũ dominicæ incarnationis ostensum est. Nam quia ipse deus oriens ex alto, sol iustitiæ nũ Luc.1.f cupatur: non immeritò hic uenturum eum in nube leui, id est corpore sancto, quod nullo peccato potuit prægrauari prædixit, per qđ maiestatis suę lumẽ uelamẽto corporeæ nubis obtexit. Osee quoq; idipsum ostenditur significare, cũ dicit: Abiectus est rex Osee.11.a Israel, pp quòd paruulus sit Israel, & ego dilexi eum. Ex Aegypto uocaui filium meũ. Post Aegypti olim graue delictum, post multiplices in eam plagas diuinitus irrogatas, deus pater omnipotẽs pietate commotus, filiũ suum misit ad Aegyptum, ut quæ iandudum sub Mose debitas sceleris sui pœnas exenderat, nunc suscipiendo Christum, spem salutis acciperet. Quanta est dei misericordia, quæ per aduentum filij eius ostensa est? Hæc Aegyptus, quæ olim

G sub Pharaone in deū cōtumax & rebellis extiterat, nunc susceptaculū,& habitatio facta est Christi. Talis misericordia domini circa Aegyptū, qualis & circa illos Magos ostēsa est,q Christū dominū cognoscere meruerunt. Nam cū iandudū sub Mose magi diuinis uirtutibus resistere ausi sunt, nunc Magi uiso uno tantū signo cœlesti,dei filio crediderunt. Et sic illos quidē infidelitas sua perduxit ad pœnā, hos uerò fides prouexit ad gloriā, dū natū dominū in corpore crediderūt, quē illi in diuinis uirtutibus agnoscere noluerunt. Sed inter hæc iniquitas Iudæorū Christū dominū nostrū amisit, Aegyptus susc epit: Magi adorāt, & Herodes uel Iudęi nepharię persequūtur. Sequatur sermo ordinē rerū. Cū igitur Herodes illusum se à Magis uidisset, apertè postea irā quā occul-
Mat.3.d tabat, effudit. Ita enim refert euāgelista: Tūc, inquit, Herodes, ut uidit quoniam illusus est à Magis, iratus est ualde, & mittens occidit oēs pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius à bimatu &
Hie.31.c infrā, secundū tēpus quod exquisierat à Magis. Tūc adimpletum est, quod dictum est per Hieremiā pro-
H phetā, dicentē: Vox in Rhama audita est, ploratus & ululatus multus, Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. Volens nanque Herodes, ut diximus, saluatorem mūdi perimere, misit in Bethlehē, & à bimatu & infrà, iuxtà tempus, quod à Magis cognouerat, iussit oēs infantes occīdi, ęstimās se usq; ad ipsum authorē uitæ dominum peruenire. Cuius nequitiam olim prævidens spiritus sanctus, p Salomone, ex persona ecclesiæ arguit, dicēdo: Quis dabit tibi fratrē meū, sugentē ubera matris suę? Dicē
Gant.8.a do aūt, Quis dabit tibi, ostendebat potestatem illū non habiturū aduersus eum, qui dominus & princeps est omnium potestatum. Vnde non immeritò etiam ipse dominus per eundem Salomonem ita de
Prou.1.d ſe testatus fuerat, dicens: Quærent me mali, & nō inuenient. Oderunt enim sapientiam, uerbum autem domini non assumpserunt, neque uoluerunt illud.
Psal.21.b Nam & per Dauid ait: Quoniam tu es, qui eduxisti me de uentre: spes mea, ab uberibus matris meæ: tu es protector meus. Sanctus quoq; Moses, quòd Chri
I stus dominus infans, adhuc lactēs minimè posset occīdi, his uerbis testatus est, dicens: Nō coques agnū
Exo.23.b in lacte matris suæ. Idipsum significans Christū dominū nostrū, qui uerus agnus dei est, non nisi maturo tēpore pati oportere. In Bethlehē ergo oēs occī dunt infantes. Qui dū innocentes pro Christo moriuntur, primi Christi martyres extiterūt. De quib⁹ &
Psal.8.a Dauid significare monstratur, cū dicit: Ex ore infantiū, & lactentiū perfeciſti laudē pp inimicos tuos, ut destruas inimicū, & defensorē. In hac.n. persecutione infantes adhuc paruuli, atque lactentes pro Christo occiduntur, & perfectę laudis martyriū cōsequūtur. Rex iniquus Herodes destruitur, qui aduersus regem cœlorū regnū sibi defendere usurpabat. Vnde non immeritò infantes illi beati per omnia extiterunt, qui primi mori pro Christo meruerunt, domino ac saluatore nostro, cui est laus & gloria, in secula seculorum, Amen.

De natali Innocentium, homilia.iij.
Incerto interprete.

Mar.2.c Edicatur nouus ab infantib⁹ sermo, sanctis
d laudibus Christi, in gloriā domini primam uocē aperiunt Innocentes. Fiunt diserti laude, qui fuerāt imperiti sermone. Offerūt domino primitias linguæ, nouos oris immolant fructus, uerbo K
rū principia libant. Infantia.n. quæ per ætatē loqui non poterat, glorias dei cū gaudio resonabat. Norūt laudare Christū, qui loqui nō norunt: fiunt periti laude, qui fuerunt imperiti sermone. Ostendunt laudibus Christū, suffragiis prædicant Christū. Fiūt interea pueri sine magistro diserti, docti sine doctore, periti sine eruditore. Agnoscunt Christū, prędicāt dominū: non quē persuasio humana docuerat, sed quē diuinitas innocētibus inspirabat. Cessant. n. humana, cū diuina tractantur: quia humana ipsa prodesse non poterunt, nisi diuinorū solatio subleuētur. Necesse est. n. terrena succumbere, cum cœlestia præ
dicantur: naturalia silere, cum uirtutes loquūtur. Eri gitur itaque infantiū ætas in laudē, quæ delictorum non nouerat crimē: dignus à dignis laudatur, & innocens innocentiū testimonio prædicatur: accipiūt enim à Christo, & reddunt: cōsequuntur, & referūt. Vno.n. tempore & qui dederat, recipit: & qui accepe
rat, reddit: uno inquam tpe sua Christo redduntur, dū eius laudes illi ab infantibus referuntur. Diximus de laude infantiū, quid de lactentiū laudibus profe-
remus? quorū laudē inuenire nō possumus, nisi eos ipsos qui laudauerint, nouerimus. Qui sint, ubi sint, quā laudē intulerint q̄ro, qui loqui no norant? Neq; enim illa ætas posse poterat, quod natura nō dederat: aut celebrari à talibus poterat, quod institutio denegabat. Dicunt nāque domino laudes trucidati ab Herode lactētes, loquūtur sanguine, qd ligua nō possunt: passione canunt, quod sermone nō norūt: occisi prædicant, qd uiui no poterant. Nec nouū qd dicitur, ut innocens sanguis aut deo referat laudes, aut suas idicet passiones, cū Abel sanguis clamet ad cœlū, aut occisorū animæ ab altari uociferantur ad deū. Contulit martyriū laudē, quibus negauerat natura sermonē: licuit sanguine clamarē, quibus narra
re non licebat uoce: licuit sanguine loqui, quibus lin
gua nō licuit: miscent cū domino colloquia, quibus humana negata sunt uerba. Sed enim occisis innocē
tibus istis impleta sunt prophetiæ uerba, dicētis. Vox Hie.31.c.
in Rhama audita est fletus & plorationis, Rachelis & Mat.
flentis filios suos, & noluit cōsolari, qa nō sunt. Ra- 2.d
chelē primò ecclesiæ esse personā nemo est q abnu- M
at, nemo q aliud cōtra ueritatē defendat. Sed duo in illa diuersa cōspicio, fletus, & cōsolationis cōtēptus. Si.n. fleuit, cur consolari cont ēpsit? Aut si consolari contempsit, cur fleuit? Aut quo competit consolari noluisse, cui competit flesse, cū aut flere non potuit, cum manifestū sit fletus consolatione tergi? Vel certè cur indiguit consolationis sermone, Si inquit scri ptura, noluit consolari, quia non sunt: id est, noluit cōsolari qa sunt. Si idcirco noluit cōsolari quia sunt, quomodo uoluit flere quasi illos qui non sunt? Sed ut compendiosa diuersitatum causa reddatur, conditio à matre defletur, sed spe gloriæ consolatio humana contemnitur. Pietatis affectus in fletibus declaratur, sed occisorum gloria repudium consolationis indicitur. Pugnant enim in matre affectus & fides, humanitas cum deuotione concertat: plangit affectus, sed fides exultat: deflet humanitas, sed deuotio cōsolatur. Licuit. n. matri humanitus flere, cui non licuit cōsolatione humanitus indigere. Ideo & dominus Christus in Lazaro fleuit, nec tamē ipse Ioan.11.d
quoq; cuiusquā consolatione indiguit, quia hominis fuit quod fleuit, cū manifestē deus sit qui Lazarum

A suscitauit. Sed ò beata lactētiū gloria, quib. pro Chri sto cōtigit dedicare martyria. Expugnāt tpe uno na tiuitatem & mortem, ingressum & exitum, principiū & occasum, ut ipsis posset tpe uno (ut dixi) contingere, & nascēdo ingredi mundū, & dedicare martyrio cœlum. Probat nouos exercitus Xp̄s, rudes milites designat, legiones lactentes, uictoria ppetrata co ronat. Fiūt pro Xp̄o uictores, q ætate fuerūt coæqua les: fiūt, inquā, infantes sine certamine fortes, sine pu gna uictores: norūt uincere, qui pugnare nō norant: existunt uictoriæ cōpotes, qui fuerant ætate imbelles. Merentur pœna martyriū, gloriā sanguine cōparant, æternam uitam tēporali morte cōmutant. Nec timuit ætas illa mortē, nec horruit: timere.n. nō potuit, q̄ timere non nouit: transmittit infantes infans Xp̄s ad cœlū, noua xenia patri, primitias fructuum exhibet genitori. Ostēdit futuram fœcūdissimā mes sem, dum in semine tantam exhibet ubertatē. Deri sit se, derisit hostilis imanitas, q̄ putauit turbare posse consiliū dei, gloriā Xp̄i, salutem necessariam mun di. Sed cōtulit infantib. multis martyrium, dum in-
B fantem quærit occīdere Xp̄m. Pręstat hostis, dū nocet: beneficium tribuit, cū occidit: inuideret. n. eorū gloriæ, si amaret: sed aliæ sunt terrestres pugnæ, aliæ cœlestes uictoriæ. In ꝑlio Xp̄i moriēdo uiuitur, cadē do surgitur, uictoria per interitum comparatur.

Ex cap. Matth. ij. in uigilia Epiphaniæ, homilia iiij. Incerto interprete.

Mat.2.d. N *illo tempore, defuncto Herode, ecce apparuit*
i *angelus domini in somnis Ioseph, dicens: Surge, & accipe puerum & matrem eius, & uade in ter ram Israel.* Et reliqua. In eo qd dixit angel⁹ ad Ioseph, mortui sunt, q q̄rebāt aiam pueri: manifestē declarat filiū dei pfectum deum, perfectū hoiem susc episse: id est, nō solū corpus, sed & aiam. Quod ideo dicim⁹, quia ausi sunt quidā stulta prędicatione asserere, uni genitum dei filium, corpus solūmodo susc episse: sed reuincūtur tam angeli testimonio, q̄ ēt ipsius domi-
Ioan.10.d. ni professione: quia aliquantis locis aīæ suæ mentio nē fecit dicēdo: Potestatē habeo ponēdi aīam meā,
Matt.26. & potestatem habeo iterum sumendi eam. Et iterū:
& Mar. Tristis est aīa mea usq; ad mortē. Et iterum: Venit fi
14.d lius hois saluare quod perierat, & dare aīam suā in
C redemptionem pro multis, ut euidenter dominus &
Mat.20.d. saluator noster perfectam in se naturam hois demō
Mar.10.g straret. Nam quia iamdudum propter peccatum ho mo totam sentētiam mortis incurrerat in corpore, & in anima: necessariò dominus utrūque susc epit, ut utrunq; saluaret. Fides ergo, & ueritas gestorum, se cundum literam in aperto est. Quòd autē post mor tem Herodis monitus est Ioseph ab angelo, ut cum puero & matre eius rediret ad terram Israel: sed in ip sis gestis, ēt spiritalis ītellectus est. Herodes habet typum Iudaicæ infidelitatis, sicut Aegyptus mūdi huius. Post cuius uisitationem, redit rursus ad uisitandos filios Israel, Herode mortuo, id est parte aliqua incredulitatis extincta. Deinde seqtur: *Et cùm egressus esset Ioseph de Aegypto.* Et reliqua. Nazaræus aut dominus & saluator noster, tā ex loci appellatione, hoc est ciuitatis Nazareth, q̄ ex sacramēto legis est nūcupatus. Nazaræi enim secundum legem, hi nuncupabantur, q castitatē deo insigni uoto mācipabant, nutrientes comā capitis, quos lex certa sacrificia offerre ꝑceperat. Quia ergo totius sanctitatis, ac pudicitię author & princeps dominus Xp̄s est, q ait p pro
D phetā: Sancti estote, quia ego sanctus sum, dicit do- D
minus: nō immeritò Nazaræus dictus est, qui & ue Leuit.19.
rè secūdum prefigurationem legis, promissum uoto & 20.
deo patri, sacrificiū sui corporis obtulit pro nostra salute. De quo uoto Dauid ait, cū de domino loque Ps. 131.a.
retur: Sicut iurauit domino, uotū uouit deo Iacob. Vt aūt manifestē iisdem dominus Nazaræū se secun dū carnē nuncupandū ostēderet, ita p Salomonē te stat⁹ est, dicēs: Quia caput meū repletū est rore, & Cant.5.a
crines mei guttis. Quia habitus sāctificationis Naza ræorū, ne crinē, uel comam capitis ferro cōtingerēt. Dictus quoq; Nazaræus est Sāson, uir potēs in spiritu, & roboris ī uirtute, sed in typo. Cuius gesta si cō sideremus, in eo quoq; exēpla domini pfigurata cognoscimus. Ille septē crines habuit, huic septiformis spiritus & septē ecclesiæ sunt. Illi ois uirtus in capite fuit, huic ois uirtus in deo est: qa caput Christi deus 1. Cor.11.
est, ut Apostolus manifestat. In illo uirtus obscura, i a.
hoc celata diuinitas. Sāson iter faciēs, leonē manib. Iudi.14.
enecauit: & dominus ac saluator noster, per susc epti b.
corporis sacramentum, leonē diabolum, extensis in cruce manib. interemit. Sāson de ore leonis fauū mel E
lis abstraxit: dominus de faucibus diaboli plebē suā, q̄ sibi per uiā facta est dulcis, eripuit. Samson popu lū Israel debellatis hostib. dominus extinctis dæmo niis, populum suū de morte ppetua liberauit. Sāson obseratis portis clauditur in ciuitate: dominus obsignato clauditur monumēto. Nec mireris, qa corpus domini, domin⁹ dicitur. Audi dicentē angelū ad mu lieres de corpore domini: Venite, uidete locum, ubi Mat.28.a
positus erat domin⁹. Sāson fractis seris, subtractisq; portis, securus euadit: deus ruptis iferni sedis obicib. apertoq; sepulchro, recepto corpore, à morte liber egreditur. Postremò Sāson mories, inimicos suos cō cussis ædificijs ruina cōprimit: dominus tūc cū mori dignatus est, nō una domo, sed oi mūdo cōcusso, diabolū cū suis angelis uniuersis extinxit: unigenit⁹ s. dei fili⁹, cui est laus & gloria ī secula seculorū. Amen.

Ex capite Matthæi. iij. dominica prima in quadragesima, homilia. v. Incerto interprete.

N *illo tempore, ductus est Iesus in desertum à spi* Mat. 4.a
i *ritu, ut tentaretur à diabolo.* Et reliqua. O in-
cōparabilis domini patiētia, & admirandæ F
humilitatis exēplum. Tētari à diabolo dominus patitur, q tentantē se in deserto iādudū mortifero serpē tium morsu pcussit. Ieiunans ēt pro nobis esurijt in deserto, q iamdudum esurientē populum suū in solitudine, per quadraginta annos cibo cœlesti resecit. Et cū deus secūdum incorruptā illam, & beatā æternitatis suę naturam esurire nō poterit, ut scriptū est: Deus ęternus nō esuriet, neq; laborabit: tamē causa Esa. 40.
nostrę salutis, secundū corporis assumptionē & tēta g.
ri, & esurire dignatur, ut ueritatē ī se assumptę carnis ostēderet. Prouocatur igitur diabolus ut tēret, & seq tur dominus ut uincat. Hmōi autē tētationis certatamen inimicus ita adorsus est, dicēdo ad dominū: Si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiāt. Nesciēs ergo dispēsationis diuinæ mysteriū, interrogat quod ignorat. Dubitātis. n. uox hęc est qua scisciteatur & di cit, si filius. Et uideam⁹ cur reqrit, si ambigit: & quare interrogat, si ignorat. Audierat iā uirgini ab angelo nunciatū, quòd esset filiū dei paritura. Viderat & ma Luc.1.c.
gos suos, inanis scientię errore depositō, natum pue Mat.2.b.
rū supplices adorare. Viderat & post baptismū uelut columbam spiritum sanctū descēdentē. Audierat & Mar.1.b.

G uocem patris de cœlo dicentẽ: Hic est filius meꝰ. Au-
Matt.3.d dierat & Ioannẽ publica uoce testantẽ: Hic est q tol-
Ioan.1.d lit peccata mũdi. Tot igitur testimonijs pturbatus, nouissimè cõsternatus hac uoce, & inter oĩa q̃ audierat magis timuit: quia cùm ipse mundũ peccatis implesset, audit uenisse q tolleret mũdi peccatũ. Exteritus quidẽ his tot ac tãtis uocibus fuerat, sed nõdũ plenè credebat: quia quẽ audierat dei filium, interim hoĩem uidebat, & in carne cõspiciebat, quẽ audierat tollere mundi peccata. Vtrum ergo uera essent q̃ audierat pauidus ac tremebũdus explorat. Vidit quidẽ dominũ quadraginta diebus & noctib. ieiunãtem, sed nõ statim dei filium pditus credere uoluit. Recolebat.n. Mosen & Heliam quadraginta dieb. similiter ieiunasse, & ideo an uerè ipse sit dei filius, signo aliquo propositæ uirtutis exquirit. Proponit ergo: *Si filius*, inquit, *dei es, dic ut lapides isti panes fiant*. No erat q dẽ impossibile filio dei in panes lapides cõuertere, q propemodum ex lapidibus Abrahæ filios suscitauit: sed fas non erat dominum uoluntati diabolicæ obtẽperare. Et idcirco nõ illi cõcedit dominus, id quod
H quòd ipse esset dei filius: sed celata diuinitate, solo legis respõso uelut quadã eum sagitta pcussit, dicẽdo:
Deut.8.a *Scriptum est, non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo dei*. Quo respõso tẽtationẽ diaboli irritã fecit. Nõ aũt necessitate, sed uoluntate dominus esurijt, ut ad hmõi tentationẽ diabolum prouocaret. Vt quia iam dudum ipse diabolus Adã in paradiso uicerat, nunc à domino in solitudine uinceretur. Et Adã quidẽ nõ esurientem uicit, nunc aũt à domino esuriente uincitur. His.n. modis secundum Adam uincere uoluit, q bus primus Adã fuerat superatus. Percussus ergo inimicus uno iam uulnere, rursum aliud argumentum tẽtationis excogitat. Sic.n. scriptum est: *Tunc*, inquit, *assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum supra pinnaculum templi*. & reliqua. Victus ergo iã semel in solitudine, aliud nunc certamen aggreditur. Ascendit igitur supra pinnaculum tẽpli inimicus, ut prouocet, & sequitur dominus ut triũphet. Et cõscẽdit summitatẽ tẽpli, ut eũ de alto eiiceret, qui eũ deiicere nitebatur. Ad oẽm.n. se humilitatem dominus submisit, ut exẽplum nobis patientiæ in tẽtatione relinqueret, & per oĩa de aduersario triũpharet. Ait ergo diabolus ad dominum: *Si filius dei es, mitte te deor*
I Psa.90.c *sum, scriptum est enim: Quòd angelis suis mandauit de te, ut in manibus tollant te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum*. O nefanda artis astutia, & dãnanda temeritatis audacia. Qui uiderat se à domino, respõso legis fuisse pcussum, iã nõ tantũ nequitiæ suæ armis utitur, in quib. inutilis repertus est, sed & ipse legis testimoniũ mutuatur. Et inde tẽtat uincere, unde dolebat se fuisse iã uictũ. Audet etenim ipse dicere, scriptũ est: sed nõ pro se, sed magis aduersum se. Scriptũ qdẽ erat: Quoniã angelis suis mãdauit de te: sed quod de suo addidit, Mitte te deorsum, scriptũ nõ erat. In quo cognoscimus antiquã eius & usitatã uersutiã, semp ut fallere possit, malis suis bona miscere, & uenena sua mellis dulcedine tẽperare. Sic.n. & Adã iãdudũ,
Gene.3.a ut de suo deciperet, quasi dei uerba præmisit. Quid utiq; inquit, dictũ est uobis à deo, ab omni ligno paradisi no edetis, & cætera? Vt proposito dei mandato, hoiem incautũ, & falsa interpretatione, & uerborũ adiectiõe decipet. Nã & illic de suo addidit: Quid utiq; dixit deus, de oĩ ligno paradisi non edetis, cùm dictũ à domino fuisset: De oĩ ligno paradisi edetis: K de ligno aũt scientiæ, quod est in medio paradisi nõ *Gene.2.d.* edetis. Mutauit ergo dicta diuina, & uerbis suis quẽdã dicta domini sociauit, ut facilius suaderet, & suadẽdo deciperet. Immiscuit uerbis diuinis uerba neqtiæ suæ, ut p dulcedinẽ mellis uenena mortis insunderet. Cùm ergo inimicus legis qdẽ, sed aduersum se attulisset exẽplum, inutilem eius tentationẽ despiciẽs dominus: rursum eũ alia legis sagitta pcussit: dicendo: scriptũ est, *Non tentabis dominum deum tuum*. Quo *Deut.6.c.* respõso, diabolus iterum aliud uulnus excepit, neq tamẽ desiuit, gemina iã plaga pcussus, iterũ alia dominũ aggreditur tẽtatione. Et potuerat quidẽ dominus statim eũ prima tẽtatione prosternere, sed patiẽtiam tenuit, ut ad exitiũ suũ inimicus amplius insolescat, & ante interitũ suũ plaga multiplici uulneretur. Bis deniq; cũ domino cõgreditur, & uictꝰ adhuc tertiò nequitiæ suæ armare tẽtat audaciã. Hoc.n. refert euãgelista: *Et assumpsit*, inquit, *eum in montem excelsum ualde, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorũ,* *Deu. 6.c.*
& dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. *& 10.d.*
Tunc dicit ei Iesus: Vade satana, scriptum est enim: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Mira & L mirabilis domini patientia, & diaboli singularis audacia. Prouocat igitur tertiò nũc inimicus, & ascẽdit in mõtẽ excelsum ut tẽtet, & dominus seq nõ dedignatur ut uincat. Vicit aũt, nõ sibi, sed nobis. Neq;.n. magnũ erat, si filius dei diabolũ uinceret. sed in hoc magnũ fuit, qa in hoĩe uicit, & nobis uicit. Ostẽdit ergo, inquit, illi oĩa regna mũdi, & gloriã illorũ, & dixit illi: Hęc oĩa tibi dabo, si procidẽs adoraueris me. Regna mũdi promittit ei, q regna cœlorũ credentib. præparauit. Gloriã seculi pollicetur ei, q dominꝰ est gloriæ cœlestis. Spondet se uniuersa dare, q nihil habet, ei q oĩa possidet. Ab eo se adorari uult in terra, quẽ angeli & archangeli adorãt in cœlo. Vnde rursum dominus alio testimonio legis insolẽtis inimici prosternit audaciã, dicẽdo: Vade satana, scriptum est: Dominũ deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Iam igitur uictor, ac dominus authoritate diuina cõminatus, diabolũ iussit abscedere. Vnde nõ imeritò principe suo iam deiecto, postea clamãt dæmonia: Quid no *Mat.8.d.*
bis & tibi fili dei altissimi? Quid uenisti ante tps torquere nos? Non.n. poterãt iam dei filiũ ignorare, quẽ deũ esse in authoris sui cõdemnatione cognouerãt. M Huius aũt futuræ tentationis certamẽ, ẽt apud Zachariam legimus ostẽsum, ubi dicitur: Erat Iesus uestitus uestimento sordido, & diabolus stabat ut cõtradiceret ei. Quod non utiq; de illo Iesu filio Ioseph incõuenienter intelligi põt, cũ sacerdotũ uestimenta sordida, hoc ẽ, corpus ex genere peccatorũ accepit. *Zach.3.a*
Meritò & Salomon uestigia serpẽtis supra petrã inue *Pro.30.c*
nire nõ posse testatus est, qa serpẽs diabolus, i domino q petra dictus est, iã hac tẽtatione peccati uestigiũ nõ reliquit. Hoc & Dauid ostẽdit, cũ ita de domino loqtur, dicẽs: Et flagellum nõ appropinquabit tabernaculo tuo, qa corpori dominico nullũ diaboli flagelli peccatum potuit proximare. Tẽtationes igitur dominus ab inimico sustinuit, ut hoĩ quidẽ uictoriã reportaret, diabolum uerò illuderet, secũdum qd & *Psa.90.b*
Dauid antè pnunciauerat, dicẽs: Draco iste quẽ formasti ad illudẽdum ei, & iterũ: Et humiliabit calumniatorem: & iterũ, Tu cõfregisti caput draconis per *Psa.103.d* *Ibid.71.a* *Ibid.73.c*
aquã. Hunc draconẽ in hac tentatione illudi & decipi dominus ĩ libro Iob ante testatus est, dicẽs: Addu *Iob 40.d*

A cens autẽ draconẽ in hamo: Et uideamus cur in hamo dicatur adductus. Sicut in hamo escæ ꝑda posita pisces illudimus, & decipimus, q uidẽtes escam, hamũ non cõsiderant, & dũ auidi prædã uolũt rapere, hamo capiuntur: sic & diabolo contigit, dũ tantum corpus hominis in filio dei considerat, & deũ in corpore nõ agnoscit, quasi ad ꝑparatã sibi prædã solita rapina festinat. Sed dũ uult auidus prædã rapere, ipse draco ut piscis adductus in hamo, ꝑda domini captus efficitur. Hunc diabolũ nõ solũ draconẽ hamo adduci, sed tanquã passerem ab infante illudi, idem
Iob.40.d Iob in sequentibus declarauit, dicendo: Alligabis autem tanq̃ auem, & illudes illi tãquã infantes passeri. In quibus & potẽtia filij dei, & infirmitas diaboli demõstrata est. Quia sicuti auẽ alligari facilè est, & infantibus de passeribus ludere: ità filio dei facile fuit potentẽ diabolũ annullare, q aduersus hoĩes quidẽ semper potens fuit, sed aduersus dominũ miser, & infirmus repertus est: In hac autẽ tentatione dominus specialiter nobis inimicũ & certandi, & uincendi dedit exemplũ. Et quanuis multæ, ac diuersę tentationes diaboli circa nos sint: in his tamẽ tribus tẽtatio-
B nibus, quas aduersus dominũ habuit, ẽt electos eius tẽtare cõsueuit. In eo nanq; qd post baptismũ ac ieiuniũ tẽtari se ab inimico passus est, id ostẽsum est, qd ad unumquẽq; nostrũ post lauacrũ regenerationis, post sanctæ uitę propositum, post religiosum laborem ieiunij, statim tẽtator diabolus accedat, ut nos aut cibi desiderio, aut p concupiscentiã corporalem à proposito religionis auertat. Sed quẽadmodum huiusmodi tentationẽ uincere debeamus, dominus ostẽdit: id est, ut desiderio eius nõ obtẽperemus, statim nobis aduersus eã diuinę legis proponamus exẽpla, ut famẽ corporis cibo uerbi diuini satiari semper optemus. Hoc.n. respõdẽs dominus, ad diabolũ ait:
Deu.8.et Matt.4.a scriptũ est, Nõ in solo pane uiuit homo, sed in oĩ uerbo dei. Hæc igitur prima causa in nos diabolicæ tentationis ostẽsa est: in qua cũ fuerit superatus, aliã fortiorẽ tentationẽ aggreditur. Deniq; quòd secũda tẽtatione diabolus in pinna templi dominũ prouocauit, id demonstratũ est: quia cũ p cõcupiscentiã corporis decipere non potuerit aliquẽ, tẽtare nititur, ut unumquẽq; nostrũ post primã corporis uictoriam, uelut in alto iã positũ, per causas spirituales præcipita
C re contendat, dicendo: mitte te deorsum. Non dicit mitto, ne uim facere uideatur: sed, mitte te deorsum dicit, ut ostenderet qd unusquisq; nostrũ libertate arbitrij uolũtatis suę culpa cadit in mortẽ. Illius est quidem suadere, sed nostrũ est persuasiones eius p legis obseruantiã superare. Vnde & in eo quod dictũ est propheticũ, quasi ad probationẽ rei interpretatur dicẽdo, postquã ait: Mitte te deorsum, scriptũ est enim
Psa.90.c. Quoniã angelis suis mãdauit de te: uersutia inimici monstrata est, qa scripturas diuinas prauo sensu, ac subdola fraude erat interptaturus, & pro fide pfidiã asserturus, ut simplices & incautos p diuinæ legis testimonia, quasi p speciẽ bonę cõfessionis, de alto ꝑcipites daret in mortẽ. Sic deniq; multos hæreticos de altitudine catholicæ fidei in ima deiecit, sic nõnullos p aliqua opera iustitiæ, uelut de turre præcipitat, cũ ab humilitate dominica seperauerit, & in superbiã mentis extulerit. Tertia uerò tentatione gloriam se-
1.Ti.6.b. culi, & diuitias mundi proponit, per quas ut Apostolus refert, aliquantos à fide naufragare fecit, & à cœlesti gloria ad terrena trãsire. Suadet aũt hominibus terrenos honores, ut auferat cœlestes: hortatur ad D mũdi diuitias, ut spiritales diuitias adimat. Vnde nõ immeritò ita de eo in libro dicitur Iob: Omne, inqt, aurũ maris sub eo est: Quia per occasionẽ auri, & cupiditatẽ diuitiarũ inimicus multos illaqueare, & decipere cõsueuit. Ac p hoc, & in his contemnendus est, & cõfutãdus, ut plena de tẽtatore posit uictoria reportari: In eo autẽ quòd consummata oi tẽtatione, refert euãgelista angelos domino ministrasse: filiũ dei deũ, & conditorẽ uniuersitatis manifestè cognoscimus, quia angeli ministrare nõ poterãt, nisi domino & creatori suo unigenito dei filio, cui laus & gloria, in secula seculorum, Amen.

Ex euãgelio secũdũ Matthæũ, Cũ uidisset Iesus *Matt.5.a*
turbas, ascendit in montẽ: & cùm sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum docebat eos:

Homilia .vi. Bernardo Brixiano interprete.

On tantũ corpora, charissimi, Xps curabat,
n sed corrigebat & animas: pariterq; uarians utilitatẽ, & doctrinæ admisceẽs sermonem, ex opibus probationẽ, & impudẽtia claudens hęreti corũ ora, per quod utrasq; curabat substantias: ostẽdens, quòd totius aialis est ipse creator. Et ppea mul E tam utriq; naturæ communicabat prouidentiã: nũc quidem hanc, nunc reparans illã. Quod quidem tũc quoq; faciebat: ait enim, *Cùm aperuisset os suum, docebat eos*. Et cur additũ est, Cũ aperuisset os suũ? Vt intelligas, quòd & tacẽs docebat, nedũ loquẽs: sed nũc quidẽ os aperiẽs, nũc autẽ ex operibus emittens uocem. Cũ aũt audieris, quòd docebat eos, ne solos ipsum putes alloq; discipulos, uerũ & alios quoq; per illos. Quoniam.n. adhuc multitudo popularis erat, & humi repentiũ, discipulorũ instituens chorũ, ad illos sermonem habet, illos alloquẽdo, & alijs oĩbus à dictis multũ deficientibus haud grauẽ esse faciẽs sapiẽtiæ doctrinã: quod & Lucas insinuans aiebat, qd̃ ser-
Luc.6.d. monẽ conuertit ad eos. Quin & Matthæus idẽ signi ficãs scribebat, quòd accesserũt ad eũ discipuli eius,
Matt.5.a & ipsos docebat. Sic.n. & reliqui mẽtem diligentius adhibere debebant, q̃ si ad oẽs intendisset. Vnde igitur incipit, & q̃ nobis iacit nouæ conuersationis fundamenta, cũ sedulitate q̃ dicuntur, audiamus. Dicta nãq; sunt quidem ad illos, scripta uerò pp oẽs posteros. Propterea qppe cõcionans discipulis intẽdebat, non tamen in illis dicta cõcludit: sed oẽs infinitè pro F mit beatificationes. Nõ.n. dixit, Beati uos estis, si sitis mendici: sed, beati pauperes. Licèt si etiã illis dixisset, cõmune tamen erat futurũ consilium. Nam & cum
Ibidẽ.28. dixit, Ecce uobiscum sum oĩbus diebus usq; ad con-
d. summationẽ seculi: nõ illis promittebat solis, uerũ p illos toti terrarũ orbi: Et cùm illos uocat beatos pse cutionẽ patientes, & expulsionẽ, & intolerabilia patientes: non illis solũ, sed & oĩbus eadẽ obeuntibus texit coronã. Cæterùm, ut & hoc manifestius redda tur, & discas, quòd & tecũ multũ habẽt prędicta participium, & cum omni humana natura, si quis modò uelit aduertere, audi qũo sermones hos admirabi
Ibidẽ.5.a les orditur: *Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorũ est regnum cælorũ*. Quid est pauperes spiritu? humiles, & contriti corde. Spiritũ.n. hic animam & uolũtatem dixit. Quoniã.n. multi sunt humiles nõ spõtanei, sed rerũ adstricti necessitate, illos omittẽs (nec.n. hoc esset laudabile) ex uolũtate semetipsos humliãtes & cõtrahẽtes, primos uocat beatos. Et quare nõ dixit,

G humiles:sed,pauperes? quoniã hoc est illo maius. Ex pauescẽtes.n. hic ait, & trementes dei mãdata. Quos
Esa.66.a & per Esaiã prophetã plurimũ approbans deus dicebat: Ad quẽ respiciã, nisi ad humilẽ & quietũ, & trementẽ sermones meos? Multi sunt etenim humilitatis modi. Et hic qdẽ est mediocriter humilis, hic autẽ super omnẽ modũ. Hanc & beatus propheta cõmẽdat humilitatẽ, non simpliciter cõtractã nobis mentẽ designans, sed nimis confractã, ubi dicit: Sacrificiũ
Psa.50.d deo spiritus contribulatus, cor cõtritũ & humiliatũ deus nõ despicies. Hanc pueri tres deo pro sacrificio
Dan.3.d. magno offerunt dicẽtes: Sed in aio cõtrito, & spiritu humilitatis suscipiamur. Hanc & Xps nunc beatã appellat. Quoniã.n. malorũ maxima, totumq; perdẽtia mundũ ex superbia subrepserunt. Nã & diabolus, cũ non esset antea talis, ita diabolus effectus est: qd &
1.Tim.3.b Paulus ostendẽs, dicebat, Ne in superbiã elatus incidat in iudiciũ diabolꝰ. Et his primus homo expectationibus à diabolo iflatus, p̃cipitatusq; est, factusq; mortalis: sperans.n. esse deus, & qd habebat, amisit.
Gene.3.d Quod exprobrãs illi deus, & ipsius carpẽs demẽtiã, dicebat: Ecce Adã factus est quasi unus ex nobis. Et
H quisq; sequentiũ hinc in impietatẽ delapsus est, quòd dei affectaret æqualitatẽ. Quoniã igitur hæc malorũ arx erat, & radix, oisq; fons nequitiæ, remediũ ægritudini pparãs congruũ, quasi ualidũ quoddã, tutũq; fundamentũ hanc legẽ iecit. Hac enim suppositã firmitate, ẽdificator oia reliqua supponit: hac aũt sublata, licèt ad cœlos usq; perueniat operarius, oia facilè subruuntur, & in malũ finẽ conuertuntur. Siue ieiuniũ, siue orationẽ, siue eleemosynã, siue cõtinentiam, siue quid aliud boni cõgregaueris absq; humi-
Luc.18.b litate, defluit, & oia pereunt. Quod in Pharisæo factũ fuit, postquã peruenit ad ipsum uerticẽ, oibus amissis descendit, quoniã bonorũ matrem nõ habebat. Sicut supbia totius est fons neqtiæ, sic humilitas oĩs sapientiæ principiũ. Quapropter & hinc orditur, ex audientiũ cordibus superbiã uellens radicitus. Inquit aliquis, quid hoc ad discipulos, qui per oia erant humiles? nec.n. ullam habebant occasionem insolẽtiæ, cùm piscatores essent, & pauperes, ignobiles, & idiotæ. Et si non ad discipulos ista dixit, sed ad eos, q tũc erãt p̃sentes, & ad eos, qui post hæc eos erant suscepturi, ne pp hæc eos contẽnerent: immo uerò & ad
1 discipulos. Nã etsi nõ tunc, posterius tamẽ talis cautelæ debebant indigere, post signa & miracula, & orbis terrarũ honorẽ, & cõparatã apud deũ fiduciam. Nõ.n. diuitiæ, nõ potẽtia, non regnũ tã extollere potest, q̃ oia quæ fuerant illis collata. Alioquin autẽ & ante signa uersimile fuit eos & tunc elatos fuisse, cernẽtes multitudinẽ, & theatrũ illud circa præceptorẽ cõstitutũ, & humanũ aliqd passos. Propterea statim ipsorum reprimit sensum. Neq; dicta in admonitionum loco ponit, & præceptorum: sed beatificationis loco, minus molestũ faciens sermonẽ, & oibus aperiens doctrinæ studium. Non.n. dixit, ille & ille sed q hęc faciunt, oẽs beati. Itaq; siue sis seruus, siue mendicus, siue paup, siue hospes, siue priuatus, nihil est qd beatũ esse prohibeat, si uirtutẽ hãc fueris imitatus. Exorsus igitur unde p̃sertim decebat exordiri, ad aliud procedit p̃ceptũ, quod uidetur esse cõtrariũ oribus terraruum iudicio. Oibus.n. gaudentes imitandos esse putantibus, miseros aũt in tristitia positos, & pauptate, & luctu: hos ipse pro illis beatos uocat, dicẽs: *Beati qui lugent*. licèt eos oẽs miseros uocent.

Propterea nãq; pueriẽs signa fecit, ut talia sanciẽs, est K
set fide dignus. Et hic uerò rursum nõ simpliciter lugẽtes posuit, sed pro peccatis hoc faciẽtes: cũ sit ualde diuersum, & uehementer inhibitũ, circa secularium qdpiam lugere. Quod qdẽ & Paulus significabat, di-
2.Co.7.c cẽs: Quòd mũdi qdẽ tristitia mortẽ opatur: q̃ aũt est secundũ deũ, pœnitentiã in salutẽ incõmutabilẽ operatur. Hos igitur hic & ipse beatos appellat, q sic cõtristantur. Nec simpliciter mœrentes posuit, sed cum augmẽto: ppea neq; tristes, sed lugẽtes. Nã hoc insup
Luc.23.f. præceptũ est oĩs disciplinę rudimẽtũ. Nã si filios, aut uxorẽ, uel aliũ quẽpiam necessariorũ lugẽtes defunctum per illud tempus doloris, non pecuniarũ, non corporũ trahũtur amore, non q̃runt gloriã, cõtumelijs nõ irritãtur, nõ capiũtur inuidia, nec ab alio quo quã uitio possidẽtur, luctus tantũ curã gerẽtes: multò magis sua deflentes peccata, ut est dignũ lugere, hac maiorẽ disciplinã præstabunt. Postea, qd p̃mij?
M *Quoniã ipsi consolabuntur*. Vbi cõsolatione fruẽtur? & hic, & illic. Quoniã.n. hoc præceptum erat nimis onerosum, & graue, qd ipsum maximè leue facit, hoc se daturũ esse promisit. Itaq; si uis cõsolationẽ habere, lugeas, nec existimes obscurũ esse dictũ. Cũ.n. deus L
cõsoletur, si uel innumeri tristiũ ingruãt imbres, oĩbus eris superior. Laboribus.n. multò maiores dat semp deus retributiones. Quod qdẽ & hic fecit, beatos pronunciãs lugẽtes, nõ iuxta rei dignitatẽ, sed secundũ clementiã suã: quod nõ ex operis merito, sed ex ipsius procedit misericordia. Lugentes.n. crimina lugent: talibus autẽ satis est uenia potiri, & purgatio-
1.Cor.7.c nẽ asseq. Sed quoniã ipse plurimũ est misericors, nec in pœnarũ remissione, nec i peccatorũ absolutione retributionẽ cõcludit: sed & facit beatos, & multam impartitur consolationẽ. Lugere uerò nos nõ de proprijs tantũ, uerũ & sup alienis iubet peccatis: quales erãt sanctorum aię, qualis Mosi, qualis Dauid & Paulꝰ: nam & omnes hi frequenter mala deflebãt aliena.
Beati mites, quoniã ipsi hæreditabunt terrã. Quam, quæso, terrã? quidã intellectualem esse putant, sed hoc ita
Ephe.6.a nõ est: nusquã.n. in scriptura terrã intellectualẽ inuenimus. Sed quid tandẽ qd dicitur? Sensibile ponit p̃mium, sicut & Paulus, cũ.n. dixisset: Honora patrem
Luc.23.f. tuum, & matrem tuam: subdidit, Sic enim eris Iongæuus sup terrã. Et ipse rursum latroni: Hodie mecũ eris in paradiso. Nec.n. solũ à futuris suadet bonis, ue M
rũ & à præsentibus, pp auditorũ crassiores, & illla q̃rentes ante futura. Propterea qppe progressus dicebat: Sis beneuolus aduersario tuo. Deinde talis disci-
Matt.5.d plinæ p̃miũ ponit, & dicit: Ne fortè te tradat aduersarius iudici, & iudex tortori. Vides unde pterruit? ex sensibilib. ex his q̃ iugiter passim accidũt. Et rursum:
Ibidem.c Quicunq; dixerit fratri suo, racha: reus erit cõcilij. At & Paulus semper à p̃sentibus exhortari consueuit, & sensibilia proponere p̃mia, ut cũ de uirginitate disserit. Nihil.n. illic interim de cœlis locutus, sed ex præsentibus inducit. Propter instantẽ, inquiens, necessitatẽ. Ego autẽ uobis parco, uolo aũt uos esse sine so-
1.Cor.7.c licitudine. Sic itaq; Xps spiritualibus sensibilia commiscuit. Quoniã enim mitis existimatur oĩa pdere p̃sentia, cõtrariũ pollicetur inquiẽs, quòd hic qdẽ sua possidet in tuto, q nec audax, neq; superbus est. Qui uerò talis est, & paternis qdẽ frequenter excidit, & ipsam amittit aĩam: Præsertim autem, quoniam & in lege ueteri propheta sæpe dicebat: Mites.n. hæredi-
Ps.36.b.e tabunt terrã: ex uerbis secũ adultis sermonẽ cõtexit,

ne semper

A ne semper externè loquatur. Hæc aũt dicit, nõ p̃sentibus cõcludens retributiones, uerũ cũ his præbens & illa: siue nãq; quidpiã spiritale dixerit, q̃ sunt in præ
Mat.6.d. senti uita nõ aufert: siue quid rursum seculare promi serit, nõ hactenus promissionẽ statuit. ait enim, Quę
Ibi.19.d. & Mar.10.d. rite primũ regnum dei, & hæc oĩa apponẽtur uobis. Et iterum: Quicunq; reliquerit domũ, aut fratres, &c. centuplũ accipiet in præsenti seculo, & in futuro uitã æternam possidebit. *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam*. Quã iustitiã? generalẽmne dicit uirtutẽ, an particularẽ hãc auaritiæ oppositã? quoniã.n. est de eleemosyna præceptum daturus, ostẽdens, qualiter exhibere misericordiam oporteat: puta, quòd nõ ex rapina, nõ ex auaritia, iustitiã amplectẽtes beatos appellat. Et nota cũ quãta ponit hoc excellentia. Nõ.n. dixit, Beati q iustitiã uendicãt? sed, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiã. Ne simpliciter, sed omni studio eam
B obeamus: quoniã.n. hoc auaritiæ p̃sertim propriũ est: nec ita cibos cupimus, aut potus, aut plura possidere, & abũdare: cupiditatẽ hãc ad hoc ne nimiũ q̃ramus, trãsferre nos p̃cepit. Deinde rursum sensibile definit præmiũ, dicens: *Quoniam ipsi saturabuntur*. Quoniam.n. existimatur auaritia multos reddere diuites, dicit quod cõtrarium penitus est: hoc.n. efficit iustitia. Itaq; iusta faciens, noli paupertatẽ timere, neq; famẽ expauescas. Qui nãq; rapiunt, hi sunt qui p̃sertim ab oĩbus excidunt: &.s. iustitiam diligens, in tuto q̃ sunt omnium habet. Quòd si non aliena cupientes tanta potiuntur copia, multò magis q suã dispergũt. *Beati misericordes*. Hic non solos per pecunias misericordiam exhibẽtes mihi dicere uidetur, uerũ & alijs in rebus. Varius.n. est eleemosynæ modus, & latissimum hoc est mandatum. Quod igitur huius p̃miũ? *Quoniam ipsi misericordiam consequentur*. Et uidetur qdem esse quædam æqualis retributio, est aũt meritis longè diffusior. Hi nãq; miserantur ut hoĩes, misericordiã uerò capiunt ab oium deo. Nõ est aũt equalis humana, diuinaq; misericordia: sed quãtũ est neq tiæ, bonitatisq; discrimen, tantum hæc distat ab illa.
Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Ecce rursum spiritale præmiũ. Puros aũt hic ait, siue generalẽ possidentes uirtutẽ, & nullius sibi cõscios mali, uel in cõtinentia degẽtes. Nihil.n. ad uidendũ deũ nobis tã necessarium est, q̃ hæc uirtus: quapp & Pau
C lus dicebat, Pacẽ sectamini cum oĩbus, & sanctificationẽ, sine qua nemo uidebit deũ. Visionẽ uerò dicit
Heb.12.d hic quantũ homo uidere põt. Quoniam.n. multi qdem miserentur, & non rapiunt, nec usurpãt aliena, sed fornicãtur & incõtinenter uiuũt: ostẽdens quòd prius nõ est satis, & hoc addidit: sicut & Paulꝰ de Ma-
2.Co.8.a cedonibus testatus est ad Corinthios scribẽs, quòd non tantũ eleemosyna diuites erant, uerùm & omni alia uirtute, Cùm.n. de ipsorum in pecunijs liberalitate dixisset, ait: Et seipsos dederunt domino, & nobis. *Beati pacifici*. Hic nõ tantũ eos dissidere prohibet, & inter se inimicitias exercere: uerùm & aliqd maius exigit, ut & alios dissidẽtes cõciliemus. Et rursum spiritale præmiũ subiũgit. Quale uerò? *Quoniam ipsi filij dei uocabuntur*. Nã & unigeniti tantũ opus fuit distantia cõiungere, & inimica conciliare. Deinde ne putares quòd semp pax bona sit, intulit: *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam*: hoc est, pp uirtutẽ, pro aliorũ tutela, pro pietate. Iustitiã.n. oẽm animi disciplinam semp dicere conuenit. *Beati eritis, cùm uos exprobrauerint homines, & persecuti fuerint, & dixerint omne malum aduersus uos, mentientes propter me*. Gaude D
te & exultate, siue uos fascinatores, siue seductores, siue pniciosos, seu qcqd aliud uocauerint, inqt, beati eritis. Quid his mirabilius p̃ceptis, cũ ea q̃ fugiũtur ab alijs, hæc esse dicat desiderabilia: mẽdicare.s. & lugere, pati p̃secutionẽ, & malè audire? Verũtamen & dixit, & psuasit nõ duob. & decem, & uiginti, & centum, milléue hominib. sed ẽt toti terrarũ orbi. Et audientes onerosa & grauia, multorumq; cõtraria consuetudini, consternabãtur turbæ: tanta uis erat dicẽtis. Verũtamen ne cogites quòd malè simpliciter audire beatos facit, duas posuit definitiones, cũ & propter eũ, & cũ falsa fuerint dicta. Quoniã si defuerint, ista, nõ modò non erit beatus, uerũ & miser male audiens. Deinde rursus p̃mia cõsidera: quoniã merces Mat.5.d.
uestra multa est i cœlis. Tu uerò licèt p singulas beatitudines regnũ nõ audias donari, noli cõtristari. Nã etsi retributiones differenter appellat, oẽs tamen in regnum introducit: etenim dicẽs, Cõsolabuntur q lugẽt, & misericordiã cõsequentur misericordes, & deũ uidebũt mundi corde, & filij dei uocabũtur pacifici: nihil aliud per hęc oĩa, nisi cœleste regnum insinuat. His.n. potientes, illud omnino consequentur. Ne so- E
lorum itaq; spiritu pauperum præmium esse censueris, uerùm & esurietiũ iustitiam, & mitium, & aliorũ oium similiter. Propter hoc.n. in oĩbus beatitudinẽ posuit, ne sensibile quicquã expectes. Nec.n. beatus esset, qui coronã acciperet, quæ cum p̃senti uita sit resoluenda, & umbra uelocius prętercurrit. Cũ uerò dixit, quòd merces est multa: subdidit & aliã cõsolationem, dicens: *Sic enim persecuti sunt prophetas qui fuerunt ante uos*. Quoniã.n. illud regni futurũ erat, & in expectatiõe manebat: hinc eis præbet consolationẽ, ex eorũ qui ante ipsos pasi fuerant, cõmunicatione. Nã ne putetis quòd cõtraria sentientes & promulgãtes hæc patiamini, uel quòd malarũ sitis disciplinarũ doctores, ab eis pelli debeatis. Nõ.n. ex dictorũ malitia, sed ex audientiũ uitio insidiæ sunt atq; pericula. Vnde neq; uos malè patientes calũniantur, sed illos malè agẽtes: & his oẽ superius tps attestatur. Nec.n. prophetis iniquitatẽ & impiam opponentes sententiam, hos quidẽ lapidib. obruerunt, hos expulerunt, hos innumeris inuoluêre malis, ne uos hoc pturbet: ex eadẽ.n. sententia faciunt & hęc omnia. Vides qũo sensus eorum erexit, eos propè Mosen cõstituens & Heliam, & similes? sic & Paulus ad Thessalonicenses F
scribens ait: Vos enim facti estis imitatores ecclesia- 1.Thes.2.
rum dei, quæ sunt in Iudæa: nam & uos eadem pasi c.
estis à popriis cõtribulibus, sicut & illi à Iudæis, q & ipsum dominũ interfecerunt Iesum, & proprios prophetas, & uos persecuti sunt, deo nõ placẽtes, & omnibus hominibus aduersantes. Quod quidẽ & Christus hic fecit, & in aliis qdẽ beatitudinibus dicebat: Beati paupes & misericordes. Hic non indefinitè ip- Mat.5.a.
sum posuit, sed ad ipsos sermonẽ conuertit, inquiẽs: *Beati eritis, cùm uos exprobauerint homines, & dixerint omne malũ uerbum*. Ostendẽs quòd ipsorũ, hoc est potissimum peculiare, & super oẽs alios dictorum hoc propriũ. Simul aũt & dignitatẽ suam hic insinuat, & parem cũ eo qui se genuit honorem: ait.n. Sicut illi pp patrẽ, sic & uos hæc propter me patiemini. Cũ uerò dicat, prophetas q fuerũt ante uos, & ipsos quoque prophetas iã factos ostẽdit. Deinde declarãs, qđ hoc eos maximè adiuuat, reddit q̃ splendidos: nõ dixit, quòd malè qdẽ dicẽt, & psequẽtur, ego autẽ hoc

G prohibebo. Non.n.in hoc quòd malè nõ audiatur, sed quòd malè audiẽtes generosè ferãt, & ipsos conuincant p opa, securitatem ipsis uult esse. Hoc.n.illo lõgè maius est, sicut pcussum mali nihil ferre, multò maius est, q̃ non percuti. Sciẽtes itaq; lucrũ ex hmõi studio, & negligẽtiæ periculum: nam perditione nostra multò peius est, quòd dominus noster pp nos, uitãq; nostrã blasphematur: sine offensione fiamus Iudæis & Gentilib. & ecclesiæ dei, uitãq; pstantes. Sole splẽdidiorẽ. Et siquis detrahere uoluerit, nõ quòd malè audiam°, sed quòd iustè nobis detrahatur, dolentes. Nã si nequiter qdẽ uiuamus, licèt sit q uitupe ret nemo, oĩbus tamẽ erimus miseriores: si uerò uir tutis curã geramus, licèt terrarũ orbis maledicat, tũc oĩbus beatiores erimus, & oẽs saluari uolẽtes attrahemus. Nec.n.malorum detractionẽ, sed uitæ uirtu tẽ intuebũtur. Omni nãq; tuba clarior est per opera uirtutum exhibitio, & ipsa luce splẽdidior est mũda uita, licèt innumeri sint q calumniẽtur. Si nãq; cũcta p dicta habeam°, & mites ac humiles simus, atq; misericordes, mũdiq; ac pacifici: & malè audientes non reddamus cõtumeliã, uerũ & gaudeamus, nõ min° q̃ signis uidẽtes attrahemus: & libẽter oẽs ad nos ue H nient, siue bestia, siue dæmon, siue quilibet qspiã sit. Improbus.n.dæmon, cũ se nihil obeuntẽ uiderit, iam abstitit, ueritus ne sit nobis plurium causa coronarũ. Illo aũt digresso, licèt aliquis scelestus sit, atq; corruptus, illa caligine sublata, uirtutẽ agnoscet. Si uerò & hoies decipietur, à deo laudem habebimus, admirationẽq; maiorẽ, in ipso Christo domino nostro, cui gloria competit omnis, honor & adoratio, nunc Matt.5.c. & semper, & in secula seculorum, Amen.

In illud Matt. Qui fecerit, & sic docuerit, maximus uocabitur in regno cœlorum: homilia vij. Incerto interprete.

Vum nobis pro officio cõpetat dicere, uobis aũt conueniat pro deuotione audire: qd tã necessariũ, tã pertinẽs poterit utriq; contingere, q̃ ut quòd religiosẽ dicitur, & deuotè audiatur, & obsequijs cõpetentibus teneatur? Nã si religiosa nõ tacere lucrũ est, tacere dispẽdium: quãtò potiora lucra poterunt prouenire, cùm orationib. monstratur, quicquid magisterijs cœlestib. & discitur, & tenetur? Par.n.causa & discentẽ, & audientẽ cõstringit: ut utriusq; professio factorũ significatione signetur. Et I q̃uis sit dissimile doctoris, discentisq; officiũ, tamen utriusq; par eẽ debet sanctarũ legũ obsequiũ: ut iungantur factis, q separãtur officijs: copulẽtur ope, q diuersi sunt noĩe: & quos uocabula ab inuicẽ separãt, eos obseruãtia pceptorũ fideliter ac deuotè coniungat. Quare sic fit, ut utriusq; sit diuersus act°, sed obseruãtiæ par sit necessari° utriusq; effectus: ut factorũ in ambobus cõspiret assensus, quib. diuersus est i uocabulis sonus. In doctore.n.molesta est causa docere, nec facere: pcipere, nec obseruare: in discente uerò audire uelle, quod nolit implere: aures qd auditui cõmodare, & ab ope uoluntatẽ auertere. Etenim q facit, qd docet: & q, qd imperat, cõplet: maxim° in cœlestib. sententia domini declaratur. At uerò q, qd dicit, negligit: & q, qd audit, contemnit: salutis reus existit: qa obseruãda contempsit, & picula nõ uitauit. Amat.n.mortẽ, q uitæ pcepta nõ seruat: & horret uitã, q peccata morti debita, despata mẽte frequẽtat. Vt.n.p obseruantiã legis, uita acquitur: ita p contemptum, mors à cõtumacibus inuenitur, dicẽte domiMat.19.e no: Si uis in uitã uenire, serua mandata. Ita.n pfectus doctor liber est à discente, quẽ docuit: ut discipulus K cõtemptor inexcusatus erit, q faciẽda didicit, & cõtẽpsit. Nã & doctor ecõtrario grauiº affligetur, & obsequẽtis discipuli exẽplo plectetur: q faciẽda alijs tradidit, q̃ ipse nõ fecit: ut nec à discipulis, quos docuit, potuisset ediscere: ut qbus doctrinę tradiderat magisteriũ, nec ab iisdẽ factorib. mutuaretur exemplum. Neq;.n.perfectio in legum est notitia cõstituta: cùm scriptũ sit, Nõ.n.auditores legis iusti sunt apud deũ, Rom.2.b sed factores legis iustificabuntur. Neq;.n.inquã, is religiosus & sanctus est, q nouit legẽ cessantib. factis: cùm expediat facere, q̃ docere nec facere: quia molestũ est docere, & nõ facere. Vos amici mei estis, inqt, Ioan.15.b si feceritis, q̃ mãdo uobis. O magna bonitas, cui cũ pro cõditione reddere debeamus obsequia: utpotè serui domino, famuli deo, subiecti poteti, mancipia redẽptori: amicitiarũ tamen nobis prẽmia repromittat, ut à nobis obseqa debita seruitutis extorqueat: ut quos sibi seruire cõspicit spontè, ad beneficiorum possit promissiones inuitare: & quorũ uolũtates à se cõspicit alienas, mẽtes eorũ prædmiorũ liberalitatib. cõstituat suas. Nã unde frequẽter aut inuitat pmio, aut terret supplicio, nisi ut benignitatis consilio, à se L formato homini cõsulat? redẽpto prouidet: ut q nõ terretur supplicio, iuitetur pmio: & quẽ metus à peccato reuocare nõ põt, promissionũ benignitas possit. Cupit.n.ẽt nocẽtib. subuenire, desiderat misereri peccãtibus. Siqs peccauerit, dignos fructus exhibeat Luc.3.b pœnitẽtis. Inuitus.n.in reos uindicat, ẽt si dei idulgẽtiam miserantis contẽnant. Amat.n.corrigi peccatores, q in uitã nõ in mortẽ, à principio cõstituit hoies. Ipse.n.sibi infert interitũ, q medẽtis domini contẽpsit Mala.3.b cõsilium. Reuertimini, inquit, ad me: & ego reuertar Exe.18.g ad uos. & iterũ, Nolo mortẽ peccatoris, tantũ cõuertatur, & uiuat. Non uult dominus in quẽq̃ dominari mortẽ: nõ uult in pœnã deduci hoiem, quẽ in uitam cõstituit. Cæterũ homo ipse, se dignũ efficit morte, q nõ paruerit legi. Odit uitã, qui diuinã contẽpserit disciplinã. Nã cũ dominus qd uellet, quidue nollet, hoi demonstraret: ea ipsa docuit, q̃ obseruãti uitã, contẽnenti afferũt mortẽ. Ita.n.de contẽptu uita nõ poterit prouenire, ut de obseruãtia mors euenire nõ possit: ut iã hõ, qd uoluerit, mereatur: & ex eo qd meruerit, iudicetur: ut hoc tantũ in hoĩs uolũtate cõsistat, q sibi ex qualitate uitę meritum, qd haberet, inuenit. M Quare his solicitè perpensis, id est unde salus, unde periculũ nascatur, salutis cõmoda de legis obseruantia teneam°: & periculorũ incõmoda de legis contẽptu, ut prouidi, caueamus: ut dũ tenẽtes prospera, & pellẽtes aduersa, i cõspectu domini iuenimur, ab ipso cũ oĩb. sãctis ad ęternа gaudia prouehi mereamur, q̃.

Ex capite Matthæi. v. in festo sanctorum Ioannis & Pauli, homilia viij. Incerto interprete.

(Amẽ.

N illo tempore, dixit Iesus discipulis suis: Audistis Mat.5.d i quia dictum est antiquis: Diliges proximũ tuũ, Lev.19.d & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico uobis, Diligite inimicos uestros: benefacite his qui uos oderunt, & reliqua. Per omnia uult nos dominus in pręceptis suis esse perfectos. Nam dudum in lege præceptum est, Diliges amicos, & odies inimicos. Sed populo carnali, & terreno secundum tempus data ista Leui.19.c præcepta sunt. Sicuti & illud: Oculũ pro oculo, dentem pro dente. Nunc aũt euangelica populo traduntur pcepta, cœlestis ac pfectæ iustitiæ, ut inimicos diligamus, odiẽtes amemus: pro calũniantibus, ac pro Exo.21.c

A psequẽtibus oremus, ut uerè filij dei esse mereamur, q pro misericordia sua indiscretè sup bonos ac malos, iustos atq; iniustos, uitę pśentis beneficia cœlesti dono largitur. Ad huiusmodi pcepta euangelica custodiẽda ẽt p Esaiã hortatur nos sanctus spiritus, dicens: Audite uerbũ domini, q timetis nomẽ eius. Dicite fratres his q oderũt & abominantur, ut domini nomẽ magnificetur, & appareat illis in iucunditate eorũ, & illi cõfundãtur. Vnde non immeritò Dauid Psal.7.b. in Psalmo testatur, dicẽs: Domine deus meus si feci hoc, si reddidi retribuẽtibus mihi mala, decidã meritò ab inimicis meis inanis. Beat° quoq; Iob idipsum Iob.31.c. ita cõmemorat, dicẽs: Qui si gauisus sum in delicto inimici mei, si dixi in corde meo, bene factũ est, audiat auris mea maledictionẽ. Hæc aũt euãgelicæ gratiæ pcepta, q̃ nunc ad salutẽ hominũ data sunt, inue nimus p mãdata legis in aĩalibus formata, cum dici- Exo.23.a. tur: Si, inqt, uideris bouẽ inimici tui sub onere ruisse, non ptransibis, sed eleuabis eũ. Vtinã tunc in lege Mosi unusquisq; in aĩalibus disceret, quod cũq; secun dum euangelium facturus esset in homine. Et meritò sequitur: *Si diligitis eos, qui uos diligunt, quã mercedẽ* B *habebitis? nónne & publicani hoc faciũt? Et si salutaueri* Matt.5.g *tis fratres uestros tãtũ, quid amplius facitis? nõne Ethnici hoc faciũt? Estote ergo et uos perfecti, sicut et pater uester cœlestis perfectus est.* Ostẽdit dominus meritũ nos pfectæ dilectionis habere nõ posse, si autem diligamus eos, qbus uicẽ nobis repẽdi dilectionis mutuę nouetimus, cũ huiusmodi dilectionẽ ẽt Gentibus, ac peccatoribus scimus esse cõmunẽ. Vnde uult nos dominus cõmunẽ legẽ dilectionis humanæ lege dilectionis euãgelicę superare: ut nõ solũ circa eos, qui nos diligũt, sed etiã circa inimicos & odiẽtes nostri amoris ostendamus affectum, ut uere bonitatis, ac pietatis paternæ in hoc imitemur exemplum. Et addidit: *Attendite, ne iustitiã uestram faciatis coràm hominibus, ut uideamini ab eis:* & reliqua. Ab oĩ iactantia inanis gloriæ, atq; humanæ cupiditatis uult nos esse dominus alienos, ut opus iustitię nostrę nõ hoc studio faciamus, quo hominibus placere uelimus, sed soli deo, à quo expectamus meriti nostri mercedẽ. Amittit.n. meritũ iustitię apud deũ, q idcirco iustè uult uiuere, Galat.1.b ut gloriã humanæ laudis acquirat. Vnde Apostolus ait: Si adhuc hominibus placerẽ, Xpi seruus nõ essẽ. C Dehinc ait: *Cùm facis eleemosynã, nolt tuba canere ante te:* & reliqua. In oĩbus nos dominus ad pfectæ fidei glĩã doctrina cœlesti cõformat. Supius docuit opus iustitiæ non pp hoies, sed pp deũ esse faciendũ: nunc quoq; iubemur eleemosynã faciẽtes tuba canere nõ debere, ieiuniũ nõ promulgare qd facimus. Non.n. est deuotæ mentis in dei rebus aliqd opari, ut gloriã humanæ laudis expectet. Plerique.n.ideo aliquid in usum pauperũ largiuntur, ut inanem laudẽ hominũ, & famã seculi de facultate mercentur. Quos operis sui mercedẽ in hoc seculo recepisse dominus manifestat: quia dum hanc gloriam seculi quærunt, mercedẽ futuræ promissionis amittunt. Et addidit dominus, dicens: *Vt sit eleemosyna tua in abscõso, et pater tuus qui uidet in abscõso, reddat tibi.* Volẽs opus misericordię nõ esse publicũ, sed occultũ: id est, ut non pp hominũ laudẽ, sed pp deum tantũ operemur, à quo expectamus cœlestẽ gloriã, & futuræ retributionis mercedem. Huius aũt fidelis operis eleemosynæ sub religiosæ taciturnitatis silentio Salomon ecclesiã collau Cant.1.c dans olim protestatus est, dicens: Speciosę sunt genę tuæ sicut turturis, pp taciturnitatẽ tuã. Hanc.s.tra- D citurnitatem, de qua ait dominus: *Nesciat sinistra tua,* Matt.6.a *quid faciat dextera tua.* Sed nõ hic dominus de humani corporis manibus, qbus nec uidẽdi, nec loquendi ullus est sensus: sed in manu dextra aut sinistra hoies significantur. Deniq; scriptũ legimus in libro Regũ manum hoies significare, cũ dicitur: Nónne decẽ mihi manus sunt intra hoiem? id est, decẽ tribus in Israel. Vnde nõ dubiũ est in dextra manu hoies significari iustos, in sinistra uerò peccatores intelligi. Secũdũ quod Salomõ retulit: Partes dextræ nouit dominus. Peruersæ autẽ sunt, q̃ sunt à sinistris. Huius autẽ dex- Pton.4.d træ ac sinistræ intelligentiã dominus in euãgelio aptissimè manifestat, cũ iustos à dextris, peccatores uerò à sinistris collocãdos esse declarat. Hæc ergo dextra iustorũ, si qd secundũ pceptũ domini operatur, iubetur sinistra nescire. id est, qd fideliter opamur, ac religiosẽ, iubet ut in conspectu sanctorũ, & infidelũ hominũ non iactemus. Verũ si qd nõ humanæ laudis studio ẽt corã religiosis fratribus fideliter fecerimus, nõ potest opus deuotionis ac fidei, fratribus iactantia iudicari ante deum, ac saluatorẽ nostrũ, qui est benedictus in secula. Deinde ait: *Et cùm oratis, non* E *eritis sicut hypocritæ tristes.* Ad omnẽ nos iustitiæ cœlestis, ac fidei pfectionẽ dominus instruit. Vult.n.nos sine hypocrisi, sine aliquo studio humanæ laudis esse, opus diuinæ religionis implere. Prohibemur nãq; hypocritarũ more orationes nostras oĩbus iactãter ostẽdere, ne meritũ gratiæ amittamus. Dominus.n. non simulatã, ac iactantẽ, sed simplicẽ orationẽ, ac fidelẽ reqrit. Et ideo clauso ostio: id est, intra cordis & conscientiæ ipsius secretũ, à domino iubemur orare, ut ab eo q secretorũ & occultorũ est cognitor, recipiamus orationis occultę mercedẽ. Religiosę.n.mẽtis est, deũ non uoce, uel sono uocis, sed deuotione animi, ac fide cordis orare. Secũdũ qd Dauid in psalmo testatur, dicẽs: Dicite in cordibus uestris, & in cu Psal.4.a. bilibus uestris cõpũgimini. Inuenimus deniq; i libris Regũ, Annã illã sanctissimã huius euãgelicę doctri- 1.Reg.1. næ pcepta implentẽ. Nã cùm sine aliquo uocis sono in cordis sui secreto, in conspectu domini fideliter orãs, desiderij sui preces effunderet, statim exauditi meruit à domino. Sic & Danieli cũ tribus pueris occultè semp orãti, interpretationẽ somnij, & reuelatio Fi nũ secreta dominus scire cõcessit. Cornelius quippe Dan.2.3. necdũ pceptis euãgelicis eruditus, dũ i cubiculo suo &.4. secretè fideliter oraret, meruit uocẽ angeli sancti lo- Act.10.a quẽtis audire. Quid de Iona dicimus, q nõ modò cubiculo, sed utero belluæ clausus intantũ orãs meruit Ion.2.a. exaudiri, ut de profundo maris, & de uẽtre tã ímanis beluę incolumis, & uiuus euaderet? Exauditus aũt à deo est, nõ qa uoce, sed quia fide clamabat. Et ideo clamor uocis nõ est opus i oratione ad deũ, quẽ scimus secreta cordis ituri, sed clamor fidei, ac religio sę mẽtis deuotio. Vnde nõ imeritò in sequẽtibus do Matt.6.b minº ait: Orãtes aũt nolite multũ loq, sicut Ethnici. Ethnici.n.hoies putant multiloquẽtia uerborũ facilius se à domino posse ipetrare qd postulãt. Sed hoc à nobis dominus non expectat, sed uult potius, ut orationem nostrã nõ uerbositate sermonis, sed fide cordis, ac iustitię meritis cõmendemus. Et utiq;, qui melius nouit oĩa q̃ nobis necessaria sunt, & uniuersa q̃ postulaturi sumus, antequã loquamur, agnoscit. Quantũ deniq; distet inter multiloquacẽ, & humilẽ, ac simplicẽ orationem, in pharisęo illo, & publicano

G habemus exẽplum. Nã phariſæi iactantis ſe, multilo
Luc.18.c. quẽtia uerborum reprobatur oratio: publicanus ue
ro humilis, ac ſummiſſus, pro peccatis ſuis ueniã po-
ſtulans, iuſtificatior iactãti ſe phariſæo deſcendit. In
Eccl.35.d quo cõpletũ inuenimus id qd ſcriptũ eſt: Oratio hu-
milis nubes penetrabit. Peruenies ad deum, q oran
tis precem audire conſueuit, qui eſt benedictus in
ſecula, Amen.

*De fugiendis iuramentis, & quòd deo gratias agere debe
mus, licèt in paupertate degamus. ex Matth. cap. v. uide in
ultimo tomo, ad populum Antiochenum, homilia xxxviij.*

De oratione dominica, Homilia. ix.

Incerto interprete.

Γ *uetus exemplar habet,* Dominicaᴿ oratio expontificali doctrina ele
d ctis ad fidẽ debetur. Et qa debitũ ex debito
à nobis exigitur, ultrò uobis reddimus ore,
Annua uobis dominica &c. q̃ à nobis exigitis corde. Oratio dominica ita data
eſt credẽtibus, ut opibus & moribus cõueniat: & ne
in multiloqo incurreremus peccatũ, collectè uoluit
domin⁹ noſter Ieſus Xp̃s diſcipulos ſuos orare. Alia
eſt. n. propria oratio, alia dominica. Vos ergo q acce
Eccl.18.c. piſtis orationẽ in cõfeſsione, aſsignãdã deo, debetis
H corde credere, opere perficere. Dictũ eſt. n. Ante ora-
tionem p̃para teipſum. Quid eſt, Ante orationẽ pre-
para teipſum, niſi expoliatus cogitatione praua, ſic
accedas ad dominicã orationẽ? Sic ergo orabis, *Pa-*
Mat.6.b. *ter noſter qui es in cœlis.* Magna dignatio patris, magna
et Lu.11.a dignatio creatoris, ut creaturã captiuatã peccatis fa-
ceret liberã, ille q aſcendens in altum captiuã duxit
Ephe.4.b. captiuitatem, dedit dona hominibus. Ergo uide, qs
rogas, quid rogas, quẽ rogas. qs? homo. qd? indulgẽ
tiam. quẽ? deum. Ergo patrem noſtrũ dicimus deũ.
Nõ q̃rit iſte pater propriè ſe uni dare, & alij ſe negare:
ſed quo dicimus noſtrum, ſic & nos debemus effici
ipſius. Qui ſerui eramus, facti ſumus liberi: cæci, uidẽ
tes: febrientes, ſalui. Quia ergo pater & mater carnis
huius creauerunt nos, ille ueniẽs dignatus eſt regene
rare nos. Ergo patrẽ deũ habemus, ad honeſtatẽ pa
tris ambulate, in uolũtate eius proficite, ut eius pro-
miſsionem accipiatis. Indignũ eſt. n. ut ſi aliquis ſit
adulter, bilinguis, inordinatus, ſubdolus, malè agẽs,
à fide recedẽs, tepidus i religione, ſine ſtudio uiuẽs,
captiuatus errore, dignus ſit dici filius, aut ille aude-
I at dicere, Pater. Ergo habete charitatẽ dei, ut ſit i uo
bis cor & aĩa una, ut dignè dicatis ei, Pater noſter. &
uidete ubi uocatis patrem, utiq; in cœlo. Ideo clama
mus i cõſpectu ſacrificij, Surſum corda. Vbi cõfeſsio
Coloſ.3.a noſtra tenetur, cor quotidie ibi repſentetur. Cũ con-
ſurrexeritis cũ Xp̃o, q̃ ſurſum ſunt, q̃rite: ubi Xp̃s eſt
in dextera dei ſedẽs, ut cum fiducia dicatis, Pater no
ſter, q es in cœlis. Seqtur oratio, *Sanctificetur nomẽ tu-
um.* Quę eſt iſta ſanctificatio dei, niſi ut ſanctis mori-
bus uiuẽtes in nobis deus ſanctificetur? Nã quicunq;
puro corde & pacifico cũ oĩbus hominibus uiuit, lo
quitur ueritatẽ in corde ſuo, & doloſè nõ agit ſub lin
Matt.5.b gua ſua: in hoc uidẽtes hoĩes bona opa, clarificãt pa
trẽ q eſt in cœlis. Dixit ipſe dominus noſter, Sancti
Leu.19.a eſtote, qa ego ſanctus ſum. Quid eſt, Sancti eſtote, ni
& 20.b. ſi p̃cepta mea iplete, uolũtatẽ meã facite, in uijs meis
ambulate? Cum iſta feceritis, ſanctificatur pater no-
ſter, qui eſt in cœlis. Sequitur, dicẽs, *Adueniat regnum
tuum.* Neceſſaria poſtulatio, quãdo fragilitatẽ carnis
noſtrę regit rector & creator noſter. Aduenit regnũ
Pſ.142.a eius, ſed i nobis, nõ ad iudiciũ, ſed ad redẽptionẽ. Nã
quæ cõſcientia eſt, quæ ſit præparata ad regnum il-
lud iudicij? Et quare dicebatur, Ne intres i iudiciũ cũ K
ſeruo tuo, quoniã nõ iuſtificabitur in cõſpectu tuo
oĩs uiuẽs? Ergo qũo intelligimus, Adueniat regnũ tu
um? Adueniat, id eſt, in me ueniat, ut & ego efficiar
rex regens limũ carnis meæ, terrã meã q̃ fuit maledi-
Ibidẽ.2.c ctа, ſpinis & tribulis plena. Ideo dictũ eſt: Et nunc re-
ges intelligite, erudimini oẽs q iudicatis terrã. Qui iu
dicat terrã carnis ſuę, rex eſt carnis ſuę: Sed nõ poteſt
homo regere carnẽ ſuã, niſi rectᵉ fuerit à rectore ſuo.
Gal.5.c Nã quãdiu cõcupiſcit ſpiritus aduerſus carnem, caro
aduerſus ſpiritũ: qa hęc duo ſibi inuicẽ aduerſantur,
ut nõ ea q̃ uolumus faciamus, nõdũ uenit regnũ dei
in nobis. Sed quãdo ſubdita eſt caro ſpiritui, aduenit
regnũ dei in nobis. *Aduenіat ergo regnũ tuum, fiat uo-
luntas tua ſicut in cœlo et in terra.* Quæ eſt uolũtas ei⁹,
Ioan.5.c niſi domin⁹ dei filiᵘs, q ait patri, Nõ ueni facere uolun
tatẽ meã, ſed uolũtatẽ eius q miſit me? Quę eſt uolũ
Ibidẽ.17. tas eius, niſi quòd dominus cecinit patri, Pater hoc
d. uolo, ut ubi ſum ego, & iſti ſint mecũ? Quæ eſt uolũ
tas eius, niſi obedietia, charitas, humilitas, mãſuetu-
do, benignitas, caſtitas, longanimitas, pudicitia, ſim
plicitas? Hę uirtutes ex uolũtate dei deſcẽdunt. Quid L
eſt. *Fiat uoluntas tua?* In aia mea, & in carne mea, i cœ
lo mẽtis meę fiat uolũtas tua, in carne corporis mei
impleatur uolũtas tua. Eſt & alius ſenſus, Fiat uolũ
tas tua ſicut i cœlo & i terra: Sicuti angelis tuis, quos
Pſ.103.a feciſti in ſpiritu: Quia tu facis angelos tuos ſpiritus,
& miniſtros tuos ignẽ urẽtẽ. Ita dona nobis ſpiritua
liter uiuere, qũo angeli q carnẽ nõ habẽt, ut fiat uo-
lũtas tua ſicut in cœlo & in terra. *Panem noſtrũ quoti-
dianũ da nobis hodie.* Magnus iſte panis, q replet mẽtẽ,
& nõ uentrẽ. Iſte panis & noſter eſt, & angelorũ: iſte
panis mãducatur, & nõ finitur: iſte panis totũ mun-
dũ replet, & iteger manet. De ipſo comedimus, inde
uiuimus, inde paſcimur, inde nutrimur, inde pueni-
mus. Et tamẽ quotidie illũ q̃rimus, ne deficiat fides
noſtra, ne uires aĩę noſtrę in iſta arcta & anguſta uia
fatigatę nõ pueniãt ad patriam. Ergo domine paſce
nos quotidie pane cœleſti, uerbo tuo ſancto, qđ car
nẽ fieri uoluiſti, ut habitaret in nobis. Ipſe panis eſt,
q fractus eſt illis ambulãtibus in uia, quẽ agnouerũt
Luc.24.c in fractione panis. Quid eſt. n. frãgere panẽ, niſi ſecre
tũ apire, agnoſcere deũ & hoĩem? Ergo domine da
M nobis iſtũ panẽ quotidianũ. Nã primo mater eccle-
1.Cor.3.a ſia ex uberib⁹ doctrinę ſuę lacte potat, dicẽs, Lac uo
bis potũ dedi, nõ eſcã: nõdũ. n. poteratis, ſed nec ad-
huc qdẽ poteſtis, adhuc. n. eſtis carnales. Accipe lac,
ut puenias ad panẽ: accipe orationẽ, ut puenias ad p
Luc.2.b fectionẽ. Ergo panẽ noſtrũ quotidianũ da nobis ho
die. Hodie dei intelligitur, hodie dei noctẽ nõ habet,
hodie dei lux lucis eſt, & fons luminis. Ergo domine
illumina corda noſtra, ut mereamur quotidianũ pa
nẽ. Hic modo uerſiculus q ſeqtur, magnã habet cõdi
ditionẽ, magnũ nobis incutit timorẽ. Excutite ergo
pigritiã de ais ueſtris, nõ eſt res leuis q̃ audituri eſtis.
Seqtur dicẽs, *Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos
dimittimus debitoribus noſtris.* Quæ ſunt debita? fortè
cautionũ debita, fortè aliqd debem⁹ deo. Quid debe
mus deo, niſi imaginẽ & ſimilitudinẽ eius ſeruare il-
leſam? Quid deb emus deo? honore mutuo p̃uenire.
Sunt alia debita, q̃ debemus deo. Peccauim⁹ illi gra-
Pro.20.b uiter, iniuſtè egimus, iniqtatẽ fecimus. Aut qs caſtũ
ſe gloriatur habere cor, aut mũdũ ſe eſſe à peccatis?
Si dixerim⁹, qa peccatũ nõ habemus, ipſi nos ſeduci
1.Ioan.1.c mus, & ueritas i nobis nõ eſt. Ergo iſta ſunt debita,

quia

A quia non eſt ſine peccato, nec infans unius diei na-
Iob.14.a tus ſuper terrã. Nam qũo poteſt mundus eſſe de im-
Pſa.50.b mũdo conceptus ſemine? quia in iniquitatibus cõce
pti ſumus, & i delictis mater noſtra i utero nos aluit.
Exinde cõtraximus peccata, non tantũ originalia,
ſed & propria commiſſa. De ipſis debitis clamamus:
Dimitte nobis debita noſtra, & profitemur profeſsio
nẽ periculoſam, ut dicamus deo, Sicut & nos dimit-
timus debitoribus noſtris: Ergo dimittis pctã peccã
ti i te, diſcute cõſciẽtiã tuã. Si ſol nõ ſubiit cũ iracũdia
tua, ſi maledicẽtẽ te nõ rema ledixiſti, ſi iniuriã paſ-
ſus non es comminatus: ſi iſta feciſti, in errorẽ te nõ
induxiſti: nec enim deũ fallere potuiſti, qui eſt iudex
conſcientiæ tuæ. Ergo nõ aliqua debita attẽdenda
Rom.13.c ſunt, ſed peccata pecantibus in ſe. Concludat Apo-
ſtolus propoſitionẽ noſtrã: ipſe dixit, Nemini quicq̃
debeatis, niſi ut inuicem diligatis. Ecce ſi diligendo
dimiſiſti, uera erit cõfeſsio tua. Nam conſidera alibi
Eccl.28.a quid dicit, Homo homini ſeruat irã, & à deo q̃rit
medelã. Si uis ergo ut dimittantur tibi à deo q̃ cõmi
ſiſti, dimitte peccãti in te, ne ſi nõ dimiſeris, dicatur
B tibi, Serue nequã & piger, omne debitũ dimiſi tibi,
Mat.18.d quia rogaſti me, & te nõ oportuit dimittere conſer-
uo tuo? & eris nõ dimittendo inutilis ſeruus, & parti
Mar.11.c ceps pœnę perpetuę. Dimittite ergo de cordibus ue-
ſtris fratrib⁹, ut dimittat uobis pater ueſter, q eſt i cę
lis. Vltima eſt iſta orationis ſententia, quã dicturi ſu-
mus: *Et ne patiaris induci nos in tentationẽ, ſed libera nos
à malo.* Quæ eſt iſta tentatio, niſi illa, de qua rogat
1.Co.10.c Apoſtolus, dicẽs: Fidelis eſt deus, q nõ uos patietur
tentari ſuprà q̃ poteſtis ferre, ſed faciet tẽtationẽ etiã
cũ exitu, ut poſsitis ſuſtinere? Tentatio grandis eſt,
fratres chariſſimi, impatientẽ patientia uincere: non
uinci à malo, ſed uincere in bono malũ: cibare inimi
cũ, neceſſaria ei ſubminiſtrare, orare pro illo magna
tẽtatio, magna exagitatio eſt. Eſt alia tẽtatio hæreti
corũ, q colloquio ſuo corrũpũt bonos mores. Eſt tẽ
tatio tertia, quãdo ſe transfert diabolus in angelũ lu
cis, ut decipiat: ut per bonũ operetur mortẽ, ut fiat
ſupra modũ peccator peccans per mãdatũ. Iſta tẽta-
tio eſt, ubi eſt legis prohibitio, ibi eſt magna tẽtatio.
Ideo ergo clamat eccleſia, Ne nos inferas in tẽtatio-
C nẽ, ſed libera nos à malo. Sed qa uiribus noſtris nul
lus poteſt iſta implere, dicamus adiutori noſtro, libe
ra nos à malo. Quid eſt perfectũ malũ, niſi diabolus
princeps huius mundi, & author operis mali? Cũ ab
ipſo nos liberauerit, uerè liberi erimus. Tenete ora-
tionẽ, ut nõ intretis in tẽtationem, & dicite uoce illa
angelica de ueſtra liberatione, Gloria in excelſis deo
& in terra pax hominibus bonæ uoluntatis.

Ex cap. Matthæi. vi. feria. iiij. cinerũ. homilia. x.

Incerto interprete.

N *illo tẽpore dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Cũ ieiuna*
i *tis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes.* Et reliqua.

Sicut in ſuperioribus præceptis, ita quoq; cir
ca ieiunii obſeruationẽ ad perfectę nos fidei meritũ
dominus doctrinæ ſuę mãdatis inſtituit, ut non pp
humanam gloriã, ſicut hypocritæ triſtes faciunt, ſed
propter futurã ſpem, ſoli domino ieiunemus, à quo
expectam⁹ humilitatis huius deuotæ mercedẽ: uerũ
qui ita ieunãt, ut magis hominib⁹, quã deo placeãt,
habẽt quidẽ laborẽ de corporis afflictione, ſed per
inanẽ gloriã mercedem laboris apud deum habere
non poſſunt: qui cũ ſolummodo id cauſa religionis,
ac fidei agere debeãt, humanam potius laudis gloriã
quærere malunt, & ideo ait dominus: *Amẽ dico uobis:* D
perceperunt mercedẽ ſuam. Et unũ quidẽ propoſitum Mat.6.b
uidetur eſſe ieiunij, tam eius qui deo tantũ deuota
mẽte ieiunat, quã etiã illius qui ieiunans hominibus
placere deſiderat. Sed diſtat gratia ieiunantiũ, quam
uis utriuſq; ſimile propoſitũ uideatur. Atque idem
ieiunũ labor, non tamẽ idem fructus eſt, nec eadem
retributio meritorũ. Longè enim differt ille, qui pro-
pter deũ ieiunat, ab eo qui propter homines ieunare
proponit: quòd huic pro mercede laboris cõpẽſatio
fit laudis humanę, illi pro deuotione humilitatis me
ritũ gloriæ in futuro ſeruatur. Sic quoq; & orantium
habitus, ſecundũ propoſitũ quidem non differre ui
detur, ſed ſecundũ animi fidem, & mentis affectum
magna eſt diſtãtia meritorũ. Aliud eſt enim, ut ſupe
rius dictum eſt ſub expectatione laudis orare, aliud
ad hoc tantũ orare, ut orationis ſuæ à deo retribu-
tore expectẽt mercedẽ. Similis cauſa eſt circa omnẽ
obſeruãtiã diuinæ religionis. Vnde nõ immeritò do-
minus omne ſtudiũ laudis, atq; humanę iactãtię uo
lens à nobis abeſſe, docet nos quedmadmodũ ipſi
religioſo animo, ac deuota mente placeamus, dicẽs: E
*Vos aũt cùm ieiunatis, ungite caput ueſtrum, & faciẽ ue-
ſtrã lauate:* & reliqua. Vt, ſi fieri poteſt, opus religioſi
ieiunii, & ipſius corporis atq; animæ afflictione uul
tus hilaritate uelemus: cuius rei exempla ẽt ſecundũ
hiſtoriam præterito tpe legimus præoſtenſa. Nã ſan Iud.9.&
ctiſsima Iudith, cũ magno mœrore pro populo eſ- 13.a
ſet afflicta, poſt ſolẽnitatẽ triduani ieunii capite unc-
to, & lota facie, ita internæ afflictionis triſtitiã texit,
ut ſimulato gaudio lætari hoſtibus uideretur: ac ſic
dum lætitia uultus ieiunii texit, de hoſte triũphũ ui
ctoriæ reportauit. Similiter Eſther ſanctiſsima, dũ lo Eſth.4.d
ta facie, & capite uncto, poſt triduanũ ieiunii intel- &.7.e
ligi à rege nõ potuit, Amã illũ populi ſui inimicũ ini
quiſsimũ interemit. Quid de Daniele, ac de trib⁹ pue- Dan.1.a
ris dicimus, qui in tanta abſtinentia inter tot adole-
ſcentes, qui cibis regalibus paſcebantur, ſoli uultu
cæteris gratiores inuenti ſunt? Sed quia id ſcdm lite-
rã diximus, quid etiã ſecũdum ſpiritalẽ intelligentiã
ſentiendum ſit, uideamus. In unctione capitis, miſeri
cordiã ſignificari cognoſcim⁹. Vnde ungere caput
proximo eſt miſericordiã facere: quæ miſericordia F
in pauperẽ facta, refertur ad deũ, qui caput uiri, ſe- 1.Co.11.a
cundũ Apoſtolũ, intelligitur, ipſo domino dicente:
Quandiu uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Mat.25.d
In cuius miſericordię uice, diuina retributione, uelut
quodã oleo cœleſti perfundimur, ab eo qui ait: Bea- Mat.5.a
ti miſericordes, quoniã ipſis miſerebitur deus. Nouit
hãc cœleſtis olei i capite unctionẽ ẽt ſanctus Dauid,
cũ dicit: Sicut unguentũ quod deſcendit in barbã. In Pſa.132.a
facie uerò lauãda, emũdati corporis, ac ſyncere cõ-
ſciẽtiæ puritas ſignificata cognoſcitur. Vnde lauare
faciẽ, hoc eſt ab omni ſorde peccatorũ, & ſqualore
delicti faciẽ cordis noſtri, & ipſam cõſciẽtiã mũdã p-
ferre, ut uerè lætitiã cœleſtis gaudij, & hilaritatẽ ſan-
cti ſpiritus in nobis habere poſsim⁹. Ac ſic fit, dũ ſub
hac fidei deuotiõe deo potius, q̃ hoĩbus ieiunamus,
à deo q occultorũ eſt cognitor, accipimus retribu-
tionis mercedẽ. Hoc. n. ait dominus: Ne *pareatis homi-
nibus ieiunãtes:* & reliq. Si ergo ſemp uis caput unctũ
gerere, & mũdã faciẽ cordis habere, iuxta domini di
ctũ, inſiſte fideliter operib⁹ miſericordię, inſiſte deuo
tioni ieiunij, ut placere domino merearis. Deinde ait: Eſth.4.d
Nolite, inquit, *theſaurizare uobis theſauros in terra:* & re

Universidad de Deusto Biblioteca

Gliqua. Prohibet nos dominus in terra thesaurizare, ubi oĩa infirma sunt & caduca. Contrariũ est. n. fidei ac saluti hos terrenos thesauros expetere, diuitias seculi q̃rere, facultates mũdi sectari, quas possunt & tineæ corrũpere, & ęrugo absumere, & fures rapere: quas quicuq; magis i terra thesaurizare uoluerint, q̃ in cœlo, thesauros illos æternæ, & cœlestis uitæ habere nõ possunt, dicẽte ipso domino: Quoniã diues
Mat.19.c difficilè intrabit in regnũ cœlorũ. Similiter &
1.Tim.6.b apostolus: Nã qui uolunt diuites effici, incidũt in tẽtationẽ, & muscipulã diaboli. Recordemur illi⁹ diuitis, q omnẽ gloriã suã in seculi thesauris, atq; deliciarũ suarum constituit: qui cũ propter affluẽtiam frugum, de ampliandis horreis cogitaret, atq; animæ suæ delicias opũ, & securitatẽ longæ uitæ promitteret: non dicã surripiente fure, hæc quæ cõgregauerat, perdidit, sed ipsam animã sub eadẽ nocte, qui thesaurizabat, amisit. Vnde nõ immeritò Dauid ipse testatus est, dicẽs:
Psa.38.b Thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea. Cogite-
Mat.10.c mus & illũ adolescentẽ, qui cũ propẽ omnia præcepta legis impleſſet, q̃ thesauros magis terrenos habuit, quã cœlestes: uitæ ęternę thesaurũ obtinere nõ
Psal.61.c potuit. Et idcirco bene Dauid ait: diuitiæ si affluãt, nolite cor apponere. Perire possunt, sed in cœlo recõdi, ubi nulla aduersa dominantur, ubi fures nõ effodiunt, nec furantur, id est diabolus & angeli eius. Nõ tinea, nec ærugo exterminat, id est peccata quę huic seculo dominãtur. Quemadmodũ aũt hunc thesaurũ in cœlo reponere debeamus, ipse dominus in euã
Mat.19.c gelio manifestat, dicendo ad illũ adolescentẽ: Vade, uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurũ in cœlo. Huiusmodi ergo thesauros, q̃ æterni sunt, & incorrupti, q perire nõ possunt, p̃ opera iustitiæ, per pietatis ac misericordiæ merita iubemur i cœlo recõdere. In cœlo. n. recõditur, quicquid secũdũ fidẽ scripturæ, in usum pauperũ erogatur, di-
Prou.19.c cẽte scriptura: Qui dat pauperi, deo fœneratur. Vn-
& Eccle. de & sub apostolis credẽtes, memores huius domi-
29.a nici pręcepti, thesaurizasse sibi inuenimus in cœlo, q uenditis uniuersis rebus suis terrenos thesauros ad regna cœlestia trãstulerũt. Et ideo addidit dominus
Mat.6.c dicẽs: Vbi fuerit thesaurus tuus, ibi erit & cor tuum.
I Quia si in cœlo semp bonis operib⁹ thesaurizamus, ubi oĩs spes & salus nostra est, ubi nobis uita æterna reposita est: i terra licèt positi, cor tamẽ in cœlo sẽper habemus. Verũ nõ potest cor in cœlo habere, q cupiditate seculi captus, thesaurizare sibi in terra maluerit. Meritò & sanctus Apostolus, & diuites seculi quemadmodũ hũc thesaurũ cœlestẽ consequi possint, hortatur dicẽs: Diuitib⁹ huius seculi pręcipe nõ
2.Tim.6.d superbè sapere, neq; ponere spem suã in incerto diuitiarum sed in deũ uiuum, qui præstat nobis abundanter omnia ad fruendũ. Benefaciant, diuites sint in operibus bonis, facilè tribuant, cõmunicent, thesaurizẽt sibi in futurũ, ut apprehendant uerã uitam, ab eo qui est author uitæ & immortalitatis æternæ, cui laus & gloria in secula seculorum, Amen.

Mat.6.b *De lectione euãgelij, ubi dictũ est: Nolite esse sicut hypocritæ pharisæi exterminãtes facies suas, ut uideãtur ab hominibus ieiunãtes: homilia. xi. Incerto interprete.*

Eries lectionis euãgelicę nobis plurimũ pręf stitit desideriũ loquendi de uerbo sanctitatis, de sanctis admonitionibus, de malorum morib⁹: ut & suos ædificaret, & inimicos exprobraret. Dicebat facta phariſeorum hypocritarum, & cor de ficto adstantiũ: quo magis hominibus uellẽt placere, q̃ deo. Increpabat illos, admonebat suos. Nam isti alieni à Christo, qui dicebãtur hypocritæ & pharisæi, uolebant uideri ab hominibus, & non à deo: receperunt mercedem laudis humanę, & non uitę ęternæ. Nã isti stabant in platæis orantes, ut uiderentur ab hominibus. Videte, quantus ibi fuit plausus cordis, delectatio laudis humanę, superbię odiositas. Dixit enim quidã sapiens: In propria laude odio- ,,
Psa.118.a sa iactatio. Aequè dictũ est: Non te laudet os tuum, sed laudet te os proximi tui. Et ipse dominus ostendens formã humilitatis, dixit: Si ego perhibeo testimoniũ de meipso, testimoniũ meũ non est uerũ. Ergo isti stabant in platęis orantes, ut uiderẽtur ab hominibus, ẽt appetentes primos accubitus in cœnis. Tuba canebant, ut eleemosynas facerẽt. Quã odiosum est, quã peruersum est, quã fœdum, quam inordinatũ opus? Nolite imitari superbiam pharisaicam. Stabant ad orationẽ, sed non stabant. Si starent: humiles essent corde, non superbi. Multi stare se putãt, q cadere se nesciũt: nec ideo dolẽt casus suos, quòd non uideant, quia cadunt. Multi putant in malis operibus iustitiam se tenere, & simplex cor habere. Hodiẽq; sunt Christiani, qui nomẽ habẽt tantùm, opus non habent, qui propẽ talia agunt qualia pharisæi. Appetunt laudes humanas, timẽt detractiones, gaudent lucris, contristantur damnis, mendacio numũ acquirunt, impiè agunt, calumnioſe multa rapiunt: non iudicant neque uiduę, neque pupillis, sed magis opprimunt has personas: peregrinos contemnunt, nudos despiciunt, pauperes non intendunt. Isti quid spectant in futuro, nisi illam sententiã, de qua dixit dominus: Esurui, & non dedistis mihi manducare: Mat.25.d
sitiui, & non dedistis mihi bibere: nudus eram, & nõ cooperuistis me: in tribulatione, & non estis me consolati: infirmus, & non uisitastis: in carcere, & nõ uenistis? Isti tales unã sententiã audituri sunt: Ite in ignẽ ęternũ, cuius non erit finis. Nam uide, scriptura sancta quid dicat: In mensura, qua mensi fueritis: in eadem remetietur uobis. Aequè alio loco dicit scriptura. Quod tibi fieri non uis: uide, alij ne feceris. Euangeliũ clamat, Quę uultis, ut faciant uobis homines: Mat.7.b
eadem & uos facite eis. In tantis sagittis testimoniorum, quale est cor durũ, quod non doleat? In tantis compunctionibus, in tantis increpationib⁹, clamat dominus: nemo audit. Non tacent prophetę, non tacent apostoli in paginis sacris, non tacẽt sacerdotes in admonitionibus. Quid dicturi sunt tales in futuro? Nunquid excusabunt se de ignorantia? nunquid excusabunt se de negligẽtia sacerdotũ, de taciturnitate? ibi solus fletus erit & stridor dẽtiũ. Quid facturi Luc.13.f
sumus, q nõ possumus nocte surgere, facere eleemosynã, ne uideamur ab hominibus? Interdiu potest ne fieri ut non uideatur homo faciens eleemosynã? Tu te noli uideri, & nõ te uidet alius. Tu ad aucupandã laudẽ humanã hoc noli facere, & nullus te uidet. Sed dic in corde tuo tẽpore suggestionis, tẽpore laudis humanæ, dic deo tuo: Dedimus tibi de tuo: quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Nihil habemus, quod nõ acceperimus. Et si accepimus, quid gloriamur, quasi nõ acceperimus? Quod damus, ex donis 1.Co.4.b
tuis damus, nõ ex laboribus nostris. Ipse dedisti, ut demus. Nihil tunc agit inimicus, nisi fortè pulset cor Christianum, ut dicat: Nemo tali pietate plenus est. Iam magnum meritum habes ante deum. Totum

A diuidis pauperibus, nihil tibi reseruas. Nudũ uestis, egenũ sine tecto inducis in domũ tuã, esurientem cibas, sitientẽ potas, consolationem subministras tribulationẽ passo. Ista numerat in corde, ostentãs falsa, ut uera subripiat. Sed econtrario repellatur de cor de talis suggestio: nõ ingrediatur in animã sanctã & dẽo dedita, impugnetur, repudietur, repellatur: & di-
Psa.115.a catur, Quid retribuã domino, pro oĩbus q̃ retribuit mihi? Paucos dies hoc facio, & uitã æternã accipio. Pensa inimice dies meos, & uitã perpetuam, & uide si est cõparatio ad hoc, quod finitur ad illam, q̃ non finitur. Cũ ista dixeris tempore suggestionis, concutur inimicus, repellitur. Mouetur in corde pietas, merces acquiritur. Ante deum perueniens illęsus, ingredieris in gloriam, intrabis in gaudium, requiescens cum angelis, uidebis facie ad faciem deũ, sicuti est: dices in choro illo angelico, Hagios hagios hagios, sine cessatione: requiescẽs à laboribus, exultabis in sempiternũ. Quis ad tantã promissionẽ nõ festinet? Quis ad tantũ desideriũ non applicetur? Quis in ista caduca uita remaneat segnis, cũ tanta sint munera
B dei? Descende, ut ascendas. De cœlo descendit filius dei, ut nos ascenderemus. Quantũ se humiliauit usq; ad mortem crucis, ut totũ acquireret mundũ? Si ille hoc fecit indebitè: nos quare non reddimus debitũ?
Psal.75.b Audite orantem prophetam & dicẽtem: Vouete & reddite domino deo uestro. Reddite, quod accepistis: accipite, quod non habetis. Quid est, quod dixi: reddite, quod habetis? Habes pietatem, fac pietatẽ. Habes numum, compara cœlũ. Habes uestimẽtum, indue nudum uestimento. Das hospitium, accipies mansionem in cœlo. Vide si est comparatio. Das corruptibiles, das temporales: accipis æternas. Das tẽ dimissuras res, accipis in ęternum possidendas. *Tu autem cũ oras (hoc sequitur euangelium) intra in cubiculum tuum: & ostio clauso, ora patrem tuum in abscondito: & pater tuus, qui uidet in abscondito, reddet tibi.* Magna persuasio, magna doctrina, magnum lumen intelligentiæ. In cubiculum intras, & claritatem inuenis: taces, & audiris: gemis, & respiceris. Confiteris, & indulgentiam accipis: pulsas, & aperitur tibi: quæris, & inuenis. Cæterũ quid significat, Intra in cubiculum
C tuum? Nõ intra parietes, sed in cubiculum cordis: ibi discute conscientiam tuam, ibi uide actus tuos. Cõsidera uitam tuam, quid egisti in cogitationibus, qd in factis, quid in dictis, quid in cupiditatibus, quid in suggestionibus, quid in illusionibus, quid in phantasijs, quid in misericordijs, quid in imaginationibus. Cõ-
Psa.37.b sidera ista, intra in cubiculum tuum. Profer non nescienti sed scienti, nõ lingua sed gemitib⁹, & dic deo tuo: Ante te est omne desiderium meũ, & gemitus meus à te non est absconditus. Et ille, qui uidet in abscõdito, reddet tibi: nõ pro malo opere, sed pro credulitate, sicut scriptum est: Si crediderit is, & intelligetis. Istas sentẽtias, quas in euãgelio audiuimus, propitio deo exponendas nõ tacuimus. Diximus, ut audiatis: clamauimus, ut cõpũgamini: exposuimus, ut intelligatis. Nodos absoluimus, obscura illuminauimus, debitũ reddidimus. Si audieritis nos, uos securi eritis. Si aũt nõ audieritis, merces uestra uos manet. Damnatio non audientes subsequetur. Tenete pacẽm, tenete charitatem, habete humilitatẽ. Psallite, intelligite, spiritu & mente orate. A cogitatione terrena recedite, ut cũ ista feceritis: non temporalẽ, sed æternam uitam inueniatis, Amen.

Tomus secundus.

In illud Matthæi, Cauete à pseudoprophetis: homilia. xij. Incerto interprete. D

Mnibus notum est clementissimi dei curam
o in hominis semper salute consistere: quippe qui semper monuerit, ut iudex: ut magister, docuerit: suos semper ut benignus, instruxit. unde nec patrẽ agnoscit, qui monita tanta contemnit: nec magistrũ intelligit, qui documenta salubria negligit: nec ad deũ se pertinere cognoscit, qui eius benignas institutiones aspernatur ac respuit. Qui quidẽ conteptor ac perfidus dignè pro patre, experietur ultorem: pro magistro, iudicem: sentiet pro benigno, cẽsorẽ. Nec. n. poterit excusari, cui nec paterna admonitio profuit, nec magistri doctrina perstitit, nec institutio diuina persuasit. Quaptopter ut ingratus filius, ut cõtumax discipulus, & benignitatis tãtę alienus, cũ profanis & externis iudicabitur. At cõtrà, qui patrẽ agnoscit, qui magistrũ intelligit, qui benignũ deũ salutari institutione perſenserit: obedientis filij, diuinæq; benignitatis compos, munere æterno gaudebit. Quare si credimus deũ prouidentẽ & iustum, & prouidentis iussa seruemus, & iustitiam iudicis ue E
reamur. Domini uox est: Cauete à pseudoprophetis, qui ueniunt ad uos in uestimẽtis ouium, intrinsecus aũt sunt lupi rapaces. Ex fructibus eorũ cognoscetis eos. Cauete, inquit, prophetas falsos, ut iubeo: cauete illos, qui interiorẽ sæuitiã innocẽtia uestitus occultant, qui ouium indumento cõtecti, qd profitẽtur, infamant: qui aliud docent, q̃ faciunt: aliud agunt, q̃ dicunt: aliud exhibent, q̃ uocãtur. Hi sunt, qui, quod execrantur, admittunt: qui quod prohibent, faciũt: &, quod faciendo pręcipiunt, operũ simulatione dissoluunt: apud quos innocẽtia culpatur, & culpa pro innocentia ducitur: apud quod peccare iustũ est, & iustitiam exercere nephandũ: apud quos promereri delinquere est, & delicta admittere promereri est. Vbi certant facta cũ dictis, dimicat doctrina cum factis: ubi alia sermonibus sonãt, alia operatione confirmant: ubi studiũ nullum est, nisi ut innocentibus pœna, reis gloria tribuatur. Luporũ genus quãtò est omnibus bestijs inferius, tãtò malitia & crudelitate deterius: quantò subtilius, tantò nocentius: quantò submissius, tantò peius. Et incessu humiles, sed actu F
nocẽtes: uestitu simplices, sed malitia sæuiores: aspectu mites, sed immanitate crudeles. Et tamen lupi uigilante pastore, ouibus nocere non possunt: tradito res uerò nec ouibus, nec pastoribus parcunt. Qd uocantur, debellant: quòd profitentur, impugnãt: Christianos, quòd se esse nolunt, simulant, malitioſè insestant. Malunt. n. dici, quod non sunt: ut in alijs damnent, quod faciunt. Optant se crudeles existere: quia se non possunt innocẽtibus sociare. Nam si mihi sceMat.7.c
lestorum coniunctio nocere nõ posset, uel societas Lupo seuior est hæreticus
talium perniciem allatura non esset: detestarer eos, quos domino execrabiles cernerẽ. Quia nunquam seruus cũ inimico domini, impugnè poterit habere consortiũ: nec miles cum imperatoris sui hoste, sine pœna potest inire consilium. quiduis ex rerũ natura sic se habet, ut quoties bonus malo coniungitur: nõ ex bono malus melioretur, sed ex malo bonus cõtaminetur. Diuersitas enim rerum, nunq̃ potest habere consortium. Vt enim paria sui semper æqualitate iunguntur: ita contraria copulari non possunt. Amaritudo nunq̃ dulcedinem patitur, nec lux aliquando tenebris sociatur. Vt. n. huiusmodi disparata, naturã

Gsui cõseruant:ita coniuncta amittunt, qđ fuerant, dicente domino:Nõ põt arbor bona fructus malos facere, neq; arbor mala fructus bonos facere. Quare aut inserantur, si uolunt salutares fructus afferre:aut secũ soli remaneant, ut ariditates suas gehennæ ignibus dedãt. Dominus suos persecutione passuros præ
Mat.5.a dixit. Beati, inquit, eritis, cũ persecuti uos fuerint. Si, q persecutionẽ patiuntur, beati sunt:qui faciunt, quid sunt? quare si persecutionẽ pateris, Christianus es: si psecutionẽ facis, inimicus & hostis. Et unde frustra tibi Christianũ nomẽ imponis, q Christũ in eius seruis persequeris? Affectas uocari, qđ operũ simulatione mẽtiris. Nomẽ tuum, Christianũ sonat:sed facta Antichristũ monstrãt. Sub noie, nomen impugnas: sub lege, legẽ debellas. Persequeris fidẽ, quã te profiteri simulas: nec te iam in aliquo occultas, ut lateas: qui proditus es, qđ latebas. Licuit Sodomis inter inquinatos & turpes, Loth sanctissimũ habitare: Christianos uerò cũ traditoribus morari nõ licuit. Licuit Israelitis in Aegypto legib⁹ paternis insistere, quippe cũ nemo eos ad illicita, nemo ad prophana figmẽta
H compulerit. Vbi.n.nasci nõ licuit, ibi tamen uti diuinis legibus licuit. Helias sanctissimus uiduæ ministerio pascitur: à traditoribus uerò, dei seruis uictus pa
3.Regũ. 17.b bula denegãtur. Babylonia pueros contaminari suis
Dan.1.a cibis nõ patitur: at isti familias dei sacrilegio cõtaminare nituntur. Danielẽ leones libẽter hospitio susce-
Ibid.6.e perũt: & isti dei seruos proprijs hospitijs uiolẽter exEt hoc in uos ò Lutherani lupi. cludunt: ut quantò in bestijs laudatur humanitas, tãtò in istis crudelitas detestetur. Igitur magnum mihi cõpendium datũ est, magna uia ostensa, magna materia attributa. Ex fructibus, inquit, eorũ cognoscetis eos. Spinæ, inquit, uuas non generãt: tribuli ficus
Mat.7.c nõ faciunt. Actus sunt, q hominũ fructus ostendũt, Totum.n.malitiæ est, quicquid in eo cõsistit: ut, qđ est, celet: quod nõ sit, se esse simulet: quẽ si intellexeris, uitas: quẽ si noueris, caues. Fur.n.sic accedit, ut lateat: quoniã si agnitus fuerit, furari non poterit. Indiciũ.n.mentis, operatio est hois: quoniam factis ostẽditur, quicquid cordis secretò cõcipitur. Tandiu.n. latet, qđ intra secreta uiscerũ cõditur, quãdiu factorum testimonio cõprobetur. Adeò quicquid cogita
I tur, innocuũ est, si careat effectu: licèt cogitatio mala cogitãti iam obsit, etsi alij nocere nõ possit. Et tamen occultũ nõ est, quicquid cõscientia teste cõmittitur: qa etsi alterius notitiã fallit, fallere tamen seipsum non poterit. Discedite, inquit, discedite inde, & exite de medio eorũ, q domini uasa portatis. Discedite, quotquot tẽplũ dei iam estis. Discedite, ne malo-
Esa.52.c rũ consortio collatã uobis gratiã polluatis. Discedite, ne qđ sanctificauit Christus polluat diabolus: aut qđ mundauit deus, cõtaminet inimicus. Inuitate bonis actibus deũ, execramini in persecutorib⁹ diabolũ. Amet in uobis mẽtis munditiã Christus. Puritatẽ cordis, cũ in uobis uiderit, gratuletur oĩpotẽs deus. ut positis accipere, qđ promittitur: facite quodcũq; iubetur.

Dominicæ.xviij. Post Pentecosten. homil.xiij. Incerto interprete.

Mat.9.a N *illo tempore, ascendens Iesus in nauiculã transi fretauit, & uenit in ciuitatem suam.* Christum in humanis actib⁹ diuina gessisse mysteria, & in rebus uisibilibus inuisibilia exercuisse negotia, lectio hodierna monstrauit. Ascẽdit, inquit, in nauiculam, & trãsi etauit, & uenit in ciuitatẽ suam. Nõne ipse est qui fugatis fluctibus maris profunda nudauit, & Israeliticus populus inter stupentes undas K
Exo.14.e sicco uestigio uelut montiũ concaua trãsiret? Nõne Mat.14.d hic est qui Petri pedibus marinos uortices inclinauit, ut iter liquidũ humanis gressibus solidũ præberet obsequium? Et quid est quòd ipse sibi sic maris denegat seruitutẽ, ut breui laci transitum sub merce de nautica trãsfretaret? Ascendit, inquit, in nauiculã, & transfretauit. Et quid mirum fratres? Christus uenit susc̃ipere infirmitates nostras, & sua nobis cõferre remedia sanitatis: quia medicus qui non infert sanitatẽ, curare nescit: & qui nõ fuerit cum infirmo infirmatus, infirmo nõ potest conferre sanitatẽ. Christus ergo si in suis mansisset uirtutibus, cõe cum hominibus nihil haberet: & si nõ implesset carnis ordinem, carnis in illo esset ociosa susceptio. Sustinuit ergo has necessitates, ut homo uerus humanis necessitatibus probaretur. Ascendit in nauiculã Christus, ecclesię nauẽ, seculi fluctus semper mitigaturus ascẽdit, ut credentes in se ad cœlestẽ patriam tranquilla nauigatione perducat, & municipes ciuitatis suæ faciat, quos humanitatis suæ fecit esse consortes. Non
L ergo naui Christus indiget, sed nauis indiget Christo: quia sine cœlesti gubernatore nauis ecclesiæ p. mundanũ pelagus, & per talia, & tãta discrimina ad cœlestem portum nõ ualet peruenire. Hæc diximus fratres, quantũ ad intelligentiam spiritalem, uerũ ipsius historiæ ordinẽ prosequamur. Ascendit, inquit, in nauiculam, & transfretauit, & uenit in ciuitatem suam. Creator omnium deus posteaquam se propter nos nostra angustauit i carne, cœpit habere humanam patriam, cœpit ciuitatis Iudaicæ esse ciuis, parentes habere cœpit, parentum omnium ipse parens, ut inuitaret amor, attraheret charitas, uinceret affectio, suaderet humanitas, quos fugarat dominatio, metus dispersẽrat, & fecerat ius potestatis extor
Mat.9.a res. *Venit in ciuitatem suam, & obtulerunt ei paralyticũ* Mar.11.a *iacentem in lecto. Et uidens*, inquit, *Iesus fidem illorum, di* Luc.e *xit paralytico: Confide fili, dimittuntur tibi peccata tua.* 5.d.
Mat.16.c Audiuit ueniam, & tacet paralyticus, nec ad illam respondit gratiã: quia plus ad corporis q̃ animæ tendebat curam, & temporales ærumnas resoluta corporis compage fic deflebat, ut æternas pœnas resolutionis animæ non defleret, gratiorem sibi præsentẽ uitam iudicans, q̃ futuram. Meritò Christus offerentium fidem respicit, & uecordiam respicit sic iacẽtis, ut fidei alienæ suffragio, paralytici anima antè curaretur, q̃ corpus. Respiciẽs, inquit, fidem illorum. Cer
M nitis in hoc loco fratres, deum non quærere insipientium hominum uoluntates, non expectare ignorantium fidem, nec infirmi stulta desideria perscrutari, sed ob alterius fidem subuenire.

De conuersione Matthæi, homilia.xiiij. Incerto interprete.

Mat.9.b Vltæ tempestates, inquietudo aëris, sed desi
m derium concursus uestri potuit non impediri. Multæ tentationes, sed laborem uestrũ non dissoluerunt. Non cessat impugnari ecclesia, nõ cessat insidias pati, sed in nomine Christi semper superat, semper uincit. Et quantùm alij insidiantur, tãtùm ista dilatatur. Et fluctus quidem illiduntur, sed fundamentum, quod supra petram est, non quassatur. Per diem doctrina, in nocte uigiliæ. Labor uester non quærit requiem, sed coronam. Nox contra diem certat. Ibi congregatio, & hic collectio: nox per platæas ecclesiam operata est, desiderium uestrum

A strum igne uehementius est. Nõ indigetis exhortatione, nõ quæritis monitorẽ: spõtè properatis, uolũtatiè concurritis. Quis nõ stupeat? quis nõ miretur? Non solũ qui erãt, perseuerarunt: sed qui non erant, adũcti sunt. Talia quippe tẽtationis lucra cõsuerũt. Sicuti.n.pluuia in terrã descendens eleuat semina, sic
Mat.16.c & tribulatio animã intrans erigit desiderium. Sermo enim dei est immobilis, quia portæ inferi nõ præualebunt aduersus eã, qui impugnat, seipsum dissoluit, & fatigat, ecclesiã aut fortiorẽ ostendit: qui aduersãtur, uirtutẽ suam destruit, nobis uerò per patiẽtiam coronas operatur. Iob & ante tẽtationes præcipuus erat, sed postea melior apparuit: nec tantum bonus erat, cùm illæsum haberet corpus, sed multò melior ostensus est, cũ ex corpore uermes, & sanies defluebat. Nunq̃ formides tentationẽ: si animã præparatã habes, nõ nocebit tribulatio, quia tolerantiã operabitur. Sicut.n.aurũ in camino nõ læditur, sic nec stabilem animã tribulatio nõ nocebit. Quid operatur caminus? aurũ mundat. Quid operatur tribulatio? tolerantiã, ampliorẽq; patientiam. Absc̃indit.n.desi-
B diam, & coadunat animã, & sobriorem reddit. Vbi sunt nunc q tribulant? Nusquã comparent. Platæas circũeo, & neminẽ illorum uideo. Folia erant, & uento flante dispersa sunt: paleæ erãt, & aspirãte aura raptæ sunt, & purũ remansit triticũ: plumbũ erant, & liquefactũ est, & aurum remãsit purissimũ. Quis eos pepulit? quis proturbauit? Nullus hominũ, sed pro-
Gen.4.d pria cõscientia præliante. Post peccatũ quippe senserũt qđ fecerint. Nã & in Cain quãdo cogitabat interficere fratrẽ suum, ardebat animus: cũ aũt consummauit fratricidium, gemens & tremẽs erat super terram. Quòd si conatus horũ effectũ non habuit, attamen uolũtas in crimine est: & quantũ ad malignitatem illorum, homicidia perpetrarunt, sed nobis pp dei clementiam uita concessa est. Hæc dico uoluntatis uestræ desideriũ arguens, ut nunq̃ paueatis tentationes. Petra es, ne timeas fluctus. Super hanc petrã, inquit, ædificabo ecclesiã meam, & portę inferi non præualebunt aduersus eã. Quãuis deforis moueant bella, & deintus timorẽ incutiant, nauẽ Iesu submergere nõ possunt. Sed ut nõ omne tẽpus in illorũ crimina expendamus, tradentes eos tortori cõscientię
C ipsorum, tanq̃ carnifici gula liuoris pulsante, ut corruãt in desiderijs suis, & fugiant nemine persequẽte: redeamus ad consuetũ studium, & debitã apponamus mensam. Nec.n.iustũ est omne tẽpus ad inimicorũ crimina occupare, & filios esuriẽtes relinquere. Hesterna igitur die beatus nobis Paulus epulũ prępparauit, hodie sanctus Matthæus. Heri blasphemus, hodie raptor: heri persecutor, hodie fraudator. Sed blasphemus non permansit blasphemus, sed factus est apostolus. Et fraudator nõ permãsit raptor, sed euã gelista factus est. Dico & priorẽ conuersationẽ, dico & posteriorẽ imutationis uirtutẽ, ut perdiscas quanta sit cõuersationis utilitas, ut & tu non desperes de tua salute. Doctores.n.& tunc cũ essent peccatores, manifesti erãt, & nunc blasphemus principium malignitatũ. Quid.n.est aliud telonẽũ, nisi legitima rapacitas, uiolẽta fiducia, iustitiæ legẽ habens patrocinãte rapina? Latro deprehensus cõfunditur, iste rapiẽs fiducialiter agit. Sed hic talis & tãtus publicanus, at subitò euãgelista apparuit. Sed forsitan addiscere cupis quemadmodũ, & qua arte. Trãsiẽs, inquit, Iesus,
Mat.9.b uidit Matthęũ sedentẽ in telonæo, & dixit ei: Seque-

re me. O uirtus sermonis. Quasi quiddã intro ut ha- D
mus, & captiuum militem fecit, & ex luto aurũ operatus est. Venit uncinus, & statim exurgens secutus est eũ. In profundo malignitatis erat, & usq; ad uertícem uirtutis cõscendit, ut nobis ostenderet neminẽ debere desperare salutem, quia naturalis malignitas nõ est. Liberi quippe arbitrij nos creauit deus, ut uoluntate nostra cum adiutorio dei qđ uolumus faciamus. Si publicanus es, potes fieri euangelista: si blasphemus es, potes fieri apostolus: si latro es, poteris paradisi colonus effici: si magus es, poteris dominũ adorare. Nec est ulla malitia, quæ pnia nõ soluatur. Et ideo tanq̃ principia malignitatum elegit Christus, ut nemo usq; in finẽ semetipsum despiciat. Noli mihi dicere, perij, qui iam medicũ habes fortiorẽ te, & potentiorem, q̃ infirmitas tua est. Medicũ habes, uoluntatẽ tuam, si uolueris, emẽdantẽ, & potentẽ, & cupientem. Cũ.n.non subsisteres, fecit te: & quia peruersus effectus es, multò magis emundare te poterit. Accepit.n.limũ terrę, & plasmauit hoiem. Dicito mihi, si nosti qũo de terra carnẽ fecerit, qũo neruos, qũo ossa, quomodo cutem, quomodo uenas, E
quomodo oculos, quomodo palpebras, qũo odoratum, quomodo linguam, quomodo pectus, qũo manus, quomodo pedes, quomodo uiscera, qũo singula mẽbra: nõne terra erat, quod iacebat? none una substantia? Et introijt artificis uirtus, & uariam operatus est creaturam. Nunquid nã poteris dicere, quo genere curantur uulnera tua? Vt.n.ignis cùm in uepres, aut spinas immissus fuerit, cõcremat, & cõburit fragilẽ materiam: sic multò magis uolũtas dei nostra delet, & expellit peccata, & radicitus auulsa cõsumit. Sed forsitan dicis: Qũo poterit peccator similis esse sanctis? Noli requirere qua arte, noli scrutari rationẽ, sed crede clementię, & benignitati diuinę. Sed dicis: Grandia sunt peccata mea, & immẽsa scelera. Et quis est sine peccato? Sed ego, inquit, pessimus, & super oẽm hoiem. Sufficit tibi ad placandũ deũ peccare desinere, & benefacere. Dic tu, inquit, Esa.43.d
prior iniquitates tuas, ut iustificeris. Recognosce, quia peccasti: & si agnoueris, initiũ correctionis factum est tibi: suspira, molestus esto, effunde lachrymas. Nec.n.aliud qđ effudit meretrix illa, sed lachry- F
mas pnia sociauit, & ipsa comite peruenit ad fontẽ.

In decollatione sancti Ioannis Baptistæ, ubi tractatur de muliere mala, homilia.xv. Incerto interprete.

Eu me quid agam? unde sermonis exordiũ Mat.14.a
h faciam? quid dicã? uel quid raceam? Non.n. & Mar.
ego tantũ in stupore mentis factus sum, sed 6.c
oẽs qui audierunt euangelij uocẽ, & mirantur mecũ uel Ioannis constantiam, uel Herodis leuitatem, uel impiarum mulierũ seruidã dementiam. Quid.n.audiuimus? Herodes, inquit, apprehẽsum Ioannem posuit in custodia. Quamobrem? propter Herodiadẽ uxorem Philippi fratris sui. Et reprehendã forsitan leuitatem Herodis à miserrimis mulieribus inductã. Quid enim quis dicat, & qũo quis enarret mulierum illarum crudelẽ malitiam? Et quidem ego existimo nullam esse in hoc mundo bestiam cõparabilẽ mulieri malę. Sed nunc mihi de muliere mala sermo est, non de bona & honesta: noui enim multas bonas & honestas in omne opus bonum promptas, quarum me uitam cõmemorare oportet ad ędificationem audientium, & ad honorem bonarum excitandum in mentibus singulorũ: nulla ergo in hoc mun

G do bestia similis est mulieri malæ. Quid inter quadrupedia animalia leone ſeuius? ſed nihil ad hāc. Aut in ſerpētibus qd dracone atrocius? ſed ne hoc qdem iuxta mulierē malā, & linguoſam conferri pōt. Nam & leo & draco in malo inferiores ſunt: teſtificatur
Eccl.25.c huic ſermoni meo ſapientiſsimus Salomō, dicēs: Co habitare leoni & draconi meli⁹ eſt, q̄ cū muliere mala & linguoſa. Et ne putes prophetā in ironia hoc di
Dan.14.f xiſſe, ex ipſis rebus diſce manifeſtius. Danielē leones
3.Reg.21.d in lacu reueriti ſunt, iuſtū uerò illū Nabutē Iezabel interfecit. Cetus Ionam in uentre cuſtodiuit, Dalida
Ionæ.2.a aūt Samſon circumuentū illecebris, raſo ēt capite de
Iudi.16.d formatū alienigenis tradidit. Dracones & aſpides &
Mat.3.a cornutæ Ioannē Baptiſtā in deſerto uiuentē ſubdita feritate tremuerunt, Herodias uerò eidē caput abſcidit, & tanti uiri mortē in pretium ſaltationis accepit.
3.Reg.17.a Heliam corui in monte pauerūt, & Iezabel eū poſt illā reddite per ipſum terris pluuię gratiā perſequeba tur, ut pœnā mortis ei redderet, cuius orationibus depulſa generis humani fame, & ipſa licēt indigna ui uebat. Quid.n. dixit poſt illud admirabile beneficiū?
H Si tu es Helias, & ego ſum Iezabel: hæc mihi faciant
Ibid.19.a dij, & hæc apponant, niſi craſtina hac hora ponam animā tuam, ſicut unius eorū qui interfecti ſunt. Et timuit Helias, & abijt ſcām animā ſuam: & perrexit ī deſertū uiam quadraginta dierū, & cœpit quaſi tædians in defectione animi poſtulare, ut moreretur,
Ibidem. & dixit: Domine deus ſufficiat, iam accipe animam meā, quia nō ſum ego melior ſuper patres meos. Væ mihi, quid ad hoc dicat ille tantus propheta? Timuit
4.Regū.1.d mulierē, qui totius mundi ſtatū, & cœli pluuiā, agri ſpeciem in linguæ poteſtate portauerat: qui ignem è
3.Reg.17.d cœlo eduxerat, & per uirtutē orationis mortuos ſuſcitauerat, hic timuit mulierē, timuit inquā. Nulla.n. malitia æmulari poteſt mulierē malā. Atteſtatur iterū huic uerbo meo, ſapientiſsimus Salomon, Quia nō eſt caput ſuper caput ſerpētis, & nō eſt malitia ſu
Eccl.25.a per malitiā mulieris. O malū ſummū, & acutiſsimū diaboli telum mulier. Per mulierē Adam in paradiſo proſtrauit, & de paradiſo exterminauit. Per mulierē
Gene.3.b mitiſsimū illum Dauid ut necē militis ſui innocentis Vriæ Ethei in epiſtola dolo mandaret, armauit. Per
I mulierē ſapientiſsimū Salomonē in præuaricationis
2.Reg.11.b.c ſacrilegiū præcipitauit. Per mulierē fortiſsimū Samſon raſum inductum, raſumq; cæcauit: & uirtute cri
3.Re.11.c nili & decoris oculis ſpoliatus, ludibrio foret hoſti
Iudi.16.e bus, quibus fuerat antè terrori, cū his captiuus molit, quibus dominabatur inuictus. Per mulierē caſtiſ
Gen.29.b ſimū Ioſeph uinculis alligatū detruſit in carcerē. Per
Mar.6.d mulierē illum totius mundi lucernā Ioannem capite truncauit. Et quid dicā de hominibus? Per mulierem angelos è cœlo depoſuit, id eſt, hoīes ſanctos, q̄ ad cœlum pergebant: per mulierē cuncta oīno proſternit & iugulat, oēs interficit, oēs elidit, repletos ignominia & honore uacuatos. Mulier.n. impudēs nemi ni parcit, nō leuitam honorat, non ſacerdotē reuere tur, non prophetæ defert. O malū omni malo peius mulier mala, ſiue illa pauper ſit, ſiue diues, duplex malum eſt. Si habeat facultates malitiæ ſuæ cooperantes, duplex malū, intolerabilis uipera, immedicabile uenenū. Scio ego & aſpides blandimētis incantantiū mitigari, & leones, & tigres, & pardos domita feritate manſueſcere. Mulier mala etſi iniuriā patitur, etſi honorē accipiat, extollitur: hæc ſi potētis alicuius uxor ſit, nō ceſſat die ac nocte uirū ſuū callidis ſtimulare ſermonibus, blanda nequiter, & importuna uiolenter, donec mentē extrudat, ut ſimilē ſibi faciat maritū: improbis malē ſuadet cōſilijs, ſicut Herodias fecit Herodi. Si uerò pauperē uirū habeat, ip-*Mar.6.d*
ſum quoq; ad iracundias & rixas incitare nō deſinit. Et ſi uidua ſit, ipſa per ſemetipſam oēs paſsim deſpicit, ad oēm audaciā ſpiritu ſuperbiæ inflatur. Timore.n. dei nō refrænat linguā ſuam, nec in futurū iudicium proſpicit, neq; ad deū attēdit, nō amicitiæ iura ſeruare, nō religionis fidem nouit uereri. Nihil eſt ei uirum ſuū tradere ad mortē. Deniq; iuſtum illū Iob *Iob.2.c*
mulier ſua ad mortē tradebat, dicēs ei, Dic uerbū in domino, & morere. O malignitas ineffabilis, uoluntas impia, nō eſt miſerata uiro ſuo, cū uideret omnia eius mēbra atq; uitalia ulceribus ignitis ardētia, carnes eius inuolutas, nō inflexa eſt ad miſericordiam: uidens eū totum doloribus inuolui, & duris cruciatibus conſtrictū agone funereo dimicare, & ululatu lachrymabili dolores ſuos ab intētione laterū tabidorum expreſsis uocibus decātare: nō mitigata eſt affectione mētis uxoris, cū illum quē regali quondā purpura amictū uiderat, tunc cū in aggere ſtercoris L
nudato corpore iacentē uideret, non recordata eſt priſtinæ cū eo cōſuetudinis ſuæ, neq; quanta per ipſum gloria in diuitijs & honorib⁹ floruiſſet, ſed obli ta omniū bonorum, quid ait? Dic uerbum ad domi nū, & morere. O gratia cōiugalis, ô malagma dolori bus leniendis accōmodatum, ô charitatis unanimæ cōſtans fides. Dic mihi mulier, putāsne eū quia ſi te in ſimili tribulatione poſitam ille uidiſſet, tale ad te uerbū potuiſſet emittere, & nō orationibus & bene factis paſſionē tuam abterſiſſet? Nō ſufficiebat illi tēporalis caſtigatio, niſi tu doloribus & uulneribus eius grauior extiteris, q̄ ſempiternam illi blaſphemię peccato adduxeris pœnam? An ignoras quòd omne *Mat.12.c*
peccatū & blaſphemia remittetur hominib⁹: in ſpiritu aūt ſancto blaſphemāti nō remittitur, neq; in iſto ſęculo, neq; in futuro? Vis uidere & aliā huius malitię parem? Da mihi Dalidā. Nam & ipſa fortiſsimū illum *Iud.16.d*
Samſon uirū ſuū nouacula raſum, & uinctū Allophylis hoſtibus in prædā, & ludibriū tradidit: illū cubilis ſui coniugē, cui molliſsimè blandiebatur, cui ſimpli citer adulabatur, quē ſeipſa chariorem habere exiſti M
mabatur, quē heſterno die ut inimica decepit, quē paulò antè callidis malè blanda palpabat illecebris, uelut diligēs, hunc paulò pòſt morti tradebat, indu cens. Et qd dicemus? Quib⁹ odiorū cauſis diſplicuerat uxori? Fortè nō erat ſpecioſus. Et qs eo pulchrior ſub illo tpe uidebatur, q ſeptē crines ſacrato uertice in ſeptiformis gratię imaginē p̄ferebat? An uerò non erat fortis, & contēptu ignauiæ ſpernebatur? Et quis
illo fortior, q leonē terribilē uiātī⁹ ſibi obuiū ſolus & *Fortè, hianti.*
inermis iniectis manib⁹ ſtrāgulauit, & (ut ſcriptū eſt) *Ibid.14.b*
ſicut hœdū caprarū diſcerpſit? Et q una die uetuſtis *Ibid.15.b*
oſsib⁹ aſini cadaueris arēte maxilla Allophylos mille proſtrauit: ſed pterea & ſanctus erat, atq; intātū ſanctus, ut cū ſitiſſet poſt laborē pugnæ, ī loco ſicco de *Ibidem.*
precatus in defectu aiæ ſuę dominum ſtatim ex ipſa maxilla, quā in manu tenebat erūpēte aqua biberit, atq; inde ſitis æſtū ex eodē mortui pecoris oſſe quo uicerat, refect⁹ extinxerit. Et hūc tantū, & talē uirū & pulchritudine, & uirtute, & ſanctitate, uxor ſua ſicut inimicū decipiēs, alligās Allophylis tradidit. Vnde illa mulier illi tā forti uiro pręualuit? unde niſi ingenita illi ſimplicitate bonitatis, & ſuæ malitiæ calliditate?

A non ſōlū enim curioſa, ſed & ſubdola irrepſit in præ cordia mariti ſimplicis, & importunis obſecrationibus, atq; illecebroſis blanditiis fatigatū, arcano illo uirtutis ſuæ martyrio ſpoliauit, atq; ita deraſis crinibus uirtute nudatū funditus euertit: ut quē multa milia hoſtiū armata nō uicerāt, & ab inerme proſtrata corruerant, hunc una muliercula ſine armis dolo malitiæ armata cōuicerit. Propterea hoc annūciat ti bi propheta, & dicit. A cōiuge tua cuſtodi te ne manifeſtes ei cor tuū. Dic.n. mihi q̄ beſtia contra maſculū ſuū talia aliquādo meditata eſt? Quæ draćena uult maſculū perdere? Vel quæ leęna marem ſuum iugulandū tradidit? Vides ergo quia aptè dixit ſapiē-
Eccl.25.c tia, Quoniā non eſt caput ſuper caput ſerpētis, & nō eſt malitia ſuper malitiam mulieris. Et ideo quiſquis habet mulierē malā, cognoſcat quoniā iniquitatum ſuarū portat mercedē: nō caret teſtimonio ueritatis.
Eccl.25.c Audi denuo ſapientiā dicētē, Mulieri malę & iniquæ portio dabitur pro operibus malis. Sed hactenus mi hi de muliere mala ſermo habitus hic habeat finē: oportet.n. nunc uiciſsim cōmemorare & bonas, ma
B ximè propter eas quæ adſunt: bonæ enim fœminæ bonarū uirtutes ſicut proprias intuentur, & illarum caſtos labores ſuas eſſe coronas exiſtimant. Mulier
4.Regū.4.b bona & hoſpitalis beata Sunamitis, quæ uirū ſuum deprecata, manſionē ædificauit Heliſęo, ut prēteriēs & diuertēs ad eos, quod facere conſueuerat, ſecretū haberet refectionis locū: poſuit ergo ei lecticā, ut ſcri ptura declarat, & lucernā & menſam. Lectū uerò nō utiq; uacuum tegumētis, ſed habentē competentia ſtrato indumenta. Et lucernam non ſine oleo, ſed cum ſtuppa & oleo habentem lumē. Et menſam nō ſine panibus, ſed ornatā cibis neceſſariis. Quid autē? Dignè dicimus & beatā illā uiduā, quæ ſuſcepit prophetā Heliam, quam in nullo impediuit rerū inopia, diuitem bona uoluntate, cui non erat neq; frumen tum, neq; uinum, neq; pulmentarium, neq; aliud ullum terreſtris alimoniæ genus, ad paupertatis exhau ſtæ conſolationem. Non ager illi frugifer ſemen panis præbebat, non uinea prædulci fluentibus uuam racemis de uite uberem miniſtrabat, non arbor fructū pomi ſuauiſsimū ramis felicibus afferebat: non
C ei palmo terræ ad arandū locus proprius erat, neq; uel cubiti ſpatiū adminiculabatur: ſed ſemper in tpe meſsis procedens in cāpos, & lento incuruata progreſſu rarasſegetis abſciſſę reliquias ſcrutabatur, & re ſiduas uel caducas progreſsis meſſoribus ſpicas, bre ui gremio colligebat, in quo uelut dimiſſa ſibi æſtimatione numeratā, pro anni ſpatio reponebat anno nā. Ad hāc igitur uenit Helias in tpe famis, quādo tus i defectū, ſiccitate pluuiarū penè aruerat mūdus & inopia ingenti tabefactis animātibus uictū negabat: quando cœlū ęſtiuo igne exaruerat, terra & craſ ſus aer nebuloſis uaporibus caligabat, ſubductiſq; imbribus nubila refrænata pēdebāt: quādo nō herbæ, nō flores, neq; ulla germina pullulabant: quādo flumina tenuata hyemis algore, aluei breuitas agebat, & fontiū uberatos riuos ſol diuturno ardore reſtinxerat. Tūc ergo Helias uir cui totus erat mūdus inferior, ad illā inopē uiduā uenit. Noſtis fratres ſoli tas uiduarū anguſtias, & omiſsis propheta diuitib⁹, qui ēt in tpe famis ſolēt panibus abūdare, deſcēdēs à mōte ad iſtā paupere uenit. Quare ergo uir ille, q in uerbo ignem de cœlo eduxerat, nō ſimiliter ipſe ſibi panes depoſuit? Nunquid non poterat? utiq; poterat.

D Sed nō hoc facit, ne præparata ad bonū opus uidua hoſpitalitatis mercedibus priuaretur, ut & illā modi cum pugillū farinæ, & ſtillicidiū olei more prophetæ ſuſcepti, uiduæ domus multiplicata benedictione rependeret: nō.n. pro ſua tantū requie ad eā miſ ſus eſt propheta, ut ab inope paſceretur: quantū ut egentē paſceret, & ut manifeſtaret occultum in cor de bonę illius uoluntatis affectū. Hoc fecit ēt ipſe do minus, qui poteſt oēs ſanctos ſuos, qui ſunt in hoc mundo per ſemetipſum ſufficienter alere, cōtinet ta mē manū ſuā ab impendio miniſtrandi, ut ad bonū promptas mentes in tpe neceſsitatis de fructibus hu manitatis oſtendat, & animarū affectiones operum qualitate diſcernat. Quòd ſi non fuerint digni, aut uolentes, qui ſanctos dei ſuſcipiant, tunc eos domi-
1.Re.17.a nus, aut ſicut Heliam per aues paſcit in monte ſecre tū, aut per prophetā aliunde tranſmiſſum, ſicut Da-
Dan.14.g nielē in lacu leonū: aut per maritimū animal, ſicut
Ionæ.2.a Ionam per cetū: aut ipſe per ſemetipſum deus paſtor alimenta præſtat, ſicut patribus noſtris in deſerto. Cū enim non eſſent in ſolitudine, qui ſuſciperent fi-
E lios Iſrael, de cœlo manna eſurientibus dominus mi niſtrabat, & de petra aquā ſitientibus educebat: cū ergo in hoc mūdo iuſti & iniuſti permiſti uerſantur, nunc interim ſanctos ſuos tribulationem, & inopiā adeò ferre permittit: quatenus uolentibus opera pie tatis, & humanitatis exercere, gratiā nō abneget dominus, & ſibi per pręſentia, & terrena beneficia theſaurizent ſibi æterna & cœleſtia. Abiit ergo beatus Helias ad illam uiduā præſentibus facultatibus inopē, non amplius q̄ pugillū farinæ habentē. Quo ſum pto, eſſet ſine dubio fame cogēte cū filiis ſuis mori-
3.Re.17.b tura: ad quā ait propheta, Affer mihi, ut bibā modi cū aquæ in uaſculo. At illa mox abeunte poſt tergū eius iterum clamans, ait, Affer mihi & panē in manu tua. Illa ſimpliciter quod habebat cōfeſſa eſt, dicēs,
F Viuit dominus, ſi eſt in repoſitione, niſi hoc modicū farinæ, & exiguū olei. O rem laudabilem, quòd in tā
Ibidem.c ta eſcarū penuria, ipſum modicū, quod ei reſiduum erat, non denegauit: ô deteſtanda & inſatiabilis hominum auaritia. Quanti uerò nunc, qui aurū, & argentum uelut lutum habent: cū rogantur, ut indigētibus opem præſtent, uel ad tempus pro neceſsitate commodent, renuunt, & non habere ſe iurant: aut ſiquādo per multas obſecrationes flectantur, ut p-
Ibidem. ſtent, ſcripturas & cautiones ordinant, & præiudicia quædā ferro duriora confingunt. Et illis mutuantibus manum primū callidis conſcriptionibus ligant, inſuper fideiuſſores, & interuentores fœnoris cōmo dati accipiunt. Illa aūt paupercula noſtra ab una uo ce quod poſtulata eſt, habere nō negauit, palmulā il lā farinę. Et quid ad illā propheta reſpondit? Feſtina,
Ibidem. inquit, & fac ſubcinericiū panem, primū mihi, & po ſtea tibi & filiis tuis. Tentatio erat uerbū prophetæ, probatio cordis, examinatio uolūtatis. Et erat ſicut in libra poſitū prophetæ, & beatę uiduæ cor. Quod in prophetici ſermonis imperio, q̄ſi quæſtionis tormētorū iterrogabatur, & anceps in utrūq; pēdebat, qua urget uoluntatē, ſi ſibi potius & filiis cōſuleret, an prophetæ imperio obediret. Verū illa elegit ſe po tius, & filios ſuos anguſtare, quā dei prophetā renue re, atq; illi potius de inopiæ ſuę reſidua refectione pa rare. Et illa quidē neccū Chriſtū loquētē, ut nos mo nentē, audierat, ita dicentē, Qui ſuſceperit prohetā in nomine prophetæ, mercedē prophetę accipiet: &, *Mat.10.d*

G Qui potauerit sitientē calice aquæ frigidę in noīe di
Ibidem. scipuli, amen dico uobis, non perdet mercedē suam.
Quid est aūt quod propheta ait, festina? nunquid tā
tū esuriebat, ut indifferēter festinatione mulieris in-
digeret? Non utique. Sed doceri illā uoluit prompto
animo, & feruenti spiritu, & hilarē, & manu paratam
ad boni operis effectū, non ex tristitia, & tanquā ex
2.Co.9.b necessitate prębentē. Hilarem enim datorem diligit
3.Regū. 17.c deus. Festina, inquit, & fac primū mihi. Sicut Abrahā
Gen.18.a in angelorū aduentu ad boues festinauit, & uitulū
Ibidem. ad eorū prandium detulit: & sicut Sara festinauit ad
panes subcinericios faciēdos, ut acciperet illū in cœ-
lis absconditū panē: festina, & fac sicut Abrahā ho-
stias deo. Nō primùm tibi, & postea mihi: non sicut
Cain & Ophni, & Phinees, filij Heli sacerdotis: q de-
spiciebant honorē dei, primū sibi sacrificiorū primi-
tias eligētes ex oībus donis, quæ deo offerebātur. Il-
la ergo uidua quod imperatū est ei à propheta, festi-
nāter effecit, & fructū suū festinanter impleuit, proui
dens locupletē esse fructū operantibus in deo repo-
sitū. Propheta uerò prępara tionē uiduę suscepit, gu-
H stauit, locutus est, & domū eius omnibus bonis re-
3.Regū. 17.c pleuit. Hęc, inquit, dicit spiritus sanctus, Non deficiet
farina hydrię, & oleum de capsace, donec det domi
nus pluuiam super terrā. Et quare usq; illud tęporis
finē benedictionis dedit? Necessariò utique. Oporte
bat enim nouā gratiā sicut pluuiā superuenire in ter
rā, & ueterē legē accipere terminū: & consequens est,
opus uerbo. Videtis ergo quomodo hospitalitatis
mercedes benedicta uidua consequenter recepit. Bo
norum enim laborum fructus gloriosus est apud
deum, & incōcussa radix prudentiæ. Audistis ô mu-
lieres malarum mulierum pessimos actus, & bona-
rum glorioſos triūphos: illarū ergo facinora calcate,
harū uerò exempla sectamini: illas execramini, has
uerò imitamini: ut cū sanctarum fœminarū cursum,
& uestigia consecutæ fueritis, in earū choro, atq; cō-
sortio pari gratia annumerari mereamini, gaudētes
& lætantes semper cū Christo Iesu, cui honor & glo
ria in secula seculorum, Amen.

Mat.14.a EIVSDEM IN DECOLLATIONE
sancti Ioannis Baptistæ, in illud Matth. Hero
I *des tenuit Ioannem, & alligauit eum.*
Homilia.xvi.

Odie nobis Ioānis uirtus, Herodis feritas cū
h refertur, cōfusa sunt uiscera, corda tremue-
runt, caligauit uisus, hebuit intellectus, ausu
git auditus. Aut quid constat in sensibus humanis,
quando perdit uirtutū magnitudinē, criminū ma-
gnitudo? *Herodes*, inquit, *tenuit Ioannem, & alligās po-*
Ioannis præconiū. *suit eū in carcerē*. Ioānes schola uirtutū, magisteriū ui
tæ, sanctitatis forma, norma iustitię, uirginitatis spe-
culū, pudicitiæ titulus, castitatis exęplū, pnię uia, pec
catorū uenia, fidei disciplina. Ioannes maior homi-
ne, par angelis legis summa, euangelii satio. Aposto
lorū uox, silentiū prophetarū, lucerna mūdi, prę cur
sor iudicis, Christi metator, domini testis, totius me
dius trinitatis: & hic tantus datur incestui, traditur
adulterę, addicitur saltatrici. Meritò ergo cōfusa sunt
uiscera, corda tremuerūt. At uerò Herodes profana-
uit templū, sacerdotiū sustulit, cōfudit ordinē, teme
rauit regnū, corrupit quicquid erat religionis, quod
legis, quod uitæ, quod morū, quod fidei, qđ disci pli
Herodis feritas. næ perdidit & cōfudit. Herodes sicarius in ciues ī no
biles latro, in socios populatur, ī domesticos prędo,
plebis interēptor, occisor filiorū, in extraneos homi- K
cida, in proprios parricida, inebrians terrā cruore, in
siti sanguinis permanebat. Hinc est quòd Ioānis san
guinē pium in poculo crudelitatis absoluit. Sed ista
lectio iam loquatur: *Herodes*, inquit, *tenuit Ioannē, &*
alligauit eū. Qui uincula soluerat peccatorū, peccato
ris uinculis alligatur, ut uincta uenia locū uenię non
relinquat. *Alligauit eum, & posuit in carcerem.* Herodes
tu adulterium facis, & in carcerem uadit Ioannes?
Sic iudicat sedens in loco iudicis reus, in loco uindi-
cis, innocentiæ persecutor. Rogo ubi rerū facies, ubi
forma, ubi pudor, ubi existimatio publici cognito-
ris? Vbi deus, ubi homo, ubi fas, ubi lex, ubi ipsius
iura naturę? Simul oīa sunt Herodes te agēte, te iudi-
cante, te uiuēte cōfusa. *Tenuit*, inquit, *Ioannē, & alli-*
gans posuit eū in carcerē. Herodes te petit causa, te ar-
guunt uincula, te carcer accusat, te diuulgat produ-
cta in publicū pœna. Ioannes iniuriatur, causam cu-
stodiæ qui requirit, in te inuenit qđ puniat, & in Ioā-
ne quod doleat. Ioānes orbi notus, famæ uirtute co
gnitus, celebratissimus sanctitate, dum attrahit ad
se inquisitores iniuriæ, facit ut tuus cūctis innotescat L
incestus: agit ut te habeat cōfusio publica, quē corri
gere nō uoluit secreta correptio, & priuata. Herodē
Ioānes monitis nō accusatiōe pulsauit, utpote amato
castitatis, quē corrigere uoluit nō perire. Sed He-
rodes facibus libidinis ardēs, perire maluit, q̄ redire,
& uxorē fratris illicitè possidere, & placere captiuis
criminū, innocentiæ inimicis. Odiosa fit semp liber-
tas. Nā uirtus cōtraria uitiosis, sacrilegis exosa sancti *Odiosa quo libertas.*
tas, inimica castitas impudicis, corruptis integritas
pœna, luxuriosis aduersa frugalitas, crudelib⁹ dura
semp misericordia, impiis pietas non ferēda. Probat
hoc euāgelista cū dicit: *Dicebat Ioānes, Nō licet tibi acci* *Mar.6.c*
pere uxorē Philippi fratris tui. Ecce unde Ioānes offen
dit, ecce unde Herodes furit: malos q monet offen-
dit, incurrit odiū q arguit criminosos. Dicebat Ioan-
nes qđ erat legis, qđ iustitiæ, qđ erat salutis, certè qđ
erat nō odij, sed amoris. Ecce qualē cōsecutus est ab
impio pro pietate mercedē. *Volēs*, inquit, *occidere eū* *Mat.14.a*
timuit populū. Facilè deuiat à iustitia, q in causis non
deū, sed hoīes formidat. Huic peccādi differt faculta
tē, nō auferit uolūtatē. Vnde ēt quos suspendit à cri- M
mine, auidiores reddit ad crimen, & æstuat animo
quousq; perficiat qđ cogitat malū. Solus n. dei est ti
mor qui nocentes corrigit, fugat crimina, innocētiā
seruat, perpetē tribuit facultatem. Sed audiamus ip-
sam Ioannis beatissimi passionē: *Die*, inquit, *natalis*
Herodis, saltauit Herodiadis filia in medio triclinio, &
placuit Herodi, & omnibus amicis eius: & iureurādo pol
licitus est dare ei quodcunq; postulasset ab eo. At illa præ-
monita à matre sua, Da mihi, inquit, *in disco caput Ioānis*
Baptistæ. Hæc est mulier antiqua malitia, q̄ Adā eiecit *Mulier, antiqua malitia.*
de paradisi deliciis. Hęc cęlestes hoīes facit terrenos, *Gene.3.d*
hæc humanū genus mersit in infernū, hęc uitā abstu
lit mundo pp unius arboris pomū. Hoc malū quod
homines ducit ad mortē, hoc malū fugit Helias pro
pheta: & cuius lingua clauis facta cœli, tanquā reus
fugit à facie mulieris. Hęc inuenit uerū laborem & *3.Regū. 19.a*
pressurā, quæ nunc occidit Ioannem Baptistam. De-
iicit pueritiā, perdit iuuentutē, illicit & inquietat mor
tuā senectutē. *præmenita*, inquit, *à matre sua. Da mihi*,
inquit, *in disco caput Ioannis Baptistæ*. Libidine æstuās
miscetur ipsa incestui, extinguit lucernam mundi.
Tūc contristatus est rex uehementer, tamē propter iusiurā

A *dum, & recumbentes iussit dari, misitq; & decollauit Ioā*
nem, & allatum est caput eius in disco, & datum puellæ:
puella autem detulit matri suæ. Audistis fratres quan-
ta nata sit de uoluptate crudelitas, de libidine impie
tas: allatū est caput Ioannis in disco, q salutaria moni
ta dabat incestui, mēsa migrat in caueā, in arenā uer-
titur domus, fiūt de pransorib. expectatores. Muta-
O conuiuium diabolicum. tur furore cōuiuiū, fit cibus cædes, uinū trāsit in san-
guinem, finis apponitur in natali, in ortu exhibetur
occasus, cōuiuiū mutatur in homicidiū, organa uer
tūtur in funus, tragœdiæ psonant seculorū. Intrat be
stia nō puella, qrit caput amputare, nō saltare, discur
rit fera nō fœmina, aspergit iubas p ceruices nō capil
los, anfractib. dilatat mębra, fœuitia crescit augmen
tis. Fit grandis crudelitate non corpore, & singularis
fera usq; dum capiat prædam. Fremit ore, dentib. frē
dit, ferrū nō suscipit, sed producit. *Præmonita*, inquit,
à matre sua. De matris peccato dans mugitū abscidit
caput, corpus reliquit truncū. Noua belua q̄ contem
pta corporis præda, caput ipsa truncat ac puasit. Ve
rùm neqs ęstimet de talib. nos uelle declamare. Nos
nō declamare, sed uoluim⁹ clamare, ut festiuit atis ue
B stræ cauta sint gaudia, uestrorumq; natalių lętitia te
neat in exultatiōe mēsurā. Epulis uestris iterfit Chri-
Conuiuiū honestas. stus: in facie prādeatur authoris, honestate cōuiuiū,
natura ipsa q̄ nos producit honoretur, lætitia mēsæ
uestræ pertingat ad pauperes Xpi, familia uestra in-
nocētię tripudiet disciplina. Absit ebrietas, luxus ab-
sistat, fugetur effusio saltatricū pestis, lenocinia can-
torū uoluptatū fomēta, uētris onera, naufragiū mē-
tis, cū Herodiadis cōuiuio abscindātur, ut psens gau-
dium uestrum ad lætitiā ueniat sempiternā. Fratres
hodie sermonē tulimus in Herodem, quia satis audi-
tor intelligit quanta sit gloria martyris, quando mi-
seriam persecutoris audierit. Verūtamen nos conue-
nit scire, quia Ioannes de morte sua natus est, & de
natali suo Herodes mortuus est.

De muliere Cananæa, homilia xvij.
Incerto interprete.

Mat.15.b T egressus inde Iesus, uenit in partes Tyri et Sido
e nis. Et ecce mulier Cananæa à finibus illis egressa
clamauit, dicens ei: *Miserere mei domine fili Da-*
uid, filia mea malè à dæmonio uexatur. Qui non respōdit
ei uerbum. Et accedentes discipuli eius, rogabant eum, dicē
C *tes: Dimitte eam, quia clamat post nos.* Miratur euangeli-
sta. Ecce mulier uetusta armatura diaboli, q̄ hoīem
de paradiso expulit, mater peccati, initiū iniquitatis,
puaricationis materia, ipsa illa mulier uenit, ipsa na-
tura. Noua res, & mirāda. Iudæi fugiunt, & mulier se
qtur. Ecce mulier à finib. illis egressa, rogabat eū, di-
cēs: Miserere mei domine fili Dauid. O p̄clara confes-
sio. Euāgelista fit mulier, deitatē eius, & dispensatio-
nē annūcians. Cōfitetur. n. & dominationē, & incar-
nationē eius. Miserere mei. Vide philosophicā mulie-
ris aīam dicētis: Miserere mei. Nō inquit, habeo con-
scientiā bonorū operū, nec rectæ uitæ fiduciā: ad mi
sericordiā cōfugio, ad tranquillum portū peccantiū:
ad misericordiam cōfugio, ubi cessat iudiciū: ad mi-
sericordiā cōfugio, ubi ineffabilis salus est. Dic mihi
mulier, quēadmodum ausa es, cū sis peccatrix & ini-
qua, accędere ad eū? Ego, inqt, noui qd agam. Vide
prudentiā mulieris. Non rogat Iacobū, nō obsecrat
Ioannē, neq; pergit ad Petrum, nec intēdit apostolo-
rum chorum, nō quæsiuit mediatorē: sed pro oībus
illis pœnitentiam accepit comitem, q̄ aduocati locū
impleuit, & sic ad summū fontē perrexit. Propterea, D
inquit, descēdit, propterea carnē assumpsit, & homo
factus est, ut & ego ei audeam loqui. Sursum in cœ-
lis Cherubin eū tremūt, & Seraphin metuūt: & deor
sum meretrix loquitur cum eo, miserere mei. Nudus
quidē sermo, sed immensitatē salutis cōtinens, mise-
rere mei: propterea, inquit, uenisti, propterea carnem
assumpsisti, propterea factꝰ es, qđ ego sum. O admi-
randa res, sursum tremor, & deorsum fiducia. Misere
re mei. Nō opꝰ habeo mediatore. Miserere mei. Quid
habes opus? misericordiā, inqt, quæro. Quid pateris?
Filia, inqt, mea malè à dęmonio uexatur. Egressa est
aduocatrix filiæ, non affert infirmā puellā, sed defert
fidem deuotam. Hæc intra semetipsam conferens, &
dicens: Deus est ad quē uado. Absentia uidet, occul-
ta inspicit, oīa nouit. Miserere mei, filia mea malè à
dæmonio uexatur. Fletus pessimus stimulus naturæ
uiscera mea disrūpit. Quid faciā misera? Vide pruden
tiam. Non dixit, miserere filię meę: sed, miserere mei.
Illa. n. insensibili passione tenetur, nescit quid habet,
nō sentit dolorē, uelatum cor habet nequissimo spi-
ritu obducēte. Miserere mei, spectatricis diurnorum
malorū, quotidie cruciatus meos uideo. Vbi uadā? E
quò pergam? In eremum ire nō audeo, nec illā solam
relinquere: in domo sedere nō possum, qa itrinsecus
est inimicus. Fluctus in portu sunt, in trāquillitate tē-
pestas est. Et quo noīe eā uocabo, inuenire non pos
sum. Mortuam eam dicā, sed mouetur: uiuā appellē,
sed nescit quid faciat. Inuenire nō possum, quo eam
noīe appellē. Miserere mei. Si mortua esset filia mea,
non talia pateretur. Tradidissem utiq; corpus in si-
num terræ, & tpe euoluto obliuionē malorum ha-
berem, & dolor cōquiesceret: nunc autem mortuū
habeo ptinax corpus, sine sensu uiuum, spectaculū
lamentabile, increscentia per mo mēta uulnera pas-
sionū multiplicata dolorib. Cerno. n. oculos ei⁹ trās-
uersos, aspectum sanguinē, manus intortas, crinem
dissolutum, contortū collum, ora spumātia, inimicū
incidentē, & non apparentem, tortorem clausum, &
flagella resonantia, neminē interrogantem, & illam
cum clamore loquentē: Assum sermocinatrix malo-
rū meorū, p̄tò sum stimulante natura. Miserere mei.
Pessima tępestas passio, & timor: passio naturæ, ti-
mor dęmonis. Accedere nō possum, neq; cōtingere.
Abigit me passio, explodit timor. Miserere mei. Cōsi
dera mulieris philosophiā, inspice aīam generosam. F
Nō perrexit ad diuinos, nō uocauit magos, nō alliga
turas q̄siuit, nō impostatrices mulieres adduxit illas,
quæ solēt dæmones prouocare, & incātationib. suis
uulnus augere. Reliquit illa oīa, dimisit diaboli falsi-
tates, oīa purgamenta contępsit, & uenit ad salutarē
animarū nostrarū portū. *Miserere mei domine fili Da-*
uid, filia mea malè à dæmonio uexatur. Nostis passio-
nē, quanticūq; fuistis patres, adiuuate sermonē meū:
quantæcūq; matres uocatæ estis, non potestis inter-
pretari tępestates, quas sustinuit mulier illa. Miserere
mei, filia mea malè à dæmonio uexatur. Vidisti insta-
tiam mulieris, uidisti uirilitatē, uidisti longanimita-
tem, uidisti fidē? *Ipse autem non respondit ei sermonem.*
O noua rerū materies. Rogat mulier, obsecrat, de-
precatur, deflet casum suū, auget tragœdiā, enarrat
passionē: & amator hoīum nō respondit, sermo ta-
cet, fons clausus est, medicus medicamēta retinuit.
Quid nouum? qd admirabile? Alios prouocas ad sę-
quēdū, et hāc miserabilē isequētē abigis. Sed cōside-

Universidad de Deusto Biblioteca

Gra medici sapientiã, qui non respondit ei uerbũ. Cur non respõdit? Quia fidẽ illius amplius prouocabat, & animũ perseuerantia exercebat, & discipulorũ miserationes exercitabat. *Dicunt quippe ad eum discipuli eius. Dimitte eam, quia clamat post nos.* Vos, inquit, defo ris clamare auditis, ego aũt intrinsecus uideo: grãdis q dẽ uox ex ore procedit, sed maior est mẽtis. Dimitte eã, qa clamat post nos. Alius euãgelista dicit, ante nos. Diuersi siquidem sermones, sed una sentẽtia est: nec est mendacium in utrisq; utrũq; n. faciebat mulier in causa doloris. Prius post tergũ clamabat, & cũ uidisset, quia non respondit, antẽ cucurrit, quasi canis domini uestigia lambẽs. Dimitte, inquit, eã, theatrũ nobis clamorib. excitauit, omne cõuocauit uulgus. Et illi quidẽ quasi hoĩes ad clamorem illius eru bescebant, sed dominus temperamentum misericor dię suę nouerat. Dimitte eã, quoniã clamat post nos. Ipse autẽ respondens, ait: *Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel.* Et cùm hoc dixisset, peius eius ulcus efficit. Medicus. n. erat, secãs nõ ut diuidat, sed ut coniungat. Hic paululum charissimi accõmo date mentem uestram, thesaurum. n. inuestigare uo
H lo absc̃ditum. Non sum, inquit, missus, nisi ad oues q̃ perierunt domus Israel. O domine, hoc est totum: ideo homo factus es; ideo carnẽ assumpsisti, gubernãtias tãtas opatus es, ut unum saluares angelum, & hoc pereunte orbis terrarũ uniuersus desertus est: & Scythæ, Thraces, Indi, Mauri, Cilices, Cappadoces, Syri, Phœnices, quantãcũq; sol respicit terrã trãsisti, & pp Iudæos solos uenisti: Gentes aũt in desolatione cõstitutas despicis, & illos quidem contemnentes patrem tuum, & idola adorantes, & incensa illis offe rentes, insuper & filios suos dæmonib. cõsecrantes: hæc oĩa dissimulans, & nos miseros expectantes te, despicis? Et certè oẽs prophetæ, & ipse proauus tuus
Psa. 2. b Dauid secũdum carnẽ dicit: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionẽ tuã terminos terræ. Et Esaias, q te in sede maiestatis tuæ cõ
Esa. 11. a. templatus est, dicit: Et erit radix Iesse: &, Qui exurget
Ibid. c. et imperare Gentib. in ipsum Gẽtes sperabũt. Et Iacob
Rom. 15. c patriarcha dicit: Non deficiet princeps ex Iuda, neq;
Ge. 49. b. dux de femorib. eius, donec ueniat cui repositũ est,
Mala. 1. d &' ipse erit expectatio Gentiũ. Malachias quoq; propheta dicit: Ab ortu Solis usq; ad occasum glorificatur nomẽ in Gentib. & in omni loco sacrificia mũda
I *Psa. 46. a* offerũtur deo. Et ipse Dauid ita dicit: Oẽs gẽtes plaudite manib. iubilate deo in uoce exultationis: qa deꝰ excelsus terribilis, rex magnus' sup oẽm terrã. Ascẽdit
Ro. 15. c. deus in uoce tubæ. Et alter dicit: Lætamini gẽtes cũ populo eius, & reliqui oẽs aduentum tuum salutare gentibus annunciarũt. Nã & ipse in aduentu tuo magos ab Oriente uocasti, & principia gẽtilitatis p illos cessare fecisti, & euãgelistas eos ad sua remisisti. E tu quidem per stellam magos cõuocasti, prophetæ aũt
Matt. 28. d. Gentibus annunciãtur. Exurgẽs ab inferis, dicis discipulis tuis: Eũtes docete oẽs Gentes, baptizantes eos in noĩe patris, & filij, & spiritus sancti. Et nũc cùm ue nisset miseranda, & infelix mulier pro filiæ suæ infirmitate obsecrãs, & casus suos deplorans, dicis: Non sum missus, nisi ad oues q̃ perierũt domus Israel. Nã & cũ accessisset Centurio, rogãs pro famulo suo, dicis: Ego ueniã, & curabo eũ. Et latroni obsecrãti re-
Ibid. 8. a. spondes: Hodie mecum eris in paradiso. Et paralyti-
Luc. 23. f. co dicis: Surge, tolle grabbatũ tuũ, & uade in domũ
Mar. 2. b tuã. Et Lazaro quatriduano mortuo, & iã fœtẽti di-
cis: Lazare, ueni foras. Et qui leprosos mundas, mor K
tuos suscitas, paralyticos stringis, cæcos illuminas, la *Ioan. 11. f*
trones saluas, meretricem castificas, & huic miseræ nihil respõdes. O noua res, & admirãda. Considerate charissimi cõstantiã, & uirilitatẽ mulieris, & domini benignam sapiẽtiã, pariter & clementiã, qũo dilatio & excusatio eius diuitias cõtulit obsecranti: ut & tu, si orueris, & statim non acceperis quod rogasti, nõ desinas deprecando. Cõsidera. n. diligentius charissi me, legis diuinæ secretũ. Quãdo Iudæi de Aegyptiorum dominatione, & tyrannide sunt liberati, & effu giẽtes manus Pharaonis ad eremum perrexerũt, intraturi terram Cananæorũ, repletam idolorũ cultibus adorantiũ ligna & lapides, legem acceperũt, ut cùm fuissent ingressi, nõ acciperẽt filias eorũ in matrimonio, neq; connubia mutuò iungerent, neq; cõuiuia sociarent, ne p societatem mutuam auerterent illos à mandatis domini, & deprauarẽt mores eorũ.
Nihil tibi, inquit, & Cananæis, sed esto i finibus tuis, *Exo. 23. d & Deut. 7. a*
& in gente tua negocia exerce, & connubia iũge: qa lingua tuã habes, & legẽ, q̃ tibi per Mosen data est, quã sicut maceriam, & sepem quandam inter uos & L
illos posui. Sicut. n. uinea, aut hortus, maceria circun datur: sic Iudæis lex, ut transgredi nõ liceret. Prohibi tum itaq; erat à lege, ut nõ miscerentur Cananęis, ne ullam communionem haberent cũ illis, ne amicitiæ causa impietatis occasio fieret. Cùm ergo abomina biles Iudæis essent Cananæi, tanq̃ idololatræ, & imũdi, cũ quib. nec fabulari fas erat. Et qa ista mulier de finib. erat Cananęorum egressa, accesit ad Xp̃m, & Christus Iudæis dicebat insidiãtibus sibi: Quis ex *Ioan. 8. f.*
uobis arguet me de peccato, eo quòd præuaricauerim legẽ? Qũo ergo homo erat, & omnia quæ legis sunt implebat? Et sicut iam dixi, abominabiles erant Cananæi Iudæis, q sub lege mãdante, tanq̃ sepe erãt uallati. Veniens aũt Christus, hoc est, natus ex uirgine, octaua circũcisus die, pro quo i tẽplo oblatio celebrata est, & oẽs ceremoniæ impletæ sunt legis: & ideo impleuit legẽ, ne diceret Iudæi, nõ potuit iplere legem: propterea soluit, prius eam cõplet, & postea soluit, ut oẽm illis querimoniæ auferret occasionẽ. Clamabat. n. & dicebat: Quis ex uobis arguet me de peccato? Ne ergo occasione accepta dicerent Iudæi: Non credimus tibi, quia iniquè fecisti, soluens legẽ: quia perrexisti ad fines Cananæorum, & confabula M
sti cum illis: quod ne fieret, lege prohibitum est. Ideo nihil interim loquitur mulieri, sed legẽ custodiens, re tardat salutem, & Iudæos refrẽnat, & hanc recreat: *Qui non respondit ei uerbum.* Nolo mihi occasiones querimoniarũ inuenias ô Iudæe, ecce nõ loquor, ecce nõ respondeo, adest occasio benefaciẽdi, & pietatẽ meam interim differo. Ecce naufragium imminet, & gubernator quiescit, & increscẽte calamitate differtur sanitas pp uos, qui ingrati extitistis, ut omnis uobis auferatur occasio detrahẽdi. Ecce mulier multitudinem mihi clamorib. suis cõgregauit, & nõdum accepit respõsum, ne fortè dicatis, qa uobis prępositi Cananæos, & transgressus sum legẽ, & ideo mihi nõ credatis. Qui non respondit ei uerbum. Qũo illis ser monem faceret, qui beneficijs eius erãt ingrati? Hæc aũt omnia pro ineffabili clemẽtia sua faciebat deus, ut illos paulatim ab infidelitate erigeret, & oẽm cauillationẽ de animis illorum tolleret. Nam & cùm le
prosũ curasset, dicebat: Vade, ostende te sacerdotib. *Mat. 8. d*
& offer munus, quòd p̃cepit Moses pro emũdatione *Leu. 14. a*

A tua. O inauditam rẽ. Dominus mũdat, & mittit eum ad legẽ Mosi. Et cur hæc facit, considera: ne Iudęi uidelicet redarguerent eum, tanquã præuaricatorẽ legis. Nam qũo curauerit leprosum, eloqui curationis modũ non inuenio. Ecce, inquit, leprosus accedens rogabat eũ, dicens: Domine, si uis, potes me munda re. Et extendẽs Iesus manum suam, tetigit eũ, dicẽs: Volo, mundare. Imperatiuo modo legendũ est, non interrogatiuo: quia dixerat ille, si uis: respõdit dominus, uolo. Potes, inqt, me mũdare: & ipse ait, mũdare. In lege nõ licebat tãgi leprosum, quia quicunq; te tigisset, immũdus tota die fiebat. Nã & beatus Helisæus hoc sciens, cũ ad eũ Naaman uenisset leprosus alienigena, missus à rege suo, mãdat illi per discipulũ
4 Re. 5. c suum, dicẽs: Vade ad Iordanem fluiuum, & lauare septies, & mundaberis à lepra tua. Ipse uerò nõ fuit ausus ire, & uidere leprã, uel tãgere illũ: Et Helisæus qui dem mũdauit leprosum, & Xp̃s mũdauit leprosum. Ne ergo dicerent Iudæi, quid magnũ fecit Christus? hoc fecit, qd fecerat Helisæus. Sed ille quidem tange re ausus nõ fuit leprosum, ne cõtaminaretur: iste aut
B tetigit, & mundauit. Et ideo tetigit, ut ostẽderet quo niã qui seruus est, subditus est legi: dominus aũt est, qui imperat legi. Volo, mundare. Et statim mundatus est. Non inuenit euãgelista uerbis edicere uelocitatem curationis: statim. n. dicendo aliud, quod diceret nõ inuenit. Tanta. n. fuit operantis authoritas, ut i ingressu sermonis fugaretur infirmitas. Et ideo dicit: Vade, ostende te sacerdoti, & offer munus tuum pro emũdatione tua, qd p̃cepit Moses in testimoniũ illis. Quibus? Iudæis, ne dicãt p̃uaricasse me legẽ. Nã & occultè diuinitatem suam manifestabat illis, ut ex operibus crederent, quia filius sit dei: & in illa die ueniens leprosus coarguat eos, cui p̃ceptum fuerat secundum legẽ offere. Et ideo multa propter Iudæos faciebat, sicut & nũc respõsionẽ suam ad preces mulieris temperat, & retardat. *Miserere*, inqt, *mei, quia filia mea malè à dæmonio uexatur. Qui nõ respondit ei uerbũ. Accedẽtes aũt discipuli eius, dicũt: Dimitte eã, quia clamat post nos. Respondit dominus: Non sum missus nisi ad oues, q perierũt domus Israel.* Ne fortè diceret Iudęi: Di
Mat. 11. d misisti nos, & ad extraneos prexisti, & ideo nõ credi
C mus tibi. Ecce de gẽtibus ueniũt, & nõ suscipio, uos fugientes conuoco, dicens: Venite ad me oẽs, qui laboratis, & onerati estis: & uenire nõ uultis. Hãc repello, & recedere non uult. Verè ipletur illud quod scriptum est: Populus quẽ non cognoui seruiuit mihi, in
Psal. 17. b auditu auris obediuit mihi. Et alibi: Apparui his, qui
Esa. 65. a. me nõ q̃rebant: inuentus sum his, q me non interrogabant, ex quibus & Cananęa erat. Dimitte, inquit, eam, quia clamat post nos. Videamus ergo qd dicit dominus. Non sum, inquit, missus, nisi ad oues q̃ perierunt domus Israel. Considerate clementiã domini. Non dixit, recede à me: sed nõ sum ad uos missus. Non ueni pp te, sed propter Iudæos, oues perditas domus Israel. Quæ cùm audisset, *Accessit, & adorauit eũ, dicẽs. Domine, adiuua me. Qui respõdens ait. Nõ est bonum sumere panẽ filiorũ, & mittere canibus.* Considera precantis instantiã, & domini temperantiam. O clementia medici. In desperationẽ adducebat eam, ut amplius rogaret, & augmentũ fidei faceret. Nõ est bonum, inquit, sumere panem filiorũ. Quorum filio rum? Iudęorũ uidelicet. Et mittere canibus. Quibus? Sine dubio uobis. Hæc ad opprobriũ dicebantur Iu dæorũ, qui filij uocati, canes effecti sunt, dicẽte Pau-
lo: Videte canes, uidete malos operarios, uidete conci D
sionem. Nos. n. sumus circũcisio, Gentes uerò canes *Phil. 3. a.*
appellatæ, facti sunt filij, Filioli mei, quos iterũ partu
rio, donec Xp̃s formetur in uobis. Laus Iudæorum *Gal. 4. c.*
accusatio illis erat. Non est bonũ sumere panẽ filiorũ, & mittere canibus. *At illa dixit: Etiam domine.* O uiolentia mulieris, ô intentio animi, ô profectus fidei. Medicus dicit, nõ: hęc dicit, ẽt. Dominꝰ dicit, nõ: ista dicit, ẽt. Non quasi procax, aut impudens reputanda est: sed laudãda magis, qa expectat salutẽ. Nõ est, inquit, bonũ sumere panem filiorum, & mittere canibus. Etiã domine, tu canẽ me uocas, ego te dominũ uoco: tu me iniurias, ego te glorifico. *Etiam domine, nam & catelli edũt de micis, q̃ cadũt de mẽsa dominorũ suorum.* Non respuo opprobrium, tantùm accipiam uel escã canis. Dicit rem q̃ in consuetudine est. Tu fac, qd debetur cani: qa canẽ me uocas, da mihi micas. O domine aduocatus meæ factus es postulationis, abnegãdo promittis. Etiã domine, nã & catel li edunt de micis, q̃ cadunt de mensa dominorũ suorum. Quid ergo? Qui abnegabat, q repellebat, q nõ respondebat, qui dicebat: Nõ est bonũ sumere panẽ E
filiorũ, & mittere canibus: qui dicebat, Non sum missus, nisi ad oues, q̃ pierũt domus Israel: in laudes mulieris subitò erũpit, dicẽs: O mulier. Propterea, inquit, laudo cõstantiam eius, laudo fidẽ: qa iniuriata permansit, & ratione extorsit. Si. n. ab initio dimisissem illã, nec illa paulatim erudita fuisset, nec tu scisses uirtutem animi eius, nec latẽtem fidei thesaurũ: & ideo suspẽdi donationẽ, ut tu agnosceres fidẽ. O mulier, deus dicit, ô mulier. Audiant hæc q iactant, & orãt, & fastidioſẽ precãtur. Quando dico charissimi, roga deum, obsecra eũ, famulare illi, dicis: Rogaui, semel, secundò, & tertiò, & decies, & uigesies, & quid nã accepi, in qs? Ne recedas quousq; accipias, finis postula ti acceptio deprecãtis est. Tũc cessa quando acceperis, imò magis nec tunc cesses, sed tũc pseuera, agens gratias pro eo qd accepisti, ut perseueret tibi qd acceperis. Nonulli introeuntes ecclesiã in mille uersus extendunt orationẽ suam, quasi apud dominũ multitudo sermonũ opus sit, tanquã ignoranti quid postules, qui antequã cogites nouit. Nam & illi quidẽ qd dicunt, nesciunt. Labia mouẽtur solũmodo, mẽs aũt sine fructu est, & aures eius surdę sunt. Tu nõ audis orationẽ tuam, & dominũ uis audire precẽ tuã? F
Flexi, inquis, genua. Curuasti quidẽ genua intus, sed mens tua foris uagabatur: Corpus tuũ intus, sed sensus foris: os qdẽ loquebatur, sed mẽs, usuras cogitabat, possessionẽ redditus supputabat, descriptiones domorũ uidebat, amicorũ uerba uoluebat, negligẽtias intuebatur famulorũ, parasitorũ urbanitates ridebat, mulierũ speciẽ cõsiderabat. Diabolus. n. cùm sit astutus, scit quoniã in tẽpore orationis grãdia postulemus, & sæpius impetremus, ipedire festinat improuidas mentes. Nã aliquoties cũ resupini iacemus in lectulo, nihil tale cogitamus: sed cùm uenimus ad orationẽ, cogitationũ nos opprimunt nubes, ut nos auocẽt, & sine fructu efficiãt. Hæc igitur sciẽs in orationibus fieri, imitare Cananæã uir mulierem, q̃ uigilanter, & cum summa sapientia rogabat dominũ, & ideo meruit ipetrare. Sed forsitan dices, nõ habeo filiam, q̃ dęmone plena sit, sed habes animam peccatis refertã. Et qd dixit Cananæa? Miserere mei domine, quia filia mea malè à dæmonio uexatur. Dicito & tu, miserere mei domine, quia aĩa mea malè à dę-

monio uexatur:grandis.n.dæmon peccatum est, & ille qdē in propatulo habēs, uelocius curari potest:q autem occultat peccata sua hominibus, & pœnitere non uult, sed cōtemnens securus delinquit, & odibilis est. Et ille qdē pro ipsa uexatione ueniā habebit, iste uerò responsione priuabitur. Miserere mei. Modicus qdē sermo, sed immensum benignitatis cōtinet pelagus. Vbi.n. misericordia postulatur, ibi uniuersa cōprehēsa sunt bona. Quòd si foris ecclesiam es, dic tu: Miserere mei domine, non solū labia mouens, sed
Ille.38.b mente ingemiscens: quia & tacentes audit deus. Nō
quēritur locus, sed deuotio mētis. Heremias in lacu
Dan.6.e. cœni demersus erat, fideliter orās, deum promeruit.
Ibidē.3.c Daniel in lacū leonū missus, ad se dei misericordiam
Luc.23.f. inclinauit. Tres pueri in camino ardēti erant, & deo placuerunt. Latro in cruce erat, & exauditus est fideliter postulādo. Et nihil obfuit crux, sed confessio fi-
Iob. 2.c. dei paradisum apuit. Iob in sterquilinio erat, & p patiē tiam suā deum propitiabatur. Quòd si & in balneis es, ora: ubicunq; fueris, ora. Templū dei es tis, & spiri
1.Cor.3.c tus sanctus habitat in uobis. Volūtas solūmodo de
&.6.d uotæ mentis opus. Quòd si in iudicio assistis, ora. Et
H cū irascitur rex, ora. Vbiq; deus pūsens est, nō claudi-
Exo.14.c tur loco: inuocāti dicit, assum. Nā cū eduxisset Moses
d. populū de Aegypto, & per desertū ad mare rubrum uenisset, Aegyptij post tergū insequebantur populū. Ante mare fremebant fluctus, Moses in Angustiis erat, tacebat qdē, sed mēte grādia cogitabat. In medio tribulationis erat, inde Aegyptū insequētes, hinc mare ītumescēs. Ad dominū igitur mēte clamabat, & uox penit⁹ nō audiebatur, ideo dominus dicit ad
Ibidem. eum: Quid clamas ad me? cum ore qdē non clamaret, sed corde. Et tu igitur quādo adstiteris furenti iudici, ac rabido tyrānō, ora deum tuū, & orāte te fluctus mitigabuntur. Iudex ad te, tu ad deū cōfugito: judex pro te, tu deū inuoca, q pro te est. Nunqd longè est à te, ut uadas ad locū aliquem? Deus nō includitur loco, sed semp in proximo est: & q in loco nō clauditur, fide tenetur. Nā si hominē rogare uolueris, interrogas qd facit, & audiens dormit, aut nō uacat, aut certē nō dignabitur respōdere minister tibi. Ad deum autē nihil horum opus est, sed ubicunque fueris, aut inuocaueris, audit te. Nō ostiario, nō mediatore, non ministro opus est, sed idcirco, Miserere
I mei, & deus illico aderit: adhuc loquēte te, dicet, as-
Esa.58.c. sum. O sermo māsuetudine & benignitate plen⁹, nō expectat cōsummari orationē, sed statim tribuit petitionē, Miserere mei. Hanc imitemur Cananæā. Miserere mei domine, filia mea malè à dæmonio uexatur. O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut uis. Vbi sunt hæretici? nūqd dixit, rogabo patrē meū, ob secrabo genitorē meū? Nūqd oratione eguit? Nō uti que, quia author salutis est, & uniuersalis creator, & uerbū de⁹, ideo dixit: O mulier, magna est fides tua. Quāuis & pro dispēsatione carnis orauerit, & qa magna est fides, copiosa effusa est gratia. Vbi aūt oratio necessaria est, ibi infirmū est uas. O mulier, magna est fides tua. Nō uidisti mortuū suscitatū, nec leprosum mūdatū, nec prophetas audisti, nec legē meditata es, neq; mare ī diuisionibus scindi uidisti, nihil horū contēplata es, insup & despecta, & contēpta à me es, & nō recessisti, sed pseueraſti petendo. O mulier, magna est fides tua. Mortua est mulier, & præconiū eius uiget. Vbicunq; ieris, audis Xpm dicentem: O mulier, magna ē fides tua, In Gotia, in India, ī Mauritania, quantācunque sol respicit terrā, clamat Xps, K
& nō tacet uerbum: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut uis. Nō dixit, sanetur filia tua: sed, fiat sicut uis. Tu, inqt, eā cura, esto medicus, tibi cōmitto medicamentū, ut imponas ei, fiat tibi sicut uis. Volūtas tua curat eā. Cananæa uolūtate curauit, & filius dei, sicut dicunt hīc, à semetipso nō curat, fiat tibi sicut uis: neq; iussit mulier, neq; imperat dæmoni, sed fola mulieris uolūtas curauit filiā, dæmonemq; fugauit. Vbi sunt, q audent Xpm dicere per orationē uirtutes feciſſe? Vide qd dicat: fiat tibi sicut uis. Cōside
Gene.1.a ra sermonis germanitatē, patrem suū imitatur. Quādo.n. faciebat deus cœlum, dixit: Fiat cœlū, & factū est cœlū: fiat terra, & facta est terra: fiat sol, fiāt astra cœli, & facta sunt uniuersa. Iussio adduxit substantiā parentelæ, sermo cōmunionē ostendit naturæ. Et sanata est, inqt, filia eius ex illa hora. Ex qua hora? Nō ex qua uenit mater eius domi, sed ex qua domini sermo processit. Et cū rediſſet, domi inuenit eā sanę mētis, & uolūtate, imò fide eius curatā. Pro his autem oībus gratias agamus deo, per Christū dominū nostrum, cū quo est deo patri, unà cū sancto spiritu honor, gloria & potestas, per immortalia secula seculo L
rum, Amen.

In euangelium Matthæi, Væ mundo: homilia. xviij.
Incerto interprete.

Mat.18.a *Ae mundo ab scandalis. Necesse.n.est ut ueniant*
u *scandala, ueruntamē uæ homini illi p quē scanda*
lum uenit. Videtur qdē specialiter designare ludam, quoniā necesse est, ut patiatur dominus Iesus: nisi.n. passus fuisset, genus humanum saluari nō poterat. Quòd autē passio domini scādalū sit, Apo-
1.Cor.1.d stolus dicit: Quia crux domini scandalū est Iudęis, & stultitia Gētibus. Videtis igitur quoniā necesse est uenire domini passionē, id est, scandalū crucis. Verūtamen uæ homini illi, p quē uenit scandalū. Nūc necesse fuit, & utile, ut pateretur Iesus: sed uæ Iudæ per quē uenit nobis utilitas. Væ mūdo ab scandalis. Mundū istum terrenum locum dicit: neque uerò de cœlo & terra intelligere debemus mundū, sed mundum hic
Ioā.18.g. intelligamus terrenū. Ideo quod dixit dominus: Regnum meū non est de isto mundo: si essem de mun
Ibidē.15.c do, amaret me mūdus. Et dicitur ad apostolos: Vos nō estis de mūdo. Et in multis locis terrenus mūdus interptatur. Vę igitur mundo, hoc est terreno loco, M
ab scādalis. Necesse.n.est, ut ueniāt scandala: nō quia necesse, sed qa mūdo necesse, ut ueniāt. Videte, quod dicimus subtile est: si necesse est, ut ueniāt scādala, ergo absque culpa est ille, p quē uenit scandalum. Sed nos dicimus scandalū non uenit, nisi in terreno mū do. Vis nō tibi uenire scādalū, noli esse terrenus. Propterea dico, mūdus terren⁹ scandalū habet, terra ista
Mat.26.b necesse est ut habeat scandalū. Noli portare terrenū, sed cœlestē, & scandalum non habebis. Verūtamen uæ homini illi, per quem scandalū uenit. Generaliter disputauit. Si aūt manus tua, uel pes tuus scādalizat
Ibid.18.a te, abscinde, & proiice abs te: bonum.n. est tibi in uitam ingredi claudū in regnum dei, q̄ duas manus, & duos pedes habentē mitti in gehennam ęternam. Si autem manus tua, uel pes tuus scandalizat te. Quoniā ad apostolos loqtur, & in apostolis fundata est
Ro.12.b. et.1.Cor. ecclesia: quicquid apostolus loqtur, ecclesiæ loqtur: nā ecclesia corpus unū habet, sed multa mēbra habet. Hoc loquitur & apostolus ad Corinthios: Quia
12.a sunt prophetæ, sunt doctores, sunt sacerdotes, sunt

signa

A signa faciētes, & aliæ uirtutes, ubi de spiritalib. gratijs
1.Co.12.c disputauit, & ibi dicit: Nunqd pōt dicere oculus manū, nō necessariam te habeo: aut rursus manus dicere pedi, necessarium te nō habeo? Et hoc dicit ad exē plum, longum est. n. uniuersa replicare: & hoc dicit, quia ex multis mēbris unum ecclesiæ corpus efficitur. Ecclesia habet ueros oculos, uidelicet ecclesiasticos, atq; doctores, q uidēt in scripturis mysteria dei, de qbus dicūtur uidentes. Isti igitur q uidēt, rectè appellantur oculi ecclesiæ. Rursum habet & manus, facit uidelicet uiros, q oculi nō sunt, sed manus. Nūqd norunt mysteria scripturarū? tamen sunt potētes in operibus. Habet & pedes, q nec uidēt nec operātur, sed habent diuersos discursus: sed ppea currit pes, ut inueniat manus quod operetur. Nec oculus contēnat manum, nec manus contēnat pedē, nec rursum illa tria cōtemnat quasi ociosum uentrem. Sæpe euenit, ut mēbra, q̄ uidentur esse uerecundiora, ipsa ma-
Ibid. gis utiliora sint. Propterea dicit & Apostolus: Verecundiora aūt nostra maiorem habēt honorem. Hoc totum quare dico? Quoniā ecclesia, hoc est corpus domini, ex multis membris ornatur, atq; cōpletur. Si
B itaq; uenerit ⁊ ut te ecclesiæ scādalizet oculus, scandalizet manus, scandalizet pes: melius est te unam non habere uirtutē, & ire cū cæteris uirtutibus ad regna cœlorum: aut habere oculū caligantē, & pedē claudicantē, q̄ ire in ignem æternum. Errauit episcopus, peccauit presbyter, deliquit diaconus, noli dicere qa maior est, sed recedat oculus, recedat manus, recedat pes, ut cætera membra saluentur: hoc secūdum altiorē interpretationem dictum est. Sciēdum quoniam possit & aliter interpretari. Si te scādalizat oculus, si te scandalizat manus, si te scandalizat pes, si te charorum nomina pater, mater, frater, filius, & cæte
Matt.9.a & 19.c & Mar.8.d ræ propinquitates scādalizant, abscinde à te. Melius te est regnare sine matre, q̄ perire cum matre. Et hoc propriè loquitur ad monachos, hoc propriè loquitur ad Apostolos: monachos enim apostolicam uitam desiderat imitari. Vis ô monache esse discipulus meus, immo uis discipulorum meorum esse discipulus: fac tu quod fecit Petrus, qd fecit Iacobus, & Ioānes. Habebant oculum scandalizantem, patrem & nauē, & rete, dicit eis Iesus: Venite, sequimini me. Scā
Mar.8.d dalizabat potestatē paternam oculus uidelicet malus, abscindatur oculus, & insequamur Iesum. Nemo
C ergo dicat, matrē habeo, habeo patrē, fratrem, filiū, uxorē, habeo cætera pietatis noīa charorum. Monachi apostolorū imitatores sunt, non ergo possumus eos imitari, nisi fecerimus quod fecerūt & apostoli. Nemo igitur monachorū dicat: habeo patrē, habeo matrē. Respōdebo tibi: Habes Iesum, quid q̄ris ista, q̄ mortua sunt? Qui habet Iesum, habet patrē, habet matrem, habet filios, habet oēm propinquitatem.
Matt.8.e & Luc.9 g. Quid q̄eris mortuos? Sequere uiuum, dimitte mortuos, ut sepeliāt mortuos. Dicit ad dominū unus discipulus: Dimitte me, ut uadā & sepeliā patrē meum. Non dixit: dimitte me, ut sim cum patre meo: sed, dimitte me unius horæ spatiū: quid ei respondit dominus? Et in una hora perire potes. Vide ne dum uis sepelire mortuum, ipse moriaris. Mortuus pater nō exigit pietatem filij. Dico tibi monache: quid quæris patrē, quid q̄ris matrē? aut Christiana est mater, aut non est Xpiana: aut sancta est, aut peccatrix: de duobus unū est, aliter eē nō pōt. Si sancta est, gaudet, qa seruis domino: si peccatrix, dimitte illā, mortua est.

Interrogo te ô mater Christiana, filius tuus seruit in D
monasterio Xpo, hoc est iperatori suo, signatus est cauterio regis sui, habet scutū ieiunium, habet galeā fidē, habet gladium sermonem dei, habet lorica uestimentū Iesum in baptismate. Sic est armatus, paratus ad pugnā, debet in campū exire, & pugnare aduersus hostes. Tu ei dices: dimitte arma, & ueni in cubiculum. Propositū est tibi ô monache, sicut & Adā Eccl. 15.d & dicitur tibi: Ecce uita, ecce mors, elige qd uis. Habes duos patres, spiritalē, & carnalem: utrūq; amare non potes: si spiritalis amatur, carnalis cōtemnitur. Non potestis duob. dominis seruire. Qui, inqt, amat Matt.6.c patrem aut matrem super me, non est me dignus. Si Ibi.10.d uis seq carnalē patrē, relinq; spiritalem. Sine causa ter & Luc. giuersaris monache, & dicis: Quid igitur si amauero 14.f. patrem aut matrē? non idcirco seruio domino? Nón ne scriptum est in lege: & in euangelio: Honora patrem tuum, & matrem tuam. &, Qui maledixerit pa Mat.7.b. tri, aut matri, morte moriatur? Nunqd propterea ser Exod.21. uire deo debemus, ut non honoremus parentes? re- & Leui. spondeo tibi & ego, intantū honora parentes, inquā 20.b tum non impediant ad seruitutem domini: hoc est, impatoris tui, cui est gloria in secula seculorū. Amē. E

De eo quod scriptum est in euangelio Matthæi cap. xviij. ubi Petrus ait ad dominū, Domine, si peccauerit in me frater meus, quoties dimittā ei? usq; septies? Et dominus ait, Non dico tibi usque septies, sed usque septuagiessepties, homilia xix. Incerto interprete.

Xercitia legis aiam corrigunt, mentē ædificant, peccata cōpungunt, ad confessionem
e trahunt: Quia lex immaculata est conuer- Psal.18.b
tens aīas. Verbi ergo consolatio confert grandē salutem, compungendo, corrigendo, ad sanitatem perfectam perducēdo. Nam modò cùm legeretur nobis euangelium hoc, audiuimus ubi Petrus inqrit à domino, dicēs: Domine, si peccauerit in me frater meus, quoties dimittā ei? usq; in septies? Dicit illi dominus, Non dico tibi usq; in septies, sed usque in septuagiessepties. Magna fratres mei q̄stio. Septies cū auditis, nolite ad numerū attēdere, quasi usq; in septies peccauerit frater, aut septuagiessepties. Septies ponit, id est toto tempore, quia in septenario numero uenientes dies ad primum redeūt. Nam ille qui dicebat, Se- Ps.118.a. pties in die laudabo te: nō quòd septies laudauerat, & tacuerat, sed significabat omni tpe. Debemus er- F
go toto tempore debita fratribus, id est, peccata dimittere. Nūquā iracūdiam retinere, nihilominus qa Petrus hoc interrogabat in quo uniuersalis ecclesia fundata est: ideoq; cognoscimus in eadē ecclesia toto tēpore dimitti peccata. Ergo cognoscitur septies Gen. 4.b de Cain illo, q occidit fratrem suum, ut septies uindicta exolueret, qui eū occideret. Istud peccatū qd commisit Cain, ecclesia dimittit, ideo de septenario numero iterrogabat primus apostolus Petrus. Supposuit ille magister bonus, patiens & māsuetus, dicēs: Non tantū dico usq; in septies, sed usq; in septuagiessepties. Et hoc iā demōstratur nobis de Lamech illo, q habuit duas uxores, q dicebat: Audite audite Ibidē.d mulieres Lamech, occīdi uirum in uulnere meo. Ergo de Cain scriptum est, Septies exoluet uindictā, q Ibidem.e occiderit eū: de Lamech aūt septuagiessepties. Ecce iam fratres declarauit nobis ueritas omnia peccata dimitti ī ecclesia sancta catholica. Et quāuis grauia, quanuis criminosa, quanuis execrabilia, dimittit illa omnia pater bonus, qui nō uult mortem moriētis, Exe.18.g

G tantùm ut reuertatur,& uiuat. Ecce septies in Cain, ecce septuagiessepties in Lamech,ut ad spem reuertã tur peccatores, & nõ desperẽt de grãditate peccatorũ suorũ,reuertẽtes puaricatores ad cor:ut corde cõ trito & humiliato cõfessi deo dimittatur eis oẽ peccatum, usq; ad nouissimam culpã. Aequè similitudi nem posuit serui aliã, q debebat decem millia talentorũ:id est,fuit homo iste seruus oĩum malorũ,magister flagitiosus & facinorosus,impius,iniquus,perfectus erat in malis: sed tamen deus ille miserator & misericors,longanimis & multùm patiens,& nõ red dens unicuiq; secundum opera sua sustinens usq; ad pœnitẽtiam totum genus humanũ,dimittens pecca ta.Sed unusquisq; uideat quid ei dimittitur, ut & ipse fratri suo dimittat. Cæterùm si ei dimittitur, & ipse nõ dimiserit fratri suo, & cum iracũdia manserit, uideat qd sequitur,euangeliũ ubi ait, Amẽ amen dico uobis,qa si nõ dimiseritis fratrib.uestris ex toto corde uestro, ita & uobis faciet pater meus qui in cœlis est.Ecce fratres si timetis pœnã, quã dominus promittit malis,corrigite,pacifici estote, nullus contemnat,nullus negligat, tepidè nemo audiat,sed in omni alacritate ac ardore desiderij parete iussis, ut ueniatis ad quod promisit deus, & ibi regnetis ubi depromisit requiem illis, qui ei placuerunt usque in finem, Amen.

Mat.6.b. *& Marc. 11.c.*

H *Mat.18.b*

In euangelicam dictionem,Domine, quoties in me peccabit frater meus,& dimittam ei?usq; septies?Dominus autẽ ad eum.Non dico tibi, usq; septies, sed usq; septuagiessepties, homilia xx. *Bernardo Brixiano interprete.*

Agnũ quiddã se dicere Petrus existimauit, quam ob rem & quasi glorians intulit, usq; septies. Hoc.n.inquit, quod facere pcepisti, quoties faciam? Nam si semper quidẽ peccet, semp aũt redargutus pœnitentiam agat, quoties hoc tolerarẽ nos præcipis?Nam illi quidem pœnitentiam nõ agenti,neq; damnanti seipsum,sinẽ imposuisti dicẽs: Sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. Huic aũt nõ itidem,sed ipsum admittere præcepisti. Quoties igitur ipsum debeo tolerare redargutum,& ad pœnitentiã redeuntem?Satin,est septies?Quid ergo Christus misericors & bonus dominus? Non dico tibi usque septies,sed usq; septuagiessepties. Non hic ullũ ponens numerum,sed infinitum innuens,& cõtinuè ac semper.Sicut.n.millies, sæpe significat:itidem & hic. Nã & sterilis peperit septem, multos intelligit scriptura. Itaq; dimissionẽ numero nõ conclusit, sed rem ostẽdit perpetuã,& perseuerantẽ.Hoc aũt & in parabola posterius posita demõstrauit. Ne quib.n.graue qd, & magnum septuagiessepties dixisse uideretur, hanc adiunxit parabolam:simul & in id quod dixit inducens,& corripiens super hoc altum sapiẽtem, & rem ostẽdens grauem non esse,sed per q̃ facilẽ.Propterea suam in medium egit misericordiam,ut ex comparatione discas, quod licèt septuagiessepties parcas, & omnia generaliter peccata proximo continuẽ dimittas:quantùm est aquæ stilla ad immensum pelagus, tantùm est,immo uerò longè minus humanitas tua ad immẽsam dei bonitatem,qua tibi sit opus iudicãdo,& rones redditurο. Quapropter & intulit dicẽs:

Ibidem. c

Mat. 18.c

Simile factum est regnum cœlorum homini regi,qui uoluit ponere rationem cum seruis suis:& cùm cœpisset rationem ponere, oblatus est ei unus qui debebat decẽ millia talenta. Cùm aũt non haberet unde redderet,iussit eum dominus eius uenumdari,& uxorem eius,& filios,& omnia quæ habebat. Deinde postquam misericordiat potius est, egressus conseruum sibi centum debentẽ denarios suffocabat.Et is cùm dominum commouisset,iussus est in carcerem denuò trudi:donec totum exolueret. Vidisti quantum sit in hoiem, & in deũ peccatorũ discrimen?quantũ est decẽ milliũ talentorũ, & cẽtum denariorũ discrimẽ? immo uerò & longè maius. Hoc aũt fit & ex psonarũ differẽtia,& ex peccatorũ cõtinuatione. Dum.n. homo uidet, absistimus,& peccare ueremur:deo tamen p singulos dies uidente,nõ abstinemus,sed oĩa liberè facimus & loquimur. Nec hinc tantùm, uerũ & ex beneficẽtia & honore, quem à deo cõsecuti sumus peccata redduntur grauiora.Et si uultis intelligere qũo sunt decẽ millia talẽta, immò & longè quid maius,in ipsum peccata,paucis ostendere conabor. Sed timeo ne in uitium uergentib. & peccare iugiter amãtibus,fiduciæ plus tribuã:uel mitiores in desperationẽ inducam,& dicãt illud discipulorũ:Quis potest saluari?Verùm & ita dicã, & animaduertẽtes reddam cautiores,& humiliores.Nã & uitijs laborantes incurabilibus,& dolore carentes, & absq; sermonib. his,proprium torporem atq; nequitiam non derelinquunt. Si uerò maiorem hinc contemptus occasionem capiant,nõ dictorum culpa, sed illorum est insensibilitatis.Sicut contrahere poterunt,& cõpungere magis aduertẽtes.Et mansuetiores,cùm peccatorum uiderint magnitudinẽ, atq; pœnitentiæ uim dicerint,magis ipsam amplectẽtur, propterea dicere necessarium.Dicam igitur,& ponam peccata,quæq; contra deum patramus,& quę in homines.Et ponã non propria,sed cõmunia. Propria uerò tum quisq; de sua coniungat conscientia. Hoc aũt faciam,prius dei ponens beneficia. Quæ sunt ergo beneficia?Nos fecit,cùm nõ essemus, & omnia propter nos creauit uisibilia,cœlum,mare,terram,& quæ sunt in eis,omnia animalia,plãtas, semina:opus est.n.succidere pp immensum operum pelagus.Talem nobis animam uiuentem ex omnibus quæ sunt super terram inspirauit,plantauit paradisum,adiutorio dedit, oĩbus præfecit brutis,gloria coronauit & honore.Mox effectũ in benefactorem ingratum, maiori dignum munere censuit.Ne nanq; mihi solùm hoc consideres, quòd eiecit ex paradiso:uerùm & lucrũ ex hoc ortum animaduerte.Postquã.n.ex paradiso proiecit, & illis innumeris affecit bonis, & infinitas instituit dispensationes,suumq; misit filium pro affectis beneficio, licèt exosis,cœlumq; nobis aperuit,& ipsum patefecit paradisum,& filios istituit inimicos & ingratos.Propterea nunc opportunum est dicere: O altitudo diuitiarum sapiẽtiæ,& scientiæ dei. Nobis aũt contulit & baptisma,remissionẽ peccatorũ, & ultionis absolutionẽ, regnũq; possessionem:& infinita bene merẽtibus bona promisit,porrexitq; manum,& in corda nostra spiritum effudit. Quid itaq; post tot, tantaq; bona, qũo nos affectos esse decebat? Nunqd etiam si per singulos dies pro eo moreremur,q nos ita dilexit,meritum exolueremus,imo minimã debiti partẽ reponeremus? Nequaquã, alioquin & hoc in nostrã conuerteretur utilitatẽ. Qualiter ita q; sumus affecti, q sic affici debemus, si per singulos dies ipsius leges afficimus contumelia?Sed si peccatis linguam imisero,ægreferre nolitis:non.n.uos accusabo duntaxat, sed etiã memetipsum taxabo. Vnde uultis igitur incipiã?A seruis,à liberis,à militantib.à priuatis,à principibus,à subditis,à mulierib.à uiris,à senibus,à iuue-

I *Ro.11.d*

K *Iob.10.a*

L *Mat.10.c*

M

A nibus,à qua ętate,quo genere,qua uultis dignitate? A militãtibus sumã exordiũ? qd itaq; peccati per singulos dies isti non perpetrant? contumeliã inferẽtes & conuiciũ,furentes,alienas negociantes ærũnas,lupis assimiles,nunquã à crimine mũdi,nisi quis & mare sine fluctibus esse diceret.Quod enim uitium eos non exagitat? Quis morbus eorũ nõ obsidet aiam? In æquales inuidiã exercent,liuorẽmque nutriunt,& inanem gloriã,in subiectos autem auaritiam. At insectantes iudicia, & quasi cõfugientes ad portus,hostiliter se gerunt.Quot.n.illis rapinæ?quot usurpationes?quot calumniæ & adulterationes? quot seruiles assentationes?Agè ergo per singula, Christi legẽ accõmodemus.Qui dixerit fratri,fatue,reus erit gehẽnæ ignis. Qui uiderit mulierẽ ad cõcupiscendum eã, iam mœchatus est eã.Nisi quis humiliauerit se, sicut paruulus,nõ intrabit in regnum cœlorũ. Hi uerò superbiam exercent in subditos & traditos,seq; tremẽtes ac formidantes,se feris exhibẽtes magis infestos: propter Christum quidem agentes nihil, oĩa uerò propter uentrem, propter pecunias,propter inanem gloriam.Nunquid per uerba potest actionũ præuaricatio recenseri? Quis autẽ illorũ non dixerit subsannationes,risum, intempestiuas locutiones, turpiloquã? De auaritia uerò nihil dici potest.Sicut enim qui sunt in montibus monachi, neque quid tandem sit auaritia norunt:ita nec isti,sed ex contrario quã illi.Illi quidem eo quòd sint procul à uitio cõstituti, morbũ ignorant: hi uerò quòd nimis in eo sint ebrij, neque quantum sit mali sentiunt.Sic enim uirtutem hoc expulit uitium, atque tyrannicè dominatur,ut nec graue crimẽ esse putetur ab illis furentibus.Sed uultis ut his omissis ad alios ueniamus mãsuetiores?Agè igitur artificũ & mechanicorũ genus exquiramus. Hi nanq; pstertim ex iustis laboribus,suisq; degere uidẽtur sudoribus:uerũ & isti cum sibi nõ cauerint,multa sibi inde mala congregant. Iustorum enim operationi laborũ ex emptione & uenditione iniquitatẽ immiscent,& iuramenta frequẽter, & periuria simul atque mendacia auaritiæ contingunt:sola curant secularia,& terræ permanent affixi,& modò lucrẽtur, oĩa faciunt:ut autem pauperibus communicẽt,nullam gerunt curam,sua semper uolentes augere.Quis referat super his conuicia,contumelias,fœnora, usuras,cõtractus multæ falsitatis plenos, turpia cõmercia?Sed uultis & hos relinquentes,ad alios q uidẽtur esse iustiores,ueniam?Qui sunt igitur isti?agros possidẽtes,& ex terra colligentes diuitias. Et qd his quoque fuerit iniquius? Siquis.n.discusserit,qũo miseris & ærumnosis utuntur agricolis,ipsos uidebit barbaris crudeliores. Nã fame deficientibus, & per totam laborantibus uitã, continua insuper, & intolerabilia iniũgunt tributa,laboriosaq; pfiniunt ministeria: & uelut asinis,uel mulis, immo uerò quasi lapidibus,illorũ corporibus utuntur:nec minimũ quidem sinẽtes respirare,siue terra pbeat, siue non pbeat,similiter illos fatigant, nec ueniæ quicquã illis indulgent. Quo quid sit inclementius, cũ per totam hyemẽ fatigati,& gelu & imbre,uigiliisq; cõsumpti,uacuis recesserint manibus: & insuper etiã debentes, & plusquam famẽ hãc naufragium procuratorum quæstiones,& ide leges, exactionesq; simul & abductiones, & ieuitabilia ministeria timẽtes,& exhorrẽtes? Quis dicere possit qstus,quos ab eis negotiantur, & circũuentiones qbus eos defraudant:ex eorũ qdẽ laboribus atq; sudoribus torcularia replẽtes & lacus,ipsos autem neq; minimã partem domũ referre permittẽtes,sed totum fructum in suæ condentes iniquitatis dolia,& paululũ eis argẽti pro his erogantes? Porrò nouas quoque fœnoru formas excogitãt, neq; Græcorum quidẽ legibus sancitas, mutuorumq; scripta multæ maledictionis plena componũt. Nec.n.quotamcunque totius portionẽ,sed dimidiã exigere conantur:& hæc exigitur,cũ is & coniugem habeat, & alat infantes, homoq; sit,& propriis areã & torcular laboribus impleat.Sed horũ nihil cogitãt.Propterea cum propheta dicendũ est: Obstupesce cœlũ, & per horresce terra, in quantã feritatẽ ebacchatũ est hominũ genus.Hæc autẽ dico, non artes,non agricul- *Act.10.a*
turã,aut militiã,non agros calumniãs,sed nosmetipsos.Quoniã & Cornelius erat centurio,& Paulus fu- *Ibi.18.a.*
tor,& arte post prædicationẽ usus est.Et Dauid erat *Iob.1.a*
rex.Et Iob agros possidebat, & hinc multos capiebat prouẽtus,& ipedimẽti nihil erãt hęc ad uirtutẽ illorum alicui.Hæc igitur oĩa cogitantes, & decem talentorũ millia supputantes, hinc saltẽ ad illa pauca, uiliaq; proximo remittenda inducamur. Ratio nãq; fit mandatorum nobis creditorum, nec oĩa possumus erogare,neq; si quodlibet fecerimus:ppea deus ad exoluẽdum facilẽ, leuemq; uiã nobis proposuit, quæ cuncta posit illa dissoluere,iniurias.f.ut obliuiscamur. Vt igitur hoc bene discamus,omnẽ progressi parabolam audiamus:ait enim, *Oblatus est ei unus qui debebat decẽ millia talẽta:cũ autẽ nõ haberet unde redderet,iussit eum uenundari,& uxorẽ & filios eius.* Quãobrem,quęso?Nõ ex crudelitate, aut inhumanitate: nã in eũ rursus damnũ conuertebatur, serua siquidẽ erat & illa:sed ex ineffabili prouidẽtia.Per has.n.uultminas efficere,ut in supplicationẽ inducatur,non ut adiungatur.Nam si ppea fecisset, ipsius petitioni nõ annuisset,neq; gratiam concessisset. Quamobrẽ igitur ante rationem positam hoc non fecit, neq; remisit debitum? Volens ut discceret, quantis eũ debitis liberaret,ut uel ita fieret in conseruũ mansuetior.Nã si postquam debiti magnitudinẽ, & uenię largitatẽ didicit,cõseruũ suffocare non desistebat, nisi talibus eum prærudiisset medicamentis, ad quid non erupisset crudelitatis? Quid igitur ille? *Patientiã habe in me,& omnia reddã tibi.* *Dominus autẽ eius misericordia motus,dimisit eũ,& debitũ remisit ei.* Vidisti rursum misericordiæ magnitudinẽ nimiã?Petiit tantũ seruus tẽporis dilationẽ, ipse uerò plus q̃ petijt, totius mutui remissionem concesit, & ueniã. Volebat quidẽ & ab initio dare, sed nolebat donũ esse tantummodo suũ:uerũ & huĩ orationis, ne sine corona recederet. Quòd.n.totũ ipsius erat,licèt iste procidit & adorauit, causa dimissionis ostẽdit: misertus.n.dimisit ei. Verũtamẽ & ita uolebat apparere, qd aliqd & ille cõtulisset,ne nimiũ esset cõfusus, & ut in proprijs eruditus ærumnis,in conseruũ clementior efficeretur. Hactenus quidẽ hic bonus & beneplacitus:nã, & cõfessus est, & se redditurũ promisit debitũ, & procidit, & supplicauit,propriaq; damnauit peccata, & debiti magnitudinẽ agnouit.Sed sequẽtia sunt pcedẽtibus indigna.Egressus.n.statim in se politum habens beneficiũ, ad malitiã abusus est munere, & libertate à domino ipsi pbita. *Cum inuenisset enim unũ de conseruis suis,qui debebat ei centũ denarios,suffocabat eũ,dicẽs: Redde mihi quod debes.* Vidisti clementiã domini? Vides serui crudelitatẽ? Audite qui pp pecunias hęc agi

B

C

D

E

F

G tis:nā si pro pecuniis non oportet,multò magis pro peccatis. Quid igitur ille?*Patientiā habe in me,et omnia reddam tibi.* Ille uerò nec ipsa reueritus est uerba, p q̄ saluatus est.Nā & ipse talia dicens, à decem millibus talentorū absolutus est, neq; portum per quem naufragiū effugerat,agnouit: non supplicationis forma domini benignitatis memorē eum effecit,sed oia ille pp auaritiā & crudelitatē, & rancorem eiiciens, erat fera molestior,suffocans conseruum. Quid agis homo? non animaduertis te mucronē in temetipsum agere,sentētiamq; & donū reuocare? Sed horū nihil cogitauit, neq; sui recordatus est,neque remisit,licēt nō de paribus esset supplicatio. Nā ipse qdē pro decē talentorū millibus, ille uerò pro centū denarijs supplicabat.Et ipse quidē conseruum, ille uerò dominū rogabat. Et ipse qdē perfectam accepit remissionē, ille uerò dilationem petebat.*Et nec hoc ipse concedebat illumq; cōȳciebat in carcerē. Videtes autē conserui,eū apud dominū accusauerunt.* Nec hominibus hoc placebat, nedū deo.Cōdoluerūt q nō debebāt:qd ergo dominus?*Serue nequā,omne debitum illud remisi tibi,quia rogasti me:nōne oportebat & te misereri cōserui tui,sicut & ego tui misertus sum?* Vide rursum & hic domini mansuetudinē.Iudicatur cū eo, seq; purgat, donū suum subuersurus: qnimmo nec ipse subuertit,sed q suscepit,ppea dicit:Serue nequā, omne debitum illud remisi tibi, qa rogasti me:nōne oportebat & te misereri cōserui tui? Nā & si graue negotiū esse tibi uidebatur,oportebat tame & ad factū respicere lucrū. Etsi molestū p̄ceptū,p̄miū cogitare decebat. Neq; quòd ille cōtristauit, sed quòd tu deū quē irritasti,sola supplicatione reconciliasti.Si uerò sic quoq; tibi graue,tristitia authori te amicū fieri,multò grauius in gehennā decidere.Et si illi hoc opposuisses,tūc qd hoc ē illo longè leuius,cognouisses.Et cū decē millia quidē talenta debebat,nequā nō appellauit, nec contumelia prosecutus est,sed misertus est:cū aūt in conseruū immitis apparuit, tunc ait:Serue nequā. Audiamus auari,ad nos.n.est sermo: audiamus immites & sæui,quòd nō alijs,sed nobis sumus crudeles. Cū ergo uis mali memoriā habere,cogita qd in teipsum mali memoriā seruas,nō in alium: quoniam tua ligas peccata non proximi. Nā tu quidē quocunq; illum affeceris ut hominem,& in præsenti uita: hic autem nō
I ita,sed te grauius ulciscetur,& illic ultione futura: ait enim, *Tradidit eum donec reddat debitum:* hoc est semper,nūquam enim reddet.Postquam beneficio melior factus nō es,reliquū est,ut ultione corrigaris,licēt immutabiles sint gratiæ & dona,sed tātū malitia præualuit,ut & hanc legē resoluat. Quid igitur q̄ mali memorē esse peius, cū tātam & talem dei gratiam subuertere cōspiciatur? Neq; simpliciter eū tradidit, uerū & iratus.Nā cùm uendi quidem iussit,non irati sermo ppea neq; fecit,sed erat maxima clemētiæ occasio:nūc aūt indignationis multæ, multæ ultionis & pœnæ sentētia. Quid itaq; parabola significat? *Sic,* inqt, *faciet & uobis pater meus,nisi remiseritis unusquisq; fratri suo de cordibus uestris peccata.* Nō dicit, pater uester:sed pater meus.Non.n.dignū est taliū patrē deū uocari, qui tā improbi sunt, & i hoies maleuoli.Duo hic itaq; requirit, & ut de peccatis nos condēnemus, & alijs dimittamus, & illud propter hoc, ut hoc facilius reddatur.Qui nanq; sua cogitat,erit in conseruū clemētior:neq; simpliciter dimittere iubet ex ore,sed ex corde. Ne cōtra nos igitur ensem agam⁹, malorū memoriā retinentes. Qua nāq; te tali affecit lesione, K q̄ te contristauit, quali temetipsum afficis irā remini scens, & à deo cōtra te sententiam trahens te dānan tem?Si uerò uigilaueris, & prudenter agas,in illius caput iniuriā conuertes, & ille fiet qui malū patiatur.Si uerò molestē ferens,& indignatus permaneas: tunc ipse detrimētū patieris,nō ab illo,sed abs temetipsō. Itaq; ne dicas, Me cōtumelijs affecit,& calumniatus est,& innumera intulit mala. Nā quātò plus dixeris, tātò magis ipsum ostēdis benefactorē: abluēdi nāq; peccata pstitit occasionē. Quātò maioribus igitur affecit iniuriis, tantò tibi maiorum remissionis peccatorū author efficitur.Si uelim⁹.n.afficere nos iniuria poterit nemo:uerū & inimici nobis maximè proderunt,& qd hoies dico?Quid diabolo fuerit deterius? attamen & inde multā profectus occasionem habemus,& charitatis. Quod Iob quoq; testatur,cui diabol⁹ occasio fuit coronarū. Quid hoiem horres inimicū?Vide,q̄so,quantū lucreris, inimicorū æquè ferens insolentias.Primùm quidē & maximū, quòd à peccatis absolueris. Secūdo,tolerantiā acqris, & patientiā.Tertiò,māsuetudinē & clementiā.Nā q cōtra lædētes nescit irasci, multò magis se diligētib. facilis L erit.Quartò,mētē semp ab ira syncerā, cui nihil par fuerit.Ab ira nāq; syncer⁹, proculdubio & tristitia, q̄ inde oriri solet,imunis existit. Nec in uanos,labores, atq; dolores uitā ipendet.Qui nāq; nescit inimicitias exercere,neq; nouit tristari,sed delicijs infinitisq; fruetur bonis.Itaq; proximos odio prosequentes nosipsos ulciscimur, sicut beneficiū cōferentes nosipos diligimus.Ad hæc oia fies & uenerabilis & ipsis aduersarijs,licēt ēt dæmones sint: quinimmo nec amplius ita te gerens, inimicū habebis. Quòd autē oium est maximū & primū, dei lucraberis amicitiā,licēt peccator fueris,assequere ueniā: & sic correctus, maiorē fiducia assumes. Hoc igitur pstemus,ne quenquā oderimus,ut & nos deus diligat,ut licēt decem milliū reisimus talētorū, clemētiā exhibeat, & misereatur.Sed ab eo passus es iniuriā,itaq; misereris illus, ne prosequaris odio,defle potius & luge,nec auertaris.Nō.nes tu qui deū offendisti,sed ille:tu uerò & probabilis euades,si toleraueris.Cogita qd crucifigi debēs Xps de se quidē ipso gaudebat, pro crucifigentibus autē lachrymis dabat: ita nos quoque conuenit affici.Et quātò maiores patimur iniurias, tantò magis inferē M tes deflere. Nā hinc nobis multa qdē bona,illis uerò cōtraria.Sed corā oibus cōtumeliā intulit,& insputit. Ergo corā oibus seipsum cōfūdit, & honore priuauit,& innumeris accusatorib⁹ora reseravit:tibiq; plures cōtexuit coronas, multosq; tibi patiētiæ p̄cones congregauit.Sed apud alios calūniatus est. Et quid hoc? cū deus q oia scit,pœnas sit exacturus,nō aūt illi q audierūt:nā sibiipsi pœnæ materiā addidit. Nec tantū de proprijs, uerū & de his q̄ contra te locutus est,rationē reddet. Et te qdē apud hoies accusauit, ipse uerò apud deū accusatus est. Si autē hæc tibi nō sufficiunt, cogita quòd & dominus accusatus est,& à satana,& ab hominibus, & apud eos q maximē diligebātur.Et huius unigenitus rursum eadem est passus,propterea dicebat: Si dominum domus Beelzebub uocauerūt, multò magis seruos eius. Nec tantū *Mat.10.c* eum improbus ille dæmon accusauit, uerùm fidē secit:nec mediocribus accusabat criminibus,sed maxi *Ioā.7.b* & *8.f* mis opprobrijs & reatibus.Nā & eum dæmoniū habere dixit,& seductorū,deoque cōtrarium esse. Sed *Mat.27.f*

ab illo

A ab illo quem beneficijs afficeras,mala passus es. Et propterea pro illo q fecit,maximè lachrymas & dolorem impende:pro teipso aūt & gaude,quoniā deo factus es similis, qui Sole suū facit oriri super malos
Mat.5.g & bonos.Sed si uires tuas excedit imitatio dei, licēt nec hoc sit uigilanti difficilē,ueruntamen si tibi maius hoc esse uidetur,ad cōseruos agè te deducamus: Ad Ioseph innumera passum,& de fratribus optimè
Gen.37.e meritum: Ad Mosen post infinitas pro persequentibus
Exo.32.g orantē insidias.ad Paulum, nec habentem quo
Rom.9.a numeret q̄ perpessus est ab huiusmodi, & petentem
Act.7.g pro eis anathema fieri:Ad Stephanū lapidibus obrutum, & deprecatū ut eis hoc dimitteretur peccatū. Et his omnibus aduersis oēm irā elimina,ut & omnia nobis errata nostra deus dimittat,gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui honor,& imperium in secula seculorum, Amen.

In inuentione sanctæ crucis,homilia.xxi.

Incerto interprete.

Mat.19.a N illo tempore,accesserunt ad Iesum Pharisei, tē
; tantes eum,& dicentes: Si licet homini dimittere uxorem suam quacunq; ex causa. & reliqua:
B Iustus dominus omniū,qui sic diligit alios, ut alios nō contēnat. Nā sicut oēs illi debent gloriam quasi domino,sic ille debet oībus misericordiā, quasi seruis.Nam si semper eū unus teneat locus, iam nō est possessor omniū hominum, sed possessor aliquorū. Reliquit Iudæā, & uenit in fines Iudææ.s.Galilæam patriam suam,de qua fuerat natus. Quasi Sol altius ascendens,reliquit Orientem,& uenit in Iudeā quasi ad occasum, ubi fuerat obiturus: in pace passionis occumbens:iterū nobis aliū diem nouiorē suę resurrectionis ostendere uolēs,ut dicamus cū Apostolo:
2.Co.5.d Vetera transierūt,ecce facta sunt omnia noua. Et secutæ sunt eū turbæ multæ, quasi testimonia salutaris doctrinæ eius,quasi oues pastorē in manu ipsius genitæ & nutritæ. Producebāt eū quasi paruuli filij patrem peregrē,longeq; proficiscentē. Et quid pater proficiscens? Bona pignora charitatis eis reliquit pro exilibus remedia sanitatum. Et sanauit eos, ibi apparet,quia parati erant populi sequi eum ēt in fines Iudææ. Sed nequis existimet Iudæorū, sicut erant de-
C tractores, quòd ad cōmendationē opinionis, & ad testimonia uirtutum suarum,iactantię causā trahat secum multitudinē infirmorum,ideo sanauit eos,& dimisit,maximè cū sufficerent,& ipsi ad gloriam,& hominibus ad salutē,testim[illegible]ia in suo loco nascentia.Et accesserunt ad eū Pharisæi,tentantes eū,& dixerunt:Si licet homini uxorē suam quacunq; ex causa dimittere? Viro casto qualiscūq; uxor bona uidetur:quia perfecta charitas uitia nō sentit. Qui diligit uxorē, de soluendo matrimonio legis præcepta necessaria nō habet,ubi aūt de matrimonio soluendo lex requiritur:illic iam odiū demonstratur.Vbi odiū inuenitur,illic iam fornicatio esse cognoscitur. Quē admodū si uideas hoiem assiduè amicitias medicorum colentē,ex ipsa re statim itelligis, quia infirmus est:sic & cū uideris, siue uirū, siue mulierē de dimittendis uxoribus,aut uiris,legē interrogantes,cognosce qa uir iste lasciuus est, & mulier illa meretrix est: sic & Iudæi hoies fornicarij & contaminati, qui habentes uxores habere nō uidebantur: quia uxor illis nō erat,quasi iucunda possessio castitatis, sed quasi desertū exilium libidinis illic relegatæ. Nā in matrimonio mox castitas delectat, libido aūt quasi uinculo coniugij colligata torquetur. Et nō sit nouum D quod dicimus, qa castitas in matrimonio delectat. Nā primus gradus est castitatis syncera uirginitas:secundus aūt,fidele coniugiū. Ergo species secūda uirginitatis,est matrimonij casta dilectio. Adierūt ergo Iesum tentantes, ut uiderēt si uolūtatis eorū amicus esset,an castitatis patronus,ut si quidē diceret, quia licet dimittere,laudarent eū:si aūt non,contradicerent ei,& hoc est propriè tentare. Qui aūt uera interrogat, quicquid audierit, conquiescit. Si licet homini dimittere uxorē suam quacunq; ex causa. O effręna ta lasciuia. Sciebant nanq; quia nullā causam idoneā habebant circa dimittēdas uxores suas, p̄ter solā turpitudinē, alias atq; alias sibi cōiungebāt.Ideo timuerūt interrogare, ex quibus causis ne ipsas intra angustias certarū causarum cōstringeret.sed interrogaue runt si ex causis oībus licet,scientes, quia modū nescit libido:sed quantò exercetur, tantò magis accenditur, nō leuiter nec intra terminos unius coniugij se capit libido.*Ille respondens, ait eis: Non legistis, quia qui* *Gen.1.d*
fecit ab initio masculum & fœminam, fecit eos? Dicēs, nō
E legistis, id est, legistis quidē:sed noluistis facere qd le gistis:conscientiam illorū ad testimoniū prouocat, ut ostendat eis quoniam ideo interrogant, ne firmiter discant qd dubitant, sed ut excusabiliter faciant, quòd inexcusabiliter peccāt. Masculū & fœminam: non masculū & multas fœminas, ut uni masculo liceat multas fœminas possidere:neq; masculos & fœminā, ut uni fœminæ liceat multos uiros excipere: sed, masculū & fœminā, ut una fœmina nullū masculum putet esse in seculo, nisi unū: & unus masculus nullā putet fœminā esse in seculo,præter unā. Nō.n. duas aut tres costas dominus tulit de latere uiri, & duas aut tres fecit mulieres. Cū ergo sēda aut tertia uxor steterit ante faciem tuam, sicut tūc Heua ante Adam, qūo illi dicet: Hoc nunc os de oſsibus meis? *Ibid.2.d* Nā si uera costa est illa mulier,tamen nō tua. Si ergo non illi dixeris,non illā confirmas esse tuam: si autē dixeris,mentiris. Si ergo ad hoc deus masculū & fœminā ex uno creauit,ut sint in unū:quare ergo & de cętero uir & mulier nō ex uno utero nascūtur, sicut uolatilia quædā? Quia deus masculū quidē,& fœminam creauit pp necessitatem filiorū generandorū, F tum semper castitatis fuit amator,& cōtinentiæ author. Ideo illū typum nō seruauit in oībus,ut si quidem uult homo nubere sēdm primam dispositionē creationis humanę,intelligat qd est uir & uxor:si autē noluerit nubere,non habeat necessitatē nubendi, propter coniunctionē natiuitatis, ne fortè uideatur per suā continentiam alterā perdere, q̄ nolebat esse in cōtinentia:qūo dicimus pòst cōiuncto matrimonio,ne alter altero nolente separetur:*Propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam.* Propter quid? Quia *Ibidem.*
ex uiro est uxor, & ex una carne sunt ambo. Ergo nunc maior charitas debet esse inter fratres,& sorores:quia isti quidē ex eisdem parentibus exeunt, isti autem ex diuersis. Sed hoc magnum est nimis, quia fortior est dei cōstitutio, q̄ uirtus naturæ. Nō enim præcepta dei naturę sunt subiecta,sed natura p̄ceptis obtēperat.Deinde fratres licēt ex uno nascantur, tamen ideo nascuntur,ut diuersas uias petāt. Vir aūt & uxor licēt ex diuersis, tamē ideo nascūtur, ut in unū conueniāt. Ergo hi quāuis nō ex uno, ad hoc creati sunt,ut sint unū. Vides ergo qa nō seipsum sequitur ordo naturę,sed ordinationē dei.Ex teipso cōsidera.

G Quod.n.est in herbis aut in arboribus humor: hoc est in hominibus amor. Sicut herbæ ex humore nascuntur & crescunt: sic hoies per amorẽ incipiunt & augẽtur. Humor quidẽ de radicibus ascendit in herbam, de herba aũt non reuertitur ad radices, sed rursum transmittit in semen: sic & charitas de parẽtibus ascendit ad filios, de filijs aũt non reuertitur ad parẽtes. Ideo parentes quidẽ filios diligunt, sed nõ diligũtur à filijs: quia sicut herba non deorsum, sed sursum ad semen trãsmittit humorẽ: sic & homo nõ ad parẽtes, sed ad procreandos filios transmittit affectũ. *Et erunt duo in carne una.* Sicut q̃ spiritaliter se diligunt, multorũ animæ quasi una anima dicuntur esse, dicẽte scriptura: Omniũ credentium erat cor unũ, & anima una: sic uir & uxor, qa carnaliter se diligunt, una caro dicũtur. *Dicunt illi: Quid ergo Moses præcepit dare libellum repudij?* Displicet peccantibus doctrina iustitiæ, grauis est fornicarijs interpretatio castitatis. Sed contra rationẽ quod est, respõdere nõ possunt, ueritati tamẽ credere nõ acquiescunt. Quid ergo? conferunt se ad patrociniũ uiri sanctissimi Mosi, cuius psonam uerebãtur oẽs & timebãt, ut doctrinã Christi, quã ratione uincere nõ poterant, per authoritatẽ lepidioris personæ destruerent. ut dum Moses irreprehensibilis reprehẽdi timetur, ueritatis interpretatio taceatur: sicut solẽt hoies facere, malã causam habẽtes, confugiunt ad potẽtes uiros, ut & qd iustitia nõ potest, uincat persona. Tanq̃ si ita inuidiosẽ respondeat: Quid ergo Moses præcepit in lege, q fuit quasi uisibilis, lingua inuisibilis dei, qui incorruptibilẽ gloriam corruptibilib⁹ oculis uidit: & testimoniũ deitatis in uultu suscipiẽs portauit ad populũ? Tu aũt homo uilissimus, fabri lignarij filius, qũo destrues quę ille cõstituit? Si filius dei es, sicut dicis, quare confundis ministerium tuũ? Si homo es similis nostri, qũo reprehendis authorẽ tuum? Si malum est, quare præcepit? Si bonũ est, quare destruitur? *Tunc ait Iesus, Moses propter duritiam cordis uestri permisit uobis dimittere uxores uestras.* Frequenter uobis Moses pp duritiã uestram iniustitiam quasi iustitiam præcepit, in eremo deo hostias offerre. Et qũo dicit per prophetã: Non accipiam de domo tua uitulos, neq; de gregib⁹ tuis hircos? Sed quia patres uestri egressi erant de Aegypto, corpore tamen, nõ animo: non totã Aegyptũ secum in moribus baiulabãt. Vidit itaq; eos Moses pp delectationẽ carnalem circa studia sacrificiorũ esse inclinatos, si mandasset eis recedere à sacrificijs, non fuerat audiendus: Quia annosa passio medicamẽto momentaneo nõ curatur. Iussit eos sacrificare qdẽ, sed nõ iam dęmonibus, sicut in Aegypto, sed deo uiuo. Dimidiũ mali permisit, ne totũ perderet bonũ. Hac ratione permisit uos dare libellũ repudij, quia melius iudicauit permittẽte lege matrimonia solui, q̃ odio cõpellente homicidium fieri. Permisit uobis mala facere, ne faceretis peiora. Ergo uobis hoc permittendo, nõ uobis dei iustitiã demonstrauit, sed à peccato abstulit culpã peccandi, ut quasi scdm legẽ agẽtibus, uobis peccatum uestrũ non uideatur esse peccatũ: utpote sicut habens seruum qui furatur, & inebriat se, cõsiderans dominus, qa si utrũq; insimul mandauerit obseruare, nihil proficit: mãdat illi ut bibat quidẽ quantũ uult, sed publicè bibat, ut hoc quidem quod bibat, sit scdm modũ bonũ, ut paulatim discat obaudire præceptis: sic permissum est & repudium, malũ quidem, sed licitum. Hac ratione & apostoli permiserunt secundas adire nuptias, pp inconti K nentiam hominũ. Nam secundã quidem accipere, secundũ præceptum Apostoli est: scdm ueritatis autẽ rationem, uerè fornicatio est. Si secundã permittẽte deo publicè, & licẽter cõmittitur, fit honesta fornicatio. Propterea bene dixit, quia Moses hoc permisit, nõ præcepit. Aliud est.n. præcipere, aliud permittere: quod.n. præcipimus, semper erit, quod aũt permittimus, nolentes permittimus: quia malas hominũ uoluntates, ad plenum prohibere non possumus. *Amẽ amen dico uobis, quicunque dimiserit uxorẽ suam, excepta causa fornicationis, mœchatur.* Omnis res per quas causas nascitur, per ipsas absoluitur. Matrimoniũ.n. non facit coitus, sed uolũtas: & ideo non illud soluit separatio corporis, sed separatio uoluntatis. Ideo qui dimittit coniugẽ suam, & aliam nõ accipit, adhuc maritus est. Nã corpore iam separatus est, tamen adhuc uolũtate cõiunctus est. Cũ ergo alteram acceperit, tunc plenè dimittit. Non ergo qui dimittit, mœchatur, sed qui alterã ducit. Sicut aũt crudelis est & iniquus, qui castã dimittit, sic fatuus est & iniustus, qui retinet meretricẽ. Nã patronus turpitudinis eius est, L qui crimen celat uxoris. Imitatores ergo debemus esse dei, ut sicut ille agit cũ ecclesia, sic nos agamus cũ cõiuge. Ille.n. nunq̃ derelinquit populum, nisi ad gentilitatẽ, uel ad hæresim uoluntate trãsierit, aliãs aũt peccantem castigat quidẽ, tamen misereri non cessat, dicẽte propheta: Si dereliquerint filij eius legẽ meam, uisitabo in uirga iniquitates eorũ, misericordiam aũt meam non dispergã ab eis. Sic & uir meretricem quidẽ dimittat, aliãs aũt male moratam castiget, & teneat. Qũo? Tribus modis. Primũ, docẽdo secundum deum: si aũt timorem dei non sentit, improperando, ut uel hoies erubescat. Si nec pudorem sentit frequenter cõfusa, faciat illi quod præcepit Salomon: Durã, baculo percute. Ergo primũ admone, quia multũ proficit doctrina iustitiæ. Deinde cõfunde, quia frequenter & pudor frẽnum est uitiorũ. Tertiò, iustũ est ut castigetur, quasi ancilla q̃ erubescere nescit, ut libera. Moraliter: de Galilæa turbæ in mysteriũ gentium secutæ sunt dominũ in fines Iudææ, ibiq; curatæ sunt, iustæq; in fines transierũt Iudææ: nec.n. potuissent curari, nisi relictis finibus suis, in fi- M nes trãsissent Iudæę, sicut scriptũ est in Esaia prophe ta: Et uenient oẽs gentes, & dicent: Venite, ascendamus ad montẽ domini, & in domũ dei Iacob, & annunciabit nobis uiam suã, & ambulabimus in ea. Et curatæ sunt gentes in finibus Iudæorũ, ad confusionem ipsorũ, quia gẽtes quidẽ & in aliena secutę sunt Christũ, Iudæi aũt in suis finibus constitutum contẽpserunt & repulerunt, & in fornicationibus suis corporalibus fornicationẽ suam cõfessi sunt spiritalẽ, dicentes: Si licet uiro dimittere uxorẽ suam quacũq; de causa. Quia in animo nõ potest esse castus, q corpore est lasciuus, hoc est, nõ potest deo esse fidelis, qui uxori suæ perfidus est. Sicut nec ex diuerso conscientiam seruat, qui deo fidẽ non seruat, sed altera alteri⁹ fornicationis est accusatrix. Nã etsi interim non præuaricatur lasciuus, tamẽ iam in eo statutus est ut præuaricaretur, si corruptio psuasionis accesserit. Et illi quidẽ scdm carnẽ interrogabant, q̃ pati merebantur scdm spiritũ: si licet dimittere uxorẽ quacũq; ex causa. Christus aũt eis respondit, quod facere eos decebat, dicens: *Quicunq; dimiserit uxorem suam, nisi ob causam fornicationis, et aliã duxerit, mœchatur.* Sicut enim

Exo.33.b & 34.d

Psal.49.b

Esa.2.b

A uxorẽ quocunq; modo contra uoluntatẽ uiri agẽtem dignum est repellere, non aũt iustum est quan tũ ad grauitatẽ uiri nisi ob causam fornicationis: sic & ecclesia quocunq; modo contra uoluntatẽ egerit Christi, abiici digna est: non aũt abiicitur propter lõganimitatẽ Christi, nisi sola causa trangressionis. Sicut enim Christus si dimisisset prius ecclesiã Iudæorũ, non eis subministrans per scripturas notitiã diuinitatis suę, ipse fecisset eã adulterare cũ diis extraneis, quoniã natura rationabilis & subdita deo, & à deo creata, sine deo non potest esse: sic Christo conscientiã suæ diuinitatis subministrante, quoniã synagoga trãsibat ad idola, inexcusabilis adultera est reperta. Propter qd repulit eã Christus. Nõ repulit eã quacunq; ex causa, sed pp fornicationis ipsius causam: quia nõ solũ relicto Christo diabolo se coniũxit, sed etiã interfecit, pro quo mori debuerat. Ab initio.n. deus genuit Christũ, deinde hoiem rationabilẽ natu- Mat.19. & Mar. 10.a rã angelorũ & animarũ quasi coniugẽ potẽtẽ sucipere uerbũ ipsius. Ideo clamat: Quod deus coniũ B xit, homo non separet. Et multis quidẽ modis homo separat, quod deus coniunxit. Quando.n. quis, aut dicit, aut facit aliquid per qd scandalizati hoies recedunt à Christo, homo separat quod deus coniũxit. Sed etsi nullus alter hoc faciat, ipse aũt se homo peccans à deo præscindat, repellens spiritũ à se, homo uidetur separasse quod deus coniunxit. *Dicunt ei discipuli: Si ita est causa uiro circa uxorem, non expedit nubere.* Audiẽtes & apostoli, cogitabãt apud se, mulier Eccl.7.d bona difficilè inuenitur, protestante Salomone: In mille quidẽ unũ uirũ inueni, mulierẽ aũt in his omnibus nõ inueni. Quid est aũt aliud mulier, nisi amicitiæ inimica, ineffugabilis pœna, necessariũ malũ, naturalis tẽtatio, desiderabilis calamitas, domesticum periculũ, delectabile detrimentũ, mali natura, boni decore depicta? Ergo si dimittere illã peccatũ est, tenere uerò illã tormentũ est: necesse est, ut aut dimittentes, adulteriũ faciamus: aut tenẽtes, quotidianas pugnas & amaritudines habeamus. Ideo respondẽrunt: Si ita causa est uiro cũ uxore, nõ expedit nubere. Tunc dominus nõ dixit, quia expedit: sed magis consensit, qa nõ expedit, sed infirmitatẽ carnis aspiC ciens, dixit: *Non omnes capiunt uerbũ istud, sed quibus datũ est.* Non dixit. Nõ oẽs capiunt, id est omnes capere possunt, non tamẽ capere uolũt. Palma proposita est. Qui cõcupiscit gloriã, nõ cogitat de labore. Nemo uinceret, si oẽs periculum pugnæ timerẽt. Ex eo quòd quidã nõ possunt, & à proposito continentiæ cadũt, nõ debem⁹ circa uirtutẽ castitatis fieri pigrio res. Si.n. quidã in pugna cadẽtes non exanimant cæteros, sed dicũt illis, si datũ fuisset, rẽ non applicãt pugnæ, sed homini: quantò magis nos cadẽtes negligẽtiæ imputare debemus, non difficultati uirginitatis? Quod dicit, Quibus datum est: non hoc significat quoniam quibusdã datur, quibusdã non datur: sed illud ostendit, quia nisi auxiliũ gratiæ acceperimus, nihil ex nobis ualeamus. Quoniam aũt uolentibus gratia nõ denegatur, in euangelio dominus dicit: Pe Mat.7.a tite, & dabitur uobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Debet autẽ uolũtas præcedere, & sic sequitur gratia. Nã neq; gratia sine uolũtate aliquid operatur, nec uoluntas qd sine gratia potest. Nam & terra nõ germinat, nisi pluuiam susceperit, nec pluuia fructificat sine terra.

Tomus secundus.

In commemoratione sancti Pauli, Homilia. xxij. Incerto interprete.

D

N *illo tempore, dixit Simõ Petrus ad Iesum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis?* & reliqua. Quoniã posibile fuit Mat.19.d deo saluare Iudaicũ populũ multas in lege diuitias possidentẽ, credentiũ Iudæorũ multitudo testatur, siue p ipsum Christũ, siue per apostolos eius, ut bonitatis illi⁹ inuestigabile pelagus humana æstimatio non apprehẽdat, sed uicta miretur tamẽ, quia dixit dominus: Apud hoies imposibile hoc est, quãtũ ad Luc.18.c naturã: apud deũ posibile. Ecce subitò excitatur Petrus unus ex populo illo diuite, & difficili, ex persona credentiũ Iudæorũ, & clamat quasi testis potẽtię dei factus, & cõfirmãs Christi promisionẽ, & dicit: Ecce nos reliquimus oia, & secuti sumus te, qd nobis erit? Quoniã aũt & ipse Petrus, & oẽs apostoli, cęteriq; credentiũ Iudęorũ, cõtra posibilitatẽ humanã p dei potentiã crediderũt in Christũ, ipse testatur dicẽs ad Petrũ: Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & san Mat.16. guis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui in cœlis E est. Sermo iste conuenit ad oẽs, ut singulis quibusq; dicatur: Quoniã beatus es tu, qa nõ caro & sanguis reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. Iesus autẽ dixit eis. Amẽ dico uobis quòd uos qui secuti estis me, in regeneratione cũ sederit filius hois in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicãtes duodecim tribus Israel. Futurũ aũt erat, ut in die iudicii respõderẽt Iudęi: Domine, nõ te cognouimus filiũ dei in corpore constitutũ. Quis.n. hominũ uidere poterat thesaurũ in terra absconditũ, Solẽ nube celatũ? Quis suspicabatur stellã matutinã nasci super terrã? Quis putabat mulierẽ quæ clausit paradisum, ut nemo in eũ intraret, ut ipsa fieret prima porta paradisi, ut lux per illã procederet, per quã tenebræ intrauerũt? Ergo iniuriã nostrã nõ nos impulit cõtumacia cordis, sed decepit cõsideratio carnis. Vós respondebitis eis: Et nos fuimus homines sicut uos, similẽ habẽtes animã, eandẽq; naturã carnis, in uno uiximus mundo, eisdẽ factionibus mundialiũ spirituũ periclitãtes, ipsis protectionibus dei adiuti. In hoc aũt uos meliores fuistis nobis, quoniam nos fuimus hoies piscatores, & rustici, & obscuri in ple- F be: uos aũt sacerdotes, & scribæ, & principes populi. Nos illum cognoscere potuimus hoies piscatores & rustici, & uos eũ cognoscere nõ potuistis sacerdotes & scribæ, qui habebatis præ oculis uestris scripturas quasi lampades scientiæ? Nos anteq̃ mirabilia eius uideremus, itelleximus eũ: uos aũt uel post testimonia tantarũ uirtutũ intelligere non poteratis? Quomodo potuit fieri, ut penẽ tota gens ignoraret, quẽ duodecim cognouerunt? Esto. Quia non credidistis ei, nescientes eũ filiũ dei: qua causa interfecistis eũ, nullã culpã inuenientes in eo? Sed in nobis bona uolũtas facta est, quasi lucerna rusticitatis nostræ: in uobis aũt malitia facta est, quasi caligo scientię uestrę. Adhuc aũt audeo & subtiliorẽ introducere sensum, magis alterius cuiusdã uiri sapientis referre. Exponit.n. quoniã sicut Iudęorũ populus ĩ duodecim trib⁹ fuit diuisus, sic & uniuersus populus Christianus diuisus est ĩ duodecim trib⁹ scdm quasdã proprietates animarũ, & diuersitates cordiũ, quas solus deus cognoscere, & discernere põt: Vt qdã aię sunt de tribu Rubẽ, quędã aũt de tribu Symeõ, uel Leui, uel Iuda. Puto.n. sicut oẽs sancti, quinq; uirgines prudẽtes esse di

Universidad de Deusto Biblioteca

Cuntur, quanuis sint innumerabiles, pp quinq; sensus spirituales. & omnes peccatores quinq; uirgines fatuæ, quanuis sint innumerabiles, propter quinq; sensus carnales. Et sicut oēs ecclesiæ Christi, septē dicūtur ecclesiæ, quanuis multæ sint pp septem spiritus: omnes enim sancti, in quibus præ cæteris uirtutibus abundantior est sapientię uirtus, una habetur ecclesia. Itē in quibus prę cæteris uirtutibus abūdantior est intellectus, altera dicūtur ecclesia: & sic per singulos tractās, inuenies ecclesias septem: similiter & propter gratias duodecim, qui in personis duodecim uirginū exponit angelus in pastore, sicui tamen placeat illa scriptura. Omniū nanq; Christianorū inueniuntur duodecim tribus esse: utpotè oēs animę, in quib⁹ præcellit uirtus ueritatis, una est uirtus. Nec. n. gratiæ in oibus æqualiter sunt, sed unus quidē amplius præcellit in ista, alius aūt in illa. Oēs aūt Christiani, in quibus habitat Christus, sedes sunt Christi. Quod ergo ait: *In regeneratione cū sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, & uos sedebitis sup duodecim thronos*: Promittit eis tēpus Christianitatis futurum post ascēsionē suā, quādo oēs sucipiēt uerbū apostolorū in se, sicut uerbū Christi. Illud. n. est tēpus regenerationis, quādo hoies regenerati p baptismū, facti sunt ex filijs hominū, filij dei. Illud est tēpus, quādo sedet Christus i sede maiestatis suæ, sicut testatur prophe ta de gētium fide futura: Regnabit deus sup gentes, deus sedet super sedē sanctā suā. Quicūq; n. Christū in se suscipiūt credēdo, sedes sunt maiestatis eius. Et uide, quia non de tpe futuri iudicij dicit, sed de uocatione gentiū uniuersarū. Nec enim dixit: Cū uenerit filius hominis, sedens super sedē maiestatis suæ: sed ita, cū sederit in sede maiestatis suę. In sede autē maiestatis suæ ex eo cœpit sedere, ex quo gentes credere cœperunt in eū. Ex quo ergo Christus sedit super sedē maiestatis suæ, ex eo & apostoli sederunt super duodecim thronos, id est, in oibus Christianis, secū dū diuersitates animarū, quas supra tetigimus. Ois Christianus q susciput uerbū Petri, thronus sit Petri, & Petrus sedet in eo: Sic & omniū apostolorū doctrinā susceperunt, & tenēt in se hāc interpretationē, de diuersis tribub⁹ populi Christiani. Et de sessuris apostolis in sedibus comendat propheta, dicens: Hierusalē, quæ ędificatur ut ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. Illuc. n. ascenderunt tribus, tribus domini testimoniū Israel. Quia illic sederunt sedes in iudicio. Si ergo Hierusalē, quæ ædificatur ut ciuitas, ecclesia sine dubio: & qui illic ascenderunt, tribus Christianorū sunt: sedes & tribus qui sederunt illic, apostoli sunt. Apostoli. n. sunt sedes dei. Nec modica gloria est apostolorū, ut sermones eorū sedeāt i hoibus fidelibus, sicut Christi sermones: & in sermonib⁹ eorū uita hominū cōsistat, sicut in sermonibus Christi. Sic ergo sedentes apostoli in thronis Christianis, in duodecim partibus distincti, secundū differētias animarū, iudicant duodecim tribus Israel, id est, oēs Iudęos. Quādo. n. per uerbū apostolorū iudicant Iudęos, ipli apostoli iudicare eos uidentur. Sed uidendū si oēs Christiani in persona quidē Christi, & apostolorū sunt sedes Christi: quare oēs Christiani in psona quidē Christi, quasi una sedes dicuntur? Nec. n. dixit, cū sederit filius hominis super sedes suas: sed, super sedē suā. In persona aūt apostolorū duodecim throni esse dicūtur, ois populus Christianus. Vide si habet rationē ista solutio, Quoniā omnes apostoli, omnia quidem bona habuerunt: non aūt omnia ad perfectum, sed unusquisq; eorū in aliquo bono priuato magis perfectior fuit, q̄ alter: utpote Petrus in fide fortior, quàm cęteri: Ioannes innocentia simplicior, quā cæteri. Et sicut solus discernere potest Christus, qui animarū differētias nouit: ita Petrus requiescit in fide, Ioannes in innocētia, & uniuscuiusq; apostoli illa uirtus in thronis, in qua perfectior cæteris fuit: Christi aūt oēs uirtutes, quasi una est fides, quia in omni uirtute æqualiter ille solus perfectus est: Nā quoniā de tribulatione in hoc mūdo apostolis danda loquitur Christus, illud est testimoniū, quod sequitur hoc modo, dicens: *Et omnis qui reliquerit hoc & hoc, centuplū accipiet, & uitā æternā possidebit.* Id est nō solū uos, sed & oēs q secuti me fuerint, sicut uos. Si aūt oēs in hoc seculo cētuplū recipiūt, sine dubio & apostolorū ēt in hoc seculo merces futura promitebatur. Ait ergo dominus: *Et omnis qui reliquerit domū, aut fratres, aut sorores, aut patrē, aut matrē, aut uxorē, aut filios, aut agros propter nomen meū, centuplū accipiet, & uitā æternā possidebit.* Quoniā Petro interrogante ex persona apostolorū, cæterorūq; fideliū Iudęorū, quasi priore omniū, Christus ita promisit nō soli Petro, sed apostolis oibus, ne fortè postmodū legētes homines hæc Christi promissa æstimēt apostolis tātū, aut solis Iudæis esse promissa, utiliter addidit, dicēs: Et ois q reliquerit, id est, siue Iudæus, siue Gentilis. Et in aliis quidē euāgelistis secundū aliū exposuimus intellectū: hic aūt & adolescentē illū, qui de uita æterna magistrū requisiuit, proposuimus in mysterio Iudaici populi esse, & ipsum Petrū interrogantē in mysterio credentiū Iudæorū interpretatio conuenit, ut de Gentibus relinquētibus omnia, q̄ gētilia sunt, & ad Christi fidē cōfugientibus, omnia ista tradamus: id est, nō solū omnis Iudęus, sed etiam Gētilis, qui reliquerit patrē suum diabolū, & matrem suā ignorantiā, per quā assiduè diabolus ex semine interfecti, id est, interdicti erroris generat filios, aut fratres, aut sorores, uidelicet eiusdem erroris socios, sociasq; : aut si crediderit ille q fuit sacerdos, relinquēs idololatriā ipsam coniugem suā, per quā quotidie filios generabat, & filias, & ipsa pariter cū matre eorū relinquens: aut si alicuius professionis magister, relinquens ipsam professionē, quasi agrū fertilē credat in Christū, aut dignitatē secularē, quasi domū optimē se obūbrantē, despiciat pp fidem. Sed secundum traditionē simplicē conuenit intellectus, ut cū quis intellexerit quocunq; modo filiū dei esse Christū, non propter affectus parentū suorū, aut fratrū, aut filiorum, aut facultatū relinquat Christū, manēs in perfidia sua priore: sed propter fidē Christi despiciat oīa illa, & sequatur uestigia Christi. Sed hoc uideamus, qui reliquerit omnia, cētuplū in hoc seculo quomodo recipere potest. Hæc autē difficultas contigit, qa in hoc seculo recepturos dicit alter euangelista, alio quin in hoc seculo difficile nō est. Ergo scdm sanam doctrinā ita nos cōuenit intelligere q̄d dicit, Centuplū recipiet: non ut ipsam rem quam dimittit, centuplū recipiat: nec enim possibile est, ut qui patrē, aut matrē reliquit, centū patres aut matres recipiat: sed ita tantā gloriā, tantam gratiā, tantam beatitudinē consequatur, ut centuplū ualeat illi quā res suit quā dimisit. Ecce reliquit patrē, & elegit sibi patrē deum. Nōne plus cētuplū ei cōstabit, q̄ pater carnalis, ut illi obsequatur diebus ac noctib⁹, illius faciat uolūtatē illius

illius hæreditatē expectet: qui postq̄ substantiā tradidit suis nunq̄ moritur, neq; relinquit orphanos filios suos, sed & filij quasi perfecti uiri possident diuitias eius, & pater semper illos sic tuetur, sic protegit, q̄si semper infantes. Qui matrē reliquit, ut diligat matrē ecclesiā, nōne plus est ei centuplū, q̄ mater carnalis? Illa. n. carnē eius peperit corporalē, hæc aūt animam eius regenerauit ęternam. Qualis caro, talis & mater carnalis. Cum. n. mortua fuerit caro, perit generatio carnis, & soluitur generatiōis affectus. Ex illo. n. nec ille illi filius, nec illa illi mater, qa anima nec generat, nec generatur: & nullū cognoscit patrē, nisi eū cuius uolūtate creata est: nullā cognoscit matrē, nisi ecclesiam, q̄ illā generauit in fide, q̄ dedit ei mandata diuina ex duobus testamentis, quasi escā salutarē dulcissimi lactis ex duabus mamillis, q̄ illi aqua & spiritu texuit tunicā immortalē, q̄ ad perfectum sanctitatis adduxit, ut digni fuerint patris sui substantiā possidere. Qui reliquerit fratrē, ut habeat Christū fratrē, nōne melius est ei, q̄ centū fratres? Qui fratrib⁹ suis non inuidet, qui super hæreditatē nō certat, qui pp lucrū non rupit fraternitatis affectū, qui non solū oīa sua, sed ēt seipsum dare paratus est, qui cū omnia dederit, nihil ei minuitur. Nā humana substātia semp pauper est, & quantūuis homo habuerit, nihil se putat habere: illa aūt substantia sola est, q̄ omnium desiderium satiat, & adhuc superabundat. Qui reliquit sorores, statim eū recipiūt gratiæ dei, quasi charissimę sorores. Nō ulla soror sic dulciter coplectitur fratre suum, qūo gratiæ dei cōplectuntur animam sanctā. Nā quoties gratiæ dei in sensibus nostris hærent, & delectāt nos: toties animas nostras cōplecti, & oscu lari uidētur. Si filios dimiserit, prouidet ei deus filios spiritales, quos doceat, quos erudiat, quibus dicat apostolica uoce: Nā in Christo Iesu per euangelium ego uos genui: qui patris mortē nō expectent. Nam filij carnales, si modicum fuerit pater eorū senex, tædiantur de uita ipsius, desiderāt eum mori, & si citò mortuus nō fuerit, contemnunt eū quasi delirū: filij aūt spiritales, quantò perfectiores fuerint in fide, tantò amplius diligunt suum doctorē. Si dimittit substātiam, ab oibus diligitur, ab oībus honoratur, à quibusdam aūt & timetur. Nā ipse deus, cui se tradit, dat ei gratiam corā hominibus. Nōne melius est ei hoc, q̄ uniuersa terra? aut q̄ substantia tantā gloriam præstat homini super terrā, quantam opinio sanctitatis? Adhuc pro terrena substātia datur illis substātia spiritalis, quā iunior filius accepit à patre suo, & cōsumpsit uiuēdo luxuriosē. i. sapiētiam, scientiā, cæterasq; uirtutes innumerabiles, quas consequuntur, qui relictis facultatibus mūdialibus se deo tradiderint. Multi enim erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Primò enim synagoga uocata fuerat ad salutē, sed illa uitio infidelitatis ægrotāte in domo patris sui, id est, legis: & ex gētibus ecclesia surgēs de infirmitate peccatorum suorū cucurrit ad Christū, uincens fide languorē, & sic gratiam synagogæ transmissam præripuit. Synagoga aūt uidens ecclesiam, nō solū ab infirmitate sua sanatam, sed ēt accepta gratia à spiritu sancto filiam dei factā, accesit & ipsa ad Christum, magis zelo urgēte, q̄ fide, sicut dicit Apostolus: Sed illorum delicta salus est gentibus, ut illas æmulētur. Et synagoga, quæ sic primo loco uocata est, secundo credidit: ecclesia, q̄ in secundo loco uocabatur, & primitias salutis obtinuit apud deum.

Dominica prima aduentus domini, homilia. xxiij.

Incerto interprete.

In illo tempore, cū appropinquasset Iesus Hierosolymam, et uenisset Bethphage ad montē Oliueti, tunc misit duos discipulos, dicens eis: Ite in castellum quod contra uos est, & statim inuenietis asinam alligatam, & pullū cum ea. Et reliqua. Puto res ipsa exigit, ut quæramus. Frequenter quidē Iesus uenit in Hierusalē, sicut Ioannes testatur, nunq̄ tamē sibi adhibuit ministeria iumentorū, nec ramorū uirentia circa se ornamenta cōstituit, nec ad terribilē laudē suę diuinitatis animos populi excitauit, nisi modò quando ut pateretur, ascēdit. Ideo ergo cū tāta gloria ingressus est, ut amplius illorū aduersum se excitaret inuidiā: quia iam tēpus passionis ei⁹ instabat, & nō mors eū urgebat, sed ipse magis aduersum se cōpellebat mortē. Quoties. n. de manu sacerdotū elapsus euasit, cū esset uisibilis factus? Quādo Iudæi Christū uoluerūt occidere, tangere eū non potuerūt. Quādo aūt Christus secutus est mortē, parcere ei Iudęi nō potuerūt. Ergo si Christus eos prouocauit, an fortè de morte sua fecit eos inoxios? Absit, nō excitauit eos, ut facerent q̄d antè noluerant, sed ut possent facere, quod prius uolebāt. Facultas eis data est, nō mutata uolūtas. Tūc Iesus misit duos discipulos, dicēs: Ite ī castellum q̄d contra uos est, & statim inuenietis asinā alligatā, & pullū cum ea: soluite & adducite mihi. Asina & pullus eius, Iudæi sunt & Gentes. Iudæa. n. scdm deū mater est Gentiū, sic. n. dicit ad illā deus p Esaiā prophetā: Et constituā principes tuos sicut antea, & cōsiliarios tuos sicut ab initio, & tūc uocaberis ciuitas iustitiæ, & mater ciuitatū, id est, ecclesiarū fidelis Sion. Propter quasdā tales similitudines animalibus his assimilati sunt hoies deū, uel dei filiū non cognoscētes. Etenim animal hoc immundū, & præ cæteris penè iumentis magis irrationabile & stultū, infirmū & ignobile, & oneriferū magis: sic & hoies fuerunt ante Christū, idololatrijs, & passionibus diuersis immundi, & irrationabiles, uerbi rōne carētes, & quantū ad deū stulti. Quid aūt stultius, q̄ factorē cōtemnere, quasi facturā: & opus manuum suarum adorare, quasi factorē? Erant infirmi scdm animā, & ignobiles, nō ualentes resistere passionibus suis, & obliti generationē suam cœlestē, facti fuerant serui passionum suarū, & dęmonū, quibus resistere nō ualebāt. Et quicunq; dęmonū, uel philosophorū cuiusq; erroris, uel dogmatis alicuius sarcinā eis uoluisset imponere, sufferebant, & oīa non bona patientia supportabāt. Propter q̄ omnia & Apostolus ad Corinthios dicit: Videte uocationē uestram fratres, qa nō multi sapientes scdm carnem, non multi fortes, non multi nobiles, sed q̄ stulta sunt elegit deus, ut cōfundat sapientes: & infirma mūdi elegit deus, ut cōfundat fortia: & ignobilia, & contēptibilia mūdi elegit deus, & quæ nō sunt, ut ea q̄ sunt destrueret. At ubi Christus super eos ascēdit & induxit in tēplum, loti per baptismum, facti sunt de immundis animalibus hoies sancti. Percepta. n. uerbi ratione & sapiētia dei facti sunt hoies rationabiles & prudentes: & inuēta est irrationabilitas eorū esse simplicitas, & stultitia eorū mansuetudo. Nā simplicitas sine ratione uerbi, hois irrationabilitas est: & māsuetudo, si nō fit pp deū, stultitia est. Adhuc aūt accepta gratia, & recognita generatione sua cœlesti, facti sunt de infirmis & ignobilibus fortes & nobiles: & q̄ uidebatur infirmitas, inno

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gentia inuẽta est in eis, ignobilitas aũt humilitas. Nã innocentia sine deo infirmitas æstimatur, & humilitas non pp deũ, ignobilitas iudicatur. Itẽ reiicientes à se onera dæmonũ, & susciptẽtes super se iugũ Christi suaue, & onus eius leue, & ipsum sessorẽ in cordibus suis susciptentes, facti sunt patiẽtes. Nã patientia irrationabilis onerifera æstimatur, ligata. i. diabolici erroris uinculo impedita, ut nõ haberet libertatẽ ire quò uellet. Nam oẽs hoies antequã peccemus, liberũ quidẽ habemus arbitriũ, si uolumus sequi uolũtatem diaboli, an nõ. Quòd si semel peccãtes obligauerimus nos operibus eius, iam nostra uirtute euadere nõ possumus: sed sicut nauis fracto gubernaculo illuc ducitur, ubi tẽpestas uoluerit: sic & homo diuinę gratiæ auxilio perdito per peccatũ, nó qd uult agit, sed qd diabolus uult. Et nisi deus ualida manu misericordiæ suę soluerit illũ, usq; ad mortẽ in peccatorũ suorũ uinculis permanebit. Ergo nostra quidẽ uolũtate & negligẽtia alligamur, sed p dei misericordiam absoluimur. Sicut. n. uidemus in istis mũdialibus regnis, qũo in primis quidẽ nemo põt facere seipsum
H regẽ, sed populus creat sibi regẽ, quem eligit: sed cũ ille rex fuerit factus, & cõfirmatus in regno, iam habet potestatẽ in hominibus, & non põt populus iugum eius de ceruice sua repellere. Nam primũ qdem in potestate populi est facere sibi regẽ, quem uult: factum aũt, de regno iam repellere nõ est in potestate eius: & sic uolũtas postea in necessitatẽ conuertitur: Sic & homo, priusquã peccet, liberũ habet arbitriũ, utrũ uelit sub regno esse diaboli, an nõ: cũ aũt se peccando tradiderit sub regno ipsius, iam nõ põt de potestate eius exire. & sic prima uolũtas eius in necessitatẽ cõuertitur. Et hoc est, qd hoies seculares & peccatores dicere solent: Nunqd nolumus esse sancti? & quis nõ uult esse iustus? sed non possumus. Verũ qdẽ est qd dicunt, sed nõ habẽt excusationẽ: quia primũ potuerũt nõ esse sub potestate diaboli, si uoluissent: postq̃ uerò posuerũt thronum diaboli in cordibus suis, iam nemo põt eos eripere de potestate diaboli, nisi solus deus. *Soluite*, inquit. Qũo? Per doctrinã uestrã, & per miracula uestra: qa oẽs Iudæi & Gentes p apostolos liberati sunt. *Adducite mihi*. Ad ministeriũ,
I id est, ad gloriam corrigite illos. Duos aũt misit apo
Deut.6.a stolos, quia per duo generalia mãdata omne genus humanũ de peccato absoluitur. Qualia? Diliges dominũ deum tuũ ex toto corde tuo, & proximũ tuũ sicut teipsum. In his duob⁹ omne peccatũ expellitur,
Tob.4.c & omnis iustitia consummatur. Aut certè alia duo:
Mat.7.b Quod tibi non uis fieri, alteri ne feceris. Et iterũ: Qd uultis ut faciant uobis hoies, facite & uos illis similiter. Quidã aũt duos istos Petrũ & Philippũ apostolos exponit intelligere oportere, quoniã hi primum transgredientes Iudaicos fines, Gẽtes adduxerũt ad Christũ: Philippus quidẽ Samariã, quã ipsam Samariam asinã esse interpretatur: Petrus aũt Gentes, accipiens Corneliũ ex Gentibus, quasi Samarię pullum. *Et siquis uobis dixerit aliquid, dicite: Dominus operã eorũ desiderat.* Nec dicatis, dominus tuus, neq; dominus noster, neq; dominus iumentorũ, ut intelligant oẽs: quia ego solus dominus, non solũ animaliũ, neq; solũ eorum, qui mihi subditi sunt, sed oĩum hominũ, ẽt qui mihi cõtrarij sunt. Nã & peccatores cõditione
Psal.23.a quidẽ mei sunt, uolũtate aũt sua diaboli. Meus est. n. orbis terræ, & plenitudo eius. Dominus operã eorũ desiderat. Iustũ est, ut aliquãdo creatura seruiat suo factori. Gẽtes. n. deus in potestate diaboli pro tpere K liquit, ut tentet: nõ in æternũ consumpsit, ut perdat.
Necesse est aũt ut fiat qd scriptum est: Hoies & iumẽ *Ibid.35.b*
ta saluabis domine. Cõfestim aũt remittet eos. Animal quidẽ postq̃ ingressum est in Hierusalẽ, inde ad dominũ suum remissum est: animalis aũt prophetia in Iudæa remansit. Nam de animali illo non hoc qd uidebatur necessarium erat Christo, sed id quod intelligebatur: id est, non caro, sed ratio: ideoq; caro remissa est, ratio aũt retenta. Aut ita, non dixit, & iterum remittet eos ad te: sed tantũ, remittet eos: ne ministeriũ pręcederet rationẽ. Nã puto in primis hoies non sermone nudo uocauit apostolorũ, sed per uirtutẽ spiritus sancti soluit pariter, & adduxit. Postquã aũt adduxit, iterũ dimisit eos in arbitrio, ut labore suo comitante gratia iustificentur. Nã quòd uocati sumus, dei est: quòd aũt digni uocatione uiuimus, nostrũ pariter & dei est. Hoc est qd ait: *Iterum remittet eos*. Nõ ad diabolũ q prius tenebat eos, sed in arbitrio suo, in quo antea fuerũt, adiuuante. s. dono gratiæ. *Hoc aũt totum factum est, ut impleretur quod dictum est per prophetam, dicentẽ: Dicite filiæ Sion, ecce rex tuus* L
uenit tibi mansuetus, sedens super asinam & pullum filiũ *Esa.62.d*
iumenti. Dominus. n. ascẽdens ad mortẽ in Hierosolymã, magnã gratiam pacis, & cõcordiæ mũdo uni- *& Zach.*
uerso quasi in testamẽto reliquit. In mysteriũ. n. gen *9.b*
tium futurarũ sedens super asinã & pullũ eius, intrauit in tẽplum: & sic Gẽtes Iudęis cõiunxit. Sciens aũt propheta malitiam Iudæorũ, qa contradicturi fuerant Christo ascẽdenti in tẽplum: ideo antè prẽmonuit, ut per hoc signũ cognoscerent regẽ suũ Iudæi, dicens: Ecce rex tuus uenit tibi mãsuetus, &c. Ecce, ostendẽtis est uerbũ, id est, uidete, non carnali aspectu, sed spiritali intellectu opera uirtutum eius aspicite, non schema uisionis eius. Si. n. schema tantũ eius aspexeritis, decipiẽdi estis natura humana: si autem opus eius cõsideraueritis, saluandi estis in uirtute diuina. Ante tẽpora aũt multa cõstitutus propheta, uidẽs eũ spiritali aspectu, qui nondũ fuerat natus: ideo dicebat, Ecce, ut ostẽderet, quia ille de quo loquebatur, anteq̃ nasceretur iam erat. Cũ ergo uideritis eũ i templo ô Iudæi, nolite superbè agere cõtra eũ, dicentes: In qua potestate facis hęc? Quia ecce rex tuus ue M
nit mãsuetus, sedẽs super asinã. Nolite cõsiderare in *Mat.21.c*
qua potestate facit, sed cõsiderate tantũ si facere potest: quoniã hoc credere est, illud aũt tẽtare. Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus, sedens super asinã. Nolite *Ioan.19.c*
dicere: Nos nõ habemus regẽ, sed tantũmodo Cæsarem. Ecce rex tuus uenit tibi mãsuetus, sedens super asinã. Si intellexeritis, uenit tibi: si non intellexeritis, ueniet contra te: id est, si intellexeris ueniet ut saluet te, ut sub pedibus tuis subiuget Gẽtes, ut gaudens p
prophetã dicas: Quoniã dominus excelsus, terribilis, *Psa.46.a*
& rex magnus super oẽm terrã: subiecit populos nobis, & Gentes sub pedibus nostris: elegit nos hæreditatẽ sibi speciem Iacob, quã dilexit. Si aũt nõ intellexeris, ueniet ut perdat te, & de tẽplo sanctitatis expellat, & aliã sponsam de gentibus castiorẽ ducat in cubiculũ sanctitatis, ut tu proiecta, & in tenebris cõstituta dicas p Salomonẽ: Ne aspexeritis me, quoniam *Can.1.b*
ego sum denigrata, quoniam despexit me sol. Vis cognoscere mansuetudinẽ uenientis? cõsidera speciem aduentus eius: nõ sedet in curru aureo, pretiosa purpura fulgẽs, neq; ascẽdit super equũ feruidũ, amatorem discordiæ & litis, qui iactantia gloriæ pectus ha

A bet repletũ, qui de lõginquo odoratur bellũ, & gaudet ad uocẽ tubæ: & cũ uiderit sanguineã pugnã, dicit in corde suo benefactũ: sed sedet super asinã tranquillitatis, & pacis amicã. Non autẽ uides in circuitu eius splendentes gladios, ut cætera ornamẽta armorũ terribiliũ. Sed quid? ramos frondentes, testimonia pietatis. Venit ergo mãsuetus, ut nõ pp potentiã timeretur, sed ut pp mansuetudinẽ amaretur. Sedens super asinã & pullũ eius. Esto, super matrẽ sedebat, nunquid & super pullum sedebat? Tamẽ etsi corporaliter fieri nõ poterat, ut super animal utrunq; sederet, spiritaliter poterat, cũ esset deus, ut & in Iudæis
Mat.11.d sederet & Gentibus simul. Sedere aũt est super iumẽta, id est, i pręcordijs habitare, ut dicat illis Christus: Tollite onus meũ super uos, & uidete quoniã mittis sum, & humilis corde. Mansueti. n. mansuetũ debẽt portare, quia uocauit eos sessor: non ut puniat eos propter peccata eorũ, sed ut ipse requiescat i eis propter mansuetudinẽ eorũ. Nã sicut hoc genus iumẽti siquid errat, in simplicitate errat, & nõ in asperitate: ita & hoies qui crediderunt in Christũ, siue ex Iudęis
B siue ex Gentibus non in malitia, sed in ignorãtia peccauerunt: ideo sedere debent, nõ puniri sub graui sessore. Nã sicut peccatores equi sunt diaboli, ita & sancti equi sunt Christi: quia diabolus in peccatorib⁹ sedens instigat eos per deserta facinorũ, id est, per fornicationes & auaritias: Christus aũt sedẽs in sanctis dirigit eos per plana iustitię. i. in castitate, in humilitate. Ergo equitatus diaboli, perditio est: equitatus aũt
Abac.3.b Christi, salus. Sicut Abacuc dicit in canticis suis ad ipsum: Qui ascẽdis sup equos tuos, & equitatus tuus sanitas est. Ergo induxit populũ, in tẽplũ, ut Gentes Iudęis coniũgat, ut impleatur qd Iacob benedicẽs filiũ suũ Iudã prophetauit: Alligãs, inquit, ad uitẽ pullũ
Gen.49.b suũ. Quæ est illa uitis? Iudæa q̃ de Aegypto trãslata est, & in Oriẽte plãtata. Et sicut prophetauit Noë de
Ibid.9.d filijs suis, dicens: Benedictus filius meus Sem, dilatet deus Iaphet, & inhabitet i tabernaculis Sem. Sem. n. erat pater Iudęorũ, Iaphet aũt pater gẽtiũ, q̃ per Christũ ingressæ sunt in tabernacula Iudæorũ. *Euntes aũt discipuli, fecerũt sicut præceperat illis Iesus, & adduxerũt asinã & pullũ*. Quòd euntes Apostoli soluerunt asi-
C nã alienã, mysterũ quidẽ fuit illorũ, uirtus aũt & authoritas Christi. Nec. n. potuissent tollere iumẽtũ alienũ ab illo domino qui non eos agnoscebat q̃ essent, nisi præueniens eos spiritus Christi, cor domini eius præparasset ad dandũ. Sic quòd apostoli soluerunt Iudæos, uel gẽtes de uinculo inimici, in prima quidẽ facie eorũ uidebatur opus, reuera aũt uirtus fuit, & gratia Christi. Nec. n. à Christo duodecim cõstituti, totũ mundũ ligatũ sub potestate diaboli soluere potuissent, nisi gratia Christi confregisset uirtutẽ inimici. *Et imposuerunt super eos uestimenta sua, & eũ desuper sedere fecerunt*. Vestimenta sunt præcepta diuina, & gratia spiritalis. Sicut. n. nuditatis turpitudo uestimento tegitur, sic naturalia mala carnis nostræ præceptis & gratia diuina teguntur. Omnis. n. homo naturaliter non solũ peccator est, sed ẽt totus peccatũ,
Ephe.2.a dicente Apostolo: Eramus natura filij iræ, sicut & cęteri. Vnde & Adã ideo se uidit nudũ, id est peccatorẽ: & ideo foliis fici, id est, mandatis asperæ legis cooperuit nuditatẽ suã. Et alibi promittens se deus iustitias suas, & gratias ablaturũ, de gente Iudæa sic dicit per Osee prophetã: Et auferã uestimenta mea & linteamina, & ostendam gentibus turpitudinẽ eius.

Ergo imposuerunt uestimenta sup eos, id est, man- D
data & gratias quas ipsi acceperũt à Christo: super Iudæos & Gentiles imposuerunt, id est, tradiderunt. Nec. n. requiescere in eis potuisset Christus, nisi eius mandata fuissent in eis. *Plurima aũt turba uestimenta sua sternebant, alii aũt scindebant ramos de arboribus, & sternebant in uia*: uidelicet ut ueniente calcarentur iumẽto. Vestimẽta sunt mãdata, ut dixim⁹: frõdes aũt speciẽ tenẽt pietatis. Quoniã ergo omnia mãdata legis, & species Iudaicæ religionis à Christianis fuerũt conculcãda in uia, id est in Christo: ideo iam tunc illa sub pedibus iumenti sternebãt in uia. Et uide quoniã super iumentũ quidẽ apostoli posuerũt uestimẽta sua, sub pedibus iumẽti cætera turba Iudaica: quoniã mandatis quidẽ apostolorũ sternuntur Christiani & adornantur, legis aũt mandata ipsi cõculcant: Quotiescunq; n. circũcisionẽ spernimus, sacrificia Iudęorũ pro nihilo æstimamus, & cæteras cõsuetudines Iudaicas reprobamus: uestimẽta Iudæorũ, qbus ipsi induebantur, nos q sumus ex Gentibns sub pedibus nostris calcamus. Alius aũt sic: Qui uestimẽta, inquit, deposuerunt sup asina, apostoli sunt, cæteriq; E
doctores: uestimẽta aũt sunt decus, & schemata gloriæ: gloriã ergo quã Christus accepit à patre, dedit discipulis suis. Discipuli aũt accipiẽtes eã à Christo dederũt gẽtibus, ut delectabilis Christus sederet in eis,
sicut ipse dicit: Et ego gloriã quã dedisti mihi, dedi *Ioan.17.b*
eis: ut sint unũ, sicut & nos unũ sumus. Turba autẽ quę uestimenta sua sternebat in uia, credẽtes erãt ex circuncisione: q gloriã quã habebant ex lege, uidẽtes Christũ, deiecerunt in terrã, semetipsos humiliantes, & cũ Paulo apostolo, dicẽtes: Secũdũ iustitiã quę ex *Phil.3.b*
lege est conuersatus sum sine querela: sed q̃ mihi fuerunt lucra, hæc æstimaui pp Christũ detrimẽta, & arbitror stercora esse ut Christũ lucrifaciã. Quid est. n. aliud iustitiã legis terræ coæquare ante sublimem, & glorioſam? Qui aũt ramos de arboribus præscindebant frondentes, & ipsi erant credẽtes, & eruditi doctores, qui ex prophetis accipientes exempla uiua de Christo, quasi de arboribus semper uirẽtibus, & nũquã folia uerborũ suorũ deiicientibus, ramos frõdẽtes ante pedes subiugalis, hoc est Gentilis populi ponebant, uel sternebant, ut per ea exempla quasi per F
ramos uirentes sine offendiculo ambularent per uiã uitæ istius, donec introirent in sanctuariũ dei. *Turbæ autem quæ præcedebant, & sequebantur, clamabant: Hosianna filio Dauid*. Memores populi mirabiliũ eius quæ ostendit eis, & sanitatũ quas præstitit eis, exultãtes cordib⁹ suis antè & retrò clamabãt: Hosiãna filio Dauid. Qui præcedebant seniores erant, scilicet patriarchæ, prophetę, cęteriq; sancti, q̃ ante aduentum Christi de aduẽtu eius & prędixerũt, & cognouerũt: sequẽtes aũt iuniores, scilicet apostoli, martyres, cęteriq; doctores, q̃ post ascẽsum Christi de resurrectione eius & de ascẽsu, uel de operib⁹ prędicauerũt, uel prædicant. Et diuersis quidẽ tẽporibus fuerunt, tamẽ in omnibus unus exultationis spiritus fuit. Et illi quidẽ prophetãtes de Christo uẽturo clamauerũt: Benedictus qui uenit in nomine domini. Isti aũt laudãtes clamabãt de aduẽtu Christi iã adimpleto. Hosianna aũt quidam interpretantur gloriam, alij uerò redemptionẽ, alij saluifica, siue saluũ fac. Nam & gloria illi debetur, & redẽptio illi conuenit, quia omnes redemit, & pretiosa sui sanguinis effusione saluauit, q̃ cũ deo patre uiuit & regnat, in secula seculorũ, Amẽ.

G *Diui Ioannis Chrysostomi de arbore ficus à domino arefacta, homilia. xxiiij. Incerto interprete.*

Mat.21.b e T *factũ est, inquit, cũ transiret Iesus, uidit arborẽ fici plantatã super uiã, & esuriuit, & accesit ad illã, & non inuenit fructũ in ea: quia nõ erat tempus eius. Et maledixit eã, & aruit: & mirati sunt discipuli eius.* Si ad arborem fici esuriens dominus uenit: & quia tẽpus nõ fuit, idcirco in ea fructũ nõ reperit: cur eã idẽ dominus maledixit? Nec.n. propriæ uoluntatis uitio, fructũ nõ habuit: cui desideratos fructꝰ tẽporis necessitas denegauit. Igitur si tãta uis est, ut necessitati debita imponãtur. i. ut alieno tpe fructus de arbore exigantur: quanta uis esse poterit, si uoluntas nõ exhibeat, qđ debetur? Nec.n. uoluntas poterit excusari, cũ excusata necessitas non sit. Sed primò q̃rendũ est: cur esurierit dominus, q̃ omne animal pascit. Dehinc, cur ad arborẽ accesit, quã fructũ nõ habere certò certius sciuit. Post, cur eã arborẽ maledixit: q̃ non sua uolũtate, sed temporis necessitate fructũ nõ habuit. Nisi. n. arborẽ figuratã in homine acceperis: rationẽ istam inuenire non poteris. Nouerat enim dominus exhibendi fructus tẽpus nõ esse: nouerat ob hoc arborẽ maledici nõ debere, q̃ tunc forsitan maledicẽda fuisset, si suo tpe debita denegaret.

H *Tã Christi parabolæ hominẽ delineãt, quã ipsius facta.* At cũ dominus Christus quicquid i seculo gesit, qcquid docuit, uel quascunq; parabolas intulit: in ipsis hoiem designauit, cuius causa salutis descendit, quẽ aut instruxit, aut monuit, aut armauit. Instruxit, dũ dixit: Ecce ego mitto uos, sicut oues in medio luporũ. Monuit, dũ dixit: Ne dederitis sanctũ canibus. Armauit, dũ dixit: Nolite timere eos, qui corpus occidunt: animã aũt occidere nõ possunt. Est aũt in arbore similitudo hoĩs, ad quẽ dominus esuriẽs uenit. *Mat.10.b* *Ibid.7.a* *Ibid.10.c* Quid aũt esurit in hoĩe dominus, quídue ab eo sibi desiderat exhiberi, nisi quod ipse deo patri exhibuit: *Ioan.4.c* Meus, inquit cibus, & meus potus est, ut faciã uolũta tẽ eius, q̃ misit me. Hæc ab homine exigit Christus, q̃ ipse deo patri exhibuit. His. n. saginari certũ est, quibꝰ ab eo saginatus est pater. Hæc a nobis exigit, q̃ se prębuisse deo patri ostẽdit. Exhibe Christo, q̃ Christus exhibuit deo: redde filio, qđ filiꝰ reddidit patri. Inde

I promeretur Christianus, unde deũ promeruit Christus. Nõ esuriat dominus, cũ non obsequitur seruus: nõ sitiat Christus, dũ nõ obtẽperat Christianus. Sagina domini officia sunt seruii. Tu operaris, & dominus pascitur: tu obsequeris, & dei filius saginatur. Esu *Mat.25.c* riui, inquit, & dedisti mihi mãducare. Nõ es arbor à *Ibid.7.c* deo plãtata, si bonos fructꝰ nõ exhibes. Ois, inquit, arbor nõ faciẽs fructꝰ bonos excidetur, & i ignẽ mittetur. Nõ es plãtatus iuxta tractus aquarũ, si fructũ *Psal.1.a* tpe suo nõ reddis. Et erit, inquit, uelut lignũ, qđ plãtatũ est iuxta tractꝰ aquarũ, qđ fructũ dabit in tpe suo. Nõ te patitur diu suo in agro cõsistere, si intelligi cõtigerit esurire. Infructuosas. n. arbores i uinea sua dominus permanere non patitur, sicut ipse in euãgelio suo testatur. Ecce triẽniũ est, ex quo uenio: & fructũ in ista arbore nõ inuenio. Abscinde illã. Vt quid terrã euacuat? Ois sterilitas maledicta aresc̃it, & cũ aruerit, igni & incẽdio proficit. Molestus terror est: ubi se *Mat.3.c* curis ad radices arborũ posita, repentinũ excidiũ cõ *& Lucæ* minatur. Iã, inquit, securis ad radices arborũ posita *3.b* est. Audi itaq; securis istius terribilẽ uocẽ: & paratam *Prosopopœia.* ulcisci solicito metu formida. Aut redde, inquit, fructus aut ferio: aut igitur exhibe, qđ iuberis: aut facio quod præcipior. Nõ te patiar sine fructũ cõsistere, q̃ K infructuosas arbores iussa sum amputare. Esto itaq; homo arbusculæ tuæ ualde diligẽs cultor, esto huius plãtationis solicitus semper amator: ut i ea arida quæcũq; sunt, abscindãtur: q̃ infructuosa sunt, amputentur: q̃ fructuosa sunt, excolãtur: diffusos ramos & nemorũ opacitate condẽsos, spiritali falce cõpone, ut abũdãtes fructus potius, q̃ luxuriã mali germinis nutriãt: ramorũ nimios & abruptos excessus diligẽti solicitudine reseca, ut resecati i fœcũditatẽ fructuũ exurgant. Vbertat. n. germinis, non inani specie dominus delectatur. Steriles nõ amat: fęcũdas exoptat, fructuosas diligit: aridas amputare cõsueuit. Sagina igitur tuis fructibꝰ dominũ, ut suis te ipse saginet. Sterilitate tua nõ esuriat, ne & ipse faciat te esurire. Da illi fructus, quos exigit: & accipe, quos promittit. Exhibe ei qđ desiderat: & accipies ab eo, qđ donat. Tribue ei nascẽtia, q̃ cupit: & ipse tibi, q̃ cupis, attribuet. Tũc. n. poteris eius fructibꝰ saginari, si eius esuriẽ à te contigerit satiari. Dictũ est breuiter esurire dominũ. Quid sit, dehinc qđ sequitur, uideamus. *Et accesit, inquit, ad arborẽ dominus: ut fructũ in ea inquireret, et non* L *inuenit, quia tẽpus non fuit.* Diximus superiꝰ in hoiem, figurã esse arboris transferendã: cũ dominus Christus nec ad arborẽ posset nisi figuratè, alieno tẽpore accedere, nec ab ea fructũ q̃ deerat, quasi desideransposłulare. Sed hoc totũ, ut diximus, in figura hoĩs gestũ est, qui semp debet in sese debitos fructus habere, nec unq̃ sine ipsis inanis & uacuus consistere: qppe qui paratus sit semp, ut si fortè dominus ad eum uenerit, & fructũ in eo. i. officia sancta quæsierit: inueniat eũ semp paratũ, semperq; fructibus bonæ uitæ instructũ, ut si eũ ducere secũ uoluerit, beatũ felicẽq; adducat: aut si relinquere in mũdo uoluerit, in exẽplũ multorũ relinquat. Nã qđ dicit, Non fuit tempus, ut fructũ dominus inueniret: hominis istic causa tractatur. Tẽpus. n. exigẽdorũ de hoĩe fructuum, id est, quòd dominus iudiciũ celebrabit, quo singulorũ actus & uitã discutiens, aut bonos fructus cœlesti præmio honorabit, aut malos gehẽnę ignibus religabit. Tamẽ qa nonnunq̃ ante tẽpus iudicii, id est, hic in seculo, dominus cõsueuit anteuertere iudiciũ, ut nunc de nobis exigat, quod iudicii tempore exac- M turus est: monet debere nos esse paratos, id est fructibus sanctę uitæ instructos, ne subitò sine fructu inuentos, exẽplo istus arboris maledicat: sicut nos ipse dominus admonet, dicẽs: Estote, inquit, parati: *Mat.24.d* qa nescitis, quãdo dominus uester adueniat. Nõ. n. ô homo contradicere iudici poteris: si à te modo uelit exigere, qđ illũ nosti futuro iudicio destinasse. Tuũ uerò illud est tantũ, semper esse paratũ, semper solicitũ, semper salutaribus officiis instructũ, ut quocunque uenerit tẽpore tuos actus discutere, iudicium celebrare: dignus semper existas, qui merita uitę cœlestibus præmiis digna expẽdas. Sic aliquãdo diluuiũ inopinatò demittens, genus humanũ extinxit: sic Sodomitas dominus imbri flãmifero iudicauit, sic Ae- *Gen.7.c* gyptios mersit, Amorrhæos deleuit, & nõnunq̃ ho- *Exo.15.d* mines diuerso iudicio hic in seculo iudicauit. Aliud est. n. manere uacuũ, nec timere domini prędiudiciũ: aliud securũ & lætũ expectare iudiciũ. Dum enim se curus quis in mũdo incautus & segnis, tarditatẽ iudicii contemnens, sine fructibus bonæ uitę cõsistit: sic pręoccupatus à iudice, isti arboris exẽplo maledictꝰ arescit, sicut ipse dominus in euãgelio dicit: Si aũt di *Luc.12.f*

A xerit seruus ille nequã in corde suo: tardat dominus meus uenire, & incipiat cædere cõseruos suos mãducans & bibẽs cum inebriãtib. se: ueniet dominus in die eius, qua nescit, & hora qua nõ sperat, & partem eius cũ infidelibus ponet. Diximus primò quid sit esurire dominum: deinde diximus accessisse ad arborẽ eum, ut fructũ inueniret in ea, & non inuenit, qa tps nõ fuit. Seqtur nouissimè, qa ipsam arborẽ maledixit, & aruit. Tu in hac arbore hõ dei terreris, tu istrueris, tu salubriter admoneris: tibi procurãtur exẽpla, tibi causę aptãtur, pp te istius arboris argumẽta tradũtur. Si habes in te fructus, serua: si non habes, repara. Hæc. n. aut seruientes terrent, aut cõtemnentes perimunt: aut solicitos saluant, aut temerarios condemnant. Tu in arbore ista cõsistis, tu hoc exẽplo pulsaris: p ipsam tibi aut salus, aut causa, aut uita, aut pœna tribuitur. Aduentũ domini bonis fructib. pueni. Cõstitue in uia paratissimos accelerans fructus. Qđ in te dominus optat, iueniat: qđ q̃rit, reperiat: quod desiderat, habeat: ne qđ à deo arbori cõtigit, tibi cõtingat. In arbusculam prolatũ est iudiciũ, ut tibi proficiat in exẽplum. Maledictio arboris tribuat metũ,

B pariat fructũ, seruet iudiciũ. Quantò tardauerit dominus, tãtò sit solicitior seruus: quãtò diutius supuenit Christus, tãtò sit paratior Christianus. Maior est enim pœna dilata, q̃ subita: molestius suppliciũ, qđ præmisso terrore differtur: grauior pœna, q̃ ad hoc tardat, ut diutius seriat. Subita. n. citò percutiunt, dilata fœneratam pœnã restituunt. Non est prouidus seruus, quẽ imparatũ inuenerit dominꝰ. Actus tuos tu ipse discute, & quod displicuerit, corrige: rationes quas daturus es, cautè cõpone, ut dominus illas possit, cũ acceperit acceptare. Quare tu hõ, q in similitudine arboris figuraris: esto uiuidus, esto fœcundus, esto bonis fructib. plenus. Nullus i te ramus sine fructu remaneat: nullus locus sine fœcũditate cõsistat. Dominus cũ ad te uenerit, tuis fructib. gaudeat: uel si ad te miserit, saginã in te desideratam inueniat, ut qui quòd sterilem arborem maledixit, fœcundam tuam arborem in æterna secula benedicat.

Dominica xxvj. post Pentecostes, homilia xxv. Incerto interprete.

N *illo tempore, abeuntes Pharisæi consilium inie-*
Mat.22.b i *runt, ut caperent Iesum in sermone.* Ois malitia
C cõfunditur aliquoties ratione ueritatis, corrigitur aũt nunq̃: maximè eorum qui proposito malo, & nõ ignorantia peccent. Ecce. n. sacerdotes post quã terrere dominum non potuerũt, dicẽtes: In qua
Lu.20.a potestate hæc facis? postquam parabolarum ratione cõstricti, suo iudicio ipsi se reos fecerunt, dicẽtes:
Mat.21.d Malos malè perdet. Nemine contra eos dicẽte testimonium, nisi cõscientia sola. Nunquid cõpunxit eos timor peccati? nunquid compescuit eos uel libertatis cõsideratio? Sed quid? abierunt, & consilium acceperunt, ut eũ caperent in sermone. Quemadmodum si aliqs claudere uoluerit currẽtis aquæ meatũ, si una ex parte clausa fuerit aquæ uiolẽtia, aliũde sibi semitam rumpit: sic & eorum malignitas ex una parte cõfusa, alium sibi aditum adinuenit. Sicut. n. nõ potest fieri, ut ligna mittendo extinguas ignẽ: sic fieri nõ potest, ut rationẽ reddendo places hominem malum. Et sicut ignis quantò magis ligna susceperit, in maiorẽ flammã erigitur: sic aius malus quãtò magis ueritatem audierit, tantò amplius in malitiam excitatur. Abierunt ergo, & cõsilium acceperũt. Quò abierũt? Ad Herodianos. Nam ex eo quòd nõ dicit, cõsiliati D sunt, sed cõsiliũ acceperunt: & ex eo quòd pariter cũ Herodianis uenerunt: apparet, quia cũ illis eiusmodi circũuentionis consiliũ tractauerũt. Homines coloni cuius terram possident, eius auxilio opus habẽt: q iustitiam tenet, nullius patrocinio indiger, nisi dei: q in diaboli iniquitatib. ambulat, diaboli adiutoriũ necessarium habet. Coloni. n. dei, diaboli adiutoriũ nõ requirunt: colonus autem diaboli, auxiliũ dei nõ requirit: etsi quærit, nõ inueniet. Vidisti aliquando eũtem ad furtum deũ orare, ut bene prosperetur in furto? Ant q uadit ad fornicationem, nunqd signũ crucis ponit sibi in fronte, ut nõ cõprehendatur in crimine? Quod si fecerit, nõ solũ non iuuatur, sed amplius traditur: quia nescit iustitia dei patrocinium dare criminibus. Sic & isti Christum expugnare cupientes, conuenienter non ad seruos dei uiros religiosos, sed ad Gẽtiles, id est, ad Herodianos se cõtulerũt: quale consiliũ, tales & consiliatores. Quis aũt poterat dare consiliũ cõtra Christum, nisi diabolus, q erat aduersarius Xpi? Cogitabant. n. apud se sacerdotes, si nos euntes interrogauerimus Christum: quãuis dixerit, quia nõ licet dari Cæsari tributum, tamen non no- E bis creditur dicentib. contra eum. Iam enim oẽs, qa inimici eius sumus. Inimicorũ aũt testimoniũ in iudicio, etsi uerũ fuerit, quasi suspectum reprobatur: sed nec per seipsos interrogare uolebant Christũ, qa in magna suspicione inimicitiæ fuerãt apud Xpm, ne fortè quasi suspecti circũuenire eum nõ possent. Nã inimicus manifestus melior, q̃ amicus fictus. Ille dũ timetur, facilè uitatur: iste dum non agnoscitur, præualet. Miserunt ergo discipulos suos, quasi adhuc minus cognitos, & minus suspectos, ut aut absconditè facilè deciperẽt eũ, aut deprehẽsi minus erubescerẽt apud eũ. Nam consilio malo deprehẽso, tãtò minor nascitur cõfusio, quãtò fuerit pona deterior. Sed discipuli illi magistris suis ætate minores erant, malitia aũt pares: nam & pulli serpentum statura breuiores, ueneno aũt æquales sunt: & catuli luporũ adhuc teneri cõstituti, etsi uenationem obtinere nõ possunt, iam tamẽ sanguine gaudent, & morsibus ludunt.

Dominicæ xvij. post Pentecostes, homilia xxvi. Incerto interprete. Mat.22.d

N *illo tempore, acceſſerũt ad Iesum Pharisæi, &*
i *interrogauit eum unus ex his legisdoctor tentãs* F
eum: Magister, quod est mãdatũ magnũ in lege?

Frequẽter ludæi diuersis interrogationibus Christũ tentantes, sibi quidẽ acquisierũt interitum, nobis autem prouiderunt salutẽ. Nam uerba Christi profecerunt illis ad cõfusionem, nobis aũt ad ædificationẽ: quoniã responsis eius uincebantur, & nõ placabantu. Nam malitia frequenter qdẽ uincitur, nunquam autem placatur. Pharisæi sunt oẽs, qui contra ueritatem contendunt, qui non ueritatẽ defendere cupientes certant, sed subuertere festinant. Qui. n. pro ueritate cõtendit, cognita ueritate consentit ueritati: qui autem contra ueritatem, non cõsentit ueritati, manifestum est: quoniam prius nõ pro ueritate, sed cõtra ueri partẽ certabat. Audi igitur homo fidelis, qui cõtra hęreticũ libẽter cõtendis: Si pharisęi placati sunt, & tu certando cõtra hæreticum, potes eum placare, cũ uiceris? si aũt pharisæi uicti quidẽ sunt, placati aũt non sunt: quomodo tu poteris eos placare, cùm uiceris? Nunquid Xpo fortior es, ut quos ille non placauit, tu places? Debuerunt qdẽ timere Sadducæorũ

G exẽplum,ut ne similiter interrogãtes confundantur: sed ardens malitia, dum se satiare festinat, nõ aspicit exitum rei, ut tantũmodo alteri noceat,nec sibi parcens.Sed si neminẽ antè uicisset,forsitan iusta ratione se sperarent posse eũ uincere, à quo nullus est uictus:nũc aũt uidentes, quoniam quotquot eum interrogare ausi sunt, oẽs uicti recesserũt:quid æstimãdi sunt isti?nunquid fortiores q̃ cæteri, qui uictis omnibus uincere possint?Sed impudentiores, q̃ omnes qui cõfusis omnibus ante se, similiter erubescere nõ timuerũt. Conuenerunt in unum, & interrogauit eũ unus legisdoctor. Conuenerunt,ut multitudine uincerent,quem ratione superare nõ poterãt. A ueritate nudos se esse professi sunt, qui multitudine se armauerunt.Dicebant.n.apud se:Vnus loquatur pro omnibus, & omnes loquamur per unum : ut si quidem uicerit, oẽs uideamur uictores : si autem uictus fuerit,uel solus uideatur confusus . O pharisæi,qui oĩa pp homines cogitatis & facitis.Primùm quidẽ uenientes cũ uno , uincendi estis per unum : tamen putatis quia uno victo , homines non intelligãt omnes uos uictos. Nunquid conscientiæ uestræ non sentiunt se

H esse confusas?Leuis est.n.consolatio , qui in seipso cõfusus est,quod ab alijs ignoratur. Magister,quod est mandatum magnum in lege?Magistrum uocat,cuius non uult esse discipulus.Simplicissimus interrogator,& malignissimus insidiator, de magno mandato interrogat,qui nec minimum obseruat:ille.n.debet interrogare de maiori iustitia, qui iam minorem impleuit.Dominus aũt sic eũ reprehendit , ut interrogationis eius fictam conscientiam statim primo responso percuteret,dicẽs : Diliges dominum deũ tuũ in toto corde tuo:id est, nõ sicut tu , qui deuotionẽ ostendis in ore , & fraudem meditaris in corde.Magnum aũt & minimum mandatum dicimus, quantùm ad dignitatem mandatorũ,nõ quantùm ad utilitatem . Alioquin utilitas omnium mandatorũ una est, & omnia mandata quæ uidentur esse mandatũ, ita sibi cohærent,ut alterum sine altero esse non possit:utputa si interroget te aliquis in ædificatione domorum, quæ pars est melior? dicis fundamentum. Sed quemadmodum ædificatio nõ põt esse, nisi fuerit fundamentũ, ita nec fundamentũ potest esse,nisi ædificatio fuerit subsecuta:nec dicitur fundamentũ,

I nisi sit ædificatio cuius fundamentum dicatur:ergo fundamentum ędificatione dignius est,non utilius. Sic & caput dignius est q̃ membra, tamen nec membra sine capite, nec caput sine mẽbris . Sic digniores sunt sacerdotes, q̃ populus,non tamen utiliores : qa nec populus sine sacerdotibus , nec sacerdotes sine populo esse possunt.Ita & dignius est hoc mandatũ:

Dent.6.a Diliges dominum deum tuum, ex toto corde tuo:q̃
Exo. 20. illud,Non concupisces, non occides,tamen utilitas
e.et Deu. una est . Nam qui diligit deum , ille non occidit,aut
5.b. concupiscit:qui autem occidit,aut concupiscit, non diligit dominum deum suum.Esse autẽ minora mãdata dominus manifestat : Siquis unum ex minimis
Mat..5.c istis mandatis soluerit,& docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno cœlorũ.Diliges,inquit,non timebis:qua diligere maius est, q̃ timere. Minoratio enim culturæ dei habet timorem:perfectio aũt, dile
1.Ioan.4. ctionem,dicente Ioanne : Perfecta aũt dilectio foras mittit timorem. Donec enim homo timet deum,nõ eum diligit : cùm autem diligere cœperit,iam nõ eũ tantummodo timet,sed etiam amplius diligit. Time re enim seruorum est, diligere filiorũ.Timor sub ne- K cessitate est , dilectio in libertate:qui in timore seruit deo,pœnam quidem euadit,mercedem autem iustitiæ non habet, quia inuitus facit bonum propter timorem.Non uult ergo deus,ut timeatur ab hominibus quasi dominus, sed ut diligatur quasi pater , qa adoptionis spiritum donauit hominibus. Nam si cõceperimus ab initio creati hominis causam, intelligimus,quia deus se magis patrẽ uoluit esse hominũ, q̃ dominum.Non enim dixit tantummodo,Faciã ho- *Gen.1.d*
minem:sed,faciamus hominem secundum imaginẽ nostram . Similare aũt conuenit filijs ad patres suos, non etiam seruis ad dominos suos. Quid est,diligere deum ex toto corde tuo? nisi ut cor tuum non sit inclinatum ad ullius rei dilectionem amplius quàm dei , nec delecteris quasi specie mũdi amplius quàm dei,non in honoribus, non in auro uel argento , nõ in possessionibus aut uineis , non in animalibus aut mancipijs,non in ornamentis aut uestibus,non in filijs aut parentibus, aut amicis:sed hæc omnia existimes tibi esse in deo,ut præ his oĩbus ames deum . Si aũt in aliquo horum amor cordis tui fuerit occupatus,iam ex toto corde non amas deum.Pro quanta L enim parte cor tuum fuerit ad aliquam rem,pro tanta parte minus est ad deũ. Ecce, si uir habeat uxorẽ, quo cognoscitur uxoris plena dilectio ? Vxor neminem debet sapientiorẽ putare q̃ uirum suum : etsi sit alter sapientior , tamen illa sapiẽtiorem esse alterum intelligere non debet. Vxor neminem fortiorem debet putare q̃ uirum suum:etsi sit alter fortior,tamen illa intelligere non debet alterũ fortiorem. Vxor neminem debet formosiorem putare q̃ uirum suum: etsi sit alter formosior,tamẽ corã oculis ei⁹ alter formosior non debet apparere . Perfectum enim odiũ, & perfectus amor uerum iudicium non cognoscit: utputa si perfectè odias aliquẽ, qualiacunq; fuerint, apud illum omnia tibi displicent,siue quæ loquitur, siue quæ agit:etsi sint bona,tamen tibi mala uidentur.Sic,etsi perfectè aliquem amas,quæcunque sunt apud eum,tibi placẽt,siue quæ loquitur,siue q̃ agit: etsi mala sunt,tamẽ tibi bona uidẽtur. Ergo & uxor si uidens aliquem dixerit,quã sapiens uir, utinam uir meus talis esset , iã amor eius minus habet aliqd de perfecto amore.Si uidẽs aliquem dixerit: Quàm for- M mosus homo, utinam uir meus talis esset:iam amor eius minus habet aliqd de pfecto amore.Et pro quã ta parte amplius aliqd laudauerit in altero uiro q̃ in suo,tanto dilectio minor est ad uirum suum . Sic ergo & anima omnis Christiana, quæ sponsa est Xpi, ita debet diligere deũ, ut nihil sit in mũdo quod amplius amet, q̃ eum . Pro quanta.n.parte plus aliquid amauerit:pro tanta parte minus deum . Quid est,in tota anima diligere deum?id est,certissimum animũ habere in ueritate, & firmum esse in fide. Alius est.n. amor cordis, & alius est amor animæ . Amor cordis quodammodo carnalis est , ut etiam carnaliter deũ amemus:quod facere non possumus , nisi recesserimus ab amore mũdialium rerum. Sicut.n.casta mulier,quæ uirum suum amat , nullum alium amat : si autẽ alium amauerit, iam nõ amat uirum suum : Ita & homo si deum amat, mundum non amat:si autẽ mundũ amauerit , iam deũ ex toto corde nõ amat. Ergo cordis amor non intelligitur in corde, sed sentitur:quia quodammodo carnalis est. Amor aũt animæ nõ sentitur in corde, sed intelligitur , quia amor

A animæ indicium est , puta quòd didicisti unũ deum ex quo oĩa, & unum deum per quem oĩa . Si iterum intellectus tuus alicuius doctrinę seductione percussus, cœperit dubitare de substãtia dei, in tota anima non diligis deum.Iterũ quis putat incantationes aliquid posse, aut auguria aliqd intelligere,aut diuinationes aliqd nunciare , ille nõ in tota aĩa diligit deũ. Qui omne bonũ credit apud deũ, & omne bonum credit esse deũ, extra deũ non credit esse bonum:qui omnem uirtutẽ & omnẽ sapientiam credit esse deũ, extra deum neque sapientiam aliquam esse credit,neque uirtutem:qui credit deum omnia facere, & sine deo nihil posse fieri,ille tota mente diligit deũ . Quid est,in tota mente diligere deum?id est,ut omnes sensus tui,qui pertinent ad mentem,deo uacent,Cuius intellectus deo ministrat,cuius sapientia circa deum est,cuius cogitatio ea quæ dei sunt tractat,cuius memoria quæ bona sunt recordatur,tota mente diligit
1.Co.14.c deum,sicut ait Apostolus:Psallam spiritu,psallam & mente . Cuius aũt aut intellectus quę dei sunt nõ intelligit , aut non secundũ deum sapit , aut scientia il-

B lius uana est , & secularis:aut recordatio illius nõ est bona,aut cogitatio displicens deo,ille nõ tota mente diligit deum. Hoc est primũ & maximum mandatum , secundum autem est simile huic : Diliges proximum tuum sicut teipsum. Videtur Xps non ad interrogata respondere: ille enim interrogat , quod est mandatum magnum,puta dixit:Diliges dominum. Si uoluit & alterũ mãdatum introducere, debuit minimum dicere,non secundum:secundum autem primum respicit.Sed uide quid uoluit ostẽdere, Diliges dominum,& primum, & magnũ est . Diliges proximum, magnũ quidem est,primum autem nõ est.Et ideo dixit,Simile est:considera ergo mysteriũ . Quis est proximus noster? Xps qui suscipiens carnem nostram factus est proximus nobis . Sicut in parabola illa Christus ostendit , cũ dixisset pharisæus : Et quis est meus proximus?introducit hominẽ à latronibus
Luc.10.c uulneratũ, & à sacerdote despectum , à Samaritano

C autem receptũ , qui est ipse Christus . Ergo primum mandatũ est & magnum , deum patrem diligere,id est cognoscere . Ergo filius dei magnus sicut pater. Quicqd.n.pater potest,& filius põt : pater enim diligit filium & oĩa dedit in manu eius . Sed quia omnia filio patre dante potest,sicut pater,ideo pater magnus deus & primus:filius autẽ magnus deus quidẽ,
ad Tit.2. non tamen primus, sicut ait Apostolus : Expectãtes
d aduentum magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi. Vt autem simpliciter intelligamus proximum nostrum omnem hominem esse fidelem : qui hominẽ amat fidelem, simile est sicut qui deum amat , quia imago dei est homo. Sicut rex in sua imagine honoratur,uel contemnitur : sic & deus in homine uel diligitur,uel oditur.Non potest hominẽ odire,qui deũ amat:nec potest deũ amare, qui hominem odit : sicut ait Ioannes Apostolus , Qui dicit se diligere deũ,
1.Ioã.4.d & non diligit fratrem suũ , mentitur:si enim fratrem quem uides, non diligis:deum quẽ non uides,quomodo potes diligere? Quis honorat regẽ , & contẽnit eius imaginẽ?Aut quis honorat imaginem, & authorem contemnit imaginis?Aut ita: Quoniam pharisæi sciebant quidẽ , quod esset mandatum magnũ in lege,& tentantes interrogabant,uolens eis ostẽdere,qa nõ sufficiebat eis solius dei patris agnitio ad salutem, nõ solùm dixit : Diliges dominũ deum tuum in toto corde tuo, & i tota aĩa tua,sed addit : Diliges D proximũ tuũ sicut teipsum,q erat ipse. Alioq si ad sola iterrogationẽ eorũ respõdisset, sufficeret dicere:Diliges dominũ deũ tuũ:& nõ adderet, proximũ tuũ si cut teipsum,secũdũ qd alibi dicit : Hęc est uita æter- *Ioã.17.a.*
na,ut cognoscãt te solũ uerũ deũ, & quẽ misisti Iesũ Xpm.Et uide qa non dixit, cognosces dominũ deũ tuũ,sed diliges : quoniã cognoscere uerũ deũ , penè propriũ est humanę naturę:diligere aũt eũ , religiosi cordis est, & recti.Et qcũ.p dilexerit deũ ex toto corde, nõ ẽ possibile ut nõ pueniat ad filij ei⁹ agnitionẽ, id est proximi.Ipsa.n. dilectio dei q̃ i eo habetur,illuminãs eũ,p̃stat ei ducatũ,ut post patrem cognoscat & filiũ.*In his duobus mãdatis lex pẽdet et prophetæ.* Qui proximũ suũ diligit,nec occidit, nec mẽtitur illi quẽ diligit,nec falsum testimoniũ dicit de eo quẽ diligit, nec mulierẽ illi⁹ iuadit . Sicut odiũ oẽ malũ suggerit, sic dilectio oẽ bonũ. Vnde ait Apostol⁹: Est fides q̃p *Gala.5.a.*
dilectionẽ operatur. Aut ita:Quoniã de patre & filio ois prophetarũ & legis p̃dicatio existebat , per quos prophetas agnoscẽs qs proximũ suũ , hoc est filium dei,ad primũ , & magnũ mãdatũ pueniebat,ut dili- E geret dominũ deũ , melius cognoscẽs eũ p seipsum. *Cõgregatis aũt pharisæis,interrogauit eos Iesus: Quid uobis uidetur de Xpo,cuius filius est? Respõderũt,Dauid . Et dixit eis: Quõ ergo Dauid in spũ uocat eũ dominũ,si filius* *Ps.109.a*
eius est? Iudæi æstimãtes hoiem Xpm,tẽtabãt.Nec.n. tẽtassent eũ,si eũ dei filiũ credidissent.Volẽs ergo eis Xps ostendere, qa cognoscebat fallacią cordis eorũ: & qa nõ erat homo qui tẽtabatur , sed deus quẽ nemo potest tẽtare : nec dicere potest manifestẽ ueritatẽ de se,nec tacere.Dicere.n.non poterat, ne malorũ occasionẽ blasphemi inueniẽtes Iudei amplius insanirẽt:tacere aũt non poterat ueritatẽ,qa ad hoc uenerat,ut ueritatẽ annũciaret.Ideo talẽ iterrogationẽ eis proposuit ut eo tacẽte ipsa iterrogatio ei⁹ ostẽderet eis.Nũqd poterat domin⁹ ei⁹ esse, q̃ ex eo fuerat nasci tur⁹?Puto aũt hãc iterrogationẽ,nõ solũ cõtra pharisęos,sed ẽt cõtra hæreticos posuisse.Nã secũdũ carnẽ uerẽ filius erat Dauid,dominus aũt secũdũ diuinitatẽ.Si ergo Xps secũdũ carnẽ dicitur Xps , aut secũdũ carnẽ iussus est sedere ad dexterã patris, sicut hęretici putãt,ex ęqualitate mẽdaciũ cõponere festinãtes, F nunq̃ Xps Dauid filiũ esse se denegasset . Nam nobis fili⁹ põt esse q̃ post nos futurus est:domin⁹ aũt eẽ nõ potest,nisi q̃ aut nobiscũ,aut ante nos est. Xps autẽ secũdũ carnẽ post Dauid est , secũdũ diuinitatẽ autẽ ante Dauid.Ergo illũ significabat dominũ suũ,illũ significabat iubẽdũ sedere,q iã tũc erat, id ẽ unigenit⁹ deus . *Et nemo poterat ei respõdere uerbũ , neq; ausus est quisquã ex illa die amplius eũ interrogare.* Cõfusio multorũ facta fuerat disciplina cunctorũ.Nã & credim⁹, qđ oĩa sibi secũdũ prouidẽtiã dei agebãtur,intelligimus quoniã nõ illis desinẽtib⁹ interrogare , Xps desiit docere:sed qa Xps desierat , eos iã ulterius nõ ausos esse interrogare . Nam qui mari terminũ posuit, ipse audaciæ diaboli aduersum se agentis,quãdo uoluerit,tunc finem ponit.

In locũ Matthæi xxv.c.Quãdiu fecistis uni ex minimis &c.de diuite & paupere,& de eleemosyna facienda,homilia.xxvij.Incerto interprete.

Rata & nemorosa loca , diuersos & uarios
P habent flores:& q̃dã qdẽ sunt usu delectabilia,q̃dã autẽ bene olẽtia , q̃dã uerò ad curam corporũ necessaria:& hæc oĩa congrua sunt ho

G mini. Sic. n. ecclesia est, lectiones diuersarū habet scripturarū, euāgelij uidelicet, & Apostolorū, & prophetarū institutiones, q̄ oia apta sunt, & cōueniētia Xpo. Sed sup prata oritur Sol, & marcescūt flores, & decorē suū amittūt. In hūc uerò agrū, uel pratū, mittitur Sol iustitię, & aliū quidē corripit: aliū autē sāctificat, alij uerò miseretur. Exortus est nobis hodie sermo euāgelij lectione, dicēs: Quādiu fecistis uni ex minimis meis, mihi fecistis. Iterū cōmoneo pauperē, iterū opprobriū diuitib⁹ facio, sed calumniā & iniuriā dignitati nō facio: insatiabilē mētē ostēdo, nō diuitias
Gen.13.a accuso, sed eū q his malè utitur. Nā & Abrahā diues erat, & fastū nullū habuit: & Lazarus cū paup esset,
Luc.16.c neminē blasphemauit in tāta penuria cōstitutus. Sed qd duarū psonarū testimonia memorauī? Citabo & beatū Iob, q utrarūq; partiū idone⁹ testis est: q cū eēt diues, cōtēpsit neminē: & cū iniuriā pateretur, nō bla
Iob.31.b. sphemauit ullū: sed cū esset locuples, dicebat: Dom⁹ mea oī homini patuit. Et cū pauptate p̄meretur, loq̄
Ibidē.1.d batur in angustia sua, dicens: Dominus dedit, dominus abstulit: sicut domino placuit, ita factū est. Diu & fortiter ei colluctatus est diabolus, sed athletā uin
H cere nō potuit: pharetrā sagittarū suarū exinaniuit, & bellatorē fortissimū sauciare nō potuit: imanes susci tauit fluct⁹, & firmissimā petrā mouere nō potuit: machinatiōes suas adhibuit, & turrē ualidissimā nō prostrauit: arborē cōcussit, & poma nō decerpsit: & ramos qdē cōfregit, sed radici nihil nocuit: parietē p forauit, sed thesaurū auferre nō potuit. Thesaurū dico, nō auri & argēti, sed fidē iusti: hāc. n. hui⁹ thesauros diripere, diabol⁹ festinabat. Vidisti augmētari fluctus, uidisti petrā firmissimā, uidisti militē pparatū, uidisti turrē iexpugnabilē uidisti deū honorificatū, uidisti diabolū cōfusum, Et quali noie hūc iustū appellē ignoro. Athletā eū uocē? sed p̄cellit tātarū copia coronarū. Petrā eū dicā? sed firmiorē uideo. Militē appellabo? sed robustiorē cerno cōstātiā. Turrem eum noiabo? sed eminet sapiētia. Arborē eū dicā? sed decorior inuenitur. Fructū eū appellē? sed speciosior demōstratur. Thesaurū noīabo? sed copiosior dignoscitur. Et quali uocabulo appellē sanctū nō inuenio. Audiāt hęc diuites, audiāt paupes, quēadmodū hic beatus uir ī diuitijs suis, & fœlicitate dispēsator extitit diuitiarū: & in tētatione pauptatis suę patiēter & fortiter tolerauit. Vides igitur q̄ bonū est diuitē esse in operib. bonis & paperē ī patiētia, & egestate esse beatū. Nolo mihi dicas, pauptatē timeo: pauptatē times, & peccatū nō times. Nolo timeas paupertatē, sed iniqtatē time, q̄ mater ē tormētorū. Domin⁹ à te
I stipē postulat, & dare ei nō uis: cū. n. audis eū dicētē:
Mat.25.c Quādiu fecistis uni ex minimis meis, mihi fecistis. Vides quoniā si tribuis paupi, Xpo fœneraris: qd si cōtrahis à paupe manū tuā, quo & qua fiducia in illa die & tu a domino misericordiā postulabis? Nonne arguet te, dicēs: Vidistī me nudū, & nō opuisti: & esu
Ibidē.d rietē, & nō pauisti: sitiētē, & nō potasti? Quid tu ad hęc respōdebis, & quā ueniā dep caberis? Nonne cōsciētia tua reū te faciet, & obmutescēs? Tu qdē phasianos, & attagenas, & turtures, & oia cœli uolatilia deuoras, & qd paupi repleat uētrē, nō largiris: tu qdē uestē serica, leporina, & caprina, & diuerso uestimēto uteris, & paupi nudo nec lineū uestimētū largiris. Tu habes ī domo tua loq̄ria deaurata, parietes p̄tiosos, uestitos marmore, colūnas purpureas, & capita eorū deaurata: & paperē nec prospicere qdē p
K mittis. Sed cū irreuocabilis finis aduenerit, perges ad inferos nudus bonis opibus, remanēte domo cū oī ornatu suo in testimoniū auaritię tuę: unusq̄sq̄. n. p̄tereuntiū dicet: Hęc. domus illius fuit raptoris, p̄doris & auari, quātas uiduas afflixit, quātos orphanos denudauit, quātos miseros fecit, ut hāc domū posīderet? Nolo mihi dicas, qa diues cōsul sum, uel p̄fectus, aut comes seu senator. De dignitatibus nūc nō disputo, q̄ à deo ad benefaciēdū oīb⁹ cōcedūtur: sed de illis dico, qui inflati superbia dignitatū, putant se immortales cū ipsa dignitate futuros: & nō considerant cōditionē suā, quia de terra sunt, & in puluerem redigentur, & pro parua lætitia p̄senti, perpetua susti nebunt tormenta. Attendis paperē, & despicis: nec recogitas, quoniam homo est sicut & tu. Homo est chara possessio dei, homo cui⁹ causa firmatū est cœlū, extēsum mare, fundata est terra super aquas: pp quē Sol oritur, & incumbit, luna crescit & decrescit, astra micantia surgunt: pp quem diuersa animalia, quadrupedia, uolatilia, & natantia: propter quē terra producit herbā, & dat cibaria in tempore suo oī animæ: propter quem montes & colles, ualles & cāpi: propter quē fontes & flumina, stagna & paludes:
L propter quē tempora, & mēses, & anni: propter quē angeli & archāgeli, principatus & potestates, sedes & dominationes, Cherubin & Saraphin. Et qd multa loquar? Propter quē unigenitus filius dei sanguinem suū fudit, & genus redemit humanum: & ut paupes nō despicerētur, formā serui susc epit: & qa paupes &
Mat.4.c rusticanos, & piscatores elegit domin⁹, quos ēt beatos appellat. Nā facilius esse dicit camelum per fora
Ibid.9.c men acus transire, q̄ diuitem intrare in regnum cœlorū. Princeps Apostolorū Petrus, sup quē Christus
Ibid.14.c fundauit ecclesiā, uerè immobilis petra, & firma cōfessio: nónne paup erat, & despectus, & piscator? sed & Iacobus, & loānes similiter paupes erāt: & trāsiēs saluator uidit eos cōsuētes retia sua, & nō despexit,
Mat.4.c. et Mar.b sed cōuocauit, & affatus est eos. O eminētia pauptatis. Intantū paupes erant, quòd retia noua emere nō ualebāt ad capiēdū pisces, sed uetera cōsuebant. Sed & Matthæus similiter, nōne in Telonio sedebat,
Mat.9.a. & trāsiēs Iesus uidit illū, & dicit ei: Seq̄re me. Et exur gēs secutus est eū, & dereliqt auaritiā matrē, & rapinam nutricē: & nō timuit iniunctionē regis, sed statim audito uerbo, secutus est regē regū, & dominū
M dominorū? Et q aliquādo aliena rapiebat, cœpit donare sua: & pro telonario fact⁹ est Apostolus, & de raptore cōstituitur euāgelista: & q aliquādo lupus, nūc fact⁹ est agn⁹. Et Petrus pro hamo piscatorio, ac
Ibid.16.c cepit claues regni cœlestis. Ideo fratres charissimi amemus pauperes, & pegrinos, & p bona opa promereamur dominū, fugiētes auaritiā matrē & radicē malorū oium, & superbiā, q̄ est inimicia deo: quò posīmus, meliores effecti, iuenire misericordiā in illa die, fauente Iesu Christo domino nostro, cui est gloria in secula seculorum, Amen.

Homiliarum. XXVII. in Matthæum ex uarijs ac diuersis locis huc collectarum, finis.

Quòd in mansuetudine Christū oporteret imitari, & de malorū obliuione. Et quòd in uirtute positū, lædere potēst nihil. ex Matthæo. Item de fumentibus indig nè diuina et sancta mysteria ex eodē Matthæo cap. 16. uide in ultimo tomo, ad populum Antiochenum Homilia. lij. & lx.

Homiliæ

A HOMILIAE ALIQVOT IN EVANGELIVM MARCI,

authore Ioanne Chrysostomo, si modò inscriptio non mentitur authorem. Harum priores tres hactenus sub unius nomenclatura sermonis impressæ circūferuntur: reliquæ nunc primùm euulgantur ad communem studiosorum utilitatem: idq; beneficio Reuer. in Christo patris D. Guillelmi Parui Trecaßinæ primùm, deinde Syluanectensis ecclesiæ episcopi dignißimi, Theologiæ etiam Parisiensis doctoris longè eximij.

Ex recognitione Godefridi Tilmanni in Parisiensi Cartusia monachum professi.

B

Argumentum homiliæ primæ.

Principium euangelij Marci tractatur. Obiectioni respōdetur Porphyrij eius, qui (teste Suida) proprie ἐκαλεῖτο βασιλεὺς τυρίος φιλόσοφος, qui & aduersum dogmata Christianæ legis libros scripsit quindecim. Hac gratia dictus est, ὁ τῶν χριστιανῶν πολέμιος. A duersus hanc excetram parauit dominus ecclesiæ suæ propugnandæ antagonistas, in quibus tres omnium maximè præfulserunt, Eusebius nimirum Cæsarienſis, qui pro quindecim, triginta opposuit libros, ueluti ἐναντιεμένους. Totidem Apollinarius Laodicenus antistes. Methodius Tyri episcopus alios aliquot.

Visionis huius extaticæ sēnē de animali tetra- C *morpho. habes. Exe.1.& Apoca.4. tetramorphos, id est, quadriformis. Mar.1.a Esa. 40. 4. Mala.3.c.*

Nimal illud, quod in Ioannis Apocalypsi, & Ezechielis uidetur principio tetramorphon, qd habebat faciē hominis, & faciē uituli, & faciem leonis, et faciem aquilæ, in præsenti quo⁹ loco significat: in Matthæo quidē faciē hominis, in Luca uituli, in Ioanne aquilæ, in Marco leonis, qui in eremo ad hunc personat modum. *Initium euangelij Iesu Christi filij dei, sicut scriptum est in Esaia propheta: Vox clamantis in deserto, parate uiam domini, rectas facite semitas eius.* Qui in eremo personat, utiq; leo est, & ad cui⁹ uocē oia aialia ptimescūt, & cōcurrūt, & fugere nō audent. Simulq; cōsiderate quòd Ioānes baptista, uox dicitur, & dominus noster Iesus, sermo: & iure qdē: nā seruus p̄cedit dominū. Initiū euāgelij Iesu Xpi filij dei, ergo nō filij Ioseph. Initium euāgelij, finis legis est. Finitur lex, & incipitur euangeliū, sicut scriptum est in Esaia propheta: Ecce mitto angelū meū ante faciē tuā, q̄ pparabit uiā tuā. Sicut scriptū est in Esaia. Quantū in memoria est, & in mea mēte ptracto: tam septuaginta interpretes, q̄ Hebræorum uolumina diligentissimè uentilans, nūquā hoc in Esaia propheta scriptum esse reperire potui, quod ponitur: Ecce mitto angelum meū ante faciē tuam: sed in Malachiæ prophetæ fine scriptū est. Sic autem in Malachiæ fine scribitur, quomodo nūc Marcus euāgelista ponit: Sicut scriptū est ī Esaia propheta. Euangelistæ de sancto spiritu locuti sunt. Marcus iste q scribit, non paruus est. Denicq; Petrus Apostolus in epistola sua ait: Salutat uos illa collecta, & Marcus filius meus. O Apostole Petre, Marcus filius
1.Pet.5.d tuus, filius nō carne, sed spiritu, istructus spiritalibus hoc ignorat: & qd alibi scriptū est, alibi memorat: sicut scriptū est in Esaia propheta: Ecce mitto angelū meū ante faciē tuā. Locum istum impius ille Porphy
Porphyrius. rius, qui aduersum nos cōscripsit, & multis uoluminibus rabiē suā euomuit, in quartodecimo uolumine disputat, & dicit, Euāgelistæ tam imperiti fuerunt hoies, non solū in secularib. sed ēt in scripturis diuinis, ut testimoniū quod alibi scriptum est, de alio ponerent propheta. Hoc ille obiicit: nos ergo quid ei respondebimus? Orationib. uestris ista mihi uidetur eē solutio, sicut scriptum est in Esaia. Quid scriptū est ī Esaia propheta? Vox clamantis in deserto, parate uiā domini, rectas facite semitas eius. Hoc in Esaia scriptum est, expositio autem ipsius capituli in alio propheta melius dicitur. Et ipse dicit euāgelista: Iste est, inquit, Ioannes Baptista, de quo etiam Malachias di
E xit: Ecce mitto angelū meū ante faciē tuam, qui præparabit uiā tuā. Ergo quod dicit, scriptū est, ad hoc capitulum refertur: Vox clamantis in deserto, parate uiā domini, rectas facite semitas eius. Vt aūt probaret is ipsum esse angelum, q missus est, noluit ex suo probare sermone, sed ex prophetia prophetæ. Fuit
Ioannes fuit. deus autē erat loānes in deserto baptizās, & p̄dicās: loānes fuit, de⁹ noster erat: qd fuit, esse desinit: quod fuit anteq̄ eēt, non fuit. Cæterùm qui erat, ante erat, & semp erat: & erit, non habet aliquando principiū. Ergo de Ioanne Baptista dicitur, fuit: de domino autē saluatore, erat. Vbi dicitur, erat, nullum habet initium. Ipse est
Exo. 3.d. qui dixit, qui est, misit me: non. n. esse habuit aliquando initium. Fuit Ioannes in deserto baptizans & prędicans: in deserto fuit uox dominum prædicatura. Aliud antè p̄sonare non debuit, nisi saluatoris aduētū. Fuit Ioānes in deserto. Felix ista cōuersatio, despi
Felix, qui in solitudine Christū cere hoies, angelos quærere: urbes deserere, & in soli tudine inuenire Xp̄m. Fuit Ioannes in deserto baptizans, & prædicās: baptizare manu, docere sermone.
F *quæ rit, & inuenit* Baptismus Ioannis præcesīt baptismum saluatoris: sicut Ioannes Baptista præcursor fuit domini saluatoris, sic & baptism⁹ Ioānis Baptistæ p̄cursor fuit do
eū Baptista. mini saluatoris: illud datū est in pœnitētia, hoc ī gratia. Ibi pœnitētia tribuitur, ibi uenia: hic uictoria. Et egrediebatur ad illū oīs Iudæa. Ad Ioānem Iudęa cō
Psal.75.a currit, Hierosolyma concurrit: ad Iesum uerò dominū saluatorē omnis concurrit orbis. Notus in Iudęa deus, in Israel magnum nomē eius. Ad Ioannem ergo concurrit Iudæa, & Hierosolyma: cęterùm ad saluatorem oīs orbis. Veniebāt uniuersi, & baptizabātur, ab illo in Iordane flumine, confitentes peccata sua. Baptizabantur à Ioanne: Ioannes Baptista legis umbrā præfert, ergo ad legē tantū Iudæi baptizabātur. Hierosolyma ueniebat, & baptizabātur ab illo ī Iordane fluuio descēdente: lex. n. descēdit: licet bapti
Iordanis à ירד id est, descēdit. zet, tamē deorsum est. Iordanis hic iterp̄tatur fluui⁹ descendens: cæterū dominus noster, & trinitatis mysterium desursum est. Dicet aliquis: Si deorsum est, ergo deorsum est dominus, qui baptizatus est in Iordane. Et rectè in Iordane baptizatus est: legis. n. p̄cepta seruauit, quia circūcisus lege est, & baptizatus lege est. *Et erat Ioānes uestitus de pilis camelorum, & zona*

pellicea, & cibus eius locustæ, & mel syluestre. Sicut sacerdotũ principes sunt, sacerdotes Apostoli: sic monachorum princeps Ioannes Baptista est. Et quantum tradit Hebræorum scriptura, & usq; hodie in memoria est inter noia sacerdotũ, & inter pontifices Ioānes nominatur. Ita uirum illum & sanctũ, & sacerdotem fuisse perspicuum est. Sed & nos legimus in euãgelio secundũ Lucã de genere illũ fuisse sacerdotali. Fuit, inqt, sacerdos Zacharias noie, & iste in uice sua. Hoc aũt propriè non deferebatur, nisi principib. sacerdotum, hoc est pontificibus. Hoc totum quare dixi? Vt sciamus istum esse pontificem, qui sciebat Christum esse uenturum, & Christum non quærebat in tẽplo, sed in deserto separauerat se à multitudine. Oculis expectantibus Christum, nihil aliud dignum est aspicere, nisi Christum. Et erat Ioannes uestitus pilis camelli, non lana, ne delicatas uestes putares. Deniq; & ipse dominus noster in euãgelio ipsius testis est: Ecce, inquit, qui mollibus uestiuntur, in domo regũ sunt. Benedicamus igitur dominum, cui cum patre, & spiritu sancto, honor, gloria, & potestas, in secula seculorum, Amen.

Ioannes p̃rogatiua sanctitatis, etiam inter pontifices Iudæorũ celebratur usque hodie.

Luc. 1.a

Mat. 11.a

H

Homilia secunda.

Quòd Ioannes uestiebatur pilis camelinis, & zona pellicea succingebatur.

Vnc ueniamus orationibus uestris ad intelligentiam spiritalem. *Et erat Ioannes uestitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos eius.* Ipse dicit Ioannes: illum oportet crescere, me aũt minui: qui habet spõsam, sponsus est: amicus aũt spõsi gaudio gaudet, si uideat spõsum. Et deinde ipse dicit: Venit fortior post me, cuius nõ sum dignus soluere corrigiã eius calciamentorũ: quasi dicat, illũ oportet crescere, me aũt minui: oportet euãgelium crescere, me aũt legem minui. Erat igitur Ioannes, hoc est, lex in Ioãne, uestit⁹ pilis cameli, nõ poterat habere tunicã de agno, de quo dicitur: Ecce agnus dei, ecce q tollit peccata mũdi. De quo iterũ dicitur: Sicut ouis duct⁹ est in occisionem. De illo in lege tunicam habere nõ possumus: Et zonam pelliceam habebat in lege, qa Iudæi hoc solum putant peccatũ esse, quod ope peccant: cæterùm dominus noster Iesus in Apocalypsi Ioannis: q uidetur inter septẽ cãdelabra, & habebat zonã aureã, non in lumbis, sed in pectore. Lex in lumbis cingitur: Cæterũ Christus, hoc est euãgelium, & monachorum uirtus, nõ solùm in libidine, sed in mẽte condemnatur. Hic nec cogitari quidẽ expedit: ibi, q fornicatus fuerit, tenetur in crimine. Amen, amen dico uobis, q uiderit mulierem ad concupiscẽdum eam, iam mœchatus est eã in corde suo. Scriptũ est, inquit, in lege, nõ adulterabis. Hæc est zona pellicea circa lumbos hærens. Ego aũt dico uobis, q uiderit mulierem ad cõcupiscendũ, iam mœchatus est eã in corde suo. Hęc est zona aurea, q̃ in pectore cingitur. *Vestitus pilis cameli, & locustas, & mel syluestre comedebat.* Locusta aĩal paruulũ est, & inter uolatile & reptile medium est. Neq; n. à terra satis tollitur, quia si paululum eleuatur, non tam uolat, q̃ salit. Et cùm à terra se paululum eleuauerit, iterũ pennis deficientibus, cadit in terram: ita & lex uidebatur quasi quidẽ ab idololatriæ errore paululũ recedere, sed ad cœlũ uolare nõ poterat: regnum. n. cœlorum nunquã legimus in lege. Vultis scire quia regnum cœlorũ in euãgelio tantum prædicatur? Pœnitentiam, inquit, agite, appropinquabit enim regnũ cœlorum. Ergo lex tollebat hoies de terra paululum, & ad cœlum perducere nõ poterat. Vbicũq; fuerit corpus, illuc congregabũtur & aquilæ. Locustas, & mel quoq; ipse cõmedebat, nõ domesticũ, sed syluestre, inter feras, inter bestias, nõ in domo, nõ i ecclesia, sed extra ecclesiam. Syluestre. n. mel deficiebat in lege, unde & mel nunq̃ in sacrificijs oblatum legimus. Miretur aliqs & dicat: Quare cũ oleum, cùm similia, cùm aries, cùm agnus, cùm sanguis pecudum, cùm cætera offerũtur in sacrificio dei, mel tantũ nõ offertur? Deniq; qđ dicit: Et quodcũq; offertur, sale cõditum offertur in sacrificio: &, Sermo uester sit sale cõditus. Mel penitus nõ offertur. Et quodcũq; cõtigerit, inquit, immundũ erit. Mel sanè uoluptatis indiciũ est, & suauitatis: sem per. n. uoluptas mortificat, semper uoluptas deo nõ placet: qdcunq; dulcedinẽ habet, in dei sacrificijs nõ offertur. Mel qdẽ ipsum uidetur dulce esse, & sensum suauitate demulcens: sicut & uoluptas, sicut & libido, sicut & lasciuiæ. Mel uidetur quidẽ hinc inde cõfectum esse de floribus, sed si respicias inter ipsos flores, & cadauera, & putredines habere, & cętera istius modi. Ergo mel nõ solũ de florib. sed & de quocũq; uoluptuoso est. Videtur quidẽ suaue esse, sed si discrimẽ respicias, mortiferum est. Hoc totum quare dixi? Quoniã in lege initia erant, in euangelio perfectio. *Venit fortior me post me, cuius non sum dignus procumbẽs soluere corrigiam calceamentorum eius.* Videtur qdem eẽ humilitatis indicium: quasi dicat, nõ sum dignus seruus eius esse. Sed i istis uerbis simplicib. aliud demõstratur sacramẽtũ. Legimus i Exodo, legimus quoq; in Deuteronomio, legimus in libro Ruth: quoniã si quis cognatus erat, & eã q̃ de genere eius ueniebat, accipere nolebat uxorẽ, ueniebat alius, q secundus erat in genere, præsentibus iudicib. & maioribus natu, & dicebat: Tibi cõpetit matrimoniũ, tu debes eã accipere. Si nolebat, ueniebat illa, quã nolebat accipere, & tollebat calceamentũ eius, & pcutiebat in facie eius, & cõspuebat eum, & sic alteri nubebat. Hoc fiebat pp ignominiã: interim secũdum literam, ut si fortè pauperiorem cõtempsisset, hac ignominia terreretur. Ergo hic sacerdotium demonstrat. Dicit ipse Ioannes: Qui habet sponsam, sponsus est. Ille habet spõsam ecclesiã, ego aũt amicus sponsi sum, nõ possum soluere corrigiã calceamenti eius in lege quoniã ipse ecclesiã duxit uxorẽ. Ego baptizo uos aqua, ego minister sum, ille author & domin⁹ est, ego aquam pbeo: ego qui creatura sum, creaturã præbeo, ille q increatus est, increata pstat: ego baptizo uos aqua, ego pbeo quod uidetur, ille quod nõ uidetur: ego q uisibilis sum, do aquã uisibilẽ, ille inuisibilis, dat spiritum inuisibilẽ. Quem nobis cõcedat pater unà cũ filio, in secula seculorum, Amen.

Ioan. 1.d.

Esa. 53.c.

Apoc. 1.c.

Deut. 5.b

Mat. 19.c

Locusta Ioannis quid.

Matt. 3.a

Ioan. 3.d.

Leui. 2.c.

Mel nusquã in lege offertur, quòd mortificat: cõtrà sal quòd mordicat

K

L

M

Homilia tertia.

De Christi baptismo, & legis commutatione in euangelicæ gratiæ sacramenta.

T *factum est, in diebus illis uenit Iesus à Nazareth Galilææ.* Videte unitiões significatiões q̃ uerborum. Nõ dixit, uenit Xps: nõ dixit, uenit filius dei, sed uenit Iesus. Dicat aliquis, quare non dixit, Christus? Secundum carnẽ loquor: cæterũ de⁹ semper sanctus est, nec sanctificatione indiget: sed ẽt de carne Christi loquimur, nondum fuerat baptizatus, & à spiritu sancto unctus fuerat. Secũdum carnẽ loquor, secũdum formam serui loquor, nemo scãdalizetur. De eo loquor, q quasi peccator uenit ad baptismum, non quòd Christũ diuidã, non quòd alius Xps, & alius Iesus, & alius filius dei: sed quòd unus, atque idem pro uarietate temporũ nobis diuersus est. *Iesus à Nazareth Galilææ.* Videte mysteriũ. Ad Ioannem Baptistã uenit primum Iudæa & Hierosolyma, dominus noster initiũ euangelici baptismi, & legis sacramenta commutauit in euangelij sacramẽta: nõ uenit de Iudæa, nõ uenit de Hierosolyma, sed uenit de Galilæa gentiũ. Iesus à Nazareth Galilææ. Naza eth iterp̃tatur flos. Flos uenit ex flore. *Et baptizatus est in Iordane à Ioãne.* Grãdis misericordia, q peccata nõ fecerat, baptizatur quasi peccator. In baptismate domini oia peccata dimittũtur. Sed quasi præuium quddam est baptismi domini saluatoris, cæterũ uera remissio peccatorũ in Christi sanguine est, in trinitatis mysterio. *Et statim ascendẽs de aqua, uidit aptos cœlos.* Hoc totum quod scribitur, nobis scribitur. Ergo antequã baptismũ accipiamus, clausos habemus oculos, cœlestia nõ uidemus. *Et spiritũ tanquam columbam descendentẽ, & manentem in ipso, et uox facta est de cœlo: Tu es filius meus dilectissimus, in quo cõplacui.* Iesus Xps baptizatur à Ioanne, spiritus sanctus descẽdit in specie colũbę, pater de cœlis dat testimonium. Videte Ariani, uidete hęretici, & in baptismo Iesu mysterium trinitatis est. Iesus. n. baptizatur, spiritus sanctus descendit in specie colũbæ, pater de cœlo loquitur. Vidit apertos cœlos. Quando dicitur, uidit, ostẽditur quòd alij non uidissent, neque. n. oẽs uidẽt aptos cœlos. Deniq; & Ezechiel quid dicit in principio suo? Et factũ est, inqt, cũ ederem secus fluuiũ Chobar, in medio captiuorum, uidi, inquit, apertos cœlos. Ego uidi, cæterũ alij nõ uidebant. Nequis putet cœlos simpliciter & carnaliter aptos, nos ipsi, q modo hic sedemus secũdũ diuersitatẽ meritorũ, aut aptos uidemus cœlos, aut clausos. Plena fides apertos habet cœlos: cæterũ dubia, clausos. *Et spiritum tanquam columbam descendentem.* Solent nobis Manichęi & Marcionistę, & cæterę hęreses obiicere, & dicere: Ergo si Xps in corpore est, & ipsa caro, quã assumpsit, nõ est deposita, nec deposuit eã: ergo & spiritus sanctus qui descendit, in colũba est. Videtis sibila serpentis antiqui, uidetis illũ colubrum, q de paradiso eiecit hominẽ, & nos uelle de paradiso fidei eiicere? Non dixit, sumpsit corpus colũbæ: sed, spiritũ tãquã columbã. Vbi dicitur, tanquã, non ueritas, sed similitudo monstratur: in deum aũt saluatorẽ non scriptũ est, natus est tanquã homo, sed natus est homo: hic uerò dicitur, tanquã columbam. Ergo qđ uisum est, similitudo monstrata est, cæterũ ueritas nõ fuit. *Et statim spiritus expulit eũ in desertum.* Spiritus qui descenderat in specie colũbæ. Vidit, inquit, apertos cœlos: & spiritũ tanquam columbã descendentẽ, & manentem cũ ipso. Videte quid dicat, manentem, hoc est perseuerãtem, hoc est nunquã recedentẽ. Deniq; & ipse Ioannes dicit in alio loco euangelij: Et qui mi sit, inquit, me, dixit mihi: Super quẽ uideris spiritum sanctũ descendẽtem, & manentẽ. In Christũ spiritus sanctus descendit, & permãsit: cæterũ in hominibus descendit qdẽ, sed non permanet. Deniq; in uoluмine Ezechielis, qui propriè Ezechiel in typo saluatoris est. Denique ad nullum alium prophetarum, loquor de maiorib⁹, dicitur, filius hominis, sed propriè ad Ezechiel dicitur. In Ezechiel ergo nõ trãseunt uiginti uersus, aut triginta, & statim dicitur: Et fact⁹ est sermo domini ad Ezechiel prophetã. Dicat aliquis: Hoc quare tã crebrò ponitur in propheta? Quoniã spiritus sanctus descẽdebat qdẽ in prophetã, sed rursum secedebat. Quãdo dicitur, & fact⁹ est sermo domini, ostenditur, qa spiritus sanctus q recesserat, rursum ueniebat. Quãdo. n. irascimur, quãdo detrahimus, quando tristitiã habemus, q̃ ducit ad mortem, quãdo cogitamus ea q̃ carnis sunt, putamus qa spiritus sanctus permanet in nobis? Speramus qa spiritu sancto manente in nobis, fratrẽ odiamus, aut mali quidpiã cogitemus? Quando ergo aliquid boni cogitamus, sciamus qa spiritus sanct⁹ habitat in nobis: si uerò aliqd mali, signũ est quòd spiritus sanctus recesit à nobis. In saluatore autem ppea dicitur: Super quem uideris spiritum sanctum descendẽtem, & manentem in eo, ipse est. *Et statim spiritus expulit eum in desertum.* Quanti monachi habitant cũ parentibus suis, si descẽderit spiritus sanctus, & mãserit sup eos, ipse spiritus expellit eos in desertũ. Spiritus sanctus expellit eos de domo, & ducit i solitudinẽ. Spiritus sanctus nõ libẽter habitat, ubi turbę, & frequẽtia, & dissensiones, & rixæ sunt: sed spiritus sanctus propriè se habet solitudinẽ. Deniq; & dominus noster, atq; saluator, quãdo orare uolebat, solus, inqt, recedebat in mõtẽ, & ibi tota nocte orabat. Erat in die cũ discipulis, in nocte orationẽ suã pro nobis patri dedicabat. Hoc totũ quare dico? Quia solẽt aliquãti fratres dicere: Si in cœnobio mãsero, solus orare nõ possũ. Nunqd dominus noster dimittebat discipulos? Vtiq; erat cũ discipulis, sed quãdo uolebat orare intẽtius, solus secedebat. Et nos ergo si uolumus orare plusquã in publico, habeamus cellulã, habeamus agros, habeamus deserta: possumus & uirtutes habere de fratribus, & solitudinẽ: pstãte Xpo domino nostro, qui uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Ioan. 1.d.

Esa. 53.c.

Ioan. 3.d.

Ezech. 1.a

Ioan. 1.e.

Deus. 25.b

Ruth. 4.

Dictio tã quã similitudinẽ rei dicit, nõ ueritatem.

Solitudo quidem sancta, non turbã, assessorem habet spiritũ sanctũ

Mat. 14.c

Homilia quarta.

Transiliẽs pericopen illam, Et statim spiritus expulit &c. quòd alio loco eã tractarit liberalius, cõmentatus forsan in caput Matthæi quartũ: ad eum tranſit locum, Eratq; cũ bestijs: usq; ad id: Et ingrediuntur Capharnaum.

Par. enesis ad lectorem.

Apparet, optime lector, ad Homiliæ huius umbilicum impositum esse memoriæ authoris, quisquis tandem is est. Ibi siquidem ad hunc legis modum: Igitur ante paßionem dicitur, quòd scilicet miserint retia, tamen non scribitur quod prendiderint. Post paßionẽ uerò mittunt rete & prendũt: & tantũ prendunt, ut retia rũpantur. Contrà, habes apud Lucam c. 5. nihil capi nocturna piscatione potuisse. ad uerbum autem domini, missò per Petrũ reti, tantã esse conclusam pisciũ multitudinẽ, ut rete dissinderetur. Idq; cõtigisse liquet, priusquam dominus Iesus pretiũ humanæ salutis dependisset. Post uerò paßionẽ legis apud Ioannem ca. ultimo: Et cùm tanti eßent, non est ruptum rete.

D finẽ superioris lectionis est scriptũ. Eratq; cum bestijs, & angeli ministrabant illi. Et quoniã pterita dominica nõ fuit spatij satis, ut usque ad istũ locum ueniremus: debemus finem præteritæ lectionis, hodiernæ lectionis facere principiũ. Scriptura. n. sancta hæret sibi tota, & uno spiritu copulata est: & quasi una catenula est, atq; ut circulus in circulũ innectitur, & qcqd aliud sumpseris, aliud latẽ pendet. Eratq; cũ bestijs, & angeli ministrabãt illi. Erat Iesus cum bestijs, & ideo angeli ministrabãt ei. Ne tradas, inquit, bestijs aĩam confitentem tibi. Istæ sunt bestię, quas calcabat dominus euãgelico pede, & calcabat sup leonẽ & draconem. Et angeli mini-

Mar. 1.b.

A similiducta Syncrisis

Psa. 73.d.

Gstrabant ei: non qđ uideri debeat grande atq; mirabile, si angeli ministrabãt deo: neq; n. grãde est, si seruí obsequũtur domino: sed hoc totũ de assũpto homine disputatur, Eratq; cũ bestijs. Deus esse cum bestijs non potest, sed caro ista, q̃ humanis tentationibus subiacet. Hoc corpus, hæc caro q̃ sitiuit, quæ esuriuit: ipsa tentatur, ipsa superat, in ipsa nos uincimus. *Postquã autẽ traditus est Ioannes, uenit Iesus in Galilæam.*

Apoc.3.b. Historia manifesta est, & absq; nostra interptatione audiẽtib⁹ patet. Rogemus ergo eũ, q habet clauẽ Dauid, q aperit, & nemo claudit: q claudit, & nemo aperit: ut nobis aperiat euãgelica adyta, ut & nos quoq; dicamus cũ Dauid, Reuela oculos meos, & cõsidera-

Ps.118.c. bo mirabilia tua de lege tua. Turbis domin⁹ in parabolis loq̃batur, & loq̃batur foris, nõ ĩtrinsec⁹: id est, in spiritu, sed foris ĩ litera. Et nos ergo rogem⁹ domi-

Canti.1.a nũ, ut introducat nos in mysteria sua, ut introducat

2.Co.3.c. nos in cubiculũ suũ, & dicamus cũ sponsa in Cãticis

d. canticorũ: Introduxit me rex in cubiculũ suum. Dicit Apostolus, qđ uelamẽ fuit positũ sup oculos Mosi: ego dico, qđ nõ solũ in lege uelamẽ sit, sed ẽt in euãgeliũ nescieti est. Iudæus audit, & nõ intelligit, uelamẽ positũ est illi in euãgelio: Gẽtiles audiunt, hęretici audiũt, & uelamẽ habent. Dimittamus ergo literã

H cum Iudæis: & sequamur spiritum cum Iesu, non qđ literã euangelij condẽnemus. Factum est enim omne quod scriptũ est, sed quòd quibusdã gradibus ad maiora scãdam⁹. *Postquam autem traditus est Ioannes, uenit Iesus in Galilæam.* Et ĩ pterita dominica diximus interpretantes Ioannẽ intelligi in lege, Iesum in euangelio: Ioãnes. n. dicit, Venit fortior me post me, cuius nõ sum dignus procũbens soluere corrigiã calcia-

Ioan.3.d. mentorũ eius. Et in alio loco: Illũ oportet crescere, me autẽ minui. Hic comparationẽ dicit legis & euãgelij. Et deinde: Ego baptizo uos ĩ aqua, hoc est lex: ille uerò baptizabit uos in spiritu sancto, hoc est euãgelium. Venit ergo Iesus, quia Ioannes traditus est in carcerẽ. Clausa est. n. lex, & iam pteritam non habet libertatẽ: sed de lege transiuimus ad euangeliũ. Vide te, quid dicat: Postquam aũt traditus est Ioannes, uenit Iesus in Galilæam. Nequaquã in Iudæam, neque in Hierosolymã: sed in Galilæam gentiũ. Venit Iesus

1 in Galilæam. Galilæa in lingua nostra interpretatur

catacyli- catacylistẽ. Non enim ante aduẽtum saluatoris erat

ste. i. de- ibi sublime aliquid: sed totũ deorsum ferens, ibi luxuria, ibi sordes, ibi immũditia, ibi porcorũ uitia uo-

uoluta. lutabantur. *Prædicans euangeliũ regni dei.* Quantũ in

Lege Sui dam. à meo corde est, legens legẽ, legens prophetas, legens

גלל id psalterium, nũquã regnum cœlorum audiui, nisi in euangelio. Postquã enim uenit ille, de quo dictũ est,

est uoluit Et regnũ dei intra uos est, apertũ est regnũ dei. Prędi-

Luc.17.e. cans euangeliũ regni dei. A diebus Ioannis Baptistę,

Mat.11.b regnum cœlorũ uim patitur, & uiolenti diripiunt illud. Ante. n. aduentũ saluatoris & euangelij charitatem, antequã Xp̃s aperiret paradisi ianuã cum latro-

Gen.38.g ne: oẽs sanctorum aię ad inferos deducebantur. Deniq; dicit & Iacob, Lugens & gemens descendam ad inferos. Si Abrahã ad inferos, qs nõ ad inferos? In lege Abrahã apud ĩferos, in euãgelio latro in paradiso. Nõ detrahimus Abrahę, in cuius sinu oẽs cupimus cõquiescere, Xp̃m p̃ferimus Abrahæ: sed euãgelium legi præferimus: legimus, quòd post resurrectionem

Mat.27.f Christi, multi sanctorum apparuerũt in sancta ciuitate. Dominus noster atq; saluator & in terra p̃dicauit,

1.Pet.3.d & apud inferos p̃dicauit. Ideo mortuus est, ideo descendit ad inferos, ut animæ q̃ ibi uinctæ fuerant, K laxarentur. *Prædicans euangeliũ regni dei, & dicẽs: quoniam adimpletũ est legis tempus: uenit principiũ euãgelij, appropinquauit regnũ dei.* Non dixit, iã est regnũ dei: sed, appropinquauit regnum dei. Antequã ego patiar & sanguine fundam, nõ est apertũ regnum dei: propterea appropinquauit, quia necdũ passus sum. *Pœnitemini, & credite euãgelio:* nequaquã legi, sed euã gelio. Immo p legẽ euãgelio, sicut scriptũ est, Ex fide in fidem. Fides legis fidem euangelij corroborauit. *Et pteriens secus mare Galilææ uidit Simonẽ & Andreã fratrem eius, mittentes retia in mare: erãt. n. piscatores.* Simon necdum Petrus, necdum. n. secutus fuerat Petram, ut appellaretur Petrus. Simõ igitur & Andreas frater eius, cũ essent iuxta mare, & mitterent retia in mare. Scriptura nõ dicit, qa miserunt & ceperunt pisces. Vidit, inquit, Simõnem & Andreã fratrem eius, mittẽtes retia in mare: erant. n. piscatores. Refert. n. euãgelium, quòd retia mitterentur: tamen nõ dicit, quia aliqd ceperint. Igitur ante passionẽ dicitur qđ scilicet miserint retia: tamen nõ scribitur, qđ prendi-

Ioã.21.b. derint. Post passionẽ uerò mittunt rete & prẽdunt, & tantũ prendunt, ut retia rũpantur, mittentes retia L in mare: erãt enim piscatores. *Et dixit eis Iesus, Venite post me, & faciam uos piscatores hominũ.* Felix piscationis mutatio. Piscatur eos Iesus, ut ipsi piscẽtur alios piscatores. Ipsi primũ pisces efficiuntur, ut piscentur à Xp̃o, postea ipsi alios piscaturi. Et dicit Iesus, Venite post me: & faciã uos piscatores hoĩum. *Et protinus relictis retibus, secuti sunt eũ.* Et protinus. Vera fides nõ habet ĩteruallũ: statim audit, statim credit, statim sequtur, statim piscator efficitur. Et protinus relictis retibus. Ego puto, qđ in retibus, uitia seculi reliq̃rint. *Et secuti sunt eum:* Neq; enim fieri poterat, ut sequentes Iesum habuerit retia. *Et progressus inde pusillum, uidit Iacobum Zebedæi, & Ioannẽ fratrẽ eius, & ipsos in naui cõponentes retia.* Vbi dicitur, cõponentes: ostenditur, quòd scissa fuerant: Mittebant. n. retia in mare: sed quoniã scissa erant retia, pisces prendere non poterant. Componebant retia in mari: sedebant in mari, sedebant in nauicula, sedebãt cũ patre Zebedæo: & legis retia cõponebãt. Hoc interim diximus secũdum intelligentiã spiritalem. Et ipsos in naui componentes retia: & ipsos qui in naui erant. In naui erãt M nõ in littore, nõ in statione solida: sed in naui hinc inde fluctibus collidebantur. *Et statim uocauit illos: & relicto patre suo Zebedæo in naui cum mercenarijs, secuti sunt eũ.* Dicat aliqs: Temeraria fides est. Etenim quid signi uiderãt, qd maiestatis aspexerant, ut uocarentur, & statim sequerentur eũ? Sanè hic ostenditur nobis, qđ oculi quoq; ipsius Iesu & uultus, diuinum qd dam spirabant, & ad se contuentium oculos facilè conuertebant. Alioqui nunquã dicente Iesu, sequimini me: secuti fuissent eum. Hoc enim, si secuti fuissent Hieronymus Iulianũ super Matthæũ reuincit hoc argumento. eum sine causa: non tam fides erat, quã temeritas. Nunc si sedenti mihi quiuis præteriens dicat, Veni, sequere me: & sequar, nunquid fides est? Hoc totum quare dico? Quia sermo ipse domini opatorius erat: & quodcunque dicebat, opere, efficiebat. Si. n. ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt: certè idem ipseq; uocauit, ideo secuti sunt. Et statim uocauit illos: & statim relicto patre suo Zebedęo, & ęq Psa.32.b. tera. Audi filia & uide, & inclina aurẽ tuam: & obliui scere populũ tuũ, & domũ patris tui: & concupiscet Ps.44.c. rex decorẽ tuũ. Et relicto patre suo Zebedæo ĩ naui.

Audi

A Audi mõnache, imitare Apostolos: audi uocẽ saluatoris, & ignora carnalẽ patrẽ. Vide uerum patrem & animæ & spiritus, & relinque patrẽ corporeũ. Relinquunt patrẽ Apostoli, relinquũt nauẽ, relinquunt totas in momento diuitias: relinquunt mundũ, & infinitas diuitia. Totum. n. quod habebant, dimiserũt.

Audi monache elegãtem et sanctam παραίνεσιν. Deus nõ magnitudinẽ diuitiarũ considerat, sed animum dimittentis. Qui parua dimiserunt, utiq; & magna similiter dimisissent. Relicto patre Zebedæo in naui cũ mercenarijs, secuti sunt eum. Hoc qđ paulò antè in ænigmate diximus de Apostolis, quòd legis retia cõponebant, iam enim scissa fuerant, prendere nõ poterant: iam salsugine maris exesa fuerant, iam nõ poterãt instaurari, nisi uenisset sanguis Iesu, & innouasset ea. Relinquunt ergo patrẽ Zebedæũ: relinquunt legem, quę uerè eos generauerat: & relinquũt in naui, in medijs maris fluctibus cõstitutum. Et uidete aliud, quid sequatur. Relinquunt, inquit, patrẽ, hoc est legẽ cum mercenarijs. Omnia. n. quæ faciũt

Leui.18 & Rom. 10.a Iudæi, pp præsentem uitam faciunt: propterea mercenarij sunt. Qui. n. fecerit legem, uiuet in ea. Non di-

B xit, uiuit in ea, hoc est, ut ex lege uiuat in cœlo: sed,

Exe.20.e uiuet in ea, hoc est, quod facit in prẽsenti recipit. Deniq; scriptũ est in Ezechiele, Dedi, inquit, eis prẽcepta non bona, & mandata non optima: quæ facientes,

Iudæi fe licitatem præsentibus cõmodis metiũtur. Luc.15.d uiuent in eis. Viuunt in eis Iudæi: nihil aliud quęrũt, nisi habere filios, diuitias posidere, se sanos esse: omnia terrena quærũt, nihil de cœlestibus cogitãt. Propterea mercenarij sunt. Vultis scire quia Iudæi mercenarij sunt? Filius ille, qui substantiam suã consumpserat & interpretatur in gentibus, dicit: Quanti mercenarij sunt in domo patris mei? Relicto patre in naui cum mercenarijs, secuti sunt eum. Dimiserunt patrẽ, hoc est legem cũ mercenarijs in naui. Vsq; hodie Iudæi nauigant, & in lege nauigant, & sunt in mari, & ad portum peruenire non possunt. Non crediderũt in portum, propterea non ueniunt ad portum: quẽ ut omnibus nobis cõtingat, gratia faciat, & benignitas domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto gloria, imperium, honor sit, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

C

Homilia quinta.

Et ingrediũtur Capharnaum &c.) *Perpetua serie deducit assumptam pericopen ad alteram, quæ succedentis est homiliæ principium. Et protinus, &c. excurrens interim, ut ferè solet, in moralem digreßionem.*

Mar.1.c *T ingrediuntur Capharnaum.* Felix & pulchra

e mutatio. Dimittunt mare, dimittunt nauẽ, dimittunt uincula retium: & ingrediuntur Capharnaũ. Prima mutatio, dimittere mare, dimittere nauem, dimittere pristinũ patrem, dimittere pristina uitia. In retibus. n. & in uinculis retium, omnia uitia relinquuntur. Videte ergo mutationẽ. Dimittuntur illa. Et quia illa dimiserunt, quid inueniunt? Ingrediuntur, inquit, Capharnaum: in agrũ cõsolationis.

כפר i. ager, villa uicus. Naũ, uox polyßema ßpro cõsolatione, pœnitentia, aut pulchritudine. Psa.132.a Capharnaum. in. n. dicitur ager: Naum dicitur consolatio. Si aũt uolumus Naum, quoniam lingua Hebræa multiplices habet intelligentias: & scdm diuersitatẽ pronunciantis diuersus quoq; sensus efficitur. Naum ergo & consolatio dicitur, & decorus. Ergo Capharnaũ interpretari potest, & ager cõsolationis, & ager pulcherrimus. Ibi ubi nos legimus: Ecce q̃ bonũ & q̃ iocundum: ubi, inquam, nos dicimus terpnon, & Aquila interpretatur euprepes: in Hebræo habetur, D Naum, qđ interpretatur pulchrum. Ingrediuntur Capharnaũ: & statim sabbatis ingressus synagogã, docebat eos, ut sabbati ocium relinquerent, & euãgelij opera sumerent. *Erat docens eos quasi potestatem habẽs, & non sicut scribæ.* Nõ. n. dicebat, hæc dicit dominus: & qui misit me, hæc loquitur. Sed ipse loquebatur, q prius locutus fuerat ĩ prophetis. Aliud est dicere, scriptũ est: aliud est dicere, hæc dicit dominus: & aliud est dicere, amen dico uobis. Videte in alio loco: Scriptum est, inquit, in lege: Non occides, non dimittes uxorẽ. Scriptũ est. A quo scriptũ est? A Moyse mãdãte deo. Si digito dei scriptũ est: tu quo audes dicere, amẽ dico uobis, nisi ipse es, qui prius legem dediśti? Nemo audet mutare legẽ, nisi qui & ipse rex est. Legem autẽ pater dedit, an filius? Respondẽ hæretice. Quicquid uolueris, libẽter adsũmo: utrunq; pro me est. Si pater dedit, & immutat: fili⁹ ergo æqualis est, qui immutat cũ illo, qui dedit. Si aũt ipse dedit, aut ipse mutat: æqualis authoritatis est & dedisse, & mutasse: quod nemo põt facere, nisi rex. *Stupebant super doctrina eius.* Quid quæso, nouũ docuerat, qd nouũ dixerat? Eadem loquebatur per se, q̃ locutus fuerat E per prophetas. Sed ideo stupebant: qa erat doctrina eius, quasi potestatẽ habens, & nõ sicut scribæ. Non loquebatur ut magister, sed ut dominus: nõ loquebatur, authoritatẽ referens ad maiorẽ: sed ipse quod suum erat, loquebatur. Deniq; sic loquebatur: quia quẽ locutus fuerat in prophetis p̃sens, dicebat. Ego qui loquebar, ecce adsum, Spiritus immundus qui prius fuerat in synagoga, q illos duxerat ad idololatriã: de quo scriptũ est: Spiritu fornicationis seducti estis. Spiritus qui egressus fuerat de hoie, & ibat ĩ desertũ, & quæsiuit sibi locũ, & inuenire nõ potuit. Et alios dæmones septẽ secũ tulit: & reuersus est in domum pristinã. Eo tpe isti spiritus erant in synagoga: & præsentiam saluatoris ferre nõ poterant. Quæ. n. cõmunicatio Christo & Beliæ? Non poterant Christus & Belias in uno concilio cõmorari. *Et erat in synagoga eorum homo in spiritu immundo, & exclamauit, dicens: Quid nobis & tibi?* Qui dicit, quid nobis & tibi: unus est, & de pluribus confitetur. In eo. n. quòd uincitur, intelligit & suos secũ esse superatos: & exclamauit, dicens. Exclamauit, quasi tormenta sustinẽs, quasi in dolore positus, quasi flagella ferre nõ ualẽs. *Et exclamauit, dicens: Quid nobis & tibi Iesu Nazarene? uenisti perdere nos? Scio qui sis, sanctus dei.* Et in tormento positus, & tormentorũ magnitudinem clamore demonstrans: tamen dolos ipsos nõ intermittit. Co F gitur uerũ dicere, tormenta cogũt, sed malitia uetat. Quid nobis & tibi Iesu Nazarene? Quare nõ confiteris filium dei? Nazarenus te torquet, & nõ filius dei? Sentis pœnas, & nõ cõfiteris nomen Iesu Nazareni? Venisti perdere nos? Verũ est, qd tu dicis: Venisti perdere nos, scio qui scis. Videamus quid dicas, sanctus dei. Moyses sanct⁹ dei nõ fuit? Esaias sanctus dei nõ fuit? Hieremias sanctus dei nõ fuit? Prius, inquit, q̃ nascereris, in uulua sanctificaui te. Hoc dicitur ad Hieremiam, & sanctus dei nõ fuit? Ergo nec illi qui sancti Hie.1.a erãt. Sed quare non dicis ad eos: scio qui sis sanctus dei? O peruersitas mentis: inter flagella & tormenta positus: & scit uerũ, & tamen cõfiteri nõ uult. Scio q̃ sis, sanctus dei. Noli dicere, sanctus dei: sed, sanctus deus. Fingis te scire, sed nescis. Aut enim scis, & dolo sẽ taces: aut certè ignoras. Non est. n. sanctus dei: sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sanctus deus. Hoc totū quare dico? ut nō acquiescamus testimonijs dęmonū. Nunq̄. n. uerū loquitur. Si
Ioan.8.f quidem mēdax est, sicut pater eius. Pater, inquit, uester mendax est: & ab initio mendax est, sicut & pater eius. Pater, inquit, mēdax est, & ueritatē nō loquitur: sicut & pater eius, q est pater Iudæorū. Vtiq; diabolus ab initio mendax est. Et quis est pater diaboli? Vide quid dicat: Pater. n. uester mēdax est: ab initio mendaciū loqtur. Sicut & pater eius. q. d. hoc est, diabolus mēdax est, & mendaciū loquitur. Et pater est ipsius mendacij: nō quòd diabolus aliū patrē habeat, sed quòd mendacij pater, diabolus est: propterea dicit: mēdax est, & ab initio mūdi ueritatē nō loquitur, hoc est, mendaciū loqtur, & est pater ei⁹, hoc est, ipsius mēdacij. Hoc in trālitu dixerimus, quoniā
Mat.17.c non debemus testimonijs credere dæmonum. Dicit dominus atq; saluator, Hoc genus, inquit, non exit, nisi in multis ieiunijs & orationibus: & ecce uideo multos uacare ebrietatibus, ructare uinū, & iter epulas exorcizare, & clamare dęmones, & credim⁹ Christū esse mentitū? Dixit. n. Hoc genus non exit, nisi in
H multis ieiunijs & orationib⁹. Hoc totū propterea loquor, ne facilè credamus testimonijs dæmonū. Deniq; quid facit saluator? *Et cōminatus est ei Iesus, dicēs: Obmutesce, & exi ab homine.* Nā dicit ueritas testimonio mendacij: Nō ueni, ut tuo testimonio cōprobarer: sed ut te eiicerē de creatura mea. Nō est pulchra laudatio in ore peccatoris: nō indigeo eius testimonio, cuius torméta desidero. Obmutesce. Laus mea sit silentiū tuū. Nolo me laudet uox tua, sed tormenta tua: pœna tua laus mea est. Nō quia laudas, gratulor: sed qa exis, gratulor. Obmutesce, & exi de hoie: quasi diceret, exi de domo mea. Quid facis in hospitio meo? Ego intrare desidero: obmutesce, & exi de hoie: de homine, de rationali animali. Exi de hoie: relinque mihi hospitiū præparatū. Dominus desiderat domum suā: exi de hoie, de rationali animali. Exi
Mat.8.d de hoie. Dixit & i alio loco ad legionē, ut egrediatur
& Lucæ de homine, & ingrediatur in porcos. Vide, q̄ pretiosa
8.e sit anima hois. Hoc aduersus eos, q putant & nos & animalia unā animā habere, & unū spiritum trahere. De uno homine expellitur, & in duo milia porcorū
I mittitur: hoc. n. pretiosum est, qd seruatur: illud est uile, quod perditur. Exi de hoie, uade ī porcos, uade in animalia, uade quocūq; aliò uolueris, uade i abyssos. Hominē relinque, hoc est, possessionem propriè meam: exi de hoie. Nolo te hominem possidere, iniuria mea est te uersari in homine, cū ego uerser i homine. Ego assumpsi corpus humanū. Ego habito in homine. Caro ista, quā possides, meæ carnis portio est, egredere de hoie. *Et discerpens illum spiritus immūdus.* Dolorē suum hic signis ostendit, discerpens eū: quoniam animā lædere non poterat. Corpus quidē lædit: sed quoniam alio modo nō poterat intelligi, egrediens dæmon: signis corporis ostenditur, quod egressus sit. Et discerpēs eū spiritus immūdus. Quia spiritus mundus stabat: propterea fugit spiritus immundus. *Et exclamans uoce magna, exiuit ab eo.* Exeun tē se, & clamore uocis, & discerptione corporis, protestatus est. *Et mirati sunt omnes, ita ut conquirerent inter se, &c.* Legamus Acta Apostolorū, Legamus signa q fecerunt ueteres prophetæ. Facit signa Moy-
Exo.8.e ses, & quid dicunt incantatores Pharaonis? Digitus dei est. Moyses facit, & illi potentem alium confiten-
Actо.3.b tur. Deinde faciunt Apostoli signa in nomine Iesu:
Surge & ambula. Et in spiritu, inquit, Iesu egrede- K
re. Semper Iesus nominatur: hic uerò quid dicit? Exi de homine. Non nominatur alius, sed ipse est, qui cogit eos exire. *Mirati sunt omnes: ita ut inter se conquirerent, dicentes: Quidnam est hæc? Quæ doctrina hæc noua?* Quia dæmon egressus fuerat. Nihil nouum hoc: nā & exorcistæ Hebræorū facere consueuerant. Sed qd dicit? Quæ est hæc doctrina noua? Quæ noua? *Quia in potestate, spiritibus immundis imperat.* Non aliū nominat, sed ipse præcipit. Nō in alterius nomine dicit, sed in sua potestate. *Et processit fama eius in omnem regionem Galilææ.* Non in Iudæam, non in Hierosolymam. Doctores. n. Iudæorum inuidentes Iesu, rumorem egredi non sinebant. Deniq; & Pilatus & Mat.27.b alij nouerant, quòd Pharisæi Iesum pp inuidiam tradidissent. Rumor ergo ingreditur in eas aures, quæ inuidia non clauduntur. Hoc totū quare dico? Quia rumor eius egressus est in omnem Galilæam. In totam Galilæam peruenit: & in unum uiculum Iudææ non peruenit. Hoc totum quare dico? Quia anima quæ semel possessa fuerit ab inuidia: difficile est, ut uirtutes recipiat. Impossibile penè est remediari animam, quam inuidia possederit. Deniq; primum ho- L
Remedia ri, nouè dictum.
micidium & parricidium fecit inuidia. Duo erāt homines in mundo Abel & Cain. Abel munera suscepit dominus, Cain non suscepit. Qui uirtutem imita Gen.4.a ri debuerat, adeò non fecit: sed statim interfecit eū, cuius dominus munera susceperat. Quā inuidiā utinam fugiamus oēs, & uirtutem sequamur, præstante domino, cui honor in secula seculorum, Amen.

Homilia sexta.

Et protinus egredientes &c.) *Socrum Simonis Petri febri laborantem benignissima alleuat manus redemptoris, eadem, depulsa febri sanctis continuò ministrat. Vtrunq; tractat allegoricos interpres. Ad eum protenditur locum, Vespere autem &c.*

T *protinus egredientes de synagoga uenerunt in* Mar.1.c
e *domum Simonis & Andreæ, cum Iacob & Ioanne.* Instruxerat dominus quadrigā suam: & super Cherubim ferebatur, & ingreditur in domum Petri. Digna. n. erat anima eius, quæ tantum hospitē susciperet. Venerunt, inquit, in domum Simonis & Andreæ. *Discumbebat autem Socrus Simonis febricitans.* Vtinam ad nostram domum ueniat & ingrediatur, M
& febres peccatorum nostrorum sua iussione sanet. *Vitiis animæ nostræ febricitant.*
Vnusquisq; nostrū febricitat. Quando irascor, febricito: quot uitia, tot febres sunt. Sed rogemus Apostolos, ut precentur Iesum, & accedat ad nos, & tangat manum nostram. Si. n. manum nostram tetigerit, statim fugit febris. Egregius medicus, & uerus est archiater. Medicus Moyses, medicus Esaias, medici omnes sancti: sed iste archiater est. Nouit diligenter ἀρχὸς i. *primarius, princeps.*
uenas tangere, & morborum arcana scrutari. Non tangit aurem, non tangit frontem, non tangit aliam ἰατρὸς. i. *medicus. hinc archiater*
partem corporis, sed manum tāgit. Propterea enim febricitabat, quia bona opera non habebat. Primū itaque sanantur opera, & postea febris tollitur. Non potest fugere febris: nisi opera sanentur. Quando manus nostra habet mala opera, iacemus in lectulo, alleuare nos non possumus, ambulare non possumus: toti siquidem in ægritudine sumus. *Et accedens ad illam, quæ ægrotabat.* Surgere enim ipsa non potuit, quia iacebat in lectulo, ideo uenienti occurrere non potuit: sed iste misericos medicus, ipse uadit ad lectulum, qui oniculam morbidam suis
Luc.15.a humeris portauerat. Ipse uenit ad lectulū: & accedēs ultrò accersit, ut ultrò sanaret. Et accedens, uide qd dicat: Debueras quidē mihi uenīēti occurrere: debueras uenire ad ostiū, & suscipere me, ut sanitas tua nō tantū misericordiæ meæ esset, sed & uoluntatis tuæ. Sed quoniā magnitudine febriū opprimeris, & leuare te non potes, ipse uenio. *Et accedens, eleuauit eam.* Quia surgere ipsa non poterat, leuatur à domino. *Et*
Luc.5.b *eleuauit eā, apprehendens manū eius.* Manum quidē prēdit. Et Petrus quando periclitabatur in mari & submergebatur: manus ipsius tangitur, & eleuatur. Et leuauit eā apprehensa manu eius: manu sua apprehendit manū. O beatā amicitiā, ô pulchrū osculū. Eleuauit eā apprehensa manu eius: manū illius sanauit sua manu. Apprehendit manū eius quasi medicus, tēta uit uenas, uidit magnitudinē febriū ipse & medicus & medicamētū. Tangit Iesus, & fugit febris. Et in nobis tangat manum, ut mundentur opera nostra. Ingrediatur domum nostram: leuemus nos aliquando de lectulo, non iaceamus. Iesus stat ante lectulū,
B & nos iacemus. Surgamus & stemus, ignominia nostra est nos ante Iesum iacere. Dicat aliquis, Vbi est
Ioan.1.c Iesus? Hic est in prēsenti. Medius, inquit, inter uos stat
Luc.17.e quē uos nescitis. Regnū dei intra uos est. Credamus, & uidemus præsentē Iesum. Si manū eius tangere nō possumus, aduoluamur pedibus. Si nō possumus ad caput peruenire, saltem pedes ipsius lachrymis lauemus. Nostra pnia unguētū saluatoris est. Vide quanta sit misericordia saluatoris. Peccata nostra mali odores sunt, putredo sunt: tamē si agamus pœnitiā, propter peccata si ploremus, peccata nostra putrida unguētū efficiūtur domini. Rogemus ergo dominū, ut apprehendat manū nostrā. *Et confestim,* inquit, *dimisit eam febris.* Statim ut manus apprehenditur, febris fugit. Videte quid sequitur, Et continuò dimisit eā febris. Spem habeto peccator, si tamē de lectulo surrexeris. Deniq; & sanctus Dauid qui corrue-
1.Re.12.c rat, qui cū Bersabee uxore Vriæ Cethęi iacebat in lectulo, & adulterio febricitabat, postq̄ dominus sana-
Psal.50.a uit eum, postq̄ dixerat, Miserere mei deus secundum magnā misericordiā tuam: & tibi soli peccaui, & malū corā te feci. Libera me de sanguinibus deus deus
C meus. Sanguinem enim Vriæ fuderat, quia fundendum mandauerat. Libera me, inquit, de sanguinibus deus deus meus: & spiritū rectū innoua in uiscerib⁹ meis. Vide qd dixit, Innoua. Eo siquidē tēpore quo adulteriū feci, quo homicidiū perpetraui: spiritus sanctus in me ueteratus est. Et quid dicit? Lauabis me, & super niuem dealbabor. Quoniam ergo lauasti me per lachrymas meas. Lacrhymæ meæ & pœnitētia mea mihi fuerūt pro baptismate. Ergo de pœnitē te uidete quid efficitur. Egit pœnitētiā & fleuit, ideo mundatus est. Statim quid sequitur? Doceā iniquos uias tuas, & impij ad te cōuertētur. De pœnitēte magister est effectus. Hoc totū quare dixi? Quoniam in præsenti scriptū est, *Et cōfestim dimisit eā febris, & ministrabat eis.* Non ei sufficit, quòd eā dimiserit febris: sed in ministeriū Christi tollitur, & ministrabat eis. Ministrabat pedibus, ministrabat manu: huc illucq; currebat: eum à quo sanata fuerat, uenerabatur. Et nos ministremus Iesu. Libenter suscipit ministerium nostrū, licet pollutas habuerimus manus: & quia ipse sanauit, qd sanauit, dignatur aspicere. Ipsi sit gloria in secula seculorū, Amen.

Tomus secundus.

Homilia septima. D

Quis me tetigit? &c.) *Mysterium duplex tropologicos explicatur. hæmorrhoyssæ uidelicet, quæ siccato sanguinis fonte ad dominicæ fimbriæ contactum sanata est: & filiæ archisynagogi ad uitā reuocatæ.*

V*is me tetigit?* Interrogat circūspiciens, ut uide- Mar.5.c.
q *ret eā, quæ hoc fecerat. Nesciebat dominus, quis tetigisset?* Quomodo ergo quærebat eam? Quasi sciens, ut indicaret. *Mulier autem ti-* Mat.9.c
mens & tremens, sciens quod factum esset, &c. Si nō interrogasset & dixisset, quis me tetigit? nemo sciisset factum esse signū. Dicere enim poterant, Non fecit signum, sed iactat se, pro gloriæ causa loquitur. Propterea interrogat, ut mulier illa confiteatur, & deus glorificetur. *Et procidit ante eum, & dixit ei omnē ueritatem.* Videte gradus, uidete profectus. Quandiu sanguine fluebat: inantē uenire non poterat. Sanata est, & inantē uenit. Et procidit ante pedes eius. Necdum audebat uultum aspicere: modò ut sanata fuit, sufficit ei, ut pedes teneat. *Et dixit ei omnē ueritatem.* Christus ueritas est. Et quoniam sanata fuerat à ueritate, confessa est ueritate. *Ille autem dixit ei, Filia, fides* E
tua te saluam fecit. Digna quę uocetur filia, quę sic crediderat: turba quæ cōprimit, filia nō potest appellari. Ista uerò quæ antè pedes cadit, & confitetur, filiæ nomen meretur accipere. Fides tua te saluā fecit. Videte humilitatē. Ipse sanat, & illi refert, quod sanauit. Fides tua te saluā fecit. Fides tua te sanauit: uade in pace. Antequā crederes in Salomonē, hoc est, in pacificū non habebas pacem. Nunc autē uade in pace. Ego uici mundū. Pacē habes, esto secura, quia sana- Ioan.16.g
tus est gentiū populus. *Veniunt ab archisynagogo, dicē-* ἀρχισυ
tes: quia filia tua mortua est. Quid ultrà uexas magistrū? ναγωγος
Reuixit ecclesia, & synagoga mortua est. Licet mor- *id est, qui*
tua sit puella, tamē dominus loquitur ad archisynagogū. Noli timere, tātūmodo crede. Loquamur & *synagogæ*
nos usq; hodie ad synagogā, loquamur ad Iudæos. *congregationi &*
Mortua qdē est archisynagogi filia: sed credite, & su- *concilio*
scitatur. Et nō admisit quenq̄ seq; se, nisi Petrū & Iaco- *præest.*
bū & Ioānem fratrē Iacobi. Quærat aliquis, & dicat: *Quare*
Quare isti semp assumūtur, & cæteri dimittūtur? Nā *Christus*
& in mōte quando transformatus est, isti tres assumpti sunt. Eligūtur ergo tres, Petrus, Iacobus & Ioannes. Primū, & i isto numero mysteriū trinitatis est, q *tres hos*
numerus per se sanctus est. Nā & Iacob scdm Hebraicam ueritatē tres uirgas ponit in canalib⁹. Scriptum *Petrum,*
est & in alio loco: Spartū triplex nō disrumpetur. Eligitur ergo Perrus, sup quē fundata est ecclesia: & Ia- F *Iacobū*
cobus, q primus de Apostolis martyrio coronatus *& Ioan-*
est: & Ioannes, qui uirginatis est exordiū. *Et uenit in* *nem, ad*
domū archisynagogi, & uidit tumultum, & fletus, & eiu- *suæ dispē-*
lantes. Vsq; hodie in synagoga tumultus est. Licet psal- *sationis*
mos Dauid promittant le dicere? tamē canticum eo- *arcana o-*
rum luctus est. *Et ingressus ait eis: Quid turbamini &* *pera potis-*
ploratis? Puella non est mortua, sed dormit. Puella quæ *simū ad-*
uobis mortua est, mihi uiuit: uobis mortua, mihi *miserit.*
dormit. Et quod dormit, suscitari potest. *Et irridebāt* Mat.17.a
eum. Non enim credebant ab Iesu posse sucitari filiā Gen.30.f
archisynagogi. Ipse uerò abiectis omnibus, assumpsit patrem & matrē puellæ. Loquamur ad sanctos σπερ-
homines, qui signa faciunt, quibus dominus concessit uirtutes aliquas. Ecce Christus suscitaturus filiam *τον. i.*
archisynagogi oēs foras eiicit, ne iactantiæ causa id *funis.*
facere uideretur. Ipse uerò abiectis oibus, assumpsit Psa.138.a
patrem & matrem puellæ. Et istos forsitan eiecisset,

G nisi propter affectū parentū, ut uiderent filiā suscitatā. *Et ingreditur, ubi erat puella iacens, et tenēs manū puelle &c.* Primū manū tetigit: sanauit opera, & sic suscitauit. Verè eo tpe cōpletū est, Cū intrauit plenitudo gentiū, tūc oīs Israel saluus fiet. Ait ergo, Thalita kumi: quod interpretatur, Puella surge mihi. Si diceret, Thalita Kum, interpretaretur, puella surge. Nūc uerò quia dixit. Thalita Kumi, interpretatur de Syra & Hebrea lingua, Puella surge mihi. Kumi, hoc est, surge mihi. Videte ergo mysteriū in ipsa lingua Hebrea & Syra. quasi diceret: Puella q̄ mater esse debebas, pp infidelitatē puella facta es. Et aliter possum⁹ dicere: Quia renasceris, puella uocaberis. Puella surge mihi, non tuo merito, sed mea gratia: mihi ergo surge, quòd sanaris, nō ex tuis uirtutibus. Et cōfestim surrexit puella, & ambulabat. Et nos tāgat Iesus, & statim ambulabimus. Licet Paralytici simus, licet mala habeamus opera, & ambulare nō possumus, licet in lectulo iaceamus peccatorū & corporis nostri: si tetigerit nos Iesus, statim sanabimur. Socrus Petri laborauerat febrib⁹: tetigit Iesus manū, & surrexit: & statim ministrabat illi. Videte quāta differētia. Illa tāgitur, & surgit, & ministrat: isti susficit, q̄a tātū ambulat. Et obstupuerūt stupore maximo, & p̄cepit illis uehemēter, ut tacerēt, & nulli dicerēt. Videtis causam, qua eiecerat turbā signa facturus? Præcepit, & nō solū p̄cepit, sed uehemēter p̄cepit, ut nemo sciret. Præcepit tribus Apostolis, p̄cepit & parētib⁹, ut nemo sciret. Præcepit dominus oībus, sed puella tacere nō potest, q̄ surrexit. Et dixit dari ei māducare, ne resurrectio phātasma putaretur. Et ipse propterea post resurrectionē comedit de pisce, & de fauo. Et dixit dari ei māducare. Obsecto domine & nobis iacentibus tange manum, & nos resuscita de lectulo peccatorum nostrorum, ambulareq̄ nos facias. Cum ambulauerimus, iube nobis dari māducare: iacentes manducare nō possumus. Nisi steterimus: corpus Christi accipere non ualemus: cui gloria, unà cū patre & spiritu sancto in secula seculorū, Amen.

Rom. 11.e

Mar. 1.c

Luc. ult.f

Homilia octaua.

In diebus illis, cū turba multa &c. (*Docet præsens homilia quātū interfit inter hāc quatuor miliū cibationē de septē panibus pisciculisq̄; paucis, & illā quinq̄ miliū de quinq̄ panibus ac duobus piscibus. Quāquam utraq̄ admirabilis prorsus, stupēda & solis diuinæ operationi p se cōgruens sit.*

I N diebus illis, cū turba multa esset cū Iesu, nec haberet quod māducaret, cōuocatis discipulis, ait illis: *Misereor turbæ, quia ecce triduò sustinuit, nec habēt quod manducēt.* In superiori parte legimus, quoniā dominus pauerit de quinq̄ panib⁹ quinq̄ milia hoīum. Et de reliquijs leuati sunt duodecim cophini fragmētorū. In illa parabola quicquid uisum fuerat, illo tpe disputauimus. Hæc uerò historia, q̄ nunc lecta est, & alia est, & ipsa est. Ex parte. n. similis est, & ex parte dissimilis. In illa historia legimus, quòd q pasti sunt, pasti sunt in deserto: i ista uerò legimus qd qui pasti sunt, in mōte pasti sunt. Primū uolo dicere, quid sit dissimile. Debemus. n. scire uenas ipsas carnesq̄ scripturarū, ut cū itellexerimus ipsam scripturā postea sensum uidere possimus. Ibi legimus, q̄a qnq̄ milia fuerint, q pasti sunt: hic uerò legim⁹ quòd quatuor milia fuerunt. Ibi legimus, quòd quinq̄ panes fuerint: hic legimus, quòd septē panes fuerint. Ibi legimus scdm euangeliū Ioannis, quòd quinq̄ panes hordeacei fuerint: hic uerò legimus, quòd isti panes

Mar. 8.a. & Mat. 15.d

Mar. 6.e

Hinc colligitur intercidisse homilias aliquot Chrysosti. etiam in hunc Marcum.

Venas suas, carnesq̄; habent sacræ literæ Ioan. 6.a

septē frumētarij sunt. Videtis differētiā, uidetis, q̄a ipsum est, & nō ipsum est. Nō debem⁹ igitur scripturas negligēter legere. Hoc solū est dissimile, nihil ē aliud. Videamus quid scriptura dicat: ibi legimus quoniā populus q̄ pascitur, una die tātū fuit cū Iesu: & pascūtur nō ad meridiē, sed ad uesperā, declināte sole. Isti uerò, hoc est quatuor milia, q̄ septē panibus pascuntur frumētitiis: qd dicit de illis ipse Iesus, nō Apostoli sicut in superiori? Ibi. n. Apostoli dicūt, Ecce die tota expectāt te: hic uerò ipse saluator loquitur. Ecce iam triduò sustinēt me. Vide q̄ sit differētia inter unū diē & tres. Ibi ab Apostolis dominus rogatur, ut pascat: hic Apostolos cōmonet dominus, ut pascāt: Hic qd dicit? Si dimisero eos ieiunos in domū suā, deficient. Digni erant solicitudine domini, q̄ trib⁹ diebus expectauerant dominū. Deinde uideamus & alia. Quinq̄ milia hominū quinq̄ panes comedūt: & de quinque panū reliquiis implētur duodecim cophini. Hic quatuor milia hominū, minor quidē est numerus. Ibi. n. quinq̄ milia, hic quatuor. Quatuor milia ergo homini numero comedūt septē panes: minor scilicet numerus plus comedit. Multi. n. uocati, pauci uerò electi. Vide quid dicat: Quatuor milia hominū comedunt septē panes: de quinq̄ panibus implētur duodecim cophini. De septē panibus implētur septē sportæ: de minori numero min⁹ remanet, de maiori numero plus remanet. Isti. n. quatuor milia minor quidē in numero, cæterū maior in fide. Qui maior in fide, plus comedit: & qa plus comedit, minus ei remanet. Vtinā & nos panes frumentitios de scripturis plus comedere posimus, ut minus nobis remaneat in sciētia. Multa sunt, q̄ dicātur. Cæterū quia ī priori parabola iam explicata sunt, tantū uoluimus differentiā parabola rum dicere. Etenim sensus in priori dictus est. Sequamur autem uestigia sancti Presbyteri. Et quoniam ipse de principio psalmi plenius disputauit, nos reliqua percurremus: præstante domino, qui uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

K

L

Mat. 20. & 22.b

Cap. 5. 6. quæ homilia desideratur.

Presbyterum intelligit seniorē suū, episcopū. & ætati deferens, & functionē pontificiā

Homilia nona.

Et uenit Bethsaida &c. (*Duorum cæcorum commeminit, Bethsaidæi primùm, mox Hierichuntini, cuius & apud hunc Marcum mentio sit capite decimo .g. Deinde alterius fit ad alterum collatio allegorica. Demum ad priorem recurrit totus.*

T ueniunt Bethsaidā, et adducunt ei cæcū. Quoniā sanctus Presbiter de psalmo diuina cantauit, nos euāgelium diuidimus, & quod dicturi eramus in psalmū, in parte euāgelij dicimus. Et *ueniunt Bethsaidā, & adducūt ei cæcū, & rogāt illū, ut eū tangeret.* Veniūt Bethsaida Apostoli, ueniūt quib⁹ dixerat, Nondū intelligitis. Præterita enim historia hoc continet. Veniunt ita Bethsaida, in uiculum Andreæ & Petri, Iacobi & Ioannis. Bethsaida interpretatur domus uenatorū. De ista. n. domo missi sunt in totū orbē uenatores & piscatores. Cōsiderate qd dicitur. Historia manifesta est. Litera patet, spiritus requratur. Quia uenerit in Bethsaida, qa cæcus ibi loci fuerit, quia discesserit: qd hoc magnum? Magnum quidē est, quod fecit: sed nisi quotidie fiat, quod olim factum est, nobis quidē magnū esse cessauit. Et ueniūt Bethsaidā. Veniūt Apostoli in domū suam, ubi nati fuerāt. Et adducūt ei cæcū. Diligēter rē aduertite, notate qd dicitur. In domo Apostolorū cæcus est: ubi nati sunt Apostoli, ibi cæcitas est. Intelligitis qd dico? Cæcus iste populus Iudæorū est, q̄ in domo Apostolorum

Mar. 8.c

Philippus etiā num apostolus erat Bethsaidæus

Sanè בֵּית *id est domus*

צַיְדָא *per sadik id est, uenatus est, cepit: hic said. i. uenator. Chaldæa sunt.*

A lorum erat. Et adducunt ad eū cæcū. Iste est cæcus, q̄ in Hiericho secus uiam sedebat: non in uia, sed scdm uiam: nō in lege uera, sed in lege literę. Et rogant eū, ut illū tangeret. Ille qui erat in Hiericho, cū audiret Iesum prætereuntē, cœpit clamare & dicere: Miserere mei fili Dauid, & increpabant illū prætereuntes. Cæterū Iesus non increpat. Nō. n. uenit, nisi ad oues perditas domus Israel. Iussit eū ad se adduci. Ille audiēs quòd Iesus uocaret se: exiliuit, inquit, & sua uestimēta dereliquit: & sic cucurrit. Nō potuit ire cum uestimētis suis. Quid causæ fuit, ut uestimēta dimitteret, & sic ad Iesum curreret? Non potuit ire cū ueteribus uestimentis: nudus cucurrit ad dominū. Cęcus erat, sordida habebat uestimenta cōscissa & dirupta. Cucurrit itaq̄ quasi cæcus, & sanatus est: quia ita erat in Hiericho cæcus ille scdm uiam q & sanatus est. Iste nunc curatur in Bethsaida. Et rogant eū ut illum tāgeret. Rogant discipuli dominū saluatorem, ut illū tangeret. Ille. n. quia præ cæcitate ignorabat uiam: ambulare nō poterat, ut tageret Christū. Rogant dicentes ei, tange, & sanabitur. *Et apprehendit manū cæci, & eduxit eum extra uicum.* Apprehēdēs manū eius. Quia manus eius sanguine plena erat, apprehendit manū, & purgauit eā. Apprehendit manū eius quasi cæci, ipse uia & ductor: & eduxit eū extra uicū. Putatis nos uim scripturæ sanctę facere? Forsitan aliquis dicat in tacita cogitatione: Iste semper allegorias sequitur, uim scripturæ sanctæ facit. Quid causę est, respōdeat mihi, qui hoc cogitat: qd causæ est, ut ingrediatur in Bethsaida, & offeratur ei cæcus? Non eū curat in ipso uiculo, sed extra uicū: non. n. sanari pōt & uidere in lege, sed in euāgelio. Vsq̄ hodie Iesus, si ingrediatur Bethsaidā, hoc est in synagogā Iudęorū: Iesus, id est sermo diuinus ingrediatur in synagogā Iudæorū, hoc est in cōcilia Iudæorū. Cæcus ille, quandiu in synagoga est, & in litera: sanari nō pōt, nisi foras adducatur. *Eduxit eum extra uicum, & expuens in oculos eius, impositis manibus suis.* Saliua Christi medicina est. *Et expuens in oculos eius, impositis manibus suis interrogauit eum, si aliquid uideret.* Scientię semper profectus sunt. Non pōt aliquis in una hora perfectā sapere sapientiā, quanuis prudēs is sit. Nō nisi multo tpe & eruditione diu quæsita, ad perfectā sciam potest quis peruenire. Primū tolluntur sordes, & cęcitas tollitur, & ita lumen uenit. Saliua domini perfecta doctrina est, q̄ ut perfectē doceat, à dominico ore procedit. Saliua domini, ut ita dicā, q̄si de subst̄ātia domini scientia est. Sicut. n. sermo, qui de ore procedit, medicina est: sic saliua uidetur, quasi de dei, hoc est ipsa exire substantia: Hoc ergo qd dicit, hoc est, secretiore doctrina. Absterst error ē oculorum ipsius. Et expuens in oculos eius, impositis manibus suis. Saliua oculos sanat: manus ponūtur in capite. Saliua cæcitatē propellit, manus imponunt benedictionē. Et interrogauit eum, si quid uideret. Sciebat quid uideret, & quid nō uideret. Dixit tamē, si aliquid uideret. Quando interrogat, si aliquid uideret: scit, quòd adhuc nō perfectē cōspiceret. Et suspiciens, ait Pulchrè dixit anaulepsas, hoc est suspiciens, qui quandiu cæcus erat, deorsum aspiciebat: sursum adspexit, & sanatus est. *Suspiciens, ait: Video homines ueluti arbores ambulantes.* Nec cæcus est, nec oculos habet. Video hoīes ueluti arbores ambulātes. Vmbram adhuc uideo, necdū ueritatem. Quòd dicit, uideo hoīes ueluti arbores ambulātes. h. d. Video aliquid in lege, sed

In Galilea est iuxta stagnum Genezareth Sed & à שרא *i. effundit. ut in Thargū Chal, domus complurialis locus confluentiū aquarū.*

A cæco Bethsaidæo recurrit ad B Hierichū tinum. de quo Mar. 10. & Mat. 15.c

clarum euāgelij lumen necdū aspicio. Vsq̄ hodie Iudæi uident hoīes ueluti arbores ambulantes: uident Moysen, & nō uident eū: legunt Esaiam, & nō intelligunt. Vident hoīes, homo est. n. Esaias, Hieremias, oēs prophetæ hoīes sunt, ad cōparationē iumentorū. Homo cū in honore esset, nō intellexit: adsimilatus est iumētis insipientibus, & similis factus est eis. Ergo rationabiles prophetas nō uidēt quasi hoīes, sed quasi arbores. i. irrationabiles, inintelligibiles: *Deinde imposuit iterum manus super oculos eius.* Qui me putas uim facere scripturæ, qui dicis, uim facis: hoc habet tantū, qd sonat in litera: nihil ne ītrinsecus est? Manus tenet super oculos ipsius, & iterrogat, an aliquid uideat. Et posuit iterū manus suas sup oculos eius, & cœpit uidere. Videte qd dicitur: Imposuit manus sup oculos ei⁹, & cœpit uidere. Si humana esset uirtus, utiq̄ etsi uideret: manib⁹ super oculos imposi tis uidere nō poterat. Sed manus domini oībus oculis clarior est. Et ipsuit manus super oculos eius, & cœpit uidere: & restitutus est, ut uideret clarè oīa. Omnia, inquā, hęc uideret, q̄ nos cernimus: uideret mysteria trinitatis, uideret oīa q̄ in euangelio sacramenta sunt. Vt uideret clarè. Nisi essent aliqui, q uiderent, & tamē nō clarè uiderent: nunq̄ hoc diceret, ut uideret clarè. Nunc ergo qd dicitur, uideret clarè: & nos oēs uidemus. Credimus. n. in Christū querū lumen est: sed inter uidētes & uidentes, magna distā tia est. Scdm. n. fidem uniuscuiusq̄ credētis, est Iesus aut magnus, aut paruus. Si peccator sum, & ago pœnitentiā, pedes tango: si sanctus sum, caput lauo. *Et misit illum in domū suam, dicens: Vade in domum tuā: & uicum ne introieris, & nemini dixeris.* Videte diligēter. Cæcus iste in Bethsaida erat: educitur foras. Ibi sanatur, nō in Bethsaida, sed extra Bethsaidā. Et qa sanatus est: dicitur ei, Reuertere in domū tuā, sed non uadas in uicū. De Bethsaida tollitur: ibi erat, ibi inuenitur. Et quo non est Bethsaidæ ipsius domus: uidete quid dicitur. Si scdm literā intelligimus: penitus sanare non pōt. Si. n. cæcus iste inuenitur in Bethsaida: & de Bethsaida tollitur foras, & ibi curatur: & dicitur ei, reuertere in domū tuam: utiq̄ dicitur ei, reuertere in Bethsaida. Si aūt reuertitur in Bethsaida: quo dicitur ei, ne introieris in uicū? Vides ergo quòd spiritualis intelligentia est. Educitur de domo Iudæorū, de uiculo Iudæorū, de lege Iudæorū, litera Iudæorū, de traditionibus Iudæorū. Qui non poterat sanari in lege, sanatur in gratia euāgelij & dicitur ei, Reuertere i domū tuā: non in istā domū, quam tu putas, unde egressus est: sed in domū, unde fuit & Abrahā. Siquidem Abrahā pater credentiū est. Abrahā uidit diem meū, & lętatus est. In domū tuā reuertere: hoc est, in ecclesiā: dum uenio, inquit, ut scias quo gubernare debeas ecclesiā, q̄ est domus dei. Vides ergo, quoniā domus dei ecclesia est. Dicitur ergo ei: uade i domū tuam: hoc est, in domum fidei: hoc est, in ecclesiam: ne reuertaris in uiculum Iudęorū. In qua ecclesia utinam semper maneamus, concedente domino, qui uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

B

C

D

E

Ioan. 8. g

F

Homilia decima.

Amen dico uobis &c. quod in uetere testamento domino fuit, Viuo ego: hoc in nouo, Amen, amen. Stare iustorum est: contrà, impiorum iacere. Gustant quidam mortem, nōnulli uident, comedūt aliqui: alii sattantur, reficiuntur etiā num alij morte. Totam deinde historiam tranfigurati domini suo excurrit more alligoricos.

G Paræneſis.) Initiò ſtatim explicandæ trãſfigurationis legis Quid eſt, poſt dies ſex? In euangelio habes ſecundũ Matthæũ, Et factũ eſt die octaua &c. Hic mihi cõmonendus uideris lector, ne præcipiti iudicio in authorẽ præproperã feras cenſurã, quaſi plagio hæreſeos ſeriri illicò debeat: qui quòd in Luca ſcriptũ reperis capite nimirũ nono, Matthæo aſcribit. Cõtrà, quod apud Matthæũ habes, per omnia conſentit Marco. Sed hic error per ſe alioqui pudẽdus, quãlibet minutulus: in exceptorẽ homiliæ præſentis reiicidus eſt: aut ſi admiſit author: qd ferè cõtingit iis, qui ad populũ declamant homilias, ut unũ pro alio ſubiiciãt minus nõnunquã attenti, quã par ſit pro dignitate deſumptæ materiæ: uenia tamen uſquequaq; dignum hunc cenſeri par eſt, qui cũ tanta & ſcripſerit & dictarit, ut uix unus quiuis quãlibet ſtudioſus illius ſcriptis & legendis & conferendis ſatis eſſe queat: rarenter tamen admodũ, quod eſt præſentiſſimæ argumentũ memoriæ, loci, temporis atq; numeri rõne deſtituitur. Hunc itaq; lapſum, undelibet irrepſerit, atque alios aliquot aſſimiles ſicubi occurrerint, facilè condonabis tanto authori, ſi modò tantis lucubrationibus uoles eſſe nõ ingratus. Memor in primis ſupra humanæ conditionis legẽ

H eſſe ubiq; & ſemper omniũ præſentem habere memoriam, adeo ut necubi dormitare cõperiaris. Hæc quidẽ fuſius duplici nomine dixerim: Primũ, quòd religioſius eſſe ſemper duxerim quicquam cõtrouertere exẽplari, quod ſortitò naEluſ ſis: præſertim ſi antiquitatis multæ eſt & charactleris doclè perſcripti, cuiuſmodi eſt quod ſuppeditauit iam diEluſ antiſtes Syluanecten. ex Dionyſianæ bibliothecæ archiuis, ut apparet depromptũ. Deinde, quòd non ſuppeteret Græci codicis exẽplar: ad quod ceu ſacrã anchorã confugerem. Dubitem etiãnum, ut ingenuè fatear, debeant ne uindicari tanto heroi hæ qualeſcũq; homiliæ. Tui interim candoris fuerit boni conſulere, quod ſubminiſtrauit charitas.

Men dico uobis, quia ſunt quidam de hic adſtantibus, qui non guſtabunt mortẽ. Amen dico uobis. Iurat Chriſtus: debemus Chriſto iurãti credere. Qd.n. in ueteri teſtõ dicitur, Viuo ego dicit dominus: in nouo teſtõ dicitur, Amẽ amẽ dico uobis. Amẽ amẽ, dicitur, uerè uerè. Veritas loquitur ueritatẽ, ut uincat mendaciũ. Amẽ dico uobis, qa ſunt quidã de hic adſtãtib⁹. Dico uobis diſcipulis: Iudæis aũt nõ loquor: clauſas n. habent aures, & meus ſermo eas penetrare nõ põt. Quia ſunt qdã de hic adſtãtibus, q non guſtabunt mortẽ donec uideant regnũ dei: pulchrè de his q ſtant, dicitur, Nõ guſtabũt mortẽ. Qui. n. ſtat: in eo quo ſtat, nõ guſtat mortẽ. Nã & Moyſes, loquitur in Deutero. Quadraginta, inquit, diebus, & quadraginta noctib⁹ ſteti in mõte cũ deo. Solus ſtetit quadraginta dieb⁹: & ideò meruit legem accipere. Stãtibus datur, iacentib⁹ nõ datur. Singula uerba diſcutimus, ut ad lectionis myſteria peruenias mus. Si. n. pulchra ueſtibula ſunt: qualis ipſa domus erit? Qui nõ guſtabũt mortẽ. Mortis plura ſunt genera. Alij guſtabũt mortẽ, alij uidẽt, alij comedũt, alij ſaturãtur, alij reficiũtur. Cæterũ & Apoſtoli quoniã ſtabant, & Apoſtoli erãt: propterea ne guſtauerũt qdẽ mortẽ. Et hoc interim diximus ſcdm tropologiam, ſcdm & illũ ſenſum: Quis eſt hoiũm, q uiuat, & non uideat mortẽ? In eo qd dicit, quis: aut impoſsibile dicit, aut difficile. Qui nõ guſtabunt mortẽ. Sunt quidã, qui nõ guſtabũt mortẽ: q uerò mortẽ nõ uideãt, difficile reperitur. Hic aũt mortem peccati intelligere debemus. Anima. n. q̃ peccauerit, ipſa morietur. Difficile eſt ergo, ut qs uiuat, & nõ uideat mortẽ. Inter uidere & guſtare differẽtia eſt. Qui uidet, uidet qdẽ, ſed nõ guſtat: q aũt guſtat, neceſſe eſt, ut uideat. Videamus qd ſit guſtare mortẽ, quid ſit uidere mortẽ. Vidi mulierẽ pulchrã, uoluit anima mea eã concupiſcere: dei timor expellit deſideriũ. Vidi mortẽ, ſed nõ guſtaui. Si aũt uidero, & concupiuero: iam mœchatus ſum i corde meo. ecce guſtaui mortẽ. Hoc eſt guſtare mortẽ, non comedere, nõ reficiſ: ſed quaſi paululũ animo deguſtare. Apoſtoli quaſi Apoſtoli ne guſtauerũt quidẽ mortẽ. Si uerò & ſecundò & tertiò rem perfecero, & frequẽtauero in fornicatione: iam non ſolũ guſtaui, ſed & ſaturatus ſum. Propheta ergo uidete, qd dixerit. Nõ dixit, Quis eſt homo, q uiuat, & nõ guſtet mortẽ: ſed dixit, Quis eſt homo q uiuat, & nõ uideat mortẽ? difficile eſt. n. eſſe, quẽ cõcupiſcẽtia nõ tentet, quẽ tentamẽta nõ quatiant. Hoc interim diximus ſcdm ſublimiorẽ ſenſum. Cæterũ dicamus de hiſtoria. *Dixit dominus ad diſcipulos, quoniam ſunt multi de hic adſtantibus, qui non guſtabunt mortẽ, donec uideant regnum dei uenientis in uirtute ſua.* Qd dicit, hoc eſt: Niſi me antè regnantem uiderint, nõ morientur. Hoc ſcdm hiſtoriã. Et ſequitur: *Et poſt dies ſex aſſumpſit Ieſus Petrũ & Iacobũ & Ioannẽ, & ducit illos in mõtem excelſum ſeorſum ſolos & transfiguratus eſt corã eis.* Et hoc eſſe dicũt: hoc eſt, Viderũt Apoſtoli qualis regnaturus eſſet Chriſtus: uidẽtes illũ in monte transfiguratũ, uiderunt illũ Apoſtoli trãsformatũ i gloria ſua, qualis regnaturus eſſet. Et hoc eſt ergo qd aiũt, Nõ guſtabunt mortẽ, donec uideãt regnũ dei. Quid factũ eſt, poſt dies ſex? In euãgelio habes ſcdm Matthæũ, Et factũ eſt die octaua. uidetur itaq; ſcdm hiſtoriã eſſe diſtantiã. Mattheus. n. octo dies dicit, Marcus ſex dicit. Sic ergo debemus ĩtelligere, quòd Mattheus & primã dixerit & nouiſsimã: Marcus uerò medias tãtũ dixerit. Scdm hiſtoriã hoc dicitur, quoniã aſcẽdit in montẽ, quoniã transformatus eſt, quoniã Moyſes & Helias uiſi ſunt colloquẽtes cũ eo, quoniã Petrus ei dixit delectatus uiſione pulcherrima: *Domine uis, ut tria tabernacula faciamus, tibi unũ, Moyſi unũ, & Heliæ unum?* Et ſtatim dicit euãgeliſta. *Non. n. ſciebant, quid loquerentur. Erant. n. timore perterriti.* Et deinde dicitur *quòd facta eſt nubes, & ipſa nubes candida obumbrans eos, & uenerit uox de cœlo dicens, Hic eſt filius meus chariſsimus, hunc audite.* Et *ſtatim circunſpicientes neminẽ, uiderunt, niſi Ieſum.* Hiſtoria hoc cõtinet. Qui amant hiſtoriã: qui ſolũ Iudaicã ſequuntur ſniam, q ſequuntur occidentẽ literã & nõ uiuificantẽ ſpiritũ. Non hiſtoriã denegamus, ſed ſpiritualẽ intelligentiã præferimus, Nec hęc noſtra ſnia eſt. Sequuntur Apoſtolorũ ſniam, & maximè uaſis electiõis, qui ea uerba, q̃ Iudæi intellexerunt in mortẽ ſuam, intellexit in uitã ſuam Apoſtolus uidelicet, q dicit, quòd Sara & Agar in duo teſtamẽta interpretẽtur. ſ. mons Sina & mons Sion. Hoc interpretatur i duo teſtamẽta: Hæc aũt ſunt in duo teſtamẽta. Nunquid non fuit Agar? nunquid nõ fuit Sara? Nunqd mons Sina nõ eſt? nũquid mons Sion nõ eſt? Hiſtoriã non negauit, ſed ſacramenta prodidit: nec dixit, q̃ intelliguntur duo teſtamẽta: ſed, q̃ ſunt, ĩquit, duo teſtamẽta. *Et poſt dies ſex aſſumens Ieſus Petrum & Iacobum & Ioannem.* Poſt dies ſex: Orate dominum, ut eodẽ ſpiritu, quo dicta ſunt, exponãtur. Et factũ eſt, poſt dies ſex. Quare nõ poſt dies nouem, quare non poſt dies decẽ, quare nõ poſt dies uiginti, quare non poſt quatuor, quare nõ poſt quinq;, nec antẽ aliquis numerus aſſumitur, nec poſtea, ſed ſextus eligitur? Et factum eſt, inquit,

Mar.9.a — a

Nu.14.d

אמן

I

Deut.10. b

Pſa.88.g

Exe.18.a

K Quid inter guſtare & uidere mortem.

Pſal.88.g

Mar.9.a

L Legis Matt.17. & poſt dies ſex. At Luc.9. poſt hæc uerba, ſcilicet die octo.

M

Gal.4.c

A poſt dies ſex. Hi qui ſtant cũ Ieſu, de quibus dicitur, Quia ſunt quidã de hic adſtantibus: hi regnũ dei nõ uident, niſi poſt dies ſex. Niſi. n. mundus iſte tranſierit qui in ſex diebus intelligitur, uerũ regnũ nõ apparebit. Cũ aũt pertrãſierint ſex dies: qui fuerit Petrus: hoc eſt, q ut Petrus à petra Chriſto nomẽ acceperit: regnum uidere merebitur. Quo enim à Chriſto dicimur Chriſtiani: ita à petra dictus eſt Petrus, hoc eſt petrinos. Siquis ergo de nobis fuerit petrinos, & talẽ hoc eſt eã fidẽ habuerit: ut ſuper illum ædificetur eccleſia Chriſti. Siquis fuerit ut Iacobus & Ioannes fratres nõ tantũ ſanguine, quantũ ſpiritu. Siquis fuerit Iacobus pterniſter, id eſt, ſupplãtator: & Ioãnes, id eſt gratia domini. Cũ. n. ſupplãtauerim⁹ aduerſarios noſtros, tunc merebimur gratiã Chriſti. Siquis habuerit ſublimiora dogmata, & intelligentiã excellentiorẽ, & meruerit uocari filius tonitrui: neceſſe eſt, ut ab Ieſu ducatur in mõtẽ. Simulq; cõſiderate: quòd Ieſus donec deorſum eſt, nõ transfiguratur: aſcẽdit & trãſmutatur: & ducit illos in mõtẽ excelſum ſeorſum ſolus, & transfiguratus eſt corã ipſis: & ueſtimẽta eius

B facta ſunt ſplendentia & candida nimis. Vſq; hodie Ieſus aliis deorſum eſt, aliis ſurſum eſt: Qui deorſum ſunt, & deorſum habẽt Ieſum: & turbę ſunt, & i mõtẽ aſcẽdere nõ ualẽt. In mõtẽ. n. ſoli diſcipuli aſcẽdũt: turbæ deorſum remanẽt. Siqs ergo deorſum eſt, & de turba eſt: nõ poteſt uidere Ieſum in cãdidis ueſtimẽtis, ſed in ſordidis. Siqs literã ſequitur, & deorſum eſt totus, & terrã reſpicit more brutorũ animaliũ: hic nõ poteſt uidere Ieſum in ueſte cãdida. Qui aũt ſequitur ſermonẽ dei & ad mõtana, id eſt, ad excelſa conſcendit: iſti Ieſus ſtatim cõmutatur, & ueſtimẽta Ieſu candidiora fiunt. Hoc qd legimus, ſi ſcdm literã intelligimus: quid habet in ſe candidũ, quid habet literã intelligibus: quid habet in ſe ſplendidũ, quid ſublime? Si aũt ſpiritualiter intelligimus: ſtatim ſcripturę ſanctæ, hoc eſt, ueſtimẽta ſermonis mutãtur, & cãdida fiunt uelut nix: qualia fullo nõ poteſt in terra facere. Tolle quoduis propheticũ teſtimoniũ, tolle euãgelicã parabolã: ſi ſecundũ literã intelligis, nihil in ſe habet ſplendidũ, nihil candidũ. Sin autẽ Apoſtolos ſequeris, & ſpiritaliter intelligis: ſtatim ueſtimenta ſermonis mutantur, & candi-

C da fiunt: & Ieſus totus immutatur in monte: & ueſtimenta eius cãdida nimis quaſi nix, qualia fullo ſup terrã facere nõ poteſt ſic candida. Qui in terra eſt & deorſum, hic nõ poteſt ueſtimẽta candida facere: q aũt cũ Ieſu aſcendit in mõtem, & quaſi terram deorſum relinquit, meditatur ad montana & ad cœleſtia conſcendere: iſte poteſt talia facere ueſtimenta, qualia fullo ſuper terrã non poteſt facere. Dicat mihi aliquis, licet non dicat, tamen tacitus ſecũ cogitet: Interpretatus es, quid ſit mors: dixiſti ſermonẽ dei, dixiſti ueſtimenta, ſcripturas ſanctas. Dic mihi, q ſunt iſti fullones, qui nõ poſſunt talia facere ueſtimenta, qualia habet Ieſus? Fullonũ hoc opus eſt, ut qd ſordidũ eſt, cãdidũ faciãt: & ut candidũ faciant, non poſſunt ſine labore facere: ſed neceſſe eſt, ut calcẽt ueſtimenta, ut lauent, ut ad Solẽ expandant. Niſi. n. multo labore de ſordido in candidũ colorẽ non mutantur ueſtimenta. Voluit Plato, uoluit Ariſtoteles, uoluit Zeno Stoicorũ princeps, uoluit & Epicurus uoluptatis aſſertor, dogmata ſua ſordida ſermonibus quaſi cãdidis cãdidare: ſed non potuerũt talia facere ueſtimẽta, qualia Ieſus in mõte poſsidet: quoniã ſuper terrã erant, totum de terrenis diſputabant. Nullus igitur ſullonũ, hoc eſt, diſceptatorũ ſecularis literaturæ, potuit talia facere ueſtimenta, qualia in mõte poſsidet Ieſus. *Et apparuit illis Helias cum Moyſe, & erant loquentes cũ Ieſu.* Niſi Ieſum uidiſſent trãsformatum, niſi ueſtimẽta illius candida: Moyſen & Heliam uidere non poterant loquẽtes cũ Ieſu. Quandiu Iudaicè intelligimus, & literã ſequimur occidẽtẽ: Moyſes & Helias cũ Ieſu non loquuntur, euãgeliũ neſciũt. Sin autem Ieſum ſequuti fuerint, & uidere dominum meruerint transformatũ, & candida ueſtimẽta eius, & omnia ſpiritaliter intelligere, quę ſcripta ſunt: ſtatim Moyſes & Helias ueniunt, id eſt lex & prophetæ, & colloquuntur euangelio *Et apparuit eis Helias cum Moyſe, & erant loquentes cũ Ieſu.* In euangeliũ ſcdm Lucam ẽt hoc additũ eſt: Et annunciabant, inquit, illi, quo genere paſſurus eſſet in Hieruſalẽ. Hoc Moyſes loquitur, & Helias: & loquuntur ad Ieſum, hoc eſt ad euangelium. Et annunciabant illi, qũo paſſurus ſit in Hieruſalem. Lex enim & prophetæ Chriſti paſsionẽ annunciant. Videtis, qũo prodeſt animæ noſtræ intelligentia ſpiritalis, ſed & ipſi Moyſes & Helias uiden

D Luc.9.d

E tur in candidis ueſtimentis. Quandiu non ſunt cum Ieſu non habent candida ueſtimenta. Si enim legas legem, hoc eſt, Moyſen: ſi prophetas legas, hoc eſt, Heliam: & non illos intelligas in Chriſto, & non intelligas qũo Moyſes loquitur cum Ieſu, quomodo Helias loquitur cum Ieſu, ſed intelligas Moyſen ſine Ieſu, & Heliam ſine Ieſu, & qũo ei non annunciãt paſſionẽ nec in montem conſcendunt Moyſes & Helias nec habent cãdida ueſtimẽta, ſed tota ſordida ſunt. Si enim literam Iudaicè ſequaris: quid tibi prodeſt legere, quòd Iudas concubuerit cum Thamar nuru ſua: qd tibi prodeſt, quòd Noẽ inebriatus eſt, & denudatus eſt: quid tibi prodeſt, quia Onam filius Iudæ fecit rem turpiſsimam, quã dicere erubeſco: qd, inquam, tibi prodeſt? Sin aũt ſpiritaliter intelligas: uides, qũo ueſtimenta ſordida Moyſi uertuntur in cãdida. Petrus igitur & Iacobus & Ioannes, qui ſine Ieſu ante Moyſen & Heliam uiderant, quia uiderunt illos cũ Ieſu colloquentes, & habere ueſtimenta candida: uident ſe eſſe in monte. Verè enim in monte cõſiſtimus, quando ſpiritaliter intelligimus. Si lego Geneſim, ſi lego Exodũ, ſi Leuiticũ, ſi Numeros, ſi Deuteronomium, quandiu carnaliter lego, deorſum mihi eſſe uideor: ſi ſpiritaliter intellexero, ad montana conſcendo. Vides ergo qũo Petrus & Iacobus & Ioãnes uidentes ſe eſſe in monte: hoc eſt, in intelligentia ſpiritali, humilia & humana contemnunt, excelſa & diuina deſiderant: nolunt ad terram deſcendere, ſed toti in ſpiritalibus immorari. *Et reſpondens ait Petrus Ieſu: Rabbi, bonum eſt nos hic eſſe.* Et ego quando ſcripturas lego, & ſpiritaliter aliquid intelligo excelſius: nolo inde deſcendere, nolo deſcendere ad humiliora: uolo in pectore meo tabernaculũ facere Chriſto & legi & prophetis. Cæterum Ieſus qui propterea uenit, ut quod perditum erat, ſaluaret: qui non uenit ſaluare eos, qui ſancti ſunt, ſed qui ſe malè habẽt: ſcit, quia ſi in monte genus hominũ fuerit non ſaluabitur, niſi ad terrena deſcenderit. *Rabbi, bonum eſt nos hic eſſe: faciamus tria tabernacula tibi unũ, & Moyſi unũ & Heliæ unum.* Nunquid arbores erant in monte illo? Deinde etiã ſi eſſent arbores & ueſtimenta, ſperamus, quòd hoc uoluerit Petrus facere, ut illis faceret tentoria, ut habitarent ibi? Et hoc eſt totũ, quod Petrus facere deſiderabat, uult tria facere tabernacula

Gen.38.a & ſeq.

Gen.19.f

Ibid.38.b

F

G Iesu unū, Moysi unū, & Heliæ unū: ut legē separaret & prophetas & euangeliū, quæ non possunt separari. Et quodammodo hoc dicit, Faciamus tria tabernacula tibi unū, & Moysi unū, & Heliæ unū. O Petre licet in montē cōscēderis, licet Iesum uideas transformatū, licet uestimenta eius candida: tamē quia Christus necdū pro te passus est, adhuc scire nō potsis ueritatē. Aliquis dicat: Faciamus tria tabernacula tibi unū, Moysi unū, & Helię unū: aliquis loquatur ad dominū, Facio tibi tabernaculū, facio & seruis tuis similia tabernacula. Siquādo inæquales æqualiter honorantur: maioris iniuria est. Faciamus tria tabernacula. Tres erāt in mōte Apostoli, & uolūt facere tria tabernacula. Erat Petrus, erat Iacob⁹ & Ioānes: uult unus unū capere, alter alterū, & tertius tertiū. Non enim sciebat, quid diceret: cum dominū cum seruis æqualiter honoraret. Vnum siquidē est tabernaculū euangelio & legi & prophetis. Nisi simul habitauerint, non possunt habere concordiā. Et facta est nubes obūbrans eos. Nubes scdm Matthæū photine.

H Mat.17.a habes ἐσκίασε φωτεινὴ ἐπεσκίασεν αὐτούς .i. ecce nubes lucida obumbrauit eos.

Mihi uidetur ista nubes esse gratia spiritussancti. Tabernaculum tegit utiq; & obumbrat, qui sunt in tabernaculo. Quod igitur solent facere tabernacula, hoc fecit nubes. O Petre quis tria facere tabernacula, respice unum tabernaculū spiritus sancti, q nos pariter protegit. Si fecisses tabernacula, utiq; fecisses humana: & utiq; illa fecisses, q̄ lucem excluderent, & umbrā includerent. Nubes aūt ipsa lucida & obumbrans, hoc est unū tabernaculū, non excludit Solem iustitiæ, sed icludit. Et dicet tibi pater, Quid facis tria tabernacula? Ecce habes unū tabernaculum. Videte mysteriū trinitatis, scdm meā tamen intelligentiam. Ego.n.omne, quod intelligo, sine Christo & spiritu sancto & patre nolo intelligere. Nisi intellexero in trinitate, quæ me saluabit: dulce mihi non potest esse, quod intelligo. *Facta est nubes* photine *lucida. Et uenit uox de nube, dicens:* Hic *est filius meus charissimus, ipsum audite.* Quod dicit, hoc est: O Petre qui dicis, faciam uobis tria tabernacula, tibi unū, & Moysi unum, & Heliæ unū: nolo ut facias tria tabernacula. Ecce ego tibi dedi tabernaculū quod uos protegat. Noli ęqua liter domino & seruis facere tabernacula. Hic est filius me⁹ charissimus, ipsum audite. Hic est fili⁹ meus non Moyses, non Helias. Isti serui sunt, hic filius est. Hic est filius meus, de mea natura, de mea substātia, in me manens, & totus quod ego sum. Hic est filius meus charissimus. Et illi qdē chari sunt, sed iste charissimus est. hunc igitur audite. Illi istum prædicant uos aūt hunc audite: ille dominus, isti conserui sunt, Moyses & Helias de Christo loquuntur, conserui uestri sunt: hic est dominus, hunc audite. Nolite conser uos sic honorare, qūo dominum. Dei filiū solū audite. Dū hoc loquitur pater & dicit: hic est fili⁹ meus charissimus, hunc audite: non apparuit, qui loquere tur. Nubes enim erat, uox audiebatur. Dicebatur, hic est filius meus charissimus: hunc audite. Fieri poterat, ut Petrus diceret: de Moyse dicit, de Helia dicit. Ne igitur illi dubitarent, dū loquitur pater, illi subtra hūtur duo: & solus Christus remanet. Hic est filius meus charissimus, hūc audite. Dicit Petrus in corde suo, Quis est filius eius? Tres uideo: putas de quo loquitur? dū quærit, quē eligat: unū respicit, & statim circūspiciētes, dū tres q̄rūt, unū inueniūt. Immo tres perdentes, unū inueniunt. Immo, ut amplius dicā, in uno tres reperiunt. Magis enim inuenitur Moyses &

Marcus hoc loco habet ἐγένετο φωνὴ ἐπὶ σκιάζουσα αὐτοῖς .i. & facta est nubes obumbrans eos. I

Helias, si in Christo conglobentur. *Et statim circūspicientes neminē amplius uiderunt.* Ego quādo lego euāgelium, & uideo ibi testimonia de lege, testimonia de prophetis, solū Christū considero. Sic uidi Moysen, sic uidi prophetas: ut de Christo intelligerē loquentes. Deniq; quando uenero ad splendorē Christi, & quasi splēdidissimū lumē dari Solis aspexero: lucernę lumē nō possum uidere. Nunqd lucernā, si incendas in die, lucere potest? Si sol luxerit, lux lucernę nō paret: Sic & Christo præsente comparata lex & prophetæ penitus non apparent. Nō detraho legi & prophetis, quin potius laudo: quia Christū prędicāt. Sed sic lego legē & prophetas, ut nō permaneā in lege & Prophetis, sed per legē & prophetas ad Christū perueniam: cui cū patre & spiritu sancto honor, gloria & maiestas per infinita secula seculorū, Amen.

K A simili

Homilia undecima.

Et cū appropinquarent Hierosolymæ, &c.) *De pullo asinæ agit, qui nondū frænos passus gentilitiæq; idololatriæ sym bolū præferens, ad dominū per discipulos adduci iubetur: idq; ad Bethphage, id est domum maxillarum.*

Paræneſis.) *Apparet nō integrā esse homiliā, sed fragmētum. Nos tamē dicto audientes benignissimi redemptoris, qui suis dixit discipulis, & per illos nobis: colligite, quæ superauerunt, fragmenta, ne pereant: curauimus ne & hæc qualiscunq; portiuncula deperiret.*

L

Ste qui ligatus fuerat, quomodo iste pullus, multos habebat dominos, secundum euangelium Lucæ: quomodo à multis dominis tollitur, & ad unum dominum adducitur, qūo ante portam erat, & in amphodo erat? Ante portā quidē erat, paratus erat ad fidē: sed sine Apostolis intrare non poterat, & erat in amphodo, id est inter gentilitatem & Iudaismū, & qd sequeretur, ignorabat: qūo pullus ille secundum Marcū dicitur talis esse, cui nūquam aliquis sederat? Verè nunquam insederat huic pullo aliquis. Omnes uoluerant illum domare & sedere: sed nemo potuerat. Non poterant sedere, quia edomitus nō fuerat. O rem nouam. Vinctus erat, & tamen domari non poterat. Diuersum longè facit Iesus. Soluit enim, & sic domat. Et iste ipse pullus adducitur à Bethania, & adducitur ad Bethphage. Iesus aūt erat in Bethania. Diuersi enim euāgelistæ aliter atq; aliter dicūt. Alii dicūt, quòd erat Iesus in Bethania: alij, quòd erat in Bethphage. Bethania locus est, uiculus est: ubi hodie Lazarus est, uiculus Marthæ & Mariæ, uiculus Lazari. Simulq; cōsiderate. Illuc adduxit istū pullū indomabilē, ubi Lazarus fuerat suscitatus? In Bethania, qd interpretatur domus obedientiæ. Indomabilis erat, adducitur ad obediē tiam, ut sedeat in illo Iesus. Diximus de Bethania, dicamus de Bethphage. Betphage interpretatur dom⁹ maxillæ. Videte ordinē fidei. Primū credimus & uenimus in Bethaniā, hoc est in domū obedientiæ: & postea uenimus in domū maxillarū in domum cōfessionis, in domū sacerdotalē. Siagona.n.accipere solebāt sacerdotes. Dicat aliqs, Sacerdotes, quare nō accipiūt siagona, hoc est maxillā? Nihil aliud accipit sacerdos, nisi siagona, & pectusculū, & humerū. Videte qd accipiāt sacerdotes maxillā, pectusculum, & humerū uidete qd accipiāt. Sacedotalis.n. officii est, posse docere populos. Vnde dicitur & i propheta, Interroga sacerdotes legē dei. Sacerdotū est.n. interroga tos respōdere de lege. Accipiūt ergo sermonē q̄ i maxilla est, accipiūt pectusculū, hoc est sciam scriptura-

Mar.11.a
Mat.21.a & Luc. 19.e
Mar.11.a
Bethania domus obedietiæ dominj
Beth, domus, בֵּית
id est, oris. Ghe, id est, nalis. Hieron. domus maxillarum. σιαγών. i. maxilla.
De pectusculo, & armis. habes. Leui. 7. Aggæi. 2.

A rū. Nihil.n. prodest habere uerba, si sciētiā nō habueris: cùm acceperis siagona, cū acceperis pectusculū: tūc accipis & brachiola, hoc est, opa. Nihil prodest habere te uerba, habere te scientiā, si nō habueris opera. Hoc totū quare dixi? Quoniā iste pullus asinæ adducitur ad domū maxillarū, qd iterpretatur Bethphage. nō adducitur primùm ad brachiola, non adducitur primùm ad pectusculum: sed adducitur ad maxillam, ad sermonē qui doceat eum. Ascēdit itaq; istum pullum saluator: ascēdit, quia lassus erat: de Samaria Galilææ uenerat Hiericho, de Hiericho uenerat usq; Bethaniam, montem tantū ascēderat, lassus non fuerat: pro duobus tamen milib. lassatur, & q̄rit asinum. De Hierusalē ibat in Galilaā, usq; Samariam pedibus ambulās: & duo milia ambulare nō potuit? Sed oē, qd fecit Iesus, sacramēta sūt, salus nostra est. Si.n. dicit nobis Apostolus, Siue māducatis, siue bibitis, siue qd aliud faciatis: oīa in noīe domini facite. Quātò magis saluator siue ambulat, siue sedet, siue comedit, siue dormit: nostra sunt sacramēta? Ascendit itaq; asinā: sed dicit alius euāgelista, quòd pullum

Assertio operum.

2. Corint. 10.g

B ascēdit. Alius uero dicit, quòd pariter & in asinā, & in pullū ascēdit. Rem dico ridiculam. Nunqd singulos pedes in ambobus asinis habere poterat? Hoc totū loquor cōtra Iudæos. Si.n. uenit in asina, nō uenit in pullo. Vniuersa quidē facta sunt, sed aliud p̄cessit in signū. Sed & pullo asinæ indomabili, q frēnos accipere nō poterat, cui nunq̄ aliqs sederat, in populo gē tilium sedit in asina, in his q credebāt de synagoga. Et uide qd dicat. Et sedit, inquit, in asina subiugali, q̄ collū & ceruices lege habebat tritas. *Et occurrit*, inqt, *ei multitudo.* Quādiu erat in monte, multitudo ei occurrere nō poterat: cœpit descēdere, & occurrit turba. *Et clamauit*, inquit, *turba præcedens & sequens: Hoschiah¯na filio Dauid: benedictus qui uenit in nomine domini, osianna in excelsis.* Et qui p̄cedebāt, & q sequebā tur, cōsona uoce clamitāt. Qui sunt qui p̄cedunt? Patriarchæ & prophetæ. Qui sequūtur? Apostoli & gentiliū populus. Sed & in p̄cedētibus & in sequētib una uox, Xp̄s est. Ipsum laudāt, ipsū uoce cōsona concrepant. Et qd dicūt? Osiāna filio Dauid: Benedictus, q uenit in noīe domini, osiāna in excelsis. Tria dicūt:

Mat.21.a

C Osiāna filio Dauid, hoc ad incipiētes. Benedictus, q uenit in noīe domini: hoc ad p̄fectos. Osiāna i excelsis: hoc ad regnātes. Nemo nos putet diuidere Xp̄m. Hoc.n. solent æstimare calumniatores, quòd nos in Xp̄o duas personas faciamus, alium hoiem, & alium deum. Nō in trinitate credimus, nō credimus in quaternitate, duas in Xp̄o esse p̄sonas. Si.n. Xp̄s duas personas habet, pater & filius, id est Xp̄s, duplex est: ergo quatuor personæ sunt. Nos ergo credimus in patrem & filium & spiritum sanctum. De patre & spiritu, nulla dubitatio est. Nō.n. adsūmpserunt corpus, nō adsumpserunt aliquam uilitatem. Nunc uerò de Xp̄o dicim⁹, deo nostro, filio dei & filio hoīs, & uno filio dei. Ipse dei filius, & filius hoīs. Quicqd magnū est, refer ad filium dei: quicqd paruum est, refer ad filium hoīs: & tamē unus filius dei est. Hoc qua necessitate cōpulsus sum dicere? Quoniā audiui quosdam calumniari, q forsitā habēt aiam Arrianam. Quoniā & iniuriā humanitatis ad deum referre nolui, nō diuido Xp̄m. Ipse.n. & in inferno est, & in cœlo est: uno atq; eodem tpe, & descēdit ad inferos, & cum latrone intrauit in paradisum. Omnia elementa tenet in pugillo suo. Si autē in pugillo illius sunt: ubi nō est, q

omnia tenet? Hęc orationibus uestris, ut potuimus, disseruimus. Hoschiah¯na autem sciatis esse, quod Græcè dicimus soson de. Quod enim dicitur in editione Septuaginta ô kyrie soson de, in Hebręo habetur יְהוֹה הוֹשִׁיעָה נָּא, hoc est. Domine saluū fac obsecro. Cui sit gloria in secula seculorum, Amen.

D

Homilia duodecima.

De ficu, quæ ad domini uocem continuò exaruit. Hæc *homilia, quòd sciam, nihil habet non peruium legenti.*

T *intrauit dominus Iesus Hierosolymam in tem-*
e *plum, & circunspectis omnibus cùm iam uespera esset hora, exiuit in Bethaniam cum duodecim.*

Mar.11.et Mat. 21.b & Luc. 19.g

Ingreditur dominus Hierosolymā in templum. Ingreditur. Ingressus quid facit circūspectis omnibus? Quærebat in templo Iudæorum, ubi caput posit reclinare, & non inueniebat. Et circūspectis omnibus, quid dixit? Circūspectis omnibus respiciebat sacerdotes, uolebat esse cum illis: sed non poterat, quia semper sacerdotibus seruiebat. Circunspectis ergo omnibus, quasi cū lucerna quæreret. Illud est quod dicitur in Sophonia propheta, Et scrutabor Hierosolymam, cum lucerna. Sic ergo & dominus cū lucerna circūspexit omnia, quærens in templo, & nihil, qd eligeretur, inuenit. Quū iam uespera esset, circūspectis oībus. Vide qd dicat, circunspectis omnibus: licèt nō inueniret, tamen quandiu lux fuit, nō recessit de tēplo: cū autē facta esset uespera, cū templum Iudæorū ignorantię tenebræ obcæcassent, cū uespera esset hora, intrauit in Bethaniā cū duodecim. Quæsiuit saluator, quæsierūt apostoli, in tēplo nihil inuenerūt, egressi sunt de tēplo. Gaude monache: gaude, q in deserto uersaris: quod in tēplo nō inuenitur, inuenitur foras. Intrauit in Bethaniā cū duodecim. Bethania iterptatur, domus obedientię. Recessit igitur de tēplo Iudæorū, ubi erat superbia: uenit in domū obediētię. Obediētia, ubi humilitas. Dimisit supbiā Iudæorū, uenit ad humilitatem gentiū. Et in alia die cū exirent, uidete quid dicitur. In alia die, uidelicet cū exirent à Bethania. Qui autē alia die egreditur: ergo mansit in Bethania. Videte ergo templū, in quo non manet: in Bethaniā uenit, & manet. Et alia die cū exirent à Bethania, esurijt. Mansit qdē in Bethania: sed

Sopho.1.e

E

Ad anachoretam digressio.

F egrediens de Bethania, esuriuit salutē Iudæorū. Non ueni, inqt, nisi ad oues p̄ditas domus Israel. Vsq; hodie Xp̄s esurit. de gentibus quidem saturatus est: in Iudæis uerò esurit. Et de nobis sic sunt aliq credētes, alij non credentes. De credētibus aūt refectus est, in non credētibus esurit. *Cumq; uidisset à lōgè ficum habētem folia.* Infœlix Iudęus. Notus in Iudęa deus: i Israel magnū nomē eius. Hoc aliquādo apud patriarchas, hoc apud prophetas, nūc uerò deus ille, q dicebat in Hieremia: Deus appropinquās ego, & nō de lōgè: dicit nunc idē, Dominus recedit à Iudæis, & longè eos uidet: tamē ut saluet, appropinquabat. Cūq; uidisset à lōgè ficū habentē folia: folia, nō fructus: uerba, nō sensus: scripturas, non intelligentiā scripturarū. Illi.n. habent scripturas, nos uerò intelligentiā scripturarū. Vidit ergo ficum habentem folia. Semper ista ficus folia habet, & nūquā fructus habet. Ista ficus, quę & in paradiso fuit: deniq; & Adā eo tēpore texit uerenda sua, quando corruit. Hebebat.n. folia. Ficus ista synagoga Iudæorū est, q̄ habet tantùm uerba, & non intelligentiam scriptuarū. Videamus, ubi alibi sit scriptū de ista ficu. In euāgelio secūdū Lucam legimus:

Mat.15.e

Psal.75.a

Hie.23.e

Gene.3.b

G Homo erat,inquit, quidã, qui in uinea ſua plantauit
Luc. 13.b ficũ. Cumq;, inquit,uenisſet, & requisiſſet fructus in
ea,dicit ad agricolã, Ecce iam tertio uenio huc,& fru
ctũ q̃ro,& nõ inuenio. Dimitte me,& ſuccidã eã. Di-
Exo. 32.b mitte me. Quãdo dixit ad Moſen. Dimitte me,& in-
terficiã populum iſtũ. Nemo te tenet, & dicis dimit-
te me? Quãdo tu dicis,dimitte me: prouocas agrico
lam ut te teneat. Dimitte me,& ſuccidã illã. Ecce,in-
quit,tertiò uenio,& fructũ non inuenio. Veni primũ
in lege cũ Moyſe,ueni ſecũdò ĩ prophetis, nouiſsimè
ipſe p me uenio,& fructũ nõ inuenio. Ficus iſta non
Eſa.5.b eſt plantata iter ſpinas,nõ eſt plãtata foris, ſed in ui-
nea domus Iſrael. Rem nouã uideo. Spinæ gentium
uuas adferunt,& ficus ficos nõ adfert? Ecce,inqt,ue
nio tertiò,& fructũ nõ inuenio: dimitte me,& ſuccidã illam. Prouocatus agricola,intellexit,quòd poſsit
tenere dominũ,ſi rogaret. Rogat,& qd dicit? *Dimitte domine adhuc & iſtum annum, & circũfodiam illam, & mittam ſtercus, & ſi quidẽ fecerit fructũ.* Quid? Nihil
dicit. Si nõ fecerit,tũc,inquit,uenies & ſuccides eam.
Agricola dep̃catur,facit domin', quod uoluerat. Rẽ
dico nouã: Ignoſcit dominus rogatus: qd feciſſet, ẽt
H ſi rogatus nõ fuiſſet. Dimitte,inqt,adhuc unũ annũ.
Statim.n.ut paſſus eſt ſaluator, non eſt ſubuerſa Iudæa. Quadraginta.n.& duo anni dati ſunt ad pœnitẽtiã. Iſte eſt unus annus, hoc eſt breue tp̃s,id eſt datus ei locus pœnitẽtiæ. Agricola circũfodit,miſit ſtercus. Qui ſunt iſti agricolæ? Apoſtoli, q̃ circũfodiunt,
& miſerũt ſtercus. Ficus aũt fructus nõ attulit. Sed ui
dete qd dicat ipſe agricola: Et ſi quidẽ fecerit fructũ.
Nihil itulit. Neq; n. dixit,aut dimitte eã, aut nõ dimit
tes,aut habebis in uinea tua,aut deferes illã. Nihil ta
le dixit. Et ſi quidẽ fecerit fructus. Neſcio qd ſit futurũ: tuo arbitrio derelinquo. Nõ.n. dixit, Permanebit
in uinea ficus iſta. Et fecerit fructũ: nõ pmanet in Iudæa Iſrael,ſed trãsfertur in eccleſiã gentium. Si uerò
nõ fecerit fructum. Succiſam ficũ oculis noſtris aſpicimus: ruinas iſtas lapidũ quas cernimus, radices sũt
ficus ſucciſæ. Hoc totũ quare diximus? Voluimus oſtẽdere de illa parabola, q̃ ſit iſta ficus, de qua domi
nus fructum deſiderat. Vidit,inqt,ficum habentẽ fo
lia,ſecus uiam: nõ in uia,in lege,non in euãgelio. Pro
pterea fructus nõ habebat,qã ĩ uia nõ erat,ſed iuxta
Secus uiã ex I Matt. 21. colligit. uiã. Venit ergo Ieſus,fructus q̃rit. Quoniã ipſa ire nõ
poterat,uenit ad ficum. *Et cùm uenisſet ad eam, nihil inuenit præter folia.* Vſq; hodie nihil aliud inuenimus
in Iudæis,p̃ter uerba de lege. Legunt Moyſen,legunt
Eſaiam,Hieremiam, & reliquos prophetas. Legunt,
Hæc dicit dominus: & nõ intelligunt, qd dicat domi
nus. Nõ.n. erat tẽpus ficorum. Grandis q̃ſtio. Nõ.n.
erat tempus ficorum. Dicat aliquis, Si tẽpus nõ erat
ficorum: nõ peccauit ficus, q̃ fructum nõ habebat.
Si autem non peccauit, non eſt iuſtè ſiccata: non.n.
erat tempus ficorum. Ficus hæc habebat folia, fru-
ctus nõ habebat. Habebat folia, longè promittebat
ſpeciem uirens: ſed fructus nõ habebat, nõ erat tem
pus ficorum. Iſtũ locum Apoſtolus interpretatur ad
Ro. 11.c. Romanos: Nolo uos ignorare fratres, quoniã cæcitas ex parte cõtigit in Iſrael, ut ſubintraret plenitudo
gentiũ. Cùm aũt intrauerit plenitudo gentiũ: tũc oĩs
Iſrael ſaluus fiet: ſi dominus fructus inueniſſet in iſta
ficu, nõ ſubintraſſet plenitudo gentiũ. Quoniam aũt
ſubintrauit plenitudo gentiũ, in nouiſsimo ſaluabitur omnis Iſrael. Dicat aliq̃s, Vbi hoc lectum eſt, qa
omnis Iſrael ſaluabitur? Primùm quidem ipſe dicit
Apoſtolus, Cùm intrauerit plenitudo gentium, tunc K
oĩs Iſrael ſaluus fiet. Deinde dicit & Ioanes in Apoca Apoca.7.b
lypſi ſua, de tribu Iudę crediturũ duodecim milia, de a.b
tribu Rubẽ crediturũ duodecim milia, & de reliquis
tribubus eadẽ loquitur. Et fiũt oĩa, q̃ credunt, centũ
quadraginta quatuor milia. Vnde & in pſalmo cente
ſimo quadrageſimoquarto, Qui literatus eſt, intelligit. de iſto numero diſputatur: Si credidiſſet Iſrael,
dominus noſter crucifixus nõ fuiſſet: ſi dominus no
ſter crucifixus nõ fuiſſet, gẽtiliũ turba ſalua nõ eſſet.
Crediturũ ergo ſunt Iudæi: ſed in fine mũdi crediturũ
ſunt. Nõ.n. erat tp̃s, ut in cruce crederent. Si.n. illi credidiſſent, dominus crucifixus nõ fuiſſet. Non.n. erat
tempus ut crederent. Illorum infidelitas, noſtra fides
eſt: illorum ruina, noſtra ſubleuatio eſt. Illorum non
fuit tp̃s, ut eſſet tp̃s noſtrũ. diximus, quia in fine mũdi crediturũ ſint: & iterpretati ſumus, nõdum.n. erat
tẽpus. Sed hoc quod ſequitur, dicit ei dominus: *Iam non amplius in æternum quiſquam ex te fructum maduca bit.* Si crediturũ ſunt Iudæi: quo nullus de eis fructus
mãducabit? Nõ dixit, in futuro ſeculo: nõ dixit, in ſeculis: ſed, in præſenti ſeculo. Quod dicit, hoc eſt: In
præſenti ſeculo non credes, ſed cùm ſeculum iſtud fi L
nitum fuerit, tunc crediturus es. Credes quidem, ſed
non in humilem, ſed in regnantem credes: & uidebis
eum, quem cõpunxeras. In præſenti ergo ſeculo nemo de te fructum comedet, ſed in futuro, per Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

Homilia decimatertia.

De ſecũda eiectione uendentium & ementiũ ex adytis tẽpli, quam ad excidium Hieroſolymæ tropologicos refert.

Paræneſis.) *Sub huius tertiædecimæ homiliæ exordium habes optime lector, in euãgelio ſecundum Ioannẽ legimus hanc ipſam hiſtoriã, & ibi &c. Si hanc ipſam hiſtoriam ſecundũ Marcum conferas cũ Ioanne capite nimirũ ſecundo, introſpicienti tibi paulò penitius facilè colliqueſcet, nõ unã tantũ eiectionem fuiſſe, ſed duas. Bis ſiquidem legitur dominus ad Paſchæ celebritatẽ aſcendiſſe Hieroſolymam. Semel quidẽ Ioanne Baptiſta nõdum carceri pro ueritate per Herodem mancipato, hoc eſt, anno primo prædicati per dominũ noſtrũ euangelij, cuius & Ioãnes ca. 2. meminit. Rurſus, ad peragendum humanæ redemptionis myſteriũ propẽraturus. De hac Marcus hoc loco cõmeminit, cui & concinit Matth. 21. cap. In hoc utroq; aſcenſu Hieroſolymæ legitur dominus eliminaſſe templi adytis uẽdentes & ementes.* Cæ M
terùm ſolui utcunq; poteſt locus hic confragoſus ſimul & dilemmaticus, ſi dicas authorem loqui de explicatione tẽporis, quo quidem Hieroſolymam aſcenderit, non quoties.

T *ueniũt Hieroſolymã. Et cũ intraſſet in tẽplum,* Mar. 11.b
e *cœpit eiicere uendentes & emẽtes de tẽplo: & mẽſas numulariorum, & cathedras uendentiũ columbas, ſubuertit.* Et ueniũt Hieroſolymã, & cũ intraſſet in templum, cœpit eiicere. In euangelio ſecũdum Ioannẽ legimus hãc ipſam hiſtoriã: & ibi manifeſti' dicitur, quo tpe hoc factũ eſt. Et ecce,inquit,in azy- Ioan. 2.b
mis uenit Ieſus, hoc eſt in Paſcha: eo tpe quo azyma mãducare cõſueuerãt. *Et fecit ſibi,* inqt, *flagellũ, & cœpit eiicere eos.* Vides ergo, quoniã eo tpe quo eiiciebat
eos de tẽplo, erant dies Paſchæ, hoc eſt dies azymorum. In diebus autem Paſchæ, lege præceptum erat, Deu. 16.d
ut oẽs uenirent in templum: & ſiquis non ueniret in templum, exterminaretur anima illa de populo ſuo. Cõſiderate ergo de tota prouincia Palæſtina, de Cypro, de aliis prouinciis, de oĩbus in circuitu regionibus uniuerſum huc populum cõgregatũ: cõſidera-

A te, & in aĩo ueſtro depingite, quanta tunc ibi fuerit
multitudo. Primũ interim ſecundũ hiſtoriã diſputa-
Ioan.11.f. mus. Mirantur cæteri, qd Lazarus ſuſcitatus eſt: mi-
rantur, qd uiduæ filius ſuſcitatus eſt: mirãtur cæteri
Luc.7.b in alijs ſignis. Et reuerà mirandũ eſt mortuo corpori
Hãc ipſiſſimã ſententiã iiſdẽ propẽ uerbis reddit Hyeroni. in Matthæum. animã reddere. Ego p̃ſens ſignũ magis miror. Vnus
homo, qui putabatur filius fabri, medicus nõ habẽs
domũ, non habens ubi caput reclinaret, nõ habens
exercitũ, non erat dux, non erat iudex. Quã itaq; habuit poteſtatẽ, ut faceret ſibi flagellũ de funibus, &
tãtã eiiceret multitudinẽ: unus, inquã, hõ eiiceret tan
tã multitudinẽ? Et quã multitudinem eiiciebat? Quę
uẽdebat, q̃ lucra ſua in tẽplo redimebat. Nemo contradixit, nemo auſus eſt cõtradicere. Filio.n. defendẽ
ti patris ſui iniuriã, nemo fuit auſus reſiſtere. Vide-
Mar.1.b. tur mihi in ipſis oculis, & in ipſo uultu domini ſalua
toris qcquã fuiſſe diuinũ. Et hoc mihi quare uideatur, rõ iſta eſt, quã dicturus ſum: Et factũ eſt, inqt, cũ
trãſiret Ieſus ſecundũ mare Galilææ: uidit, inqt, duos
Eos nimirũ, patrẽ cũ mercenarijs cõponẽtes retia ſua, filios Zebedęi, & dixit eis: Dimit
tite eos, & uenite, ſeqmini me. Et illi, inqt, ſtatim relicto rete, naue, & patre Zebedæo ſtatim ſecuti ſunt
eũ. Niſi aliqd diuinũ fuit in uultu ſaluatoris: irratio-
B nabiliter fecerũt ſeq eũ, de quo nihil uiderãt. Dimit-
tit aliq̃s patrẽ, & eũ ſeqtur, in quo nihil plus uidet, q̃
in patre ſuo? Sed dimittunt patrẽ carnalẽ, ut ſequantur patrẽ ſpiritalẽ: non dimittunt patrẽ, ſed inueniũt
patrem. Hoc totum quare dixi? ut oſtenderẽ in uultu ſaluatoris aliquid fuiſſe diuinũ, quod uidẽtes homines ſequebantur. Dicamus & aliud teſtimoniũ: Et
ecce, inquit, cũ tranſiret, uidit quẽdam hoĩem noĩe
Ma.9.a et Mar.2.c. et Lu.5.f Matthæũ. Et dixit ei, Seq̃re me. Et dimiſit oĩa, & ſecutus eſt eũ. Non uidit ſignũ: ſed authoritas in iubẽdo
ſignũ fuit. Cœpit eiicere uendentes & emẽtes in tem
plo. Si hoc in Iudæis, quantò magis in nobis? Si hoc
in lege, quantò magis in euãgelio? Cœpit eiicere uen
dẽtes & emẽtes. Pauper Xp̃s diuites Iudæos eiicit uẽ
dentes & ementes. Et qui uendit, & q̃ emit ſimiliter,
eiicitur. Non debet aliq̃s dicere, Ego quod meũ eſt,
Ma.10.a. offero munera: ſacerdotibus do ego, ſicut deus p̃ce
pit. Legimus in alio loco ſcriptum: Gratis acceꝑiſtis,
Act.8.c. gratis date. Gratia.n. dei non uenditur, ſed donatur.
Non tantũ ille in culpa eſt q uẽdit: ſed & q̃ emit. De-
C niq; Simon Magus nõ qa uendit, ſed quia emere uoluit, damnatus eſt. uſq; hodie in tẽplo multi ſunt, qui
uendunt. ĩfelix eſt, qui uẽdit: infelix eſt, q̃ emit. Gratia.n. Chriſti auro & argento nõ poteſt cõparari. Et
menſas numulariorũ. Menſas ubi debebant eſſe panes propoſitionis & gratiarum dei, ibi auaritię uicti
mę ſunt. Et mẽſas numulariorũ. Auaritia ſacerdotũ
altaria nõ ſunt altaria, ſed mẽſæ numulariorũ. Et cathedras uendentiũ colũbas ſubuertit. Columbæ nõ
includũtur utiq; in cathedris, ſed in caueis. Nemo colũbas in cathedris includit, ſed in caueis. Et qũo nũc
dicit, & cathedras uẽdentiũ culumbas ſubuertit? Vi-
dete quod dicit, qui uendebãt, in cathedris ſedebãt.
Mat.23.a Super cathedrã, inquit, Moyſi ſederunt ſcribæ & Pha
Pſal.1.a. riſęi. De iſtis cathedris & pſalmus loquitur, Et in cathedra peſtilentiæ nõ ſedit. Vera cathedra peſtilẽtię,
quę uendit colũbas, uendit gratiã ſpirituſſancti. Mul
tæ cathedræ ſunt uſq; hodie, q̃ uendũt colũbas. Qui
uẽdit colũbas, non ſtat, ſed ſedet: nõ eſt erectus, ſed
contractus eſt. In eo.n. quòd uendit gratiam dei cõ
tractus eſt, & humilis eſt: ſed dominus noſter q uenit, ut ſaluaret, qđ perierat: ſubuertit nõ eos q uende
bãt, ſed cathedras uendentiũ authoritatẽ ſubuertit: D
ſaluabit autẽ hoĩes. *Et non,* inquit, *dimittebat, ut deferent quodquã uas per templũ.* Eo tẽpore in carnali tem
plo non dimittebat ferri uas. Et hodie quanta in tẽplo dei uaſa morantur immunda? Eo tepore trãſferri non licebat uaſa. Et non dicit, immũda: ſed, uaſa q̃
cũq; ſimpliciter nũcupauit. Nũc uerò quãta uaſa morantur intrinſecus? *Scriptũ eſt,* inqt, *Domus mea, domus* Mat.21.b
orationis uocabitur omnibus gentibus. Hoc in propheta Eſa.56.c.
legitur, Vos aũt feciſtis eã ſpeluncã latronũ. O inſeli- Hie.7.b.
citatem noſtrã. O nos oĩ lachrymarũ fonte plangẽdos: domus dei, facta eſt ſpelunca latronum. Iſta eſt Ibidem.
domus, de qua dicitur in Hieremia, Nunqd ſpelunca
hyęnę facta eſt domus mea mihi? Quòd hìc dicitur,
Vos autẽ feciſtis eã ſpeluncã latronũ: hoc eſt, domũ
meã. In Hieremia dicitur, ſpelunca hyænę. Debemus Hyænæ
noſſe naturã aialis iſtius. Ex natura.n. beſtiæ ſcire po- phyſis.
terimus, quare uocauerit domũ quondã dei ſpeluncã hyænæ. Hyæna nunquã uidetur in die, ſed ſemper
in noctibus. Nunquã uidetur in luce, ſed ſemp in tenebris. Et hanc naturam habet, ut effodiat corpora
mortuorũ, & ipſa cædat. Deniq; ſiqs negligẽter ſepelierit mortuũ: effodit nocte, & tollit corpus, & come E
dit: ubicunq; ſepulchra ſunt, ubicũq; oſſa mortuorũ
ſunt, ibi cubile hyænę eſt. Et hãc naturã habet, maximè canib. delectatur, & ipſos rapit, & deuorat. Vide
te qd dicat. Diligẽter.n. aduertite: Hyęna beſtia ſanguiuora, beſtia q̃ corporibus delectatur, beſtia quæ
ſemp in nocte, nũquã in die eſt: nõ delectatur niſi cadaueribus mortuorũ, & canib⁹: eos uult occidere, q̃
ſeruãt domũ. Hyæna & hanc dicitur habere naturã,
quia ſpinã unicã habet, quæ flecti non poſsit. Deniq;
ſi uertere ſe uoluerit, tota conuertitur. Non poteſt ſe
flectere, ſicut cætera aĩalia. Videtis ergo, quia iſta q̃
ſemper in nocte, ſemp in tenebris eſt: nunquã cõuertitur. Hoc aũt dicitur de ſacerdotibus Iudęorum. Iudęũ.n. facilè potes adducere ad pœnitẽtiã de plebe:
de ſacerdotibus uerò & doctoribus nõ potes, quoniã ſemp delectãtur cadaueribus mortuorũ, eorum
quos iduxerint: & nõ ſufficit eis, quoniã ipſi nõ ſunt
in luce, ſed eos q in luce latẽt, conãtur occidere: unã
ſpinã habẽt, non conuertuntur: non.n. agunt pœnitẽtiã, quoniã occupati ſunt in cadaueribus mortuo- F
rũ. Quod hìc legimus, Vos autẽ feciſtis eam ſpeluncam latronũ. In euangelio ſecundũ Ioannẽ legimus,
Vos autẽ feciſtis eã domũ negotiationis. Domũ ne- Ioan. 2.c.
gotiationis. Vbicũq; latrones ſunt, ibi domus negotiationis. Vtinã de pterito populo eſſet tantũ dictũ,
utinã de Iudæis legeretur, non itẽ de Chriſtianis. Ploraremus quidẽ illos, ſed de nobis gauderemus. Nũc
uerò in multis locis domus dei, domus patris ſit domus negotiationis. Videtis, q̃ trepidè loquor. Res tã
manifeſta eſt, ut expoſitione nõ indigeat. Vtinã eſſet obſcurum, & non intelligeremus. In multis locis dom⁹ patris, domus negotiationis. Ego ipſe q loquor, & unuſq; ſq; de uobis, ſiue p̃sbyter, ſiue diaconus, ſiue epiſcop⁹, q̃ heri paup, hodie diues, & diues
in domo dei. Nõne uobis uidetur feciſſe domum patris, domũ negotiationis? De iſtis loqtur & Apoſto- 1.Ti. 6.a.
lus, Exiſtimãtes q̃ſtũ eſſe pietatẽ. De iſtis ergo loqtur
& Apoſtolus: Xp̃s paup eſt, erubeſcamus: Xp̃s humilis eſt, erubeſcamus: Xp̃s crucifixus eſt, nõ regnauit,
crucifixus eſt, ut regnaret. Vicit mũdũ, nõ in ſupbia,
ſed in humilitate: occĩdit diabolũ non ridẽs, ſed plorans: nõ flagellauit, ſed flagellatus eſt: acceꝑit alapã,

G non percusit. Et nos igitur imitemur dominum nostrum. Ecce dies ieiuniorū in foribus sunt. Ecce dies ieiuniorum, dies pœnitentiæ, dies purgationis: lætemur atque gaudeamus nunc. Ille homo, qui i euāgelio dicitur lagenā portare, egreditur de domo, & uadit ad cœnaculū: uos qui recepturi estis baptismū iā die crastina, prēparate uos similiter. Qui ituri sunt ad pugnā, diligēter antè se pparāt. Videt si scutū habeat, si spatham habeat, si habeat hastam, si sagittas habeat, si equus ipsi⁹ refect⁹ est, ut pugnare possit, antè pparat armaturā. Vestra arma, ieiunia sunt: uestra pugna, humilitas est. Siquis aliqd habet aduersus aliquē: dimittat, ut dimittatur ei. Nemo.n. cogitat uenire ad baptismū, ut dimittātur ei peccata, & ipse fratri antè nō dimittat. Si ergo habetis aliqd aduersus fratrē, dimittite. Nō dixi, siquid ille habeat, dimittat: sed, tu siqd habes, dimitte. Dimittere ab illo uel non dimittere, in illius est potestate: tu qd in te est, dimitte, ut dimittatur tibi. Venturus es ad baptismū. O te felicē, q renascituru in Christo es, q indumentū Xpi accepturus es, qui sepeliendus es cū Christo, ut resurgas cū Christo. Diebus ergo reliquis secundū ordinem ea, quæ ad mysteria pertinēt, auditurus es: nūc
H interim dixi uobis, ut sciatis uobis à die crastina maximè laborandum. Deus autem oīpotens ipse corroboret corda uestra, ipse uos dignos faciat lauacro suo: ipse in uos descēdat i baptismate, ipse aquas sanctificet, ut sanctificemini. Nemo dubio corde accedat: nemo dicat, Putas mihi dimittūtur peccata? Qui sic accedit, non dimittūtur ei peccata. Melius est nō accedere, quàm sic accedere. Maximè uos qui sic accepistis baptismū, ut deo seruiatis ut sitis in monasterio. Ipse igitur uos seruet & nos: cui sit gloria secula seculorum, Amen.

Homilia decimaquarta.

In qua candidatos sacri baptismatis cōmonefacturus, locū prius illū explicat. De die aūt illo et hora nemo scit &c. neque filius, nisi pater. Deinde ad moralē locū trāsit sentētiæ illius, de unguenti effusione super domini ad crucem properantis sacrosanctum uerticem.

Mar.13.d

Vāgelica lectio magnā desiderat expositionem. Antè.n. quā ueniamus ad sacramenta, debemus scandalū tollere, nequid in mētibus resideat eorū, qui accepturi sunt sacramenta. Si enim q accepturi sunt baptisma, crediturí sunt in patrem, filiū, & spiritum sanctum. Nunc autē de filio dicitur: *De die autē illo & hora nemo scit, neq; angeli in cœlo, neq; filius, nisi pater.* Si æqualiter accipimus baptisma in patrē, filiū, & spiritū sanctū: & unū nomē eius, patris & filij, & spirituſſanctī: qđ est deus, credere debemus. Si unus deus est, qūo in una diuinitate diuersa scientia est? Quid est plus, deū esse, an scire omnia? Si deus est, qūo ignorat? Dicitur.n. de domino saluatore: Oīa p ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil. Si oīa p ipsum facta sunt: ergo & dies iudicij q uēnit ura est, p ipsum facta est. Potestne ignorare, qđ fecit? Potest artifex ignorare opus suū? Legim⁹ in Apostolo de Xpo: In quo oēs thesauri sapiētiæ & sciētiæ absconditi. Videte, qd dicat: Oēs thesauri sapientiæ & sciētię. Nō aliq sunt, & aliq non sunt: sed oēs thesauri sapiētię & sciētię sunt, sed absconditi sunt. Quod ergo est in illo: nō illi deest, ēt qd nobis absconditū est. Si autē sunt in Xpo thesauri sapiētiæ & sciētię absconditi, debem⁹ inqrere, quare sint absconditi. Si scirem⁹ nos hoies diē iudicij, uerbi causa: quòd futura esset dies

Ioan.1.a.

Colos.2.a

Propositæ ꝙstionis solutio.

I

iudicij post duo milia annorū, & hoc nos sciremus ita futurū: negligētiores hinc essemus. Diceremus.n. Quid ad me pertinet, si post duo milia annorū dies uentura est iudicij? Quòd ergo dicitur filiū ignorare diē iudicij: nobis prodest, qa ignoramus diē iudicij quādo sit uētura. Deniq; uidete qd seqtur: *Videte, & uigilate, & orate, nescitis enim, quando tēpus sit.* Non dixit, nescimus: sed, nescitis. Videmur hucusq; uim facere scripturæ, & sensum nō exponere. Post resurrectionē interrogant apostoli dominū saluatorē, Domine quādo restituturus es regnū Israel? O apostoli audistis ante resurrectionem, de die illo & hora, nescio: & qđ nescio, iterū iterrogatis? Sed Apli nō credūt saluatori, qđ nesciat. Sed uidete mysteriū. Qui aute passionē nescit, post resurrectionē nouit? Deniq; quid dicit ad apostolos, post resurrectionē interrogatus de tēporibus: quādo restituturus es regnū Israel? Non est uestrū, inqt, scire tēpora, quæ pater posuit in sua potestate. Non dicit hic, nescio: sed, non est uestrū scire, non uobis prodest scire diē iudicij. Vigilate ergo: nescitis enim quando dominus domus ueniat. Multa sunt, q dicātur, hoc aūt de euangelio diximus, ne cui scādalū resideat in aio: quòd ignoraret aliquid ille, in
L quē crediturus esset. Dicitur autē in eadem euangelij lectione. *Et cū esset Bethaniæ in domo Simonis leprosi, & recūberet: uenit mulier, habēs alabastrū unguēti pistici pretiosi.* Mulier ista specialiter ad uos pertinet, qui baptisma accepturi estis. Fregit alabastrū suum, ut uos Xps faciat Xpos, id est, unctos: hoc est, quod dicitur in Canticis canticotū, Vnguentū effusum est nomē tuū. Propterea adolescētulæ desiderauerūt te. Post te in odorē unguentorū tuorū currimus. Quādiu clausum erat unguentū, quādiu notus tātū erat in Iudęa deus: in Israel solū magnū nomē eius. Adolescētulæ Iesum nō seqbātur. Quādo uerò effusum est unguētū in omnē terram: adolescentulæ aię credentiū secutæ sunt saluatorē. *Et cū esset Bethaniæ in domo Simonis leprosi.* Bethania interptatur in lingua nostra, domus obediētię. Et qūo in Bethania, hoc est in domo obedientiæ domus Simōnis leprosi est? aut certè dominus qd facit in domo leprosi? Sed ppea uenit in domū leprosi, ut purgaret leprosum. Leprosus dicitur: nō qui est, sed qui fuerit leprosus: Fuit enim, ante quā susciperet dominū: postea uerò q̄ suscepit dominū, & unguentū factum est in domo ipsius, lepra fugit: manet autē nomen pristinum, ut uirtus appareat saluatoris. Qūo enim in apostolis residebat pristina uocabula ut appareat uirtus uocantis, de qbus quales fecerit: qūo de Matthæo publicano, fecit apostolū, & post apostolatum dicitur publicanus. Non quòd publicanus sit, sed qa de publicano fact⁹ sit apostolus. Nomen aūt remanet pristinū, ut uirtus appareat saluatoris. Sic leprosus Simō iste appellatur antiquo noīe, ut ostēdatur à domino fuisse curatus. *Venit mulier habens alabastrū unguenti.* Pharisæi & scribæ & sacerdotes in tēplo sunt, & unguētū nō habēt: mulier ista extra tēplum est, & unguentū defert, nardū habens & nardū pisticam, & ex nardo ipsa pistica cōfectum unguentū: Ideo uos uocati estis pistici nardi, fideles. Ecclesia.n. de gentibus congregata dona sua offert saluatori, id est fidē credētiū. Fregit alabastrū, ut oēs unguenta suscipiant: fregit alabastrum, quod in Iudæa antè tenebatur inclusum: fregit alabastrū. Quomodo.n. granum tritici, nisi mortuum fuerit in terra, nō facit plures fructus: sic & alabastrū nisi fractum

Mat.14.d

Cant.1.a

ὀγκάπνα σάν σε, *id est. dilexerunt te.*

Psal.75.a

Simon leprosus M ut qui fuerit, non qui iā talis est suscepto domino.

Luc.5.f

Ioā.12.d

A ctum fuerit, nos ungere non possumus. *Et effudit super caput eius.* Mulier ista quæ fregit alabastrum, & ipsum unguentum fudit super caput: non est ipsa, de qua in alio euangelio dicitur, quòd pedes domini laIdem sentit cū Origene. uerit. Illa enim quasi meretrix & peccatrix, adhuc pedes tenet: ista quasi sancta caput tenet. Illa quasi meretrix lachrymis suis pedes rigat saluatoris, & crinib. tergit: uidetur quidem pedes lauare lachrymis saluatori, sed magis lauat peccata sua. Sacerdotes & pharisæi non dant saluatori osculum: ista pedes osculatur. Sic & uos qui accepturi estis baptisma, quoniā omnes sub peccatis sumus, & nemo est absq; peccato, etiamsi unius quidem fuerit diei uita eius, & aduersum angelos suos puersum quid excogitauit: primùm tenete pedes saluatoris, lauate lachrymis, crine tergite. Et cùm hoc feceritis, postea uenietis ad caput. Quando descenditis in uitalem fontem cum saluatore, tunc habetis discere, quomodo unguentum ueniat in caput saluatoris. Si enim caput uiri Chri-
Iob 4.d stus est, uestrum autem caput unguentū est: post baptisma ungimini. *Erant autem quidam indignè ferentes.* Non dixit, omnes: sed, quidam. Vsq; hodie indignan-
B tur Iudæi, quando nos Iesu ungimus caput. Deniq;
Mat.26.a in alio loco dicitur, quòd Iudas proditor idignatus sit. In Iudæ nomine Iudæorum uocabulum demonstratur: usq; hodie Iudas indignatur, quare ecclesia Iesu ungat caput. Et quid dicit? *Quid prodest ista perditio?* Illi uidetur perire unguentum, qa fractum est: sed nobis prodest, quia in orbem peruenit uniuersum. Quid indignaris Iuda, quia alabastrum fractum est? Deus qui te & uniuersas gentes fecit, illo perfunditur pretioso unguento. Volebas unguētum habere clausum, ut ad alios non peruenire. Verè illud est, quod & in alio loco dicitur de uobis, qui habent clauem
Luc.11.g. scientiæ, & ipsi non intrant: sed & eos qui intrare uolunt, non sinunt. Vos habetis alabastrum, imò habetis in templo, & tenebatis inclusum: uenit mulier, & tulit de templo, & tulit in Bethaniam, in domo leprosi ungit caput Iesu. Et quid dicūt illi, qui indignātur? *Potuit*, inquit, *uenundari trecentis denarijs*: qa hic, q hoc unguento unctus est, crucifixus est. Legimus in
Ge.6.b.c. Genesi, quia illa arca quę facta est à Noe, trecentorū cubitorū habuerit longitudinē, & quinquaginta latitudinis, & triginta in altum. Videte sacrameta numerorum: in quinquagenario numero, pœnitentia demonstratur. Siquidē in quinquagesimo psalmo Dauid regis, egit pœnitentiam: in trecentis uerò numeris crucis mysterium demonstratur. Litera. T. index
Exec.9.b est trecentum. Vnde dicitur & in Ezechiele, Et scribes, inquit, in frontibus gementium, thau. Et quicūque illud habuerit superscriptum: non interficietur. Nam quicūq; crucis uexillum habet in fronte sua: hic à diabolo percuti non potest. Hoc uexillum nō potest delere, nisi solum peccatum. Diximus de arca, de quinquagenario, de trecētis numeris: dicamus de triginta, quoniam ipsa arca habebat altitudinis triginta cubitos, & in unū cōsummabatur. Videte qd dicitur. Primū agimus pœnitentiā in quinquaginta: deinde per pœnitentiam uenimus ad crucis mysteriū: ad crucis mysterium uenimus per psectum uerbum, q Christus est. Quando uerò Iesus accepit baptisma se-
Luc. 3. e. cundum Lucam, erat annorū triginta. Et isti ipsi triginta cubiti in unum consummabātur. Et quinquaginta, & trecenti, & triginta in unum cubitum consummabantur: hoc est, in unam fidem dei. Hoc totū

D quare diximus? Quia nunc dicitur, Potuit trecentis denarijs uenundari. Deinde & dominus saluator tri-Nu. 4.g. ginta argenteis uenditus est. Mirum non potuisse trecentis denarijs uendi: nam uenditus est triginta. Scriptum est in Leuitico, scriptum est in Exodo: quòd sacerdotes à triginta annis esse incipiant, ante triginta annos nō licet sacerdotib. ingredi tēplum dei: quomodo & in iumētis & animalibus tertius annus psecta ætas est. Deniq; dicitur in Genesi, eo tpe quo fe-Gen.15.b cit Abraham dichotomemata: quoniā uitulū, & hoc Quòd bidum, & agnum habuerit trium annorum, ut psecta fariā ea ętas demonstraretur in iumētis: sic & hoībus psecta diuiserit, ætas triginta anni sunt. Nūquid dominus noster nō à dichopotuit uenire ad baptisma uigintiquinq; annorum? tomin. Nunqd uigintisex annis nō potuit, aut uigintio cto? Sed perfectā hoīs expectabat ætatē, ut nobis tribueret exēplum. Ideo & in Ezechiele scriptum est in principio, Et factū est, inqt, in anno tricesimo, cū essem in captiuitate. Hoc totū diximus, ut tricenarij numeri sacramēta panderemus. Indignātur Iudæi, indignātur alieni à fide, quòd unguentū illud fractū est. Cæterū dominus noster dicit, *Simite eam. Quid ei molesti estis? Bonum opus operata est in me.* Quoniam ergo illa E mulier bonū opus operata est. Ideo hæc de euāgelio pauca diximus. Et opportunè quartusdecimus psalmus lectus est: & oportet nos de psalmo dicere. Oremus dominū omnipotentē, ut ea q̄ docturi sumus, recto tramite prosequamur, per Christum dominū nostrum, Amen.

Finis homiliarum xiiij. Beati Ioānis Chrysostomi Constantinopolitani episcopi, in euangelium Marci.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, Episcopi Constantinopolitani, aliquot homiliæ in loca quædam sancti Lucæ, in unum ueluti fascem nunc primum collectæ: quæ hactenus dispersæ fuerant, unà cum concionibus quatuor de Lazaro suo loco positis.

F

Historia habetur Luc.1.f.g

De natiuitate sancti Ioannis Baptistæ Sermo. Incerto interprete.

E solstitijs & æquinoctijs conceptionis & natiuitatis domini nostri Iesu Christi & Ioannis Baptistæ, nescio an quisquam ausus sit arcanum fratres ante Christi natiuitatem intelligere, uel terminare cursum horarum, dierū ac noctium, per quos solstitia & æquinoctia cognoscere posset, cum Iob glorioso in suis passionibus dictum sit: Et hoc mihi dic, inquit, an scias cursum So-Iob. 38. lis & lunæ, quæ utiq; duo luminaria ad constitutionem diei ac noctis instituta esse uidemus. Quòd si ergo tantus uir in suo martyrio perseuerans, quodammodo i his redargutus est: quis ille mortalium fuisset, qui aduersum gloriam tam eminētis uiri hæc impudens auderet cognoscere, nisi primum ipse dominus lucis ac noctis cōditor & discretor, qui à philosophia sol iustitiæ cognominatus est, mundum illustraret? qui pro carnalibus carnalis factus est, & mortalis pro mortalibus. Quasi mortalis uisus est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ut posset per suam immortalitatem mortẽ deuincere. Propter quod clamãt supernæ potestates, Vbi est
1.Co.15.g mors aculeus tuus? Vbi est mors cõtentio tua? Hæc dicentes contestantur Christum mortẽ deuicisse, ut & nos qui mortui iãdudum tenebamur, exẽplo ipsius dignationis immortalitatem caperemus, si tamẽ omissa tenebrarum opera uiam lucis sequamur. Ipse enim est lux nostra, & uera lux, q̃ ueniens in hũc mundum illuminauit corda nostra. Cuius aduentũ siue passionem non tantùm Moses uel prophetæ annunciarunt, quantum uerò conceptionis & natiuitatis tempus ostenderunt: propter quod ipse dominus
Ioan.5.f. Iudæis dicebat: Scrutamini scripturas, in quibus putatis uos uitam æternam possidere, ipsæ sunt quæ testimonium perhibent de me. Quibus rursum dice-
Luc.12.g bat: Hypocritæ, faciem cœli & terræ nostis probare: quare tempus hoc non probastis? Erat ergo & tpis probatio, si eum uellent cognoscere, qui non tantũ (ut diximus) aduentum ostẽderet, quantùm conceptionis & natiuitatis tẽpus declararet, si fidẽ certã in Mose & prophetis habuissent: quòd nec tantũmodo ipsi⁹ domini & saluatoris cõceptio uel natiuitas carH nalis ostẽderetur, quantũ & Ioãnis Baptistæ p̃cursoMalac.3. tis eius, de quo scriptũ est: Ecce ego mitto angelum
a. meũ ante faciẽ tuã, q̃ præparabit uiã tuã ante te. Qui
Matt.3.a ueniens docebat: Parate uiam domini, rectas facite semitas dei nostri. Qui & iterum annunciabat, dicẽs:
Mar.1.a. Qui post me uenit, maior me est, cui⁹ nõ sum dign⁹ soluere corrigiã calceamentorũ eius. Hic est Ioãnes,
Ioan.5.f. qui uenit ut testimoniũ diceret ueritati, sicut & Xps domin⁹ dicit: Vos misistis ad Ioannẽ, & testimoniũ dixit ueritati. Cuius natiuitatẽ magnificans deus ipse
Luc.7.e. ait, Nemo est in natis mulierũ maior Ioãne Baptista. Cùm uideamus Abraham, Isaac, & Iacob, deinde patriarchas nõ minimos ab ei⁹ dignatiõe fuisse. Quòd si dignatio præfecit, nõ tamẽ cõceptio uel natiuitatis annũciatio, q̃ cũ tpibus Xp̃i prædicata est à Mose & Zacharia propheta, cuius cruor sanguinis tẽpli marmore isecto sempiternus uiuit. Quem sibi dominus
Esaiæ 8.a in testimoniũ uocat per Esaiam prophetam, dicens: Fac mihi testes fideles homines, Vriam, & Zachariã filiũ Barachiæ. Et accesit, inqt, ad prophetissam, & cõcepit, & peperit filiũ. Hic est igitur Zacharias filius Barachiæ, q̃ occisus est à Iudæis inter ædẽ & sacrariũ.
I Inter cætera prophetiæ suæ indicia ieiuniũ quartũ & septimum, & decimum erit domui Iuda in lætitiã & gaudiũ, & solẽnitates bonas, & dies festos multos. Et iocũdi eritis, iocunditatẽ & pacẽ amabitis: q̃ tria ieiunia nunq̃ à Iudæis seruata fuisse inuenimus. Non enim aliquãdo quarta feria ieiunauerũt, aut septima quod dicitur sabbatum, aut decima feria, q̃ nec põt dici: quãuis etsi in sabbato ieiunauerũt, nõ legi parẽdo, sed opportunè necessitati. Quærenda igitur erãt fratres charissimi, quę essent ista quarta & septima & decima, quorũ initium propheta nõ noiauit, à quo quartũ uel septimũ, uel decimũ numerarem⁹. Et bene quidẽ propheta pro altitudine spũs sanctí initium ieiuniorũ nõ posuit, ut cũ de initio ipsorũ ieiuniorũ quæreremus, simul & uirtutẽ ipsorũ inueniremus, & Mosi mandata recẽseremus. Satis etenim domin⁹ ad
Exo.12. Mosen de mense Martio testabatur, dicẽs: Hic uobis mensis initiũ mensiũ, primus erit uobis in mensibus anni. Quòd si ergo ipse est initiũ anni, iã utiq; ab ipso quartũ mẽsem Iuniũ numeraremus, & septimũ Septembrẽ, & decimum Decẽbrem, de quibus dominus ad Mosen dicit: Tribus tpibus diem festum agẽtis mihi. Quibus & quartũ adiunxit, dicẽdo: Et diem
Leu.23.a festum azymorũ custodietis. Septẽ diebus manducabitis azyma, sicut præcepi tibi in tpe mẽsis nouo-
& Exo. 23. b. & rum. Hi sunt mẽses, in quib. dominus noster, & Ioan
Deu.16.a nes Baptista concepti, & nati sunt: istis quatuor tẽpo
Exo.34.c ribus, id est uerno & æstate, & autũno & hyeme, p̃ q̃ ann⁹ uertẽs cognoscitur. Et ideo propheta dicit: An-
Esa.58.b num acceptabilẽ domini. Nam rursus dominus ostẽdens p̃ Mosen quartum & septimum & decimum ieiuniũ, mẽses eos esse dicit in eadẽ Exodi scriptura: Ini-
Exo.23.c tium mensis frumentariæ, & uindemiæ, & oleæ erũt domui Iuda in lętitiã & gaudium, & dies festos multos: quod utiq; initiũ mẽsis, sicut diximus, est mense Martio, unde annus uertẽs incipit. Mẽsis quarti, id est Iunius, q̃ est initium mensis frumẽtariæ. De quo & dominus discipulis suis dixit: Nõne quadrimẽsiũ
Ioan.4.d est, & dicitis, q̃ adhuc mẽsis adest? Nã uindemię mensis est Septẽber, q̃ septimus est à Martio. Decimus uerò mẽsis est Decẽber, quo mẽse oleę maturæ p̃munK tur. Sed qũo probam⁹ istis quatuor tpibus Xp̃m, & Ioannẽ conceptos & natos fuisse? Sicut & dominus ipse dicit: Omnis scriba eruditus similis est patrifami
L liãs, q̃ profert de thesauro suo noua & uetera. Ergo
Mat.13.b q̃ typicè à prophetis dicta sunt, & à Mose declarata, manifesta sunt in euãgelio. Nam tpibus cùm Zacharias pater Ioannis sacerdotium Iudæorũ administraret secũdũ legis mandatũ, & prophetiæ Ionæ, quam
Ionæ 3.a. Niniuitis annunciauit, post triduo subuersionẽ futurã ciuitati eorum, qui pœnitentia acti, domini misericordiam meruerunt. In cuius nunc memoriã Iudæi quotquot annis ieiuniũ mense Septembri obseruãt, quę metellitum, siue scenopegiã nũcupant. Propter quod sacerdotes in tpe illo pro peccatis populi, diebus illis secundũ præceptũ legis in mense Septembri sacrificia deo offerebãt. Quòd cum altari Zacharias obtulisset, nõ statim sacerdotem se profitebatur, aut idoneũ esse q̃ pro peccatis tã sceleśti populi precibus dignus futurus esset: sed memoratus est Xp̃m ipsum
P∫.109.a solum futurũ uerũ sacerdotẽ, cui pater dixerat: Tu es sacerdos in æternũ secundũ ordinẽ Melchisedech, q̃ hostiã placabilẽ pro peccatis oium solus deo offert. Et eius aduentum. ſ. Zacharias precatus est. Quoniã nec temerè hoc dicimus, qđ ex responsis Gabrielis
M angeli inuenimus eũ & deprecatum fuisse. *Ait enim ei Gabriel angelus: Zacharia, exaudita sunt preces tuæ.* Cuius utiq; preces exaudiũtur: utiq; exauditur qđ precatur, aut desiderat. Tribuet. n. petentib. ſe, qđ qs desiderat, aut postulat ab eo dicente Xp̃o saluatore nostro. Quis est. n. ex uobis, inquit, quẽ si petierit filius
Matt.7.b suus panẽ, nũqd lapidẽ porrigit ei? Aut si piscẽ petit, nunqd serpentẽ porrigit ei? Et addidit, dicẽs: Vos cũ sitis nequã, scitis bona data, dare filijs uestris, quãto magis, inquit, dabit bona petẽtibus se pater uester q̃ in cœlis est? Dabit eis q̃ eũ petunt, facientib. tamẽ uoluntatẽ eius, sicut Ioannes Christi amantissimus in
1. Ioã.3.d epistola sua cõplexus est. Scimus, inqt, qa habemus impetrationes quascũq; ab eo postulauerimus, cũ p̃cepta eius seruauerimus, & ea q̃ illi placita sunt in cõspectu ei⁹ fecerimus. Tũc ergo Zacharias cũ hæc p̃caretur, respõdit ei angelus Gabriel: *Zacharia, exaudita sunt preces tuæ: ecce Elisabeth uxor tua pariet tibi filiũ, et uocabis nomẽ eius Ioãnẽ, et erit tibi gaudiũ et hilaritas, et multi in natiuitate eius gaudebũt, et erit magnus corã domino, et uinũ et sicerã nõ bibet, et spiritu sanctο replebitur*

A *mox, ut exierit de utero matris suæ; & multos ex filijs Israel cõuertet ad dominũ deũ ipsorũ, et ipse p̃cedet ante faciẽ eius.* Gesta autẽ sunt hæc ante primum annũ imperij Tyberij Cæsaris, mense Septẽbri, octauo Calendas Octobris, incipiẽte luna undecima, quando oportebat Iudæos ieiuniũ scenopegię celebrare. Tũc uerò pòst, nono anno Tyberius Cęsar tẽpus, cursumq; lunæ collegit, & inuentũ est ipsa die octauo Calẽdarũ
Ioan.3.d. Octobriũ esse æquinoctiũ, in quo est inchoatio noctis maior q̃ lucis. Illũ. n. oportet crescere, inquit, me aũt minui. Minorata aũt fuerat lux à tenebris, cũ Iudęi secũdũ legẽ & prophetiã sacrificia deo offerebãt, in quo & Ioãnes cõceptus est, in qua ẽt incusabãtur
Esaiæ.1.c à domino, dicente Esaia propheta: Quò mihi multitudinẽ sacrificiorũ uestrorũ? dicit dominus: Plenus sum holocaustomatis arietũ, & pinguædinẽ taurorũ & hircorũ nolo. Hæc sunt. n. quæ ante pp̃ peccata populi offerebantur, q̃ iam cessare oportebat, cũ Ioannes idem Baptista cõciperetur. Et ideo Zacharias pater eius sacerdos Iudæorũ obmutuit, quia iã cessare & obmutescere oportebat sacrificia eorũ, q̃ pro
B peccatis populi offerebãtur. Veniebat. n. solus sacerdos, q̃ agno solo immaculato sacrificiũ deo pro peccatis oium offerret. Et ideo demonstrauit eũ Ioãnes
Ioan.1.d. Iudæis: Ecce agnus dei, ecce q̃ tollit peccata mundi. Nã plenissimè cõstat, ideo obmutuisse Zachariã sacerdotẽ Iudæorũ, quia sacrificia se cundũ legẽ & prophetiam offerebat. Significabat. n. qđ sacrificia iã ad
Matt.11.b ueniente Christo, lex & prophetæ adimpleti tacerẽt: & ideo lex & prophetæ usq; ad Ioannẽ sunt, q̃ ad cõceptionẽ eius cursum tenuerũt. Celante ergo se Elisabeth per mẽses quinq; cõceptionis, stupes quidnã ei dominus uoluisset in suprema ætate, ut pareret sterilis: tũc deinde post alterũ mẽsem, id est sexto à cõceptione Elisabeth, missus est rursus Gabriel angelus in Galilæã ad uirginẽ, q̃ desponsata erat uiro, cui
Ioan.3.d. nomẽ erat Ioseph, id est uiro iusto. Iam. n. destinata erat ecclesia suo sponso uiro iusto, de quo Ioannes
Psa.18.b. dixit: Qui habet spõsam, sponsus est. Quod & Dauid similiter dicit: Et ipse uelut spõsus egrediẽs de thalamo suo. Post sextũ aũt mensem cõceptionis Ioãnis, qui est octauo Calẽdas Octobris, sextus mẽsis Mar
C tius principiũ anni, quia princeps & primarius omnium ipso mense conceptus & passus est. De quo &
Colos.1.c Paulus testatur: Qui est, inqt, initiũ oĩs creaturę: quia in ipso condita sunt oĩa in cœlis & in terra. Quẽ mensem Iudęis Moses solennẽ & Paschę futurum solicitè & crebrò commendabat, dicens: Hic mensis initiũ mensium primus erit uobis in mensibus anni. Initiũ enim filiorũ dei de interrogatione hominũ hoc mẽ se incipiebatur: ex die igitur conceptionis Ioannis,
Exo.12.a octauo Calendas Octobris usq; octauo Calendas Aprilis, quãdo angelus Gabriel ingressus est ad Mariã, & salutauit eã, dicẽs: Pax tecũ, q̃ ueneristi gratiã apud dominũ. Quæ audito hoc uerbo conturbata est, & cogitabat intra semetipsam quæ esset hæc salutatio.
Lucæ.1.c Cui dixit angelus: Ne timeas Maria, qa inueneristi gratiã apud dominũ: Ecce concipies in utero, & paries filiũ, & uocabis nomen eius Iesum: hic erit magnus, & filius altissimi uocabitur. Et dabit illi dominus deus sedẽ Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in secula, & regni ei⁹ nõ erit terminus. Cui respõdit Maria: Et qũo hæc cognoscam, cũ uirum nõ nouerim? Et dixit illi angelus: Spiritus sanctus supueniet in te, & uirtus altissimi obũbrabit tibi: propter quod is q̃ nascetur sanctus, uocabitur filius dei. Tunc Maria si D da sermonis dixit: Ecce ancilla domini, cõtingat mihi secundum sermonẽ tuum. Fuit igitur, ut diximus, quando hæc angelus ad Mariã annunciauit octauo Calendas Aprilis, q̃ & ipse est dies æquinoctialis ad inchoationẽ lucis: iã. n. detersa caligine à mundo, lux in mũdũ adueniebat, sicut Ioãnes in epistola sua dicit: Quia tenebrę transierũt, & lumẽ uerũ iã lucet. De
1.Ioã.2.b quo lumine iterũ in euãgelio dicit: Fuit lumen uerũ,
Ioan.1.a. quod illuminat omnẽ hominẽ ueniẽtem in hũc mũdum. Conceptus est ergo dominus noster octauo Calẽdas aprilis, mense Martio, q̃ est dies Paschę, passionis domini, & cõceptionis eius. In qua. n. die cõceptus est, in eadẽ & passus est. Et ideo dominus ĩ Exo
do ad Mosen p̃ceptũ sacramenti tradens dicit: Non
Exo.23.c occidas sup azyma sanguinẽ immolatorũ meorũ. Et immolationis die solẽnis Paschæ initia creaturæ tuæ inferes in domũ dei tui. Non occides, inqt, agnũ in lacte matris suæ. Hæc significãtia sunt agni immaculati, q̃ sacrificiũ deo offerri habebat, qđ in primo pascha cõceptionis suæ in utero matris nõ eũ oportuisset occidi. Et ideo Ioseph sciẽs prægnantẽ esse Mariã, ne tãquã stuprata aut adulterata lapidibus inter E ficeretur, clã eã dimittere uoluit: ut uerò nõ occidere tur agnus immaculatus in lacte matris suæ: sed interhęc ascẽdit, inqt, Maria ad Elisabeth uisitare eã post mẽsem sextũ cõceptionis eius. Tũc & Ioãnes inspiratus est, & fecit ibi Maria cũ Elisabeth menses alios tres. Et sic expletis nouẽ mẽsibus, in mense decimo peperit Ioannẽ octauo Calendas Iulias, q̃ est nonus mensis à Septẽbre, & quartus à Martio inchoationis anni. De quo propheta Zacharias dixerat, ieiunium
Zach.8.d quartũ esse domui Iuda in lætitiã & gaudiũ. Deniq; & gauisi sunt, q̃ iter fuerãt partui huic. Sed quare propheta de ieiunio quarto dixit, & nõ mẽse? Quia ieiuniũ erat à malis rebus, id qđ nasci habebat. Nã Moses manifestè declarauit mẽses. Sed cũ dicat initium mẽsis frumentariæ, tunc ergo repertũ est esse primũ solstitiũ mũdi, quãdo Ioannes natus est, quẽ diẽlam padẽ appellant. Lampada. n. erat luminis Xp̃i, à quo
Lucæ.1.d lumẽ acceperat, cũ esset adhuc in utero matris. Quã do salutat Elisabeth Mariam, exultauit in utero matris infans: ex ipso igitur dies minoratur, & nox crescit. Ioãnes. n. in die pœnitẽtiæ cõceptus est. Cumq; ab Adã secundũ legẽ carnalẽ agerentur: quæ. n. carF naliter geruntur, non talibus: Quia caro concupiscit
Galat.5.d aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnem. Et ideo lux minorabitur in illis. Nam Xps uerò, qui in natiuitate Ioannis iã triũ mensium incorruptæ uuluæ fuerat conceptus, supererat ei, ut & ipse secundũ humanam natiuitatẽ suppleret menses nouẽ, alij menses sex, qui nũc ex octauo Calẽdas Iulias, in octauo Calẽdas Ianuarias sunt menses sex. Quib⁹ suppletis nouẽ mensibus, initiante decimo Xps mundo natus est, quando prima cẽsio capitalis humani generis facta est procõsulatũ in Syria agente Cyrino, id est domino: ueniebat. n. dominus orbis terrarũ, qui de capite nostro cẽseret. Et ideo sancti uiri reges & patres, Sabba uenerũt ipsi Magi, inuitãte stella fulgoris, memores scripturæ, q̃ dicit: Orietur stella Iacob, & surgent
Nu.24.c. principes de Israel. Veniẽtes in terrã Israel, id est in Iu
et Mal.4. dæã deducti ab stella lucis', in ciuitatem Hierusalem
a. requirentes regem suũ. Quem inuentum in hospitio itineris, id est in stabulo, p̃sepio collocatũ, & pannis obuolutũ, q̃ fuerunt peccata carnis nostræ, cui pro

G tributo capitis sui in sacramẽti mysterio obtulerũt,
Mat.2.b. aurũ, thus, & myrrhã. Aurũ etenim significat corpus
immaculatũ, qd igne probatũ nihil deperit. Hi sunt
Apoc.3.a. de quibus in Apocalypsi dictũ est: Qui uestem suã
non inquinauerunt, id est, qui carnẽ suam inuiolatã
custodierũt. Et ideo cũ agno ambulant. Nã thus si-
gnificat orationes sanctorũ. Nã myrrha corporis est
conditura, q̃ sunt operũ bonorum gesta, quæ in po-
stremo corpus & aiam hominis custodiunt. Dicitur
Apo.14.a enim in Apocalypsi: Nã opera eorum comitabũtur
eos. Sed nunc fratres dilectissimi, inter hæc intuẽdæ
sunt temporũ qualitates, & gesta morũ: & primũ à
perfidia Iudæorũ, qui semper in deum, & in Mosen
contumaces extiterunt, qui cũ à deo secũdũ Mosen
initium anni mensem Martiũ acceperunt: illi dictum
prauitatis, siue supbiæ exercentes, mẽsem Septẽbrẽ
ipsum nouũ annum nuncupant, quo & mense magi
stratus sibi designant, quos Archontas uocant. In il
la solennitate scenopegiæ siue intellitidẽ, in quo Ioã
nes cõceptus est, quãdo & lucernas qdẽ multas accẽ
Ioan.5.f. dũt. Quòd & ipsum Abrahæ significãt eius cõceptio
nis fuisse diẽ. De quo dominus dixit: Ille erat lucerna
H ardens, & lucens, & uos uoluistis ad ꝑsens in lumine
eius exhilarari. Sic & uox puerorũ frequẽs auditur di-
centium esse lucrũ & gaudium. Quod quidem maxi
mum lucrũ est, & uitæ inuentio, de qua cõsulẽtes ip-
sum Ioannẽ milites, & publicani quærebant, qd agẽ-
Luc.3.c. tes possent uitã consequi. Quibus ille insinuãs uiam
ueritatis, militibus quidẽ dicebat: Neminem concus-
seritis, neq; calumniaueritis, sed contẽti estote stipen
dijs uestris. Similiter & publicanos hortabatur, ne qc
quam amplius exigeret, q̃ quod eis præceptum erat
exigere. Erat autẽ & gaudium his ipse Ioannes, q na-
sci habebat, qui nobis Christũ insinuaturus esset, de
Ibidẽ.1.b. quo angel⁹ Zachariæ patri eius dixerat: Erit tibi gau
diũ, & hilaritas, & multi in natiuitate eius gaudebũt.
Sed & tẽpus est autumni quãdo Ioannes cõcipitur.
Quo tempore ager sulcis iam proscinditur, & semini
uenturo iam ꝑparatur. In quo mense ueteres coloni
nouis cultoribus cedunt, cessantibus. s. pristinis tabu
lis conscriptionis, quæ ueteris legis fractę tabulę, no
ua lex nouis cultoribus traditur. De qua p Hieremiã
Hie.31.e.f dominus dicit: Dabo eis illã legem spiritalẽ, qualem
non dedi patribus eorum, cũ eos deducerẽ de terra
I Aegypti. Illi. n. quibus antè uineæ cultura tradita fue
rat, qui pensiones debitas suis tẽporibus nõ exolue-
runt, qui insup missos ad se seruos uariè uexauerũt,
quosdam cædentes, quosdã uerò lapidãtes: insuper
missum à patre filiũ, & ipsum agnitum esse hæredem
patris, existimãtes se hæreditatẽ patrisfamiliãs eruere,
apprehensum filiũ eius iniurijs turpissimis actum
occiderunt. Quare habuit paterfamiliãs necesse ma-
los malè ꝑdere, & in locũ eorũ alios cultores substi-
tuere, qui pensiones debitas suis tẽporibus psoluãt.
Mat.21.d Ex Sion, inquit, exiet lex, & uerbũ dei ab Hierusalẽ:
& ipse conuertet populũ multum, & concidẽt gla-
dios suos in aratra, & lanceas suas in falces, ut ois iã
bellicæ uitæ usus necessariò cõuerteretur. Sed & sine
dubio manifestatur sacramẽti mysteriũ, quod dicit
Iohel.3.c. propheta: Concidant gladios suos in aratra. Cũ gla-
dij materies ferri sit, & aratrũ lignũ: qũo potest fer-
rum in lignum conuerti? Quare non potius dixit, Et
concident gladios in uomeres? Sed qa per lignũ uita
nobis data est, ideo iã cessante pristino bello, nobis
ligni mentio fit per aratrũ, per quod spina, & tribuli
auulsi de cordibus nostris. Terra est ipse homo, se- K
mẽ sermonũ dei percipiet, ut quidã fructum trigesi-
mũ, alij sexagesimũ, alij centesimũ. Nũc post hoc æq
noctiũ, quod est autumni temporis, respiciet nos &
mensis Martius uerni tẽporis, in quo est & lucidius
equinoctiũ iocundius oibus, qui pigris & somnicu-
losis somnũ oculis desistit, dicẽte scriptura: Quousq; Ibidem.
piger dormis? Quãdiu manibus pectus amplecteris?
Surge, & attingis Xp̃m dominũ. In quo iam nautica
uox secura maria fretat, patefacto rubro mari, qd
clauserat Pharao, cum magno mugitu doloris sub-
mersus cũ suo exercitu. Ex quo liberatus Moses cũ Prou.6.b
suis suauiter hostib. cęsis celebrabat, & pro uoto po-
pulũ monebat, dicẽs: In mẽte habetote hũc diẽ, quo
liberati estis de domo seruitutis, q necdum liberati Exo.15.d
sunt, qa denuò eos inuaserãt opa peccati, a c seruitus
Aegypti. Et ideo dominus dicebat eis: Et cũ uos filiꝰ Exo.13.e
liberauerit, tũc uerè liberi eritis. Iã spe rustice gaudes,
iã arborũ opaca, amissa folia, q̃ dempserat. Adã ad te Ioan.8.c.
gumentũ pudoris reparas alia. Quia prodiet, inqt,
uirga de radice Iesse, & flos ex illa uirga apparebit. Iã
consummatio est operũ ruricolarum, ipsa ois lex ser Esa.11.a.
uitutis carnis cessat. Quid dicit dominus in Exodo? L
Ex die solenni mẽsis primitiuorũ consummabis oĩa Exo.23.b
opera tua, q̃cunq; seueris in agro tuo. Posita. n. seruiti-
orum lege carnis operata est usq; ad Xp̃m, sed my-
steria diaboli tetris, & horribilibus indumentis pœ-
nam suã luentes, ostentantes, uincti catenis. Ex ipsis
fuit unus ille qui in monumẽtis dormiebat, quia iã
nascebatur qui eos uinceret. Et iocũdus aer p cuius
æstũ improba caro lassatur, sed & glacie frigida cutis
horrescit. Nam & quorũ uox auditur dicentiũ: Exite
pueri in campũ mense Martio. Hæc uox uulgaris esse
existimatur, sed potius rationabilis est. Credimus. n.
in eodem tẽpore prouocatũ esse Abel à Cain exire Gen.4.b
in cãpũ, i quo occisus est. Et ideo mẽse Martio octo
dies pastores contingẽt. Sed scriptũ est, exiuit sermo,
& stetit in cãpo. Tunc. n. exijt sermo in campo, id est
in hoc seculo, quando susceptũ Maria per fidem cõ-
cepit dominũ nostrum Christũ. Sed & alios audiui
dicentes: Martius in campo, & aliquando post focũ
Martius. Equidẽ in cãpo factus est, quando Gabriel
angelus in hoc mundo Mariæ sermonẽ intulit, Xp̃m
inde seculo nasciturũ. Rursus & Martius fuit post fo
cũ, quando dominus ipse mense Martio ad iudiciũ M
ductus est. Et Petrus stans post focũ calefaciebatur.
Qua. n. die conceptus est dominus, eadẽ die & pas- Mar.14.f
sus est. Eadẽ ipsa dies cœna pura fuit, in qua & luna et Ioã.18
quartadecima occurrit. Conceptus est. n. mẽse Mar- c.
tio octauo Calendarũ Aprilũ die, luna quintadeci-
ma fuit, momentissimè ꝑp horam passionis suæ sus-
tinebat. Vnde die festo scenopegiæ dixerat: Vos Ioan.7.d.
ascendite ad diẽ festũ hunc, ego autem nõ ascendã,
quia meũ tempus nondũ aduenit. Nouerat autẽ mẽ
sis solennitatẽ, in quo Ioannes conceptus est. Nã suũ
tempus conceptionis, & passionis sustinebat, quẽ re
cognoscens dixit: Venit hora, ut clarificetur filius ho Ibid.12.d
minis. Sed nunc dilectissimi post duo æquinoctia,
q̃ sunt duę cõceptiones, intendenda sunt & duo sol-
stitia, in quibus duæ natiuitates continẽtur: unã qdẽ
diximus Ioannis esse mense Iunio, id est Octauo Ca
lendas Iulias, quã lampadem appellant, quo tẽpore
messis tritici cæditur. Ostenditur qd & Ioannes, qui
eo tẽpore natus est, & ipse uelut messis decollatus Ma.3.c.et
est. Qui dicebat de domino: Cuius in manibus suis Luc.3.d
uentilabrum

A uentilabrũ permundabit aream suam, frumentũ recõ-
det in horreis: paleas aũt cõburet igni inextinguibi-
li. Circumcisus est igitur Ioannes Calendas Iulias, id
est octaua die, quando migratio fit: ut ostẽderetur
Mat.11.b quia is, qui scdm legem & prophetiam conceptus
erat, de quo dictũ est: Lex & prophetæ à Iudæis mi-
grabunt. Sed & dominus nascitur in mẽse Decẽbri,
hyemis tpe octauo Calendas Ianuarias, quando o-
liuæ maturæ premuntur, ut unctio, id est chrisma
nascatur, quo seges ab herbis extraneis seritur. Cum
agni balãtes nascũtur, uineę falcibus sarmenta am-
putantur, ut mustũ suauitudinis afferant, ex quo ine
Ioan.15.a briati sunt apostoli sancto spiritu. Quia ego sum, in-
quit, uitis, & pater meus agricola. Omne igitur sar-
mẽtũ in me non afferẽs fructũ, excidetur, & in ignẽ
mittetur. Sed & iuicti natalẽ appellãt. Quis utiq; tam
inuictus, nisi dominus noster? q mortẽ subactã deu
Mala.4. cit: uel quòd dicant Solis esse natalẽ, ipse est Sol iusti-
tiæ, de quo Malachias propheta dixit: Orietur uobis
timentibus nomẽ ipsius Sol iustitiæ, & sanitas est in
pẽnis eius. Qui & ipse circumcisus est, scdm testamen
B tum dei, qd dispositum erat ad Abrahã octaua die, id est
Calẽdas Ianuarias, in quo & ipsa migratio fit. Migra-
Ioan.1.b uerat enim gratia & ueritas à Iudæis: Quia lex p Mo
sen data est, nã gratia & ueritas per Iesum Christum
facta est: In Christo Iesu domino, qui uiuit & regnat
cũ patre & spiritu sancto per immortalia secula secu
lorum, Amen.

De natiuitate domini, homilia.

Incerto interprete.

T reclinauit eũ in ꝑsepio, quia nõ erat ei locus in
Luc.2.b e *diuersorio.* Et reclinauit eũ mater. Ioseph aũt
non audebat eũ attingere, quẽ sciebat de se
nõ esse generatũ: mirabatur, gaudebat natũ, & natũ
nõ audebat attingere. Et reclinauit eũ i ꝑsepio. Qua
Esa.1.a re in ꝑsepio? Vt cõpleretur uaticiniũ Esaiæ prophetę:
Cognouit bos possessorẽ suũ, & asinus ꝑsepiũ domi
Psa.35.b ni sui. Scriptũ est in alio loco: Hoies & iumẽta saluos
facies domine. Si hõ es, panẽ comede: si animal es,
ad ꝑsepe accede. Quia nõ erat ei locus in diuersorio.
Oia. n. iudicia infidelitas repleuerat. Nõ inuenit locũ
in sancta sanctorũ q auro, gẽmis, serico, & argẽto ful
C gebat: & tamẽ nõ nascitur inter aurũ & diuitias, sed
in stercore nascitur, hoc est, in stabulo. Vbicunq;. n.
Psa.112.a stabulũ, ibi & stercus est, ubi erãt spurcitiora peccata
nostra. Propterea i stercore nascitur, ut eos q sunt de
stercore, subleuet. Leuãs de stercore inopẽ. In ster-
core nascitur, ubi & Iob & sedebat, & postea corona-
tus est. Quia nõ erat ei locus i diuersorio. Quicunq;
pauper est, accipiet cõsolationẽ. Ioseph & Maria ma
ter domini nõ habebãt seruulũ, non ancillã: de Gali-
læa, de Nazaret soli ueniũt, nõ habebãt iumẽtũ: ipsi
sunt domini, & famuli. Rẽ nouã, ingrediũtur i diuer
soriũ, nõ ingrediũtur in ciuitatẽ: paupertas. n. timida,
inter diuites nõ audebat accedere. Videte magnitudi
nẽ paupertatis, in diuersoriũ uadũt: non dixit quòd
erat in uia, sed in diuerticulo erat extrà in uia: hoc est
nõ in uia sed extra uiã. Nõ i uia legis, sed i diuerticulo
euãgelij, & tamẽ in ipso diuerticulo erãt. Alibi nullus
locus uacabat ad natiuitatẽ saluatoris, nisi præsepe,
ad quod iumenta & asini ligabãtur. O si mihi liceret
uidere illud præsepe, in quo dominus iacuit. Nunc
nos Christiani quasi pro honore tulimus luteũ, &
posuimus argenteũ: sed mihi ptiosius illud est, quod
ablatũ est: argentum & aurum meretur Gentilitas,

Christiana fides meretur luteũ illud præsepe. Qui in D
isto prę̃sepe natus est, aurũ condemnat & argẽtum.
Non condemno eos, qui honoris causa fecerũt: ne-
que. n. illos condẽno, q in tẽplo fecerunt uasa aurea,
sed admiror dominũ, q creator est mundi, non inter
aurũ & argentũ, sed in luto nascitur. *Et pastores erant*
in regione eadem uigilantes. Non inueniunt Christum,
nisi uigilantes: pastorum est uigilare. Non inuenitur
Christus, nisi uigilantibus pastoribus. Vnde dicit &
sponsa: Ego dormio, & cor meũ uigilat, & Non dor Can.5.a
mitabit, neq; dormiet, qui custodit Israel. Pastores
erant in regione eadẽ. Herodes erat, pontifices erãt, Psal.120.
Pharisæi erant, illis dormientibus Christus in eremo a
inuenitur. *Vigilantes pastores, & custodientes uigilias no*
ctis super gregẽ suũ. Custodiebant. n. gregem, ne dum
dormiũt, lupus irrumperet: & ideo multũ uigilabãt,
quia insidiæ bestiarũ satis imminebant gregi. Vigila
bant quasi super gregẽ, sed non poterant cõseruare:
propterea deprecabantur, ut dominus ueniat, & ser
uet gregẽ suũ. *Ecce angelus domini stetit iuxta illos.* Di-
gni erant, ut ueniret ad illos angelus, q sic uigilabãt.
Et claritas dei circumfulsit illos, & timuerunt. Humanus E
timor maiorem uisionem aspicere nõ potest. Deni-
que quia timore fuerunt perterriti, propterea empla
strũ quasi uulneribus datur, & sanatur, & dicitur: *No*
lite timere. Non enim potestis audire quæ dico, nisi
timor recesserit. *Natus est uobis hodie saluator, qui est*
Christus dominus in ciuitate Dauid. Multa sunt quæ di
cuntur. Cũ illi utique mirarentur, *Subitò facta est cum*
angelo multitudo militiæ cœlestis laudantiũ dominũ, & di
centiũ: Quoniã unus dixerat natiuitatẽ domini, ne
unus angelus testis uideretur, propterea omnis exer
citꝰ sonat, & dicit: *Gloria in excelsis deo, & in terra pax*
hominibus bonæ uoluntatis. Si quotidie in cœlo ruinæ
fiunt qũo in cœlo gloria est, & in terra pax poscitur?
Videte quid dicitur, in cœlis gloria, ubi nulla dissen-
sio est: in terra pax, ubi bella quotidie: in terra pax, in
quibus pax? in hoibus. Et quare Gentiles pacẽ nõ ha
bẽt? quare Iudæi pacẽ nõ habẽt? Ideo adiecit: Pax in
hoibus bonæ uolũtatis, hoc est, qui sucipiunt natũ
Christum. *Dixerunt utiq; pastores: Transeamus usque Be*
thlehem. Dimittamus desertũ templũ, & transeamus
usque ad Bethlehem: *& uideamus uerbũ quod factum* F
est. Verè quasi uigilantes nõ dixerunt, uideamus pue Ioã.1.a.b
rum, uideamus quid dicitur: sed, uideamus uerbum
quod factum est. In principio erat uerbum, & uerbũ
caro factum. Et uerbum, quod semper fuit, uidea-
mus, qũo pro nobis factũ est. & uideamus hoc uer-
bum, quod factum est, quod fecit dominus, & ostẽ
dit nobis. Verbũ hoc ipsum, si fecit, siquidẽ hoc ip-
sum uerbũ dominus est. Videamus igitur qũo hoc
ipsum uerbũ, hoc est dominus ipse fecerit, & ostẽde
rit nobis carnẽ suã. Quod. n. uidere nõ poteram⁹, dũ
erat uerbũ, uideam⁹ carnẽ: qa caro est, uideam⁹ qũo
uerbũ caro factum est. *Et uenerunt festinantes.* Ardor
enim animi, & desiderium uincebant. Pedes nõ po-
terant tantũ currere, quantũ mens cupiebat aspice-
re. Et uenerũt festinãtes qa tãto ardore currebãt: pro
pterea inueniũt, quẽ quærebãt. Videam⁹ qd inueniũt,
Mariam & Ioseph. Si uerè uxor erat, utiq; iniurię erat
dicere: Inuenerũt uxorẽ, inuenerũt maritũ: nũc uerò
primũ fœminã ponunt, postea uirũ. Et quid dicit,
Inuenerũt Mariã & Ioseph? Inuenerunt Mariã matrẽ,
inuenerũt Ioseph nutriciũ, & infantẽ positũ i ꝑsepio.
Videtes cognouerunt de uerbo, qd dictũ erat illis de puero.

Universidad de Navarra
Biblioteca

G Maria aũt cõseruabat omnia uerba hæc cõferens in corde suo. Quid uult hoc, qđ dicit, cõferẽs? debuit dicere, ponẽs in corde suo: debuit dicere, cõsiderabat in corde suo, & notabat sibi. Aliquid dicit cõferens in corde suo. Quoniã sancta erat, & sanctas scripturas legerat, & sciebat prophetas, recordabatur quòd angelus Gabriel sibi dixerat illa, q̃ dicta sunt in prophetis. Cũ his uidebat cõferẽs in corde suo, si staret: *Spiritus sanctus superuenet in te, & uirtus altissimi obũbrabit te, propterea q đ nascetur de te sanctũ uocabitur filius dei.* Hoc Gabriel dixerat, p̃ dixerat Esa. Ecce uirgo cõcipiet, & pariet. Hoc legerat, illud audierat: Videbat iacentẽ puerũ, uidebat in præsepe puerũ uagiẽtẽ, iacẽtẽ dei filiũ, suũ filiũ, unũ filiũ: uidebat iacẽtẽ, & cõferebat q̃ audierat, quęq; legerat, cum his q̃ uidebat. Quia illa cõferebat in corde suo, & nos tractemus in corde nostro, quod hodierna die Christus nascitur. Alij putant quod in Epiphaniis nascitur, nõ dã nemus aliorũ opinionẽ, nostrã sequamur doctrinã. Esa.7.c

Ro.14.a Vnusquisque in suo sensu abũdat. Et forsitã reuelabit unicuique dominus. Et illi qui tũc dicunt nasci sal

H uatorẽ, & nos qui hodie dicimus nasci, unũ dominũ colimus, unum infantulũ suscipimus. Sed uideamus, quia magis rationabilius ratio nostra non reprehendit alios, sed nos probat: non sunt nostra quæ loquimur, maiorũ sententia est, uniuersus mundus cõtra huius prouincię opinionẽ loquitur. Dicat aliquis: Hic Christus natus est, ergo magis illi sciunt, qui longè quã isti qui propè sunt. Vobis qui dixerunt? Qui sunt in ista prouincia, utique apostoli Petrus & Paulus, & cæteri apostoli. Vos eiecistis, nos suscepimus. Petrus qui hic fuit cũ Ioane, q hic fuit cũ Iacobo, nos in Occidente docuit: & uestri igitur, & nostri apostoli magistri sunt. Dico & aliud: Iudæi eo tpe regnabãt in Iu

Act.8.a dæa. Deniq; scriptũ est in actibus apostolorũ: Et facta est persecutio magna in illo tpe, & dissipati sunt

Ibid.13.a credentes. Et iterũ: In Cyprũ uenerunt, Antiochiam, totũ orbẽ penetrarũt, qui de Iudæis expulsi fuerant. Quo ergo & Iudæi regnabant post ascensionẽ domini quadraginta duobus annis? alibi pax erat, hic bellũ erat. Magis itaq; traditio ibi debuit seruari, quã hic, ubi discordia: deinde post quadraginta duos an

I nos uenit Vespasianus & Titus, subuersa Hierosolyma atq; destructa, oẽs q Iudæi fuerant & Christiani penitus eiecerũt: deinde post annos multos usq; ad Adrianũ solitudo mãsit. In ista prouincia nullus Iudæorũ, nullus Christianorũ erat. Venit Adrianus & quoniã rursus i Galilæa rebellarũt Iudæi, reliquias ipsius ciuitatis desolauit, legẽ tũc dedit, ut null⁹ Iudęorũ Hierosolymis accederet. Et in istã ciuitatẽ de diuersis prouinciis adduxit neotericos. Deniq; dicebatur Adrianus Helius. Adrian⁹ noĩe ergo suo, quoniã Hierosolymã subuerterat, Heliã nuncupauit. Hoc totũ quare dico? Quia nobis dicunt: Hic apostoli fuerũt, hic traditio fuit: nos ergo dicimus, qa hodie Christus natus est, in Epiphaniis renatus est. Vos struite nobis generationẽ, & regenerationẽ, uos q dicitis in Epiphaniis natũ. quãdo ergo accepit baptismũ, nisi uerũ euentum dicitis, ut in eadem die & natus sit, & renatus? Prędicationi nostræ ẽt creatura consentit, mũdus ipse testis uoci nostræ. Vsq; ad hanc diem tenebræ crescũt, ab hac die decrescũt tenebræ: lux crescit, decrescũt tenebræ: crescit dies, decrescit nox: error rẽ ueritas subit, hodie nobis Sol iustitię nascitur. Si mulq; & aliud cõsiderate, inter dominũ & Ioannem Baptistã sex menses sunt: si consideretis natiuitatem K Ioannis, & hanc diẽ, uidebitis sex menses tantũ habuisse. Quoniã uerò multa diximus, & instantẽ uagiẽtem in præsepi audiuimus, & adorauimus usq; hodie adoremus illum. Tollamus illum in brachiis nostris, adoremus illum dei filiũ. Deus magnus, qui tãto tẽpore tonauit i cœlo, & nõ saluauit: uagiit, & saluauit. Hoc totum quare dixi? quoniã nunq̃ saluat superbia, sed saluat humilitas. Dei filius in cœlo erat, & non adorabatur: in terrã descẽdit, & adoratur: habebat sub se solẽ, & lunã, & angelos, & nõ adorabatur: in terra nascitur homo perfectus, homo totus, ut sanaret totũ orbẽ. Quicquid nõ assumpsit ex hoie, nõ saluauit: si aũt assumpsit carnẽ, & animã nõ assumpsit, non saluauit. Saluauit ergo qđ minus est, & qđ mai⁹ est nõ saluauit: si. n. dicũt, saluauit & aĩam, quã assumpsit: sicut maior est anima corpore, sic ipsius animæ principale sensus est: si aũt sensum non saluauit, animã quod minus saluauit. Sed dicis propterea nõ assumpsit humanũ sensum, ne uitia humana haberet in corde, hoc est cogitationes malas. Si ergo ip

L se nõ potuit uincere, qđ fecit: mihi indignatur, quòd nõ possum uincere, qđ ipse debuit? Obliti sumus propositũ nostrũ, plus diximus, q̃ cogitaueramus: aliud mẽs disputauit, ad aliud lingua prolapsa est. Præparemus igitur aures nostras pẽtifici, & quicqd à nobis minus dictũ est, intentis auribus audiamus benedi Luc.10.c cẽtes dominũ, cui sit gloria in secula seculorũ, Amẽ.

Sermo diui Ioãnis Chrysostomi de eo, qui incidit in latrones. Incerto interprete.

Vnc dixit dominus similitudinẽ istã ad eos:

t Homo quidã descendẽs ab Hierusalẽ in Hiericho, incidit in latrones, qui & spoliauerũt eũ, & cædẽ illi intulerunt, & semiuiuũ reliquerũt. For tuitu autem transiens per illam uiam sacerdos, cùm uidisset eũ, præteriuit. Sed & leuites cũ uidisset, præteriuit. Samaritanus uerò quidã iter agens, cũ uidisset eum, cõmotus est, & accẽsit ad eũ, & alligauit uulnera eius, infundens uinũ & oleũ. Dehinc imposuit eũ super iumentũ suũ, & duxit eũ ad stabulũ: & protulit duos denarios, & dedit stabulario, dicẽs: *Attende illi, & curã eius habe: & siquid plus erogaueris, reuertens cũ fuero, ego tibi restituam.* Primũ hominis istius sta M tum intellige, qui inermis ac destitutus i latrones inciderit, quicq; improuidus, incautusq; eã uiã elegerit, qua euadere prædonũ manus nequiuerit. Nõ. n. posset inermis armatos, improuidus pessimos, incautus nociuos effugere (quippe cũ malitia semper armata sit dolis, crudelitate septa, munita fallacia, & ad nocẽdi sæuitiã pparata) cũ improuidus nec unquã possit obsistere, nec eius iacula declinare. Est igitur iste homo, quẽ diximus, Adã protoplastus: cuius figurã in isto loco posuit dominus, i quẽ nocẽdi fallaciã i exordio mũdi serpẽs operatus est diabolus, i quẽ fallẽdi uirus exercuit, & malitię suę perniciẽ dedicauit. Hũc itaq; immortalitate nudatũ, & cœlesti dignitate priuatũ, spoliãdũ tradidit suis: ut quẽ latro ipse nudauerat, latronib⁹. i. apostaticis angelis spoliãdũ penitus tradidisset: & quẽ gladio transgressionis ipse trãsfixerat, uulnerandũ suis & penè exanimem latro ipse latronibus sociis commendauerat, muadendũ. Hic itaque homo, id est, Adã iacebat destitutus salutis auxilio: iacebat cõfossus uulneribus delictorum, & squalenti corpore, fluentiq; tabo cruentus & marcens, uix exiguam partem animæ spiritusq; trahebat. Cui

A nec sacerdos Aaron transiens sacrificio potuit prosuisse, nec eius frater Moyses Leuita per legẽ potuit subuenire. Samaritanus aũt qdẽ transiens solus dissimulare nõ potuit, quia pp eũ à deo patre missus ad-

Ioan.8.f uenit. Hic est Samaritanus dominus Christus, cui hoc nomẽ sceleratus Iudęorũ ipositi populus. Hic, inquã, dominus iacentẽ uulneratũq; accesit, uinum oleũq; uulneribus infudit: uinũ, inquam. i. sanguinẽ passionis & oleũ chrismatis, qbus & delictorũ uulnera curãtur, & sanctificationis tutela præstatur, ut indulgẽtia daretur per sanguinẽ, sanctificatio cõferretur per Chrismatis unctionẽ. Iam tegũtur uulnera, q̃ fuerant antè denudata. Iam à cœlesti medico cõfossa loca ligãtur: ut intra semetipsa retinẽtia medicinã, operante medicamine pristinæ sanitati reddãtur. Infuso itaq; uino & oleo, ligatisq; uulneribus ipositi, inquit, eũ super iumentũ suum. i. corpori suo eũ imposuit: qa Adã protoplastum (ut oĩbus notum est) Christus ipse portauit. Mox. n. ad stabulũ adduxit, atq; illũ stabulario cõmendauit. Stabulũ, ecclesiam accipimus: stabulariũ, eṕm cõfirmamus. Est, inquã,

B stabulũ, ecclesia: q̃ itinere mũdi lassatos, & peccatorũ sarcinis defessos suscipit ueniẽtes: ubi post æstuantis animi pernicios os ardores, & squalẽtis uitæ despe rata solatia, refrigeria blãda & auræ delectabiles sentiuntur: ubi depositio onere peccatorũ, uiator lassus reficitur, & refectus salubri pascua reparatur: ubi stabularius salubres exhibet cibos, & defessis uiatorib⁹ utiles tribuit potus: ubi nec flagrãtis Solis molestus ardor sentitur, nec hyemis importunũ frigus metuitur, sed aut tẽperies uerna blanditur aut spirãs autũnitas reficiẽdis hospitibus procuratur. Totũ. n. quicquid contrariũ, nocẽs, & malũ est, foris est: qa intra stabulũ, requies ois salubritasq; inclusa est. Vt. n. extra stabulũ latrones pessimi, prædonesq; horrẽdi, & lupi graues, & ĩmanes belluę deuorandis miseris, inuadendisq; grassantur: ut ĩtra stabulũ, innocẽs agnorum copia, & ouiũ multiplex innocẽtia cõmoratur. Vbi si fortè aut bestia nocens, aut lupus latẽs sub uelamen ouiũ esse detegitur: extra stabulũ confestim abiectus cũ sui similib⁹, publicatus abiicitur, & abiectus extra stabuli tegmina religatur. Ad hoc ergo

C stabulũ adduxit Samaritanus hoiem à latronib⁹ uulneratũ, atq; eũ stabulario cõmendãs protulit duos denarios, dicẽs: Attẽde, inquit, illi: & siquid plus erogaueris, reuersus cũ fuero, ego tibi restituo. Duo itaque denarij, duo legis testamẽta sunt. i. uetus & nouum, legẽ & euangeliũ. Alterũ per Moysen in pteritũ datũ: alterũ per Christũ in euangelio cõsignatũ. Hi sunt igitur duo denarij, quos stabularius acceptos semper debeat erogare. Hi sunt, inquã, p quos cõfirmantur sani, & erigũtur lapsi: curantur ægroti, & sanãtur p medicũ uulnerati. Quos ita stabulari⁹ apud se nõ debeat occultare, ut prolatos q audierit, nõ debeat recusare. Vt. n. erogare iussus est, q accepit: ita libenter sumere debet, q sanari promeruit. Attẽde, inquit dominus, illi: & siquid plus erogaueris, reuersus cũ fuero, ego tibi restituo. Videam⁹ igitur, qd à duobus denarijs, .i. à duobus testamẽtis ecclesiæ rector plus posit impẽdere, qd amplius posit in dei populũ erogare, in quo se ei dominus promisit debitorẽ existere. Nam cũ addi ad duo testamẽta nihil posit, nec quicq̃ augmẽti detrimẽtiue lex sancta suscipiat: qd est ergo, qđ posit plus erogare rector, q̃ accipit, nisi illud qđ est proprij officij, in quo debet eniti, ut credita eroget, accepta dispẽset, aperiat obscura, re- D uelet occulta, inuoluta pãdat, qstiones in lucẽ deducat, insistat fortiter, perseueret instanter? Meminerit se speculatorem esse cunctorũ, ut ouibus pascuas salubres tribuat, agnis puri fontis undas exhibeat, exterminet ab ouibus lupos, ab agnis nociuas bestias excludat, uulneratos curet, errãtes reuocet, ignaros instruat, erigat lapsos generaliter oẽs, specialiter singulos doceat, suæ uitæ prouocet uniuersos exẽplo. Sit eius doctrina duplex, ut uerbis facta cõueniant, actus doctrinæ respõdeant, in nullo sit minor, q cũctis est potior. Charismatib⁹ fulgeat, splẽdescat officijs. Sit cum authoritate humilis, cũ humilitate sublimis. Nec ideo sit melior, qa maior: sed ideo maior, quia melior. Multiplicet populos, & eos docẽdo meliores faciat, q̃ accepit. Sic fit, ut dum hominibus feruenter insistit, dominũ sibi constituat debitorẽ. Sed iam ut stabulũ in ecclesię nomẽ conuertã, & de figura proprietatẽ iam faciam, ad te quisquis es ô Christiane cõuertor, qui sanitatẽ iactas, & te uulneratum fuisse dissimulas: q integritate gaudes, & te ægrotũ fuisse nõ mœres: qui te destitutũ iacuisse nõ respicis, E sed erectũ in ecclesia gloriaris. Ama Christũ, qui te à prædonibus liberauit: dilige dominũ, qui te prostratũ iacentẽq; erexit. Dilige, inquã, dominum, qui te in Ioan.5.c ecclesiæ stabulũ per semetipsum inuexit, qui rectori stabulario cõmendauit: qui duos denarios, hoc est, legẽ & euangeliũ in eruditionẽ tuã erogari pcepit. Dilige, inquã, dominũ, qui tibi dicit: Ecce sanus es, iam noli peccare, neqd tibi deterius fiat. Erogari tibi sum mã legis & euangelij libẽter amplectere: impendi pp te duorũ denariorũ quantitatẽ deuotione auida suscipe. Dominica summa tui causa deposita, in lucra tuę salutis proficiat: fors pp te credita, usuris cumulata consistat. Dominus. n. charã tuã salutẽ habet: qui propter te in seculũ uenit, & te à nephandis latronibus liberauit. Nec difficile est iam curato dare præmia, cui difficile nõ fuit curando tribuere medicinã: per Christum dominum nostrum, Amen.

De patre & duobus filijs, homilia. Incerto interprete. Historia habetur.

Mnium quidẽ de scripturis quæstionũ absO lutio, illi soli ita ut est, nota est, q dixit: Ego Luc.15.c F sum ueritas. Nos aũt oportet pia uolũtate, Ioã.14.a & in sensu spiritali ad inquisitionẽ diuinarũ scripturarũ accedere: scientes quòd si aliquid uerè inueneri mus, & in hoc ipso inquirendi studio repleuerimus, bonũ desideriũ mentis attẽtæ deo, intra fines beatitudinis eius erimus. De qua dicitur: Beatus impleuit Ps.126.b desiderium suũ. Qualis aũt sit huius cõcupiscẽtię spẽs, adiectio beatitudinis facilè declarat, audire uolentibus. i. prudenter audientibus. Quòd si non potuerimus ad plenã ueritatis ipsius intelligentiã peruenire, nec sic tamen longè erimus ab illa beatitudine, quã capiunt qui implent desiderium suũ. Neq;. n. si nõ cepimus id munus, cuius pstandi potestas in alteri⁹ manu posita est, reprehẽsionẽ sustinebimus: sed si ĩ his quæ agere pręcipimur, pareamus, premiũ laudis iustè adipiscemur: qũo ergo omnimodis demonstratũ est, non solũ nullius periculi, sed & plurimæ utilitatis esse scrutari diuinas scripturas: q̃ramus illã euangelij parabolã, q̃ est de patre & duob⁹ filijs. Nã hui⁹ rei causa & de oue, & de muliere cõparationes nobis cõ- Nempe. texto ordine supra recitatę sunt. Queritur ergo, qs iste Luc.15.d sit senior frater, q ex dimidio datã sibi paternæ sub-

Gstantiæ portionẽ custodiuit, & inseparabilẽ à patre
suo uitã agere dilexit? Quis uerò iunior, q accepta si-
militer ex dimidio patris substãtia peregrè profect⁹
sit in lõginquã regionẽ, & profligatis illic oĩbus par-
tis suæ facultatibus ad inopiã redactus, porcos alie-
nos pascere coactus sit? Sed & qualitatem pniæ eius
nõ omittamus, & ædificati patris promptã remissio
nẽ, modestãq; pietatẽ, q reuertẽti filio & discessionis
præteritæ leuitatẽ, & dissipatæ substantię flagitia nõ
exprobrat, sed uenientẽ clementer suscepit, & occur
rens salutat, & gratulans osculatur, & incumbens re
quiescit super eũ, & uitulũ illi saginatũ pro lætitia re-
cepti filij epulandũ imolat. In quo cõpũctus senior,
dicit patri hæc, q̃ per partes digesta expositione sen-
sibus uestris plenius intimaui. Necessariũ. n. est ante
oĩa percunctari causam, pro qua, & qd uolẽs de pro
positis saluator ostẽdere, hmõi parabolas ad ludẽos
aptauerit. Si. n. nobis causa taliũ cõparationũ patue
rit, tũc & ea q̃ de ipsis sentimus, an rationabiliter cõ-
gruant ueritati, facilè dignoscitur. Sunt itaq; q dicũt
de duobus filijs istis, seniorẽ angelos esse, & archãge
H los, uel oẽm cœli militiam: iuniorẽ uerò, hoiem po-
nunt, qui in longinquã peregrinationẽ abierat, quan
do ĩ terrã de cœlis & paradiso cecidit. Et aptãt quasi
cõsequentia, respicientes ad causam uel statũ. Adam.
Sed hic sensus pius quidẽ uidetur, nescio tamẽ si ue-
rus sit. Dicit aliquis, quare? qa iunior filius prius ad
pniam uenit, sua sponte recordatus præteritę abun
dãtiæ & patris, sicut habet series lectionis: dominus
aũt ueniens, ad pniam uocauit humanũ genus, cũ
sua sponte regredi, unde ceciderat, nõ cogitaret. De-
inde senior filius si chorus est angelorũ cœlestiũ, si-
cut prædictũ est, qũo ex reditu & salute fratris sui in
Luc.15.b uituli immolatione tristatur, cũ in eodẽ euangelio
suo dicat dominus lętitiã esse in cœlo apud angelos
super uno peccatore pniam agente? Discutientes er-
go huius parabolæ rationẽ, non aliũ intellectũ uitu
peramus, sed magis cũ sensu illo id qd nos sentimus,
uestro diiudicandũ arbitrio conferimus. Iam. n. cau-
sam exponimus, quã & domini sermo subiungit de
superiori causa, has parabolas introducẽs, sicut præ
fati sumus, singularum in his parabolis personarum
I memoriã facientes. Murmurabãt Iudæi, & urebãtur
inuidia, quòd à domino Iesu peccatores susciperi si-
mul, & iam cõuiuari, & publicanos libẽter doctrinę
saluatoris intẽdere uiderent. Ad hãc ergo horũ inso-
lentiam Iudæorũ aspiciens dominus, reprehẽdebat
Luc.15.a eos. Incipit primã de pastore illo parabolã, ubi nona
ginta & nouẽ ouibus derelictis, ad unã q̃ oberrauer-
at requirẽdam abijt: & subnectit huic aliã parabolã
Ibidem.b de drachma decima, quã perditã intra domũ suam
accensa lucerna mulier inuenit. Deinde hæc de filijs
duobus parabola subsequitur scdm dispẽsationẽ, &
prouidentiæ diuinæ ordinẽ, harum comparationũ
textũ faciens. Nã quia ipse princeps & author salutis
nostræ est, seductũ hoiem, & dolo diaboli perditũ
saluare cupiens, & ex perfecto restituere, hoc est, nu
mero cẽtesimo reddere, in quo perfectionis plenitu-
do numeratur, hinc initiũ cõparationis facit. Subiun
git aũt & mulieris personã, arguens Iudæos: docens
aũt ecclesiã, ut intelligant has figuras parabolarũ, in
operibus domini saluatoris impleri, ut à pręcepto di
Lu.15.b.c lapsum hoiem quasi erraticã ouem diligens pastor
inquirat. Quem hominem & drachma nominat pp
monetã & regis similitudinẽ: figuraliter in drachma,
quod pecuniæ genus est, hominẽ significans, quòd K
illi tanq̃ nummo imago & inscriptio regis cœlestis
insculpta sit. Quærit ergo drachmã accensa lucerna
mulier, & mundata domo inuenit: hoc est, homo il-
luminatus uerbo & misericordia dei, gloriam natu-
ræ suæ, in qua ad imaginem creatoris sui factus est,
quam obscuratã peccatis domo cordis in tenebris
erroris amiserat, emundatis sensibus reperit. Et gau-
dio gaudet, quòd oẽm immũditiam interioris aulæ
studijs disciplinæ spiritalis absterserit, & contractas
animæ de rebus & curis secularibus sordes, orationi
bus & increpationibus expurgatas discusserit. Scdm
prædicta consequenter annectit parabolã de duob⁹
filijs: cõparationẽ, ut mihi uidetur, faciens non de Iu
dæis transgressoribus, neq; de gentibus perditis, sed
populi eius qui per pniam saluti redditur. Quem iu-
niorem filium nominat, hoc est his iuniorẽ, qui ab
æuo superiori usq; ad saluatoris humanũ aduentũ,
secundum iustitiam legis uiuentes, iusti uidebantur.
Ergo quòd ait, iuniorem & seniorem, nõ in ordinẽ
temporis, sed in uolũtatum qualitatẽ proponens ei
qui non uoluntariè, sed alieno dolo circũuentus er- L
raret sicut ouis: hoc est, irrationabili animæ impru-
dentem hoiem comparans, solicitudinem pastoris
adhibet, ut quærat perditam, & reportet inuentam.
Ei uerò qui arbitrij libertate utitur, ut recognoscat
unde ceciderat, pœnitẽtiæ & reuersionis utilitatem
accõmodat. Vnde hæc inter parabolas supradictas
ratio discretionis est scdm personas, uel mentes pec-
cantiũ, ut pater filium nõ requirat peregrinantẽ, sed
recipiat pœnitẽtẽ: pastor uerò ouem errantẽ, & nõ sa
pientẽ reuertẽs requirat, & humeris suis ferat. Videa
mus nunc, si consonent q̃ significata sunt ad hãc ex
positionẽ. Dicit scriptura diuidere patrẽ ex æquo fi-
lijs duobus substantiã suam. Et quã substantiam hic
euangelicus pater diuidit filijs spiritalibus, nisi sapien
tiam & intellectũ boni & mali, quæ uerę & perpetuę
sunt opes animæ bene utenti? Dat aũt his pater diui
tias suas ex æquo. Non. n. quisquã aut iustus, aut pec
cator nascitur, sed q̃ ex deo est ĩ prima natiuitate ho
minibus substãtia rationabilis æqualiter cunctis na
scẽtibus. De subsequẽti aũt cõuersatione unusquisq;
plus aut minus huius substãtiæ possidere inuenitur, M
dum in semetipsis per similitudinẽ uoluntatũ negli-
gentes deserunt, diligẽter naturalia custodiũt bona.
Alius. n. memor & intelligẽs domini creatoris, ea q̃ à
deo patre sumpserit, ita ut sunt patris esse credẽs q̃si
paterna custodit, alius aũt sua & ex se sibi esse existi-
mans, sicut propriæ possessionis licentia dissipandis
abutitur, & citò profligata facultate priuatur. Descri
bitur autem in istis, & euidenter ostenditur libertas
arbitrij, quã aĩæ rationali specialiter inseruit deus. Vi
de. n. pater iste quõ nec illũ discedere uolentem reti-
neat, ne liberi arbitrij auferat potestatẽ: neq; aliũ ma
nere cupientẽ cogat abscedere, ne fortè sequentium
malorũ, quę postea his suo uitio accedẽt, ipse potius
author esse uideatur, si illis libertatẽ propriæ uolũta
tis absciderit: itaq; & petenti dat, qa ex nobis, non ex
deo inopiæ & offensionis nostrę causa proficiscitur.
Accipiens aũt partem suam iunior, peregrè, inquit, *abijt lõ-
gè*. Quòd aũt longè, non locorum intercapedinem,
sed declinationem mentis expresit. Qui enim obli-
uionẽ dei ceperit, hic uerè peregrinari à deo dicitur:
sicut è contra, conuersatio secularis non solum pere
grinum, sed alienũ à deo hominem facit. Et ut bre-

uiter

Auiter dicã, sicut peregrinantes à seculo præsentamur
ad dominũ, sic & permanentes in reb⁹ terrenis à cœ-
lestibus exulamus. Deniq; & Cain exijt à facie domi
ni, & longè efficitur: nõ quia & locus aliqs foris esset
in cõspectu dei, sed quòd sua mẽte diuisus exisset à do
Ephe.2.c mini conspectu, per homicidiũ separatus à deo. Hac
peregrinatione per magnã ignorantiã peregrinatos
nos sciens beatissimus Paulus dicit: Vos q aliquãdo
lõgè fuistis, nũc facti estis propè. In hmõi ergo pro-
fectus peregrinationẽ iunior filius ille absumit, & de
uorata p̃dicta portionis suæ de paterna hæreditate
substãtia, utiq; spiritalibus destitutus opibus, uel pru
dentia & intellectu, porcos pascere dicitur, hoc est,
sordidas & immũdas in anima sua cogitationes nu-
trire, & edere escas irrationabiles prauæ cõuersatio-
nis: dulces qdẽ egenti bonorũ, qa suaue peruersis ui
detur omne opus carneę uoluptatis, qd seductio de
siderij & corruptio uitæ est, q̃ uirtutẽ & fortitudinẽ
aĩæ nõ modò nullã præstat, sed totã penitus eneruat
& premit: hmõi cibos quasi porcinos, & malè dul-
ces, quòd sunt carnaliũ delectationum illecebræ, sili
B quarum noĩe scriptura designat. Itaq; ille digressus à
patre in lõginquã peregrinationẽ profectus, patitur
in terra aliena cõsumptis facultatibus, q̃ supra dicta
sunt, oĩa digna peruersis: & postea malorũ suorũ ne
cessitate cõstrictus, hoc est, fame & egestate, pœni-
tet erroris sui, & sentit qd sibi ipse nocuerit, qui uitio
uolũtatis suę se de patre ad alienos, de domo ad exi
liũ, de opibus ad inopiã, de abũdãtia ad famẽ trãstu
lit. Hæc in loco seruitutis & miserię reminiscens, inci
pit cogitare de reditu, & secũ ipse reputãs dicit: *Dicã
patri meo, peccaui in cœlum, & in cõspectu tuo, suscipe me
sicut unũ de mercenarijs tuis.* Ostẽdit scriptura hunc pa
trẽ nõ hoiem intelligi debere, sed deũ: quãdo nõ so-
lũ cœlũ noĩat in confessione peccatorũ pœnitẽs sup
plex, sed adiecit, ĩ cõspectu tuo: deus. n. est inspector
oĩum solus, à quo nec i corde meditata peccata ab-
Psal.7.c scõdi possunt. Scrutãs, inquit, corda & rhenes deus.
Verũ nobis ĩ hoc loco cœlũ ĩtelligatur, & dominus
noster Iesus Christus, ad quẽ Gẽtiles, q in tenebris
fidelitatis blasphemauerant, iam cõuersi ad fidẽ, &
cõfitentes ueritatẽ dei, in pnia erroris sui iustè dicũt:
C Peccaui in cœlũ, & in te. Qui. n. in cœlum peccat, qd
etsi supernũ, tamen uisibile elementũ est: ipse est qui
peccat in hoiem, quẽ suscepit filius dei pro salute no
stra, proinde & ĩ patrẽ deum oĩa speculantẽ peccat.
His igitur cogitatis respicientẽ, & per cõfessionis hu
militatẽ, & à regione longinqua remeantẽ filiũ, ad se
uidens pater, lætatur, occurrit, amplectitur, & oscula
tur. Apertè hic charitas in hoies diuina describitur.
Quid. n. est aliud quod occurrit, nisi quia nos pecca
tis impedientibus nostra uirtute peruenire ad deum
Luc.19.a nostrũ non poteramus? Ipse aũt potẽs ad inualidos
peruenire, descendit, sicut in Zachæo operibus ipsis
significanter exprimitur. Qui cũ desiderasset uidere
dominũ, & ob hoc in arborẽ ascendisset, prœueniẽte
domino cõspicitur, & uocatur: & illico in domo ei⁹
ad conuiuandũ ipse declinaturũ se esse promittit. Vi
des qa credituri fidẽ præuidens, Christus latentẽ in
arbore, quasi peccatorũ tenebris obumbratũ, solici
to ut ouẽ perditã requirit aspectu, & uenire cunctan
tẽ uocat, & uenientẽ tanq̃ humeris suscipit. & nõ au-
dentis inuitare dominũ, desideranti tamen salutife-
ram benedictionẽ peccatoris domũ ingreditur, con
uiuioq; participat, ostendens uisibili gratia inuisibilẽ
sanctificationẽ: quia dei sapientia familiaritet cor cre D
dentis ingreditur, credentiq; participat sacramenta.
Ergo occurrens pater filio reuertenti, superfunditur
collo eius, & in eũ lachrymans requiescit. Osculatur
aũt os eius, per quod emissa de corde confessio pœ
nitẽtis exierat, quã pater lætus excepit. Deinde mox
iubet ei stolã illã primã proferri, uel pristinã gloriã,
quam ex seductione diaboli nudatus amiserat: red-
di simul & annulũ, siue signaculum salutaris symbo
li, seu magis dispẽsationis insigne, & nuptiarũ pignus
illarũ, quibus Christus ecclesiã spõsat, cũ oĩs anima
respiscẽs per annulũ fidei iungitur Christo. Mandat
& calceamẽta pedibus apponi, aut pp cõmunienda
uestigia, ad corrigendã uiam, ut per lubricũ mundi
istius iter fixũ incedat, aut excluso in euangelicis cal
ceamentis carneæ contagionis luto, mundos pedes
immaculata cõuersatione cõseruet & dirigat, aut pp
mortificationẽ membrorũ. Vitæ. n. nostræ cursus in
scripturis pes appellatur, & mortificationis species ĩ
calceamentis ponitur, quia de animalium mortuo-
rum pellibus conficiuntur, Addit & uitulũ saginatũ
iugulandũ in conuiuij exhibitione: sine dubio domi E
num nostrum Iesum Christũ, quem dedit pater in
uictimã pro salute nostra. Quem uitulũ nominat,
propter hostiam corporis immaculati. Saginatũ au
tem uerè dixit, quia pinguis & opimus intantũ est,
ut pro totius mundi salute sufficiens sit ad odorem
suauitatis, & nidorẽ immolationis ad deũ ĵmittere,
& pro oĩbus exorare. Propter quod ẽt mystica rõne
dictum est patrẽ dare alijs immolandũ hunc uitulũ,
ipsum uerò gaudere & epulari in uictima uituli dei. *Ioan.3.b*
Sic enim, inquit, dilexit hũc mundũ, ut filium suum
unicum pro salute eius daret. Non ergo ipse immola
uit, sed alijs immolandũ tradidit. Permittente enim
patre cõsentiens filius, ab hominibus crucifixus est.
Ipse aũt pater, qui fide nostra pascitur, & filij pro no
bis sui immolatione lætatur, gaudet in reditu filij, &
conuiuatur in uitulo: quia misericordiæ suæ fructũ
immolatione filij sui gaudens creator acquisitione
populi credẽtis epulatur. Videns ergo hanc lætitiam
patris senior filius, cõtristatur. Hui⁹ persona illis ope
rarijs comparanda adscribitur: qui similiter in euan-
gelio post operationẽ uineæ ad dominũ murmura- F
uerunt, quòd illis tota die in operibus labore confe
ctis, illum qui ad duodecimã horam uenerat, pretio
mercedis æquasset. Ad quos dicit ipse cõductor om
niũ: Si ego bonus sum, quid tu malus es? Qui aũt hi *Mat.20.*
sunt ad duodecimã horã uenientes? qui ex Gẽtibus *b*
saluantur. Ioannes apertè clamat: Filij, nouissima ho *1.Ioã.2.c*
ra est. Nihil aũt differt, utrum duodecima an nouissi
ma hora dicatur. Qui sunt ergo hi qui murmurant,
qui laborẽ & æstum tota die portauerunt, nisi q iu-
stitias legis egerunt, & seruitutis antiquę pensum red
diderunt? Vide aũt q̃ apta sunt uerba, q̃ à patre dicun
tur, ut ab his q̃ in lege uixerũt, dicta uideãtur. Quid
enim est quod dicit de agro ueniens, nisi significans
de legis operib⁹ uenientẽ, & in his gloriantẽ, & quasi
diuturnos labores imputãtẽ? Vnde ait: *Mãdatum tuũ
nunquã præteriui, & non dedisti nec hædũ pro me, ut epu
larer.* hoc est, nec peccatorẽ pro nostra requie tradi-
disti. Qui. n. inquit, fecerit quæ legis sunt, uiuet in eis: *Deu.4.a.*
qui aũt non fecerit, punietur ex ipsis. Pro isto autem *&.5.d*
autem qui fornicatus est, & saginatũ, inquit, illum ui *Ro.10.a*
tulum dedisti, uel filium tuum dilectum: sicut suum
diximus. Sed quid ei respondet pater? *Tu semper me-*

Cum es, oportet aũt pro isto gratulari qui perierat, & inuẽtus est: mortuus fuerat, & reuixit. Ostendens & in hoc uerbo manifestè hoiem, qui peccãdo uitã exciderit, & obnoxius morti factus fuerit, ex reuersione saluari per pniam in adoptionẽ filij redire. Bonũ aũt hominẽ, qui permanserit in bono, hæreditatẽ paternã iugiter possidere. Itaq; si peccaueris ò homo festina laborãdo reconciliari domino, ut ex mercede sudoris recipias, ex quo dei gratia donatũ tibi perdidisti. Fiet aũt magis permanẽtes uos ĩ fide cohæredes esse domino Iesu Christo, qa ipse est gloria, & uirtus ĩ patre & spũ sancto, p̃ imortalia secula seculorũ, Amen.

In euangelium secundum Lucam de diuite, homilia. Incerto interprete.

Homo quidam erat diues. Quoniã dixerat: Nemo seruus põt duobus dominis seruire. Nõ potestis deo seruire, & mãmonę. Et reprehẽsus fuerat à Pharisæis, qui auari erant: propterea ponit exẽplum, imo in exemplũ parabolæ ueritatem. Neq; n. in parabola dicenda noĩa sunt. Parabolę illę sunt, ubi exẽplum ponitur, & tacentur noĩa. Vbi aũt dicitur, Abraham, & prophetę, & Lazarus, & Moses, hic uerus Lazarus. Si uerus est Abrahã, uerus est Lazarus. Abrahã qui fuerit, legimus: Lazarũ aũt nõ legimus. Sed qui fecit Lazarũ, ipse fecit & Abrahã: si uerum dicit Abrahã, uerũ intelligimus & Lazarũ. Neq; enim umbra corporis & mendaciũ potest cõgruere ueritati. Homo quidã erat diues. Vide misericordiã dei. Lazarus pauper, quoniam sanctus erat, nominatur: iste uerò diues, & superbus, nec noie qdẽ dignus habitus est. Homo quidã erat diues. Propterea dicit, Quidã: quia quasi umbra præterijt. *Homo quidã erat diues, & induebatur purpura & byſſo.* Cinis, & puluis, & terra, purpurã & sericũ portabat. *Et induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendidè.* Secũdũ uestimenta, ita & epulę. Ergo & nobis quales epulę, talia & uestimenta. *Et erat mendicus nomine Lazarus.* Lazarus iterpretatur qui adiutus est: nõ est adiutor, sed adiutus. Pauper. n. erat, & ĩ paupertate illũ dominus adiuuabat. *Qui iacebat ad ianuã eius ulceribus plenus.* Diues iste purpuratus, & splẽdidus nõ accusatur quòd auarus fuerit, non quia res alienas tulerit, non quia adulter fuerit, nõ quia aliquid mali fecerit: sola in illo condemnatur superbia. Infelicissime hoium, mortẽ corporis tui uides iacere ante ianuã, & nõ misereris? Si dei præcepta nõ consideras, saltẽ miserere cõditioni tuæ, & time ne & ipse talis efficiaris. Quid seruas in delicijs tuis qd superfluũ est? quod iactas, tribue ĩ eleemosynã: nõ dico ut auferas diuitijs tuis, quòd iactas foras, micas mẽsę tuæ præbe in eleemosynã mẽbro tuo. *Qui iacebat ad ianuam eius.* Ideo iacebat ad ianuam, ut crudelitatẽ diuitis in suo corpore demõstraret: ideo iacebat ad ianuã, ne diues diceret: non uidi, in angulo fuit, aspicere nõ potui, nemo mihi nũciabat: iacebat ante ianuã, uidebat illũ & exiẽs, & reuertens. Eo tpe quando te greges seruorum, & clientũ prosequebantur, ille iacebat in ulceribus. Si oculi tui putridas carnes aspicere nõ dignãtur, saltẽ aures uocẽ audiant. *Qui iacebat ad ianuã eius ulceribus plenus.* Non habebat unũ ulcus, totũ corpus ulcera erant, ut magnitudo pœnarũ faceret magnitudinẽ misericordię. *Qui iacebat ad ianuã eius ulceribus plenus, cupiens ſaturari de micis, quæ cadunt de menſa diuitis.* Aegrotatio habet aliquod solatiũ, si opus habet: sin aũt ad infirmitatis magnitudinẽ est paupertas, duplex infirmitas. Aegrotatio semper delicata est, & indelicatas res accipere non põt, quas fastidit. Quãta uerò in isto pœna est, & inter tãta uulnera nõ memini dolores plagarũ, sed famis, cupiẽs saturari de micis, q̃ cadũt de mensa diuitis, quodãmodo dicẽs ad diuitẽ: Sufficiũt mihi micæ mẽsæ tuę. Quod proijcis de mensa, præbe eleemosynã: fac de dãno lucrũ. *Sed & canes ueniebant, & lingebant ulcera eius:* quæ nullus hominũ lauare dignabatur, & tractare, feræ mites lambunt. *Factũ est aũt, ut moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinum Abrahæ. Mortuus est aũt & diues, & ſepultus est in infernũ, eleuans oculos.* Audiuimus quid utriq; in terra passi sunt, uideamus quid utriq; eorũ patiantur apud inferos. Quod tẽporale fuit, p̃terijt: qd sequitur, æternũ est. Vtriq; mortui sunt, illũ angeli, istũ pœna suscipiunt: ille portabatur in humeris angelorũ, iste fertur ad pœnas: illũ Abrahã læto sinu excepit, istum tartarus uorat. Et portaretur ab angelis. Tantæ pœnæ repentè deliciis cõmutantur. Et portaretur ab angelis, & adduceretur, ne saltem ambulans laboraret. Portabatur post tãtos labores, quia defecerat, & portabatur ab angelis. Nõ sufficerat ad portãdũ pauperi unus angelus, sed propterea plures uenũt, ut chorũ lætitiæ faciãt. Et portaretur ab angelis. Gaudet unusquisq; angelorũ tantũ onus tangere, libenter talibus onerib⁹ prægrauãtur, ut adducant hoies ad regna cœlorũ. Et ductus est, & portatus est in sinũ Abrahę: nõ iuxta Abrahã, sed ĩ sinũ Abrahæ, ut illũ palparet, ut illũ refocillaret, ut illum quasi clemẽtissimus pater teneret in sinu suo, & refocillaret. Mortuus est aũt & diues, & sepultus est: Reuersa est terra ĩ terrã suã. Et ĩ inferno eleuãs oculos: Lazarus. n. sursũ erat, ille deorsum. Eleuauit oculos, ut illum suspiceret, non ut despiceret. Eleuãs oculos suos, cũ esset in tormẽtis totus. In tormẽtis erat, oculos solos liberos habebat, ut alteri⁹ lętitiã posset aspicere. Propterea dimittũtur oculi liberi, ut magis torqueatur: qa nõ habebat, qd alius habuit. Aliorũ diuitię, eorũ q̃ in paupertate sunt, tormẽta sunt. *Eleuans oculos suos, cũ esſet in tormẽtis.* Illũ plures angeli portãt, istũ tormẽta possidẽt. Cũ esset in tormẽtis. Nõ dixit, in tormẽto: sed, in tormentis. Diuitię & auaritia talia pręmia suscipiũt. Videbat Abrahã à longè & respiciebat, ut tãtũmodo torqueretur. Et Lazarũ in sinu ei⁹. Paradisus pauperis, sinus erat Abrahę. Abrahã à longe, & Lazarũ in sinu ei⁹. Dicat mihi aliq̃s, In inferno est paradisus? Ego hoc dico, qa sinus Abrahę paradisi ueritas est: sed & sanctissimũ paradisum fateor. Et ipse clamãs dixit: (Magnę. n. pœnę, magnã uocẽ redebãt) *Pater Abrahã miſerere mei.* Pater Abrahã, licèt me tormẽta possideãt, tamẽ patrẽ uoco. Qũo ille filius, q̃ perdiderat uniuersam subsũtiã, patrẽ uocat: sic & ego, licèt ĩ pœnis sim, te patrem uoco. Patrẽ te uoco natura, licèt meo uitio te patrẽ perdiderim. Miserere mei. In inferno aũt q̃s cõfitebitur tibi? Frustra agis pniam in loco, ubi nõ est pniæ locus. Tormẽta te cogunt agere pniam, nõ mentis affectus. Miserere mei. Sanctus qdẽ est Abrahã, sanctus est, & beatus est, & oẽs in illius sinũ ire festinamus: uerũ quicunq; in iferno est, & in regno cœlorũ est, nescio an ualeat misereri. Creator creaturæ miseretur sue: unus uenit medicus, q̃ sanaret mortuos: nã alij sanare nõ potuerunt. *Mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti ſui in aquam.* Mitte Lazarum. Erras miser. Abrahã mittere non potest, sed suscipere potest. Vt intingat extremũ digiti sui in aquã. Recordare diues uitæ tuæ: Lazarũ uidere non dignabaris, & nũc digitũ eius desideras. Mitte Lazarũ. Hoc tu ei debueras facere, dum aduiueret, Vt intingat extremũ digiti sui in aquã. Vide cõscientiã peccatoris, non totũ audet poscere digitum. Vt refrigeret linguã meam, multa enim superba locuta est. Vbi peccatum, ibi & pœna. *Vt refrigeret linguã meã, quia crucior in hac flamma.* Quanta mala lingua habet, Iacobus in epistola sua loquitur: Modicũ quidẽ mẽbrum est, sed magna exaltat. Qua plurimũ peccauit, amplius torquetur. Aquã desideras, qui delicatos cibos antè fastidiebas. *Et dixit illi Abrahã: Fili, recordare, quia recepiſti bona tua in uita tua.* Vide quid dicat bona tua: cæterũ bona nõ sunt. Quæ putabas bona, recepisti: nõ potes & in terra regnasse, & hic regnare. Diuitiæ nõ possunt esse ĩ terra, & in inferno. *Lazarus ſimiliter mala.* Si quãdo ęgrotamus, si pauperes sumus, si agrotatione cõficimur, si frigore, si hospitiũ nõ habemus, lætemur, gaudeamus, accipiamus mala ĩ uita nostra. Quãdo nos infirmitas, & ægrotationis magnitudo premit, Lazarũ cogitemus. *Et in his omnibus inter nos & uos chaos magnũ firmatũ eſt.* Dissolui nõ põt, nõ põt agitari, & cõcuti. Videre possumus, trãsire nõ possumus. Et nos uidem⁹ quid fugerimus, & uos uidetis qd perdideritis. Et nostra gaudia cumulãt uestra tormenta, & uestra tormenta cumulant nostra gaudia. Et ait illi: *Rogo ergo te pater.* Adhuc miserabilis patrẽ uocat. Rogo ergo te pater. Ante rogasses eũ, q̃ uerus erat pater noster. Noueras patrẽ, q̃ despiciebas fratrẽ. *Vt mittas eũ in domũ patris mei.* Vide peruersitatẽ, nec in ipsis pœnis cõtinet ueritatẽ. Vides. n. quid dicat? Rogo ergo te pater. Ergo pater est Abrahã: & qũo dicis, mitte eũ in domũ patris mei? Nõ oblitus es patris tui? nõ es oblitus, qa pater ille te perdidit? Qũo illũ habuisti patrẽ, propterea habes quinq; fratres. Quinque fratres habes, uisum habes, odoratũ habes, saporẽ habes, audi tũ habes, tactũ habes. His fratribus tu antè seruisti: istos habebas fratres, quando illos amabas fratres. Lazarũ fratrẽ amare nõ poteras. Rectè nõ amasti Lazarũ fratrem, qa illos amabas fratres, illi fratres non amãt paupertatẽ. Frater tuus erat oculus, frater tuus erat auris, frater tuus erat odoratus, frater tuus erat sapor, frater tuus erat tactus. Hi fratres tui amabãt diuitias, nõ poterãt uidere paupertatẽ. *Habeo. n. quinq; fratres, ut teſtetur illis.* Illi te fratres in hęc tormẽta mittunt, illi fratres saluari nõ possunt, nisi moriãtur. *Ne & ipſi ueniant in locũ hũc tormentorũ.* Quid saluare uis illos fratres, qui nõ amãt paupertatẽ? Necesse est, ut fratres habitẽt cũ fratre suo. *Et ait illi: Habent Moſen & prophetas, audiãt illos.* Quid quæris ut uadat Lazarus? Habẽt Mosen & prophetas. Et Moses & prophetæ abierũt in speluncis suis, & in antris, & in caprinis pellibus: & illi erãt pauperes sicut Lazarus: & illi erãt in calamitatibus, & illi sustinebant famẽ. Quid quæris ut mittã Lazarũ? habẽt ibi Mosen Lazarũ, habent ibi prophetas Lazarũ: & Moses Lazarus fuit, pauper fuit, nudus fuit. Meliores diuitias esse arbitrat⁹ est paupertatẽ Christi, q̃ diuitias Pharaonis. Habẽt & prophetas, habẽt Hieremiã, q̃ in locũ luti mittitur, & pane tribulationis uescebatur. *Habẽt oẽs prophetas, illos audiãt.* Illi quotidie, hoc est Moses, & prophetę cõtra quinq; fratres tuos p̃dicãt, illi eos docẽt, illi eos instituãt, illi uocẽt oculũ. Et qd ei dicãt, ne uideas carnaliter, sed uide spiritaliter. Quod uidim⁹, inquit, qd audiuimus, qd man⁹ nostrę palpauerunt de sermõne dei. Ille docet ẽt aures, ille docet ẽt odoratũ, ille docet ẽt saporẽ: oẽs prophetę, oẽs sancti istos fratres docẽt. *Et dixit illi nõ pater Abrahã, ſed ſiquis ex mortuis ierit ad eos, pœnitẽtiã agẽt.* Dũ nescim⁹, hic dogma mõstratur: aliud quidẽ dicitur, sed significatur aliud. Scit fratres istos nõ posse saluari, nisi aliquis ab inferis resurrexerit. Deniq; Iudæi, q̃ tantũ Mosen audiũt, & prophetas, & nemo eis resurrexit ab inferis: propterea fratres istos saluator noster habet. Sed siqs ab inferis ierit ad eos, pniam agẽt. Siquis ierit ab inferis, nescio quis iturus sit. Non. n. mereor in pœnis constitutus eum nosse, qui resurrecturus est: sed hoc scio, quia q-cunq; resurrexerit à mortuis, & prædicauerit, ille poterit istos fratres saluos facere. Ille saluauit aures, ille enim dicit: Qui habet aures audiendi, audiat. Ille saluauit oculos, ille. n. dicit: Lucerna corporis tui est oculus tuus. Ex illius ore Apostolus loquitur: Christi bonus odor sumus deo. Ex illi⁹ ore loquitur & Psalmista, dicẽs: Gustate & uidete, quoniã suauis est dominus. Ille saluauit & tactũ. Quodãmodo de istis oĩbus fratrib⁹ Ioãnes loquitur: Quod uidim⁹, inquit, qd audiuimus, qd manus nostræ palpauerũt. Istos fratres resurrectio saluauit domini. Deniq; isti fratres & ĩ nobis erãt anteq̃ Christ⁹ nobis resurgeret. Oculus me⁹ uidebat malè, ducebat me post uestigia meretricis. Simpliciter uidere nõ poterã alterius pulchritudinẽ, erat. n. flamma mea mihi. Aures antea pœnę erãt. Delectabar. n. cãticis, & turpia uerba libenter audiebã. Odoribus delectabar, nõ quidẽ bonis, sed malis: qa interficiebant animã meam. Gulæ meæ nõ poterãt nec terra, nec maria sufficere. Gulæ meæ omnia seruorũ ministeria parebãt. Tactus meus me ducebat in captiuitatẽ, mulierũ cõplexibus delectabar. Videtis qũo isti fratres antequam Christus resurgeret, me ducebant in mortẽ: ille mortuus est, & ego uixi: ille mortuus est, & isti fratres surrexerunt: immo propterea mortui sunt, ut uiuerẽt: mortui sunt carne, ut uiuerẽt spiritu. Nũc oculus meus Christũ uidet, nũc auris mea Christũ solũ audit, nũc sapor illũ gustat, odoratus illũ odoratur, tactus meus illũ amplectitur. Ait autẽ illi: *Si Moſen, & prophetas nõ audiunt.* Videte qũo sermo domini animam erudiat dogmate. Nec ex eo quod dixeramus non posse saluari fratres istos, nisi aliquis à mortuis resurrexerit, locũ dederamus Marcioni, & Manichæo, qui destruunt uetus testamentũ. Illi enim cum dicunt nõ posse saluari animã, nisi tantũ per euãgeliũ, uetus destruunt testamẽtũ. Abrahã uerò nunquid eũ destruit, qui resurrecturus est? Non. n. dicit, audiant Mosen, & prophetas. Quid spectas eũ, qui resurrecturus est? Si enim hoc dixisset, destruxisset euangeliũ. Sed quid dicit? Mosen, & prophetas nõ audiũt: neq; si quis ex mortuis resurexerit, credent. Si enim credideretis Mosi, crederetis & mihi, ille enim de me scripsit. Vide ergo qd dicat Abrahã. Bene qdẽ facis eũ expectare q̃ resurrecturus est. Sed & Moses, & prophetę hoc ipsum p̃dicãt quòd ille qdẽ resurrecturus est. Sed ĩ illis Christus loquitur, si illos audias, & illũ auditurus es. Multa sunt, q̃ dicũtur, & psalmus mysticus fuit, qui lectus est, hoc est cẽtesim⁹ tertius, & maximè illud: Draco iste, quẽ formasti ad illudendũ ei. Et illud quod scriptũ est: Herodij domus dux est eorũ. Omnia plena sunt sacramentis, & non dico una hora, sed dies uix sufficiet ad interpretationẽ. Quoniam autẽ iam ingreditur quadragesima, si

illud tẽpus fuerit, & dominus dederit occasionẽ, & illius loci conabimur sacramenta differere. Nũc sufficit uobis audire de Lazaro, immò Lazarũ fuisse & diuitem: & diuitis nõ tormenta deterreant, sed pauperis exẽpla prouocent. Anima Christiana, anima monachi, anima eius, qui nudus nudum Christũ sequitur: quando aliquẽ diuitẽ uiderit, quãdo sibi applaudit in diuitiis, & in põpa illũ diuitẽ cogitat, consideret uocẽ, & clamorẽ diuitis, & Lazari digitũ postulãtẽ. Simulq; cõsiderate, quod penè obliti fueramus dicere. Dicat enim aliquis, & dogma peruersum infe rat: Hoc quod uidetur, ante iudiciũ uidetur, an post iudiciũ? Dicat aliquis, post iudiciũ. Nã ideo & in pœna est alius, alius in refrigerio. Et qũo dicitur, habẽt Mosen & prophetas? Si autẽ ipse Christus docet, & q loquitur ipse est, & ante resurrectionẽ docet, & secundum interpretationẽ nostrã, resurrectio Christi postulatur: ergo ante resurrectionẽ est, & dicat aliquis, ergo & ante iudiciũ. Do uobis aliquod exemplũ, ut exemplis posimus cognoscere ueritatẽ. Finge aliquẽ in latrocinio deprehensum esse, hunc missum esse in
H carcere tenebroso, hũc missum esse i neruo, & tormẽtis expectantẽ quidẽ sententiam, sed & non esse ibi sine pœna. Nam ex ipso loco intelligit quid passurus sit: licèt enim necdũ susceperit pœnã capitalem, licèt necdum uenerit dies iudicij, tamen de carcere, de tenebris, de squalore, de fame, de stridoribus catenarũ, de gemitu cõpeditorũ, de lachrymis eorũ qui cũ eo sunt, intelligit in quali pœna sit futurus. Si.n. tanta pœnarũ præuia sunt, quid futurũ erit inter ipsa supplicia? Si necdũ uenit ad iudiciũ, & necdũ pœna perfecta est, & desiderat aquã frigidã, quid i iudicio passurus est? Simulq; considerandũ, quòd Abrahã apud inferos erat necdũ enim Christus resurrexerat, qui illũ in paradisum duceret. Antequam Christus moreretur, nemo in paradisum conscenderat, nisi latro. Rhomphęa illa flãmea, & uertigo illa claudebat paradisum. Non poterat aliquis intrare in paradisum, quẽ Christus clauserat: latro primus cũ Christo intrauit. Magnitudo.n. fidei, meruit magnitudinẽ prẽmiorum. Non.n. credidit in regno uidens Christũ, nõ illum uidit fulgentẽ, nõ illum uidit de cœlo respiciẽtẽ,
I nõ uidit ei ministrantes angelos. Certè ut liberè dicã, nõ uidit liberè ambulantẽ, sed uidit eũ in cruce, uidit illũ bibentẽ acetũ, uidit eũ sentibus coronatũ, uidit eũ confixũ ad crucẽ, uidit eũ precantẽ auxiliũ:
Psal.21.a Deus deus meus respice i me, quare me dereliquisti? & sic credidit. O conditio uaria, & casus hominum apostoli secuti fuerant, & fugiunt: iste in cruce domi
Mat.26.d num cõfitetur. O Petre, ô Ioannes, qui dixeras: Et si me necesse est mori, nunq; te negabo. Promittis & non facis. Ecce alius damnatus in homicidiũ, quod non promiserat, facit. Exclusus de loco es tuo, exclusit te latro. Ipse primus ingreditur cũ Christo in paradisum. Ex latere diximus de latrone, neq; .n. obliti sumus propositi: proposueramus.n. de paradiso dicere quòd ante aduẽtũ Christi nemo fuerit in paradiso. Reuertamur ergo ad propositũ. Latronis corona non nos errare faciat, sed prouocet ad coronam. Abrahã necdũ erat in paradiso, qa necdũ Christus intrauerat cũ latrone. Venit Christus, & passus est, & multa corpora sanctorũ resurrexerũt, & uisa sunt in sancta ciuitate. Crux Christi clauis paradisi est, crux
Mat.11.b Christi aperuit paradisum. Nõne nobis dixit, quòd regnũ cœlorũ uim patitur, & uiolẽti diripiũt illud? Qui i cruce est, nõ uim facit, nihil mediũ est. Et crux K
& statim paradisus, sed magnitudo pœnarũ facit magnitudinẽ pmiorũ. Hec interim dixim⁹: de precemur dominũ, ut latronẽ & istũ Lazarũ pauperẽ imitari posimus, Si persecutio uenerit, imitemur latronẽ: si pax fuerit, imitemur Lazarũ: si martyriũ fecerimus, statim intrabimus paradisum: si paupertatis pœnã sustinuerimus, statim in sinũ Abrahæ. Habet & sanguis, habet & pax loca sua, habet & paupertas martyriũ suũ, & egestas bene tolerata facit martyriũ, sed egestas pp Christũ, nõ pp necesitatẽ: cęterũ quanti pauperes sunt, & diuites esse desiderãt, & scelera faciũt? Nõ ergo paupertas simplex beatũ facit, sed paupertas pp Christũ: fides famẽ nõ timet. Qui Christũ amat, nõ timet famẽ: q Christũ habet, omnes secum diuitias habet. Negotiator quidã sapientisimus uen Mat.13.f
didit uniuersam substãtiã suã, & cęteras margaritas, & emit sibi unã pretiosissimã margaritã: habuerat quidẽ margaritas, & pulcherrimæ erant, & pretiosæ. Mosen habebat, Esaiã habebat, Hieremiã habebat, & sanctos prophetas, sed hæc ad cõparationẽ Christi duxit pro stercore. Vnde & dicit Apostolus: Quę, L
inquit, erant mihi pro lucro, hæc æstimaui pro ster- Phil.3.b
core, ut Christũ lucrifacerem, hoc est, ut margaritã unam emerẽ. Vnde & in alio propheta: State in uiis, Hier.6.d
& quærite uiam quasi diceret, emite margaritas, & per margaritas unã emite margaritam. State in uiis, & quærite uiam: Non dixit, dimittite uias: sed, state in illis uiis, & quærite uiam Christum, cui sit gloria in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM HOMILIA POST CALEN

das de ijs qui eius diei postridie inebriãtur, deq; ijs qui cõmeãt ad cauponas, ac popinas, quiq; choreas ducũt p ciuitatẽ: pterea quòd nõ oporteat pceptorẽ desperare de discipulis etiãsi nõ protinus obtẽperãt: postremò de Lazaro mendico, ac diuite, Erasmo Roterodamo Interprete. Erasm.

Esternũ diẽ, quũ esset festũ satanæ, fecistis Satanæ
h festũ spiritus, quia multo cũ animi studio festũ no-
recepistis ea q̃ à nobis dicebãtur, maximãq; luptatibus dica-
diei partẽ in eo consumpsistis, ebrij temulentia quadã sobrietatis plena, cumq; Paulo ducentes choreas. tum.
Qua quidem ex re nobis geminũ accreuit lucrũ, primum quòd ab indecora temulentorum saltatione M
abstinuistis, deinde quòd spiritalibus saltastis tripudiis, quibus plurimũ adest decoris ac modestiæ. Ad Sobria
hæc quòd crateris participes fuistis nõ mero, sed spi- ebrietas.
ritali doctrina redũdãtis: neq; saltastis ad tibię citharæq; modos, sed ipsi tibia citharaq; fuistis spiritui sancto: quũq; cęteri choros ducerẽt diabolo, uos eo quòd hoc i loco uersabamini, pbuistis uos ipsos organa uasaq; spiritui: exhibuistisq; aãas uestras, ceu mu- Musica
sica instrumẽta, q̃ spirit⁹ sanct⁹ pulsaret moueretq; pbuistis corda uestra, uelut organa, qb⁹ gratiã suã inspiraret. Vnde modulatũ cõcẽtũ reddidistis nõ solũ hoies demulcẽtẽ, uerumetiam supernas uirtutes delectantẽ. Agè itaq; & hodie, aduersus ebrietatẽ arme mus linguã, istamq; uitam madidam ac dissolutam Mali non
prosternamus: uituperemus istos qui in ea totis die- infamandi, sed cor
bus uersantur, nõ ut illos pudefaciam⁹, sed ut eos à rigendi.
pudẽdis liberem⁹: nõ ut illos probris afficiam⁹, sed ut eos corrigam⁹: nõ ut illos traducam⁹, sed ut ab ifami traductiõe, & à diaboli, hoc est traductorisma nib⁹ eripiãtur. Quisq;.n. in temulẽtia totos agit dies, quisquis i deliciis & ingurgitatione, sub diaboli tyrãnidẽ redactus est. Atque utinã oratio nostra profe-

A ctus aliquid adferat. Quòd si post nostram ẽt admonitionẽ in iisdem uitijs perseuerarint, ne sic quidem nos desistemus apud uos qd rectũ est cõsulere, quãdoquidẽ & aquarũ uenæ, etiãsi nullus ueniat aquatũ, manant tamen: & fontes quãuis hauriat nemo, Similia pulchra.
tamen scatebras emittunt: & amnes etiãsi nemo bibat, nihilo secius fluunt. Sic oportet & illum qui concionatur, quãuis nullus auscultet, tamẽ pstare quicquid in ipso situm est. Siquidẽ hæc lex nobis q sacri sermonis administrationem suscepimus, à benigno Verbi ministri nũ quã cessare debet ab officio
pscripta est deo, ne unq̃ quod quidẽ in nobis fuerit facere, defatigemur: nec ullo tpe fileamus, siue sit q auscultet, siue sit qui prætercurrat negligẽs quod dicitur. Nã & Hieremias quum ludęis multa minitans, malaq; imminentia prædicens, ab audientibus subsannaretur, totóque die rideretur, cogitabat ab illa prophetia desistere, nimirũ humano quodã affectu
Hie.20.c uictus, sannas illas & conuicia ppeti non ualẽs, aitq;: Factus sum ridiculus toto die, dixi: Non loquar, neq; noiabo nomẽ domini, & factus est in me uelut ignis ardẽs, atq; æstuãs in ossib. meis, ac dissoluor, nec possum ferre. Quod aũt dicit, hunc habet sensum: Volebam, inqt, à pdictione desistere, propterea quòd nõ
B auscultabant ludæi: & simulatq; hoc cogitassem, irruit in aiam meam spũs uis, uelut ignis, oiaq; intima mea succẽdit, cõsumens insuper & exedẽs ossa mea, adeò ut incendiũ illud ferre nõ possem. Quòd si propheta q quotidie ludibrio habebatur, quotidie cõui cijs incessebatur, sic discruciatus est, eò quòd statuerat silere: qua tandẽ nos uenia digni censẽbimur, siq nõdum tale quicq̃ perpessi sumus, tamẽ ob quorundam negligentiã deiiciamus aium, & ab exhibẽda illis doctrina cessemus, maximè uerò cũ tã multi sint, qui se præbent attẽtos. Non hæc loquor mei consolandi deliniendiq; gratia. Nã meo quidẽ ipsius aío p suasi, quoad spirauero, & donec domino uisum fuerit nos in præsenti uita uersari, hoc implere ministerium, siue quis attẽdat siue nõ attendat, ut faciat ea quæ præcipiuntur. Verum quoniam sunt nõnulli, q multorũ manus dissoluunt, neq; contenti quòd ipsi nihil utilitatis adferunt uitæ nostræ, etiã aliorum studium ac feruorẽ refrigerant sannis ac dicterijs dum aiunt, Desine bene cõsulere, desiste monere. Nolunt
C tibi auscultare, Ne quid sit tibi cũ illis cõmercij. Quoniam ergo sunt quidã ista loquẽtes, inhumanã hanc sententiã, insidiasq; diabolicas excutere uolẽs è multorum animis, pluribus hac de re dissero. Siquidẽ & heri nouj multos, qui talia uerba protulerint, q quũ consp icerent aliquos in caupona detriuisse tps, cum risu sannisq; dicebãt: Scilicet oino persuasi sunt. Nemo prorsus cauponã igressus est. Omnes sobrij sunt redditi. Quid ais homo? uidelicet istuc polliciti sumus, nos uno die oẽs illos reti capturos? Nam si decem modò persuasi fuerint, si quinq; tantũ, si unus: nõnne nobis hoc sufficit ad consolationẽ? Ego uerò
Verbũ sẽper in aliquo fructificat. dicã quiddam hoc ẽt uehemẽtius. Pone neminẽ nostris dictis fuisse persuasum. Quanq̃ id fieri nunq̃ potest, nimirum ut sermo in tam multas aureis dissemi natus, uacet omni fructu. Verũtamẽ pone istuc esse, ne sic quidẽ nobis nihil adferet lucri sermo noster.
Gradus ad uirtutẽ est, minus impudẽter peccare. Nam etiamsi nõnulli ingressi sunt cauponã, non tamen cũ pari qua solent impudentia sunt ingressi, sed ad ipsam ẽt mensam crebrò nostrorum uerborum recordati sunt, subiit illis nostra reprehẽsio, rediit in memoriam nostra obiurgatio, ac recordantes rubo re suffusi sunt, erubuerunt tacita cogitatione, nec si- D
mili impudentia fecerũt ea q̃ solebant. Hoc autẽ initium est salutis, optimæq; mutationis, siquẽ penitus sui pudeat, siquis prorsus damnet ea q̃ fiunt. Quin ex hoc insuper & aliud nobis lucrum nõ minus nasci tur. Quod nã hoc? Nimirũ illud, quòd eos q sobrietatẽ amplectuntur, reddimus modestiores magisq; cõpositos, dum ex oratiõe nostra declaratur, quòd optimis ducãtur cõsiliis, qui non abducuntur exem Reprehẽ
plo multitudinis. Nõ erexi qdem ægrotãtes, attamẽ sionis ser
eos q ualent, reddidi firmiores. Non abduxit à uitio mo bonos
sermo noster, sed tamẽ eos qui cũ uirtute uitã agũt, reddit
reddidit attentiores. Super hæc quoq; qddam addã meliores.
tertiũ. Hodie non persuasi, sed cras persuadere pote- Nõ despe
ro. Quòd si min⁹ cras, attamẽ perẽdie, aut quarto ab randũ de
hinc die fortasis psuasero. Qui hodie qd audiuit re- malis.
pulit, cras fortasis audiet ac recipiet. Tum q hodier
no crastinoq; die contempsit, fortasis post dies cõ- Simile à
plures pbebit animũ iis quæ dicentur. Quando qui- piscatore.
dem & illud crebrò fit, ut piscator qui per totũ diem
uacuũ attraxit rete, sub noctem iam abire parans, ca
pto q ipsum per totum fefellerat diẽ, pisce, discedat.
Quòd si ideo uicturi sumus in otio, & ab oĩb⁹ actio E
nibus uidebitur abstinẽdum, eò quòd semp euenit,
ut alicubi frustremur optatis, uniuersa nobis perierit
uita: nec spiritalia modò, uerũ etiã illa q̃ ad uitæ præ
sentis usum pertinẽt, simul interierint oia. Etenim si Simile ab
agricola protinus ab agricolatione resiliat, quòd se- agricolis.
mel atq; iterũ aut sæpius acciderit aeris inæqualitas,
breui fame periremus oẽs. Itẽ si nauclerus, ob semel A naucle
atq; iterũ aut sępius obortã tẽpestatem fugiat mare, ro.
futurum est, ut nemo uehatur pelago, atq; hinc rursum peribunt nobis oia uitæ cõmoda. Quòd si per
singulas artes pcurrẽs, ista q̃ nos facere uis, suadeas
moneasq;, cũcta funditus interibunt, terráque carebit ædificijs ac domicilijs. Itaq; quum hæc oia sciãt,
etiamsi semel atq; iterum aut sæpius frustrati fuerint
optato negotiorum, in quib. uersantur, exitu: denuo
pari cũ alacritate redeunt ad eadẽ. Nam & ruricola,
ubi semel atq; iterum ac sæpius semẽ aruo cõmisit,
nec uotis respõdet prouentus, rursus eãdem exercet
segetem, neque rarò fit, ut totius tpis iacturam uno
sarciat anno. Sic & negotiator quanquã crebrò fecit F
naufragium, nõ tamẽ abstinet à portu, sed & postea A negotiatore.
q̃ nauim detraxit, & nautas cõduxit, & pecunijs mutuò datis, eadẽ aggreditur negotia, idq;, quũ nihilo
magis nũc sciat quo cessurum sit, q̃ scierat anteà. De
niq; quicũq; solent aggredi rem quancũq;, ita facere
consueuerunt, quẽadmodum faciũt agricolator ac
negotiator. Et post hæc quum illi tantam adhibeãt
curam studiúmque, circa res ad præsentis usum uitę
pertinẽtes, licèt exitus sit incertus: nos si loquentes
nõ auditi fuerimus, illico desinemus? Et quam obti
nebimus ueniã? Quid excusationis adferemus? Et ta
men illis, si nõ successerit, nullus est, q damnum acceptũ leniat. Veluti si mare nauim fluctib. obruerit,
nemo medebitur inopiæ naufragi. Si uis imbriũ effusa in aruũ prefocarit sementẽ, cogitur agricola ua
cuis manibus abire domũ. Nostra uerò quum loq- Ministro
mur aut exhortamur, non est eadẽ cõditio. Immo si uerbi ẽt
semen p te iactũ auditor nõ receperit, nec obediẽtiæ si pereat
fructum retulerit, tu tamen comunicati consilij mer opera, nõ
cedem fers à deo, nec minus accipies prẽmij, non au tamẽ pe-
ditus, q̃ accepturus eras, si ille obtemperasset. Quod rit mer-
erat in te, pstitisti. Cæterùm ad id ut persuadeamus ces.

G auditoribus, nõ sumus obstricti, sed tantũ ut admoneamus. Nostræ qdẽ partes sunt admonere, illorum uerò obtemperare. Et quẽadmodũ si nos admonendi officio functi nõ fuerimus, etiamsi decẽ milia benefactorũ prodierint, ipsis solis repositũ est præmiũ ad nos nihil redibit lucri, quãdoquidẽ nõ dedimus consiliũ. Ita si nobis admonẽtibus illi non auscultarint, ad ipsos solos redibit ois ultio, nobis autẽ nihil imputabitur, quin potius copiosa merces nobis ueniet à deo, Siquidẽ quicquid in nobis erat situm, præstitimus. Nihil aliud iubemur, quã apud mẽsarios deponere pecuniã. Loquere & admone. Verùm nõ audiuit. Tu nihilo secius habes paratã mercedẽ. Ne desiteris, priusquã persuadeas, donec spiritũ afflaueris. Terminus monẽdi, sit obedientia monitionẽ tuam recipientis. Diabolus circũcursat obsistere cupiẽs nostræ saluti, nõ solùm ipse nihil hinc lucri reportãs, uerùetiam suo studio grauissima detrimenta sibi cõciliãs. Is tamen usqueadeo uesanus est, ut frequẽter & illa tentet, q̃ nequaquam fieri possunt: nec illos solũ adoriatur, quos oino cõfidit se supplantaturum defecturũq;, uerùetiam eos, quos probabile est artibus ipsi' fore superiores. Itaq; quũ audiret laudari ac mirificẽ pdicari Iob, ab eo qui nouit arcana oia, nimirũ deo, sperabat fore, ut eum uiribus superior subuerteret: nec destitit oia mouere molirique, quò supplantaret hoiem, nec desperauit impurus ille ac sceleratissimus dæmon: idq; quũ deus illi iusto tantũ uirtutis suo suffragio tribuisset. Et post hęc nõ erubescimus, neq; pudore suffundimur, dic mihi, si quum diabolus nunq̃ desperet nostrã perniciem, sed indesinenter eam expectet, nos fratrũ salutem desperauerimus? Et tamẽ illum decebat etiam priusquã expertus esset à luctа abstinere: nam deus erat, q̃ testimoniũ ferebat de iusto. Nec tamen abstinuit, sed præ nimio furore quo fertur aduersum nos, ẽt post dei testimoniũ sperabat futurũ, ut illius ætatis pstantissimo uiro supior euaderet. Cæterũ nihil est tale, qd nos in desperationem adigat, & tamen desistimus. Ac diabolus quidẽ uetãte deo, nõ discedit à pugna aduersum nos suscepta: tu uerò quum deus mãdet extimuletq; ad subueniendũ lapsis, resilis refugisq;. Audierat diabolus loquẽtem deum, homo iustus, uerus, timẽs deũ, abstinens ab omni opere malo, quodq; nullus esset illi similis ex iis q̃ sunt sup terram, & tamen post tanta taliaq; iudicia perseuerauit dicere: Quid si quando, perpetuitate magnitudineq; malorũ irruentium ualeamus illum superare, & hãc excelsam deiicere turrim? Quis igitur erit nobis ueniæ locus, aut qd excusabimus, si quũ tanta sit mali dęmonis in nostrũ insaniẽtis exitiũ uigilantia, nos ne tantulũ quidẽ similis dilgẽtiæ adferamus ad salutẽ fratrũ nostrorum, præsertim quum deũ habeamus auxiliatorẽ? Itaq; quũ uideris fratrem tuum, durum, rigidũ, minimeq; attentũ, dic apud temetipsum: Quid si progressu tpis aliquando ualeamus illũ flectere? Hoc nimirum & Paulus præcepit: Seruum domini nõ oportet litigare, sed placidum esse erga cũctos, erudientẽ eos q resistunt ueritati, si quando det illis deus pœnitẽtiam in agnitionẽ ueritatis. An nõ uides parentes, quo filijs suis, licẽt frequẽter desperatis, assident, lachrymantes, lamentantes, exosculantes, oia quæ possunt admouẽtes, ad supremum usq; halitum? Hoc tu quoq; facito pro fratribus. Et tamen illi nõ possunt lachrymis ac lamentis, neq; morbum depellere, neq; mortem imminentem abigere. Tu uerò frequenter poteris animam deploratam, assiduitate instantiaq; per lamenta reuocare ac suscitare. Dedisti consilium, nec psuasisti, illachryma, punge frequẽter ac suspira paululũ, ut tua solicitudo incutiat illi uerecundiã, itaq; se conuertat ad salutẽ. Quid ego solus possem efficere? Neque.n. quotidie uobis oĩbus adesse ualeo, neq; suppetit mihi facultas, ut solus cum tanta dispũtẽ multitudine. Cæterùm si uos uelitis inter uos, alijs aliorũ partiri curã salutis, ac uestrũ quisq; unũ suscipere fratrum neglectorũ, illico nobis crescęret ædificatio. Et quid attinet dicere, de iis qui post multã ac diutinã admonitionẽ seipsos ad meliorẽ frugem recipiunt? Etenim quum illi non teneantur immedicabili morbo, nõ oportet desistere, neq; curã abiicere, etiãsi certum psciamus futurum, ut post multã solicitudinẽ, multãq; adhibitam admonitionẽ nihilo plus simus profecturi. Quòd si hæc oratio uobis uidetur incredibilis, ex factis dictisq; Christi reddemus eam credibilem. Nam nos quidẽ ignari sumus futurorum, unde nec diiudicare possumus de iis qui audiunt, utrũ obtẽperaturi sint dictis nostris, an secus. Christus autem istarum rerum certã habens præscientiam, non defatigatus est corrigẽdis iis à quib. audiebatur, usq; ad extremum. Itaq; quum sciret Iudam nõ esse reuocandum à proditione, nõ tamẽ cessauit, assiduis consilijs, monitis, beneficijs, minis demũ omni doctrinę specie à proditiõe retrahere, nec destitit illum dictis ceu freno cohibere. Hoc aũt fecit nos instituens, ut etiãsi præsciamus futurum, ut fratres non obtemperent, tamẽ quicquid in nostra fuerit facultate præstemus, tanquã parata nobis admonitionis nostrę mercede. Vide autẽ quanta assiduitate, quantaq; sapiẽtia illum cohibuerit. Vnus uestrũ me proditurus est. Ac rursum: Nõ de oĩbus uobis loquor, noui quos elegi. Et, Vnus ex uobis diabolus est. Sustinuit oẽs ĩ angorem inducere, ne uulgaret proditorẽ, ac manifesta re dargutione redderet ẽt impudentiorẽ. Nã ut intelligas quòd illis etiam angorem iniecerint Christi dicta, licẽt sibi nullius mali cõscijs, audi qũo quisq; anxius dixit: Num ego sum domine? Neq; uerò dictis tãtùm, uerùm & factis illum corripuit, uidelicet quòd quum humanitatẽ suam frequenter ac modis omnibus declarasset, leprosos emũdãs, dæmones abigẽs, ægrotos sanans, mortuos excitans, dissolutos astringẽs: breuiter, quũ oĩbus benefecisset, neminẽ tamen punijt, semp habens in ore: Non ueni ad uocandum iustos, neq; ut iudicem mũdum, sed ut seruem mundũ. Cæterũ ne putaret Iudas, quòd tantũ nosset benefacere, punire uerò nequaq̃, & hanc quoq; docuit portionẽ, uidelicet quòd punire posset supplicioq; afficere peccãtes. Iam & illud uide, q̃ sapienter, quamq; modis ipso dignis hoc docuit. Hoiem punire supplicioq; afficere sustinuit neminẽ. Quí sic? Vt discipulus puniendi facultatẽ in eo cognosceret. Etenim si quẽ punisset, declarasset ipsum pugnare secum, quippe q dixerat: Non ueni ut iudicẽ mundum, sed ut seruem mundum. Rursum si neminẽ punisset, mansisset incorrigibilis discipulus, nisi & factis didicisset illi esse puniẽdi facultatem. Quid igitur? Vt simul & terreret discipulum, ne p contemptum fieret deterior, nec ullus tamen hoium, afflictionẽ, pœnam, aut suppliciũ pateretur, in ficum arborem Christus hanc suam potestatẽ exercuit, dicẽs: Ne posthac ex tẽ fructꝰ nascatur, eaq; mox simplici uerbo exaruit. Hoc pacto sa-

Mat.25.b *Talentũ uerbi deponẽdũ, usurã pstare non est in nobis.*

Minister uerbi uigilantior esse debet

ad H seruandũ, quã diabolus ad perdẽdum.

Iob tentatus.

Doctor placidus & lenis.

2.Tim.2.d.

Simile.

Ibid.9.b. & Luc.1 f.

Quare Christus quum omnibus benefecerit, nemi nem punierit in terris.

Ioan.12.g

Mar.11.b

Ficui quare maledixerit.

A ctum est pariter, ut & nihil noxæ rediret ad ullũ hominẽ, & ipse suam potentiã declararet, uindicta in arborem impacta. Discipulus aũt si hæc aiaduertisset, ingentẽ ex hac ultione cepisset utilitatem. Sed deus, prescius & hoc euenturũ, non hoc tãtũ, uerũetiam aliud hoc multò maius effecit. Quum gladijs & fustibus armati manus in ipsum pararent iniicere, tũ illos

Ioã.18.b. oẽs excæcauit. Id.n. declarauit, quum diceret: Quem

Mat.26.a quæritis? Quum.n. Iudas frequenter dixisset: Quid uultis mihi dare, & ego uobis tradam eũ, ille uolens etiam ipsis Iudæis facere fidẽ, quòd uolens ad mortem iret, nec Iudæ malitia uictus huc adigi potuerit, ipso proditore, cũ cæteris oĩbus astante, quem, inqt, quæritis? Itáne non nouit quẽ erat prodiTurus? Sed dominus obcæcarat illius oculos, nec id solũ, uerũ etiam oẽs hac uoce resupinatos deiecit in terrã. Vbi uerò nec ea res illos reddidit humaniores, neq; sceleros um illũ à proditione reuocauit, sed perseuerabat insanabilis, nec sic quidẽ alienatus est dominus, quòminus rursus illi tum beneuolentiã, tum curã impenderet. Sed agè considera, qũo pungit, loquẽs uerba, quæ maximè possent animæ impudenti pudorẽ incutere, imò q̃ uel saxeã mẽtem queant emollire. Et-

Luc.22.c.

B enim simul atq; Iudas irruisset ad eũ osculaturus, qd ait? Iuda, osculo filium hominis prodis? Nec ipsa proditionis species pudorẽ incussit homini. Hæc autem dicebat taxans ac pungens illũ, pristineq; cõmonesa ciens consuetudinis. Attamen quum Xps tã multa tum fecisset, tum dixisset, ille tamen nihilo factus est melior, nõ quòd parũ esset potens qui monebat, sed quòd ille uecors. Xps autẽ qũũ hæc oĩa prescIret, nõ desiit tamen ab initio usq; ad finẽ suam exhibere benignitatẽ. Sic igitur & nos, etiamsi sciamus oĩa, debemus tamen insatigabiliter ac per omne tẽpus fratres nostros neglectos componere, etiã si nihil ex admonitione fructus sit rediturum. Etenim si dominus q prænouerat huiusmodi futurũ euentũ, hac usus est solicitudine erga eum, qui nihil fructus laturus erat ex admonitione: qua tandem uenia digni fuerimus nos, si, quũ incertus sit nobis rerũ euentus, adeò socordes fuerimus circa proximi salutẽ, post unã atq;

C alterã admonitionẽ eos deferentes? Deniq; pter hęc oĩa q̃ dicta sunt, ẽt quid in nobis ipsis accidat cõsideremus, reputantes, quòd quũ deum nobis quotidie loquentẽ, per prophetas, p apostolos audiamus. Nã audimus quotidie, haud tamen desinit, uel appellare, uel docere rebelles parũq; attẽtos. Quin & Paulus clamat, dicẽs: Pro Xpo legatione fungimur, tanquã deo p nos obsecrante, rogamus pro Xpo, reconciliemini deo. Quòd si dicendũ aliquid nouũ & admirãdũ, haud tantũdẽ laudis meretur is qui pscit futurũ, ut is qui consiliũ accipit, obtemperet, quantũ is qui frequenter locutus, frequenter adhibita monitione, frustratus est, nec sic tamẽ destitit. Nam priorẽ illum spes, pollicens futurũ, ut q̃ audit obtemperet, etiãsi segnissimus fuerit excitat ad officiũ admonendi. Cõtrà hic quũ assiduè moneat, nec audiatur, nec eò tamen desistit, feruidissimè cuiusdã ac uerissimæ charitatis argumẽtũ pbet, qui quũ nulla simili spe alatur, tamen ob uim amoris erga fratrẽ, non desinit illius agere cutã. Verũ non oportere nos unquã desistere à cura lapsorũ, etiãsi præsciamus illos nobis nõ obtẽperaturos, abundè demõstratũ est. Supereſt, ut ad eorum reprehensionẽ transeamus, qui delicijs indulgent. Donec.n. durarit hoc festum, donec ebrietatis uulnera mẽtibus ebriosorũ inflixerit diabolus, opor- D

1.Co.10.g tet & nos admouere remedia. Herì quidẽ Paulũ illis exhibuimus dicẽtẽ: Siue editis, siue bibitis, omnia in gloriam dei facite. Hodie uerò ipsum Pauli dominũ illis proferemus, nõ modò consulentẽ aut monentẽ à delicijs abstinere, uerumetiã insultãtem ac puniẽtem eum qui in delicijs uixerat. Nã historia de diuite ac Lazaro, deq; ijs quæ cęteris horũ similibus accidũt, nihil aliud q̃ hoc declarat. Quin potius ne leuiter hoc aut obiter agamus, ordine uobis ipsam parabolã recitabimus. *Homo quidã erat diues, et induebatur purpura ac byſſo, et epulabatur quotidie ſplẽdidẽ. Erat aũt mendicus quidã nomine Lazarus qui iacebat in ueſtibulo illius ulceroſus, cupiẽsq; ſaturari de micis q̃ decidebãt è mẽſa diuitis. Sed et canes adeũtes circũligebãt ulcera eius.* Qua gratia dominus per parabolas locutus sit, & quã tãdẽ ob causam ex parabolis alias qdẽ explicuerit, alias non itẽ: & qd nã sit parabola, & siqua sunt huius generis alia, in aliud tempus reseruabimus, ne ab oratione q̃ nũc festinat digrediamur. Cæterũ illud modò uobis dicemus in psentia, qs euãgelistarũ scripserit hãc parabolã à Xpo fuisse propositã. Quis

Lu.16.ef igitur is est? Nimirũ Lucas solus, quandoqdẽ & hoc E scire refert, quòd inter ea q̃ referuntur ab euangelistis, alia dicuntur à quatuor cõuniter, alia speciatim à singulis. Quã ob causam? ut simul & nobis esset necessaria reliquorũ sacra lectio, & euidẽter pspicua fieret illorũ inter ipsos cõsonantia. Etenim si oẽs oĩa dixissent ita certa & explorata, ut nullã desiderarent inquisitionẽ, nequaquã apparuisset illorũ insignis cõcordia. Quapropter & oẽs communiter multa scripserunt, & sibi quisq; propriè sumpsit nõnulla. Quid igitur dicit Xps? Homo quidã erat diues, cuius uita uarijs uitijs erat inquinata, nec ipse tamen ullã sentiebat calamitatẽ, uerũ illi cuncta uelut è fontibus affluebant. Quòd.n. illi nihil acciderit subitũ aut inopinatũ, nec ulla doloris materia, nec ulla ægritudo oborta rerũ mundanarũ prosperitatem interruperit, hoc ipsum aperuit Lucas, dicens: Epulabatur & gaudebat quotidiè. Cæterũ quòd uitiosam egerit uitã, perspicuũ est ex ipso uitæ exitu, quẽ fortitus est, & itẽ ante uitæ exitũ, ex eo qd sic fastidiuit pauperem. F Nã ista res declarat, quòd nõ huius solũ q̃ iacebat in uestibulo, uerũ nec alterius cuiusquam ille misertus fuerit. Etenim si illũ ppetuò in uestibulo prostratũ, quẽ quotidie semel atq; iterũ ac sæpius uidere cogebatur, foras prodiẽs ac domũ rediẽs. Nõ.n. in biuio neci angiportu, occultõue loco decũbebat, sed quã frequẽter exibat itrabatq; diues, sic ut uel nolẽs aspicere uideretur. Ergo si illũ non est cõmiseratus, ergaquẽ casu obuiorũ flexus est unquã misericordia? Etenim ut primũ diẽ neglexerit, certè cõsentaneũ erat, ut altero die sentiret aliquid affectus. Quòd si hoc quoq; die dissimulauit, certè tertio die, certè quarto, certè quinto, aut huic proximo die prorsus aio flecti debebat, licèt feris quoq; fuisset immitior. Verum nihil istiusmodi sensit, sed illo quoq; iudice, q̃ neque deũ metuebat, nec hoiem reuerebatur, & ipudẽtior erat, & inexorabilior. Nã illũ qdẽ uiduę instãtia, quãuis crudelẽ & asperũ, tamẽ flexit ad gratificandum, uicitq; mulieris supplicatio. Hunc uerò ne ista quidẽ res flectere potuit, ad subueniẽdũ pauperi. Quãquã non erat similis postulatio, sed huius nempe Lazari multò fuit tũ facilior, tum iustior. Nã uidua quidem illũ implorabat aduersus hostes suos: hic nihil aliud

Vt nos peccantes tolerat deus, ita debemus & fratrẽ tolerare.

2.Cor.5.d

Plus meretur qui curat insanabilẽ.

non omnia scripserint eædem

Luc.4.18.

Universidad de Bibliotec

G petebat, q̃ sedare famem, ille tamen cõtempsit pereuntem iacentemq;. Illa flagitabat obstrepẽs, hic aũt quũ sæpius uno die stimularetur, accessu famis, silẽs apparebat diuiti iacensq;. Hoc certè satis erat, uel ad saxeum cor emolliendũ. Etenim q obtundũt, in hos frequenter et prouocamur ira. Cæterùm quoties uidemus egenos multo cũ silentio astantes, neq; uocẽ ullam ẽdentes, immò etiamsi semper frustrẽtur, nõ tamen molestè ferentes, sed tantũ offerẽtes sese nostro cõspectui, quamuis simus ipsis lapidibus durio res, tamen admirabilẽ illã pauperũ modestiã reuerti ti, ffectimur. Iam & aliud accedebat his q̃ dixi nõ minus, uidelicet quòd ipsa quoq; facies paupis erat miserabilis, utpote fame diutinaq; ualetudine cõfecta. At tamen nec harũ rerum quicquã implacabilẽ illũ emollijt. Hęc igitur prima uitiosa crudelitas erat, ihumanitasq;, cui nihil porerat accedere. Nec.n. simile est, si cui res sunt tenues nõ succurrat egenis, etsi tãtis affluẽs delicijs, fame tabescẽtes despiciat. Rursum simile non est, si pauperẽ semel atq; iterũ conspectũ prætercurras, & quũ quotidie uideas ne sic quidẽ ex assiduo conspectu sensum humanũ excitari ad miseH ricordiã. Rursus aliud est, si qui calamitatibus & angustijs premitur, malêque affectus est aio, nõ opitusetur proximo: aliud si q tãta fruitur uoluptate ppetuaq; felicitate, alios fame tabescẽtes negligat, occludatq; uiscera, nec uel ab ipsa lætitia reddatur humanior. Nã illud profectò nostis, qd licèt simus oĩum imitissimi, tamẽ successũ rerũ mitiores benigniorésque reddi cõsueuimus. At illũ ne copia qdẽ rerũ reddebat meliorẽ, sed pseuerabat uersus in ferã, immò potius oĩum ferarũ crudelitatẽ & ihumanitatẽ moribus præstitit. Et tamẽ hanc scelerosam & inhumanã uitam agens, oĩ rerũ prosperitate fruebatur. Alter uerò iustus, ac uirtutis studiosus in extremis erat malis. Nam Lazarũ fuisse iustũ, duobus argumentis declaratum est, tũ exitu uitę, tũ & ante uitæ finẽ, ipsa hominis in paupertate tolerantia. Quæso, nõne uidemi ni hæc oculis intueri? Diuiti nauis erat plena merciũ, ac secũdo nauigabat uẽto. Verũ nequid mireris, ad naufragiũ festinabat, eò qd onus nolebat circũspectè ponere. Vis tibi cõmemorẽ & alid illi⁹ uitiũ? Quotidie uacabat delicijs. Nã & hoc erat uitiũ, nõ modò hoc tẽpore, quũ tanta à nobis exigitur philosophia, I uerũ etiã in initio sub ueteri testamento, quũ nondũ nobis esset ostensa tam exacta philosophia. Audi igitur quid dicat propheta: Væ uobis, q uenturi estis in diẽ malũ, q appropinquatis, & tangitis sabbata mẽdacia. Iudæi putant sibi sabbatũ otij gratia fuisse datũ, uerũ nõ ista est causa: sed potius, ut abducti à curis rerũ tẽporaliũ, otiũ omne consumerent in spiritalibus. Quòd.n. sabbatũ non otij, sed spiritalis actionis materia sit: dilucidũ est ex ipsis rebus. Nam sacerdos eo die duplũ facit operis, qui quotidie non nisi unicã hostiã offerre solitus, sabbato iubetur offerre geminã. Quòd si prorsus esset otij dies, oportebat sacerdotẽ oĩum maximè otium agere. Quoniã igitur Iudæi corporaliũ rerũ curis liberati, non uacabãt spiritalib. utputa sobrietati, modestiæ, & audiendis diuinis sermonibus, sed contrariũ potius faciebant, seruientes uentri, indulgentes ebrietati, distẽti cibis, deliciãtes, audi qũo illos reprehẽdat propheta. Quũ.n. dixisset, tangẽtes sabbata mẽdacia, subiũxit: Qui dormitis in lectis eburneis, ac lasciuitis in stratis uestris. Qui comeditis hœdos è caulis, & uitulos è bubilibus lactentes, qui bibitis uinũ defęcatũ, ac primis uñ K guẽtis ungimini. Accepisti sabbatũ, ut aiam tuã liberares à uitijs, tu uerò tũ magis illa cõmittis. Quid.n. esse possit ista mollitie nequs, q̃ idormire lectis eburneis? Nã cætera quidẽ peccata delectationẽ habent, uelut in temulentia & adulterio: cęterũ in lectis eburneis dormire, quã adfert uoluptatẽ? quod solatium? Num lecti pulchritudo reddit nobis somnũ suauiorẽ, dulcioremq;? Immò grauissimũ est illud molestissimumq;, si modò sapiamus. Etenim si dum tu dormis in eburneo lecto, tecũ reputes, quòd alius ne panẽ qdẽ habet quo securè uescatur: nõne te tua cõdẽnabit cõscientia, insurget in accusationẽ istius inæqualitatis? Quòd si crimen est eburneis indormire lectis, quũ undique etiã argento fuerint cõuestiti, quã adferemus excusationẽ? Vis lecti uidere pulchritudinem? Ego tibi nunc cõmostro, non plebei neque militaris, sed regalis ornatũ. Etenim quãuis fueris omnium ambitiosissimus, sat scio nõ optabis tibi lectũ pulchriorem q̃ regis, & quod maius est regis non cuiuslibet, sed primarij, regũq; oĩum regalissimi, quicq; in hodiernũ usque diẽ celebratur, toto terrarũ orbe. En, ostẽdo tibi lectũ beati Dauid. Qualis igitur erat L ille? Non argento & auro, sed undiq; lachrymis & cõfessiõe erat exornatus. Hæc ipse fatetur ita loquẽs: Lauabo p singulas noctes lectũ meũ, lachrymis meis stratũ meũ rigabo. Itaque uice margaritarũ undiq; lachrymis erat distinctus. Hìc mihi cõsidera mentẽ amore dei flagrantẽ. Nã quoniã interdiu uariæ solicitudines curæq; principũ, ducũ, gentiũ, populorũ, militũ, bellorũ, pacis, ciuilium ac domesticorũ negotiorũ, eorũ quę procul, eorũ quę propè distrahebãt & auocabant hominẽ, quod otij cæteri consumunt somno, ille in cõfessione, lachrymis, ac precibus impẽdebat. Neq; id ita faciebat per unã noctẽ, ut altera desisteret, neq; sic p duas trẽsue, ut interim deficeret, uerũ singulis noctibus id faciebat: Lauabo.n. inquit, p singulas noctes lectũ meũ, & lachrymis meis stratũ meũ rigabo: uidelicet lachrymarũ ubertatẽ exprimens, simul & perpetuitatẽ. Quũ omnes quietem & otium agerent, solus ille tunc deum interpellabat, & aderat sopiri nescius oculus ploranti, lamen tantiq; suaq; profitenti mala. Talem tu quoque tibi parato lectum. Nã lectus argẽto obtectus quũ inuidiam hoĩum accersit, tũ irã supremi numinis inflam M mat. Cæterũ tales lachrymæ quales erãt Dauidis, ipsum etiã gehennæ incendiũ norunt extinguere. Vis tibi aliũ commonstrẽ lectũ Iacob? Solũ habebat substratũ, & lapidẽ capiti suppositũ, eoq; uidit illũ intelligibilẽ lapidẽ, easq; scalas per quas ascendebant ac descendebãt angeli. Huiusmodi lectos excogitemus, ut eiusmodi uideamus insomnia. Quòd si lecto argenteo idormiemus, nõ modò nullã capiem⁹ uoluptatẽ, uerũetiã animi molestiã pferemus. Quũ.n. tibi succurrit, quòd in summo rigore mediaq; nocte, dũ tu lecto indormis, paup in balneorũ uestibulis, paleis distẽtę culcitrę incubat, culmis circũtect⁹, tremẽs ac rigore cõcretus, fame cruciatus, ẽt si maximè sis lapideus, sat scio cõdẽnabis teipsum, quòd tibi pmittas supra q̃ opus est frui reb⁹ ac delicijs indulgere, quũ illi nec ad usum suppetat. Null⁹, inqt, militãs, iplicatur tẽporarijs negotijs, miles es spiritualis. Talis autẽ miles non dormit in lecto eburneo, sed humi. Non oblinitur unguentis. Nã ista cura est meretriciis amoribus implicatorũ ac perditorum, scenicorũ, mentisq;

deploratæ

A deploratæ hoĩum. Te uerò nõ oportet olere unguẽtum, sed spirare uirtutẽ. Nihil immũdius aĩa quoties corpus talẽ habet fragrantiam. Corporis.n. ac uestiũ fragrantia, arguit intus latere animum graueolentẽ & immũdum. Quum.n. diabolus aggressus, delicijs euirauerit aiam, omniq; uitiorum genere compleuerit, tum & in corpore suæ corruptionis lectum oblinit unguentis. Nec secus atq; hi qui pituita nasi catarrhoq; perpetuo laborãt, & uestes, & manus, & faciẽ contaminant, eò quòd subinde narium profluuium abstergunt, anima quoq; istius praui profluuij malitiam in corpus abstergit. Quis.n. præclarũ aliqd aut bonæ frugis opinabitur, de eo qui spirat unguenta, qui muliebrib. gaudet, qui saltatricularum elegit uitam? Spiret aĩa tua fragrantiam spiritualẽ, quò tum tibiipsi, tum aliis tecum uiuentib. maximã adeferas utilitatẽ. Nihil est.n. nihil est, inquã, deliciis perniciosius. Audi rursum qd de illis dicat Moses: Impinguatus est, incrassatus est, dilatatus est, & recalcitrauit dilectus. Nec ait, recessit, sed, recalcitrauit dilectus, illi⁹ intractabilitatẽ nobis significans. Atq; alio rursus loco: Vbi comederis ac biberis, caue tibi, ne quando obliuiscaris domini dei tui. Adeò deliciæ solẽt ad numinis obliuionẽ adducere. Proinde tu quoq; cùm sederis ad mẽsam, memẽto quòd post conuiuiũ oran B dum est tibi. Ita moderatè uentrẽ exple, ne grauatus nõ queas genua flectere, ac deũ inuocare. An nõ uides quòd iumẽta iugũ ferẽtia, posteaq; ad pẽsepe pasta sunt, iter agũt, onera gestãt, suumq; explent ministeriũ? Tu uerò q sublata mẽsa, ad oẽ opus inutilis es & inidoneus, num uitare poteris, quò min⁹ uidearis asinis deterior? Quam ob rem? Quia tũ maximè cõuenit esse sobriũ ac uigilantẽ. Nam tps post mẽsam, agendi gratias tps est. Non decet autem agentẽ gratias ebrium esse, sed sobriũ ac uigilantẽ. A mensa nõ ad lectũ, sed ad deprecationem uertamur, ne brutis animantib. simus magis bruti. Noui fore multos, q damnent ea quæ nunc dicuntur, ueluti qui nouam quandam & miram cõsuetudinem inueham cõcionandi. At ego magis damnabo prauã cõsuetudinẽ, q̃ nunc obtinuit. Etenim quòd post cibum ac mensam nõ ad somnũ oporteat ire nec ad cubile, sed oC porteat cibo pces ac diuinarũ scripturarũ lectionem succedere, manifestius declarauit ipse Xps, q quũ immensam multitudinẽ accepisset cõuiuio in deserto, nõ remisit illos ad lectum aut somnũ, sed ad audiendos sermones diuinos inuitauit. Non.n. distenderat illorum uentres, neq; ad ebrietatẽ impulerat, uerùm ubi saturasset illos quantũ exigebat necessitas, ad spiritualem adduxit alimoniam. Itidem nos quoq; faciamus, eoq; modo cõsuescamus capere cibũ, ut ad uitã tuendã duntaxat sufficiat, nõ ut nos ualeat graUuare. Nõ.n. in hoc nati sumus ac uiuimus, ut edam⁹ ac bibamus, sed ideo edimus ac bibimus, ut uiuam⁹. Ab initio nõ erat cibi causa data uita, sed uitæ causa datus est cibus. Nos uerò pinde quasi ob hoc ipsum uiueremus, ita cũcta in hoc ĩsumimus. Cæterũ ut ue hementior ẽt fiat deliciarũ redargutio, acriusq; pungat in his uitam agentes, agè rursus ad Lazarũ referamus sermonem. Hoc.n. pacto fiet, ut nobis sit efficax admonitio consiliũq; nostrũ, quũ uideatis non uerbis, sed factis corripi puniriq; eos q̃ idulgẽt ingluuiei. Diues igitur ille cũ tãta uiuebat ĩprobitate, quotidie deliciis uacãs, lautisq; patinis fruebatur, grauis⁹ sibiipsi suppliciũ accersens, maiusq; parãs incendiũ, ac uindictã dei reddens implacabilẽ, ultionẽ exaspe- D rans sic ut ueniæ locus nõ esset. Pauper aũt proiect⁹ erat ĩ uestibulo, nec tamẽ erat morosus, nec dicebat cõuicia, nec indignabatur. Nõ dicebat apud se qd dicũt cõplures: Quid tandẽ est hoc? Iste q improbam crudelemq; uitam agit & inhumanam, oĩbus modis suprà q̃ opus est fruitur rebus, nec ullam animi molestiam patitur, nec aliud quicquam inopinatũ, qualia multa solent in rebus humanis accidere, sed pura nullaq; ægritudine cõtaminata uoluptate fruitur. Mihi uerò ne tantũ quidẽ impartitur alimoniæ, quantũ postulat necessitas. Verùm isti q in parasitos & adulatores, ac temulentiã quicqd habet cõsumit, nõ aliter q̃ è fonte cuncta affluunt. Ego porrò hìc iaceo, E exẽplum iis qui me cõspiciũt, probrũ ac ludibrium, fame cõtabescens. An hæc sunt prouidẽtiæ? An ulla iustitia despicit res hoĩum? Nihil horum neq; dixit, neq; cogitauit. Vnde hoc liquet? Ex eo quòd angeli stipatum illũ deduxerũt, inq; sinũ Abrahæ delatum deposuerunt. Quòd si blasphemus fuisset, nequaq; illi tantum cõtigisset honoris. Ita cæteri quidẽ ob hoc demum tantopere mirãtur hoĩem quòd in paupertate uixerit. Ego uerò doceo illũ nouẽ supplicia ptulisse, non quò puniretur, sed quò clarior redderetur. Quod quidẽ etiã euenit. Nam paupertas quidem res est uerè molesta, id quod norunt quicũq; sunt experti. Nec.n. ulla oratio possit assequi cruciatum, quem sustinent ij quib. cũ paupertate res est, si nesciant uti philosophia. In Lazaro uerò nõ ista tantũ erat calamitas, uerùm ẽt aduersa ualetudo erat affixa, eaq; supra modum grauis. Vide siquidẽ quẽadmodum declarat utrãq; calamitatem ad summũ peruenisse. Nã quòd oẽm paupertatem Lazari paupertas tũ superauerit, declarauit dicẽs, quòd ne micis quidẽ potiri licuerit q̃ cadebant de mẽsa diuitis. Porrò quòd ualetudo quoq; ad eandẽ mensuram peruenerit ad quã paupertas, ultra quã non posset amplius proferri, & id quoq; rursus declarauit, dicẽs, quòd canes lingebãt ulcera eius: adeò erat fractis uirib. ut ne canes qdẽ posset abigere, sed uiuũ cadauer iacebat, uidẽs qdẽ eos accurrẽtes, nequaq̃ tamẽ ualens depellere, usqueadeo illi mẽbra erant soluta, usq; adeo erant arefacta morbo, usq; adeo cõsumpta erãt afflictione. Vi F des uehemẽter supràque modũ & pauptatem, & ualetudiẽ oppugnantẽ corpus illius. Quòd si horumunũquodq; per se intolerabile est & acerbũ, quũ simul conglomerata fuerint, an nõ Adamas qspiã fuerit, qui hæc perferat? Multi frequẽter laborãt aduersa ualetudine, cæterũ non egent iis quę ad uictum sunt necessaria. Alij pauptati extremæ sunt obnoxij, uerũ potiũtur bona ualetudine, sic ut altera res alteri⁹ sit solatiũ, huic uerò ambo cõcurrebãt mala. Age, possẽs mihi noĩare quẽpiam, simul & aduersæ ualetudini & pauptati obnoxiũ, sed nõ usqueadeo desolatũ ac destitutũ? Nã ille quidẽ quanquã non ex sese neq; à domesticis ac familiarib. tamen ab his q uidebãt, misericordia flexis subleuari poterat, ĩ publicũ proiectus. Huic uerò molestias eas quas antea dixim⁹, molestiores reddebat, quòd ab his q assistere debebant erat desert⁹: & hãc ipsam solitudinẽ rursum molestiorẽ uideri faciebat, quòd in uestibulo diuitis iacebat. Etenim si ĩ terra deserta nullisq; habitata, iacẽs, hæc passus fuisset, neglectusq; iacuisset, haud quaq̃ tãtũdẽ habuisset cruciatus. Nã si nullus adsit, hoc ipsum ẽt nolenti psuadet, ut ferat q̃ accidunt. Cæterũ quod

Vnguẽta arguunt animam graueolẽtem.

Delitiæ pernicioſiſſimæ.

Deu. 32. b Recalcitrare deo.

Deu. 6. b.

Diſſimile

A cibo ſũpto orandum.

Chriſtus docuit paſtos.

Socratis ſentẽtia.

Pauptas non quẽrula.

Ex ἀπορήσεως. prouerbium.

Nouẽ in Lazaro ſupplicia.

Pauptas grauis ſine philoſophia.

Aduerſæ ualetudo graue malum.

Allegoria

Amos. 6. a

Sabbatũ non otij cauſa datũ, ſed ſpiritalis negotij Sabbatũ duplex hoſtia immolabatur.

Lectus Chriſtianorum.

Pſal. 6. b. Dauid rex noctu orãs.

Lachrymæ extinguũt gehennæ incendium.

Lectus Iacob Gen. 28. c

2. Tim. 2. c Culcitra militis.

G in medio tam multorũ iacens, ebrietati indulgẽtiũ, suauiter uiuẽtium, à nemine uel uulgarem curã nãciscereꝛ, id reddebat sensum dolorũ acriorẽ, magisq; incẽdebat animi ægritudinem. Non enim perinde si absint qui sucurrant, atq; si adsint quidẽ, sed nolint porrigere manũ, mordere solet aĩum in calamitatib. quòd quidẽ tum huic accidit. Nullus erat q dictis consolaretur, nullus qui factis adferret solatiũ, nõ amicus, non uicinus, non cognatus, non uidentium quisquã, adeò erat tota diuitis delicijs corrupta familia. Ad hæc aliam doloris accessionem adiungebat, quòd alterum illum in felicitate cõspiciebat, nõ quòd inuidus esset ac prauus, sed quòd oẽs solent in aliorum prosperitate exactius suas persentire calamitates. Nõ.n.iam solũm suam ipsius calamitatẽ cum illius prosperitate conferens, grauiorẽ reddidit suorum malorum sensum, uerùm etiã perpẽdens quòd ille uitam ducens crudelem & inhumanam in omnibus prosperaretur, ipse uerò uirtutem ac modestiam amplexus, extrema pateretur mala, inconsolabilem animi molestiam & hinc sustinuit. Nam si uir iustus fuisset diues, si modestus, si suspiciendus, si omni uir
H tute præditus, nequaquã illi perinde doluisset. Nunc uerò quũ diues esset, & uitam ducẽs improbã, & ad extremum usq; malitiæ prouectus, & tantã inhumanitatem ostendens, & hostilem animũ gerens, nec se cus atq; lapidem ipsum prætercurrẽs, sine uerecundia, sine misericordia, deniq; super hæc omnia, tanta potiẽs rerum copia, cogita q̃ probabile sit, quòd uelut alternis fluctib. merserit ille pauperis animum: cogita qualiter affectum fuisse Lazarum consentaneũ est, quũ uideret parasitos, adulatores, famulos ascẽdentes descẽdentes, egredientes ingrediẽtes, circũcursantes, tumultuantes, ebrios, saliẽtes, omne lasciuię genus exhibẽtes: sic.n.quasi propter hoc uenisset ut esset alienorum bonorũ testis, ita in uestibulo proiectus erat, solùm uitæ tantũ habens ut sua mala sentire posset, in portu faciẽs naufragiũ, iuxta fontẽ molestissima siti discruciatus aio. Dicã & aliud quoddã præter hæc malum. Non poterat alterum uidere Lazarum. Nam nos etiamsi innumera patiamur mala, habemus tamẽ ad illum spectantes unde sufficientẽ accipiamus consolationẽ, magnumq; feramus molestiæ deliramentum. Nam malorum nostrorũ reperire cõsortes siue ĩ factis, siue in dictis, multũ affert solatij lugentib. Ille uerò neminẽ aliũ habebat ad quẽ respiceret eadẽ cum illo passum, immò ne audire quidem poterat de quoquam, qui maiorũ ipsius ætate, tam acerba sustinuisset. Hoc autẽ satis est ad inducẽ
I dam aĩo caliginẽ. Possum & aliud his omnibus addere, uidelicet quòd ne de resurrectione quidẽ quicquã potuerit philosophari, sed huius uitæ res credebat huius uitæ fine terminari. Erat enim ex eorũ numero, qui gratiam euangelij præcesserunt. Quòd si nũc his tpib⁹ post tantã dei cognitionẽ, post egregias resurrectionis spes, post illic reposita peccãtib. suppliçia, post parata iis q rectè uixerunt bona, adeò deiectis animis ac miseris sunt nõnulli, ut ne horũ quidem expectatione corrigantur: qd tandẽ est putandũ illi accidisse, ẽt hac destituto ancora? Nã ille tale nihil unquã philosophari potuit, eò quòd nondũ aduenisset tps eiusmodi dogmatum. Ad hæc & aliud quiddam accesĩt, quòd & fama ipsius apud hoies imprudentes traduceretur. Solet.n.hoĩum uulgus ubi quos uiderint in fame perpetuoq; morbo & extremis agentes malis, nec opinionẽ de eis habere bonam, sed ex K
ipsa calamitate æstimare uitam, & omnino iudicare illos ob malitiã sic affligi, aliaq; multa huius generis inter se loquuntur, stultè quidẽ illi, loquuntur tamẽ. Hic si deo charus esset, nequaquã ipsum ĩ hmõi malis esse pateretur. Hoc & in Iob & in Paulo uenit usu. *Iob. 4. a.* Nam & illi dicebãt: Nonne frequẽter tibi dictum est *b.* in labore, uim autem uerborum tuorum quis sustinebit? Si.n.tu cõsolatus fuisses multos, genibusq; infirmis addidisses fiduciam, nunc uero peruenit in te labor, tu uerò curasti. Nónne tuus labor est? Siqd tibi, inqt, bonæ rei gestũ fuisset, haudquaq̃ ista patereris, sed peccatorũ & iniqtatis luis pœnas. Et hoc erat qd maximè mordebat aĩum Iob. Ac de Paulo Barbari hoc ipsum dicebant: quum.n.uiderent uiperam pendentem de manu illius, nihil boni de illo suspicabantur, sed existimabant eum hoiem esse de numero eorum, qui extrema perpetrarũt scelera. Id perspicuum est ex his quæ dicebãt: Hunc, inquiunt, à mari *Act. 28. b* seruatum, ultio nõ passa est uiuere. Hoc aũt non mediocriter nos quoq; conturbare consueuit. Attamen quum fluctus essent tam multi uicissimq; alij super alios illũ impeterẽt, nõ tamẽ demersum est nauigiũ, L
sed perinde ut si in fornace positus ueluti ppetuo ro re refocillaretur, ita philosophabatur. Non dicebat apud sese quicq̃ tale, quale uulgus dicere uerisimile est: Iste diues si mortuus illic punitur, datq; pœnas, *Prouerbium impiũ.* unũ factũ est unũ: si uerò illic iisdẽ potitur honorib. duo facta sunt nihil. An non hæc per fora circũfertis uos uulgares uestrũ pleriq;, ex hippodromia paganorumq; theatris in ecclesiã importantes? Pudet me quidem ac rubore suffundor, q talia uerba in mediũ proferã, nisi quòd necesse est hæc dicere, ut uos à risu, probro, noxiisq; uerbis liberemini. Hæc multi frequẽter dicũt ridẽtes, uerũ hoc quoq; diabolicæ uersutiæ est, loco dictorũ ciuilium & urbanorum perniciosa in uitã nostram inducere dogmata. Hæc sine si ne & in officinis fori, & in ædibus plerique circunferunt, quæ res extremæ est diffidẽtiæ, maximeq; ridicula, animiq; puerilis. Nam dicere num hinc profecti mali puniũtur, nec hoc uehemẽter habere pluasum, quod oino puniendi sunt, diffidentiũ est ac dubitantium. Illud uero quãuis hoc euenerit, quemadmodũ ẽt euẽturum est, putare malos æquale præmium cũ M
iustis reportare, extremæ dementiæ est. Quid ais dic mihi? Si diues illuc profectus punitur, unum factum est unũ? & quo istuc posĩt cõsistere? Quot.n.annis uis illum hic pecunijs fuisse fruitum? uis ponamus cẽtum? Ego uero etiam ducentos pono, pono trecentos, pono bis tantùm, & si uis mille, quod sanè fieri nõ potuit: (Dies enim, inquit, annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni, si aũt in potentatibus octoginta.) attamen ponãtur mille: num potes, quęso te, uitam ostẽdere quæ finem non habeat, ac terminũ nesciat, qualis est illic iustorũ? Agẽ igitur, cedò, siqs in annis centum uidisset per unam noctẽ suaue somniũ, multisq; delicijs per somnum fruitus esset, centũ annis puniretur: num is de hoc dicere posset, unum unũ, & unicã noctem qua somniauit centum annis æquiparare? Dictu absurdum. Hoc iam & de futura uita cogita. Nam qd est somnium unũ ad annos centum, hoc est præsens uita ad uitã futurã, imo potius multo minus. Quod est exigua gutta ad pelagus immẽsum, hoc sunt anni mille ad futurã illã fruitionẽ. Et quid tandẽ queat aliqs amplius dicere, nisi quod

Παροιμία.

Resurrectio Lazaro non sperata durum.

Iudæorũ uulgus non credebat resurrectionẽ.

Calamitas facit obnoxiũ suspitioni malitiæ.

Loci impij fugiẽdi.

Nulla cõparatio inter uitã hãc et futurã.

Fictio in exemplis. psal. 89. c

A terminũ non habet, & finẽ nescit: quntumq; interest inter somnia & res ueras, tãtùm interest inter huius uitæ statum & illius. Quin & alioqui antequam illic puniantur, iã nunc qui improbè agunt atque in peccatis uiuunt, puniuntur. Nec.n.mihi dixeris illum mẽsa sumptuosa frui, uestibus circundari sericis, mancipiorum greges circunferre, alios submouere in foro, sed explica mihi istius cõscientiã, & uidebis intus gra uem peccatorũ tumultũ, iugem metũ, tẽpestatẽ, turbationẽ: uidebis uelut in curia mentẽ ad thronũ cõscientiæ conscendisse regalẽ, & tanquã iudicẽ quẽpiã sedentem, & cogitationes loco carnificũ adhibentẽ, in eculeo suspendentem, lateraq; conscientiæ radentem unguĺis pro cõmissis, uehemẽter inclamantem, quũ nemo sciat, nisi quòd solus deus hæc uidere no uerit. Etenim qui cõmittit adulterium, etiãsi millies fuerit diues, etiãsi nullũ habeat accusatorẽ, non desinit tamen intus seipsum accusare: & uoluptas qdẽ tẽporaria est, dolor uerò perpetuus, timor undique ac tremor, suspicio & anxietas, angulos metuit, umbras ipsas formidat, suos ipsius famulos, cõscios, in-
B scios, illã ipsam quã corrupit, & uirũ quẽ affecit contumelia: obambulat amarũ accusatorẽ circunferens cõscientiã, quũ sit suo ipsius iudicio damnatus, nec uel ad breue tẽpus possit respirare. Nã & in lecto, & in mẽsa, & in foro, & in domo, & interdiu & noctu, & in ipsis frequẽter somnijs hęc iniqtatis simulachra
Gene. 4. c uidet, ipsiusq; Cain uitã uiuit, gemẽs ac tremens super terrã, quũ nemo sciat, intus tamẽ habet ignẽ implicitum. Idẽ patiuntur & qui rapinã exercent, & qui fraudẽ lucrũ faciunt: hoc & ebriosi, in summa quotquot in peccatis uiuunt. Neq;.n. ulla ratione iudiciũ illud potest corrũpi munerib. Immò ẽtsi nõ assequamur uirtutẽ, sectemur tamen, dolemus eo quòd non assequimur: etsi potiamur malitię uoto, tamẽ cessante uoluptate quã ex peccato percipimus, sentimus do-
Dilemma lorem. Itaq; ne dixerimus de diuitibus hìc improbè uiuẽtibus, & de iustis illic felicitate fruẽtibus, quòd unũ sit unũ, sed quòd duo sint nihil. Quandoquidẽ iustis, & ea q̃ illic sunt, & ea q̃ hìc sunt, multam præbent uoluptatẽ: qui uerò sibi p fraudẽ quę nõ oportebat usurparunt, tum illic puniuntur, tũ hìc discruciantur expectatione supplicij illic futuri, deinde ma-
C la quam ab oĩbus fuerunt opinione, præterea quòd ipsum etiã peccatum aĩam ipsorum corrumpit. Deinque postquã hinc profecti sunt, intolerabilia perpetiũtur supplicia. Rursum iusti etiam si hic innumera perpetiantur acerba, quoniã bona spes alit illos, habentq; uoluptatẽ firmam, stabilem & immobilem, etiã post hęc innumera illos manent bona, quemadmodũ & Lazaro accidit. Nec.n. isthuc mihi dixeris, erat ulcerosus, uerùm illud considera, quòd quouis auro pretiosiorem intus habet animam, imò uerius
Ex animi malis bonisue æstimandus homo. nõ animã tantùm, uerũ etiã corpus ipsius. Virtus.n. corporis nõ est obesitas, bonáque habitudo, sed tãtos ac tales ferre cruciatus. Nõ enim siquis in corpore gestet tãlia uulnera abominandus est, uerũ siquis in aĩo innumera habens ulcera, nullam illorum curam agat, is abominandus est, qualis erat ille diues, intus totus ulcerosus. Et quemadmodũ canes huius lingebant uulnera, sic & dæmones illius peccata. Et queadmodũ hic in fame cibi, ita ille in fame omnis uirtutis uiuebat. Hæc igitur omnia quum sciamus, philosophemur, neq; dicamus: Si illũ deus amasset, haudquaquam eũ talem esse passus fuisset. Nã hoc ipsum quidẽ maximum est dilectionis argumentũ. D
Quem.n.diligit deus castigat, flagellat autem omnẽ *Heb. 12. b* filiũ quem recipit. Et rursus: Fili, si accesseris ad seruiẽ *Eccl. 2. a.* dum domino, præpara animã tuã ad tentationem, dirige cor tuum ac perseuera. Eiiciamus igitur istas superuacuas opiniones, uulgariaq; istiusmodi dicta. Turpitudo.n.inquit, ac stultiloquiũ & scurrilitas ne *Ephe. 5. b* prodeant ex ore uestro. Nec ipsi talia loquamur: & si alios uideamus talia loquentes, obturemus illis os, contrà insurgamus acriter, cohibeamus impudentẽ linguam. Agè si quẽ uidisses latrocinij principẽ grassantẽ per uias, prætereũtibus insidiantẽ, ea quæ sunt *Simile.* in agris rapientẽ, in spelũcas ac foueas subterraneas aurũ & argentum defodientem, ac illic multa reludentẽ armenta, uestes ac mancipia multa ex incursionibus illis possidentẽ, agè dic mihi, num illũ beatum diceres pp diuitias illas, an potius miserum prędicares, pp supplicium illi uenturum? Atqui nondũ comprehensus est, neque in manus iudicis traditus, nec in carcerẽ coniectus, neque accusatorẽ habuit, neq; in iudicium uenit, sed delicijs indulget, inebriatur, multaq; rerũ fruitur affluentia. Attamen non pp
E præsentia, quæq; uidentur, iudicamus illũ beatũ: sed propter futura, quæq; imminent, illum miserum prędicamus. Hoc itẽ & de diuitibus & de auaris cogita. *Dives inimicus, latro.* Latrones quipiã sunt, uias obsidentes, res prętereuntium rapientes, uelut in speluncis ac foueis subterraneis, aliorũ facultates in suis cubiculis defodientes. Ne igitur beatos dicamus illos pp præsentia, sed miseros pp futura, propter formidandũ illud iudiciũ, propter ieuitabiles pœnas. Nam isti quidẽ latrones frequenter ex hominũ manibus elapsi sunt, nihilominus quũ hoc sciamus, & à nobis ipsis deprecamur, & hostibus imprecamur istorum uitã, unà cũ execrabili rerum copia. Atqui sub deo uero iudice, nõ licet istud dicere. Nullus.n.illius effugiet sententiam, sed oẽs omnino qui cum fraudibus & rapinis uiuũt, dei uindictam sibi accersunt illam immortalem sineque *Epilogus.* carentem, quemadmodũ & diues ille. Quæ quidem oĩa apud nosipsos cõferentes, ne beatos iudicemus qui diuitijs, sed qui uirtute prædĩti sunt, neq; miseros dicamus, qui degũt in paupertate, sed qui cũ improbitate: ne prędsentia respiciamus, sed futura prospicia F
mus: ne externũ amictũ, sed cuiusque conscientiam examinemus, sectantesq; uirtutem ac uoluptatẽ q̃ ex rectè factis proficiscitur. Lazarum imitemur, diuites simul ac pauperes. Non.n.unum tantũ aut duo, triãue uirtutis certamina sustinuit, uerum & multò plura, paupertatẽ, aduersam ualetudinẽ, solitudinẽ ac destitutionem ab his qui curã illius gerere debebant: deinde quòd hæc oĩa patiebatur in domo, q̃ poterat hæc mala depellere, quum uideret illũ à quo despiciebatur tantis frui delicijs, non delicijs modò fruẽtem, uerumetiam quũ improbè uiueret, nihil tamen graue perpetientem: præterea quòd non haberet alterũ Lazarum ad quem respiceret, præterea qd de resurrectione nihil posset philosophari: ad hæc quòd super hæc q̃ diximus mala, ex calamitatibus illis à uulgo malã ferret opinionem, eò quòd non biduum triduúmue, sed per omnẽ uitã, & seipsum uideret in eiusmodi calamitatibus, & diuitẽ in diuerso rerum statu. Quo igitur sumus excusandi, si quũ hic cũctas afflictiones simul conglomeratas tanta pertulerit animi fortitudine, nos ne dimidium quidẽ horum tulerimus? Non.n.potes, non potes, inquã, aliũ

G quenquā cōmemorare, qui talia tantáque perpessus sit mala. Eamq; ob rē Christus hunc potissimū exēpli causā proposuit in mediū, ut siquando in res tristeis inciderimus, cōsiderātes quanto ille interuallo nos superarit, ex illius philosophia, satis magnū solatiū molestiæq; lenimen capiamus. Cōmunis igitur orbis doctor ille propositus est, rē quancunq; molestā patiētibus, q se conspiciendū pbet oībus, hosq; oēs superans suarū afflictionum magnitudine. Pro his igitur oībus gratias agentes benigno deo, reportemus ex hac oratione fructū & utilitatem: continēter, hunc doctorē & in confessibus, & in ędibus, & in foro, deniq; in oī loco circunferentes, summoq; studio diuitias oēs quas habet hæc parabola, percipiētes: quò simul & psentia citra molestiam mala transcurramus, & futurorum, bonorū compotes euadamus: quæ nobis oībus contingat assequi, gratia benignitateq; domini nostri Iesu Christi, cui cū patre & spiritu sancto gloria, honor, adoratio, nūc & semper & in secula seculorum, Amen.

Eiusdem de Lazaro concio secunda: & quòd animæ morte uiolenta decedentium, non fiunt dæmones: deq; iudicio & eleemosyna, Eodem Erasmo interprete.

H Diuitis affectu, non facultatū modò paupertatē & opulentiam æstimare consueuimus. Quemadmodū igitur eū qui perpetuò sitit, nō dixerimus rectè ualere, etiāsi copia rerū affluat, etiamsi iuxta fluuios ac fontes accumbat. Quid.n. prodest illa aquarum copia, quum affectio maneat insedabilis? Itidē & in diuitibus faciamus, eos qui perpetuò cōcupiscunt, sitiūtq; aliena: ne putemus unquā esse sanos, nec ulla frui rerum copia. Etenim qui suā ipsius concupiscentiā nō potest sistere, etiamsi cunctorū opibus uallatus sit: quō futurus est is unquam in prosperitate? Eos uerò qui quod habent suū, boni cosulunt, quiq; sua sorte contēti sunt, nec alienas circūspectant facultates: etiamsi fuerint oīum egentissimi, omnium opulentissimos ducere oportet. Non.n. qui indiget alienis, sed q putat sibi satis esse quod habet, oīum est opulentissimus. Sed agedū, ad propositā materiam reuertamur. Accidit, inquit, ut moreretur Lazarus, ac deportaretur ab angelis. Hic malum quendam morbum cupio uestris animis eximere. Sunt.n. plerique simplices, q putāt aīas uiolēta morte decedentiū fieri dæmones. Hoc aūt non fit, non fit, inquam, istud. Non.n. aīæ uiolenta morte decedentium fiunt dæmones, sed aīæ potius in peccatis uiuentium. Non quòd mutetur illarū substantia, sed qđ uolūtas dæmonum prauitatē imitetur. Hoc & Xps dixit Iudęis, Vos filij diaboli estis: nō qđ in illius naturam essent transmutati, sed quā ob rē? Quoniam, inquit, desidēria patris uestri uultis facere. Rursus Ioannes: Progenies uiperarū, quis cōmonstrauit uobis, ut fugeretis ab ira uentura? Facite igitur fructū dignū pœnitētia, ac ne uelitis dicere: Patrē habemus Abrahā. Etenim lex propinquitatis, non qui natura cōiuncti sunt, sed qui uirtute malitiāue propinq sunt, eos scriptura solet appellare cognatos. Et cuiuscunq; mores aliquis expresserit, huius & filiū & fratrē illū esse dicit scriptura. At cuius rei gratia diabolus istā puersam opinionē inuexit? Conatus est martyrū defodere & obruere gloriā. Etenim quū illi morte uiolēta decesserint, cupiēs prauā de illis gignere suspicionē, hoc fecit: uerū quod uoluit non potuit. Perseuerant enim martyres, propriū obtinētes splendorē. Quin aliud multò crudelius perpetrauit, maleficis ipsiq; inseruiētibus, per has opiniones persuasis, ut tenera multorū adolescentū corpora trucidarent, sperantes futurum, ut fiant dæmones, ac rursum ipsi inseruirent. Verū non sunt ista uera, nō sunt inquā. Quid igitur est qđ dæmones dicunt, Monachi illius sum aīa? Sanè propter hoc ipsum non credo, qa demones dicunt: Decipiūt enim auditores. Quapropter & Paulus ipsis tametsi uera dicētibus imposuit silentiū, ne ex ueris nacti occasionē, pòst admiscerent mendacia, fideq; sibi cōciliarent. Dùm.n. dixissent, isti hoies serui dei altissimi sunt, annunciātes uobis uiam salutis, indignatus Apostolus silentium imposuit spiritui pythonico, atque exire iussit. Et tamen quid mali dicebant? Isti homines serui dei altissimi sunt, sed quoniā plerique simpliciores non norunt semper diiudicare quæ à dæmonibus dicuntur, semel eos excludit à fide. Ex insā mium numero es, inquit, non est tuum liberē loqui, tace, obmutesce: non est tuū prædicare, apostoloīū ista est authoritas. Quid usurpas quod tuum nō est? Sile, infamis esto. Sic & Christus dicentes ipsi dęmones: Nouimus te qui sis, increpauit multa cum acrimonia: nobis legem præscribens, ne quo pacto dæmoni

Simile.
Cognatio spiritualis.
Similia profitentur tabellæ miraculorū in Italia.
Dæmones nec uera dicens audiendus est.
Act.16.d
Marc.1.c. et.Lu.4.f

I *Primus ad uirtutem gradus, est alienæ uirtuti applaudere.*

Transitio felix habens propositionem.

Dilemma tacitum.

Dines uere quis.

K *Simile.*

L *Assęueratio.*

Animas uiolēta morte decedē tiū nō fiunt dæmões Ioan.8.f. Math.3.b Iōā. 8.e.

M

A dæmoni fidamus, etiāsi tibi qđ uerū est dixerit. His igitur cognitis, ne prorsus credamus dęmoni: imo ēt si qđ ueri loquatur, fugiamus ab illis & auersemur. Nā sana dogmata salutiferaq; nō à dæmonibus, sed ex diuina scriptura licet exactè discere. Vt igitur cognoscatis non posse fieri, ut aīa corpore egressa ueniat sub tyrānidē dęmonū, audi qd dicit Paulus: Qui enim moritur, iustificatus est à peccato, hoc est non amplius peccat. Nā si aīæ in corpore manēti diabolus nō potest inferre uim, pspicuū est quòd nec egressæ. Quo igitur, inquis, peccant, si uim non patiūtur? Volentes sponteq; ac seipsas iniuria afficiētes peccāt, non coactæ neq; tyrannide oppressæ, idq; declarant oēs, q superauerunt illius machinamenta. Veluti beatum Iob, quū innumeris impetisset fraudibus, oīaq; miscuisset, non potuit tamen persuadere, ut aliquod uerbū blasphemum proferret. Vnde perspicuum est quòd in nobis situ est, ut uel obtēperemus, uel non obtēperemus illius insidijs, nec ullā necessitatē, neq; tyrannidē patimur ab illo. Non solū ex his quę dicta sunt, uerū ēt ex proposita parabola liquet, quòd aię corpus egressæ, non amplius hic commorantur, sed protinus abducuntur. Accidit enim, inquit, ut moreretur, ac deduceretur ab angelis. Non solū aūt iustorum animæ, sed & eorum qui malè uixerunt illuc deducuntur, atq; id rursum ex alio diuite perspicuum est. Postquā.n. uberem prouentū produxissent agri ipsius, dixit sibiipsi: Quid faciam? Demoliar horrea mea, ac maiora ædificabo: Nihil isthac mēte infelicius, uerè demolitus est sua ipsius horrea. Nā horrea q deprædari non possunt, non sunt muri, sed pauperum uentres, qbus ille neglectis solicitus erat de parietibus. Quid igitur dicit deus? Stulte, hac nocte repetunt aīam tuā abs te. Hic inquit, deductā fuisse ab angelis, illic autē repetunt: & hunc quidē ceu uinctū educunt, illū uerò ut coronam gestantem stipabāt. Et quemadmodū eum qui prius in cauea multa uulnera accepit, ac sanguine conspersus est, pòst diademate capiti addito, hi q ante caueam stant susceptū, multa cū laude domum deducunt, applaudētes, bene ominantes, admirātes: Sic & angeli Lazarum tū deducebant, illius uerò aīam repetebant, metuendę quędā uirtutes fortassis ad hoc missæ: neq;.n. sua spōte aīa ad illā secedit uitā, propterea quòd hoc ne fieri quidē possit. Nam si ciuitatē ciuitate uertentes egemus deductoribus, multò magis aīa à carne diuulsa, & ad futurā trāsiens uitā, opus habebit uię ducib. Quapropter frequenter nunc emicat, nūc in profundum demergitur, metuitq;, & horret quū est à corpore discessura. Nam quū semper nos stimulat peccatorum conscientia, tū uerò maximè illa hora, quū hinc sumus abducēdi ad illa tribunalia, metuenduq; iudicium: tum.n. siue quis rapuit, siue fraudauit, siue cōtumelia affecit, siue cuiquā pter causam inimicus factus est, siue aliud quodcunq; facinus ppetrauit: uniuersus illic peccatorū cumulus renouatur, & oculis exhibetur, mentēq; stimulat. Et quemadmodū q tenentur in carcere, semper quidē deiecti mœrentesq; sunt, maximè tamen sub illum diē quo sunt educendi, & ad ipsas iudicis fores pertrahēdi, & prius quā periclitātur, ac iudicis uocē intus audiunt, exanimātur metu, nihiloq; melius afficiuntur, q mortui. Sic & anima, maximè quidē in ipso peccati tempore cruciatur & angitur, multò tamē magis quum hinc auulsa abducēda est. Tacete q hęc auditis, multò maiorem

Animæ nō obambulant.

Luc.12.c.

Simile.

Simile.

B

C

uobis habeo gratiā pro silētio q pro plausibus: pro pterea quòd plausus qdē ac laudes me faciūt gloriosiorem, silentiū uerò hoc uos reddit compositiores. Noui quòd hæc q dicuntur molesta sunt, uerū multum lucri & inenarrabilē fructū adferunt. Dies ille si quē habuisset, qui ipsi talia monita taliaq; consilia admouisset, ac non potius adulatores oīa ad gratiā consulentes, atq; ad delicias trahētes, nequaquā uenisset ad illā gehennam, nequaquā supplicia toleraset intolerabilia, nequaquā incōsolabiliter de his pœnituisset. Verū quoniam oēs ad gratiā loquebantur, tradiderunt illum incendio. Vtinā liceret hęc semper perpetuoq; philosophari, ac de gehēna loqui. In omnibus, inquit, dictis tuis memento nouissima tua, & non peccabis. Ac rursus: Para ad exitū opera tua, & appara te ad uiam. Siqd cui rapuisti, redde, & dicito iuxta Zacchæū: Do quadrupulū, siqd rapui. Sicui factus es inimicus, recōciliare priusquā ueniatur ad iudiciū. Oīa hic dissolue, ut citra molestiā illud uideas tribunal. Donec hic fuerimus, spes habemus prędaras: simul atq; uerò discesserimus illuc, nō est postea in nobis situ pœnitere, neq; commissa diluere. Quapp oportet nos assiduè præparari ad egressum hinc faciendū. Quid.n. si domino uisum fuerit hoc uespere uocare nos? Quid si cras? Incertum.n. quid futurū sit, ut perpetuo simus in certamine, & ad illam profectionē instructi, quemadmodū hic Lazarus semper erat in tolerantia patientiaq;, quapropter tāto cum honore deductus est. Mortuus est aūt diues, & sepultus est, nimirum aīa illius in corpore, tanquā in monumento defossa, ac sepulchrū circunferente nempe carnem. Non secus.n. ille q si catena quadā temulentia ac uentris ingluuie uinctus esset, sic otiosam illā ac mortuā reddiderat. Ne leuiter prætercurras illud, sepultus est. Hic mihi considera mensas argento circunfectas, lectos, tapetia, ornamēta q tota in domo sunt oīa, unguenta, aromata, uini meri copiā, edulio rum uarietates, ciborū delicias, coquos, adulatores, stipatores, famulos, ac reliquā uniuersam pōpā strepitumq; extinctū marcidumq; factū. Vbiq; cinis, ubique fauilla & puluis, lamenta & luctus, nemine succurrēte, neq; semel egressam aīam postea reuocāte. Tunc declaratur quid possit aurū, quid possint copiosæ diuitię. Siquidē ex tam frequenti famulitio nudus abductus est & solus, nihil ex tanta beneficētia secum ferre ualēs, sed desertus, indefensus, ac neglectus: nullus eorū q prius auxiliabātur aderat, ereptu rus à pœna ac supplicio, sed ab illis oībus diuulsus, solus in se recepit ut illa non ferēda supplicia sustineret. Verè oīs caro fœnū, & oīs gloria hominis tāquā flos graminis exaruit, gramen & flos decidit, sed uerbū domini manet in æternū. Venit mors & extincta sunt illa oīa. Nec aliter q captiuum arreptum sic illum abduxit demissis oculis, pudore plenū, non audentem hiscere, tremētē, pauidum, perinde quasi in somnis uniuersis illis delicijs fruitus fuisset. Ac post hæc supplex diues factus est pauperi, atq; nunc illius eget mensa, illius qui dudū esuriebat, illius qui canū rostris obiectus iacebat. Breuiter res cōmutatę sunt, uniuersi cognouerunt uter fuerit diues, uter pauper, quodq; Lazarus quidē oīum fuerit opulentissimus, ille cōtrà oīum pauperrimus. Quemadmodū enim actores in scena, regū ac ducū personas, itē medicorum ac rhetorum, sophistarum ac militum assumentes ingrediūtur, quū ipsi nihil horum sint: sic sanè &

D *Acclamationes indecoræ.*

Monitio libera.

Eccl.7.d.

Luc.19.b

E *Pœnitentia sera post mortem.*

Plato in Cratylo, σῶμα. quasi σῆμα.

Diuitis mors.

F

Esa.40.b

Simile à fabulis scenicis.

G in præsenti uita, paupertas ac diuitiæ nihil aliud sunt, q̃ personæ. Sicut igitur in theatro sedens, si quẽ uideris, ex his q extra scenã pedibus ingrediuntur, personã gestantẽ regis, nõ iudicas eum beatũ, neq; regẽ eũ credis, immo nec ipse optaris esse talis: sed cum scias quòd sit quispiã ex his qui uersantur in foro, funium opifex, aut faber ærarius, aut aliud quicquã tale, nõ iudicas illum beatũ ob personã, aut ob uestẽ ad talos demissam, neq; ex hisce rebus æstimas illorũ uitã, sed despuis potius illũ ob aliam uilitatẽ. Sic sanè & hic, uelut in theatro, uidelicet in mũdo sedens, & in scena ludẽtes spectans, ubi uideris cõplures diuites, ne putes uerè diuites esse, sed diuitũ obtectos personis. Nã quemadmodũ ille q in scena regem aut belli ducẽ agit, frequẽter est famulus eorum qui ficus aut botros uendũt in foro: Itidẽ & hic diues crebrò pauperior est oĩbus. Quòd si detraxeris illi personã, si cõscientiam explices & ingrediaris animum, multã illic offendes uirtutis inopiã, cõperiesq; omniũ hominũ abiectissimũ. Quemadmodũ.n. instante uespera, digressisq; qui cõsederãt, ubi fuerint è theatro egressi,

H habitũq; fabulæ deposuerint: qui prius reges ac duces esse uidebantur, pòst apparet hoc qd sunt: Ita sanè & nunc, postq̃ mors aduenerit, theatrumq; dimissum fuerit, cũ diuitiarũ paupertatisq; personas deposuerint, oẽs illuc profecti, atq; ex solis operibus iudicati, declarãt qui uerè sint diuites, q uerè pauperes, q honorati, & qui humiles. Itaq; frequenter fit, ut q hic in diuitũ numero fuerit, illic reperiatur oĩum pauperrimus, id qd accidit huic diuiti. Nam simulatq; incubuerat uespera, hoc est mors, eq; præsentis uitæ theatro egressus est, personãq; deposuit, uisus est illic omniũ esse pauperrimus: adeò uerò pauper, ut ne guttã quidẽ aquæ haberet in sua potestate, sed pro hac rogaret: neq; qd petebat, consequi potuerit. Quid hac paupertate pauperius esse posset? Sublatis.n. oculis suis, ait ad Abrahã: Pater, miserere mei, & mitte Lazarũ ut intingat summum digiti sui in aquã, & instillet ori meo. Vides quãta sit afflictio? Cũ proximus esset Lazarus, pteribat: nũc cũ procul absit, inuocat: quẽ frequẽter ingrediẽs & egrediẽs nõ uidebat, hũc procul semotũ diligenter aspicit. Sed quã ob causam illũ intuetur? Frequenter dixerat diues iste, Quorsum mihi opus pietate ac uirtute? cuncta mihi uelut è fonte affluũt, multa fruor prosperitate, nihil sustineo rerũ inopinatarũ: quã ob rem expeto uirtutẽ? Hic pauper qui iustè pieq; uiuit, innumera patitur mala. Hęc nũc quoq; frequẽter dicunt. Vt igitur radicitus has reueleret opiniones, demõstrat illi quòd malitiæ reposita sit ultio: cõtrà, honor & corona laborib⁹ pro pietate susceptis. Nõ pp hoc solũ aũt uidit illũ, sed ut q̃ pauper fuisset pauper, hęc nũc & diues pateretur multò grauius. Quẽadmodũ.n. illi molestiorẽ reddidit cruciatũ, quòd i uestibulo diuitis iacebat, quòd uideret aliena cõmoda: sic & huic grauiorẽ reddidit cruciatum, quòd in gehenna iaceret, quòd Lazari uideret delicias, quò non solũ natura suppliciorũ, uerũ etiã comparatione honoris illius intolerabiliorem haberet cruciatũ. Et quemadmodũ Adam è paradiso eiectum è regione paradisi habitare iusit deus, ut assiduus conspectus renouans molestiã, exactiorẽ illi præberet sensum expulsionis è bonis: Ita sanè & hũc è regione Lazari cõstituit, quò uideret quibus bonis seipsum priuasset: Missi tibi, inquit, in uestibulo Lazarum, ut tibi ad uirtutẽ doctor esset, doctrinęq; materia: cõtẽpsisti lucrum, noluisti ad qd oportuit uti salutis occasione, utere posthac illo ad maioris cruciatus, suppliciiq; materiam. Ex his discimus, quòd oẽs qui à nobis sunt cõtumelijs & iniurijs affecti, tũc ante faciem nostrã statuentur. Quanquã hic nihil a diuite accepit iniuriæ, neq;.n. illius pecunias usurparat diues, sed suas nõ impartiuit. Quòd si is q sua nõ impartiit, accusatorẽ habet eum cui negauit misericordiam, qui aliena quoq; rapuerit: quã ueniã consequetur, undiq; ipsum circũstantibus quos affecit iniuria? Nõ.n. illic opus erit testibus, neq; accusatorib⁹, neq; probationibus, neq; signis, uerũ ipsæ per se res tales, quales eas gessimus, ante oculos nostros apparebũt. Ecce.n. inquit, homo & opera eius. Siquidem & hoc rapina est, nõ impartiri de tuis facultatibus. Ac fortasis uobis mirũ uidetur esse qd dico, uerũ ne mireminini: testimoniũ.n. uobis è diuinis scripturis proferam, dicens quòd non solũ rapere aliena, uerũ etiam tua nõ impartire cæteris, & rapina sit, & fraudatio, & spoliatio. Itaq; dominus ludæos accusans p prophetã dicit: Produxit terra prouentũ suũ, & nõ intuI listis decimas, sed rapina pauperis est in domibus uestris. Quoniã, inquit, oblationes solitas nõ dedistis, rapuistis ea q̃ sunt pauperis. Hoc aũt dicit, declarans diuitibus quod res pauperũ possident, etiãsi paterna hæreditate obuenerint, etiãsi undecunq; aliunde collegerint pecunias. Ac rursum alibi dicit: Ne spolies uitã pauperis: qui uerò spoliat, aliena tollit. Nam spoliatio quædã dicitur, cum aliena accepta detinemus. Propter hoc igitur discam⁹, quòd quoties eleemosynã non præstiterimus, pari cum his q spoliant supplicio afficiemur. Heriles.n. pecuniæ sunt undecunq; eas collegerimus, & ideo tibi plura possidere cõcessit deus, non ut in scortationes, temulentiã, ingluuiem, in uestes sumptuosas, aliãq; mollicię consumeres, sed ut ea distribueres egẽtibus. Quemadmodum.n. receptor quispiam q regias pecunias accepit, si neglexerit his quib⁹ iussus est distribuere, inq; proprias cõsumpserit delicias, pœnas dat ac perditur: ita sanè & diues receptor quispiã est pecuniarũ, q̃ pauperibus distribui debebãt. Itaq; cũ ĩ mandatis habeat, eas distribuere suis cõseruis egẽtibus, siqd amplius q̃ postulet necessitas in seipsum insumpserit, grauissimas illic daturus est pœnas. Nõ.n sunt ipsius q̃ possidet, sed cõseruorũ illius. Parcamus igitur ijs tanq̃ alienis, ut fiant nostra. Quo aũt illis parcemus tanq̃ alienis? Si illas nõ in usus superuacuos insumpserimus, sed pauperũ manibus impartiuerimus. Etiãsi fueris opulentus, sed plus q̃ opus est insumpseris, rationẽ reddes pecuniarum tibi creditarũ. Hoc idẽ sit in magnatum ædibus: multi suas ipsorũ apothecas famulis suis cõmiserunt, uerũ illi quibus cõmissæ sunt, seruãt q̃ tradita sunt, nec abutuntur cõmissis: ueruũ ubi iusserit dominus, distribuunt. Hoc tu quoq; facito. Etenim accepisti plura cæteris, non ut ea solus cõsumas, sed ut eorũ cæteris bonus fias dispẽsator. Operæpretiũ aũt fuerit & illud considerare. Quid tandẽ? Nõ apud aliũ iustum Lazarũ, sed in sinu uidit Abrahæ. Hospitalis erat Abrahã, ut igitur redarguatur diuitis inhospitalitas, propterea Lazarũ cũ illo uidet. Ille ẽt prætereuntes uenabatur, & in domũ pertrahebat suam: hic uerò ẽt intra domũ iacentẽ despexit, cumq; talẽ thesaurum haberet, salutis parandæ materiam, pręteribat quotidie, neci qd oportebat, usus est pauperis propinquitate. At nõ ita Patriarcha, sed

Rapina est, non cõmunicare pauperibus tua.

Eſa.3.a.b

Simile.

Sentẽtia dura.

Diuitiæ tum demum nostræ fiũt, cũ dãtur pauperibus.

Lazarus quare in sinu Abrahæ.

προσφάτως.

A omnia cõtrà. Pro foribus sedens introducebat ptereuntes oẽs, & quemadmodũ piscator iacto in mare reti, piscẽ quidẽ attrahit, attrahit aũt frequẽter & aurũ & margaritas: itidẽ & hic retiã captãs homines, piscatus est tandẽ & angelos, quod q̃ mireris ẽt inscięs. Id quod & Paulus in huius laudibus dixit, Sectare hospitalitatẽ, per hanc enim quidã inscientes hospitio exceperunt angelos: ac rectè dixit, inscięntes. Nã si sciens illos excepisset tanta cũ humanitate, nihil magni miriue feciſſet. Sed hæc tota laus, quòd ignorãs qui nam essent q̃ præteribant, nec aliud esse credens quã hoies uiatores, cũ alacritate uocauit intrò. Tu quidẽ igitur si quẽ nobilẽ ac splẽdidũ exceperis, multamq; præstiteris alacritatẽ, nil mirũ est. Nam uirtus eius qui excipitur ẽt inhospitalem frequenter adigit, ut omnẽ exhibeat humanitatẽ: cæterũ illud maximum & admiratione dignũ, quoties & uulgares, & ignotos, ac uiles multa cũ beneuolentia excipimus.

Mat. 25. d Propterea dicit, Quicquid feceritis uni ex his minimis qui credũt in me, mihi feceritis. Ac rursus, ita nõ est uoluntas corã patre uestro, ut pereat unus ex pu

B sillis istis: ac iterũ, Quicũq; offenderit unũ ex pusillis

Mat.18.a istis, expedit ei ut appẽdatur mola asinaria circa ceruicẽ illius, & abiiciatur in mare. Deniq; multus ubiq; est Christo de pusillis & minimis sermo: quãdoquidẽ & Abrahã sciens nõ excutiebat quales essent prætereuntes, nec unde uenirẽt, quemadmodũ nos nũc facimus, sed sine delectu prætereuntes excipiebat oẽs. Nã eũ qui præstat humanitatẽ, non oportet exposcere uitæ rationẽ, sed inopię mederi, necessitatiq; suppeditare. Vnicũ habet patrociniũ pauper, quòd eget quodq; in necessitate cõstitutus est, nequid ab illo

Egẽti uel improbissimo impartiendum. postulet amplius: Sed etiãsi fuerit omniũ improbissimus, & eguerit necessario uictu, sedemus illius famẽ. Ita & Christus pcepit: Estote, inquit, similes patris uestri q est in cœlis, q Solẽ suũ oriri facit sup bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Portus est in necessitate cõstitutorũ homo misericors. Portus aũt oẽs q in naufragiũ iciderint excipit liberatq;, siue mali fuerint siue boni, deniq; quicũq; fuerint q periclitantur, in sinus ille suos excipit. Tu proinde si uideris hoiem qui in egestatis naufragiũ inciderit, ne

C iudica, ne uitæ gesta examina, sed medere miseriæ. Quid ipse tibi negotiũ accersis. Liberauit te deus omni tali solicitudine, & curiositate. Quã multa pleriq; fuerãt dicturi, quamq; difficiles erant futuri, si deus præcepisset, ut prius accuratè uitã factaq; singulorũ disquireremus, ac tũ demũ conferremus eleemosynam? Nunc hac omni curiositate nos liberauit. Cur ergo curas superuacaneas nobis accersimus? Aliud

Gal.6.c est iudex, aliud eleemosynæ largitor. Ideo uocatur eleemosyna, quòd eã, & idignis damus. Vnde & Paulus dixit: Quod bonũ est facite erga oẽs, sed maximè erga domesticos fidei. Quòd si indignos curiosè discutiam⁹ disquiramusq;, ne digni qdẽ facilè in nos incidẽt. Quòd si indignis quoque pstiterimus beneficiũ, nimirũ & digni, quiq; oĩum illorũ malitiã uirtute pensent, uenient i manus nostras, sicut euenit beato Abrahæ, cui minimè curioso quales essent q̃ pteribãt, cõtigit tãdem ut & angelos exciperet hospitio. Hũc igitur & nos imitemur, simulq; cũ hoc nepotẽ illius Iob. Quãdoquidẽ & hic progenitoris sui magna nimitatẽ summa cũ diligẽtia est imitatus. Eoq; dicebat ostiũ meũ iugiter patebat cuiuis aduenięti. Non sic huic patebat, ut alteri esset occlusum, sed indifferẽ

Iob nepos Abrahæ. Iob.31.d

D nihil exquirentes ultrà q̃ oportet. Nã ad hoc ut pauper dignus habeatur eleemosyna, satis est egestas. Quod liqs cũ hac cõmendatione nos adierit, neqd amplius curiosè scrutemur: nec.n. moribus demus, sed hoi: nec illius ob uirtutẽ nos ei⁹ misereat, sed ob calamitatẽ, quò nimirũ & ipsi copiosam à domino misericordiã nobis cõciliemus, ipsiq; digni simus in quos ille suã cõferat benignitatẽ. Nã si in cõseruis nostris cœperimus exquirere dignitatẽ morosèq; uestigare, ide & deus facturus est in nobis, dumq; studemus à cõseruis reposcere uitæ causas, ipsi superni numinis benignitatẽ amittemus. In quo.n. inquit, iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Sed ad rẽ redeamus. Itaq; quũ uideret illũ in sinu Abrahæ, ait: Pater Abrahã miserere mei, & mitte Lazarũ. Quã ob rẽ nõ ad ipsum Lazarũ direxit sermonẽ? Pudor obstabat ac uerecũdia. Ex ijs.n. q̃ in illũ fecerat, arbitrabatur illum omnino meminisse malorũ præteritorũ. Quoniã si ego, inquit, tanta rerũ affluens copia, nihil ab illo læsus adeò despexi hominem, ut ne micas quidem impartierim, quantò magis ille sic cõtemptus, non annuet petenti beneficiũ? Hæc non ut Lazarũ accusẽmus, dicimus. Neq;.n. hoc animo fuit Lazarus, absit: sed causam indicamus quid hic ueritus nõ imploraverit ipsum Lazarũ, sed potius Abraham inclamarit, quẽ existimabat nescire q̃ fuerant acta. Atq; illius digitũ nũc implorat, quẽ crebrò passus fuerat exponi canũ linguis. Quid igitur ille? Fili, recepisti bona tua.

Mat.7.a

Diues quur Abraham appellat potius

E

Vide philosophiã, uide humanitatẽ iusti. Non dixit, inhumane, crudelis, sceleratissime, quũ tã multa cõmiseris in hominẽ, nunc mentionem nobis facis humanitatis, misericordiæ, & ueniæ? Nõ pudet? Non erubescis? Sed qd dicit? Fili, inquit, recepisti bona tua. Nã animæ, inquit, deiectæ non addes perturbationẽ. Satis est illi suus cruciatus, ut ne illius calamitatibus insultemus. Ac ne putares, quòd memor pręteritorũ malorũ uetuerit abire Lazarũ, filiũ illũ appellat. Quod i mea, inquit potestate est, impertio tibi: cęterũ ut hinc abeamus, nõ est iam nostræ facultatis. Recepisti bona tua. Quare non dixit, cepisti, sed recepisti? Hinc uideo magnũ cõsiderationum mare nobis aperiri. Quapropter q̃ dicta sũt summa cura seruãtes tã q̃ hodie q̃ quæ heri disserta sunt, summo cũ studio reponamus, & ex his q̃ dicta sunt, ad audiẽda q̃ pòst dicẽtur, nos ipsos magis idoneos reddamus. Et qdẽ si fieri possit, facite ut oĩum memineritis. Quòd si id fieri non potest, horror ut pro oĩbus illud perpetuò memineritis, quòd nõ cõmunicare pauperib⁹, est rapinã in illos exercere, illorũq; fraudare uitã, quodq; non nostras, sed illorũ res detinemus. Nã si hoc animo fuerimus, pecuniã omnem effuderimus, ac Christũ esurientẽ hic alentes, multamq; hinc nobis opulentiã recõdentes, poterimus futurorũ esse compotes bonorũ: quæ nobis omnibus assequi contingat, gratia ac benignitate domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto gloria, honor, potestas, nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

μνησι-κακῶν. Lazari. Recepisti bona, quare dictũ.

F

Eiusdẽ de Lazaro cõcio tertia, & quare non dixerit cepisti: sed, recepisti: & quamobrẽ iusti incidunt in pericula, quum peccatores effugiant, Eraſ. Interprete.

Audquaquã mediocrẽ nobis utilitatẽ attulit

h de Lazaro parabola, tũ diuitibus, tũ pauperibus, ut q̃ hos quidẽ docuerit facile perferre

G inopiam, illos uerò non passa sit efferri sibiq; placere ob diuitias, quũ ex ipsis rebus demonstrarit, illũ omniũ esse maximè miserabilẽ, qui uitã agit in deliciis, nulli sua bona cõunicans. Agè igitur & hodie denuò tractemus idẽ argumentũ, quãdoquidẽ q; i metallis operãtur, ubicũq; uiderint multas auri uenas, illic fodiũt acrius, nec prius absistũt, q; totũ quod reperiri potuit, exhauserint. Redeamus igitur illuc, ubi sermonẽ heri finiuimus, ut illinc eundẽ instauremus. Poteramus quidẽ unius diei opera uobis totã hanc explanare parabolã: uerũ nõ hoc agim⁹, ut nos mul ta loquuti discedamus, sed ut uos diligẽter acceptis, animoq; infixis q; dicta sunt, ex ista custodia sentiatis fructũ aliquẽ spiritalẽ. Nã & mater amans, quum infantẽ lactentẽ parat ad solidũ cibũ adducere, si simul multum meri in fundat ori, nihil prodest infanti, refundẽte puero quod datur, ac tunicula qua pectus tegitur irrigãte. Quòd si sensim ac paulatim infundat, puer qđ traditũ est, absq; molestia transmittit. Proinde ne uobis itidẽ qđ traditũ fuerit, effluat: nõ semel uobis inclinauimus docti inę poculũ, sed i H dies aliquot partiti sumus, pasti uos interim hisce diebus interquiescere ab audiendi labore, quò simul & ea q; deposuimus, sic infigãtur aio uestræ charitatis, ut excidere nõ possint, & ea q; dicẽtur sedatis, ac uegetis mẽtib⁹ excipiatis. Eoq; crebrò uobis p̃dicimus multis antè dieb⁹ argumẽtũ de quo sumus locuturi, ut his in medio diebus, sumpto libro, perpẽsaq; rei summa tota, posteaq; intellexeritis, quid dictũ sit, qđ restet dicẽdũ, mentẽ uestrã instructiorẽ reddatis ad audienda quæ post differentur. Idq; semper hortor & hortari non desinam, ut nõ hic tãtũ artẽdatis ijs q; dicũtur, uerum ẽt quum domi fueritis, assiduè diuinarũ scripturarũ lectioni uacetis. Quod quidẽ & ijs qui priuatim mecũ congressi sunt, no dedisti inculcare. Nequis.n.mihi dixerit: Sũt frigida illa uerba, multa insunt q; contemni debeant. Ego forensib⁹ causis affixus sum, publica gero negotia, artificiũ exerceo, uxorẽ habeo, alo liberos, familię curã gero, mũdan⁹ homo sum, nõ est meũ legere scripturas, sed eorũ q mundo dixerũt uale, q; montiũ uertices occuparũt, qui uitã eiusmodi cõtinẽter agunt. Quid ais homo? I Non est tui negotij scripturas euoluere, quoniã innumeris curis distraheris? Immo tuũ magis est q; illorũ. Neq; enim illi perinde scripturarũ egẽt præsidio, atq; uos in mediis negotiorũ undis iactati. Nam monachi quidẽ à foro forensibusq; negotiis liberi, quiq; in deserto fixere tuguriola, neq; cũ quoquã habẽt cõmerciũ, sed in illa quieta trãquillitate cũ omni securitate philosophantur, ac uelut in portu sedẽtes, rebus uehemẽter tutis fruuntur. Nos contrã uelut in medio mari fluctuãtes, inumerisq; uelimus nolim⁹ peccatis obstricti, semper opus habemus perpetuo iugiq; scripturarũ solatio. Illi sedẽt procul à cõflictu, eóque nec accipiũt multa uulnera. Tibi uerò quia perpetuò stas in acie, quia frequẽtes accipis plagas, idcirco magis opus est remediis, ut quẽ & uxor prouocat, & filius cõtristat, atq; ad irã cõmouet, & insidiatur hostis, & inuidet amicus, & uicinus insectatur, & cõmilito supplatãt, frequenter & iudex minatur, & paupertas est molesta, & domesticorũ amissio luctũ adfert, & prosperitas iflat, & aduersitas cõtrahit. Breuiter, uaria curarũ, uaria prurbationis, uaria mœroris, uaria iactãtię, uaria tumoris, tũ occasio, tũ necessitas, uos undiquaq; circũuallat, innumeraq; ex omni parte tela uolitãt: unde necesse est ideſinẽter à scri K pturis armaturã sumere. Agnosce igitur quòd i medio laqueorũ incedis, quodq; in pinnaculis ciuitatis ambulas. Carnis.n.cõcupiscentię acrius insurgũt ad uersus eos, q; in hominũ uiuũt frequẽtia, quos & decora facies, & corporis nitor capit per oculos, & uerbũ obscœnũ p aureis ingressum, turbat nobis rationẽ, frequenter & arte modulata cãtio animi cõstãtiã labefacit. Sed qd hæc cõmemoro? Quod his oĩbus uidetur esse uilius, unguentorũ odor alicũde aspirãs à mulierculis i fornicibus q̃stũ meretriciũ exercẽtib⁹, ex simplici occursu cõprehendit & abducit captiuũ. Adeò multa sunt q; nostrã oppugnãt aĩam, eoq; op⁹ habemus diuinis remediis, quo simul & iam acceptis uulneribus medeamur, & q; nõdũ quidẽ inflicta sunt, sed pòst infligerẽtur, prohibeamus, eminus uenientia diaboli spicula extinguẽtes depellentsq; per assiduã scripturarũ lectionẽ. Neq; nunc fieri potest, non potest inquã fieri, ut quisquã salutẽ assequatur, ni perpetuò uersetur in lectione spiritali. Immo præclarè reuera, præclarè inquã nobiscũ agitur, etiãsi perpetuò huius medicamẽti participes, aliquãdo salutẽ L consequi possimus. Quòd si quotidie uulneremur, medelã uerò nullã adipiscamur: q; fuerit spes salutis? An non uides fabros ærarios, aurifices, fabros argẽtarios, denicq; eos qui quãcunq; exercẽt artẽ, omnia artis instrumenta habere parata & integra, quanuis cõpellat fames, quanuis affligat inopia, omnia præoptantes sustinere potius quã ut ex instrumẽtis artificij quippiã uẽdere uelint atq; hinc ali. Itaque multi frequẽter potius habuerunt ad usurã accipere, quàm uel minimũ aliquid ex artis instrumẽtis oppignerare: idq; iure optimo. Norunt.n.quòd diuenditis illis, ars uniuersa ipsis sit inutilis, totumq; quæstus fundamentũ sublatũ: illis aũt manentibus, fieri potest, ut contractũ æs alienũ progressu tẽporis aliquãdo dissoluãt iugiter utentes artificio. Quòd si priusquã dissoluerint æs alienum, alijs ea uendãt, iam nõ est unde possint solatiũ aliquod famis inopiæq; excogitare. Hoc sanè animo, nos quoq; p̃ditos esse oportet: quẽadmodũ.n.illis artis instrumenta sunt, malleus, incus, forceps: sic & nobis artis ĩstrumẽta sunt Apostolorũ ac Prophetarum libri, omnisq; scriptura diuinitus inspirata & utilis. Et quemadmodum illi per illa instrumenta quicquid faciendum susceperint proficiũt: ita sanè & nos per hos fabricamur animã nostrã deprauatãq; corrigimus, & inueteratam renouamus. Atq; illi quidem hactenus modo præstant suã artẽ ut formã addãt rebus, neque enim possunt materiam uasorum transmutare, neque ex argẽto aurũ reddere: sed harum rerũ figuras cõponũt duntaxat. Tu uerò non ita, sed amplius quiddam potes. Nam ligneũ uas acceptũ, poteris aliquã do reddere aureũ, cui rei testis est Paulus, in hunc loquens modum: In magna autem domo non solũ sunt uasa aurea & argenta, sed & lignea fictiliaq;. Siquis igitur expurgauerit seipsum ab his omnibus, erit uas in honorẽ sanctificatũ, & utile domino ad omne opus bonũ pparatũ. Itaq; ne negligamus nobis parare libros, ne circa uitalia uulnus accipiam⁹. Nec aurũ defodiamus, sed nobis ipsis recõdamus thesaurũ librorũ spiritalium. Aurũ quidẽ quũ maximè crescit, tum maximè insidiatur possidẽtib⁹: libri uerò repositi multã adferunt habẽtibus utilitatẽ. Quẽadmodũ.n.arma regalia reposita etiãsi nemo fuerit q possideat, tamẽ ijs q habitant

Simile. *Diligentia i scrutãdis scripturis.* *Simile.* *Doctrina sacra paulatim instillanda.* *Oẽs hortatur ad lectionẽ sacrorum uoluminum.* *Biblion* *Eccl.9.d* *Magis tẽtatur qui uersantur in ciuitatibus* *Scripturarum lectio aduersus cõ cupiscentias carnis.* *Dissimile* *Simile.*

A habitant in ædibus ubi reposita sunt, multã præbẽt custodiam ac tutamen, dum neq; latrones, neq; parietũ perfossores, neq; alius quispiã sceleratorum audet eã aggredi domũ: Sic ubicunq; fuerint libri spiritales, illinc oĩs expellitur uis diabolica, multaq; inhabitantibus accedit cõsolatio. Quandoquidẽ ipse ẽt per se librorũ aspectus segniores nos reddit ad peccãdum. Siue.n.quippiã ausi fuerimus eorum q; prohibita sunt, nosq; ipsos reddiderimus pollutos, reuersi domũ, conspectisq; libris acrius nos condẽnat conscientia, reddimurq; cõtantiores ad eadẽ repetenda. Rursum siue in sanctimonia perstiterimus, ex libris reddimur tutiores firmioresq;. Nã simulatq; tetigit aliquis euangeliũ, mox cõposuit suã ipsius mentẽ, & à rebus mũdanis abduxit, idq; ex ipso solo aspectu. Quòd si accesserit diligẽs lectio, nõ aliter q̃in sacris adytis rebus diuinis uacãs anima, sic repurgatur, melioreq; redditur, deo cũ ipsa per illas scripturas colloquente. Quid igitur, inquiũt, si nõ intelligamus ea q; continentur libris? Maximè qdẽ etiãsi nõ intelligas illic recõdita, tamen ex ipsa lectione multa nascitur B sanctimonia. Quanquã fieri non põt ut oĩa ex equo ignores, propterea siquidẽ spiritus gratia dispẽsauit illa, tẽperauitq;, quò publicani, piscatores, tabernaculorũ opifices, pastores, & apostoli, idiotæ, illiterati, per hos libros salui fierent, nequis idiotarũ ad hãc difficultatis cõfugere possit excusationẽ, ut oĩbus facilia cõspectu essent ea q; dicuntur, ut & opifex, & famulus, & uidua mulier, & oĩum hominũ indoctissimus ex audita lectione aliqd lucri utilitatisq; reportaret. Non.n.ad inanẽ gloriã quemadmodũ Ethnici, sed ad audientium salutẽ hęc oĩa composuerunt, quos ab initio deus dignatus est gratia spiritus. Siquidẽ hi qui sunt à Christo alieni philosophi, dicẽdi artifices, rhetores, ac librorũ conscriptores, nõ quod in cõe conducit quærẽtes, sed illud spectãtes ut ipsi sint in admiratione, etiamsi quid utile dixerint, hoc quoq; quemadmodũ in caligine quadã sapientię cõ fueta illis, occultauit obscuritas. Apostoli uerò ac prophetæ oĩa contrà fecerũt, manifesta claraq; quæ prodiderũt exposuerunt oĩbus, ueluti cões orbis doctores, ut per se quisq; discere possit ea q; dicuntur è sola lectione, & hoc antè pronunciãs propheta dicebat: Erunt oẽs docti à deo, & nõ dicet quisq; proximo suo, nosce deum, quoniã oẽs noscent me à mimo ipsorũ usq; ad maximũ eorũ. Et Paulus inquit: Et ego fratres ueni ad uos, nõ per excellẽtiam sermonis aut sapientiæ nuncians uobis mysterium dei. Et iterum, Sermo meus & prædicatio non in persuasorijs humanæ sapientiæ uerbis, sed in ostensione spiritus ac uirtute. Et rursum, Loquimur.n.sapientiã, inquit, nõ seculi huius, neq; principũ huius seculi qui corrũ puntur. Cui.n.non sunt manifesta quæcũq; in euangelio scripta sunt? Quis aũt audiens beatos esse mites, beatos misericordes, beatos mundicordes, cæteraq; hmõi desiderabit præceptorẽ, ut aliquid eorum discat q; dicuntur? Quinetiã signa, miracula, historię, nõne cuiuis nota manifestaq; sunt? Prętextus iste est & causatio, pigritiæq; uelamentũ. Non intelligis quę insunt: quo possis aliquando intelligere, q; ne leuiter quidẽ inspicere uelis? Sume librũ i manus, lege historiam oẽm, & q; nota sunt memoria tenens, ea q; obscura sunt, parumq; manifesta, frequenter percurre. Quòd si nõ poteris assiduitate lectionis inuenire qđ dicitur, accede ad sapientiorẽ, uade ad doctorẽ, cõmunica cũ his ea q; scripta sunt, declara uehemẽs stu D diũ. Et si uiderit te deus tantã animi promptitudinẽ adhibere, nõ despiciet tuã uigilantiã ac solicitudinẽ. Verũetiam si nullus homo te docuerit qđ queris, ipse sine dubio referabit. Memẽto Eunuchi reginę Aethiopũ, qui cũ esset homo barbarus, innumerisq; di stentus solicitudinibus, & undiquaq; circũseptus negotijs, nec intelligeret q; legebat, legebat tamẽ in curru sedẽs: quòd si i uia tantã præstitit diligẽtiã, cogita qualis fuerit domi uersans. Si tpe profectionis nõ sustinuit absq; lectione manere, multò minus domi sedens. Si nihil itelligẽs legebat, nec destitit à lectione, multò minus postq; didicerat. Nã ut scias, quòd non intellexerit q; legebat, audi qd dicit Philippus, Num intelligis q; legis? Atq; ille his auditis nõ pudefactus est, nec erubuit, sed inscitiã suã cessus est, aitq;: Quĩnam possim, nisi qs mihi uiæ dux fuerit? Cũ nondũ haberet qui uiã cõmõstraret, tamẽ legebat, eoq; citò cõsecutus est ductorẽ. Nouit propensum illius animũ deus, studiũq; amplexus est, misit illi doctorem illico. Verũ nõ adest Philippus, sed spiritus qui mouerat Philippũ adest: Ne neglexerimus nostrã saluté di E lecti, hæc oĩa scripta sunt pp nos ad correctionẽ nostri, in quos fines seculorũ inciderunt. Magna aduersus peccatũ munitio est, scripturarũ lectio: magnum præcipitiũ, profundũ barathrũ scripturarũ ignoratio, magna salutis perditio, nihil scire ex diuinis legibus: ea res & hæreses peperit, ea uitã corruptã inuexit, hoc sursum deorsum miscuit oĩa. Nã fieri nõ potest, nõ põt inq; fieri, ut qs sine fructu discedat, q; assi dua attentaq; scripturarũ lectione fruatur. Ecce una parabola, q; multiplicẽ nobis attulit utilitatem? quo animã nostrã meliorẽ reddidit? Nã cõplures sat scio sunt, q; ex his sermonibus copiosam utilitatẽ ferẽtes abierũt. Quòd si q; sunt, q; nõ perinde magnũ fructũ reportarũt, attamẽ eo die quo nobis audiẽdis uacarunt, oĩno meliores fuerunt. Nõ aũt exiguum est uel istud, unũ diem in peccatorũ contritione trãsigere, & ad cœlestẽ philosophiã respicere, animæq; permittere ut uel paulisper à mũdanis respiret curis. Etenim si singulis diebus tales fuerimus, nec defecerimus, assiduitas audiẽdi magnũ quoddã præclarũq; bonũ nobis pariet. Agite igitur, & ea q; sequũtur uobis per F soluam⁹. Quę sunt aũt q; sequũtur? Cũ dixisset diues, mitte Lazarũ ut instillet summo digito, ac refrigeret linguã meã. Auscultemus quid dicat Abraham, Fili memẽto qđ recepisti tu bona in uita tua, & Lazarus similiter mala, & nũc iste solatiũ accipit, tu uerò cruciaris. Super oĩa aũt hęc, hiatus magnus cõfirmatus est inter nos & uos, ut q; uolũt istinc trãsire ad nos, nõ possint, neq; qui hinc istuc trãsire. Grauia sunt q; dicuntur, plurimumq; nobis offundũt dolorẽ. Hoc & ipse noui: sed quemadmodũ mordẽt conscientiã, ita non parũ adferunt utilitatis animis eorũ q; mordentur. Etenim si hęc nobis illic dicerẽtur quemadmodũ dicta sunt diuiti, re uera plorãdum esset, dolẽdum, ac lugendum, quòd nos pniæ tẽpus defecisset. Cæterũ quoniã hic agẽtes hæc audimus, ubi & resipiscere licet, & cõmissa diluere, deniq; multã cõscientię parare fiduciã, atq; ex alienis malis cõcepto timore mutari, agamus gratias bonitati diuinę, q; per alio rũ supplicia nostrã expergefacit segnitiẽ, nobisq; dormitantibus somnum excutit. Siquidem ob hoc hæc antè dicta sunt, ne talia patiamur. Etenim si uoluisset punire deus, non ista prædixisset; uerũ quoniam

Sacrorũ librorum laus. *Libri sacri diluoidi.* *Hie.31.f & Ioan. 6.e* *1.Cor.2.a* *Ibidem,b* *Ibidem.* *Mat.5.a* *Euangelium ab omnibus potest intelligi.* *Lectio iterata aperit obscura.* *Eunuchus lector. Act.8.d* *Nunc excludit hæreses.* *Mordacitas saluti fera.*

K noluit nos adigere ad suppliciũ, ideo prædicit suppli
cium, ut prædictione castigati, uitemus rerũ experi
menta. At cui⁹ tandẽ gratia dixit, recepisti bona tua,
potius q̃, cepisti? Meministis. n. sat scio, quòd dicebã
hinc nobis mare cõsiderationũ immensum aperiri.
Malis quoq; da tur probe nefactis merces aliqua. Nã hæc uox, recepisti, debiti cuiusdã significationẽ
habet, eò quòd recipit aliquis, q̃ debebantur. Proin
de si diues iste scelestus ac scelerosus & inhumanus
fuit, quã ob rẽ nõ dicit illi, cepisti: sed, recepisti bona
tua, q̃si iure illi cõpetierint, quasiq; deberẽtur? Quid
igitur? Videlicet hinc discimus, quòd etiãsi q̃ sint sce
lerosi, ad extremã improbitatis lineã deuecti, tamen
frequenter unũ aliqd, duóue aut tria benefacta sunt
operati. Quòd aũt hæc nõ loquor è cõiecturis, hinc
perspicuũ eſt. Quid. n. fuit illo iniquitatis iudice scele
Luc.18.a ratius, qd inhumanius, qd magis impiũ? Is neq; deũ
metuebat, neq; hoies reuerebatur, attamẽ cũ tam i
probis esset moribus, fecit boni quiddã, miseratus ui
duã ipsi sine fine negotiũ facessentẽ, annuens postu
lanti officiũ, præstansq; qd petebatur, cohibitis qui
illã afficiebant iniuria. Ita frequẽter accidit ut aliquis
H uitæ sit intẽperãtis, & tamẽ idẽ sit misericors: aut ut
quis sit inhumanus, pudicus tamen. Quòd si intẽpe
rans fuerit & idẽ crudelis, tamẽ unum aliquod aliud
bonũ opus fecit in uita. Rursus hoc idẽ arbitrãdum
est de bonis. Quẽadmodũ. n. qui pessimi sunt, faciũt
frequẽter boni quiddã: sic & boni uirtuteq; prædi ti,
Boni non curẽt pec catis. sæpenumero peccãt. Quis. n. inquit, gloriabitur se ca
stum habere cor? Aut q̃s cõfidet se purũ esse à pecca
to? Quoniã igitur uerisimile est diuitẽ illũ, licèt ad ex
Pro.20.b tremũ malitiæ proiectũ, aliqd feciſſe boni: cõtrà, La
zarũ tametsi summã uirtutẽ pꝛætitisset, aliquid tamẽ
leue deliquisse: uide quo declarauit utrunq; Patriar
cha, dicens, Recepisti bona tua, & Lazarus mala. Et
tu, inquit, ẽt siquid boni feciſti, siqua merces tibi de
bebatur, hęc oia in illo mũdo recepisti delicijs fruẽs,
diuitijs affluens, rebus prosperis utens, multoq; rerũ
succesſu gaudẽs. Et hic siquid mali fecit, oia recepit,
cũ fame, inopia, extremis malis affligeretur. Itaq; ue
strũ uterq; nudus huc peruenit, ille peccatis, tu iusti
tia: quãobrẽ & hic merũ habet solatiũ, tu inconsola
bilẽ sustines cruciatũ. Etenim cũ exigua sint leuiaq;
I benefacta nobis, ingens aũt & immensum peccatorũ
onus: deinde hic prosperitate fruimur, neq; quicquã
patimur acerbi, prorsus nudi destitutiq; benefactoꝛũ
prẽmijs hinc discedim⁹, ut q̃ hic receperimus oia.
Rursus, cũ multa magnaq; fuerũt nobis benefacta,
sed exigua paucaq; delicta, & post hæc patimur ali
quid acerbi: hic depositis leuioribus illis delictis pu
rã illic & perfectã bonorũ operũ remunerationẽ ac
cipimus. Vbi quẽ igitur uideris, improbã agentẽ ui
tam, nec quicquã hic acerbi patientẽ: ne putaris illũ
beatũ, sed deſte potius ac deplora, uelut illic oia tri
stia perpessurũ, quemadmodũ diues ille fecit. Rur
sus ubi quẽ uideris uirtutis studiosum, & eundẽ in
numeris affligi molestijs, beatũ existima, felicẽ iudi
ca: ut qui & hic oia sua peccata diluerit, & illic multã
habeat paratã mercedẽ, quemadmodũ huic euenit
Lazaro. Nã ex hominib⁹, alij qdẽ hic dũtaxat puniun
tur, alij rursus nihil hic tale patiuntur, sed oẽm uindi
ctã illic recipiunt: Alij uerò tum hic tum illic puniun
tur. Horũ igitur, quos tandẽ iudicatis beatos? Nõ du
bito, quin primos illos, q̃ hic puniuntur, atq; ita pec
cata deponũt. Verũ post illos quos proximo felicita
tis loco ponitis? Vos fortasis eos, q̃ nihil hic triste pa
tiuntur, sed illic oẽm luunt pœnã. At ego non istos, K
sed hos potius, qui hic simul & illic puniũtur. Nã hic
qui pœnas dederit, sentiet illic pœnã leuiorẽ. Cæterũ
qui cogetur illic totã pœnã sustinere, ineuitabilẽ uin
dictam patietur, uelut ille diues. Quoniã. n. hic nullã
peccatorũ partẽ abluit, adeò seuerè punitus est, ut
ne minimã qdem guttã ipetrauerit. Verũ hic quoq;
qui hic cũ peccant, nihil tamẽ graue patiuntur: illos
longè infeliciores iudico, qui cũ hic puniãtur, simul
tamen delicijs ac securitate fruuntur. Quẽadmodũ
enim hic non dare pœnas pro cõmissis, illic cruciatũ
reddit atrociorẽ: ita dum peccant, securitati, delicijs,
multęq; rerũ affluentię indulgere, maioris pœnę uia
ticum ac materiã illic colligit. Nã cũ peccantes nos *Impietas felix pe riculosissi ma.*
deus afficit honoribus, ea res potissimũ nos in gra
uius incendiũ inijcere poterit. Etenim siquis dei leni
tate fruatur tantũ, non ẽt ad quod oportuit utatur,
atrocius supplicium sibi parat. Vbi præter dei lenita
tem ẽt honoribus potitur maximis, nihilo secius ta
men persistit in socordia: q̃s illũ eripiet ab illo suppli
cio? Etenim ut itelligas, quòd q̃ dei lenitatẽ experiun
tur, malũ uniuersum illic sibi coaceruant, ni resipue- L
rint, audi qd dicat Paulus: ¶ Existimas aũt ò homo, q̃ *Rom. 2.a*
cõdemnas eos qui talia faciunt, & facis eadẽ, quòd
tu effugies iudiciũ dei? An diuitias bonitatis illius ac
patientiæ, lenitatisq; contẽnis, ignorans quòd boni
tas dei ad pnĩam te inuitat? Sed iuxta duriciem tuã,
& cor impœnitens, recõdis tibiipsi irã in die irę ac re
uelationis & iusti iudicij dei. Ergo cũ uiderimus, opi
bus affluentes, delicijs fruẽtes, unguenta olẽtes, in te
mulentia perseuerantes, in magistratu & honore, in
multa põpa & claritudine, peccantes, neq; quicq̃ tri
ste patientes, hac ipsa de causa, maximè desleamus
ac deploremus illos, quòd dum peccãt nõ puniũtur.
Simile. Veluti siquẽ uideris hydropi aut uitio splenis obno
xiũ, aut tabo quopiã marcescentẽ, innumeris undiq;
plenũ ulcerib⁹, nihilo secius tamen cũ his oibus, te
mulẽtię ac delicijs indulgentẽ, reddere morbũ acrio
rem, adeò non miraris aut beatũ iudicas eũ ob deli
cias, ut ob hoc ipsum ẽt maximè miserũ existimes. Si
militer & de anima cogitato, ubi uideris hoiem per
uersẽ uiuentẽ, multaq; fruentẽ prosperitate, neq; triste
quicq̃ patientẽ, ob hoc ipsum magis deplora, quòd M
cũ morbo, grauissimoq; tabo sit obnoxius, tamen
deterior fit, morbum delicijs uitaq; dissoluta exaspe
rãs. Nõ. n. puniri malũ est, sed peccare malũ est. Nam
hoc qdẽ à deo separat, illud uerò nos ad deũ recolli
git, iraq; dissoluit. Vnde hoc liquet? Audi prophetam
dicentẽ: Cõsolamini, cõsolamini populũ meũ sacer- *Esa.40.c*
dotes, loquimini ad cor Hierusalẽ, quoniã accepit de
manu domini dupla, pro peccatis suis. Ac rursus: Do *Ibid.26.c*
mine, pacẽ da nobis: nã oia reddidisti nobis. Vt autẽ
intelligas alios hic, alios illic puniri, alios tum hic tũ
illic, audi qd dicit Paulus, reprehẽdens eos q̃ indignè
cõicabant mysteriis. Cũ. n. dixisset, Qui edit ac bibit *1.Co.11.g*
indignè domino, reus erit corporis & sanguinis do
mini, subiecit illico: Propter hoc inter uos multi infir
mi ac ualetudinarii, & dormiũt multi. Etenim si nos
ipsos diiudicaremus, nõ utiq; iudicaremur. Nũc aũt
cũ iudicamur, à domino corripimur, ne cũ mundo
condẽnemur. Vides quo hic inflicta pœna, liberat à
pœna q̃ illic est? Et de eo q̃ stuprũ cõmiserat, inquit,
Tradite eum satanæ in interitum carnis, ut spiritus *1.Cor.5.b*
saluus fiat in die domini nostri Iesu Christi. Quin &
ex ipso Lazaro hoc perspicuũ est, quòd ẽt siqd ma-

A li cõmiserat, hic abiecerit, itaq; illuc purus abierit. Idẽ
uerò & ex illo paralytico manifestũ est, qui triginta-
octo annos laborans, per morbũ diuturnũ peccata
depositi. Cæterũ ut scias illũ ob peccata sic afflictũ
Ioan.5.b fuisse, audi qd dicit Christus: Ecce sanus factus es, ne
posthac pecces, neqd cõtingat tibi deteri⁹. Ex his igi
tur clarũ est, esse quosdã qui hic puniũtur, ac peccata
deponunt. Quòd aũt aliqui tũ hic tũ illic puniũtur,
si minus pro peccatorũ magnitudine hic luerint pœ
Mar.6.b nas, audi quid de Sodomitis dicat Christus. Etenim
cũ dixisset, Quicunq; nõ receperit uos ẽt puluerẽ pe
dũ uestrorũ in eos excutite, subiunxit: Tolerabilius
erit terræ Sodomorum & Gomorrhæ q̃ ciuitati illi.
Quòd aũt dixit, tolerabili⁹: hũc habet sensũm, quòd
illi tũ quoq; forent puniendi. Nam & antè puniti fue
rant, quãdoquidẽ in hac uita dederũt pœnas. Porrò
nõnullos esse q̃ hic quidẽ nihil molesti patiuntur, sed
illic totã expectãt ultionẽ, declarauit nobis hic diues
inconsolabilẽ perferens cruciatũ, ac ne minimũ qui-
dẽ refrigerij cõsequens, eò quòd illic illi tota uindicta
fuerit reseruata. Quemadmodũ igitur in his qui pec
B cant, ij qui nihil hic acerbi patiuntur, illic maiorẽ sus-
tinent cruciatũ: sic inter eos q̃ rectè faciũt, qui mul-
ta patiuntur in hac uita molesta, illic multo potiẽtur
honore. Et quemadmodũ si ẽ duobus peccatorib⁹
unus hic puniatur, alter nõ puniatur beatior est ille
punitus eo q̃ punitus nõ est: Sic sanè inter duos iu-
stos, si alter hic plus, alter minus pertulerit afflictio-
nũ, beatior erit ille q̃ plus sustinuerit, quãdo unicuiq;
Mat.16.d reddet iuxta opera sua. Quid igitur? non est quisquã,
Aut hic, aut in futuro patiendum. inquies, qui & hic & illic requie fruatur? Istud impos-
sibile est ò homo, atq; ex eorũ numero q̃ frustra spe-
res. Fieri nõ põt, nõ põt fieri inq̃, ut qui hic i socordia
securitateq; uixerit, q̃ in delicijs oibus assiduè dies cõ
sumpserit, q̃ temerè neglectęq; transegerit ætatẽ, illic
honorẽ consequatur. Nã etsi paupertas nõ sit mole
sta, cupiditas tamẽ molesta est, atq; huic obnoxius
est nec hinc mediocris labor. Quòd si morb⁹ nõ infe
stat, sed inflãmat ira: ne is qdẽ mediocris dolor uin-
cere iracũdiã, etsi afflictiones nõ irruperint, tamẽ co
gitationes malæ indesinẽter insurgũt. Nõ est aũt uul
garis negotij refrẽnare cupiditatẽ, cohibere sitim ina
nis gloriæ, coẽrcere fastũ, à deliciis tẽperare, in aspera
C degere disciplina. Nã q̃ ista non fecerit, fieri nõ põt ut
unq̃ saluus fiat. Vt aũt intelligas uiuẽtes i deliciis, nõ
1.Ti.5.a fieri saluos, audi qd dicit Paulus: Quæ uerò in deli-
ciis uiuit, uiuẽs mortua est. Loquitur de uidua mulie
re. Quòd si de muliere hoc dictũ est, multò magis de
uiro dicẽdũ. Præterea nõ posse fieri ò homo, ut q̃ ta-
lẽ uiuit uitã adipiscatur cœlos, hoc ipsum & Christ⁹
declarauit hũc in modũ loquẽs, Angusta & aspera
est uia, q̃ deducit ad uitã, & pauci sunt q̃ inueniũt eã.
Mat.7.b Quo igitur, dixerit aliquis, dictũ est illud, Iugũ meũ
Via domini quomodo aspera & non aspera. suaue est, & onus meũ leue? Nã si angusta est uia &
aspera, quo rursum eã leuẽ faciliẽq; uocat? Illud qdem
dictũ est pp naturã afflictionũ, hoc uerò pp spõta-
neã uolũtatẽ adeuntiũ. Nã fieri põt ut qd natura est
Mat.11.d intolerabile, sit leue si cum alacritate animi suscipia-
Acto.5.g mus. Quẽadmodum & apostoli flagris cæsi reuersi
sunt gaudẽtes, quòd digni essent habiti pro noie do
mini ignominia affici. Quanq̃ natura cruciatũ afflic-
tionẽ doloremq; solet gignere, uerũ animus prõptus
eorũ q̃ flagellabãtur rerũ naturã uicit. Proinde & Pau
lus dicit, Oẽs q̃ uolũt piè uiuere in Christo Iesu, psecu-
tionẽ patiẽtur. Et si homo nõ psequatur, diabolus

tamẽ oppugnat. Vnde multa nobis opus est philo- D
2.Ti.3.c sophia, multa fortitudine, ut in precibus uigilemus,
nec unq̃ dormitemus, ne res alienas cõcupiscamus:
ut q̃ adsunt i egenos distribuamus, ut oibus deliciis σκύζειν
gemere plorareq; renũciemus, tũ iis q̃ sunt i uestib⁹, καὶ ὀι-
tum iis q̃ sunt in mẽsa, ut auaritiã fugiamus, ut ebrie μώζειν
tate, ut maledicentiã uitemus, ut linguæ tẽperemus εἰπὼ τ
neq; uociferemur. Omnis. n. amarulentia, cõmotio, μέν.
& iracundia, & uociferatio, & maledicentia tolla-
tur à uobis, ne obscœna loquamur, ne dictis urba- *Ephe.4.g*
nis delectemur. Nõ est mediocris laboris in his perfe
ctã præstare cõtinentiã. Atq; ut intelligas quanta res
sit philosophari, quãq; non habeat relaxationẽ, audi
quid dicit Paulus, Castigo corpus meũ, & in seruitu- *1.Co.9.d*
tẽ redigo: hoc dicẽs aperuit, quãta sit uiolentia quã-
tusq; labor, quẽ oportet sustinere eos, qui uolũt cor
pus reddere subiectũ ac tractabile. Quin & Christus
discipulis ait, In mundo pressurã habebitis, sed confi *Ioan.16.g*
dite, ego uici mundũ. Hæc, inquit, afflictio requiem
uobis conciliabit, certaminũ caueæ sunt hæc præ-
sens uita. In caueis aũt ac certaminibus nemo potest
frui requie. Itaq; qui coronãdus sit, quicq; uelit coro E
nari, asperã ac laboriosam uitã suscipiat, ut postq̃ hic
breuẽ laborẽ sustinueritis, illic perpetuis honoribus
fruamini. Quot singulo quoq; die accidunt mole-
stiæ? Qualis aũt est animi, nõ grauari, nõ molestè fer
re, sed gratias agere, glorificare, adorare eum qui
permittit has tentationes infligi? Quã multa inexpe
ctata, quã multæ angustię? Et tamẽ oportet premere
malas cogitationes, neq; permittere linguæ ut ali-
quid sonet absurdi, quemadmodũ beatus Iob innu
mera perpessus mala perseuerauit gratias agere deo.
Sunt aũt nonnulli, q̃ si ioco cõuicioue abs quopiam *Impatien tia blasphemiæ mater.*
tacti fuerint, aut in aduersam ualetudinẽ inciderint,
ueluti podagrã, aut capitis dolorẽ, aut aliũ huius ge-
neris morbũ, illico blasphemias effundũt, ac mole-
stiam quidẽ morbi sustinent: cæterum fructu priuan
tur. Quid facis ò homo in beneficũ, in prouisorẽ, in
tui curã agẽtẽ, in seruatorẽ cõuincia iaciẽs, nec te sen
tis in pcipitiũ abripi, teq; ipsum in extremi exitij ba-
rathrũ deiicere? Num. n. si blasphemiã proferas, leuio
rẽ reddis morbũ? Exacerbas potius illũ ac molestio
rem reddis cruciatum. Propter hoc enim diabolus F
innumeras impingit molestias, ut in illud barathrũ
te præcipitet. Et si quidẽ uiderit te blasphemias pro-
ferentẽ, protinus auget dolorẽ ac maiorem reddit,
quò stimulatus rursus indignè feras: quòd si uiderit
te fortiter perferentem, quoq; morbus fuerit acrior,
hoc magis agentẽ gratias deo: illico desistit ut qui in
cassum frustraq; pergat imminere. Et quemadmo- *Simile.*
dũ canis assistens mensæ si uiderit hominẽ uescentẽ
subinde aliquid eorũ quæ in mensa sunt ipsi proiici-
entem, manet assiduè: quòd si semel atque iterũ sic
astitit, ut discesserit nihil adeptus, protinus abstinet,
ueluti q̃ iam frustra & incassum assistat. Itidẽ & dia-
bolus iugiter nobis inhiat, si qd blasphemũ uerbum
ipsi ceu cani proiiciamus, hoc accepto rursus aggre-
ditur. Quòd si perseueraueris gratias agere, iugulaue
ris illũ fame, celeriterq; abegeris & aufugere coẽge-
ris. Verũ non potes tacere cruciatu stimulatus, nec
ego prohibeo te loq, sed uolo te pro blasphemia lo-
qui gratiarũ actionẽ, pro uerbis indignationis, uer-
ba boni omnis. Confitere domino, clama uehemẽ
ter, obsecrando: clamauehementer, glorificando:
sic tibi & morbus redditur leuior, discedente quidẽ

G diabolo pp tuam gratiarũ actionẽ, dei uerò auxilio accedente. Nã si blasphemias effuderis, pariter & dei auxiliũ submouisti, & diabolũ aduersus temetipsum reddidisti fæuiorẽ, & teipsum magis inuoluisti dolo rib⁹: Sin gratias egeris, & insidias propuleris mali dæmonis, & dei pro te soliciti medelã tibi cõciliaueris. Verũ ex consuetudine frequẽter impetu rapitur lingua, ut peruersum illud uerbũ sonet. Verũ quũ huc rapietur, priusquã uerbũ effuderit, commorde illam undiq; dentibus acriter. Præstat illã nunc fluere sanguine, q̃ tunc concupiscere guttã, nec impetrare possse refrigeriũ: præstat illã temporariũ ferre dolorem, q̃ tunc perenniter & immortalibus malis cruciari, quẽ admodũ diuitis illius lingua ardore æstuans nullum impetrauit refrigeriũ. Deus præcepit ut inimicos tuos diligas, tu uerò deũ te amantẽ auersaris. Deus iussit ut conuiciis insectantibus, begninẽ loquaris, maledicentibus benedicas: tu uerò illi benefacienti, & tui curã agenti, maledicis, quum nulla in re læsus sis. An non potuit soluere afflictionẽ? potuit, sed permisit, ut fias probatior. Verũ ecce, inquis, collabor interim ac pereo. Non pp afflictionis naturam peris, sed pp tuam socordiã. Dic mihi utra res est facilior, blasphemia an gratiarum actio? Nõne illa eos qui audiunt hostes & inimicos tibi reddit, & in desperationẽ postea coniicit: hæc uerò innumeras adfert philosophiæ coronas, incredibilemq; ab omnibus admirationẽ, deniq; ingentia à deo præmia? Cur igitur qd̃ utile est quod facilẽ, quod iucundũ omittens, id quod lædit, quod contristat, quod tabefacit illius loco sectaris? Quin & alioqui si tẽtationis ac paupertatis afflictio causa esset blasphemiarũ, oporteret oẽs qui in paupertate uiuunt blasphemos esse. Nunc autẽ inter eos q in extrema degunt paupertate, multi iugiter agunt gratias: alij contrà, qui opibus ac diuitiis affluunt, nõ cessant euomere blasphemias. Itaq; nõ ipsa rerũ natura, sed nostra uolũtas & hoc & illud efficit. Propter hoc. n. & hanc recitauimus parabolã, ut cognosceres quòd hominẽ socordẽ ne diuitiæ quidẽ iuuẽt, attentum uerò ne paupertas qdẽ lædere possit. Quid dico paupertas? Etiã si omnia conglomerentur quæ sunt inter homines mala, nunq̃ percellent animũ hominis deũ amantis sapientiæq; studiosi, neq; persuadebunt ut à uirtute discedat. Et horũ testis est Lazarus: quemadmodũ ediuerso euiratũ ac dissolutũ nõ diuitiæ, non sanitas, nõ ppetua prosperitas, nõ aliud quippiã unq̃ iuuare poterit. Ne igitur dicamus quòd paupertas, morbus & periculorũ insultus cõpellant ad blasphemiã. Non paupertas, sed animi consternatio: non morbus, sed dei cõtemptus: non periculorũ insultus, sed pietatis desertio, ut ad blasphemiã, ita ad omne malitiæ genus adducit minus attẽtos. Sed quã ob causam, inquiet aliquis, alij quidẽ hic puniũtur, alij uerò illic, ac nõ potius oẽs hic? Quã ob causam? Quoniã si hoc esset, oẽs utiq; perissent. Oẽs. n. sumus obnoxij pœnis. Rursum si nullus hic puniretur, plures redderentur socordiores, multiq; dicerẽt nõ esse prouidẽtiã. Etenim si cũ nunc uideant multos improbos puniri, multas eiusmodi blasphemias euomũtisi ne hoc quidẽ esset, quidnã dicerẽt? Ad qd̃ malitiæ genus non raperentur? Has ob res deus alios quidẽ hic punit, alios uerò non punit. Punit quidẽ aliquos, excidens illorũ uitiũ, pœnamq; illic reddens leuiorẽ, aut ẽt in totũ liberans illos, & eos qui puersẽ uiuũt castigatiores reddẽs hac punitione. Alios uerò rursum non punit, ut si resipiscentes sibiipsis caK uerint, ac dei benignitatẽ reueriti fuerint, & hic liberentur à pœna, & illic à supplicio. Sin perstiterint, nihilo meliores facti lenitate dei, qui mala nostra diu tolerat, maiorẽ sustineant cruciatũ propter insignẽ ipsorũ contemptũ. Quòd siquis dixerit eos q puniũ tur erumpere in maledicta, poterant. n. alioqui resipiscere: illud respondebimus, Si deus præsciret fore ut resipiscerent, nequaquã puniret. Etenim, siquos uidit manere incorrigibiles, omittit: multò magis quos nouerat ex ipsius lenitate laturos fructũ, passurus erat in p̃senti uita, ut cõsequerentur tẽporis spatiũ ad pniam. Nũc autẽ eos eripiẽs, & illis leuiorẽ insuturo seculo pœnã reddit, & hos castigatiores illorũ suppliciis facit. Quam ob rẽ igitur non idem hoc facit in malis omnibus? Vt hi qui manẽt, per timorem aliorũ suppliciis reddãtur castigatiores, prædicentq; dei lenitatẽ, eiusq; humanitatem reueriti, desistant à malitia. Non igitur deus iam in causa est, sed illorũ socordia, qui noluerũt tam multis remediis ad propriam abuti salutẽ: atq; uti cognoscas quòd hac de causa fecerit, miscuit olim sanguinẽ Galilæorũ Pila- L tus cũ sacrificiis, & accedentes hoc ipsum renunciauerunt Iesu, atq; ille dicit, Quid putatis quòd illi Ga- Luc.13.a lilæi soli peccatores fuerũt? Nõ, dico uobis, nisi pœnitẽtiã egeritis, & uos eadem patiemini. Rursum alij octodecim obruti sunt ruina cuiusdã turris, de his quoq; eadẽ dicit, Nam quòd ait, qd̃ putatis quòd illi peccatores erant soli? nõ erant, dico uobis, declarat quòd & uiuẽtes iisdẽ erãt obnoxij. Quòd autẽ ait, nisi pniam egeritis, & uos eadẽ patiemini: declarat quòd & illos pmisit hac de causa illa pati, ut uiuẽtes ex his q̃ cæteris accidẽret terrore cõcepto, resipiscerẽt. Quid igitur? ut ego, inquis, fiã melior, ille punitur? Non pp hoc, sed pp suũ ipsius peccatũ punitur. Cæterũ illorũ interitus attentis ex abundanti fit occasio salutis, dũ metu ex his q̃ alijs acciderũt concepto, redduntur probiores. Itidem & domini faciũt, uno sæpe fa- Simile, mulo flagellato multos metu reddunt emendatiores. Quũ igitur uideris aliquos uel in naufragiũ incidisse, uel ædiũ ruina oppressos esse, uel incendio perisse, uel à fluuiis abreptos esse, aut alio quopiã modo uiolẽto uitã finisse: deinde alios q eadẽ cũ illis & W grauiora peccarũt nihil tale passos, ne cõturberis dicens, Cur tandẽ qui eadem peccãt, non eadem passi sunt? Verũ illud reputa, quòd deus illũ quidẽ passus est è medio tolli præfocariq; mitiorẽ ei præparãs in futuro seculo cruciatũ, aut ẽt in totũ eum liberãs: Hunc uerò nihil tale passus est sustinere, ut alterius supplicio castigatior factus, modestior redderetur: quòd si perseuerauerit in iisdẽ, crudelissimã sibiipsi ex sua socordia coaceruat ultionẽ, nec de⁹ fuerit causa intolerabilis supplicij. Rursum si uideris iustũ affligi, aut oĩa q̃ dicta sunt perpetiẽtẽ, ne cõsterneris animo. Nam & illi res acerbæ, splendidiores reddunt coronas: & tota pœna, si quidẽ tota peccatoribus infligatur, detrahit aliquid uitiorũ põderi, sin tota iustis infligatur, splendidiorẽ reddit illis animũ, sic ut utrisq; maximus ex afflictione fructus eueniat, tantũ si gratè toleremus: hoc enim est qd̃ quæritur. Propter hoc cũ sint eiusmodi exẽpla innumerabilia, sacrarũ scripturarũ historia his repleta est, iustos ac iniustos malis afflictos, nobis exhibẽs, ut siue iustus sis siue peccator, quoniã habes exẽpla, feras fortiter. Nõ sõlũ autẽ ostẽdit tibi improbos malis afflictos, uerũ ẽt

Lingua cohibẽda. *Lucæ.6.d.* *Ibidem.* *Φιλοθέου.* *Cur non oẽs hic punit deus.*

A feliciter agẽtes, ne illorũ felicitate cõturberis, nimirũ doctus ex his q̃ diuiti acciderũt, cuiusmodi illos post hanc uitam maneat incẽdiũ, nisi uitam eam relinquerint. Nõ possumus, inqt, & hic & illic requie frui? Non possumus inquam. Eoq; iusti uixerunt hic uitam laboribus obnoxiam. Quid igitur, inquis, Abrahã? Et quis tã multa dura ppessus est? Nõne à paterno exulauit solo? Nõnne à suis omnibus diuulsus est? Nõne in peregrina regione famem sustinuit? Nõne uelut erro quispiam, subinde uertit solũ, à Babylone in Mesopotamiam, inde in Palæstinam, rursus illinc in Aegyptũ? Quis referre possit bella q̃ pro uxore, quæ cum Barbaris gesserit? Quis strages, qs cognatæ familiæ captiuitatẽ? Huius generis alia sunt innumerabilia. Cæterùm quũ filium suũ abduceret, nõne quod est omnium maximè intolerabile perpessus est? Eum suis ipsius manibus mactare iussus, quẽ adamabat, eum quem habebat charissimũ? Quin & ipse immolatus Isaac, nõne omni ex parte semper à finitimis uexabatur, adeò ut & uxore spoliatus fuerit quemadmodũ pater? Et tu tanto iã tẽpore manes ineruditus? Quid porrò Iacob i patriis ẽdib⁹ educatus, nõne grauiora quàm auus ppessus est? Ac ne singulis recẽsendis prolixiorẽ reddamus orationem, audi quid tota uita sua dicat, Pauci & mali dies mei, nec pertigerunt ad dies patrum meorũ, Et tamen quum filium conspexisset in throno sedentẽ, tantaq; potitum gloria, haud quaquã oblitus est præteritarum calamitatũ. Tamen ille in tãtũ erat malis conditus ac maceratus, ut ne in tanta quidẽ prosperitate potuerit anteactorum malorum obliuisci. Quid autẽ Dauid? Quàm multas sustinuit tragœdias? An nõ eadẽ dicit quę Iacob, hunc in modum loquens? Dies annorũ nostrorũ in ipsis septuaginta anni. Si autẽ in potentatibus, octoginta anni. Et qd̃ amplius illorũ, labor ac dolor. Quid uerò Hieremias, Nõne diem suum execratur, ob malis succedẽtia mala? Quid autẽ Moses? Nõnne loquitur, Occide me, si sic mecũ acturus es? Cæterùm Helias, cuius animi sublimitas ad cœlũ usq; pertingebat, q̃ cœlũ aperuit, an nõ post multa edita prodigia iugiter lamẽtatur ita loquens deo, Tolle animã meam à me. Nõ sum melior patribus meis. Sed quorsum attinet ista singulatim p̃sequi? Paulus omnes simul complexus sic dicit: Circũierunt in pellibus ouium, in pellibus caprarum, egentes, afflicti, calamitosi, q̃bus nõ erat dignus mũdus. Prorsus ita necesse est eũ qui gratias actur⁹ sit deo, q probat⁹ ac purus eẽ uelit, haud quaquam sectari uitam mollẽ, remissam ac dissolutã, sed laboriosam multisq; laborib. sudoribusq; plenam. Nullus, inqt, coronatur, nisi q legitimè certauerit. Quisqs autẽ certat, in oĩb⁹ cõtinẽs est, & in uerbis, & in aspectu, & in uoce, & à cõuiciis temperans, & à blasphemia, & à turpiloquio, & ne tentatio foris infestet, ipse seipsum quotidie ieiunijs exercet, asperaq; uita, uili cibo, ubiq; uitans sumptus magnificos. Aliter nõ potest quis placere deo. Neq;. n. mihi frigidum illud dictum obiecerit quispiam, quòd hic aut ille simul habeat & huius uitæ & illius cõmoda. Hoc in diuitibus ac delicijs fruentib. simulq; peccantibus accidere nequaq̃ potest, uerũ si istud dicẽdũ est, de his q hic affligũtur, dici pòt, q uiuũt in angorib. uidelicet quòd & hic habent q̃ sunt huius uitæ, & illic q̃ sunt illi⁹. Illic habẽt p̃mij fructũ, hic habẽt quòd illorũ spe aluntur, nec sentiunt mala p̃sentia, ob futurorũ bonorum expectationẽ. Sed audiamus & reliqua q̃ se-

Abrahã quanta passus. *Ge.12.& seq.* *Isaac multa passus.* *Iacob multa passus.* *Gen.47.c* *τετυφλωμένος.* *Dauid multa passus.* *Psal.89.c* *Hieremi. Hier.20.d.* *Moses. Exo.32.g* *Helias. 3.Reg.18.* *Ibid.19.a* *Heb.11.g.* *2.Tim.2.c.*

D quuntur. Super hæc oĩa uerò, hiatus ingens cõfirmatus est iter uos & nos. Hinc clarũ est, quòd frater nõ redimit, redimet hoc? Nõ dabit deo, quo ipsi propicietur, etiãsi pater fuerit, etiãsi filius fuerit. Abrahã ap pellauit diuitem filium, nec tamẽ illi præstare potuit quæ sunt patris. Diues patrem appellauit Abrahã, & cõsentaneum erat illũ impetraturum beneuolentiã quã patres gerũt in filios. Nõ impetrauit, uti cognoscas quòd neq; cognatio, neq; amicitia, neq; affect⁹, neq; alia res ulla ex oĩbus quæ sunt, iuuare potest eũ q à sua ipsius uita prodit⁹ est. Hæc autẽ eò dico, quòd complures, nobis frequẽter admonẽtibus, ut sibi caueant, uigilentq;: negligunt, & admonitionẽ uertunt in risum. Tu mihi, iquiunt, adesto in illo die, & bono sum animo, neq; qcquã metuo. Rursum alius: Patrẽ, inquit, habeo martyrẽ. Et alius: Auum, inqt, habeo episcopũ. Alij suę familię uiros obiiciũt. Frigida sunt ista uerba, nihil nobis aliorum uirtus prodesse ualet. Meméto uirginum illarum, quę quinque uirginibus Mat.25.a nõ communicarunt oleũ, sed ingressæ sunt in sponsi thalamum illis exclusis. Ingẽs bonum, in tuis ipsius benefactis collocare spẽ. Illic enim nullus unq̃ amicus erit auxilio. Nã si hic dixit domin⁹ Hieremię: Ne E roges pro populo hoc, hic iquã, ubi in potestate nostra est uertere uitã, quantò magis idem dicetur illic? Hie.7.d. Quid ais? Patrẽ habes martyrem? Istud ipsum potius faciet ad grauiorẽ tui cõdemnationẽ, qui quum habeas ad uirtutẽ exẽpla domestica, tamen teipsum indignum maiorũ tuorũ uirtute præstiteris. Verùm habes amicũ egregium admirãdumq;. At ne iste qui dem tũc tibi est adfutur⁹. Qũo igitur dicit: Facite uo Luc.16.c. bis amicos ex mãmona iniquitatis, ut recipiant uos in ẽternа habitacula sua? Nõ hic est amicitia opitulatrix, sed eleemosyna. Etenim si sola auxiliaretur amicitia, dicendum erat, facite uobis amicos. Nunc autẽ ostẽdes quòd nõ sola subuenit amicitia, addidit, ex mãmona iniqtatis. Ac fortasse dixerit aliqs: Possum & absq; mammona cõciliare amicũ, eumq; meliorẽ q̃ ex mammona, Verùm uti scires quòd eleemosyna est, quę patrocinatur, opusq; tuum ac beneficiũ tuũ nõ simpliciter in bonorum amicitiis, sed in amicitiis F per mammonam partis, iussit te cõfidere. Hęc igitur oĩa quũ sciamus charissimi, omni solicitudine prospiciamus nobis ipsis, & siue corripimur gratias agamus, siue prosperitate fruimur, muniam⁹ nos ipsos, aliorũq; suppliciis facti castigatiores p pniam & cõpunctionẽ, cõtinuámque confessionem & Eucharistiã, etsi quid deliquimus in hac uita depositо, summòque studio maculis omnibus animarũ nostrarũ absterſis, obsecremus deum, ut omnibus hinc emigrantibus ita concedat illuc peruenire, ut nõ ueniãt in sortem diuitis, sed cũ Lazaro potiantur sinu Abrahæ, inq; bonis immortalibus delicientur. Quæ nobis omnibus assequi contingat, gratia ac benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem & quicũ patri & spiritui sancto, gloria, honor, imperium, adoratio in secula seculorum, Amen.

Confessio et Eucharistia.

Eiusdem de Lazaro concio quarta, quodq; conscientia solet nos commonefacere ueterum delictorum. Item de Ioseph, Eodem Eras. interprete.

Vod supest de Lazari parabola, necessũ est q ut p̃soluamus hodie. Nã uos fortasse creditis totum nobis absolutum esse. Atqui ego non abutar uestra ignorantia, neq; prius desistam q̃ totum quod mihi uidere datũ est tractaro, sitaq; di-

Gscessero: quandoquidē & agricola posteaquā totius uineæ uindemiam peregerit, non prius desistit, quā singulos etiā minutos acinos decerpserit. Quum igitur nunc quoq; uideam, sub literis, ueluti sub foliis latere sensus occultos, agē & hos rursus diligenter amputemus, pro salce sermone utētes. Siqdē uinea post fruct⁹ semel à uindemiatore defectos, stat nuda fructu, nihil habens præter folia: uerū spiritualis diuinarum scripturarū uinea non item, sed quāuis quicqd uidebatur sustulerimus, tamē adhuc amplius supest tollendum. Itaq; complures ante nos disseruerūt in hāc parabolam, complures fortasis & post nos disserturi sūt, nemo tamē poterit totas opes eruere. Nā ea est huius opulētiæ natura, quò foderis altius, hoc magis exundant diuini sensus. Fons.n.est nunq; deficiens. Oportebat quidē superiore cōuentu debitum hoc dissoluisse. Verū non existimauimus esse tutum beati Babylæ & Xynoridis, sanctorū martyrū, q Lazarū sequuti sunt, benefacta præterire. Eoque distulimus fundamentū, reseruantes in præsentē diem totam structuram. Agē igitur, quoniam & patrib. suas laudes persoluimus, nō ut illi promerebātur, sed pro uiribus nostris, persoluamus & uobis, huius expositionis reliquias. Verūm ne uos delassemini priusquā ad finē peruenerimus, illinc repetemus sermonē, ubi illū heri finiuimus. Vbi uerò illum heri finiuimus? In hiatu dirimente iustos à peccatorib. Quum.n.dixisset dives, mitte Lazarum, qd illi respondit Abraham? Hiatus ingens fixus est inter nos & uos, ut qui uelint isthinc transire ad nos non possint, neq; hinc isthuc trāseūt. Multis uerbis demōstrauimus, quòd posteaquā deus multam humanitatem erga nos exhibuit, oporteat in proprijs benefactis spem salutis collocare, nō patres auos ac proauos recensere, neq; cognatos, domesticos ac uicinos. Frater non redimit, redimet homo? sed qcqd deprecati fuerint supplicarintq; qui hinc cū peccatis migrarint, incassum iā frustraq; loquētur. Etenim uirgines illæ quinq; implorabant ab æqualibus oleum, nec impetrarūt. Et is qui talentum in terra defoderat, quū multam excusationē attulisset, tandē cōdemnatus est. Item qui ipsum esuriētem non pauerant, nec sitienti potum dederāt: quū & ipsi crederent sese ad ignorantiæ patrociniū posse confugere, nec ueniam nec excusationē repererunt. Cæteri uerò, nec qd hiscerent habebāt, uelut ille sordidis idutus uestibus. Nā accusatus obticuit. Nō aūt hic modò, uerūm & alius ille, q quòd aduersus proximum præteritarum offensarum meminisset, centumq; denarios ab eo postulasset, pōst sup his ipsis à domino reprehēsus, ob crudelitatē & inhumanitatē, nihil habuit qd responderet. Vnde perspicuum est, quòd neq; nos quicq illic subleuabit, si nō habuerimus bona opa: uerū siue supplices fuerimus, obsecremusq;, siue tacuerimus, æquè sup nos ueniet supplicū ac uindicta. Auscultа igitur quō hic quum duo postularet ab Abrahā, utroq; frustratus sit. Primū.n. pro seipso deprecatus est, Mitte, inquiens, Lazarum: mox non iam pro seipso, sed pro fratribus: uerū nihil postulatorum obtinuit. Siquidem altera postulatio nempe prior talis erat, ut quod petebatur fieri non posset. Altera uerò uidelicet pro fratrib. erat superuacua. Quin potius, si uidetur, ipsa uerba multo cū studio audiamus. Etenim si quum magistratus in medio foro reū adducit, carnifices adhibet, ac tormentis examinat accusatum, oēs magno studio concurrunt, cupiētes audire qd interroget iudex, quid reus respōdeat: multò magis hic diligēter auscultādū est, quid reus, nimirum hic dives, postulet, quid contrà iustus iudex respondeat per Abrahā. Non.n.patriarcha erat qui iudicabat, quāquam is pronūciabat. Verū quēadmodū in mūdanis istis iudicijs quoties fuerint aliqui rei, puta latrones, aut homicidæ; his leges procul à cōspectu iudicis occurrētes, nō permittunt ut audiāt uocē iudicātis, q præter alia hoc quoq; honore iudicat illos indignos, sed medius quispiam interpres, & iudicis interrogationes, & rei respōsiones perfert: hoc sanē pacto & tunc factum est. Non deū pronunciantē, nō deum ipsi loquentē audiuit reus, sed medius erat Abraham, q iudicis uocē ei qui iudicabatur retulit. Non.n.ex sese dicebat quæ dicebat, sed diuinas diuiti leges recitabat, quæq; cœlitus fere bātur, sentētias proferebat: eoq; nec habebat hic qd cōtradiceret. Auscultemus itaq; diligēter his q̄ dicuntur. Nam in hac parabola data opa imoror, nec desisto tametsi quartū iam diē in hac uersor, ppea quòd ex hac enarratione plurimum fructus nasci uideo tū diuitibus, tum pauperib. tum his qui pp improborū felicitatem, tum illis qui pp iustorum inopiam & afflictionē conturbantur. Neq;.n.ulla res perindē solet hominum uulgus offendere ac perturbare, ut quòd diuites prauè uiuentes multa fruuntur prosperitate: contrà, iusti cum uirtute uitam agentes, ad extremā rediguntur inopiam, aliaq; perpetiuntur innumera paupertate ipsa grauiora. Verùm hæc parabola sufficit ad præstanda remedia: diuites quidem redigens ad sobrietatem, pauperes uerò in præsentibus malis consolans: & illos quidem admonens, ne efferantur tollantq; cristas, quoties peruersè uiuētes hic pœnas nō dant, quippe quum illos maneat illic grauior cruciatus: hos uerò cōsolans, ne alio rū felicitate perturbētur, neq; putent res humanas absq; dei prouidentia ferri, quum hic iustus malis affligitur, improbus contrà ac sceleratus homo ppetua fruitur prosperitate. Ambo siquidē pro dignitate recipiēt illic, hic qdē coronas patientiæ tolerantiæq;, ille uerò supplicia pœnasq; improbitatis. Hanc parabolā inscribite diuites pariter ac pauperes, diuites quidē in parietib. animi uestri: & siquādo deleta fuerit, oborta obliuione, illinite denuò, ab initio reminiscētes. Magis aūt pauperes corā oculis uestræ mentis hanc describite, semperq; circūferte, & erit uobis documētum, materiaq; totius philosophiæ. Nam si hanc iugiter inscriptā aio teneamus, neq; huius uitæ læta poterūt nos inflare, neq; tristia deiicere prosterereq;, sed non aliter q̄ afficimur picturis in pariete additis, erga hæc utraq; afficiemur. Quemadmodum.n.conspicientes in pariete pictum diuitem ac pauperem, nec illi inuidemus, nec pauperem despicimus, eò quòd q̄ uidemus, umbra rerum est, non ueritas: sic & diuitiarum & paupertatis, gloriæ & ignominiæ, aliarumq; rerum omniū siue tristium, siue lætarum, naturā si pernouerimus, liberabimur à turbatione, quæ ex harum unaquaq; in nobis gigni solet. Hæc.n.omnia quauis umbra fallaciora sunt, nec quicquma habent sublime, neq; præclarū, nec splendida glorioſaq; attollere, nec humilia contemptaq; contrahere poterūt. Verùm iam tps nobis est, ut diuitis uerba audiamus: Oro te, inquit, pater, hoc est obsecro rogoq;, ut mittas Lazarū in domum patris mei. Sunt.n.mihi quinq; fratres, ut testificetur illis, ne ueniant in hunc locum tormen-

Similes. *Babylas. Ante hāc orationē habita ui de- tur laudatio prolixa Babylæ.* *Psa.4.* *Mat.25.a* *Ibid.b.c.* *Mat.22.b* *Ibi.18.d.* *Diuitis petitio qualis.* *Simile.*

A torum. Postquā pro se nō impetrauerat, pro alijs facit supplicationē. Vide q̄ humanū, q̄ mansuetum pœna reddiderit eum. Qui Lazarū præsentem despiciebat, aliorum absentiū nunc curā habet: qui ante oculos iacentem pteribat, meminit eorum quos non uidebat, multòque studio postulat ut aliquo modo illis prospiciatur aduersus imminētia mala: obsecrātque ut Lazarus in domū patris mittatur, ubi ipsi fuerat cauea stadiūq; uirtutis apertū. Illi uideant illū coronari, qui uiderunt certantē, qui testes fuerunt illi paupertatis ac famis, aliorumq; malorū innumerabiliū, fiant testes honoris & ignominiæ in omnē gloriam cōmutatæ: ut utrinq; castigati doctique, quòd res nostræ nequaquā præsentis uitæ termino finiuntur, tandē præparent sese, ut hanc pœnā cruciatumq; possint effugere. Quid igitur Abrahā? Habent, inqt, Moysen, habent prophetas. Non æquè tu curas fratres tuos atq; deus qui illos cōdidit, innumeros illis adhibuit magistros, admonitores, consultores, adhortatores. Quid igitur ille respōdit? Nō, inqt, sed siqs ex mortuis redeat, illi credēt. Hæc sanē sunt uulgi uerba. Vbi nūc sunt q dicūt, quis illinc redijt? Quis ex
B mortuis surrexit? Quis narrauit q̄ sunt apud inferos? Quā multa talia tantaq; dicebat apud seipsum dives ille, quū uersaretur in delicijs, neq;.n.temerè postulabat, ut aliquis surgeret ex mortuis. Verùm quoniā ipse audiens scripturas contempserat, deriserat, fabulas esse q̄ dicebantur crediderat: erga hæc sicut ipse fuerat affectus, ita habebat opinionē & de fratribus suis. Illi, inqt, sic opinātur, quòd siqs ex mortuis redierit, non diffident illi, neq; deridebunt, sed potius auscultabūt iis q̄ dicētur. Quid igitur Abrahā? Si Mosen & Prophetas non audierūt, nec siquis ex mortuis surrexerit, credent. Idq; uerū esse, quòd qui nō audit scripturas, neque ex mortuis excitatos auditurus sit, declararunt Iudæi: qui quoniā Mosen ac prophetas nō audierant, neq; quū mortuos uidissent excitatos, crediderunt. Verū nunc quidē Lazarū occidere conabātur, nunc rursus in Apostolos impetū faciebant, quāuis multi iam ex mortuis surrexerant, quo tempore, crux prædicabatur. Vt uerò & aliunde cognoscas
C quòd grauior sit scripturarū ac prophetarū doctrina, q̄ siquid à mortuis resuscitati renunciēt: illud cōsidera, quòd quisquis mortuus est, seruus est: quę uerò scripturæ loquūtur loquutus est dominus. Proinde ētsi mortuus reuiuiscat, ētsi angelus è cœlo descēdat, maximè oium credendū est scripturis. Nam angelorum herus mortuorū pariter ac uiuentiū dominus, ipse eas condidit. Ad hæc quòd superuacanea quærunt qui desiderant ut mortui illinc redeāt, pter hæc quæ dicta sunt, ēt ab huius mundi curijs demōstrare licet. Gehenna non uidetur incredulis. Nā credentibus est perspicua manifestáque. Curiæ uidentur, quotidieq; audimus quòd ille supplicio affectus est, illius proscripta bona, alius opatur in fodinis, ali⁹ exustus est igni, alius alio pœnæ uindictæq; genere perijt: & tamē hęc quū audiūt mali ac facinorosi maleficiq;, nō emdēatur. Multi frequēter in his deprehē si posteaquā effugerunt pœnam, perfossoq; carcere elapsi sunt, rursus eadē aggrediuntur, multò his sceleratiora perpetrant. Ne igitur q̄ramus hæc audire à mortuis, q̄ multò clarius quotidie nos docent sacræ literæ. Nā si nouisset hoc de⁹, quòd mortui excitati uiuētibus essent profuturi, nequaquā omisisset, neq; tantum lucrū prēteriisset, qui cuncta nobis utilia pro

ἐν κολπῳ τοῦ πατρὸς: *aliàs, quo tempore dominus crucifixus est. Scripturæ prima fides.* *Simile mirum.* *Simile.*

curat. Ad hæc si assiduè erant excitandi mortui, nobisq; q̄ illic gerūtur renunciaturi, & hoc ipsum progressu tēporis fuisset contēptū: pterea peruersa etiā dogmata diabol⁹ inuexisset, idq; admodū facilè. Potuisset.n.frequenter ostendere simulacra, aut subornare qui simularent mortē ac sepulturā, mox rursus sese ostenderēt, quasi è mortuis excitatos, ac p illos quæcūq; uellet psuadere delusis. Etenim si nūc quū tale nihil sit, insomnia frequēter dormientibus uisa ueluti eorū q hinc decesserūt multos deceperūt, perdiderunt subuertúntque, multò magis id accidisset, si hoc factū fuisset, atq; in mētibus hominū obtinuisset, uidelicet si multi defunctorū redissent in uitam, innumerabiles sceleratus ille dæmon dolos texuisset, multāmque fraudē in uitā hominum induxisset. Eoque deus occlusit fores, nec permittit aliquē defunctorū huc reuersum narrare qd illic fiat, ne ille ac cepta occasione, technas suas omneis inuehat. Nā quū essent prophetæ, pseudoprophetas excitabat: quū essent Apostoli, pseudoapostolos: quū Xps appareret, pseudochristos: quū dogmata sana inducta fuissent, corrupta inducebat, ubiq; disseminans zizania. Itaq; etiam si illud euenisset, hoc quoq; conatus E fuisset fingere p sua organa, non uerè excitatis mortuis, sed maleficijs quibusdā ac fraudibus cōtuentiū oculis deceptis, aut quosdā etiā subornans, quemadmodum dicere cœperam, qui mortē simularent, sursum deorsum miscuisset, cofudisset que oia: sed deus quē nihil latet, præclusit illi uiā ad has insidias, nobisque parcens non pmisit, ut quisquā unquā illinc huc reuersus de iis q̄ ibi sunt narraret uiuentibus hominibus: docens nos, ut scripturis potius credendū existimemus, q̄ cæteris oibus, propterea quòd deus resurrectionis negotiū multò dilucidius nobis commōstrauit. Orbem uniuersum conuertit, errorē abegit, ueritatē induxit, p hoies piscatores ac uiles hæc omnia peregit, denique abundè magna suæ prouidētiæ documenta nobis ubique præbuit. Ne itaque putemus res nostras huius uitæ termino circunscribi, sed credamus fore iudiciū ac remunerationē omniū q̄cunque hic à nobis geruntur. Nam id est adeò manifestum conspicuúmque cūctis, ut & Iudæi, & Græci, & hæretici, breuiter, oīs quisquis est homo super his consentiat. Quanquā.n.non quemadmodū decet, de resurrectione philosophantur oēs, attamen de iudicio, déque pœnis, déque tribunalibus q̄ illic sunt, omnes consentiunt, illic esse aliquam eorū q̄ hic gerūtur remunerationē: qd ni esset, qua de causa deus cœlum tā amplū extendisset, mare dilatasset, aerem diffudisset, tantā prouidentiam declarasset, nisi ad si nē usq; nostri curā habiturus esset? Nōne uides multos, qui cū uirtute uixerunt, innumeráque mala passi sunt, decesisse, nulla re bona pcepta? Alios cōtrà, quū multā prauitatē cōmiserint, alienas facultates rapuerint, uiduas & orphanos spoliauerint, oppresserintq;, opibus deliciisque & innumeris bonis fruiti fuerint, decesisse ne tātulū qdē mali passos? Quę igitur uel illi priores uirtutis p̄mia recipient, uel illi prauitatis ferent supplicia, si nostræ res ultra uitā hanc non proferuntur? Nā si deus est, sicuti re uera est, eū iustū esse nemo non fatebitur. Atqui si iustus est, & his & illis reddet pro meritis. Et hoc in confesso est. Quòd si & his & illis rependet, pro meritis, hic uerò nullus eorū recepit, neq; ille improbitatis pœnā, neque hic uirtutis p̄mia: perspicuū est restare tēpus ali-

Mortui quare nō apparēt *Mortui non appa rent uiuē tibus.* *Probatio ĩmortalitatis*

G quod in quo cõgruẽs præmiũ horũ uterq; feret. Sed quare nobis iudicẽ in aio sic perpetuò uigilantẽ, & attentũ deus cõstituit? cõscientiã loquor. Nec.n. est ullus inter hoĩes adeò uigilans, ut est nostra cõscientia. Nã externi iudices, & pecunijs corrũpuntur, & assentationibus deliniuntur, & metu simulant, deniq; multa sunt alia q̃ rectũ illorum iudiciũ deprauant: at cõscientiæ tribunal, nulli hominũ nouit cedere, sed quãuis dederis pecunias, quãuis mineris, quãuis alid qdlibet feceris, iustã feret sententiã aduersus peccatũ cogitationes, adeò ut ipse quoq; q peccatũ admisit, seipsum cõdẽnet, ẽtsi alius nullus accuset, Neq; id semel atq; iterũ, sed sæpius, imo p omnẽ uitã hoc facere nõ desinit: & licet ingẽs tẽporis interuallũ intercesserit, nunquã tamẽ obliuiscetur eorũ q̃ facta sunt. Quin & quũ ppetratur peccatũ, & priusquã perpetratur, & postq̃ est ppetratũ, acerbus nobis iminet accusator, maximè uerò posteaquã ppetratũ fuerit. Nã in ppetrãdo scelere, quoniã uoluptate sumus ebrij, non pinde sentimus: cẽterũ simulatq; cõmissũ est, ceperitq; finẽ, tũ demũ extincta uoluptate amarus pœnitẽtiæ stimulus succedit, cõtrà q̃ accidere solet mulieri

H bus parturientibus. Nam illis ante partũ labor est in gẽs, grauesq; nixus, dissecãtes eas dolorib⁹, post partũ uerò relaxatio, dolore simul cũ infante egrediẽte: uerũ hic nõ itẽ, sed dũ parturimus cõcipimusq; corruptos affectus, delectamur gaudemusq; cẽterũ ubi fuerimus enixi malũ illũ puerũ peccatũ, tũ cõspecta fœditate partus, discruciamur grauius quã mulieres parturiẽtes. Quapp adhortor primũ qd est optimũ, ne unq̃ oĩno concipiamus in aio corruptã cupiditatẽ. Quòd siquãdo conceperimus, tamen fœtũ intus pfocem⁹. Rursus si hucusq; fuerimus negligẽtes, iniquitatẽ in opus progressã mox occidamus p confessionẽ, p lacrymas, p propriorũ cõmissorũ accusationẽ. Nihil.n. tam exitiale peccato, q̃ peccati accusatio cõdemnatioq;, cũ pœnitudine lachrymisq; coniuncta. Cõdenasti tuũ peccatũ? depositi farcinã. Quis hæc dicit? Ipse iudex deus. Dic tu peccata tua prior, ut iustificeris. Cur igitur, te q̃so, pudescis & erubescis dicere peccata tua? Caue.n. homini dixeris, ne tibi opprobret. Neq;.n. cõseruo cõfiteris, ut in publicũ proferat, sed ei q dominus est, ei q tui curã gerit, ei q humanus est, ei q medicus est ostẽdis uulnera. Neq; enim ignorat, ẽtsi tu non dixeris, q sciebat etiã anteq̃ perpetrares. Quid igitur est causæ, quò minus dicas? Non.n. ex accusatione fit grauius peccatũ: immo mitius magis ac leuius. Et ob hoc ipsum deus uult te dicere: nõ ut puniaris, sed ut relaxeris: non ut ipse sciat peccatũ. Cur.n. id postulet, quũ iam sciat? Sed ut tu scias, quãtũ tibi debitũ remittatur. Ideo uerò uult te scire beneficij magnitudinẽ, ut ppetuò gratias agas, ut segnior fias ad peccandũ, ut ad uirtutẽ pr̃optior. Nisi dixeris debiti magnitudinẽ, nõ agnosces donationis eminẽtiã. Non, inqt, cogo te in mediũ prodire theatrũ, ac multos adhibere testes. Mihi soli dic peccatũ priuatim, ut sanem ulcus, teq; dolore liberabo. Ideo nobis inseuit cõscientiã, idq; quouis patre amãtius. Nã pater ubi semel, iterũ ac tertiò, deciẽsue filiũ increpauerit: si uiderit incorrigibilẽ manere, desperãs abdicat, expellit è familia, à cognatione resecat. At nõ eodẽ modo cõscientia, sed licet semel, licet iterũ, licet ter, licet millies admonuerit, tuq; nõ obtẽperes, manebit iterũ, nec desistet usq; ad supremũ halitũ, sive domi, sive in biuijs, sive in mẽsa, sive in foro, sive in itinere, frequẽter & in somnis peccatorũ nobis simulacra spectraq; repsentat. Vide aũt dei sapiẽtiã. Nõ fecit ppetuã cõscientiq; accusationẽ, neq;.n. hoc onus perferre poteramus, si iugiter accusasset: neq; rursus adeò leuẽ & imbecillẽ, ut post unã aut alterã admonitionẽ desperet. Etenim si singulis dieb⁹ fuisset nos stimulatura, an nõ despõdẽtes animũ enecaremur? Rursus si post unã atq; alterã increpationẽ desisteret, haud multũ fruct⁹ nobis adferret. Eoq; fecit obiurgationẽ frequẽtẽ, at nõ ppetuã: frequentẽ qdẽ ne in socordiã inciderem⁹, sed ut subinde relaxatione solatioq; quopiã accepto, respiraremus. Quẽadmodũ oĩno non dolore de peccatis, exitiale est, quodq; malorũ extremũ est, etiã mali sensum nobis adimit: sic & iugiter, supraq; modũ id facere, noxiũ est. Solet enim & doloris imodica magnitudo, frequenter homĩnẽ à naturalibus excutiẽs sensibus, aĩum demergere, & ad honesta oĩa inutilẽ reddere. Eapp & illud prouidit, ut ex interuallis nobis imineret conscientię redargutio, ppea quòd est admodũ seuera, & quouis stimulo acrius pũgere cõsueuit peccatorẽ. Nõ.n. tunc solũ, quũ ipsi peccamus, uerũ ẽt quũ alij cõmittunt eadẽ, uehemẽter insurgit, magnaq; contẽtione nobis occlamat. Nam scortator, adulter, aut fur nõ modò quum accusatur ipse, uerũ ẽt quũ audit alios eadẽ ausos accusari, ipse sibi uidetur flagris cędi, dũ increpantur alij, suorũ admissorũ reminiscẽs, & alius qdẽ uocatur in ius: hic uerò flagellatur, cui nullũ crimen intẽditur, si fuerit eadẽ ausus. Quemadmodũ in aliorũ rectè factis dũ laudantur & coronãtur, qui eadẽ cum ipsis rectè facta gesserunt, gaudent, exultantq; quasi nõ tã illi, q̃ ipsi laudarentur. Quid igitur esse possit hoĩe peccatore miserius, qui quoties accusantur alij, ipse exanimatur? Contrà, qd eo beatius, q cũ uirtute uiuit, q quũ laudãtur alij ipse gaudet, lætitiaq; diffluit, ex aliorũ laudibus suorũ rectè factorũ memoriã recipiẽs. Hæc sunt diuinæ sapiẽtię opa, hęc maxima illius prouidẽtiæ sunt argumẽta, conscięntiæ increpatio, sacra est ancora, nõ sinẽs nos tãdẽ i peccatorũ demergi profundũ. Neq;.n. per id tẽpus tantũ quo peccata cõmittimus, uerũ ẽt post multos annorũ circuitus, nouit nos ueteris admonere cõmissi. Idq; ex ipsis euidẽter cõprobabo scripturis. Vẽdiderũt olim fratres Iosephũ, nihil qdẽ habentes qd incusarent, sed quoniã uiderat somnia, ipsi gloriã uẽturã portendẽtia. Videbã, inqt, manipulos uestros adorãtes manipulũ meũ. Quãquã ob hæc decuit illũ seruare potius, quòd totius familię corona, totiusq; generis decus erat futurus. Sed eiusmodi res est inuidia, pugnat aduersus domestica decora, mauultq; liuid⁹ innumera ppeti mala q̃ uidere proximũ in ptio habitũ, ẽtsi glorię pars ad ipsum sit pmanatura. Quo sanè quid esse possit miserius? Quod & illis usũ uenit. Quũ.n. uidissent illũ procul uenientẽ, ipsis q̃ cibũ adferentẽ, inter se dicebãt: Venite, interficiamus eũ, ac uideamus qd sint illius somnia. Vt fratrẽ nõ reuerearis, neq; naturã agnoscas, certè mensam ipsam cõueniebat reuereri, ipsũq; ministerij officiũ, quandoqdẽ aliturus te, ueniebat. Sed uide quo & iprudẽtes uaticinãtur. Venite, inquiũt, occidamus eũ, & uideamus qd sint illi⁹ somnia. Etenim nisi struxissẽt insidias, nisi dolos texuissent, & impudẽs illud cõsiliũ cõcinnassent, nequaq̃ cognouissent uim illorũ somniorum. Non.n. perinde magnum erat, Ioseph, si nihil acerbi passus esset, cõscẽdere thronũ Aegypti, ut tot obstaculis di-

K *Conscientiæ remorsus, quare nõ est perpetuus.*

Dolor immodicus adducit insaniã.

L *Inuidiæ uis.*

M *Gen.37.b*

Sacra adcora.

Gen.37.d

Dissimile

Primum non uelle peccare, proximũ statũ abolere.

Cõfessio. Agnitio peccati delet peccatum.

Esa.43.d

I *Deo cõsitendum.*

Quare deo cõsitẽdum, qui scit omnia.

A culis discussis, hunc eundẽ asseq; splendorẽ. Nisi.n. illi struxissent isidias, nõ uẽdidissent eũ in Aegyptũ. Nisi in Aegyptũ uendidissent, nõ adamatus fuisset ab hera. Si nõ fuisset adamatus ab hera, nõ fuisset cõiectus in carcerẽ, nõ interptatus fuisset insomnia, nõ regnũ illud fuisset assequutus. Si nõ fuisset regnũ consequutus, nõ uenissent illi cõmercaturi frumentũ, nec adorassent. Itaq; quoniã occiderunt illũ, ob hoc maximè intellexerũt illius somnia. Quid igitur? Ipsine bonorũ omnium q̃ pòst euenerunt, illiusq; gloriæ fuerunt illi cõciliatores? Nequaq̃. Verũ ipsi quidẽ moliebãtur illũ morti, desperatiõi, seruituti, breuiter extremis malis tradere: sed deus melior artifex, isidiantũ malitia in uenditi insidiisq; impetiti gloriã abusus est, ne putares rerũ euentus uel casus esse fortuitaq;, uel ab humanarũ actionũ magnificẽtia pẽdere. Per eos q aduersantur, p eos q obsistũt procurat deus ut res quæ uetantur cõficiantur, inimicis suis ad suã gloriã abutens ministris, ut itelligas qđ deus uult, à nemine dissipari posse, nec manũ illã excelsam à quoquã auersum iri: quòd si quãdo ab aliquo petaris insidiis, ne cõsterneris aio, nẽue molestẽ feras, sed scire possis insidias in bonũ finẽ exituras, tantũ si fortiter feras q̃ ac

B cidunt. Ecce hic quoq; liuor regnũ peperit, inuidia cõciliauit diadema, ad thronum pduxit, atq; illi ipsi qui struebãt insidias, auxiliãtes promouerũt ad illius imperij magnitudinẽ. Et is quidẽ cui structæ fuerãt insidiæ regnũ adeptus est, ij uerò q struxerant, seruierũt. Adorabatur ille, hi adorarũt. Itaq; quum tibi acciderint acerba cõtinuaq; mala, ne turberis, neq; molestè feras, sed expecta finẽ. Omnino cõtinget aliqs, munifico deo dignus, tantũ ut cũ gratiarũ actione feras q̃ accidũt: quandoquidẽ nec iste quum illa somniasset somnia, quum in extremum discrimen uenisset, quũ uenditus à fratrib. quũ ab hera insidiis appetitus, deniq; quum in carcere esset cõiectus, dicebat apud sese: Quid tandẽ hoc est rei? fefellerunt me illa somnia per q exulo à patria, spoliatus sum libertate pp deũ, non cessi heræ ad adulterium inuitanti, pp pudicitiã ac uirtutẽ do pœnas, ac ne sic quidẽ ultus est uicem meam deus, aut manum porrexit, sed passus est me tradi uinculis, super alias aliæ calamitates inciderunt

C perpetuæ, post cisternam seruitus, post seruitutẽ insidiæ, post isidias calumnia, post calumniã carcer: uerũ horum nihil illum perturbabat, sed perseuerabat in spe cum bona fiducia, sciens quòd q̃ dicta sunt à deo, nunq̃ excident. Poterat quidẽ deus eodẽ etiam die ista perficere, sed ut simul & suam declararet potentiam, & fidem famulorum suorũ, permittit multum tpis intercedere, multaq; incidere impedimenta, uti simul & ipsius robur cognoscas, tũ explentis promissa, posteaq̃ in desperationẽ adducta res est, & seruorũ perspicias tolerantiã ac fidem, quos nihil horũ q̃ interim accidunt, à bona spe depellit. Sed quod dicere cœperã, reuersi sunt isti, fame illos ueluti carnifice pcipites agitante, & principi Ioseph exhibẽte. Volebant emere frumentũ: hic aũt ait ad eos, explorato

Ge. 42.c. res estis. Illi uerò quidnam hoc esset apud sese reputabant, inquiunt: Frumentũ empturi uenimus, & de uita periclitamur. Meritò, quandoquidem & ille uobis alimoniã adferebat, deq; uita periclitatus est. Cæterũ ille quidẽ uerè passus est: uos aũt hoc per simulationem patimini. Non.n. inimicus erat, sed inimici personam adsumpserat, ut quid in paterna familia ageretur, ad plenum cognosceret. Quoniã.n. circa ipsum

Deus quare nõ statim eripuit sanctos.

sum improbi, ingratiq; fuerant: Beniamin aũt quem D cũ ipsis non uiderat, ueritus de puero nequando & ille eadem quæ frater passus fuisset, iubet unũ ex illis uinctum illic detineri, deinde illos sumpto omni frumẽto discedere, mortẽ illis comminatus, nisi fratrẽ suum adducerẽt. Hæc igitur ubi facta sunt, dixit illis: Relinquite aliquẽ hic, & fratrem uestrũ adducite: sin *Ibidem.d* minus, moriemini. Quid tum inter se loquebantur illi? Profectò hæc iure nobis accidũt: nam in peccatis sumus, de fratre nostro quũ rogaret nos. Vides? post tantum tpis peccati illius recordabantur, & ad patrẽ quidem dixerant: Fera pessima deuorauit Iosepĥ. Cę *Gen.37.g* terũ ipso Ioseph pśente audiẽteq; peccatũ suum prodebant. Quid hac re mirabilius accidere possit? Iudiciũ absq; redargutionib. peragitur, & excusatio sine accusatione, probatio sine testib. dũ ipsi qui facinus pegerãt, seipsos redarguũt, quodq; clã factũ fuerat, efferũt. Quis cedò, qs adegit in publicũ efferre, q̃ ante tantum tpis patrata sunt? An nõ perspicuũ est huc adegisse conscientiam, iudicẽ cui uerba dari nõ possunt? Assiduè cõcutiebat illorũ mentẽ, aiunq; turbabat, & ille occisus tunc sedebat tacitè iudicans illos: quumq; nulla sentẽtia in ipsos esset pronũciata, ipsi E cõdemnationis calculũ aduersus sese ferebãt. Et isti qdẽ hęc dicebãt. Alius uerò respõdebat, dicẽs: Nõne dixi ad uos ita loquẽs: Ne lædatis puerũ, nẽue quicq̃ mali illi faciatis, quoniã frater noster est: & ecce nũc *Gene.42.d.e* sanguis ipsius exquiritur, inqt, de manib. nostris. Attamen is q hæc dicebat, nihil de cæde aut interfectione illa dixerat: uerum ne ipse qdem sedens quicq̃ tale q̃rebat, sed aliũ fratrem requirebat: ipsorum tamen cõscientia per oblatã occasionẽ insurrexit, momorditq; illorũ animos, efficiẽs ut nemine cõpellẽte, sua cõ *Afflictio dat intellectum.* fiterẽtur facinora. Eadẽ & nobis accidũt in peccatis præteritis. Quum.n. malis nos circũstantibus examinamur, priorũ peccatorum reminiscimur. Hæc igitur oĩa quum sciamus, ubi quid praui gesserimus, ne *Peroratio* expectemus calamitates, malorumq; incursum, neq; pericula, neq; uincula, sed singulis & horis, & diebus renouemus, apud nos ipsos hoc iudicium, sententiã aduersus nos ipsos feram⁹, omniq; modo conemur confiteri deo, ac neq; ipsi de resurrectione, deq; iudicio dubitemus, neq; alios ita loquẽtes feramus, sed F modis oĩbus per ea q̃ dicta sunt, illis obturemus os. Nã si illic nõ essemus daturi pœnas admissorũ, deus nequaquã in nobis constituisset tale iudiciũ. Quanq̃ hoc ipsum illius declarat humanitatẽ. Quoniam.n. tunc exacturus est à nobis rationẽ delictorum, instituit in nobis hunc iudicẽ incorruptibilẽ, ut is hic de cõmissis nobis iudiciũ reddẽs, emẽdatores q; faciẽs, ex illo eripiat iudicio, qđ & Paulus ait: Nã si nosmet- *1.Co.11.g* ipsos iudicaremus, nõ utiq; iudicaremur à domino. Vt igitur neq; puniamur, neq; pœnas dem⁹, i suã qsq; cõscientiã ingrediatur, uitamq; explicet: cũctisq; cõmissis diligẽter excussis, cõdẽnet animã quæ hęc patrauit, puniátq; cogitationẽ, affligat, cruciétq; suã ipsius mẽtẽ, suppliciũ à seipso exigat pro peccatis, p cõ *Abolitio peccati quib. modis fiat.* demnationẽ, p diligenter actam pœnitẽtiam, per lachrymas, per confessionem, per ieiuniũ, per eleemosynã, per cõtinentiam, ac charitatẽ, ut possimus omnes oĩ modo hic depositis peccatis multa cũ fiducia illuc proficisci: quam nobis omnibus cõtingat, assequi gratia ac benignitate domini nostri Iesu Xpi, cui cum patre & sancto spiritu, gloria, honor, imperium in secua seculorum, Amen.

G *Sermo D. Ioannis Chrysostomi De Zacchæo.*

Luc.19.b. IPer Christũ gesta, atq; in exẽplum cunctis s credentibus demõstrata momentis oĩbus tractaremus: quãtũ in nobis crescceret fides, augeretur deuotio, incrementa salutaria promouerent? Nec quisquã cessando torpescceret, sed se exercẽdo augeret, ut hoies toties suos profectus conspicerent, quoties ista aut mẽte cõciperent, aut sermonibus indicarent. Nec separarẽtur minores exẽplis, sed semet cõpararent potioribus meritis: ut dũ sublimia factis, & potiora opibus exæquasset: sic se imitãdos cæteris exhiberẽt, dũ potiores imitari ipsi uoluissent. Vnde de multis unũ Zacchęi gestũ uobiscũ uolum⁹ tractare, ut ex ipso, & eius meritũ, & Xpi domini liberale proferamus exẽplũ. *Ascendit in arborẽ Zacchæus ut dominũ Christum ex alto conspiceret, quem in humili per breuitatẽ staturæ, uidere nõ poterat.* Cupit nosse aspectu quẽ intuitus fuerat sensu: uidere facie, quẽ uide-
H rat mẽte: contẽplari psentẽ, quẽ nũnq; uiderat operãtem: ut amor Xpi Zacchæi corde conceptus, ẽt oculorũ fuisset uisibus saginatus. Quem cum in arbore Christi diuina maiestas conspiceret: *Festina*, inquit, *Zacchæe: hodie enim in domo tua mãsurus sum.* Promittit se Xps ad eius domũ uenturũ, cuius desiderantis iam possederat animũ. Venit ad Zacchęũ hospitẽ dominus spiritales epulas præparantẽ: ut cuius fidem solus iã nouerat, eius meritũ cunctis præsentibus demonstraret. Deniq; adueniente domino, munus gratissimũ offert: donum misericordiæ exhibet, de suo dominũ promereri cõtẽdit. *Ecce dimidiũ*, inqt, *de substãtia mea do paupibus: & si cui, quid fraudaui, quadrupulũ reddo.* Totũ qd habuit Zaccheus, obtulisset: nisi fraudis damna, multiplici dispẽdio pesare uoluisset. O mira Zacchæi deuotio. Substantiã suã in duas diuidit partes, separat ab extraneo propriũ, diuidit, à
I fraudib⁹ suũ. Discernit à bonis suis, qd fuerat alienũ. Pars proficit ĩ misericordiã, pars ĩpenditur in rapinã redimendã. Tribuit paupibus propriũ, & fraudibus tribuit alienũ. Recipiũt, qui perdiderãt, quadrupulũ: & residuũ pauperibus proficit in subsidiũ. Non uult enim ex fraudibus reddi multiplicata, q̃ tulerat: confitetur fraudes. Ipse se iudicat, ipse se cõdemnat. Non uult apud se rapinarũ qppiã residere, ut posset iudici Xpo placere. Deniq; reddendo, redimit crimen, condemnat factũ: ut dũ malè quæsita restitueret, & sua propria paupibus offerret: sic ex fraudibus ueniã, & ex misericordia perciperet gloriam. Vnde dominus Xps eius persequitur laudem, probat fidem, honorat eius in munere deuotionem. *Amen*, inquit, *dico uobis: quoniã hodie salus domui huic facta est, quoniã et hic uere filius est Abrahæ.* Hodie, inqt, domui huic salus facta est. Accepit domus Zacchæi salutẽ ex fide, quã p diderat aliquando ex fraude. Misericordia reddidit, quod rapina abstulerat: conferunt dona, qd fraudes ademerant. Dona. n. pauperum, lucra sunt animarũ: K
ut probabile cũctis existeret, malis q̃stibus dãna in γνώμην
misericordiæ opibus lucra maxima aggregari. Quoniam & hic, inqt, uerè filius est Abrahæ. Fit Zachęus Abrahę filius, fide, non genere: merito, nõ sobole: deuotione, nõ stirpe. Primò, Zacchęus uidere dominũ concupiuit, sicut de Abrahã sanctissimo ipse dominus dixit: Abrahã pater uester cõcupiuit diem meũ *Ioan.8.g.*
uidere: uidit, & gauisus est. Secundò, quia Zaccheus *Gen.18.a*
hospitio dominũ meretur excipere, ut excepit & pater. Sed Abrahã dominũ excepit cum angelis, Zachęus cũ Apostolis: Ille pgentẽ ad Sodomã, hic trãse
untẽ per Iudæã. Sed Abrahę benedictio meruit filiũ: *Ibid.22.a*
Zacchæũ uerò in filiorũ dominus transtulit numerũ. Tertiò, ut omnẽ substantiã suã fideliter paupibus obtulisset. Nã totum quod habuit, obtulit: qui patrimonij partem reddendis fraudibus reseruauit. Sed Abrahã domino, filiũ: Zacchæus substantiam obtulit. Ille hæredẽ, hic hæreditatẽ donauit. Ille immolan L
dũ solũ, qd habuit, pignus exhibuit: hic patrimonij substantiã domino immolauit. Vnde rectè Abrahæ filius, Zacchæus nuncupatur, dũ ordinẽ gloriæ paternæ exeqtur. Vnde Zacchęi exemplo, ad Abrahã cũctis aditus aperitur: dũ, qbus officijs ad eũ peruenire poterat, demonstratur. Quare imitare fratrẽ, si uis pertinere ad patrẽ: fac qd Zacchæus fecit, ut merearis quod meruit. Similitudo. n. officiorũ similitudinẽ exhibet meritorũ. Fides Zacchæũ exhibet filiũ, quem fuisse legimus alienũ. Fides, inquã, Zacchæũ filium exhibet, quę Abraham patrem constituit sublimatũ. Extranei per fidẽ admittũtur: & proprij per *Ioan.8.*
fidia repellũtur. Si filij Abrahæ, inquit, essetis: facta patris uestri faceretis. Non potest esse filius, quẽ diuersi separant actus. Non potest patris censeri nomine, q fuerit diuersus in opere. Si Abrahæ es filius, imple paternos affectus. Quæ fecit, comple: q̃ docuit, exerce: quæ docuit, imitare. Vnde tibi filij nomen imponis, M
quẽ nec actus, nec natura cõmendat: quẽ nec fides, nec genus probat: quẽ nec mores, nec prosapia indicat: quẽ paterna monita factis dissidẽtibus separãt? In te est, ut possis: quia in te est, ut uelis. Quia Zacheus idcirco potuit, qa uoluit: quũ & alius idcirco non potuit, quia noluit. Ita. n. uelle efficit posse, ut efficit nolle nõ posse. Magna. n. uis est uoluntatis, quæ nos efficit posse, qd uolumus: & nõ posse illa, q̃ nolumus. Et ex uoluntate nostra diuinitus celebratur iudiciũ, ut homo quicquid nunc uoluerit, eligat: & qd elegerit, ex eo ipso iudicio cœlesti subiaceat. Nec. n. quisquã poterit excusari, quasi uoluerit, & nõ potuerit: cũ constet eum idcirco nõ potuisse, quia noluit: ut nolens, uolentis exẽplo, damnetur: & uolẽs uolũtate propria, quia impleuit quæ uoluit, muneretur.

Tomi secundi finis.

Quaternionum index.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn

Omnes sunt quaterniones.

Universidad de Deusto
Biblioteca